


R. 1024


~~22~~ 3/8

R. P. NICOLAI
BALDELLI
THEOLOGIAE
MORALIS

TOMVS SECVNDVS,
De primo, & maximo diuinæ Legis
Præcepto.



14819078



R. 1027

~~23-3~~

R. P. NICOLAI
BALDELLI
THEOLOGIAE
MORALIS

TOMVS SECVNDVS,
De primo, & maximo diuinæ Legis
Præcepto.



870618M7

R. P. NICOLAI
BALDELLI
CORTONENSIS,
E SOCIETATE IESV
THEOLOGI,

Bl.

Disputationum ex morali Theologia,
LIBRI QUATVOR,

- | | |
|-----------------------------|--|
| I. De Fide, & Infidelitate. | III. De Adoratione, & Oratione. |
| II. De Spe, & Charitate. | IV. De Superstitione, & Irreligiositate. |

Que omnia pertinent ad primum, & maximum diuina Legis Præceptum; & ex principiis, & doctrina S. Thomæ, veterumque Theologorum; & ex Decretis sacrorum Canonum, Summorumque Pontificum Sanctionibus; & ex placitis utriusque Iuris Doctorum, accuratissime differuntur.

Cum solutionibus plurimarum Quæstionum ad particulares casus, & officia conscientie pertinentium.

Del Consejo de la Univ. de Granada
ET CVM INDICIBVS NECESSARIIS.
EDITIO PRIMA



LUGDUNI,
Sumpt. Hæredum GABR. BOISSAT, & LAURENTII ANISSON
M. DC. XLIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS

Compose el año de 1672





SERENISSIMO
PRINCIPI
FERDINANDO II.
MAGNO ETRVRIÆ
DVCI

NICOLAUS BALDELLVS F.



RODEVNT, Serenissime FERDINANDE, secundæ Lucubrationes meæ, & auspiciatissimè prodeunt, perinde ac primæ: quia tuis auspiciis. Vetusta laus est tui generis, sapientia stabiliuisse Rempubicam, & innata Familiæ virtus suo in principatu litterarum domicilium habuisse. Testis est Italia, quæ fugientes litteras Maiorum tuorum autoritate reuocavit, & obsoletas eo in lumine collocavit, quo tota Europa splendidiùs, quàm prisca Etruria coruscavit. Actum ago, si hæc pluribus repetam, quæ iam alij sæpiùs decantarunt. Sed iuuat mecum recollere, & dulciter animo, ac mente reuoluere, vt

gaudeam ipse mihi, quòd tantis præsiidiis nitantur, tamque feliciter, quantulæcunque res meæ. Plures sunt, qui ad Te auitæ indolis, & in sapientes, ac doctos Viros propensæ Maiorum tuorum beneficentiæ hæredem, vltro accurrunt, vt sibi, suisque libris ex Mediceo nomine auctoritatem, & nomen cõciliant: plurimi, qui suas doctrinas tuas in luce exponunt, vt suæ lucis, suæque gloriæ sint securi. Sed mihi apud Te longè maior est gratia, vt in tuam tutelam ac patrocinium conuolem: nam patrio solo, ac municipio tuus sum, Tibique, ac beneficentiæ tuæ pluribus titulis deuinctissimus: & de his disputo, quæ ad rectam, sanctamque vitam, tam populorum, quam Principum, maximè faciunt; & dum componunt omnium mores, simul docent, quomodo Principes benè præsent, si studeant Dei exemplo publicæ incolumitati ac bono; & quomodo populi benè subsint, si ex animo seruiant studiis Principum, eosque ament, & colant, vt vicarios Dei. Doctrinam, ac directionem ad benè, sancteque viuendum Deus ipse tradidit in veteri lege per Angelos, & per Moysen, suoque digito eam descripsit duabus in tabulis, vt habemus, non vno in loco, ex sacris Litteris: nec vlli est dubium, quin fuerit absolutissima, & perfectissima, dum in alteram tabulam ea redegit, quæ homines dirigunt, & disponunt ad Deum; & in alteram, quæ disponunt, & dirigunt ad se inuicem. Sed inter Dei Præcepta hoc primum & maximum meritò dicitur, quod hoc loco ag-

grediar,

grediar, de Deo ipso in primis colendo, cum cæteris omnibus, tam dignitate, quam necessitate præcellat. Plurima sunt, quæ ad illud pertinent, & planè dignissima, in quibus desudant prima Ingenia. Pertinent, quæ habemus, & credimus ex diuinis Oraculis, de ipso Deo, ac rebus diuinis: pertinent ea, quæ fouent expectationem, & spem æternæ felicitatis: pertinent veræ rationes Deum amandi propter seipsum, omnesque alios propter Deum; veræ artes Deum orandi, & adorandi; vera Præcepta ad dignoscendas, atque vitandas superstitiones, & irreligiositates: & vno verbo pertinent omnia, quibus vertitur Dei cultus, atque religio, sine qua nullus viuit, nisi impius; si tamen impius dicendus est viuere. His omnibus illustrandis, atque elucidandis desudat in præsentia meus hic labor, conatu, vt spero, minus irrito: quia tui nominis tesseram præfert. Disputo primum de Fide, & Infidelitate; tum de Spe, & Charitate; tertio de Adoratione, & Oratione; postremò de Superstitione, & Irreligiositate: & disputo accuratè pro viribus; tum ex principiis naturalis Philosophiæ, & ex doctrina veterum Theologorum; tum ex decretis sacrorum Canonum, Summorumque Pontificum Sanctionibus. Qualecunque hoc pensum ingenij, & laboris, tuo nomini cognosco debitum, & in tui velut honoris templo lubens depono. Vale, & faue.

MVTIVS VITELLESVS, SOCIETATIS IESV
Præpositus Generalis.

QUOD Tomum secundum P. NICOLAI BALDELLI, nostra Societatis Sacerdotis, de primo ac maximo diuinæ Legis Præcepto, in quatuor libros Disputationum ex morali Theologia distributum, tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commissum fuit, recognouerint, & in lucem edi posse probauerint; Facultatem concedimus, vt typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem præsentem manu nostra subscripseras, sigillóque solito munitas dedimus Romæ 9. Nouembris, 1641.

MVTIVS VITELLESVS.

APPROBATIO.

QUATUOR libros Disputationum moralium Theologicarum, De Fide, & Infidelitate, de Spe, & Charitate, de Adoratione, & Oratione, de Superstitione, & Irreligiositate, R. P. NICOLAI BALDELLI, Societatis IESV Theologi, iubente Reuerendissimo, P. Fr. Vincentio à Florentiola, Sac. Apost. Pal. Magistro, perlegi. Pares sunt iis, qui iam editi cum magno legentium fructu, nec minori sui Auctoris laude passim teruntur. Hanc meretur doctrina clara, fundata, facilis, & sine ambagibus explicata, cum fide catholica, & morum pietate constans, adeoque ad formandam conscientiam apprime facta. Quibus titulis dignos censeo, qui typis in lucem asserti, si Reuerendissimo Patri lubeat, publico vobis, & rei literariæ expectationi respondeant. Romæ 17. Decembris, 1641.

MELCHIOR INCHOFER, Soc. IESV.

Imprimatur.

FR. IOAN. VINC. MORENVS, Socius R. P.
F. VINC. A FLORENTIOLA, Mag. S. Pal.

R. D. D. HECTORIS DE CREMEAVLX CHAMOSSET
huius Libri imprimendi Facultas.

HECTOR DE CREMEAVLX CHAMOSSET, Comes, & Decanus Lugdunensis, Vicarius Generalis in Archiepiscopatu Lugdunensi: Opus inscriptum, NICOLAI BALDELLI Theologia moralis, à Theologis visum, & approbatum, in lucem edendi Facultatem concedimus. Datum Lugduni die 16. Aprilis, 1637.

CREMEAVLX.

SVMMA PRIVILEGII.

LUDOVICI XIII. Galliarum, & Navarra Regis autoritate sancitum est, ac præsentibus Literis cautum, ne quis in Regno suo, aliisque locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos sex, à die impressionis primæ inchoandos ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendumque quouis modo, & ratione conetur Librum, qui inscribitur, NICOLAI BALDELLI Cortonenfis, è Societate IESV Theologi Disputationum ex morali Theologia, &c. præter GABRIELEM BOISSAT, & Socios, Bibliopolas Lugdunenses, aut illos, quibus ipsimet concesserint. Prohibitum insuper eadem autoritate Regia omnibus suis subditis, eundem Librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quenquam, ubicunque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dictorum GABRIELIS BOISSAT, & Sociorum. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis, decimaquinta die Decembris, anno millefimo sexcentesimo trigésimo sexto.

De mandato Regis.

Signatum,

PETIT.

Desit excudi 16. Nouembris, 1643.

INDEX



INDEX LIBRORVM
ET DISPUTATIONVM,
QVÆ IN HOC VOLVMBINE
CONTINENTVR.

LIBER PRIMVS.

De Fide, & Infidelitate.



PRÆFATIO, in qua explicantur aliqua de Præceptis Decalogi in vniuersum. pag. 1.

DISP. I. A quo, & qualiter sit faciendâ propositio rerum fidei ad hoc, vt obliget. 5

2. In quo consistat actus fidei, ad quem est obligatio post factam sufficientem promulgationem obiecti. 10

3. Quomodo actus fidei sit in genere moris dependenter à voluntate credendi. 14

4. Quomodo fides sit necessaria necessitate mediæ. 17

5. Quarum rerum explicita fides sit necessaria necessitate mediæ. 22

6. Quomodo fides sit necessaria necessitate præcepti. 29

7. Quarum rerum explicita fides sit necessaria necessitate præcepti. 32

8. Vtrum omnes fideles teneantur scire equaliter articulos fidei, & certis verbis, & memoriter illos reddere. 38

9. Vtrum præterea omnes fideles teneantur scire aliquid aliud præter articulos fidei. 44

10. Quomodo externa confessio sit actus fidei. 48

11. Quomodo confessio fidei sit in præcepto. 49

12. An, & quomodo confessio fidei specialiter sit in præcepto, quando quis priuatim, aut publicè interrogatur de fide. 53

13. Vtrum fuga tempore persecutionis sit contra præceptum confessionis fidei. 56

14. An, & quomodo aliquando sit licitum ad occultandam fidem Christianam simulare falsam religionem, exercendo exterius, quæ ad illam pertinent, & usurpando illius signa. 62

15. Quomodo soluantur ex regulis positæ particulares quæstiones de fide occultanda per usum certarum vestium, quæ sunt propria infidelium. 68

16. Vtrum liceat occultare fidem comedendo carnes, aut cibos prohibitos, & frequentando Ec-

clesias, & templa infidelium. 72

17. De iis, quæ pro externa fidei professione faciendâ a certis personis præcipiuntur in Tridentino, & in Constitutionibus apostolicis. 74

18. De iis, quæ spectant generaliter ad omnes, qui debent facere externam fidei professionem, & specialiter ad Parochos, & Curatos. 75

19. De iis, quæ spectant specialiter ad Dignitates, & Canonicos Ecclesie cathedralis, quoad faciendam fidei professionem. 78

20. De iis, quæ spectant specialiter ad Prælatos, & ad Doctores, sive Magistros, quoad faciendam fidei professionem. 83

21. An, & quomodo, & à quibus fides sit constituenda publicè, vel priuatim, per disputationem cum Infidelibus, vel per prædicationem ad fideles. 84

22. De iis, quæ spectant ad infidelitatem in vniuersum, eiusque grauitatem, & distinctionem. 88

23. Vtrum infideles non apostatae, id est, Pagani, & Iudæi, possint aliquo modo à fidelibus cogi ad fidem audiendam. 94

24. Vtrum iidem infideles non apostatae possint cogi ad fidem recipiendam, sive sint subditi temporaliter Christianis Principibus, sive non sint subditi. 101

25. An, & quomodo Infidelium ritus sint tolerandi. 104

26. An, & quomodo infideles non subditi temporaliter Principibus fidelibus, possint habere prælationem, aut dominium supra fideles. 107

27. Quid sit dicendum de infidelibus temporaliter subditi Ecclesie, aut aliis Principibus fidelibus, quoad habendam prælationem, aut dominium supra fideles. 112

28. An, & quomodo civilis communicatio cum infidelibus non baptizatis, sit prohibita specialiter quoad familiaritatem, & cohabitationem cum illis habendam, & quoad balnea, & conuiuia. 114

29. Quomodo civilis communicatio cum infidelibus non baptizatis sit prohibita specialiter quoad exercitium artis medicæ, quoad nutriendos

30. *Quomodo sit licita civilis communicatio cum Iudaeis, & infidelibus non baptizatis, quoad contractus emptionis, & venditionis, & quoad societates praesertim militares.* 122

31. *De iis, quae specialiter spectant ad haeresim, in quantum est error voluntarius circa aliquem articulum fidei.* 127

32. *Quomodo ad haeresim requiratur pertinacia.* 131

33. *Quid sit discriminis inter haeresim, propositionem haereticam, & propositionem erroneam.* 136

34. *Quae propositiones sint damnandae, ut sapientes haeresim, ut male sonantes, ut piarum aurium offensivae, ut scandalosae, ut temerariae.* 139

35. *Quae propositiones sint damnandae ut blasphemae, ut periculosae, seditiosae, iniuriosae, & similibus aliis notis.* 143

36. *Utrum haeresis possit esse in eo solo, qui fidem Christi recipit.* 147

37. *Utrum haeresis circa aliquid reuelatum possit esse in omni eo, qui fidem Christi suscepit per Baptisimum, & simpliciter nullus sit, in quo esse non possit.* 151

38. *De iis, quae pertinent in uniuersum ad punitionem Haereticorum.* 158

39. *De excommunicatione, quae est prima, & maxima inter poenas spirituales Haereticorum.* 165

40. *Quibus modis Haeretici ad incurrendam excommunicationem debeant exterius verbis, aut factis prodidisse, & manifestasse suam haeresim.* 170

41. *Utrum Haeretici externi, & excommunicati sint eo ipso vitandi.* 176

42. *De aliquibus casibus particularibus, in quibus Haeretici externi non denunciati non sunt vitandi, tam in diuinis, quam in humanis.* 180

43. *Quomodo in odium haeresis sint excommunicati etiam credentes, receptatores, fautores, & defensores Haereticorum.* 185

44. *De aliquibus casibus particularibus, in quibus credentes, receptatores, fautores, & defensores Haereticorum sunt excommunicati.* 190

45. *Quomodo in odium haeresis prohibeantur libri Haereticorum, & sub qua censura.* 194

46. *Qui libri Haereticorum sint prohibiti, & quomodo non sint legendi sine auctoritate Papae, & Sedis apostolicae.* 201

47. *Quomodo iidem libri Haereticorum sine eadem auctoritate Papae, & Sedis apostolicae non sint habendi, nec imprimendi, nec quomodo libet defendendi.* 207

48. *Quomodo in Tridentino committatur Episcopis facultas absoluendi ab haeresi, & qui veniant in tali decreto appellatione Episcopi.* 211

49. *Qui veniant in eodem decreto Concilij appellatione subditorum, & quid sit absolutio in foro conscientiae.* 217

50. *De aliis limitationibus, sub quibus in Tridentino conceditur Episcopis facultas absoluendi, & dispensandi.* 222

51. *Utrum facultas absoluendi a casibus occultis, & specialiter ab haeresi, reuocetur quotannis in Bulla Coenae pro casibus in illa contentis.* 228

52. *Quomodo Haeretici sint irregulares.* 235

33. *Quomodo credentes, receptatores, fautores, & defensores Haereticorum, eorumque omnium filij sint irregulares.* 243

54. *Quomodo Haeretici sint infames.* 249

55. *Quomodo Haeretici sint inhabiles ad dignitates, & ad beneficia ecclesiastica, & ad officia publica.* 252

56. *Quomodo Haeretici temporaliter puniantur per confiscationem honorum.* 258

57. *An, & quomodo Haeretici ipso facto, & ante sententiam amittant dominium suorum bonorum, & interim licite, & valide de illis dispenent.* 265

58. *Quomodo alienationes, & dispositiones factae ab Haeretico sint rescindenda secuta sententia.* 272

59. *An, & quomodo Haeretici sint denunciandi Inquisitoribus, & Iudicibus fidei.* 276

60. *Utrum coniunctio, etiam maxima, tam corporum, quam animarum, quae potest haberi cum homine haeretico, & quaeunque dignitas, tam ecclesiastica, quam laicalis, excuset sufficienter ab obligatione denunciandi.* 283

61. *An, & quomodo iisdem Inquisitoribus, & Iudicibus fidei sint denunciandi blasphemiae, siue haereticas, siue non haereticas.* 293

62. *An, & quomodo Iudicibus fidei, aut aliis, sint denunciandi malefeci, & magi.* 296

63. *An, & quomodo Iudicibus fidei sint denunciandi sollicitantes ad turpia in Confessione sacramentali.* 301

LIBER SECVNDVS.

De Spe, & Charitate.

DISP. I. **I**n quo consistat ratio spei, in quantum est passio appetitus sensitui. 309

2. *In quo consistat ratio spei, quae est virtus theologica.* 316

3. *An, & quomodo actus spei sint in praecepto.* 327

4. *De iis, quae pertinent ad actum timoris, qui opponitur spei ratione obiecti.* 335

5. *De iis, quae pertinent ad desperationem, quae opponitur spei, tanquam recessus ab eodem obiecto, ad quod illa est accessus.* 335

6. *De iis, quae pertinent ad praesumptionem, quae est alterum vitium oppositum spei secundum excessum, & immoderantiam actus sperandi.* 341

7. *Quomodo probeatur, quod charitas sit aliquid creatum, & vera amicitia hominis cum Deo.* 344

8. *Quomodo charitas sit virtus specialis, & excellentissima virtutum, etiam theologiarum.* 350

9. *Circu quid versetur charitas, ut circa obiectum formale.* 356

10. *Circu quid versetur charitas, ut circa obiectum materiale.* 360

11. *An, & quomodo in charitate, eiusque aetlibus sit aliquis ordo.* 365

12. *De iis, quae cadunt sub primum, & maximum charitatis praeceptum, quod est de Deo super omnia diligendo.* 373

13. *Utrum praeceptum diligendi Deum super omnia obliget vniuersumque pro primo instanti rationis.* 377

14. *An, & quomodo obliget praeceptum diligendi Deum*

15. *Deum super omnia, quando obligant alia praecepta.* 384

16. *De iis, quae pertinent ad alterum charitatis praeceptum, quod est de diligendo proximo.* 393

17. *Quibus modis contingat specialiter peccari contra charitatem proximi.* 397

18. *Quomodo ex charitate magis debeat vnusquisque diligere se, quam proximum, quoad bona spiritalia.* 402

19. *Quomodo ex charitate magis debeat vnusquisque diligere se, quam proximum, quoad bona temporalia, & corporalia.* 408

20. *Quomodo liceat ex charitate diligere proximum magis, quam seipsum quoad bona temporalia, aut corporalia, extra casum obligationis, aut necessitatis.* 414

21. *Quis proximus, & quomodo, & quas ob causas sit magis diligendus secundum ordinem charitatis.* 420

22. *Quomodo parentes, & filij sint specialiter diligendi secundum ordinem charitatis.* 425

23. *Quis sit ordo in amandis ipsi parentibus, & ipsi filijs, & quomodo pater sit magis amandus, quam mater, & vnus filius magis, quam alius.* 429

24. *Quis sit ordo in amandis coniugibus, & vtrum vxor, aut maritus sit magis amandus, quam parentes, aut filij.* 436

LIBER TERTIVS.

De Adoratione, & Oratione.

DISP. I. **Q**uid sit religio, & quomodo ad illam pertineat adoratio, & oratio. 443

2. *Quid, & quotuplex sit adoratio.* 445

3. *Quomodo Deo, & personis diuinis debeat, & tribuatur cultus laetiae.* 450

4. *Quomodo idem cultus laetiae debeat Christo, eiusque Humanitati.* 454

5. *Utrum Christo, eiusque Humanitati possit tribui alius cultus, praeter cultum laetiae.* 459

6. *An, & quomodo imaginibus Christi, & Dei sit exhibendus cultus laetiae.* 464

7. *Utrum omnis imago Christi, vel Dei, & quicquid representat, aut conuenit quomodocumque Christo, aut Deo, sit adorandum adoratione laetiae.* 470

8. *Quomodo soluantur rationes dubitandi superius posita, & specialiter quomodo adorentur imagines Crucifixi, in quibus aliquando apparet Diabolus, & sanctissimum Iesu nomen, & liber Euangeliorum, & res sacrae, & typus, aut signum Sanctissimae Crucis.* 474

9. *Quomodo cultus laetiae sit exhibendus Crucis Christi, siue verae, siue fictae, & representatae.* 481

10. *Quomodo cultus hyperdulie sit exhibendus Beatissimae Virgini.* 485

11. *Quomodo cultus dulcie sit exhibendus Beatis in celo regnantibus.* 490

12. *Quomodo cultus publicus non sit exhibendus, nisi Sanctis canonizatis, & quis ille sit.* 493

13. *Quid specialiter sit seruandum ex decretis, & Constitutione V. bani V. III. circa cultum primum eorum Sanctorum, qui à Sede apostolica, neque sunt canonizati, neque beatificati.* 501

14. *Quomodo pro canonizandis, & approbandis Martyribus non requirantur miracula.* 507

15. *Quo cultus, & qua veneratione sint colenda, ac veneranda sacra Reliquia.* 510

16. *Qualis certitudo sit necessaria circa veritatem Reliquiarum, ad hoc, ut possint licite exponi, & adorari.* 518

17. *Quid sit oratio, & cuius potentia, & virtus sit actus.* 522

18. *Quid requiratur ad hoc, ut oratio sit impetratoria.* 527

19. *An, & quomodo oratio sit omnibus necessaria, tam necessitate medijs, quam praecepti.* 535

20. *De institutione, & numero Horarum canonicarum, quae sunt oratio publica.* 540

21. *Quomodo aliquis teneatur ad Horas canonicas ratione Ordinis sacri.* 544

22. *Quomodo aliquis teneatur ad Horas canonicas ex professione religiosa.* 547

23. *Quomodo aliquis teneatur ad Horas canonicas ex beneficio ecclesiastico.* 551

24. *Utrum is, qui habet plura beneficia, teneatur pluries in die recitare Horas canonicas.* 553

25. *Utrum is, qui ex titulo sui beneficij nullos percipit fructus, teneatur ad Horas canonicas.* 555

26. *Quomodo teneatur ad Horas canonicas, qui non percipit ex beneficio, nisi fructus valde tenues.* 558

27. *Quomodo teneatur ad Horas canonicas is, qui habet Coadiutoriam, Commendam, Vicariam, Beneficium manuale, vel Capellaniam.* 560

28. *Utrum Pensionarij, & qui habent redditus ecclesiasticos sine beneficio, teneatur ad Horas canonicas.* 563

29. *Qua formula, & quo Breviario sint persolueda Hora canonica.* 565

30. *An, & quomodo vnusquisque teneatur diebus singulis Horas persolvere iuxta praescriptum sui Breviarij.* 570

31. *Quo ordine sint recitanda Hora canonica.* 575

32. *Quomodo Hora canonica sint recitanda sine interruptione.* 578

33. *Quomodo Hora canonica sint integre persolueda.* 584

34. *Qua voce sint persolueda Hora canonica, tam in choro, quam extra chorum.* 588

35. *Quo loco sint persolueda Hora canonica.* 593

36. *Quo tempore sint persolueda Hora canonica.* 597

37. *Qua intentione, & qua attentione sint persolueda Hora canonica.* 600

38. *Quibus de causis possit quis excusari ab Horis canonicis, ad quas tenetur.* 606

39. *Qualiter peccent, qui omittunt Horas canonicas, ad quas tenentur.* 612

40. *Quomodo Beneficiarij, qui Horas omittunt post primos sex menses, teneantur restituere fructus suorum beneficiorum.* 615

41. *Ad quid teneatur Clericus beneficiatus, qui Horas omittit primis sex mensibus ab obtentio beneficio, & Pensionarij, qui omittit Horas Beatissimae Virgini.* 621


42. *De iis, quae pertinent ad recitationem publicam, & in Choro.* 624

Index Librorum, & Disputationum.


LIBER QVARTVS.

De Superfitione, & Irreligiositate.

- | | | | | | |
|---------|--|-----|-----|---|-----|
| DISP. 1 | DE illa specie Superfitionis, qua Deum equiliur modo indebituro. | 629 | 9. | Qua diuinatio possit esse licita ex colore, proportionem, & figura partium humani corporis. | 664 |
| 2. | De illa Superfitione, qua colitur falsus Deus, & appellatur idololatia. | 631 | 10. | Qua diuinatio specialiter sit licita ex lineis manuum, & ex ungulibus, & ex pedibus, & ex fronte, & ex nari. | 666 |
| 3. | De diuinatio in vniuersum, qua est Superfitionis ad habendam notitiam occultorum. | 633 | 11. | Qua diuinatio possit esse licita ex cordibus, uocibus, & moribus animalium. | 669 |
| 4. | De diuinatio per astra, tanquam per causas futurorum effectuum. | 639 | 12. | Qua diuinatio possit esse licita per elementa. | 671 |
| 5. | De diuinatio per astra, tanquam per signa futurorum effectuum, siue naturalia, siue ad placitum. | 647 | 13. | Utrum aliqua facultas diuinandi futura possit esse naturalis. | 673 |
| 6. | De iis, qua pertinent ad diuinationem per sortos. | 653 | 14. | De Superfitione artis notoria, qua quaeritur a Damone infusio scientia, & de obseruantia sanitarum, qua quaeritur immutatio corporum. | 676 |
| 7. | De iis, qua pertinent ad somnia, per qua potest contingere aliqua diuinatio. | 656 | 15. | De Superfitione uana obseruantia fortisiorum euentuum, & uana obseruantia scripturarum, & breuium. | 682 |
| 8. | Quomodo ex somniis possit contingere diuinatio futurorum euentuum. | 659 | 16. | De magia, maleficio, & ueneficio. | 684 |
| | | | 17. | De ientatione Dei, qua est prima species irreligiositatis. | 688 |
| | | | 18. | De altera specie irreligiositatis, qua est sacrilegium. | 690 |



R. P.



R. P. NICOLAI

BALDELLI,

CORTONENSIS,

E SOCIETATE IESV
THEOLOGI,

DISPUTATIONVM EX MORALI
THEOLOGIA,

Tomus Secundus,

De primo, & maximo diuina Legis Præcepto.

PRÆFATIO.

In qua explicantur aliqua de Præceptis Decalogi
in vniuersum.

- In veteri lege fuerunt præcepta moralia, ceremonialis, & iudicialia.
- Præcepta veteris legis quare aliquando appellentur testimonia, iustificationes, & mandata.
- Præcepta ceremonialia veteris legis sunt abrogata per Euangelium, & iam sunt non solum mortua, sed etiam mortifera.
- Præcepta uero iudicialia sunt solum mortua, non autem mortifera: & quare.
- Præceptum de obseruatione Sabbathi quomodo cessauerit in lege noua.
- Præcepta veteris legis quomodo dicantur non bona.
- Quomodo lex uetus dicatur occidere.
- Quomodo lex uetus fuerit iugum importabile.
- Præcepta veteris legis fuerunt penè infinita.
- Ex præceptis Decalogi qua sunt prime Tabula, & qua secunda.
- Præcepta Decalogi continent directionem maximè sufficientem.
- Ad præcepta Decalogi reducuntur alia omnia.

DOST explicata priore Tomo nostrarum Disputationum, illa omnia, quæ sunt communia toti doctrinæ, & tractationi morali, ad illa progredimur hoc alio Tomo posteriori, quæ sunt magis propria cuiusque virtutis, & à quibus hominum mores, humanæque actiones magis immediatè, & proximè regulantur: & talia præcipue sunt Præcepta Decalogi, quæ Deus ipse in veteri lege per Angelos, & per Moysem tradidit *Exo* li 20. & *Deuteronomij* 4. 9. & 10. siquidem continent totam eam directionem, quæ pertinet ad benè informandos mores cuiusque, eosque benè ordinandos, tam erga Deum, quàm erga proximum: nam, ut patet ex S. Thoma 1. 2. *quæst.* 99. a. 2. 3. & 4. & Scholasticis communiter in 3. *sentent.* disp. 40. triplicis generis fuerunt præcepta veteris legis, id est, In veteri lege moralia, quæ mores componerent, & formerent: fuerunt præcepta ceremonialia, quæ præscriberent ritus, & ceremonias ad Deum colendum: & iudicialia, quæ dirigèrent administrationem ciuilem: eoque omnia hæc diuina, & inde causa in sacris Litteris sæpè iunguntur sub hæc diuina.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

A triplici

triplici appellatione præceptorum, ceremoniarum, & iudiciorum, vt Deuter. 6. *Hæc sunt præcepta, ceremonie, atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus vobis.* & cap. 11. *Amma Dominum Deum tuum: & obserua eius præcepta, & ceremonie, atque iudicia.* & sæpè alibi. Et ad has appellationes reducuntur etiam aliæ, testimoniorum, iustificacionum, & mandatorum, vt patet ex Sancto Thoma 1. 2. *quæst. 99. cit. a. 5.* siquidem eadem præcepta appellantur testimonia, in quantum continent, & aliquando indicant auctoritatem Dei præcipientis, & de illa quodammodo testificantur, vt quando Deuter. 6. dicitur: *Audi, Israël. Dominus Deus tuus, Deus vnus est.* Et appellantur iustificationes, in quantum continent Dei iustitiam reddentis poenas, & præmia, transgredientibus, & obseruantibus legem; quæ iustitia est quasi factio iusti: & idè dicitur iustificatio, vt quando dicitur Deuter. 28. *Si audieris vocem Domini Dei tui, faciam te excelso rem cunctis Gentibus.* Et denique appellantur mandata, in quantum non sunt de iis, sine quibus ordo rationis, & virtutis non potest simpliciter esse: sed de iis, cum quibus melius est, & solùm continent quandam persuasione, & inductionem ad illud agendum, vt quando dicitur Exodi 22. *Si pignus acceperis vestimentum à proximo tuo, ante Solis occasum reddas ei.* Et inter hæc tria genera præceptorum veteris legis, illa, quæ dicuntur moralia, appellantur absolute, & sine alio addito appellatione præcepti: quia sunt talia, quasi autonomaticè, & longè excellunt supra alia, quæ solùm præscribunt certum modum colendi Deum exterius, & iustitiam administrandi, vt notat S. Thomas 1. 2. *quæst. 99. a. 4. in argumento.* Sed contra, & ex illo Sayrum *lib. 4. clau. reg. cap. 2. n. 1.* Nam, quanuis etiam religio, & iustitia sint virtutes morales, & inter præcepta moralia sint etiam illa, quæ simpliciter sunt de Deo colendo, & de iustitia administranda: illa tamen, quæ sunt specialiter de certo modo Deum colendi, verbi gratia, per has hostias, & sacrificia, & cum his vestibus, & cum his signis, & actibus exterioribus, & de certo modo administrandi iustitiam, rectè distinguuntur à præceptis moralibus. Strictè acceptis: quia hæc solùm continent legem naturæ, vt patet ex S. Thoma 1. 2. *quæst. 100. a. 1.* & non dependent à sola voluntate præcipientis, sicut dependent ceremonialia, & iudicialia proprie dicta, quæ hac de causa non numerantur inter moralia; quanuis alioqui etiam ipsa possint dici moralia; si hæc accipiuntur largo modo pro illis omnibus, quæ regulant, & dirigunt mores quomodocumque, & siue desumantur ex lege naturæ, & ex naturali dictamine rectæ rationis, siue ex sola voluntate præcipientis, vt iam diximus.

2. Præcepta veteris legis quare aliquando appellantur testimonia, iustificationes, & mandata.

3. Præcepta ceremonialia veteris legis sunt abrogata per Euangelium; & iam sunt non solum mortua, sed etiam mortifera.

4. Præcepta veteris iudicialia sunt solum mortua; non

vim obligandi: non tamen sint mortifera, & licet possint obseruari, si fortè ab aliquo Principe præcipiantur in suo regno, propter aliquem finem. Eiusque discriminis illa est ratio ex Sancto Thoma 1. 2. *quæst. 104. a. 3.* quia præcepta ceremonialia per se, & principaliter erant instituta ad figuranda Christi mysteria, vt futura; & idè iam non potest illorum obseruatio non præiudicare veritati fidei, ex qua constitemur, illa mysteria iam esse impleta, & non amplius esse futura: at verò præcepta iudicialia solùm erant instituta ad aliquid faciendum, quo homines disponerentur ad Christi aduentum: quod sine dubio quanuis non amplius obliget, cum homines non amplius debeant disponi ad Christum; non tamen præiudicant veritati fidei, nisi fiant ea intentione, vt pareatur veteri legi, quæ adhuc censetur obligare: tunc enim per hoc haberetur, quòd status prioris populi adhuc duraret, & homines adhuc deberent disponi ad Christum; & hic nondum venisset, quod est contra fidem.

Præcepta verò moralia eiusdem veteris legis hoc habent supra ceremonialia, quòd neque sunt mortifera, neque mortua; sed sunt lex, quæ in æternum stat, vt dicitur *Baruch 5.* & adhuc durant, & obligant, vt habetur apud Gratianum *d. 6. cit. in fine.* Et ratio est: quia continent ius ipsum naturæ, vt paulò antè diximus ex S. Thoma 1. 2. *quæst. 100. art. 1.* neque aliquid continent contra ea, quæ sunt tradita à Christo, & impleta per eius aduentum; idque est verum, etiam quoad tertium præceptum de obseruatione Sabbathi: siquidem etiam hoc est naturale, in quantum præcipit vacari aliquando rebus diuinis, & beneficium creationis commemorari, & quietem haberi in Deo per statum gratiæ in hac vita, & eandem sperari in alia per statum gloriæ, vt notat S. Thomas *quæst. 100. cit. art. 1. ad 2.* Et, quanuis aliquo modo sit etiam ceremoniale, in quantum determinat specialiter Sabbathum: secundum hanc tamen determinationem cessauit in lege noua, & est mutatum in diem Dominicum, & in alias solennitates, vt notat Nau. in *Ad an. cap. 11. n. 4.* ex Gratian. *d. 6. cit.* & ex S. Thoma 1. 2. *quæst. 100. a. 4.* & Scholasticis communiter in *tertio. d. 17.* & solùm remanet quoad substantiam, quæ est de iure naturæ; vt aliquando vacetur Deo, & recolantur beneficia Dei. Atque hoc est factis, vt etiam hoc præceptum de obseruatione Sabbathi sit retinendum inter Præcepta Decalogi; non autem ab illis sit remouendum, vt voluit Helychius in illud *Leuit. 26. Decem mulieres in vno clybano coquunt panes.* & apud S. Thomam *quæst. 100. art. 4. cit.* & apud Sayrum *lib. 4. clau. reg. cap. 2. num. 8.* Satis enim est, si non sit purum ceremoniale; sed contineat etiam præceptum morale, & naturale de recolendis aliquando beneficiis diuinis, & de vacando Deo, vt iam diximus.

autem non potest illorum obseruatio non præiudicare veritati fidei, ex qua constitemur, illa mysteria iam esse impleta, & non amplius esse futura.

5. Præceptum de obseruatione Sabbathi quomodo cessauerit in lege noua.

6. Præcepta veteris legis quomodo dicuntur non bona.

Neque contra hoc, quod dicimus, Præcepta Decalogi, & moralia veteris legis continere legem naturæ, facit illud Ezechielis *cap. 20. Dedi eis præcepta non bona; & iudicia, in quibus non vident.* nam id vel intelligitur de præceptis ceremonialibus, quæ dicuntur non bona; quia gratiam non conferbant, per quam homines à peccatis mundarentur, vt exponit Sanctus Thomas 1. 2. *quæst. 98. art. 1. ad primum;* vel certè non intelligitur de lege ipsa, & præceptis diuinis; sed de aliis, quæ populus ille erat habiturus à dominis temporalibus, Deo sic permittente, & puniente illius peccata: & sumitur tempus præteritum pro futuro, &, *dedi, pro, dabo,* vt notat Azor. *part. 1. instit. moral. lib. 6. cap. 2.* Et similiter, quod 2. *Cor. 3.* lex vetus dicitur occidere,

occidere, non significat, quòd præcepta moralia in lege veteri essent mortifera; sed solùm quòd tota lex vetus non conferret gratiam ad præceptorum obseruationem, sicut confert lex noua: & demonstrando ea, quæ erant vitanda; non autem minuendo concupiscentiam per auxilia gratiæ, potius videretur illam augere: sicut si quis homini famelico cibos ostenderet; neque tamen daret, vnde famem expleret; diceretur famem aliquo modo augere.

Et eadem ratione de lege veteri intelligitur id, quod habetur *Act. 15.* quòd esset iugum importabile: id enim est, quia vires gratiæ non subministrabat: sicut è contra *Matth. 11.* lex noua dicitur iugum suauis: quia per gratiam semper sufficit vires nouas. Quamquam fortasse ex alio etiam capite poterat dici lex vetus esse iugum grauissimum; id est, propter multitudinem penè infinitam præceptorum: siquidem, vt refert Genebr. in *Chronicis,* & ex illo Azor *lib. 6. cit. cap. 59. versus finem,* præcepta affirmatiua apud Hebræos tot numerabantur, quot à Medicis in corpore humano numerantur ossa, id est, bis centum, & quadraginta octo: & præcepta negatiua tot erant, quot sunt dies in anno, id est, tercentum, & sexagintaquinque; & collecta simul omnia excedebant numerum sexcentorum, & vt refert Sayrum *lib. 4. clau. reg. cap. 1. n. 6.* ex Guillelmo Parisiensi *lib. de fide, & legibus,* & ex Galatino *lib. 11. de arcana catholica fidei, cap. 4.* omnino erant sexcenta, & tredecim.

8. Quomodo lex veteris fuerit iugum importabile.

9. Præcepta veteris legis fuerunt penè infinita.

Et quoniam hæc Præcepta Decalogi Deus ipse in monte Sinai tradidit Moyfi in duabus Tabulis lapideis, descripta proprio digito, vt dicitur *Exodi 21. in fine,* & *Deuter. 5. post medium:* & in prima Tabula posuit ea, quæ hominem benè ordinant ad ipsum Deum; & in secunda ea, quæ continent ordinem iustitiæ, & benè ordinant ad ipsos homines. Rectè diuiduntur in Præcepta primæ Tabulæ, & in Præcepta secundæ: & hæc diuisio in idem recidit, ac si diuidantur in ea, quæ ordinant immediatè ad Deum; & in ea, quæ ordinant immediatè ad homines, quæcunque tandem, & quocumque hæc sint, de qua re inter Doctores non parua est controversia, vt videre est apud Sayrum *lib. 4. clau. reg. cap. 2. n. 6. & 7.*

10. Ex Præceptis Decalogi quæ sunt prima Tabula, & quæ secunda.

Et tota hæc ordinatio censeretur debet maximè sufficiens quoad omnia, pro quibus homo potest indigere ordinatione, & directione per leges: nam, quanuis in his Præceptis nihil contineatur peculiariter, quo vnusquisque rectè ordinetur ad se ipsum: non tamen propterea eorum directio est insufficientis, cum eo ipso, quòd quis est benè ordinatus ad Deum, & ad proximum; sit etiam benè ordinatus ad se ipsum; & tunc vnusquisque benè se diligit, quando benè se ordinat ad Deum, & ad proximum, vt notat S. Antoninus 1. *part. tit. 14. cap. 4.* Et quemadmodum directio per leges humanas tunc est sufficiens, quando homines benè ordinat ad Communitatem humanam, cuius bonum præcipue respicit; & quando facit, vt quis benè se habeat ad eum, qui præest Communitati, & ad consocios, & conciuies: ita & directio per legem diuinam tunc est sufficiens, quando ordinat ad Communitatem sub Deo, id est, ad Deum ipsum, qui est Princeps Communitatis, & ad alios homines. Et quòd hoc ipsum reuera præstet, ex eo colligit Sanctus Thomas 1. 2. *quæst. 100. cit. artic. 5. Alentis 1. 3. quæst. 29. membro 2. art. 2. Gabriel 3. dist. 37. artic. 1. not. 5. Sot. de inst. lib. 2. quæst. 3. artic. 5. Sayr. lib. 4. clau. reg. cap. 2. n. 9.* quia Principi Communitatis tria debentur, id est, Baldelli *Theol. Moral. Tom. 11.*

11. Præcepta Decalogi continent directionem maximè sufficientem.

Et quantum ad fidelitatem, reuerentiã, & famulatus. Et quantum ad fidelitatem, quæ maximè consistit, vt honor principatus non deferatur ad alium, facit primum Præceptum: *Non habebis Deos alienos.* Quantum ad reuerentiã, quæ consistit, vt nihil iniuriosum committatur in Principem, facit secundum: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Et quantum ad famulatum, qui præcipue debetur à subditis propter beneficia, quæ accipiunt à Principe, facit tertium Præceptum de sanctificatione Sabbathi, in memoriã creationis, & beneficiorum Dei. Et similiter ad illos proximos, quibus specialiter sumus obstricti, rectè nos ordinat quartum Præceptum de honorandis parentibus: & ad alios, quibus tantummodo generaliter sumus obligati, ordinant alia, quæ præcipiunt, vt nulli damnum inferamus, siue opere, siue ore, siue corde, & siue quoad vitam, & personam propriam: *Non occideris.* siue: quoad personam coniunctam propter prolis propagationem: *Non machaberis.* siue quoad res possessas: *Non furum facies.* & præterea neque etiam ore falsum testimonium contra illum dicamus; & neque corde concupiscentiam personæ illi coniunctas, aut res possessas: *Non falsum testimonium dices.* *Non concupisces uxorem proximi tui.* *Non concupisces rem proximi tui.* Et merito Deus per hæc Præcepta Decalogi, suasque leges, non solum agit de actibus externis iustitiæ, sicut communiter faciunt leges humane; sed etiam de internis aliarum virtutum: siquidem per suas leges ordinat nos ad se ipsum, cum quò non habemus nos benè, nisi per actus etiam internos quaruncumque virtutum; cum tamen leges humane solum nos ordinent ad Communitatem humanam, ad quam habemus sufficienter nos benè per solos actus externos virtutis iustitiæ; & aliis virtutibus non indigemus, nisi quatenus induunt aliquando etiam ipsæ rationem iustitiæ; vt, quando ex fortitudine per leges iubemur non fugere, non abiciere arma, non deferere locum in acie; & ex temperantia non committere adulterium, & ex mansuetudine non verberare, non contumeliosè agere, non maledicere, & sic de aliis, vt patet ex Aristotele 5. *Ethic. cap. 1. pag. 110. versus finem:* & notat Sayr. *lib. 4. clau. reg. cap. 2. num. 12.*

12. Ad Præcepta Decalogi deducuntur alia omnia.


Neque solum directio per Decalogum est censenda sufficiens, vt iam diximus: sed etiam est censenda quasi epitome & summa omnium aliarum directionum, quæ habentur in veteri lege per alias quascunque leges, aut præcepta moralia, cum nulla sint, quæ in his aliquo modo non contineantur, & ad hæc aliquo modo non reducuntur, vt patet ex Sancto Thoma 1. 2. *quæst. 100. art. 3.* & ex Sancto Augustino *quæst. 140. in Exodum.* Quia enim hæc præcepta Decalogi sunt immediatè habita à Deo, & neque sunt principia prima, & communissima, quæ per se statim possunt patere vniciuique per lumen naturæ; neque sic deducuntur ex huiusmodi principiis primis, vt indigeant magna inquisitione, & diligentiã sapientiam, ad hoc, vt deducantur; sed sunt medio modo, & facillè deducuntur ipsa per se ex principiis primis; & plura alia deducuntur etiam ex ipsis, tanquam ex principiis magis proximis; inde est, quòd omnia in ipsis contineantur, & aliquo modo ad ipsa reducuntur, id est, prima & communissima in illis contineantur, tanquam principia in conclusionibus proximis; & alia magis obscura, & mediata contineantur, tanquam conclusiones in principiis proximis. Et quemadmodum ad cognoscendas res naturales plurimum confert, quòd omnes possint reduci ad

decem prædicamenta; & vnaquæque possit reponi, & considerari in vno aliquo ex illis, tanquam in sua sede, ac serie, suæque ordine: ita & plurimum conferat ad cognoscendas operationes virtutum; & vitiorum; quæ omnes possint reponi in his decem Præceptis, tanquam in suis ordinibus; & in illis considerari; & expendi quoad suam rectitudinem; & prauitatem: sicut & diuina prouidentia factum est; vt res omnes credendæ sint reductæ per Sanctos Apostolos ad duodecim articulos Symboli; & res omnes à Deo petendæ; & obtinendæ per orationem, sint reductæ per ipsum Christum ad septem petitiones orationis Dominicæ.


Atque hoc modo ad Præcepta Decalogi, quæ respiciunt Deum; & dicuntur primæ Tabulæ, tanquam principium primum; & notissimum ad suas conclusiones notissimas, & proximas, reducit Mandatum de diligendo Deo; quod *Matth. 22* dicitur primum; & maximum: & ad alia, quæ respiciunt proximum, & dicuntur secundæ Tabulæ, reducit aliud de diligendo proximo, quod *ibidem* dicitur esse secundum, & simile primo: siquidem ex eò, quod Deus sit diligendus ex toto corde, & super omnia, facile infertur, quod honores diuini ipsi tantum sint deferendi; eiusque honorem non sit assumendum in vanum; & aliquando sit illi vacandum, eiusque beneficia sint recollenda. Et ex eò, quod proximus sit diligendus, sicut nos ipsi, & illa præstanda sint aliis; quæ ab aliis volumus præstari nobis; & illa aliis non sint præstanda, quæ ipsi nobis præstari nolumus; facile infertur, quod parentes sint honorandi, sicut

& nos honorari volumus à nostris filiis; & quod nullus sit occidendus; & quod non sit furandum; sicut & nos occidi nolumus; & nolumus, vt aliquis alius nobis furetur; & sic de aliis, vt notat Sanctus Thomas *1. 2. quest. 100. art. 3. ad 1. & 2. 2. quest. 44. art. 1. ad 3.* Et ad eadem Præcepta Decalogi, tanquam conclusiones obscuriores ad sua principia magis proxima, reducuntur alia præcepta moralia, vt, verbi gratia, ad Præceptum de Deo colendo, præceptum de adoratione, de oratione, & de aliis actibus virtutis religionis, & de vitandis vitiis illi oppositis: & ad Præceptum de honorandis parentibus, præceptum de honorandis quibuscunque maioribus: & ad Præceptum de non fando, vel non mœchando, præceptum de non exercendis vsuris, vel de non vacando peccatis luxuriz quibuscunque: & sic de aliis, vt bene explicat Sayrus *lib. 4. clau. reg. cap. 2. v. 4.*

Quia ergo Præcepta Decalogi, modo explicato continent totam directionem humanarum actionum; non potest doctrina moralis non magna ex parte pendere ex accurata illorum explicatione: & ideo, vt distinctius, & exactius de illis agamus, totam tractationem diuidemus in duas partes. Et prima erit de Præceptis primæ Tabulæ, quæ respiciunt Deum; & secunda de Præceptis secundæ Tabulæ, quæ respiciunt proximum. Et primam partem, ne crescat in immensum, subdividemus in alias duas, id est, in explicationem Præcepti primi, & maximi, quam damus præfati Tomo; & in explicationem aliorum, quam dabimus, Deo iuvante, Tomo sequente.



DISPV



DISPUTATIONVM EX THEOLOGIA MORALI LIBER PRIMVS.

De Fide, & Infidelitate, quarum Præcepta primo loco præsupponuntur ad Præceptum primum, & maximum primæ Tabulæ.



VIA Præcepta primæ Tabulæ præsupponunt, tanquam præambula, & tanquam principia per se prima, & notissima, ex quibus habentur, Præcepta alia fidei, spei, & charitatis, vt patet ex Sancto Thoma *1. 2. quest. 100. art. 3. ad primum, & 2. 2. quest. 22. art. 1. & quest. 44. art. 1. ad 3.* Caiet. Nau. & aliis apud Sanchez *lib. 2. in Decal. in intro*: siquidem, accedentem ad Deum oportet credere, vt dicitur ad Hebr. *11.* & impossibile est, vt, tanquam Deum, eum colamus, quem non nouimus; & vt preces ad illum fundamus, in quem non speramus; & vt Præcepta illius seruemus, quem non diligimus; & à quo nihil boni speramus, loco præmi; & nihil mali timemus, loco supplicij: de his ipsis Præceptis fidei, spei, & charitatis est primò agendum, vt de primis principis aliorum, & præcipue illius, quod est primum in prima Tabula, & diuinos honores Deo præcipit exhiberi, cum reuera maximè Deus colatur etiam per fidem, spem, & charitatem, vt habet Sanctus Augustinus *in Enchiridio, cap. 20.*

Atque, vt à fide incipiamus, à quo agemus de propositione obiecti credendi, à quo, & qualiter esse debeat, ad hoc, vt obliget ad assensum: tum verò de ipso actu, tam interno, quam externo, qui dicitur confessio, aut professio fidei; & de vitiis, aut peccatis oppositis, qui sunt infidelitas, & præcipue hæresis.

DISPUTATIO I.

A quo, & qualiter sit facienda propositio rerum fidei, ad hoc, vt obliget.

1. Propositio aliqua rerum fidei referri tandem debet immediatè in Deum.
2. Qui habet immediatè à Deo propositionem fidei, potest illam credere per actum fidei.
3. Ad fidem non est necessarium, vt unusquisque habeat à Deo revelationem.
4. Hæreticum est, si quis dicat, in rebus fidei esse credendum ab vnoquoque, interno spiritu.
5. Solummodo rationes Hæreticorum.
6. Propositio rerum fidei debet saltem illas facere prudenter credibiles.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

7. Et oppositum non prudenter credibile.
8. Et præterea debet illas facere prudenter credendas.
9. Iudicium credibilitatis quomodo possit esse evidens.
10. Satis est, si sit evidens solum moraliter.
11. Quibus rationibus ostendatur, quod res fidei sint prudenter credibiles.
12. Quomodo res fidei sint prudenter credibiles ratiocinationibus.

VOCABVLVM fidei non accipimus hoc loco pro fidelitate in seruandis promissis, quomodo Marcus Tullius *lib. 1. Officiorum*, eam describit, quod sit dictorum, conuentionumque constantia, & veritas: & Sanctus Paulus *ad Romanos 3.* de Iudæorum incredulitate negat, quod fidem Dei euacuauit, id est, fidelitatem in

A 3 præstandis

prestandis promissis. Sed accipimus pro credulitate, aut assensu certo ad res reuelatas: quomodo dicitur ad Hebr. eos 1. 7. *Sine fide impossibile est placere Deo.* Et ad Romanos 10. *Fides est ex auditu.*

1. Et certum est, quod prima aliqua propositio eorum, quæ per talem fidem creduntur, necessariò est referenda in Deum, etiam si postea per eos ipsos, qui talem propositiõnem, aut reuelationem habuerunt immediate à Deo, sit etiam facta, & extensa ad alios: nam, vt bene ratiocinatur S. Thomas 3. *contra Gentiles*, cap. 1 § 4. noticiam eorum, quæ homo per se ipse non videt, necessariò debet accipere ab eo, qui videt; & idem cum fides diuina sit eorum, quæ naturaliter sciri, & videri non possunt ab intellectu humano, aut creato quocunque, omninò est deriuanda, & habenda à Deo, qui solus se ipsum, suaque omnia perfectissimè videt, & comprehendit: & quoniam, quæ sunt à Deo, sunt ordinata; etiam in habenda à Deo notitia fidei, ordo aliquis dicendus est fuisse seruatus, vt, scilicet, aliqui immediatè à Deo illam receperint, & alij ab illis, & sic per ordinem vsque ad vltimos, vt ibi concludit Sanctus Thomas; & cum mysterium Trinitatis, verbi gratia, sit omninò supra omnem capacitatem creatam; & mysterium Incarnationis, & Eucharistiæ sit merè dependens à libera voluntate Dei, & inkitatione Christi, impossibile omninò est, vt aliter attingatur, quam ex manifestatione, & reuelatione Dei, vel generaliter, & vniuersaliter facta ad omnes, vel specialiter, & particulariter facta ad vnum aliquem, & per illum deriuata ad alios: atque ita necessarium omninò est, vt prima aliqua propositio, & manifestatio rerum fidei referatur in Deum, & ab hoc sit primùm facta vni alicui, siue Angelo, siue homini, vel etiam pluribus simul, de quo in præsentia non laboro.

2. Et parum refert in præsentia, vt rùm is, qui habet immediatè à Deo huiusmodi reuelationem, illi assentiarur per actum fidei; an verò per alium actum perfectiorem, & clariorem: si enim reuelatio fiat vni alicui homini per voces, verbi gratia, quæ formètur in aère; vel per interna phantasmata, quæ interitus coordinentur, & illustrentur; vel per aliquod simulacrum, aut symbolum, quomodo per ollam succensam fuit significata ira Dei, *Ierem. cap. 1.* & per virgam vigilansem eiusdem iustitia in puniendis peccatis; certum est, quod assensus poterit esse per fidem, siquidem erit obsecutus, neque faciet rem cognosci clarè in se, & propter intrinsecam veritatem, quæ in ipsa eluceat; sed solum extrinsecè propter authoritatem sic reuelantis, & proponentis. Si verò reuelatio fiat per proprias species, quæ infundantur a Deo, vel per actum altioris scientiæ, qualis dicitur fuisse in Christo, vel etiam per actum beatificæ visionis, ad quam aliquis eleuetur; certum similiter est, quod assensus non erit per fidem; sed altioris, & perfectioris nature, vt ex se patet: & hoc modo certissimum est, quod Christus Dominus, qui alios fidem docuit, non habuit fidem; sed scientiam infusam, & visionem beatificam, vt etiam notat Suar. *disp. 4. de fide, sect. 1. num. 5.*

3. Sed, quanuis sit necessarium, vt prima aliqua reuelatio, & propositio rerum fidei habeatur à Deo, vt diximus; non tamen est necessarium, vt vnusquisque, qui debet credere, illam expectet immediatè à Deo; sed satis est, si res credenda sufficienter illi proponantur, vt iam reuelate alicui alteri: neque enim Deus vno tantum modo mouet ad fidem; sed pluribus: & aliquando ipse per se infundit species rei credendæ, vt fecit Adamo: aliquando per Angelos format voces, & signa; vt, quando postea Abrahamo promissit, quod esset futurus pater multarum gen-

tium, *Genes. 17.* eamque promissionem ipse credit per veram fidem, vt patet ex Sancto Paulo ad *Rom. 4.* aliquando docet per alios, prius doctos à se, quomodo per Apoitolos doctos à Christo, doceri voluit omnes gentes, *Marci ult.* & specialiter per Sanctum Philippum doceri voluit Eunuchum Reginæ Candacis, *Act. 8.* & per Ananiam doceri voluit Sanctum Paulum, *Act. 9.* & communiter hoc tempore per Prædicatores doceri vult eos omnes, qui conuertuntur ad fidem.

4. Atque ex hoc maximè refelluntur Hæretici nostri temporis, qui affirmant, Spiritum Sanctum in nobis loqui, eique soli, nullique alteri esse credendum quoad veram intelligentiam Scripturarum, & rerum fidei; ac proinde à solo Deo expectari debere sufficientem propositionem, vt videre est apud Bellarm. *lib. 3. de verbo Dei, cap. 3. tom. 1.* & apud Suar. *tract. de fide, disp. 4. sect. 1. num. 1.* Sed contrà est: quia Deus non vno tantum modo mouet ad fidem; & mundum vniuersum non ipse per se, & solum per internas inspirationes docere voluit; sed per Apostolos, & modò etiam docet per Prædicatores, vt iam diximus: quanuis præter externam prædicationem, etiam adhibeat inspirationes internas, & aperiat cor, vt intendamus his, quæ prædicantur exterius, sicut dicitur *Act. 16.* accidisse cuidam mulieri, nomine Lydiæ, cui Deus aperuit cor, vt intenderet his, quæ dicebantur à Sancto Paulo; ne, scilicet, otiosus sit sermo Doctoris, si non adsit diuinus spiritus cordi audientis, vt habet Sanctus Gregorius *hom. 30. in Euangelia.* Imò est maximè periculosum, si quis fidat in rebus fidei, suo spiritui. Et Christus ipse *Luce 22.* curam, & munus confirmandi in fide non commisit vnicuique per se; sed Sancto Petro, pro cuius fide rogauit, vt non deficeret; & *Act. 15.* controuersia tunc exorta inter fideles de cessatione legalium, non fuit dirempta ab vnoquoque ex proprio spirita, sed à toto Concilio Apostolorum: & Sanctus Paulus profectus est Ierosolymam, vt de aliquibus ad fidem spectantibus conferret cum aliis Apostolis, vt ipse habet *ad Gal. 2.* Et *1. Ioan. 4.* omnes iubemur probare spiritus, si ex Deo sunt: quia multi dicunt, se habere spiritum Dei; & habent spiritum vertiginis: & vltus vniuersalis Ecclesiæ semper fuit, vt quæstiones de fide à nullo definiantur, nisi à Summo Pontifice, vel à Concilio per Pontificem congregato, & approbato: & hac semper est habita tanquam regula fidei. Et quod Deus semper præstitit ab ipso mundi initio, tam cum Angelis, quam cum hominibus, vt non omnes, & singulos illuminarit, & docuerit ipse per se, & immediatè; sed alios per alios, & mediantibus aliis: idem præstat etiam hoc tempore, & præstabit etiam in futurum: sic enim eas res fidei, quas ab Angelis credi voluit, non reuelauit singulis ipse per se; sed infimis reuelauit per medios, & mediis per superiores, & his per vnum aliquem supremum omnium, cui reuelauit ipse immediatè, vt est communis sententia Theologorum, ex Sancto Dionysio *cap. 4. de diu. nomin.* Et idem præstitit etiam cum Adamo, quem de obiectis, & rebus credendis illuminauit per Angelos ex eadem communi sententia apud Suar. *de fide, disp. 4. sect. 1. cit. n. 2.* Et in statu legis nature communiter filios doceri solum voluit per patres, vt patet de Abrahamo *Gen. 18.* Scio, quod præcepturus sit filiis suis, & demum sue post se. Et legem scriptam solum dedit per Moysen, eique voluit credi, tanquam testificantis, ac proponenti locutiones Dei. Vnde & dicitur *Exodi 14.* *Crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.* Et quod postea reuelauit Prophetis, solum per illos promulgauit aliis, iuxta illud

4. Hæreticis est, si quis dicat, in rebus fidei esse credendum ab vnoquoque, interno spiritui.

5. Soluuntur rationes Hæreticorum.

illud *Luce 1.* *Locutus est per os Sanctorum, qui à seculo sunt, Prophetarum eius.* Et ad *Hebr. 1.* *Olim Deus locutus est Patribus in Prophetis.* Et denique in lege gratiæ prius misit Præcursores, *Ioan. 1.* *Vt omnes crederent per illum.* Et postea ipsemet Christus Iudæam docuit, & per vniuersum mundum Apostolos misit, vt docerent, & prædicarent, eique testes essent vsque ad vltimum terræ; & eos, qui ipsis credidissent, & per ipsos fidem Baptismi, & Baptismum suscepissent, promissit fore saluos. *Matth. ult.* *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Neque vnquam asseruit, necessariam esse ad salutem reuelationem Dei immediatam ad vnunquemque: imò Scripturæ, in quibus posuit doctrinam fidei, non scripsit, nec promulgauit immediatè ipse per se; sed per homines Dei sanctos, qui Spiritu Sancto inspirati locuti sunt, vt habetur *1. Petri 2.* Et sic postulat suauis ordo diuinæ providentiæ, vt bene aduertit Sanctus Augustinus *contra epist. fundam. cap. 4. & 14.* Vt sicut Deus immediatè creauit vnum hominem, & ab illo, & per illum successione continua producti sunt cæteriti & ipse in fide instrueret aliquos, & ab illis alij docerentur.

Neque vrgent in contrarium loca Scripture, quæ asseruntur ab Hæreticis, vt *Psalm. 93.* *Beatus, quem tu erudieris, Domine.* & *Isaïæ 54.* *Ponam omnes filios tuos doctos à Deo.* & *Ier. 31.* *Dabo legem meam in visceribus eorum: & in cordibus eorum scribam eam.* *Non docebit vnusquisque proximum suum, &c.* & *Ioan. 10.* *Oves meæ vocem meam audiunt.* Et *Matth. 23.* *Vnus est Magister vestrorum, & 1. Cor. 2.* *Spiritus uisus diuinitatis, &c.* & *1. Ioan. 2.* *Vnctio docebit vos.* & similia. Nam ex illis solum probatur, quod Deus ipse per se interius doceat, & moueat cor ad credendum, dum Prædicator exterius proponit res credendas; & quod tota doctrina fidei verè sit referenda in Deum, qui & exterius mittit Prædicatores, & interius mouet per internas inspirationes: non autem sit referenda in homines, qui præscindendo ab interna Dei operatione, & inspiratione, dum sonant verba, solum se habent quasi æs sonans, aut cymbalum tinniens, neque pertingunt ad internum assensum, & actum fidei.

Neque ex eo, quod propositio diuina reuelationis, & rerum fidei possit fieri, & de facto communiter fiat per homines; qui tamen non sunt infallibilis veritatis, & facile possunt falli, & fallere; sequitur diminutio aliqua certitudinis in ipsa fide diuina, sicut & sequeretur in fide humana, si dictum aliquod, aut testimonium hominis fide dignissimi non ab ipso immediatè audiremus; sed ab alio longè minoris veracitatis, & auctoritatis: nam satis est, si talis proponens, quicumque tandem sit, & cuiuscunque veracitatis, ita proponat reuelationem diuinam, vt faciat illam euidentem, vel saltem prudenter, & rationabiliter credibilem per fidem diuinam: & in tali casu assensus fidei, qui postea sequitur ex tali iudicio credibilitatis, potest verè habere totam suam certitudinem, cum iam non nitatur auctoritati proponentis; sed soli reuelationi diuinæ bene, & sufficienter applicatæ per proponentem, ad causandam infallibilitatem assensus fidei. Et quemadmodum si admittamus, Deum ipsum inspirare interius, & quasi proponere veritatem suæ reuelationis, vt volunt Hæretici; non minuitur infallibilitas fidei secundum ipsos ex eo, quod illa ipsa inspiratio sit solum existimata: non autem certò, & euidenter cognita, vt existens à Deo: quia, scilicet, actus fidei non innititur humana existimationi de vera inspiratione, & propositione reuelationis diuinæ; sed ipsi diuinæ reuelationi sufficienter propositæ, & inspiratæ: ita & non

minuitur infallibilitas eiusdem fidei, si reuelatio diuina proponatur sufficienter exterius, vt bene aduertit Suar. *disp. 4. de fide, sect. 1. n. 8.* quia similiter non innititur externæ propositioni reuelationis; sed ipsi reuelationi exterius propositæ, & applicatæ ad causandam infallibilitatem assensus fidei.

Quod si quæras de hac ipsa propositione obiecti fidei, quæ sit immediatè à proponente, aut prædicante extrinsecò, qualis tandem; & quantæ efficacitæ debeat esse, ad hoc, vt obliget ad credendum. Respondet, debere saltem esse talem, vt rem faciat prudenter credibilem, imò & credendam simpliciter, vt reuelatam à Deo; & contrà, faciat omnè oppositum non prudenter credibile, & simpliciter non credendum: hac enim de causa Christus ipse suam doctrinam confirmauit miraculis; & missis ad prædicandum Apostolis dedit eis potestatem miraculorum, *Matth. 10.* & *Marc. ult.* & Sanctus Paulus *1. Cor. 2.* expressè asserit, suas prædicationes, suòque sermones non fuisse in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione virtutis, & spiritus. Et ratio est: quia voluntas credendi, quæ ad actum fidei est necessaria, non potest esse honesta, & virtuosa, sicuti est, nisi dirigeretur, ac regetur prudenti iudicio, sicut & diriguatur alij habitus, & virtutes voluntatis; ac proinde omninò supponit prudens iudicium, quod res possit, ac debeat credi: & alioqui si posset sufficere, etiam imprudens iudicium; qui ex illo induceretur ad fidem, prudenter faceret, si postea dubitaret de sua fide, imò etsi totaliter ab illa recederet; quod tamen de fide diuina dici non potest, quæ, postquam semel est admissa, manet semper imperturbabilis, neque vnquam potest relinqui, nisi per summam imprudentiam, vt notat Suar. *disp. 4. de fide, sect. 2. num. 3.*

Et quoniam diuina autoritas, & reuelatio, sub qua proponuntur res fidei, non ita se habet, sicut auctoritas, vel attestatio hominis, quæ ita facit rem credibilem, vt etiam relinquat formidinem de opposito, vt pote ex se, suaque natura existens fallibilis, & potens fallere; sed est omni modo infallibilis, & prima veritas in dicendo: hinc est, vt propositio fidei sub diuina autoritate & reuelatione, ita debeat rem facere prudenter credibilem, vt simul faciat omnè oppositum non prudenter credibile; ne, scilicet, etiam ipsa relinquat formidinem in actu fidei, & possit quis prudenter credere etiam oppositum, & simpliciter à fide recedere secundum prædicationem, si etiam oppositum potest contingere, vt sit prudenter credibile, vt bene explicat Suar. *sect. 2. cit. n. 6. & 7.*

Atque ex hoc vterius fit, vt propositio fidei eo ipso, quod sit sub diuina attestazione, & reuelatione, simul faciat rem credibilem prudenti iudicio, & proponat ex parte illius quasi potentiam, aut dignitatem, vt credatur, vel vt possit credi, & simul faciat rem credendam, & proponat obligationem, & debitum, vt de facto credatur; vel, vt debeat credi, siue positiuè per actum, qui circa illam eliciatur, vt contingit in iis, quæ positiuè cadunt sub præceptum fidei; siue saltem negatiuè, non discredendo, & non eliciendo actum oppositum, vt contingit in aliis, si quæ sunt, quæ solum cadunt negatiuè sub idem præceptum.

Vtrum autem hoc prudens iudicium, quod debet formari ex sufficiente propositione fidei circa rei credibilitatem, & circa obligationem, vt credatur, debeat præterea esse euidens, & in quo gradu, vel in quo genere euidentie; parum refert ad nostrum propositum. Certum tamen videtur, non esse necessarium, vt ita sit euidens, vt cogat intellectum ad credendum, siue quoad specificationem, siue quoad

6. Propositiones rerum fidei debet saltem illas favore prudenter credibiles.

7. Et omne oppositum non prudenter credibile.

8. Et præterea debet illud facere prudenter credendum.

9. Iudicium credibilitatis quomodo posset esse euidens.

exercitium; cum nostra fides communiter utroque modo sit libera; & multi etiam ex iis, quibus Christus, & Apostoli proposuerunt res fidei, easque miraculis confirmarunt, coacti non fuerint ad credendum, & de facto non crediderint res propositas: quod tamen sine dubio non fuisset, si propositio maximè sufficiens, qualis erat à Christo Domino, & ab Apostolis, fecisset illis omnimodam evidentiam rerum credibilium: quod idem potiori ratione etiam contigit postea; imò & contingit communiter, quando res fidei proponuntur per alios. Et quavis negari non possit, quòd aliud sit evidentia credibilitatis alicuius articuli, & aliud evidentia ipsius articuli; siquidem hæc solum habetur per principia intrinseca, vel immediate per notitiam intuitivam ipsius rei in se; illa verb potest haberi etiam per principia extrinseca, ut, verbi gratia, per auctoritatem alicuius proponentis, vel per miracula ab illo facta, vel per rationes, & discursus prædentes adductos; certum tamen præterea est, quòd etiam evidentia credibilitatis, si sit summa, potest cogere intellectum, non modo, ut assentiatur ipsi credibilitati, & iudicet, rem esse credibilem; sed etiam, ut assentiatur saltem negatiue ipsi rei, id est, ut nullo modo assentiatur rei oppositæ, cum attestatio Dei, sub qua est evidentia credibilitatis pro vna parte, simul faciat pro parte opposita evidentiam non credibilitatis, ut iam diximus; quæ tamen coactio in fide diuina non est admittenda.

151
Satis est, si sit euidens, solum moraliter.

Sufficit ergo evidentia alia longè minor, id est, solum moralis, & quæ sufficit fundare iudicium prudens, quòd res sit credibilis, & credenda, ut reuelata à Deo, & per fidem diuinam omnino imperturbabilem, & infallibilem: sicut enim ad fidem humanam de re aliqua prudenter habendam sufficit prudens iudicium de alicuius fide digni attestatio; quæ est evidentia solum moralis, quòd possit creditura & sufficit proportionaliter ad fidem diuinam prudens iudicium de attestatio Dei; & solum ex diuersitate huiusmodi attestatiois postea prouenit diuersitas vtriusque fidei quòd infallibilitatem, & fallibilitatem, imperturbabilitatem & perturbabilitatem, ut ex se patet. Et communiter, de facto, circa credibilitatem rerum fidei non habent fideles maiorem evidentiam, quam moralem; & si hæc habeatur, pertinet postea ad diuinam prouidentiam, ut non permittat fideles decipi circa res credendas; sed eas tantum de facto credant per fidem diuinam, quæ verè sit reuelata à Deo. Et quemadmodum ad inducendas alias obligationes, etiam supernaturales, verbi gratia, charitatis, aut religionis, sufficit prudens iudicium ex prudentia infusa, & moralis evidentia, quòd hæc, aut illa actio, hæc, & nunc præcipiatur sub illis virtutibus: ita & potest sufficere ad inducendam obligationem fidei diuine, & ad actum credendi, ut etiam alibi diximus, dum ageremus de conscientia erronea, *disp. 6. cit. n. 5.* nam vniversaliter verum est, in omnibus rebus eam tantum certitudinem exquiri debere, quam patitur natura cuiusque rei, & non maiorem: & simile vitium esse, si ab Oratore exquirantur demonstrationes, atque si in Mathematico approbentur suasiones, ut est apud Aristotelem *1. Ethic. cap. 3.* & idem etiam in moralibus non est requirenda maior certitudo, aut evidentia, quam moralis, cum hanc solum communiter patiantur res morales, inter quas etiam ponitur obligatio fidei. Neque existimo oppositum velle Caietanum *1. 2. quæst. 1. n. 4. circa responsum ad secundum.* Bannes *ibidem dub. 3.* Valent. *2. 2. disp. 1. quæst. 1. puncto 4. §. 3.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 1. n. 4. & 6.* Suar. *disp. 4. de fide, sect. 2. n. 4.* & aliquos alios apud ipsum,

qui asserunt, iudicium credibilitatis in rebus fidei esse euidens, & talem debere esse illarum propositionem, ut inferat iudicium euidens, quòd possunt, & debeant credi; neque enim loquuntur de credibilitate obiectiua, quasi fundamentaliter, & directè, vel primò intentionaliter sumpta de qua nos loquimur; sed solum loquuntur de illa formaliter, & reflexè, vel secundò intentionaliter: hoc est, non intendunt, quòd Trinitas, verbi gratia, aut Incarnatio, quando proponitur alicui credenda, debeat illi per proponentem fieri euidens, quòd a. t. reuelata à Deo; & idem, quòd contineatur sub obiecto fidei, cuiusque actum possit, ac debeat terminare; quòd esset facere eam euidenter credibilem, credibilitate fundamentalis, & directæ, vel primò intentionaliter: sed solum intendunt, quòd debeat illi fieri euidens ex ipsa propositione, quòd, quatenus substat tali propositioni, possit, ac debeat rationabiliter credi; quòd est facere illam euidenter credibilem credibilitate formalis, & reflexa, vel secundò intentionaliter; & prout includit talem propositionem. Vnde & Caiet. *loc. cit.* expressè asserit, quòd prædicatio, vel propositio rerum fidei sufficiens ad credendum, non debet facere euidentiam rei, aut reuelationis diuine in se, vel, ut res sit credibilis ratione huiusmodi euidentia; sed solum debet facere euidentiam testimoniorum; vel attestatiois, & ut res sit euidenter credibilis, in quantum est attestata, & testificata per prædicantem, vel proponentem; & idem posse contingere, ut vnum, & idem fidei dictum sit euidenter credibile vni, & non alteri; sicut contingit etiam in aliis rebus, ut aliquæ rationes faciant rem probabilem vni, & non faciant alteri, si vterque illas capiat inæqualiter, ut etiam habet Sanchez *cap. 1. cit. n. 7.* Et Valentia ex eo asserit, doctrinam fidei esse euidenter credibilem, quia euidens est, eam confirmari grauibus argumentis. Et diligenter, inquit, aduertendum est, nos non asserere, quòd doctrina fidei nostra euidentibus argumentis confirmetur; sed, quòd sit euidens eam confirmari grauibus argumentis. Et Bannes eo tantum modo ait, res fidei esse euidenter credibiles, vel esse euidens, quòd sint credibiles, quo est euidens, quòd conclusio syllogismi probabilis, sit probabilis. Et non est, inquit, minus euidens, quòd argumentum probabile faciat conclusionem, vel assensum probabilem; quam quòd demonstratio efficiat conclusionem euidentem, & scientificam; res autem fidei euidens est, quòd persuadentur valde probabilibus argumentis; & idem est euidens, quòd sint credibiles. Et paulò post in solutione ad secundum; *Vt intellectus*, inquit, conuincatur ad iudicandum obiectum fidei euidenter esse credibile, non requiritur, ut inueniatur à voluntate, nisi quantum ad exercitium: sicut & in assensu scientifico, ut verè conuincatur ad credendum, requiritur motio voluntatis, cum non sit necessarium, ut omnes, qui euidenter iudicant aliquid esse credibile, statim credant, & non possint dissentire. Et Suar. *sect. 2. cit. n. 5.* eodem modo ait, requiri proportionaliter euidentiam credibilitatis in rebus fidei; quo requiritur euidentia probabilitatis in fide humana, & in aliis actionibus humanis, quæ sunt, verbi gratia, circa obiectum honestum. In his autem, licet sufficiat iudicium probabile, quasi directum, circa honestatem obiecti; si tamen fiat reflexio supra ipsam probabilitatem, semper datur etiam euidentia probabilitatis, licet non denur euidentia rei. Hæc verò omnia, quæ asserunt isti Authores, solum probant euidentiam credibilitatis quasi reflexæ, & acceptæ secundò intentionaliter; non autem directæ, & primò intentionaliter, quam solum nos negamus; & hanc eandem euidentiam credibilitatis reflexæ ad summum ad-

mittit

mittit etiam S. Thomas *2. 2. quæst. 1. art. 4. ad secundum*, dum asserit, eum, qui credit, videre in generali ea, quæ credit, id est, sub communi ratione credibilis: quia non crederet, nisi videret ea esse credenda, vel propter euidentiam signorum, vel propter aliquid huiusmodi.

11.
Quibus rationibus ostendatur, quòd res fidei sint prudenter credibiles.

Quæ autem sint rationes, & argumenta grauissima, quæ faciunt res fidei prudenter, & euidenter credibiles, per euidentiam saltem moralem modo explicato; videri possunt apud Suar. *disp. 4. de fide, sect. 3.* ex quo tandem *n. 1. 2.* omnia simul recolligendo, sic potest concludi argumentatio pro huiusmodi credibilitate. Illa doctrina est prudenter credibilis, quæ per se est valde consentanea rectæ rationi, & de Deo, cuiusque maiestate, & excellentia dignè sentit, & de virtute bonisque moribus dignè præcipit, & innumerabiles habet testes fide dignissimos, qui illam verbis, & factis per totam vitam confecti sunt, & ipso etiam sanguine confirmarunt; & virtute non solum humana, sed etiam diuina, per facta, & signa plane mirabilia, & supra totas vires naturæ, contra totam potentiam mundi, & Daemonum defenderunt. Et talis est doctrina fidei, de qua loquimur: siquidem tam illa, quæ tradit, alioqui cognoscibilia lumine naturæ, ut, verbi gratia, de animæ immortalitate, de vltimo fine, de creatione rerum; quam alia, quæ sunt profus supra naturam, ut, verbi gratia, de mysterio Trinitatis, & Incarnationis, sunt maximè consentanea rectæ rationi; & vniuersa doctrina fidei non potest in aliquo contuinci erroris, aut falsitatis, sicut alia omnes sectæ Philosophorum conuincuntur errasse in multis: & quæ tradit de Deo, maximè faciunt ad commendandam illius infinitatem; & omnem imperfectiorem, aut defectum, etiam minimum, ab illo tollendum; & quæ præcipit ad bene viuendum, honestissima sunt; neque aliquid approbat, quod sit turpe; cuiusque directio ad vltimum finem est perfectissima, & sufficiens ex omni parte, neque deficit in aliquo ex necessariis ad illius ascensionem; & asseriores, & testes habet penè infinitos, & probatissimos, id est, Christum ipsum, quem etiam Iosephus *lib. 16. Antiquitatum*, ait, fuisse virum sapientem, & operum plane admirabilium effectorem; & eorum Magistrum, & Doctorem, qui vellent amplecti veritatem; & deinde Apostolos, qui, cum essent rerum omnium humanarum contemptores, non possunt præsumi doctrinam hanc deceptoris, & dolosè per mundum sparsisse; & cum essent plane rudes, & ignari omnis humanæ sapientiæ, & tamen sapientissimè dicerent eorum omnibus, nec quisquam posset resistere sapientiæ, & spiritui, cum quo loquebantur; dicendi omnino sunt, sapientiam habuisse ex alto, & diuinitus accepisse quicquid aliis traderent: & tertio Martyres, qui fidei veritatem suo sanguine ita firmarunt, ut simul etiam dederint plurima signa innocentis, & sanctitatis; & in ætate, & sexu etiam fragili, & infirmo constantiam, & sapientiam ostenderunt supra humanam; & dum morerentur, plurima patrarent miracula; & post mortem adhuc plura patrarent à Deo ad eorum sepulcra: quod tamen esse non posset, si occubissent pro confirmatione erroris, & falsitatis. Et denique ante hos ortus etiam habet Prophetas, qui multis antè sæculis præcognouerunt, & prædixerunt omnia, & singula, quæ modò fides docet, fuisse impleta.

Et hæc omnia, etiam leuiter, penetrantur; negari non potest, quin faciant res omnes fidei prudenter credibiles, ut iam diximus, & maximam iniuriam faciat diuina prouidentia, & bonitati, si quis, etiam breuiter, suspicetur, posse Deum permittere,

ut fallamur, sub tanta, & tam multiplici credibilitate, quantum faciunt rationes allatæ: cum præteritum ad Deum pertineat, ut nos non deceret, quando per nos ipsi errores cognoscere, & vitare non possumus circa ea, quæ sunt necessaria ad vltimum finem, ut certè est fides; & cum hæc credibilitas iis nitatur, quæ non potuerunt fieri nisi à Deo, à Deo ipso possemus dicere deceptos nos esse, si essent falsa ea, quæ credimus, ut habet Richar. de Sancto Victore *lib. 1. de Trin. cap. 2.* & apud Suar. *disp. 4. de fide, sect. 3. n. 1. 2. in fine.*

Atque hæc rationes non solum ostendunt, res fidei esse prudenter credibiles, quasi absolute acceptas; sed etiam comparatas, aut relatas ad omnes alias sectas; & idem ostendunt, quòd nulla alia potest esse ex aliis sectis, quæ sit prudenter credibilis; & quòd hæc credibilitas solum, & semper conuenit catholicæ fidei: nam, siue loquamur de sectis Gentilium, siue de Iudaismo, siue de sectis Hæreticorum, nulla est, aut potest esse, quæ non admittat multa contra rectam rationem; & quæ non approbet quoad mores aliqua turpia; & quæ non careat probatissimis testibus, & confirmatione miraculorum, ut de singulis videre est apud Suar. *disp. 4. cit. sect. 4.*

Quòd verò sufficiant hæc rationes, & motiva credibilitatis rerum fidei ad proximè inducendam obligationem præcepti fidei; & quando alicui hoc modo proponuntur res fidei, ut credibiles, & ut credenda, verè teneatur illas credere, & mortaliter peccet, si non credat; non est, quòd probetur, cum hoc sit commune omnibus præceptis, ut semper proximè obligent, quando per conscientiam, & dictamen rationis proximè applicatur illorum obligatio; & semper peccetur, quando cognoscitur hic, & nunc, obligatio cuiusque præcepti, & non impletur.

12.
Quomodo res fidei sint prudenter credibiles iudicibus.

Atque hæc credibilis maximè prudens, & mortaliter euidens, quæ habetur de rebus fidei, non solum potest facere, ut peccent viri sapientes, & docti, qui illam bene capiunt, & penetrant per se ipsos; sed etiam alij, si illam capiant, & penetrant quasi in fide, & traditione aliorum, id est, sapientum, qui sunt in Ecclesia: ut si admittant, verbi gratia, viros sapientissimos, & doctissimos, qui plurimi semper fuerunt, & modò etiam sunt in Ecclesia, fidem hanc admisisse, & admittere, & ad extremum usque spiritum firmissimè tenuisse, & tenere; neque in illa aliquid vnquam deprehendisse, aut deprehendere contra rationem; siue in iis, quæ respiciunt quasi speculationem, ut sunt, quæ tradit de Deo, eiusque infinitate, & perfectionibus; siue in aliis, quæ respiciunt actionem, ut sunt, quæ tradit de moribus, & de virtutibus; & Deum ipsum plurimis, maximisque miraculis eam sapius confirmasse. Est enim sine dubio etiam hæc satis prudens, & moraliter satis euidens propositio rerum fidei; & idem sufficiens ad proximè inducendam obligationem credendi in rudibus, & simplicibus, qui non sunt capaces clarioris, & melioris propositionis, ut notat Suar. *disp. 4. de fide, sect. 5. num. 8. & 9. & 10.* Et hac ratione bene faciunt Prædicatores fidei, qui etiam rudes ex hac ipsa propositione, tanquam sufficienter instructos, admittunt ad Baptismum; accedente præsertim interna Dei motione, & inspiratione, quæ potest multum inuare, & supplere interius, minus clarum, atque perfectam penetrationem externæ propositionis; & facere, ut res fidei etiam rudibus appareant prudenter credibiles, & absolute credenda.

DISPUTATIO II.

In quo consistat actus fidei, ad quem est obligatio, post factam sufficientem propositionem obiecti.

- 1. Actus fidei spectat ad intellectum.
2. Credere, est cum assensu cogitare.
3. Fides quomodo dicatur substantia rerum sperandarum.
4. Quare fides potius dicatur substantia, & fundamentum spei, quam aliarum virtutum.
5. Fides etiam informis est fundamentum virtutum.
6. Quomodo fides sit argumentum non apparentium.
7. Quis sit integer sensus definitionis allatae a Sancto Paulo.
8. Ad quem actum sit obligatio, post factam sufficientem propositionem obiecti fidei.
9. In actu fidei quomodo distinguantur, credere Deum, credere Deo, & credere in Deum.
10. Credere in Deum quid proprie importet.
11. Actus fidei non est discursivus.
12. Actus fidei est supernaturalis, infallibilis, obscurus, & certissimus.

1. Actus fidei spectat ad intellectum.

DE fide est, quoddam actus fidei, ad quem est obligatio, facta sufficienti propositione eorum, quae debent credi, sit actus intellectus, non autem solius voluntatis. Est contra Lutherum, & alios Hareticos, qui asseruerunt; fidem, ex qua iustificamur, spectare ad voluntatem; & nihil esse aliud, nisi fiduciam de diuina misericordia propter Christum. Et praeter definitionem Concilij Trident. sess. 6. in decreto de iustificatione, cap. 9. & can. 12. contra hunc errorem, clarè facit Sanctus Paulus 1. Cor. 13. ubi loquens de fide ait, quod per illam videmus quasi per speculum, & in enigmate; cum tamen visio pertineat ad intellectum, & non ad voluntatem: & 2. Cor. 13. quod per fidem captiuamus intellectum in obsequium Christi: & ad Hebr. 11. quod sine fide impossibile est placere Deo; quia accedentem ad Deum oportet credere, quia est; & inquitibus se remunerator est; cum tamen credere sit actus intellectus, utpote tendens in veritatem diuinæ existentiae per solam notitiam, & assensum; non autem appetens aliquam bonitatem. Et confirmatur ratione: quia haec ipsa fiducia de diuina misericordia omnino supponit actum intellectus circa veritatem huiusmodi misericordiae, cum voluntas non feratur in incognitum; & firmitas spei, siue fiducia, non possit oriri, nisi ex certitudine fidei: unde & Trid. sess. 6. cit. cap. 6. inter motus, vel actus, quibus disponimur, vel preparamur ad iustitiam, primò ponit actum fidei, quam concipimus ex auditu, & secundum quam credimus vera esse, quae diuinitus reuelata, & promissa sunt; & deinde actum timoris diuinæ iustitiae, quo vtiliter concutimur, considerantes, nos esse peccatores; & tertio actum spei, siue fiduciae, quo considerantes diuinam misericordiam, in spem erigimur, & confidimus, Deum fore nobis propitium propter Christum; atque ita actum fiduciae omnino admittit, qui consequatur ex actu fidei, non autem qui possit esse idem cum illo.

2. Credere, est cum assensu cogitare.

Nunc verò ipsum actum intellectus, in quo constituitur actus fidei, sic describit Sanctus Augustinus lib. de praedest. Sanctorum, cap. 2. circa medium, tom. 7. quod sit, cum assensione cogitare, id est, assensio certa, & firma cum quadam actuali conquisi-

tionem, vel mentis agitationem, & quasi coagitationem circa ea, quae mouent voluntatem, ut imperet illum assensum, siue assensionem intellectus: quia enim huiusmodi assensus non potest haberi ex euidencia obiecti, ut contingit in scientiis; siquidem res credendae sunt reuelatae à Deo per reuelationem obscuram; & quod videmus per fidem, solum videmus quasi per speculum, & in enigmate, 1. Cor. 13. solum habetur ex imperio voluntatis, quae ad illud dirigitur, vel mouetur ex iudicio credibilitatis, de quo egimus; & actualis conquisitio, vel agitatio, aut coagitatio mentis circa ea, quae fundant huiusmodi iudicium, intelligitur per cogitationem, cum qua est assensio, siue assensus, qui est actus fidei, ut exponit Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 2. art. 1. neque enim verbum cogitandi in huiusmodi descriptione fidei est accipiendum communiter, aut generaliter pro quacunque actuali consideratione intellectus; sed presè, & proprie, prout dicit quendam inquisitionem mentis, antequam veniat ad perfectionem, & certitudinem actus, qui intenditur, vel, quod idem est, prout dicit motum animi deliberantis, & inquirentis pro certitudine, & perfectione sui assensus, ut subdit Sanctus Thomas sibi. Et per hoc distinguitur actus fidei ab aliis actibus intellectus: siquidem, qui considerat, verbi gratia, ea, quae scit per habitum scientiae, vel ea, quae intelligit per habitum principiorum, habet quidem assensionem certam, & firmam, sed non cum inquisitione, aut cogitatione iam dicta, cum actus scientiae, & principiorum sit iam formatus, & perfectus, neque indigeat alia inquisitione, aut cogitatione. Et contra, qui est dubius de aliqua re, & in neutram partem contradictionis inclinat, vel, si inclinat in alteram, solum inclinat debiliter, & ex aliquo leui signo, ut accidit suspicanti; vel cum actuali formidine de opposito, ut accidit opinanti, neque etiam habet assensionem certam, & firmam; sicut neque is, qui credit per fidem humanam, & propter auctoritatem absolute fallibilem; cum tamen is, qui credit per fidem diuinam, & propter auctoritatem simpliciter infallibilem, habeat assensionem maximè certam, & imperterritibilem; & simul habeat cogitationem, vel mentis agitationem circa ea, quae faciunt rem credibilem, ut iam diximus.

Sed melior, atque exactior est illa alia definitio fidei, quam tradit S. Paulus ad Hebr. 11. quando ait: Est autem fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium, nam, ut explicat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 4. art. 1. omnia continent, quae possunt pertinere ad essentiam fidei, id est, dependentiam ab imperio, & actu voluntatis, cum non possit haberi assensus fidei ex euidencia obiecti, ut iam diximus; & praeterea contineat ordinem ad proprium obiectum, quod est prima veritas obiecti reuelans. Et quidem dependentiam à voluntate factis significat per primam particulam, substantia rerum sperandarum: siquidem ad volendum credere maximè homines inducuntur ex amore aeternae salutis: & haec pro toto tempore vitae praesentis, quo non habetur in re, neque in se, aut per se ipsam existit, vel subsistit, dicitur haberi, & possideri in spe, & per fidem, quae certè creditur, ut quodammodo iam in nobis existens, vel subsistens; & perinde ac si iam esset praesens, & haberetur in se ipsa: & haec existentia, vel substantia aeternae salutis, & rerum sperandarum, quae habetur propter certitudinem fidei, intelligitur appellatione substantiae, ut exponunt S. Chrysostomus homil. 2. 1. in Epist. ad Hebr. Theophylactus, Theodoretus, & Graeci Patres apud Cornelium à Lapide in cap. 11. ad Hebr. n. 286. & apud

3. Fides quomodo dicatur substantia rerum sperandarum.

apud Suar. de fide, disp. 6. sect. 2. n. 1. 3. & 6. S. Hieronymus. in cap. 5. Epistolae ad Galat. Magister Sententiarum, & Scholastici in 3. disp. 23. & apud Valent. 2. 2. disp. 1. q. 4. puncto 1. Et ad idem facit etiam appellatio hypostasis, quae Graecè habetur, & proprie significat substantiam: siquidem per fidem ita nobis sunt quasi praesentes res, quas credimus, ac speramus futuras, ut certè apparent quasi iam subsistentes in se ipsis; & de illis perinde non dubitemus, ac si iam essent praesentes: nam, quemadmodum tubus opticus, aut speculum oculare, vel dioptra, quae videntur Geometrae ad rerum, & dimensionum mensurationes, facit res longissimè distitas, quasi praesentes; & species visivas ita colligit, & confortat, ut faciat videri etiam illa, quae communiter non videntur: ita & fides aeternam beatitudinem adhuc minus positam, & longè distitam facit apparere, quasi praesentem, & oculis ipsis subiectam, ut bene aduertit Cornel. à Lapide in cap. 11. ad Hebraeos, num. 289.

Sed neque videtur reicienda illa alia expositio appellationis substantiae, quam tradit Magister in 3. disp. 23. cit. ut fides dicatur substantia rerum sperandarum, per analogiam ad veram, & proprie dictam substantiam; & ad minus, quod ipsa exercet respectu accidentium, & eorum, quae consequantur ad primum esse. Sicut enim substantia omnibus subsistat, omniaque sustentat, & ipsa est quasi basis, & fundamentum totius esse; & si ipsa non esset, impossibile esset, esse aliquid aliorum: ita & fides spem nostram sustinet, & sustentat; & est quasi basis, & fundamentum illius; & si fides non esset, nulla posset spes esse. Quod etiam facit illud Sancti Augustini lib. 2. de peccat. mer. & remiss. cap. 31. ubi, quod habetur in vulgata lectione, fidem esse substantiam rerum sperandarum, legit substantiam sperantium, iuxta vim Graecae vocis, ἐκαστοῦ ἐσπόν, quae, si accipiat, ut participium medium, potest habere significationem, tam passivam, quam actiuam; & tam veri, speratorum, quam sperantium.

Et quauis hoc non sit conforme textui secundum literam, siquidem vox alia, ἀσφαλιότητος, quae adiungitur participio dicto, ἐκαστοῦ ἐσπόν, clarè ostendit, illud poni determinatè in significatione passiva, neque posse accipi in actiua, cum fides non rectè dicatur esse substantia rerum sperantium, sicut dicitur esse substantia rerum speratarum, aut sperandarum: quoad sensum tamen, & sententiam à Sancto Paulo intentam, in idem recidit, cum idem sit, fidem esse substantiam, aut fundamentum spei, aut rerum sperandarum, in quantum debent sperari; & esse substantiam, fundamentum, sustentaculum, aut fulcimentum ipsorum sperantium, & quasi baculum viatorum, quo ipsi vtuntur ad sustentandos, & leuandos vitae labores, ut notat Suar. disp. 6. de fide, sect. 2. cit. num. 6. versus finem.

Atque ab hac acceptione substantiae pro fundamento, & basi totius esse, non multum differt illa alia expositio Sancti Thomae 2. 2. q. 4. art. 1. cit. & in cap. 11. ad Hebr. lect. 1. ut substantia accipiat pro ipsa essentia rerum sperandarum, in quantum huiusmodi essentia continetur virtute in ipsa fide, tanquam in principio proximo; & fides est quasi inchoatio quaedam illius: sicut & in scientiis principia, & praemissa dicuntur substantia ipsius assensus conclusionis, & ipsius scientiae; quia sunt inchoatio quaedam illius; & qui illas habet, & nondum accepit conclusionem, vno aliquo modo iam dicitur scire, vel habere scientiam, id est, virtute, & in potentia proxima, etiamsi alio modo nondum illam habeat, id est, actu, & in se ipsa, ut dicitur

1. Posterior. 1. 2. similiter enim qui habet fidem de rebus sperandis, & de aeterna beatitudine, iam aliquo modo illas ipsas habet; & fides est inchoatio quaedam beatitudinis: & pro tempore huius vitae differentia solum est quoad modum habendi, iuxta illud 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum, & in enigmate: tunc autem videbimus facie ad faciem. id est, illud ipsum videre inchoatio modo per fidem, quod tunc perfecte videbimus facie ad faciem: atque ita visio fidei, vel assensus per fidem est inchoatio quaedam visionis, quae erit facie ad faciem, & quam speramus.

Sed, siue accipiamus appellationem substantiae, quae ponitur à Sancto Paulo in definitione fidei, pro existentia, aut substantia rerum sperandarum secundum esse creditum, & apprehensum, siue pro fundamento, & quasi sustentaculo spei; non idè dicitur fides esse substantia rerum sperandarum: quia ea tantum, quae sperantur, faciat existere, vel subsistere in intellectu; non autem ea, quae timentur, ut est, verbi gratia, dies iudicij, & Infernus, vel ea, quae solum creduntur, ut est Trinitas, & Incarnatio: neque idè, quia solum spem sustentet, & fundet, non autem dilectionem, & timorem, & patientiam in aduersis, & exercitium aliarum virtutum: sed idè sit solum mentio de rebus sperandis; quia obiectum beatificum est praecipuum, & primum obiectum fidei; & per illud subsistit debent etiam alia obiecta, minus praecipua, & secundaria: & per sustentationem, & fundationem spei, debent intelligi etiam aliae fundationes timoris; & aliarum virtutum, ut notat Valent. disp. 1. de fide, qu. 4. puncto 1. §. Ad primum respondet, cum praesertim fides non detur nobis propter solam notitiam, quae sit habenda de Deo, & de rebus diuinis; sed maxime propter operationem; & ad hanc communiter inducamur ex spe remunerationis, ut notat Suar. disp. 6. de fide, sect. 2. n. 6. Et praeterea Sanctus Paulus specialiter agat de fide spem sustentante in tribulationibus, & persecutionibus, ut notat Cornel. à Lapide in cap. 11. ad Hebr. n. 282. & 292. Et patet ex fine capitis decimi praecedentis: Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum, &c. & ex toto discursu capitis 11. & ex principio sequentis 12. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in aurorem fidei, & consummationem Iesum, &c. Rectè enim Clemens Alexandrinus lib. 1. paedagog. cap. 6. & apud Cornel. à Lapide loco cit. n. 288. spem appellat, quasi sanguinem fidei: quia, quemadmodum in animali operationes vitales communiter sunt adiumento sanguinis; ita & in homine fidei operationes virtutum communiter sunt adiumento spei. Unde & subdit idem Clemens Alexandrinus: Cum autem spes expirauerit, perinde ac si sanguis effluerit, vitales fidei facultates dissoluitur. Quia, scilicet, nihil est, quod eam communiter adiuuet, & moneat ad operationem; quauis absolute possit fides manere, etiam sine spe.

Et similiter hoc ipsum, quod fides sit fundamentum non solum spei, sed etiam aliarum virtutum, & totius aedificij spiritualis, non est intelligendum de fundamento, iam perfecto per ipsam fundationem formalem, & actualem, quae est ipsi formalis adiunctio aliarum partium aedificij supra fundamentum: siquidem hoc modo ratio fundamenti solum pertinet ad fidem formatam per charitatem, ut patet ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 4. art. 7. ad quartum: sed solum est intelligendum de fundamento simpliciter, & secundum se accepto, siue habeat perfectionem per adiunctionem, & cohesionem aliarum partium,

4. Quomodo fides potius dicatur substantia, & fundamentum spei, quam aliarum virtutum.

5. Fides etiam informis est fundamentum virtutum.

partium, siue non: quomodo certum est, quod ratio fundamenti potest competere etiam fidei informi, & per se acceptæ.

6. Ordinem vero, quæ habet fides ad proprium obiectum explicat Sanctus Paulus in definitione allata per illud, quod addit: Argumentum non apparentium. Nam per argumentum intelligit firmum assensum, siue adhesionem ad veritatem obscure reuelatam, & non apparentem, vt notat Sanctus Thomas in cap. 2. ad Hebr. lect. 1. & 2. 2. quest. 4. art. 1. & per figuram sumit causam pro effectu, & argumentum pro effectu argumenti, cum assensus, & firma adhesio sit effectus argumenti, & hoc definiatur communiter ex Boëtio, quod sit ratio de re dubia faciens fidem: vel etiam sumit effectum pro causa; si argumentum sumatur secundum nominis etymologiam, & dicatur quasi arguens mentem: siquidem rei certitudo, quam habemus propter diuinam reuelationem, mentem arguit, ne detrectet assensum præbere. Et ad hoc facit etiam Græcum vocabulum εἰρηχθ, quod Latine est argumentum: siquidem Sanctus Chrysostomus, Theophyl., & alij Græci illud vertunt, manifestationem, siue demonstrationem, vt notat Suar. disp. 6. de fide, sect. 2. num. 5. & Sanctus Augustinus lib. 2. de peccatorum mer. & remiss. cap. 31. & lib. 1. 3. de Trin. cap. 1. & alij alij apud Sanctum Thomam locis cit. vertunt, conuictionem, in quantum, scilicet, res, quæ creduntur, & ex se non apparent, ita per fidem manifestantur, & demonstrantur, vt intellectus ex autoritate diuina conuincatur ad firmissimè illis assentiendum.

7. Atque ex hac vtraque particula posita à Sancto Paulo in definitione fidei, & intellecta modis iam dictis, facile potest colligi integer sensus definitionis, & explicari tota essentia fidei, si dicamus, eam esse, quæ facit quasi existere, aut subsistere, vt præsentia, bona illa, quæ sperantur futura; & ipem sustinet, atque sustentat in quibuscunque aduersis; & est quasi substantia, & inchoatio quædam in nobis æternæ vitæ, dum facit assentiri firmissimè iis, quæ alioquin ex se sunt obscura, & non apparent. Neque est, quod hoc loco pluribus disputemus, vtrum hæc sit appellanda vera, & propria definitio per ea solum, quæ sunt formaliter de essentia; an verò descriptio per aliquas proprietates, dummodo constet, quod explicet omnia, quæ sunt de essentia; id est, dependentiam à voluntate ob non euidenciam proprii obiecti, & ordinem ad idem obiectum, quod ex se est non euidens, & non apparens, vt supra diximus: & certum est, quod per hanc, siue definitionem, siue descriptionem sufficienter distinguitur fides diuina ab alijs actibus intellectus speculatiui, vt concludit Sanctus Thomas locis cit. siquidem à fide communiter sumptâ distinguitur per primam particulam, substantia rerum sperandarum; cum fides communiter sumpta non ordinetur ad speratam beatitudinem: & per aliam particulam, argumentum non apparentium; distinguitur ab opinione, & assensu probabili, qui non est adhesio firma; & ab assensu scientiæ, & principiorum, qui solum est circa euidenciam, & apparentiam; non autem circa obscuram, & non apparentiam, de quibus est fides: & aliæ omnes definitiones, quæ afferuntur à Sanctis Patribus, ad hanc reducuntur, & sunt clarior explicatio alicuius particule ex his duabus, vt subdit Sanctus Thomas ibidem.

8. Ex his verò, quæ diximus circa has descriptiones, aut definitiones fidei, facile intelligitur, quod sit obligatio proponimus in titulo disputationis, id est, in quo post factam consistat actus fidei, ad quem est obligatio, post-

quam est facta sufficiens propositio obiecti fidei: consistit enim in assensu intellectus certo, & firmo rerum non apparentium, ex imperio, & motione voluntatis: & quando alicui est facta sufficiens propositio rerum fidei; & ratio, vel synderesis interius illi dicat, quod sint credendæ; oritur illi obligatio, vt eliciat actum voluntatis, volendo credere; & vt eliciat actum intellectus, re ipsa credendo, & firmiter assentiendo, non propter euidenciam, quam habeat de obiecto, siue in se ipso, siue in suis causis, & principiis, vt contingit in assensu scientiæ, & primorum principiorum; sed propter autoritatem Dei reuelantis sufficienter sibi propositam.

9. Et in hoc actu intellectus triplex ordo debet considerari; id est, ordo ad obiectum materiale, quod est ipse Deus, & quod aliquo modo ad Deum pertinet; ordo ad obiectum formale, quod est idem Deus, vt prima veritas obscure reuelans; & ordo ad vltimum finem, in quem tendit voluntas, dum mouet ad actum fidei, vt bene explicat Sanctus Thomas 2. 2. quest. 2. art. 2. Et ratione huius triplicis ordinis bene explicatur in vnoquoque actu fidei triplex illa denominatio, quam ponit Sanctus Augustinus tract. 29. in Ioan. tom. 9. & Serm. 61. de verbis Domini, tom. 10. & in prefatione in Psalm. 67. & in Psalm. 130. & alijs locis: & ex illo Sanctus Thomas art. 2. citat. Magister, & Scholastici in 3. disp. 23. secundum quam dicuntur credere Deum, credere Deo, & credere in Deum: nam credere Deum importat ordinem ad obiectum materiale, quod credimus, siue illud sit existentia ipsa Dei: vt, quando credimus, Deum esse, aut existere; siue aliud quodcumque, quod dicat attributionem ad Deum, cum hoc omne comprehendatur sub obiecto materiali adæquato fidei; quod similiter rectè intelligitur appellatione Dei, ad quem dicunt attributionem alia omnia, quæ creduntur, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 1. art. 1. Credere Deo importat ordinem ad obiectum formale, propter quod credimus, qui est idem Deus, vt prima veritas obscure reuelans: & credere in Deum importat ordinem ad vltimum finem, in quem tendit voluntas, dum mouet ad finem. Et hæc tendentia voluntatis aliquando est per verum actum charitatis, & dilectionis Dei super omnia, quo referatur in Deum ipse actus credendi, ita vt verè credatur propter Deum summè dilectum: & aliquando potest esse per actum charitatis, qui solum se habeat concomitantè ad actum fidei; non autem formaliter illum referat in vltimum finem. Et præterea potest esse aliquando per actum spei, & amoris concupiscentiæ: vt si quis adhuc existens in peccato velit credere propter amorem, & desiderium beatitudinis, ad quam illi proponitur, quod sit creatus: & denique potest esse per affectum Deo obediendi specialiter circa fidem, etiam si talis affectus obediendi non habeatur generaliter circa alia omnia, vel etiam per affectum Deum colendi, & referendi actum fidei in cultum Dei per virtutem religionis, vt bene explicat Suar. disp. 6. de fide, sect. 3. num. 4. nam, quauis Sanctus Augustinus locis citatis videatur docere, quod credere in Deum sit actus fidei per charitatè formatæ, de qua dicitur, quod per charitatem operatur, ad Gal. 5. & per quam dicitur habitare Deus in cordibus nostris, & nos dicimur effici vnus spiritus cum eo, 1. Cor. 6. & hac ratione credere in Deum non possit competere nisi iustis, quibus solis competit perfecta tendentia, & habitudo in vltimum finem. Vnde & cap. Caritas est aqua, de Pavnit. d. 2. ex eodem Sancto Augustino dicitur, quod in Christum credit, qui charitatem habet,

9. In actu fidei, quomodo distinguantur, credere Deo, credere Deo, & credere in Deum.

10. Certe in Deum quid proprie importet.

11. Actus fidei non est discursus.

habet, & quod in Christum credere, est amando in ipsum tendere: negari tamen potest, quin communiter etiam peccatores existiment, & dicant, se credere in Deum, idque intelligi debeat, non solum in persona Ecclesiæ, pro qua traditur, & ordinatur in Symbolo confessio fidei, vt notat Sanctus Thomas 2. 2. quest. 1. art. 9. ad 3. sicut & dicitur in oratione Dominica: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, vt notat Alexand. 3. par. quest. 69. memb. 5. art. 1. §. Deinde dicendum, sed etiam in persona propria ipsorum peccatorum, cum etiam ipsi possint credendo tendere in Deum modis iam explicatis; eaque tendentia rectè possit explicari per particulam, in adiunctam actui, aut verbo credendi, eique explicationi nihil repugnet, vt notat Suar. disp. 6. de fide, sect. 3. num. 4. cit. Imò hunc modum loquendi de peccatoribus, vt etiam ipsi dicantur credere in Deum, sæpe vsurpant multi ex Patribus, vt Sanctus Chrysost. hom. 68. in Ioan. Sanctus Bernard. Serm. 24. in Cant. & ipse Sanctus Augustinus lib. de fide, & oper. cap. 8. & alij: & expressè habetur etiam Ioan. 12. versus finem, vbi dicitur, quod multi ex Principibus crediderunt in Iesum; sed propter Phariseos illum non confitebantur, ne eicerentur è Synagoga; & quia magis dilexerunt gloriam hominum, quam gloriam Dei: hæc enim sine dubio clarè ostendunt, quod quauis in Deum crederent; eorum tamen fides non erat charitate formata; & quod adhuc permanerent in statu peccati; & per consequens quod ad credendum in Deum, non requiratur itatus gratiæ, & vt perfectè in Deum tendatur per veram charitatem & dilectionem super omnia, vt bene explicat Corduben. lib. 2. questionali, quest. 14. in response ad secundum dubium.

Vtrum verò hic ipse actus intellectus, quem dicimus esse actum fidei, sit simplex, & immediatus assensus ad res credendas propter solam autoritatem Dei reuelantis; an verò possit esse aliquando etiam assensus mediatus, & per discursum, parum refert ad negotium morale. Videri potest Sanctus Thomas 2. 2. quest. 1. art. 1. Caiet. ibidem, dub. 4. Capreol. in 3. disp. 24. quest. 1. artic. 3. ad argumenta contra secundam, & quartam conclusionem. Dur. ibidem, quest. 1. num. 5. Canus lib. 6. de locis theol. cap. vlt. & lib. 12. cap. 3. concl. 3. Andreas Vega lib. 9. in Trid. cap. 39. non longè ab initio. Valqu. part. 1. disp. 5. cap. 3. n. 6. & sequentibus, Suar. de fide, disp. 6. sect. 4. Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 1. punto 2. §. Quæri autem præterea hoc loco potest. Paulus Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 4. pag. mihi 189. Becanus 2. 2. cap. 8. quest. 3. conclus. 2. & alij vel in secundam secundæ quest. 1. art. 1. cit. vel in 3. sententiarum, disp. 24. similiter cit. Et breuiter videtur dicendum, quod, quauis aliquando actus fidei præsupponat discursum, vnum, aut plures, ad hoc vt intellectui sufficienter proponatur, quod hæc, aut illa res sit reuelata, & per consequens, vt ostendatur, n. & quomodo sit credendæ; ipsa tamen virtus, aut lumen fidei, quantum est ex se, non est discursiuum, neque inclinatum ad vnum actum mediante alio, & dependenter ab alio, propter connexionem, quam habeant aliqua duo extrema cum aliquo medio: sicut contingit in habitu scientifico, aut alio quocumque discursiuo; sed solum inclinatum ad vnunquenque assensum rei reuelatæ, ex hoc præcisè, quia est reuelata.

Vnde, quemadmodum diuina reuelatio immediatè se habet ad vnunquenque rem reuelatam; non autem Baldelli Theol. Moral. Tom. I. I.

tem vnã reuelat, quasi per discursum ex alia: ita & virtus, seu lumen fidei immediatè se habet ad vnunquenque assensum; non autem ad vnun per discursum, & illationem ex alio. Et quemadmodum omnis connexio, quam aliqua duo extrema reuelata fortè habent cum aliquo tertio, se habet merè materialiter, & per accidens ad diuinam reuelationem: ita & se habet per accidens ad assensum fidei, qui essentialiter solum est propter diuinam reuelationem, vt propter rationem formalem assentiendi; non autem propter connexionem extremorum, quæ in præmissis sit cognita, cum aliquo medio. Et alioquin cum sit certissimum, quod non omnes assensus fidei sint per discursum, siquidem ea ratione daretur in illis processus in infinitum; & nunquam deueniretur ad aliquem, qui esset immediatus, & primus ex sola diuina reuelatione, & non ex alio assensu priore: cum, inquam, id sit certissimum, si saltem, aliqui ex huiusmodi assensibus admitterentur posse esse per discursum, omnino conuincerentur, differre specie ab illis alijs, qui essent immediati, & non per discursum: & ipse habitus fidei conuinceretur esse duplex essentialiter; & vnus perfectior, & certior essentialiter; & alter imperfectior, & minus certus. Nam, quemadmodum in naturalibus assensus conclusionis essentialiter differt ab assensu principiorum: quia est formaliter propter connexionem extremorum cum medio, & propter euidenciam consequentiæ ex primis, & communissimis principiis totius vis illatiuæ, quæ sunt dici de omni, & dici de nullo; cum tamen assensus principiorum sit propter connexionem immediatam ipsorum terminorum, & extremorum propositionis inter se, vt dicitur in Logica: ita & in actibus fidei assensus per discursum differret essentialiter ab assensu immediato, & pro ratione formali essentialiter respiceret connexionem extremorum cum medio, & euidenciam consequentiæ; non autem puram, & solam reuelationem diuinam. Et quemadmodum hæc de causa habitus conclusionis essentialiter differt ab habitu principiorum, & essentialiter est minus certus, & minus perfectus, vt probatur 1. Thester. textu 5. iuxta illud commune axioma: Propter quod vnunquodque tale, & illud magis, ita & habitus fidei discursiuus differret essentialiter ab habitu fidei immediato, & non discursiuus; & essentialiter esset minus perfectus, & minus certus propter eandem rationem: quod tamen non est admittendum.

Et quauis plures discursus possint formari ex vtraque propositione de fide: vt si d. cas. verbi gratia: Omnis homo habet animam immortalem: Christus est homo: ergo habet animam immortalem. & alij etiam ex huiusmodi discursibus, quasi in terminis habeantur in Scriptura, vt quando ex Christi Resurrectione inferitur futura resurrectio etiam omnium nostrum, 1. Cor. 15. Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. hi tamen, & similes discursus solum materialiter inferunt assensum fidei; non autem formaliter; hoc est, assensus, quem inferunt, non est fidei, in quantum est ex præmissis per bonitatem consequentiæ, & peculiariter appellatur conclusio, vel assensus conclusionis; sed solum est fidei, in quantum postea illi assentitur simpliciter, & per se extra discursum, propter solam autoritatem Dei reuelantis talem, vel talem connexionem extremorum, sine respectu ad connexionem eorundem cum medio, cognitam in præmissis, & ad bonitatem consequentiæ, aut illationis, B vt

vt notat Valent. 2. 2. *disp. 1. quest. 1. puncto 2. cit. §. Ad argumenta.* & Valqu. *part. 1. disp. §. c. 2. m. 7. & 8.* & Canus *lib. 6. de loc. cap. ultim.* qui etiam rectè addunt, huiusmodi assensus conclusionum formaliter discursiuos, esse assensus propriè theologicos, & aliquando præsupponi, vt conditiones necessariè prærequisitas, & præcedentes ad alios assensus, qui postea consequuntur immediati, & simplices ex lumine fidei: sicut & sæpè contingit, vt actus fidei supernaturalis, & diuinæ præsupponant necessariò aliquos actus fidei naturalis; & humanæ: vt; verbi gratia, quoddam Pontifex, aut Concilium hoc, vel illud definiat credendum de fide: nam, sicut hæc cognitio, vel assensus naturalis, quoddam Papa, aut Concilium definiunt hoc, vel illud, est quasi proponens, & proximè applicans diuinam auctoritatem ad illud credendum per fidem diuinam: ita & discursus, vel syllogismus, aut demonstratio theologica ex aliis propositionibus fidei, potest esse quasi proximè applicans, aut explicans ipsi Theologo eandem auctoritatem diuinam pro illo assensu fidei, quem postea debet elicere sine respectu ad præmissas, & ad bonitatem consequentiæ; eaque ratione ille assensus potest præsupponere illum discursum, vt conditionem, sine qua non fuisset in tali homine, vt etiam notat Valent. *punct. 2. cit. §. Quod si quaratur.* vel tanquam applicationem obiecti credendi, vt loquitur Suarez *disp. 6. de fide, sect. 4. num. 8. versus finem;* vel tanquam explicationem diuinæ reuelationis, vt idem subdit *num. 9.* quia enim in propositione vniuersali formaliter continentur omnes propositiones particulares, quæ possunt sub illa subsumi, & idem est dicere, verbi gratia: Omnis homo est animal, ac dicere: Et hic, & ille, & ille homo est animal. & hæc resolutio in propositiones particulares non est nisi explicatio, aut expressio illius, quod implicite, & confusè enunciabatur per vniuersalem; hinc est, quoddam eadem reuelatio, quæ fortè est, & facit de fide aliquam propositionem vniuersalem, verbi gratia, quoddam omnis homo habet animam immortalem; etiam faciat de fide omnes particulares, quæ possunt sub illa subsumi, & tanquam per illam enunciata implicite, & confusè possunt enunciari explicite, & distinctè, per se, dicendo, verbi gratia, quoddam hic, & ille, & ille habet animam immortalem: & idèd syllogismus, qui fortè infert ex aliqua propositione vniuersali reuelata aliquam particularem sub illa contentam, reuera non est nisi ad explicandam, & quasi resolvendam, aut distinguendam in suas partes reuelationem iam factam vniuersalem, & ad illam explicite demonstrandam, vt iam applicatam ad talem particularem; non autem est ad tribuendam de nouo aliam reuelationem, aut aliam credibilitatem per fidem diuinam. Et quemadmodum ex Aristotele 1. *Poster. textu 2. & 7. Ethic. cap. 3.* quæ sunt sub vniuersalibus, aliquo modo simul cognoscuntur cum ipsis vniuersalibus; & qui cognoscit, verbi gratia, vniuersaliter, quoddam omne triangulum habet tres angulos æquales duobus rectis, aliquo modo etiam id cognoscit particulariter de hoc triangulo; si tamen aduertat, vel cognoscat de illo, quoddam sit, vel existat triangulum, vt ibi dicitur: ita & aliquo modo simul cum vniuersalibus reuelantur, & creduntur per fidem diuinam etiam particularia: & qui credit, verbi gratia, vniuersaliter, quoddam omnis homo habet animam immortalem; simul aliquo modo etiam id credit particulariter de hoc homine, & solum indiget, vt de illo cognoscat, quoddam sit homo.

Et si hoc totum fiat per syllogismum, & per dis-

cursum, adhuc non tollitur, quominus propositio, quæ infertur, possit credi extra discursum, & extra syllogismum, per fidem diuinam, vt diximus: secus verò est, si propositio, quæ infertur per syllogismum, non sit particularis sub propositione vniuersali reuelata, & de fide; sed sub vniuersali solè cognita naturaliter per scientiam, vel per habitum principiorum: quia tunc non est, necessarium, vt possit credi per fidem diuinam extra discursum, & syllogismum, vt notat Suar. *disp. 6. de fide, sect. 4. cir. num. 14. in fine;* si, scilicet, reuelatio, & credibilitas fidei aliunde non ostendatur, quoddam illi conueniat. Et hæc ratione communiter dicitur, quoddam ex maiore propositione cognita naturaliter, & ex minore de fide, conclusio, quæ sequitur, non est de fide, nisi aliunde probetur: vt, si dicas, verbi gratia: Omnis homo est risibilis: Christus est homo; ergo est risibilis. nam hæc propositio particularis, quæ infertur: Hic homo, id est, Christus, est risibilis. solum infertur, vt contenta sub illa vniuersali, cognita naturaliter, & non reuelata: Omnis homo est risibilis. & qui negaret illam vniuersalem, solum erraret contra lumen naturale; non autem contra fidem, negando sub illa, quoddam etiam hic homo, qui est Christus, esset risibilis; nisi aliunde ostenderetur, quoddam risibilitas specialiter esset reuelata, conuenire Christo: quamquam ex alio capite præsumeretur etiam errare contra fidem, id est, in quantum communiter crederetur, non negare propositionem maiorem vniuersalem, quæ est cognita, & cuius naturaliter, quoddam omnis homo sit risibilis; sed minorem particularem, quæ est reuelata, & de fide, quoddam Christus sit homo, & solum ex negatione huius minoris crederetur negare id, quoddam infertur, quoddam Christus sit risibilis.

Est verò præterea hic ipse assensus immediatus, quem dicimus actum fidei, ex speciali inspiratione, & adiutorio Spiritus Sancti, vt definitur in Tridentino *sessione 6. can. 3.* Nec potest elici per solas vires nature; & semper est infallibilis, nec vniquam potest illi subesse falsum, vt probat Sanctus Thomas 2. 2. *q. 1. art. 3.* Et quauis ex parte obiecti sit semper obscurus, & inuidens; est tamen simul semper certissimus, ratione eiusdem obiecti; & habet certitudinem longè superiorem, quam habeant actus naturales quicunque, verbi gratia, assensus scientiarum, & primorum principiorum, vt probat Suar. *disp. 6. de fide, sect. 5. num. 6. & sequentibus,* cum sit longè impossibilis, auctoritatem diuinam, quæ est illius fundamentum, aut falli, aut fallere, quam falli scientias, aut intellectus naturales quoscunque. Neque est, quod hoc loco in his diuinius immoremur, cum potius spectent ad negotium speculatiuum, quam ad prædicium, & morale.

DISPUTATIO III.

Quomodo actus fidei sit in genere moris dependenter à voluntate credendi.

1. Actus fidei non est solum virtutis intellectualis, sed etiam moralis.
2. Actus fidei non solum quoad exercitium, sed etiam quoad specificationem, dependet à voluntate.
3. Voluntas credendi est ex gratia.
4. Et supernaturalis secundum substantiam.

5. Voluntas

5. Voluntas credendi essentialiter est honesta.
6. Actus fidei nonnunquam potest esse malus.
7. In vnoquoque credente ultra fidem infusam, & diuinam est etiam fides acquisita, & naturalis.

Væ diximus de actu fidei *disputatione præcedente*, quoddam sit actus intellectus, & rectè describitur à Sancto Paulo, & à Sancto Augustino, & quoddam in illo rectè distinguatur, credere Deo, & credere Deum, & credere in Deum; & quoddam per se, & proximè non sit discursiuus, & quoddam sit supra naturam, & ex dono, & auxilio gratiæ, & sit infallibilis & certissimus, vel summissimus ex obiecto, quauis inuidens, & obscurus; maximè faciunt ad esse physicum ipsius actus, & in quantum fides potest dici esse virtus intellectualis: sunt verò præterea dicenda etiam aliqua in quantum potest dici virtus moralis, & quæ explicent illius actum secundum esse morale. Et quia ex Sancto Thoma 2. *disp. 24. q. 3. art. 2.* totum esse morale in vnoquoque actu solum habetur per ordinem ad voluntatem, & ibi incipit genus moris, vbi primùm inuenitur domicilium voluntatis; idem est considerare actum fidei secundum esse morale, atque illum considerare, prout dependet à voluntate.

Et quidem quoddam actus fidei quoad exercitium pendet à voluntate, nulli est dubium, cum hoc sit commune omnibus aliis potentiis, vt ad exercitium suorum actuum possint moueri, & determinari per imperium voluntatis, in qua propriè est dominium, & libertas eorum omnium, quæ conueniunt homini, prout est homo: hoc tamen præterea est peculiare eidem actui, vt etiam quoad speciem, vel, vt alij dicunt, quoad specificationem, omnino indigeat determinari à voluntate: & etiam facta sufficiente propositione obiecti credendi, adhuc potèria intellectiua maneat indifferens ad præstandum assensum, vel dissentium; & debeat adhuc determinari per voluntatem, vt potius præstet assensum, quàm dissentium: hoc enim probant ea loca Scripturæ, in quibus dicitur, quoddam audita à pluribus eadem prædicatione, & fidei propositione facta ab aliquo ex Apostolis, non omnes crederent, sed solum aliqui, quibus Deus specialiter aperiret cor, & voluntatem moueret ad volendum credere, vt patet *Act. 16.* de Lydia purpuraria, cui dicitur Deus aperuisse cor, vt intenderet iis, quæ dicebantur à Sancto Paulo; & *cap. 17.* de iis, qui audierant eundem Sanctum Paulum in Arcopago dissentem de mortuorum resurrectione: & eorum aliqui dicuntur cum irrisisse, & aliqui credidisse, & aliqui suspensisse quodammodo omnem actum, & dixisse: *Audiamus te de hoc ierum.* & *cap. 28.* de iis, qui cum Romæ audierunt, & crediderunt, & aliqui non crediderunt, quibus cor fuit incrassatum, & aures aggravatæ, & oculi compressti, & excæcati, ne viderent oculis, & auribus audirent, & corde intelligerent, & conuerterentur, & sanarentur, vt ibi dicitur iuxta prophetiam *Isaiæ cap. 6.* Et ratio est: quia etiam facta sufficiente propositione obiecti credendi, adhuc manet obscura veritas; & nihil est, neque intrinsecum ipsi rei, neque extrinsecum, quod eius veritatem clarè intendat, & intellectum determinet ad assensum, vel ad dissentium; & idèd est opus imperio voluntatis: nam, quauis non desint plures rationes, quæ rem faciant euidenter credibilem, per euidentiam saltem moralem, vt patet ex dictis *suprà disp. 1.* eæque sufficienter determinent intellectum ad speciem huius actus iudicii, quoddam sit euidentem, eam rem esse prudenter credibilem; nullæ tamen sunt, quæ eam faciant, aut ostendant simpliciter, & infallibiliter veram, & determinent intellectum ad

speciem huius alterius actus, quoddam res sit vera, & infallibiliter ita sit, sicut proponitur, vt benè notat Suar. *disp. 6. de fide, sect. 6. num. 2.* quia enim actus fidei diuinæ debet esse essentialiter in supremo gradu certitudinis, & firmitatis supra omnes alios actus certos, & firmos per certitudinem naturalem, vt *suprà* diximus; non satis habet ad tantam certitudinem prudens iudicium, & moraliter euidentem, quoddam res possit credi: siquidem cum tali aliquo prudenti iudicio potest stare, quoddam res sit falsa, vt sæpè accidit in humanis, in quibus non rarè falsa sunt probabiliora veris: & quauis prudenter appareant, & existimantur credibilia, & vera; adhuc tamen sunt realiter falsa; & idèd est opus efficaci imperio voluntatis, quoddam intellectum captiuem in obsequium fidei, vt loquitur Sanctus Paulus 2. *Cor. cap. 10.* Et quauis diuina auctoritas, quæ est formale motiuum Christianæ fidei, sola sufficiat ad summam firmitatem, & certitudinem tribuendam: quia tamen hæc ipsa, prout applicata huic, vel illi obiecto credendo, obscura est, nostraque fides de facto neque etiam in Deo attestante habet euidentiam, hinc est, vt neque etiam diuina auctoritas de facto determinet ad talem, tanque perfectam speciem actus sine imperio, atque efficaci voluntatis: secus verò esset, si ex euidentia alicuius miraculi, vel ex modo alicuius reuelationis, vel ex quacunque alia ratione esset alicui euidentem, quoddam Deus hoc, vel illud reuelaret: quia in tali casu actus fidei non dependeret à voluntate quoad speciem actus, sed solum quoad exercitium: & ipsa diuina auctoritas, in quantum continet primam veritatem, quæ essentialiter, nec potest fallere, nec falli, euidenter applicatam huic, vel illi obiecto credendo, sufficientissimè determinat ad solam speciem actus assensus: & quandiu fuerit huiusmodi euidentia, est impossibilis actus dissensus, sicut & accidit in scientiis, & in assensibus primorum principiorum, quibus non possumus dissentire, quando est euidentem in præmissis connexio extremorum cum medio termino, vel connexio immediata terminorum inter se.

Extra hunc verò casum euidentie in attestante, quæ communiter in nostra fide non habetur, semper est necessarius aliquis actus voluntatis, qui determinet speciem actus ad solum assensum; & neque est factis, si voluntas solum se habeat negativè, & neque imperet, neque prohibeat positivè, siue assensum, siue dissentium: nam, quandiu se habuerit negativè, semper intellectus manet indeterminatus, cum ex parte obiecti, tam formalis, quam materialis, sit obscuritas; & rationes, quæ fundant iudicium credibilitatis, non possunt fundare actum assensus in supremo gradu, & ordine certitudinis, & firmitatis, vt iam diximus; sed solum cum formidine, quoddam res etiam aliter possit esse, quam proponatur, & quam iudicetur prudenter esse credibilis. Et quauis voluntas non possit pro solo arbitrio, & sine motiuo sufficiente ex parte obiecti, determinare, aut mouere intellectum ad speciem assensus, aut dissensus, vt etiam diximus in libro de conscientia, *disp. 24. n. 5.* quia id esset mouere illum extra suam obiectum, vt notat Suar. *disp. 6. de fide, sect. 6. num. 3.* si tamen non desit motiuum ex parte obiecti, quoddam veritatem aliquo modo ostendat, omnino potest voluntas pro suo imperio illum determinare, & mouere, & omnino suppleri id, quoddam faceret euidentia, aut maior claritas, si haberetur in eodem obiecto.

Atque hoc est, quoddam habetur in Tridentino *sess. 6. cap. 6.* de iustificatione, dum definitur per hoc disponi homines ad iustitiam, quoddam *circum diuina gratia, & adiuti, si'lem ex audien-*

Baldelli Theol. Moral. Tom. I. I.

conspiciunt, liberè mouentur in Deum, credentes vera esse, qua diuinitus reuelata, & promissa sunt. Si enim motus in Deum per fidem absolutè est liber, omninò dependet à voluntate, non solum vt hic, & nunc eliciatur aliquis actus credulitatis, quæ est libertas quoad exercitium; sed etiam vt absolutè, & quasi in genere habeatur credulitas, & vera esse credantur, quæ proponuntur, vt reuelata, quæ est libertas quoad specificationem. Vnde etiam fit, vt non modò peccet contra fidem, qui non elicit actum fidei, & se habet negatiuè, quando tenetur positiuè elicere; sed etiam, qui elicit positiuè actum contrarium; quod signum est, non modò reperiri in fide libertatem exercitij, quæ est libertas contradictionis ad credendum, & non credendum; sed etiam libertatem specificationis, quæ est libertas contrarietatis, ad credendum rem ita esse, & ad credendum non ita esse: & de vtraque loquitur Concilium, dum asserit, nos per fidem liberè moueri in Deum, & credere vera esse, quæ sunt reuelata, in quantum, scilicet, non solum possumus negatiuè non credere; sed etiam positiuè discredere, & dissentire.

3.
Voluntas credendi est ex gratia.

Est verò hæc ipsa voluntas credendi specialiter Dei donum, nec potest haberi sine auxilio gratiæ, vt definitur in Concil. Araus. can. 4. cum ab illa in nobis incipiat fides, & per illam primò incipiamus liberè in Deum moueri, excitati, & adiuui diuina gratia, vt dicitur in Tridentino sess. 6. cap. 6. citato, & per consequens non possit esse ex sola natura, ex qua esse non potest initium fidei, & salutis, vt dicitur in materia de gratia. Atque hoc est, quod dicitur ad Philipp. 2. Deus in nobis operari velle, & perficere, id est, non solum, vt credamus; sed etiam vt velimus credere: & 1. Cor. 4. quidd nihil habemus, non acceptum à Deo; & Act. 16. quod Deus aperiat nobis cor, vt intendamus rebus fidei, & credamus: & cap. 28. quod aliqui idèd non credant, quia habent cor induratum, id est, non emollicium per gratiam. Hæc enim, & similia clarè probant auxilia gratiæ esse necessaria, non solum pro intellectu; sed etiam pro voluntate; & idèd etiam voluntatem credendi esse ex gratia.

4.
Et supernaturales secundum substantiam.

Et quia necessitas hæc diuini auxilij ad volendum credere fide diuina, non prouenit ex aliqua difficultate, quam fortè nos habeamus ratione alicuius tentationis extrinsecæ, vel intrinsecæ passionis, ac repugnantie in appetitu sensitiuo; sed ex natura ipsius actus, qui tam ratione obiecti materialis, quod est ipsum credere fide diuina, quam ratione obiecti formalis, quæ est ipsa honestas talis actus credendi, intrinsecè, & essentialiter est ordinis supernaturalis; hinc est, quod talis voluntas credendi non solum sit dicenda supernaturalis secundum modum, vt sunt actus virtutum moralium acquiritarum, quando indigent auxilio gratiæ; sed etiam secundum substantiam, vt est ipse actus credendi, & actus virtutum per se insularum: neque enim posset talis voluntas efficaciter imperare actum fidei supernaturalem, & firmare quodammodo eius certitudinem supra omnem certitudinem naturalem, si etiam ipsa non esset supernaturalis, & eiusdem ordinis supernaturalis, cum sola natura per suas vires non se extendat, neque pertingat ad ea, quæ sunt ordinis supernaturalis, vt bene notat Suarez. disp. 6. de fide, sect. 7. n. 5. & hæc de causa non, possit quis per solas vires nature se disponere ad gratiam, vt volebat Pelagius. Et idem Suarez. sect. 8. num. 13. & 14. rectè probat, ad hanc voluntatem credendi dari à Deo specialem illuminationem, vltra iudicium

credibilitatis, & per illam manifestare, quod sit credendum propter solam, & puram auctoritatem diuinam, neque in motiuo, & ratione formali credendi esse miscenda alia motiua naturaliter cognita per miracula, aut per rationes, vel discursus factos à proponente, & prædicante fidem; quod tamen aliqui sine tali illuminatione cognosci non potest, cum vnusquisque naturaliter, quando habet plura motiua præstandi assensum, propter omnia illum præstet, non autem solum propter vnum, quod aliqui ex se est magis obscurum, & minus aptum mouere.

5.
Voluntas credendi essentialiter est honesta.

Ex hoc verò, quod voluntas credendi sit supernaturalis secundum substantiam, rectè inferri debet Suarez. sect. 7. cit. num. 8. eam esse essentialiter, & intrinsecè honestam, & bonam: & num. 10. impossibile esse, vt ex quacunque mala circumstantia videretur, & fiat mala, cum impossibile sit, vt actus virtutis essentialiter bonus, euadat malus ex circumstantia; & non minis repugnet actui bono essentialiter, & supernaturali quæcunque malitia, quam repugnet actui vero essentialiter, & supernaturali quæcunque falsitas, vt etiam ex professo probauimus, dum ageremus de vitis, & peccatis in vnuersum lib. 2. disp. 4. Et hanc voluntatem credendi esse honestam, etiam quando ex conscientia erronea putatur aliquid esse reuelatum, & credendum, quod reuera tale non est; similiter probauimus lib. 4. dum ageremus de conscientia, disp. 6. num. 3.

6.
Actus fidei nunquàm potest esse malus, aut peccaminosus.

Ex quo etiam vltius fit, vt ipse actus fidei nunquam possit esse malus, & peccaminosus, quidquid dixerit Caietanus 1. 2. quest. 55. art. 4. & 2. 2. q. 5. art. 2. Medina 1. 2. quest. 56. art. 3. & aliqui alij apud Suarez. num. 10. cit. qui vnuerſaliter asseruerunt, nullum actum externum ita de se esse bonum, vt non possit esse etiam malus; & malè fieri, si fiat ex fine indebito, aut ex aliqua alia circumstantia mala; idque posse accidere etiam in actu fidei, si quis, verbij gratia, conuertatur ad fidem propter commoda temporalia, aut ex aliquo alio fine indebito. Sed contra est: quia, si actus fidei dependet à voluntate credendi iam dicta, eaque essentialiter est honesta, impossibile est, vt etiam ipse ab illa non participet honestatem, & non denominetur honestus: & idem esset etiam de quolibet alio actu externo, si dependeret ab actu interno essentialiter bono. Vnde, si quis propter commoda temporalia, vel propter aliquem alium finem indebitum, conuertetur ad fidem; ex hac voluntate non conciperet fidem diuinam, & supernaturalem; sed solum naturalem, & humanam, vt etiam indicat Sanctus Augustinus lib. 2. de catechizandis rudibus, cap. 5. sub initium, cum impossibile sit, vt actus naturalis, qualis esset hæc voluntas, per efficaciam naturalem sui imperij se extendat, vt iam diximus, ad actum supernaturalem, qualis est actus fidei diuinæ. Et si fortè contingat, vt simul cum voluntate credendi supernaturali, & honesta, habeatur etiam voluntas credendi propter commoda temporalia, vel propter finem indebitum, quod absolutè posse fieri, & simpliciter non repugnare, putat Suarez. sect. 7. citat. num. 13. actus fidei diuina non sequetur, vt effectus per imperium huius alterius voluntatis; sed solum vt effectus voluntatis supernaturalis, & ad hanc aliam voluntatem naturalem solum comparabitur, vt materia, vel vt obiectum; quod tamen ab illa non participat vllam malitiam. Et cum ex doctrina Sancti Thomæ quest. 2. de malo, art. 6. circumstantia, quæ fundat per se diuer-

sum ordinem ad rationem, & disparatè se habet ad alium actum, quem circumstat, semper specificet distinctum actum voluntatis; & qui furatur, verbij gratia, propter adulterium, vel propter homicidium, non habeat vnum tantum actum internum; sed duos, id est, alterum de furto, & alterum de adulterio, aut de homicidio; etiam in casu præſenti circumstantia commodi temporalis, vel alterius finis indebiti specificabit per se alium actum internum, cum disparatè se habeat ad voluntatem supernaturalem, quæ imperat actum credendi, & fundet per se diuersum ordinem ad rationem, vt ex se patet; & cum huiusmodi intentio commodi temporalis, & finis indebiti non sit in eodem ordine, neque cum voluntate credendi, neque cum actu fidei, simpliciter ad nullum se habebit, vt causa per imperium; sed ad vtrunque solum comparabitur, vt simplex voluntas ad suum obiectum: & si ponatur esse causa alicuius actus credendi, ille non erit ex fide infusa, & diuina; sed solum ex fide acquisita, & naturali, quam in vnoquoque credente vltra fidem diuinam admittit Dur. in 3. d. 25. q. 3. & ex illo Valent. 2. 2. disp. 1. q. 1. puncto 1. §. 7. & 8. & Paul. Layman lib. 2. tract. 1. cap. 5. n. 4. pag. mihi 192.

7.
In vnoquoque credente vltra fidem infusam, & diuinam est etiam fides acquisita, & naturalis.

DISPUTATIO IV.

Quomodo fides sit necessaria necessitate medij.

1. Necessitas est triplex; solius medij; solius præcepti; & simul medij, & præcepti.
2. Nominè salutis appellatur etiam gratia.
3. Necessitas solius præcepti quanam sit.
4. Necessitas solius medij quanam sit.
5. Necessitas simul medij, & præcepti quanam sit.
6. Quomodo aliqua sint media necessaria in re, vel in voto.
7. Quid sit haberi salutem per aliquod medium solum in voto.
8. Fides diuina est necessaria necessitate medij.
9. Necessitas fidei supernaturalis probatur ex Tridentino.
10. Et ex ratione.
11. Fides est medium necessarium etiam paruulis.
12. Pro adultis, si debeant iustificari de nouo, est necessaria fides actualis.
13. Secus verò, si solum debeant ad aliquod tempus conservare iustitiam, quam sunt adepti per Baptismum ante usum rationis.
14. Fides actualis omni tempore fuit necessaria pro adultis.
15. Fides in homine adulto non potest sufficere solum in voto.

1.
Necessitas est triplex; solius medij; solius præcepti; & simul medij, & præcepti.

RO intelligendo statu questionis, supponi debet communiter à Theologis, pro rebus moralibus duplicem assignari necessitatem; & alteram appellari necessitatem præcepti; & alteram necessitatem medij; iisque ab aliis quibus adiungi etiam tertiam, quasi compositam ex vtraque, quam appellant necessitatem simul medij, & præcepti, vt videre est apud Sotum in 4. d. 14. q. 1. art. 5. non longè ab initio. Canam in relect. de Penit. part. 5. & alios. Et dum quarunt de hac, vel illa necessitate, solum quarunt in ordine ad salutem, in

Edellii Theol. Moral. Tom. II.

telligendo hoc nomine; tam illam, quæ est salus prima, & inchoata, id est, iustificatio per gratiam, & in via; quam illam, quæ est vltima, & perfecta, vel consummata per gloriam, & in patria: hanc enim vtranque rectè appellari salutem, patet manifestè ex sacris Litteris, cum de iustificatione in via dicat Sanctus Paulus ad Ephel. 2. Gratia estis saluati per fidem. Et ad Titum 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Et de glorificatione in patria, dicat Christus Marci vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. vt bene notat Valent. 2. 2. d. 1. q. 2. puncto 2. §. Salutem autem primam. & Suarez. de fide, disp. 12. sect. 1. num. 5. Quia enim Deus certa lege sancit, vt omnes, qui decederint ex hac vita in gratia, admittantur ad gloriam; & iure optimo etiam voluit, vt gratia via sit quadam quasi inchoatio gloriæ, & consecutio gloriæ sit consummatio gratiæ; & vtraque veniat eadem appellatione salutis; & præter donum perseverantia nihil sit necessarium ad consecutionem gloriæ, nisi quod est necessarium ad consecutionem gratiæ.

2.
Nominè salutis appellatur etiam gratia.

Quia ergo Deus ex iis, quæ voluit esse necessaria ad salutem, & sine quibus certa lege sancit, eam nemini posse contingere, non omnia posuit in eodem gradu necessitatis; sed quædam voluit esse necessaria solum in casu, in quo suppeteret expedita facultas ea implendi; & extra huiusmodi casum posse admittere excusationem, & exceptionem: & quædam esse necessaria simpliciter, & in omni casu; neque voluit vnquam admittere exceptionem: & ex his quædam statuit esse præstanda solum à se, & quædam esse præstanda etiam à nobis; & hæc aliquando posse suppleri per aliquid aliud, & aliquando non posse: hinc est, quod Theologi ad hæc omnia explicanda excogitarint hanc triplicem necessitatem, solius præcepti, solius medij, & simul medij, & præcepti.

3.
Necessitas solius præcepti quanam sit.

Et quidem necessaria necessitate solius præcepti dicunt esse illa, quæ in tantum sunt necessaria ad salutem, in quantum sunt præcepta; eorumque positio, & observatio, non aliter conducit ad salutem, nisi in quantum non ponit illi obicem, cumque non impedit per nouum peccatum, sicut faceret eorumdem ommissio, & transgressio. Et quia hoc modo concurrere ad aliquem effectum positium per solam non appositionem impediendi de nouo, non est concurrere per se, & propriè; sed solum per accidens, & impropiè, cum hac ratione etiam latro concurrat ad vitam viatoris, quem non occidit; & vnus contrarium concurrat ad productionem alterius, quam non impedit: hinc est, quod etiam necessitas solius præcepti non se habeat ad salutem, nisi per accidens, & impropiè, cum solum se habeat, in quantum eam non impedit per peccatum, quod secum haberet præcepti transgressio, & non impletio rei, quæ dicitur necessaria per necessitatem solius præcepti.

Et vltius hinc etiam fit, vt hæc necessitas per illa omnia excusetur, per quæ potest excusari à culpa aliquis actus, vel aliqua ommissio, vt, verbij gratia, per impotentiam, per ignorantiam, per incogitantiam, &c. vt ex communi sententia notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 2. n. 1. & absolute non dicatur necessitas, nisi pro casu, in quo suppetat expedita facultas implendi præceptum. Nam hac de causa observatio mandatorum dicitur necessaria ad salutem per solam necessitatem præcepti, iuxta illud Christi Domini

Matthæi 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* quia si contingat, vt quis hic, & nunc non possit seruire hoc, vel illud præceptum, illudque ex tali impotentia non seruando excusetur à culpa; simul etiam excusetur ab illius necessitate, cum hæc in tantum sit ad salutem; in quantum est ad culpam non ponendam, quæ est obex salutis. Et quemadmodum culpa potest vitari non solum per actus positivos, in quibus consistit observatio præcepti affirmatiui, sed etiam per actus negativos, vel per negationes actuum, in quibus consistit observatio præcepti negatiui: ita & hæc necessitas non solum potest reperiri in actibus positivis, sed etiam in negationibus actuum, vt notat Suar. *disp. 12. de fide, num. 3.*

4. *Necessitas solius mediij quam sit.*

Necessaria verò necessitate solius mediij ad salutem illa dicuntur apud Theologos, quæ simpliciter, & in omni casu prærequiruntur, & à quibus nulla est excusatio: & siue eorum carentia contingat ex culpa, siue non ex culpa, non potest de potentia, & lege Dei ordinaria, haberi salus: vt sunt, verbi gratia, ex parte Dei prædestinatio, & auxilia gratiæ; & ex parte nostrâ ipse habitus gratiæ iustificantis: sic enim proportionaliter etiam se habet necessitas mediij in naturalibus: siue sumamus medium, pro vt reperitur in quantitate continua; & dicitur esse illud, quod est inter extrema, & ad quod prius necesse est peruenire id, quod mouetur, quam perueniat ad extremum, vt dicitur 5. *Phys. 1. 22.* siue illud sumamus, pro vt reperitur in causis, earumque generibus, quarum aliqua dicuntur vltimæ, & aliqua mediæ, vel intermediæ, & sine quarum causalitatibus non possunt alia, quæ sunt vltimæ, in vilo casu causare. Et quæ hæc modo sunt necessaria necessitate solius mediij, rectè dicuntur influxum aliquem ex se habere ad salutem, vt patet ex Suar. *disp. 12. cir. num. 2.* & aliquid ad illam ex se conferre, siquidem se tenent ex parte alicuius causæ, cuiusque causalitatem in aliquo iuuant, & complent, cum alioqui non esset, vnde iis posset conuenire necessitas, si causæ omnes salutis essent ex se complete ad illam causandam sine illis. Et in hoc maxime differunt ab iis, quæ sunt necessaria per solam necessitatem præcepti: quia illa necessitas solum est ad non impediendam salutem per positionem culpæ, & obicis; non autem ad illam per se iuuandam, & positiuè causandam, sicut est hæc necessitas mediij, & illa solum conuenit actibus liberis, intelligendo nomine actus, etiam omissiones: siquidem sub præceptum ea tantum cadere possunt, quæ à nobis dependent, & sunt in nostra potestate, quales sunt actus liberi: hæc verò conuenit etiam iis, quæ non dependent à nobis liberè operantibus, vt patet in exemplo posito de auxilijs gratiæ; & illa solum potest habere locum in adultis, ad quos tantum possunt ferri præcepta: hæc verò habet locum etiam in paruulis, vt patet ex parte Dei in prædestinatione, & in infusione habitus gratiæ sanctificantis.

5. *Necessitas simul mediij, & præcepti quam sit.*

Denique necessaria necessitate mediij simul, & præcepti, illa dicuntur, quæ ita sunt media ad salutem ex Dei institutione, vt etiam à nobis dependant; & idèd etiam cadant sub præceptum, vt est, verbi gratia, Sacramentum Baptismi, & Pœnitentiæ: æquum enim sine dubio fuit, vt curam salutis unicuique Deus præcipere; & per consequens, vt & de illis præceptum daret, quæ ipse instituit, tanquam media necessaria, si alioqui penderent à potestate cuiusque. Et quauis fortalite satis potuisset vniquisque moneri ad illa

vsurpanda, & habenda propter solam rationem mediij, & propter conducentiam, & vtilitatem ad finem optimum, & præstantissimum omnium, quæ est ipsa salus, tam per gratiam, quam per gloriam; optimum tamen, & conuenientissimum etiam fuit, vt huic rationi motiua adiunctam haberent etiam aliam ex præcepto; & simpliciter ad illa traherentur, non solum amore finis, sed etiam timore pœnæ, quam semper habet secum præcepti transgressio.

6. *Quomodo aliqua sine media necessaria in re, vel in voto.*

Et quoniam media, quæ consistunt in actu externo, vt est, verbi gratia, realis susceptio Baptismi, aut Sacramenti Pœnitentiæ, ex multis capitibus possunt impediri, & hic, & nunc pro hoc, aut illo reddi impossibilia; vt si desit, verbi gratia, aliquando aqua naturalis; aut Minister, qui possit, sciat, & velit conferre Baptismum, vel abioluere sacramentaliter à peccatis; ne simul contingat in his casibus impediri salutem, & reddi alicui simpliciter impossibilem, illud præterea pro sua bonitate, & sapientia prouidit Deus, vt realis, & externa susceptio talium mediiorum pro huiusmodi casibus possit suppleri per aliquem alium actum internum, qui virtute contineat actum externum, & vel explicitè, vel implicitè, formaliter, aut eminenter sit illius votum, & voluntas; & quoad efficaciam, & conducentiam ad salutem sit, quoad omnia, illius vicarius, & cum auxilio gratiæ semper possit ab vnoquoque haberi, neque extrinsecus possit impediri, aut vilo modo impossibilis reddi: & idèd absolutè, & simpliciter necessitatem mediij non posuit determinatè in solo actu externo; sed disiunctiuè in externo, vel in interno, qui sit votum, & voluntas externi: & medium necessarium ad salutem, non fecit determinatè Baptismum, aut Pœnitentiæ, verbi gratia, in re susceptam; sed sub hac disiunctione, in re, vel in voto: & huic vtrique disiunctio simul adiunxit pro suis casibus, necessitatem præcepti, & tanquam medium necessarium, tam præcepti Baptismi in re pro iis casibus, in quibus posset re ipsa suscipi, quam Baptismum in voto pro illis alijs, in quibus non posset. Vnde disiunctio hæc, aut alternatio, quod medium necessarium ad salutem sit Baptismus, verbi gratia, in re, vel in voto; non debet intelligi vniuersaliter pro omnibus casibus, quasi sit in potestate cuiusque necessitatem determinare; & in quocunq; casu satis consulat vnusquisque suæ salutis, si Baptismum suscipiat solum in voto: sed debet intelligi cum aliqua distributione accommodata ad certos casus, vt sensus sit, quod in aliquibus casibus medium necessarium sit determinatè Baptismus in re, id est, quando potest re ipsa suscipi; & in aliquibus sit determinatè Baptismus in voto, id est, quando non potest haberi in re: hæc enim propriè est vis, & natura propositionis, aut particula disiunctiue, vt sententias disiungat, & separet: & idèd non potest secundum vtranque partem disiunctam esse vera simul, & coniunctam, vel in ordine ad idem: sed si est vera secundum vtranque, necessariò debet esse vera disiunctam, & in ordine ad diuersa, vt communiter tradunt Dialectici in *Summis*: id est, vno tempore, & in his circumstantijs esse vera secundum vnâ partem; & alio tempore, & in alijs circumstantijs secundum aliam partem; & absolutè, & simpliciter, extra omnem disiunctionem, & separationem temporis, & circumstantiarum, in tantum censetur esse vera, in quantum potest verificari solum secundum alteram indeterminate acceptam, & quæcunq; illa sit, vel in quantum

quantum potest pro diuerso tempore, & circumstantijs modò verificari secundum vnâ, & modò secundum alteram.

7. *Utrum sit, haberi salutem per aliquod medium, solum in voto.*

Et quauis Baptismi vocabulum, verbi gratia, absolutè prolatur, & sine addito, solum accipiat pro Baptismo in re, qui solus est verus Baptismus; & verum lauacrum regenerationis; non autem accipiat pro voto, & voluntate Baptismi, quæ reuera non est Baptismus: quando tamen dicitur, quod Baptismus est necessarius ad salutem necessitate mediij, debet accipi cum ampliatione, & extensione significationis, etiam ad votum Baptismi, vel ad Baptismum in voto, cum aliquando etiam hoc modo sufficiat, vt iam diximus: & quando salus hoc modo datur, solum datur sub voluntate, & quasi sub promissione accipiendi illum in re, quando poterit accipi, & solo illius intuitu: sicut & datur possessio pro contractu venditionis, solum intuitu pretij, quod venditori est promissum, & volitum solui ab emptore: & solum datur sub fide, & voluntate, & obligatione illud soluendi alio tempore, quando poterit, vt notat Suar. *disp. 12. de fide, num. 5.* & sicut explicat *disp. 17. de Pœnit. sect. 3. n. 6.* Et idèd rectè dicitur, quod absolutè verus Baptismus, qui est solus Baptismus in re, sit de necessitate mediij, cum salus etiam tunc, quando datur per Baptismum in voto, solum datur intuitu Baptismi in re, verè suscipiendi, quando poterit verè suscipi.

His ergo positis, circa hos modos necessitatis, illud est in præsentia explicandum de fide, an, & quomodo ex Dei institutione sit medium necessarium ad salutem, eique competat necessitas mediij: & potest id quæri, tam de habitu fidei, quam de actu; & tam de adultis ratione vtentibus, quam de infantibus.

8. *Fides diuina est necessaria necessitate mediij.*

Et quidem in vniuersum communiter dicitur, de fide esse, quod fides supernaturalis sit medium necessarium ad salutem. Ita tradunt communiter Scholastici cum Mag. in 3. d. 25. & cum Sancto Thoma 2. 2. *quest. 2. art. 3.* vt notat Suar. *disp. 12. de fide, sect. 1. n. 2.* Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 2. n. 3.* Valent. 2. 2. *disp. 1. quest. 2. puncto 2.* & alij. Et oppositum fuit error Pelagij, qui asseruit, in statu legis naturæ potuisse homines saluari per solam naturalem Dei meritum; & in statu legis scriptæ ad summum fuisse necessariam aliquorum reuelationem, & gratiam solius externæ prædicationis: eaque posita posse nos naturæ virtutibus fidem concipere, & ad salutem disponi sine alia fide, aut auxilio supernaturali, vt patet ex Sancto Augustino lib. de *gratia Christi, cap. 41.* & lib. 2. de *peccato orig. cap. 26.* & sæpè alibi. Et ab errore Pelagij hoc solum differunt aliqui ex Catholicis, quod admittant, fidem Christianam esse supernaturalem, quod negabat Pelagius; sed negent, eam esse simpliciter necessariam ad salutem; & eum, qui inuincibiliter, & inculpabiliter Deum ignoret, & fide careat, adhuc affirmant posse saluari, si faciat, quod in se est, & seruet legem naturæ: nam sic docet Vega lib. 6. in *Trid. cap. 20. & 21.* & sic asseruit etiam Sotus lib. 2. de *natura, & gratia, cap. 11.* quauis postea in secunda Editione id retractarit, vt ipse *ibidem* refert, & in 4. *disp. 1. quest. 2. art. 3. §. Quæ propter.* Et idem tenet etiam Franciscus Victoria in *relect. de eo, qui venit ad usum rationis, par. 2. & 3.* vbi expressè id asserit de eo, qui sit educatus in syluis, & nihil audierit de Deo, & de fide; & viuat secundum legem, & lumen naturæ. Et denique idem tenent etiam alij, qui affirmant, Gentilibus ante Christi aduentum satis fuisse, si crederent, Deum esse, & esse

remuneratorem: quod tamen cognosci potest virtutibus naturæ, vt Abulen. q. 4. in *Genes. & q. 2. in lib. 4. Regum, & quest. 1. 2. in libr. Ruth.*

Sed contra hos omnes est: quia Sanctus Paulus in *Epist. ad Romanos*, in hoc est totus, vt ostendat, iustitiam solius legis, aut naturalis, aut scriptæ, non fuisse sufficientem sine iustitia fidei; & neque etiam Abrahamum fuisse iustificatum, nisi per fidem: vnde & dicitur *Genes. 15. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* quod idem etiam facit in *Epistola ad Gal. vbi cap. 5. disertè asserit: Nos ex fide spem iustitiæ expectamus.* & ad *Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem.* & ad *Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo.* & apud *Elabacuc cap. 20.* indefinitè dicitur de iusto, quod viuat ex fide: *Iustus ex fide viuat.* vt etiam interpretatur Sanctus Paulus ad *Hebr. cap. 10. in fine.*

Et quod his omnibus locis sermo sit de fide verè diuina, & supernaturali; non autem de illa, quæ potest concipi per solam naturam; patet manifestè: quia alioqui nihil concluderet Sanctus Paulus in *Epistola ad Rom. & ad Gal.* dum intendit probare, quod per legem naturalem non possit haberi iustitia; sed omninò sit opus fide in Christum: si enim hæc fides posset esse naturalis, omninò spectaret ad legem naturalem, cum etiam natura diceret, credenda esse ea, quæ apparent naturaliter credibilia; & per consequens conuinceretur haberi iustitia per ipsam legem naturalem, quod est contra intentum Sancti Pauli. Et ad *Galat. 5.* apertè dicitur, ex ea fide expectari à nobis iustitia, quæ per charitatem operatur; quæ tamen est sola fides supernaturalis: & ad *Ephes. 2.* fides, per quam dicitur esse saluati, simul dicitur esse ex gratia, & non ex nobis; quia est donum Dei: quibus verbis nihil potest esse clarius. Et in *Epistola ad Hebr.* cum in *sine capitis decimo* attulisset illud ex *Elabacuc cap. 2. Iustus ex fide viuat.* & verba alia eiusdem Prophetæ immediatè præcedentia: *Ecce, qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso.* esset hoc modo interpretatus: *Quod si subtraxerit se, putà, à fide; non placebit anime mea.* & hinc intulisset: *Nos autem non sumus subtrahentes filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem anime.* statim subdit *cap. 11.* loqui se de illa fide, quæ est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium: quæ tamen est definitio fidei supernaturalis secundum omnes Theologos apud Suar. *disp. 6. de fide, sect. 2. num. 4.* & *disp. 12. sect. 1. n. 6.*

Et hoc totum expressè habetur etiam ex Tridentino *sess. 6. in decreto de iustificatione, cap. 6.* vbi, dum agitur de dispositione ad iustificationem, expressè dicitur, iustificationem non aliunde initium lumen, quam ex fide, eamque non aliter concipi, quam ex inspiratione, & auxilio Dei: *Dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouemur in Deum, credentes vera esse, quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt, &c.* Et *cap. 2.* inter causas iustificationis, tanquam causa instrumentalis numeratur Baptismus: & hic dicitur esse Sacramentum fidei, *sine qua nulli vnquam contigit iustificatio.* Et *cap. 8.* sensus eorum verborum Sancti Pauli, quod iustificemur per fidem, definitur hic esse, quem *perpetuus Ecclesia Catholica consensus tenuit, & expresse, vt per fidem, idèd iustificari dicimur; quia fides est humane salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire.* Si autem fides non esset medium simpliciter necessarium ad iustificationem, & ad salutem, malè diceretur, nulli vnquam contigit iustificatio

9. *Necessitas fidei supernaturalis probatur ex Tridentino.*

iustificatio sine fide; sicut & malè dicitur nulli contigisse, verbi gratia, sine obseruatione ieiunij, aut alterius, quod sit solum de necessitate præcepti. Et malè diceretur eadem fides esse initium, fundamentum, & radix iustificationis, si solum esset de necessitate præcepti. Et nisi esset supra naturam, malè diceretur concipi solum ex Dei excitatione, & adiutorio, & omnino conuinceretur initium, & fundamentum, & radix totius iustificationis, & salutis esse ex nobis, nostrisque viribus: quod tamen est contra fidem. Vnde & in eodem Tridentino sess. 6. cit. can. 3. damnatur, *Qui dixerit, sine præueniente Spiritu Sancti inspiratione, atque eius adiutorio, posse hominem credere, sicut oportet, ut est iustificationis gratia conferatur.*

Rationes, quæ probent eandem necessitatem fidei supernaturalis, possunt videri apud Sanctum Thomam 2. 2. quæst. 2. art. 3. & 1. contra Gentes, cap. 5. & lib. 3. cap. 118. & 152. cum enim sumus à Deo ordinati ad finem supernaturalem, qui est clara illius visio, & æterna beatitudo; omnino debemus ad illum dirigi, & moueri non violentè, & merè ab extrinseco; sed voluntariè, & modo humano, id est, per notitiam, & amorem, qui sunt actus intellectus, & voluntatis; & cum notitiâ huiusmodi finis, & eorum, quæ ad illum pertinent, non possumus per nos ipsi inuestigare, & quasi venari per viam inuentio- nis; omnino debemus illam accipere ab alio per viam doctrinæ, & disciplinæ, id est, ab ipso Deo, qui solus potest reuelare, & docere ea, quæ dependent solum ab ipso, & sunt supra ordinem naturalem. Et quia hæc ipsa manifestatio, & doctrina non debet, nec potest esse in hac vita per principia intrinseca ipsius rei, vel aliter per euidentiâ, quæ à Magistro Deo tradatur de ipso obiecto; sed solum per principia extrinseca, quæ illam constituent in supremo ordine certitudinis, & firmitatis, id est, per ipsam authoritatem diuinam, quæ sola potest tribuere huiusmodi certitudinem; omnino conuincitur, debere esse notitia fidei, & supernaturalis, vt patet ex dictis supra, disp. præcedente. Atque hoc est, quod dicitur Isaia 54. *Erunt omnes docibiles Dei.* Quia, vt exponit Christus ipse Ioan. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum, & Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Et quemadmodum in disciplinis naturalibus, antequam perfectè acquirantur, oportet discipulum multa credere Magistro docenti, vnde & absolute dicitur: *Oportet discipulum credere.* vt est apud Aristotelem in *Elenchis*, lib. 1. cap. 2. *versus finem*: ita & potiori ratione ad disciplinam beatitudinis supernaturalis perfectè acquirendam necessaria in primis est fides, quæ habeatur ipsi Deo dicenti, & docenti ea, quæ ad ipsam pertinent, & naturaliter haberi non possunt. Et alioqui non posset voluntas per actum amoris, & desiderij in illa tendere, quæ excedunt totum statum præsentis vite, nisi eleuaretur etiam mens ad illa intelligenda, ad quæ non potest pertingere naturaliter. Et sicut principium amationis corporalis, est visio per oculum, & per sensum corporalem: ita & principium dilectionis spiritualis bonorum inuisibilium, & diuinorum, debet esse visio intellectualis; non quidem clara, & per propriam speciem, quæ in hac vita haberi non potest; sed obscura, & quasi per speculum, & in ænigmate, quæ est fides, & per hanc perfectè subditur Deo mens, vt firmissime credat, quæ ab illo dicuntur, & alioqui naturaliter non videntur, & non capiuntur; quæ tamen subiectio, & subordinatio ad Deum est simpliciter necessaria ad hoc, vt perfectè illi subdamur, etiam quoad voluntatem, & que in totum adhareamus, in quo

consistit perfecta iustitia, & vera salus.

Est verò fides hoc modo, necessaria necessitate medijs, non solum adultis, qui sunt participes vsus rationis; sed suo modo etiam paruulis, cum etiam hi Baptismo indigeant, qui est laucrum regenerationis, & per illum regenerentur in fide parentum, vel Ecclesie; & sicut in altero peccauerunt, hoc est, in Adamo; ita & in altero possunt credere, vt loquitur Sanctus Augustinus *Serm. 14. de verbis Apostoli*, cap. 18. Et præterea ad salutem indigent etiam infantes habitu fidei, sicut & indigent habitu gratiæ, quæ sine fide esse non potest, vt est in Trident. sess. 6. cap. 7. de iustificatione; & debent etiam ipsi per habitus supernaturales fidei, & charitatis eleuari ad esse supernaturale, ad hoc, vt placeant Deo, tanquam auctori, & datori donorum supernaturalium, vt notat Paulus Layman *lib. 2. tract. 1. cap. 8. n. 2. assertio prima*. & ratione huiusmodi habitus fidei verè credunt etiam ipsi, non quidem actu, sed habitu, ex In hoc. III. cap. maiores, extr. de Baptismo. Et notat Suar. disp. 12. de fide, sect. 1. n. 3. & sequentibus: cum præsertim loca Scripturæ, quæ probant necessitatem fidei pro adultis, etiam probent illam pro paruulis, & loquantur vniuersaliter pro omnibus; vt, quando asserunt, verbi gratia, quod sine fide sit impossibile placere Deo, quod iustus ex fide viuat, &c. & eadem ratione vniuersaliter loquantur etiam loca allata ex Tridentino, quod sine fide nulli vnquam contigerit iustificatio; & quod fides sit fundamentum, & radix iustitiæ, &c.

Specialiter verò pro adultis, præter habitum fidei, est simpliciter necessarius etiam actus aliquis eiusdem fidei diuinæ, si debeant, tanquam adulti, de nouo iustificari, & sequè post suos actus disponere ad iustitiâ, vt communiter faciunt omnes adulti de lege Dei ordinariæ: nam hæc dispositio non incipit, nisi à fide, vt est in Tridentino sess. 6. cap. 6. de iustificatione; & solum in hoc sensu dicitur iustificari per fidem, in quantum fides est initium, fundamentum, & radix nostræ iustificationis, vt subditur *ibidem*, cap. 8. Et cum hæc ratio actualis dispositionis ad iustitiâ, & actualis inchoationis iustitiæ, non conueniat nisi fidei actuali, per quam solum liberè mouemur in Deum, & credimus vera esse, quæ diuinitus sunt reuelata, & promissa, vt dicitur in Trident. cap. 6. cit. aperte conuincitur dicta necessitas medijs pro fide actuali, cum sit necessitas primæ dispositionis, & primæ inchoationis iustitiæ; quæ dispositio, & inchoatio necessariè medijs, & prærequiritur in subiecto ante ipsam formam, & perfectionem iustitiæ. Et idem probant etiam rationes supra allatæ ex Sancto Thoma, quod Deus non violentè; sed voluntariè, & modo humano debeat nos mouere in finem supernaturalem, id est, per actus supernaturales intellectus, & voluntatis; & quod voluntas non possit ferri per actum amoris, & desiderij, in ea, quæ excedunt totum statum præsentis vite; nisi ad illa eleuetur per actum fidei etiam mens; & sic toti, & perfectè Deo subdamur.

Dixi autem, fidem actualem esse simpliciter necessariam adulto, si debeat de nouo iustificari, tanquam adultus: quia, si ponatur iam esse iustificatus in infantia, verbi gratia, per Baptismum; & quando venit ad vsum rationis per aliquod tempus non peccet mortaliter, & repente in eo statu sic moriatur; verè saluabitur, etiam si actum fidei non eliquerit; sed reuerà saluabitur tanquam infans, & non tanquam adultus, id est, solum per medium, quod est commune infantibus, & absque eo, quod ipse sit aliquid operatus pro sua salute, tanquam adultus, vt notat Suar. disp. 12. de fide, sect. 2. n. 10.

Atque

11.
Fides est me-
dium neces-
sarium, etiam
paruulis.

12.
Pro adultis, si
debeant iu-
stificari de
nouo, est ne-
cessaria fides
actualis.

13.
Secus verò, si
solum debeat
ad aliquod
tempus obser-
uare iustitiâ,
quam sunt
adapti per
Baptismum,
ante vsum
rationis.

14.
Fides actu-
lis omni tem-
pore sine ne-
cessitate pro
adultis.

Atque hoc videtur probabilius, quàm quod habet Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 2. n. 4.* etiam baptizatos in infantia non posse assequi gloriam sine aliquo supernaturali actu fidei: & si quis, statim atque venit ad vsum rationis, moriatur ad diuinam prouidentiam pertinere, vt eum illuminet, & fidem doceat; siue interius, per internam illustrationem; siue exterius, per aliquem Magistrum, & Doctorem: quia hoc ipso, quod quis est adultus, omnino indiget proprijs meritis ad gloriam consequendam; nec de lege ordinaria illi sufficiunt sola merita Christi, sine meritis proprijs, sicut sufficiunt infantibus, & carentibus vsu rationis. Sed contrà est: quia, quantum hoc totum sit verum in iis, qui debent assequi gloriam, tanquam adulti, id est, ex propria cooperatione, & merito, quod carissimum est non posse esse sine actu fidei supernaturali; non tamen est necessariè verum vniuersaliter in omnibus adultis; & præcisè ex hoc, quod sunt adulti, & verè participent vsu rationis. Nam facile potest accidere, quod quis existens verè adultus, & capax rationis, & adhuc retinens concitatem Baptismi, moriatur absque eo, quod cogitarit de vlla obligatione implenda, aut de actu aliquo meritorio efficiendo: & in tali casu non est, quod recurramus ad prouidentiam Dei supernaturalem, & ad miraculum, vt ille doceatur mysteria fidei: sed absolute possumus dicere, quod saluabitur, cum verè sit per Baptismum regeneratus, vt filius Dei; & per habitum gratiæ verè habeat ius ad gloriam, tanquam ad hæreditatem, etiam si per proprios actus, & per propria merita non habeat ius ad illam, tanquam ad præmium, & ad mercedem. Et valde durum videtur, quod aliquid sit medium in hac vita necessariū simpliciter ad gloriam, & salutem vltimam; quod tamen in hac eadem vita non sit medium simpliciter necessarium ad gratiam, & salutem primam, siue acquirendam, siue consequendam; & per consequens, quod possit accidere, quod quis ex hac vita decedat in gratia, & tamen in altera non admittatur ad gloriam. Et quantum tale quid asseruit Canus in *relect. de Sacram. in genere*, p. 2. *Cast. lib. 2. de lege p. n. cap. 14. Bannes 2. 2. quæst. 2. art. 8. dnb. ult.* & alij alij apud Suar. disp. 12. sect. 4. n. 9. qui asseruerunt, fidem explicitam incarnationis, & Christi, esse post Euangelium promulgatum de necessitate medijs pro acquirenda gloria; non autem pro acquirenda gratia; & hæc de causa *Altorum* 10. missum fuisse Sancti Petrum ad Corneliū Centurionem, iam Deo placet, & Deum timentem, vt *ibi* dicitur, & per consequens iam iustificatum: quia adhuc debebat distinctiùs instrui circa fidem explicitam Christi, vt posset glorificari: id tamen quàm sit improbable, rectè ostendit Suar. *sect. 4. cit. n. 14. & sequentibus*, pag. mibi 219.

Neque oppositum asserit Sanctus Thomas in 3. 2. 2. quæst. 2. art. 1. quæstio. 1. Dur. *ibidem*, q. 1. art. 2. & alij alij, qui absolute pronunciant de adultis, quod non possint saluari sine proprijs meritis, & per consequens sine fide, quæ sola potest esse illorum principium: solum enim id asserunt de adultis, pro vt communiter saluantur tanquam adulti; & etiam in ordine ad beatitudinem se habent vt adulti: non autem de adultis solum materialiter, & pro vt aliquando in ordine ad beatitudinem possunt se habere, non vt adulti; sed vt infantes.

Et quod dicimus de hac medijs necessitate pro adultis, debet intelligi, maxime vniuersaliter, & tam pro temporibus legis gratiæ, & Euangelij, quàm pro alijs iam præteritis, legis nature, & scriptæ, & pro quibuscumque adultis, vbicumque, & quomodocumque sint educati, vt docet Sanctus Thomas 2. 2.

quæst. 2. art. 3. ad primum, & quæst. 10. art. 1. ad 4. & omnes communiter apud Suar. *sect. 2. cit. n. 5.* nam ex Trident. *sess. 6. cap. 7. de iustificatione*, sine fide nulli vnquam contigit iustificatio. Et ex cap. 8. *initium omnis iustificationis est fides, & sine fide impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire.* Et certissimum est, quod non solum in lege gratiæ; sed etiam in lege scripta, & nature, quotquot fuerunt iustificati, solum fuerunt iustificati modo humano, & voluntariè, & liberè acceperunt iustitiâ; & per proprios actus intellectus, & voluntatis se se ad illam disposuerunt, & per consequens etiam habuerunt actum aliquem fidei supernaturalis, vt patet ex dictis. Vnde & ad *Hebr. 11. & in Concilio Arausicano can. 25.* non nisi per fidem dicuntur fuisse iustificati antiqui Patres, Abel, Noè, Enoch, Abraham, & alij quia, scilicet, etiam illis fuit fides initium iustificationis, & simpliciter necessaria, tanquam medium. Et quantum in Scriptura nusquam alibi dicitur Enoch habuisse fidem, vel per illam fuisse iustificatus: id tamen ex eo infert Sanctus Paulus ad *Hebr. 11.* quia dicitur placuisse Deo: & vt ipse addit: *Impossibile est sine fide placere Deo.* Quæ certe verba aperte continent vniuersalem Dei legem, quod nullus poterit, neque possit illi placere, sine fide; & per consequens, quod fides semper fuerit medium simpliciter necessarium ad placendum Deo, & ad iustificationem; & alioqui argumentatio, & illatio Sancti Pauli de fide Enoch, & de illius iustificatione per fidem, nulla erit, vt bene notat Valentia 2. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. 2.

Quare nullo modo est admittendum, quod supra retulimus ex sententia aliquorum Catholicorum de puero educato in syluis, & Deum, & res fidei ignorante inculpabiliter: nam, si saluabitur, non saluabitur etiam ipse sine fide; eamque docebitur, vel interius immediate à Deo per internam illuminationem, vel exterius ministerio Angeli, aut hominis, vt expresse asserit Sanctus Thomas in 3. 2. 2. quæst. 2. art. 1. quæstio. 1. ad secundum: sic enim etiam contigit Ach. 8. Eunuchus, qui miraculose fuit edoctus per Sanctum Philippum; & cap. 10. Centurioni, qui fuit edoctus per Angelum, & per Sanctum Petrum: & omnino sic spectat ad Dei prouidentiam, vt dum omnes homines vult saluos fieri, simul etiam velit eos omnes ad agnitionem veritatis venire, vt est apud Sanctum Paulum 1. ad *Timot. cap. 2.* & si si aliquem efficaciter eligit ad salutem, etiam eligit efficaciter ad fidem, quam ipse constituit, tanquam medium omnibus necessarium, & sine qua nemini voluit salutem contingere. Et hæc illuminatio, & doctrina rerum fidei à Deo præstabitur, non ex merito, quod habeatur ex naturali obseruatione legis nature; sed ex pura gratia, quam Deus ipse pro sua bonitate paratus est omnibus dare, nisi illi ponant obicem per peccatum, vt dicitur in *materia de gratia*, & notat Suar. *disp. 12. de fide, sect. 2. num. 14. & 15.* Imò aliquando, etiam si ponant obicem, & posituè sint malè dispositi, vt patet in Sancto Paulo, qui tunc à Deo fuit vocatus, quando erat spirans minarum, & cædis in discipulos Domini: vt enim bene Suar. *n. 15. cit.* hoc inter cætera est discriminis inter primam gratiam iustificantem, & primam vocantem, vel auxiliantem, quod illa in adultis necessariè prærequirit positiuas dispositiones per actus supernaturales; hæc verò satis habeat dispositionem negatiuam per carentiam obiectiuam neque illam necessariè prærequirit, si Deus cum aliquo ita velit, vt iam diximus. Et quod in hoc puero ignorantia Dei, & fidei ponatur futura inculpabilis, & inuincibilis, solum facit, vt non ex illa damnari debeat, si ferè damnatus

damnetur, sed ex peccato originali, aut actuali, cum quo decedit, non autem facit, ut cum illa saluari debeat, si opposita notitia, ex Dei institutione, & lege est omnibus necessaria necessitate medij, ut probauimus.

15. Fides in homine adulto non potest sufficere solum in voto.

Neque hoc medium, quod est fides, est ex illis, quae aliquando possunt sufficere solum in voto: hoc enim communiter iis medijs conuenit, quae consistunt in aliquo actu externo, ut est, uerbi gratia, Baptismus, & oris confessio; non autem iis, quae consistunt in solo actu interno, quae per se potest pertinere ad internam dispositionem, & perfectionem animae; & communiter non potest impediri: uel certe si conuenit aliquando etiam illis medijs, quae consistunt in actu interno, ut est, uerbi gratia, formalis dolor, & poenitentia de peccatis, quando actualiter in mentem non ueniunt, in quo casu sufficienter suppletur per actum charitatis, & dilectionis Dei super omnia, quae hac de causa dicitur continere poenitentiam, & dolorem quasi in voto; solum conuenit respectu alterius actus, qui sit eiusdem ordinis, & praeterea sit excellentiae, aut virtutis maioris, & ideo continet quasi uirtute, & eminenter illum alium, cuius dicitur votum, ut accidit in casu posito de charitate, quae est eiusdem ordinis supernaturalis, cuius est ipse dolor, & poenitentia: & praeterea est excellentiae longe maioris. Id autem respectu fidei dici non potest, comprehendendo hoc nomine etiam uoluntatem credendi, cum neque in actibus intellectus, quos elicimus in hac uita, sit uisus alius supernaturalis, & perfectior fidei; neque in actibus supernaturalibus uoluntatis, sit uisus, qui actum fidei non praesupponat, ut patet in actibus spei, & charitatis; & ideo si actus fidei est necessarius homini adulto, omnino est necessarius in se ipso, & in re, non autem potest sufficere solum in voto, cum nullus sit alius, qui illum contineat, quasi votum, ut notat Suar. disp. 12. sect. 2. cit. n. 10. 11. 12. imò ex hoc ipso, quod Baptismus, & alia huiusmodi possunt sufficere solum in voto, aperte colligitur, quod fides sit necessaria omnino in re, ut notat Valen. 2. 2. disp. 1. quest. 2. puncto 3. §. Id autem colligimus. Siquidem huiusmodi vota, per quae illa suppleantur, & in quibus sufficiunt, cum sint ordinis supernaturalis, utpote conducentia ad salutem, quae est supernaturalis, omnino praesupponunt aliquam uoluntatem supernaturalem; quae tamen non est alia, nisi fides: & si haec ipsa potest suppleri per aliud votum, etiam ad illud erit opus alia notitia, & alia fides; & sic dabitur processus in infinitum.

DISPUTATIO V.

Quarum rerum explicita fides sit necessaria necessitate medij.

1. Explicite sensus questionis.
2. Fides explicita, & implicita quam sit.
3. Pluribus modis potest fides alicuius articuli esse implicita.
4. Fides supernaturalis ex parte alicuius obiecti materialis semper fuit de necessitate medij.
5. Non possunt mandata diu seruari sine gratia, & sine fide.
6. De necessitate medij est etiam fides de aliquibus obiectis cognoscibilibus naturaliter.
7. Etiam illi, qui de aliquibus obiectis habent scientiam, possunt de iis habere fidem.
8. Specialiter semper fuit de necessitate medij credere Deum remuneratorem.

9. *Mysterium Trinitatis non fuit semper de necessitate medij.*
10. *Neque mysterium Incarnationis fuit semper explicitè creditum.*
11. *Sed pro tempore legis naturae, & legis scriptae satis fuit, si crederetur implicitè.*
12. *Omnibus temporibus semper fuit habita aliqua notitia, & fides de Incarnatione.*
13. *Fides Incarnationis, & Christi, multis modis potest esse implicita.*
14. *Post Euangelium promulgatum, tam Incarnationem, quam Trinitatem est credenda explicitè de necessitate medij.*
15. *Fides explicita Trinitatis, & Incarnationis, potest sufficere etiam in voto.*
16. *Non est temerè recurrendum ad miraculosam Dei illuminationem circa res fidei.*
17. *Loca Scripturae non probant determinatè necessitatem in re, fidei explicitae de Trinitate, & de Christo.*
18. *Per hanc distinctionem de fide explicita in re, uel in voto, bene conciliantur sententiae oppositae.*
19. *Fides explicita de Trinitate, & de Christo, non est necessaria simpliciter ad gloriam, si non est simpliciter necessaria ad gratiam.*
20. *Promulgatio Euangelij per totum mundum solum fuit completa post annos circiter quadraginta à Christi morte.*
21. *Nulla ratio est admittendum, quod possit sufficere ad salutem credere generaliter id, quod credit Ecclesia.*

Ro clariore explicatione superioris doctrinae, plura super sunt examinanda, & explicanda, quae hic proponimus, id est, quarum rerum sit necessaria fides necessitate medij, & qualis fides sit necessaria: nam de rebus potest dubitari, utrum sit necessaria earum, quae etiam materialiter excedunt omnem vim naturalem nostri intellectus, ut est, uerbi gratia, mysterium Trinitatis, & Incarnationis: an uero possit sufficere, si credantur saltem illae, quae naturaliter possunt cognosci, ut, uerbi gratia, quod Deus sit, & quod remunerator sit; si praesertim haec etiam credantur supernaturaliter, quantum est ex parte principij, id est, credantur ex diuina inspiratione, & ex auxilio gratiae; non autem simpliciter cognoscantur per naturales discursus, ut possunt, & solent cognosci à Philosophis: & praeterea si credantur supernaturaliter, quantum est ex parte motiui, & obiecti formalis, id est, propter diuinam auctoritatem, & reuelationem; non autem propter quencunque alium medium terminum, qui forte cognoscatur in praemissis naturalis discursus. Et si dicatur esse necessaria fides earum rerum, quae etiam materialiter sunt supernaturales; ulterius potest dubitari, quemam illae sint; & in specie utrum inter has sit necessitè credenda Incarnatio, & utrum Trinitas.

De ipsa uero fide potest dubitari, utrum sit necessarium, quod sit explicita; an uero possit sufficere, quod sit implicita: intelligendo per fidem explicitam, eam, qua creditur unusquisque articulus, prout proponitur credendus in se, & explicatur in propriis terminis: siue haec credulitas, & explicatio sit ita perfecta, & distincta, ut qui illam habet, non modo capiat id, quod credit; sed etiam possit id explicare aliis, & aliquam rationem de illo reddere, quomodo communiter se habent uiri Theologi: siue sit solum rudis, & imperfecta, quomodo communiter credunt indocti, & rudes. Et per fidem implicitam, eam intelligendo, qua creditur unusquisque articulus

3. Pluribus modis potest fides alicuius articuli esse implicita.

1. Explicite sensus questionis.

2. Fides explicita, & implicita quam sit.

ius particularis, prout comprehensus in alio articulo generali & prout in illo quasi implicitus, uel implicatus, & inuolutus, ut notat Gabr. in 3. dist. 25. quest. 1. art. 1. not. 2. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 6. quest. 10. in fine. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 2. n. 2. & alij communiter: quia enim propositio uniuersalis in se continet omnes propositiones particulares, in quas potest distribui, & resolui, ut supra diximus disp. 2. num. 11. & simul cum ipsis uniuersalibus cognoscuntur aliquo modo etiam ipsa particularia, quae sub illis subsumi possunt, ut patet ex Aristotele 1. Poster. t. 2. & 7. Ethic. cap. 3. rectè dicuntur in articulo generali esse crediti etiam articuli particulares, qui sunt sub illo; & dum ille creditur explicitè, & in se, suisque terminis, hi rectè dicuntur crediti implicitè, & in alio, id est, in ipso uniuersali, uel generali.

Sed, quauis hic modus declarandi fidem implicitam articulo particulari in articulo generali, aut uniuersali, sub quibus illi subsumi possunt; sit optimus, & uerissimus; non tamen uidetur sufficienter comprehendere omnes modos fidei implicitae: siquidem possunt esse plures alij modi, quibus unum potest cognosci, & credi quasi implicitum, & inuolutum, seu contentum in alio: ut, uerbi gratia, si effectus credatur in causa; & quod ad aliud dicit attributionem, & pertinentiam, credatur, & intendatur in illo alio; & quod necessitè consequitur ad positionem alicuius, in illo, ad quod consequitur. Et hac ratione cum omnes articuli fidei reducantur ad illos duodecim, qui habentur in Symbolo Apostolorum, & omnes in illis credantur, quasi impliciti, & inuoluti; non omnes tamen sunt impliciti, sicut particulares, & inferiores in uniuersalibus, & superioribus; sed aliis, atque aliis modis, ut patet ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 1. art. 8. Nam in articulo, uerbi gratia, quo explicitè credimus, Deum esse unum, implicitè etiam credimus, quod solus sit colendus, ut habet Sanctus Thomas in responsione ad primum: & in articulo, quo credimus, eum esse omnipotentem, implicitè credimus, quod etiam habeat omnium scientiam, & prouidentiam: siquidem in agentibus per intellectum, qualis est Deus, ex ipso primo conceptu, & nomine Diuinitatis, ut probatur 1. par. quest. 13. art. 8. solum contingit operatio secundum uoluntatem, & cognitionem; & ad hoc ut aliquod agens possit pro uoluntate efficere omnia, necessarium omnino est, ut etiam cognoscat omnia, quae potest uelle efficere; & ut de omnibus habeat prouidentiam, ut subdit Sanctus Thomas 2. 2. quest. 1. art. 8. cit. ad secundum: & in eodem articulo omnipotentiae implicitè etiam credimus realem Christi praesentiam in Eucharistia, & alia omnia miracula, quae fide credimus fuisse patrata, ut idem habet in responsione ad 6. Et in quantum Eucharistia est Sacramentum, quo fideles communicant, & est instrumentum gratiae, & remissionis peccatorum, implicitè creditur in articulis sanctae Ecclesiae Catholicae, Sanctorum Communione, & remissionis peccatorum, ut notat Richardus in 3. d. 25. art. 1. quest. 1. ad quartum, & ex illo Azor. par. 1. lib. 8. cap. 5. uersus finem. Hi uero articuli explicitè crediti certum est, quod non se habent ad alios, qui in ipsis creduntur implicitè, tanquam articuli generales ad articulos particulares sub se contentos, ut ex se patet; sed aliis, atque aliis modis: & ideo non omnis modus credendi implicitè, est sicut articuli particularis in articulo generali.

Quod uero habet Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 2. puncto 3. sub initium, quod actus, in quo assensus aliquis fidei censetur esse implicitus, possit non solum esse

actus intellectus modo explicato; sed etiam actus uoluntatis: ut si, uerbi gratia, aliquis rudis sit paratus, & uelit ea credere, quae explicitè credantur alij sapientiores; non uidetur admittendum, si actus uoluntatis sumatur per se, & seorsim ab actu intellectus; non autem prout illum includit: nam uelle credere, reuera non est credere, & neque explicitè, neque implicitè in se id continet, si loquamur de contentia actuali; non autem de virtuali, aut potentiali etiam proxima, quae potest appellari etiam in voto. Et à fortiori neque est admittendum id, quod habet Dur. in 3. d. 25. quest. 1. art. 1. quod etiam per solum habitum fidei possit quis dici implicitè credere, cum semper in habitu, & potentia sint impliciti omnes actus. Contra enim est: quia similiter habitus fidei, nullo modo est suus actus, neque habet illum implicitum, nisi ut uirtus, & potentia, quae etiam manet in dormientibus, & in amentibus, & caecis uisibus rationis; qui tamen communiter non dicuntur actualiter credere articulos fidei, neque explicitè, neque implicitè.

Si ergo loquamur de rebus credendis, certum uidetur, primo, quod omnibus adultis ratione utentibus semper fuit necessaria necessitate medij fides aliqua actualis, & supernaturalis, non solum ratione principij effectiui, quod est auxilium gratiae, uel ratione motiui, & obiecti formalis, quod est ipse Deus obsecrè reuelans: sed etiam ratione alicuius obiecti materialis, quod, scilicet, etiam acceptum materialiter, omnino excedat vim naturalem intellectus creati, nec possit naturaliter ab illo attingi. Ita Sanctus Thomas 2. 2. quest. 2. art. 3. Scholastici communiter in 3. d. 25. Medina lib. 4. de reuera in Deum fide, cap. 8. Bannes 2. 2. quest. 8. art. 1. conclus. 1. Sor. in 4. d. 1. quest. 2. art. 3. Canus in relect. de Sacram. in genere, par. 2. conclus. 1. Suar. disp. 12. de fide, sect. 3. n. 8. Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 2. puncto 2. initio. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 2. n. 3. Layman lib. 2. tract. 1. cap. 8. n. 3. Secundo, in assertionem. Haec assertio est contra illos Haereticos, qui negauerunt, fidem esse supernaturalem; & contra illos Catholicos, qui putarunt, fidem supernaturalem non esse simpliciter necessariam necessitate medij; sed in aliquo casu posse aliquem iustificari, & saluari etiam sine illa, ut supra retulimus disp. 4. n. 8. Verum id uel esse erroneum, & forte haereticum, ut uult Canus, & Bannes uel citatis; uel certe nullo modo est admittendum, ut supra notauimus disp. 4. cit. n. 14. Et si forte aliqui ex Patribus tale quid uideantur asserere, praesertim pro tempore legis naturae, ut de Clemente Alexandrino lib. 6. Strom. 11. & de Iustino in Apolog. 2. pro Christianis, & de Sancto Chryostomo homil. 37. in Ad uerbum refert Suar. disp. 12. sect. 2. initio, mitius sunt interpretandi; & solum dicendi sunt negare necessitatem fidei explicitae mysteriorum, uerbi gratia, Trinitatis, & Incarnationis, ut notat idem Suar. sect. 3. num. 14. non autem absolute, & simpliciter omnem necessitatem fidei supernaturalis.

Et quod fides supernaturalis ex parte principij actiui, & ex parte motiui, uel obiecti formalis semper fuerit de necessitate medij, satis probauimus disp. praecedente, n. 8. & sequentibus. hoc enim est, quoties repetit Sanctus Paulus, & Concilia, quod fides, sine qua impossibile est placere Deo, & ex qua veteres Patres fuerunt iustificati, est ex gratia, & donum Dei; & quod illam concipiamus, excitari solummodo, & adiuti diuina gratia; & quod sine Dei inspiratione, & adiutorio nullus possit credere, ut oportet, ad hoc ut gratia iustificationis illi conferatur, &c. Et hoc saltem probat ratio supra allata ex Sancto Thoma, quod directionem, & uiam ad salutem

4. Fides supernaturalis ex parte alicuius obiecti materialis semper fuit de necessitate medij.

salutem æternam, & supernaturalem solum possumus habere per doctrinam, & disciplinam ab ipso Deo; & necessariò debeamus esse docibiles Dei, eique credere, tanquam docenti, quæ per nos ipsi inuestigare non possumus: id enim totum clarè ostendit necessitatem diuinæ inspirationis, & motionis, per quam Deus aperiat nobis cor, vt possumus intendere iis, quæ proponuntur credenda. Et præterea, quòd rebus obscuris, & supra naturalem intelligentiam adhareamus summa firmitate, & certitudine, clarè ostendit excellentiam, & eminentiam motui formalis, propter quòd assentimur, id est, diuinæ autoritatis, quæ sola etiam tunc, quando obscure reuelat, meretur summam certitudinem, & firmitatem assensus.

Quòd verò præterea etiam fides supernaturalis ex parte alicuius obiecti materialis, semper fuerit, & sit necessaria, probatur similiter ratione allata ex Sancto Thoma: quia alioqui non potest voluntas in Deum moueri, tanquam in finem, & bonum supernaturale per actum spei, & charitatis supernaturalis, nisi per fidem ei proponatur sub ratione talis finis, & talis boni: quæ tamen ratio, etiam accepta materialiter, est supernaturalis, cum certum sit, quòd nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se, vt habet Sanctus Paulus 1. Cor. 2. Atque hoc ipsum etiam dicitur ad Hebr. 11. illis verbis: *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quia remunerator est.* Neque enim id intelligitur de sola existentia Dei, provt est author naturæ, & de remuneratione bonorum operum naturalium, quomodo fortasse potest cognosci naturaliter, & per discursus naturales: sed principaliter provt est author, & largitor donorum supernaturalium, eorumque remunerator, vt ex communi sententia explicat Canus lib. 22. de locis theolog. cap. 4. & in relect. de Sacram. p. 2. in responsione ad vltimum contra secundam conclusionem, & ex illo Suar. de fide, disp. 1. 2. sect. 3. n. 8. Et patet ex eo, quia hæc ipsa fides, qua dicitur accedens ad Deum debere credere, quia est, & quia remunerator est; initio capitis definitur, quòd sit substantia, seu fundamentum, rerum sperandarum; quæ tamen sine dubio sunt res supernaturales: & additur, quòd sit argumentum non apparentium, id est, assensus omnino firmissimus ad ea, quæ solum obscure sunt reuelata, & alioqui ex se non apparent, siue oculis corporis, siue mentis, & intellectus, vt supra explicauimus disp. 2. quæ similiter hac ipsa de causa, quòd naturaliter, & ex se non apparent, & videri, aut cognosci non possunt per vires naturæ, conuincuntur esse supra naturam; & per hanc ipsam fidem dicuntur Sancti vicisse regna, & operati esse iustitiam; & temporalia omnia, siue bona, siue mala contempnissè, expectantes in altera vita repromissiones, & mellorem resurrectionem, quæ similiter est supra naturam.

5. Non possunt mandata diu seruari sine gratia, & sine fide.

Neque facit contra hoc, quòd ex Christi ipsius responso Matth. 19. sola obseruatio mandatorum possit sufficere ad salutem, eaque sint mandata ipsa Decalogi, & naturalia: ex quo videtur sequi, non esse opus alia fide supernaturali quoad obiectum materiale. Nam contra est: quia hæc ipsa obseruatio mandatorum naturalium non potest dici haberi sine gratia, & per consequens nec sine fide, vt probatur 1. 2. in materia de gratia. Et quemadmodum ex Christi responso non potest efficaciter impugnari necessitas gratiæ pro assequenda salute: ita nec potest impugnari necessitas fidei: & hanc vtranque dicendus est ibi Christus supponere, non autem negare, vt bene notat Valen. 2. 2. disp.

1. quest. 2. puncto 2. §. Quare, obicit potest.

Hoc verò, quòd dicimus, fidem supernaturalem ex parte alicuius obiecti materialis semper fuisse de necessitate mediij, non ita debet intelligi, quasi de hoc tantum obiecto fuerit necessaria; non autem etiam de illo, quòd potest cognosci naturaliter, vt est, verbi gratia, existentia Dei simpliciter, & summa eius necessitas, & independentia ab omni alio ente; & summa excellentia, propter quam est illi debitus supremus cultus, & summa veritas, & veracitas in dicendo, propter quam est illi debita firmissima fides, & similia: sunt enim etiam hæc, & semper fuerunt de necessitate mediij, vt probat Valen. 2. 2. disp. 1. quest. 2. puncto 2. §. Nunc superest. & Suar. disp. 1. 2. de fide, sect. 3. n. 2. & sequentibus, cum S. Thoma 2. 2. quest. 2. art. 4. cum sint prima fundamenta totius fidei; & impossibile sit Deum credere, verbi gratia, tanquam authorem, & remuneratorem bonorum supernaturalium, nisi credatur tanquam existens simpliciter, & tanquam ens necessarium, & non potens non existere, & tanquam ens primum, & omni modo independens ab omni alio, &c. Et de his etiam intelligitur Sanctus Paulus ad Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quia remunerator est.* Neque potest de his sufficere sola cognitio naturalis, nisi admittamus, quòd initium iustitiæ, & salutis possit esse ex natura; & quòd substantia, vel fundamentum rerum sperandarum possit esse quid naturale; contra id, quòd probauimus supra, disp. 4. n. 8. & sequentibus.

Atque hæc necessitas mediij quoad obiecta cognoscibilia naturaliter, non videtur esse asserenda solum pro iis, qui illorum non habent scientiam, vt vult Caiet. in cap. 11. ad Hebr. & Thomista communiter; qui negant, posse simul de eodem obiecto haberi fidem, & scientiam: sed absolute est asserenda pro omnibus, cum hoc importet necessitas mediij, vt supra diximus, quòd debeat absolute esse pro omnibus: & sicut ab illa nullus potest excusari per ignorantiam; ita nec debeat posse excusari per scientiam, vel ex quocunque alio capite.

Et quantum fortasse actus scientiæ, & actus fidei non possint simul haberi, nihil tamen repugnat, quominus actus fidei possit simul haberi cum habitu scientiæ; & idem etiam ille possit credere per fidem diuinam existentiam Dei, verbi gratia, qui de illa habet habitum demonstratiuum, & scientificum naturalem: nam hac ratione in naturalibus etiam ille, qui de aliqua propositione, verè immediata, habet demonstrationem, verbi gratia, à posteriori, potest illi extra actuale discursum, & syllogismum assentiri per alium assensum immediatum ex solis terminis: & in supernaturalibus, qui habet iudicium euides de credibilitate alicuius articuli; vel per discursum, & vim illatiuam, aut consequentiam naturalem, cum infert; potest nihilominus extra discursum eum credere ex imperio voluntatis propter solam autoritatem Dei reuelantis, & sine vilo respectu ad principia discursus, & ad bonitatem consequentiæ: & idem etiam ille, qui habet demonstrationem, & habitum scientificum, verbi gratia, de existentia Dei, potest illam credere ex fide diuina propter solam autoritatem Dei reuelantis, & sine vilo respectu ad medium, siue ad assensum demonstratiuum, & scientificum, cum præsertim certitudo, & firmitas fidei sit longè maior, & longè perfectior perfectione sibi intrinseca, & essentiali, quam certitudo, & firmitas cuiusque scientiæ, & cognitionis naturalis; & longè melius intellectum perficiat, & ab eo expellat omnem formidinem deceptionis, atque erroris; & diuina autoritas, quæ est illius formalis

6. De necessitate mediij est etiam fides de aliquibus obiectis cognoscibilibus naturaliter.

7. Etiam ille, qui de aliquibus obiectis habent scientiam, potest de iisdem habere fidem.

male motuum, maiorem vim habeat ad trahendum ex se assensum fidei, quam habeat quodcumque medium demonstratiuum ad trahendum ex se assensum scientiæ. Et præterea potest addi cum Sancto Thoma 2. 2. quest. 1. art. 8. ad primam. Richardo in 3. d. 25. art. 1. quest. 2. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 5. §. Si quæras. & aliis communiter, plus aliquid credi per actum fidei, verbi gratia, circa existentiam; aut vnitatem Dei, quam sciatur per actum scientiæ: siquidem non solum creditur, quòd Deus existat, aut sit vnus quomodocunque; sed etiam quòd existat, potens omnia, & omnibus prouidens, & quòd sit vnus in tribus Personis, & solus sit colendus: quæ certè omnia non possunt sciri per actum scientiæ. Et eadem ratione, quantum fortasse per scientiam possit sciri, quòd Deus sit causa efficiens mundi, & omnia ab illo dependant in genere causæ efficientis; non tamen potest sciri id totum, quòd creditur circa mundi efficientiam, id est, quòd sit factus ex nihilo, & per creationem proprie dictam, & initio temporis, pro solo imperio suæ voluntatis, & pro exercitio libertatis, vt dicitur cap. Firmiter. de summa Trin. & notat Sanctus Thomas par. 1. quest. 46. art. 2. Et quemadmodum Apostoli, qui Christum viderunt, cuiusque morti interfuerunt, aliquid plus crederunt, id est, quòd ille, quem cognoscabant sensibus corporis, & videbant, vt hominem, verè etiam esset Filius Dei: ita, & qui habent scientiam de aliquo articulo, possunt per fidem de illo eodem credere aliquid aliud.

8. Specialiter semper fuit de necessitate mediij credere Deum remuneratorem.

Quòd si quæras de huiusmodi obiectis, etiam materialiter supernaturalibus, quænam specialiter semper fuerit credenda de necessitate mediij. Respondeo, ea tantum, quæ in Deo intelliguntur cum aliquo ordine, & respectu ad homines: vt, verbi gratia, quòd Deus sit author, & remunerator bonorum supernaturalium, & finis simpliciter vltimus, & beatitudo nostra cumulatissima, &c. non autem illa, quæ intelliguntur quasi absoluta ab omni ordine, & respectu ad nos, vt, verbi gratia, quòd Deus in personis sit trinus: hoc enim est, quòd dicitur ad Hebr. 11. *Oportet credere, quia est, & quia remunerator est.* vt definitur in Tridentino sess. 6. cap. 6. de iustificatione. Et horum fides semper fuit sufficiens, vt voluntates dirigeret, & perfecte conuerteret ad vltimum finem per spem, & amorem; & vt auerteret à peccatis per penitentiam. Et in illa continentur implicite etiam plura alia: vt, verbi gratia, immortalitas animæ, sine qua impossibile est, vt credatur remuneratio in altera vita; Dei offensus per peccata, eorumque punitio; Dei auxilium pro acquirenda, & conferuanda, & exercenda iustitia; & alia huiusmodi, sine quibus non possunt haberi dispositiones prærequisitæ ad iustificationem, vt sunt, verbi gratia, actus timoris, & spei, de quibus in Tridentino sess. 6. cap. 6. de iustificatione. Et cum hæc ex altera parte non sint necessariò credenda explicitè, & in se ipsis per proprios terminos, & conceptus, vt probat Suar. disp. 1. 2. sect. 3. num. 19. & satis includantur in hoc, quòd Deus supernaturaliter sit remunerator; rectè dicitur hoc ipsum semper fuisse de necessitate mediij.

Quòd verò Trinitas in personis, quæ reperitur in Deo, quasi absoluta ab omni ordine, & respectu ad nos, non semper fuerit necessariò credenda à singulis de necessitate mediij, expressè habet Sanctus Thomas 2. 2. quest. 2. art. 8. ad 2. & docent omnes communiter apud Suar. disp. 1. 2. sect. 3. Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

num. 10. Et patet ex eo: quia tempore legis naturæ mysterium Trinitatis non ita fuit reuelatum, & promulgatum, vt possit generaliter ab omnibus credi; sicut requiritur in iis, quæ sunt de necessitate mediij: sed hoc specialiter reuelauit Christus ipse in lege gratiæ, vt etiam notat Sanctus Augustinus tract. 106. in Ioannem, ante medium, tom. 9.

At propter hanc rationem neque etiam Incarnatio, & Christus fuit semper credendus explicitè à singulis de necessitate mediij, cum neque etiam hoc mysterium ita fuerit reuelatum, & promulgatum, vt possit ab omnibus credi explicitè, & in se ipso, vt tradunt Scholastici communiter cum Magistro in 3. d. 25. & cum Sancto Thoma 2. 2. quest. 2. art. 7. hoc enim est, quòd dicitur 2. ad Cor. 3. in lege vetere fuisse positum quasi velamen supra cor, & solum in lege noua reuelata facie nos speculari gloriam Domini: quòd Patres communiter maxime intelligunt de mysterio Incarnationis, quòd solum in Euangelio est explicitè creditum: & ad Ephef. 3. mysterium Incarnationis dicitur fuisse Sacramentum absconditum à sæculis: quòd tamen non esset, si semper fuisset explicitè creditum.

Dico autem, explicitè creditum: quia, si loquamur de fide implicita, non est negandum, quòd etiam Christus, & Incarnatio semper fuerit necessariò credenda de necessitate mediij: nam, vt definitur in Tridentino sess. 5. can. 3. peccatum originale non per aliud remedium tollitur, quam per meritum vnus Mediatoris Domini nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit in Sanguine suo: & vt dicitur sess. 6. cap. 6. de iustificatione, prima dispositio ad iustitiam per actum fidei in adultis, de hoc est in primis, quòd impius à Deo iustificetur per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Et, vt subditur cap. 7. nemo potest esse iustus, cui merita Passionis Christi non communicentur, & qui cum Christo non vnatur, eiusque Corporis viuum membrum non efficiatur: quæ tamen communicatio meritum, & vnio, & incorporatio eum Christo, non inchoatur, nisi per fidem in ipsum Christum; nec potest esse sine illa: vnde & ad Rom. 3. dicitur, quòd *iustitia Dei communicatur per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum.* & quòd *per gratiam ipsius gratis iustificamur per redemptionem, quæ est in Christo, quem Deus proposuit propitiationem per fidem in Sanguine ipsius.* Et ratio est: quia, vt dicitur Act. 4. *Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Et quemadmodum redemptio à peccato est solum per Christum: ita & iustificatio, & saluatio est solum per ipsum, eique soli est referenda: quòd tamen sine aliqua fide in ipsum esse non potest.

Atque ad hunc finem omnibus antea actis temporibus semper fuit habita aliqua notitia huius mysterij, vt videre est apud Sanctum Thomam 2. 2. quest. 2. art. 7. id est, in Adamo ante lapsum, secundum quòd Incarnatio saltem ordinabatur ad consummationem gloriæ, quando dixit Genes. 2. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem: & adharebit uxori suæ.* Quia enim his verbis ad Ephef. 5. dicitur indicasse Adamus Sacramentum hoc magnum in Christo, & in Ecclesia, non est credibile, quòd Adamus illud ignorauerit, vt notat Sanctus Thomas ibidem. Et in tempore legis naturæ, & legis scriptæ, nisi Patres habuissent notitiam Incarnationis, Passionis, & Resurrectionis, non illam præfigurassent tam multis sacrificijs, & ceremonijs, quarum significatum

10. Neque mysterium Incarnationis fuit semper explicitè creditum.

11. Sed pro tempore legis naturæ, & legis scriptæ satis fuit, si crederetur implicitè.

12. Omnibus temporibus sper fuit habita aliqua notitia, & fides de incarnatione.

distinctius sine dubio percipiebant maiores, & sapientiores: sed aliquo modo, id est, confusè, & sub illo velamine figurarum, percipiebant etiam minores, & rudiores. Et specialiter quoddam multi Gentiles notitiam aliquam habuerunt per Dei reuelationem de Incarnatione, & Christo; ex eo probat Sanctus Thomas *arti 7. citi in responsione ad tertium*: quia *Iob 19.* expressè dicitur: *Scio; quod Redemptor meus uiuit.* Et Sibylla fœulta pronunciauit de Christo, ut est apud Sanctum Augustinum *lib. 13. contra Faustum, cap. 15. tom. 6.* & apud Lactantium *lib. 4. diuin. instit.* Et ex historiis Romanorum habetur, quoddam tempore Constantini Augusti, & Helenæ matris, reperiunt fuit quoddam sepulcrum, in quo qui iacebat, auream laminam habebat in pectore his uerbis inscriptam: *Christus nascetur ex Virgine: & ego credo in eum. O Sol, sub Helena, & Constantini temporibus iterum me uidebis.*

Et absolute, si qui Gentiles saluati sunt, ut uult Sanctus Dionysius *cap. 4. & 9. de celesti Hierarchia*; ique fortè per ministerium Angelorum non habuerunt specialem reuelationem de Christo; adhuc tamen dicendi sunt habuisse de illo fidem implicitam, quantum sufficit, & sine illa non esse saluati: quia saltem credentes prouidentiam Dei, simul crediderunt eum esse Liberatorem hominum, secundum modum sibi placitos, & bene uisos; in quo implicitè continetur etiam modus liberationis per Christum, ut concludit *ibidem* Sanctus Thomas.

Idque potest rectè explicari cum Suario *disp. 2. de fide, sect. 3. num. 16.* distinguendo modos, aut gradus, quibus potest magis, aut minus explicite, aut implicitè credi Christo, ut Liberator, & Saluator: nam certum uidetur, quoddam non fuit de necessitate medijs, ut explicite, & distinctè crederetur; quoddam hominum Liberator, & Saluator futurus esset homo, & Deus, nostramque salutem operaturus per suam Passionem, & Mortem; uel etiam quoddam distinctè crederetur; quoddam futurus ipse Deus, etiam ignoraretur; quomodo salutem esset operaturus; sed satis fuit, si crederetur; quoddam aliquis esset futurus Redemptor, & Liberator, & pro hominibus Mediator ad Deum, etiam ignoraretur, quis ille futurus esset; & utrum homo, an Deus; an uero simul homo, & Deus; & qua ratione esset operaturus, & impleturus munus Liberatoris, & Mediatoris; uel etiam si crederetur generalitè, quoddam Deus ipse per aliqua media à se disposita; & ordinata, futurus esset Saluator, & Liberator; quæcumque tandem futura essent huiusmodi media; & siue id munus Liberatoris, & Saluatoris esset præstiturus; assumendi carnem; siue quocumque alio modo; & quia hæc tantum notitia Liberatoris, & Saluatoris, quasi in genere, & confusa, uideatur fuisse proportionata imperfectioni illorum temporum ante Euangelium, & omnino sufficiens, ut qui tunc temporis iustificarentur, possent dici iustificari per fidem Mediatoris, & Liberatoris; hæc tantum notitia, seu fides implicita Incarnationis, & Christi uideatur dicenda semper fuisse de necessitate medijs.

Idque est uerum etiam de Iudæis, & pro tempore legis scriptæ: nam, quantum tunc maior notitia fuerit habita de Messia uenturo; fuit tamen apud Iudæos satis commune, & vulgare, ut crederent, Messiam esse uenturum tantummodo, ut Regem temporalem; & ut Libe-

ratorem, & Redemptorem corporum; non autem ut Mediatorem, & Saluatorem animarum; quæ tamen credulitas, certum est, quoddam nihil poterat conferre ad ueram salutem; & ad iustificationem; & si quis inter Iudæos inuincibiliter ignorasset, quod prædicabant Prophetæ de Messia uenturo; ut Redemptore, & Saluatore animarum; & solum credidisset confusè aliquem Mediatorem, & Saluatorem, uel Deum ipsum per aliqua media esse hominem liberatorem, & saluatorem; ut diximus; non uideretur negandum, quoddam potuisset saluari, ut subdit Suar. *disp. 12. sect. 3. cit. num. 18.* & per consequens quoddam fides, & notitia magis explicita de Mediatore, & Saluatore, non fuerit Iudæis de necessitate medijs; sed ad summum de sola necessitate præcepti pro iis omnibus, qui inuincibiliter & inculpabiliter non ignorassent, quæ à Prophetis ex Dei reuelatione prædicebantur.

Secus uero est de tempore legis nouæ, & post promulgatum Euangelium: nam ex tunc tam fides explicita Incarnationis, quàm Trinitatis incepit esse de necessitate medijs: quia tota fides Euangelij est de Christo, uero Deo, ueroque homine; & de eius Diuinitate sufficientissimè reuelata, & declarata per miracula; & de eius humanitate probata per Mortem, & per Resurrectionem; & Christus non potest credi; ut Dei Filius, nisi credatur etiam Pater, & tota Trinitas. Et ideo meritò Deus hoc utrumque mysterium uoluit specialiter promulgari, & prædicari per Apostolos, & de illo utroque austeritè Marci ultimo: *Prædicabit Euangelium omni creature: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur.* Quæ uerba de hoc utroque mysterio clarè ostendunt necessitatem medijs post Euangelij prædicationem, & promulgationem, cum hæc specialiter, & explicitè fuerit de Christo, ut Deo, & homine, & de Trinitate; sine qua non potest Christus credi ut Deus. Et qua ratione Baptismus est necessarius necessitate medijs, iuxta illud Christi Domini Ioannis 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei.* eadem ratione est etiam necessaria explicita fides de Trinitate, cum Baptismus sit externa illius professio, iuxta illud Matthi 28. *Baptizantes eos in Nomine Patris, & Filij, & Spiritu Sancti.* quæ tamen professio in homine adulto debet esse per proprium actum, & habere correspondentem etiam actum, & professionem internam; ne aliqui conuincatur; quoddam per mendacium; & per sacrilegium, eam fidem profiteretur exterius, quam reuera non habet interius, ut notat Suarius *disp. 12. sect. 4. num. 25. pag. mibi 232.* Et quoniam de necessitate alicuius finis in agentibus per intellectum non solum est notitia explicita ipsius finis, sed etiam notitia explicita ipsius uia, qua necessariò tenditur, & peruenitur ad finem; meritò dicitur de necessitate salutis simpliciter esse; tam notitia Trinitatis, quæ est finis simpliciter ultimus, & obiectum beatitudinis, quàm notitia ipsius Christi, qui solus est uia, per quam tenditur, & peruenitur ad beatitudinem, & ad salutem simpliciter ultimam. Et negari non potest, quin hoc maxime faciat ad Christi honorem, ut non, nisi per ipsum explicitè creditum, & per Trinitatem ab ipso explicite

14. Post Euangelij promulgatum, tam Incarnatio, quàm Trinitas est credenda explicitè de necessitate medijs.

15. Fides explicita Trinitatis, & Incarnationis potest sufficere, etiam in voto.

PLICITÈ reuelatam, contingat salus, siue uelut, siue non uelut; & maxime faciat ad perfectionem status Euangelij, supra statum legis scriptæ, quoddam in illo sit necessaria fides Mediatoris, & Trinitatis magis explicita, & perfecta, ut uidere est apud Sanctum Thomam 2. 2. *questione 2. articulo 7. & 8. & in 3. sententiarum, disputatione 25. questione 2. articulo 2. quasiuicula 2. Gabriel. ibidem, questione unica, articulo 3. conclusione 2.* Valentiam 2. 2. *disputatione 1. questione 2. puncto 4.* Molinam parte 1. *questione 1. articulo 1. disputatione 2.* Sanchez *lib. 2. in Decalogum, cap. 2. num. 8.* Suarium *disputatione 12. de fide, sect. 4. num. 18.* & alios.

Sed ualde rationabiliter addit Suarius *eodem num. 18. & sequentibus*, huiusmodi fidem explicitam de mysterio Incarnationis, & Trinitatis, ita esse de necessitate medijs omnibus, & singulis post Euangelium promulgatum; ut tamen non sit de necessitate, habenda simpliciter, & in omni casu in re; sed possit sufficere aliquando, si habeatur solum in voto, id est, prout continetur in generali uoluntate credendi, quidquid est necessarium, & omni perfectiori modo, & in ipsa fide implicita de huiusmodi mysterijs: nam, quantum fides simpliciter non possit haberi in voto, ut supra ostendimus *disputatione 4. num. 15.* sed sit simpliciter, & semper, & in omni casu necessaria in re; nihil tamen impedit, quominus vnus aliquis actus fidei possit in altero contineri, tanquam in voto; & ad salutem possit sufficere in aliquo casu, prout contentus in illo altero, & prout habitus solum in voto: & bene potest dici, quoddam talis aliquis actus fidei sit necessarius necessitate medijs, siue in re, siue in voto, sicut dicitur de Baptismo, & de Pœnitentia, si semper alius intuitu, & solum sub uoluntate, & proposito illius detur iustitia, & salus, ut supra explicauimus *disputatione 4. citata, num. 7.* Et hæc necessitas non potest bene appellari necessitas solius præcepti: quia hæc communiter transit simul cum tempore præscripto per præceptum, neque postea est suppleendum id, quod non potuit primò impleri; quod tamen accidit in necessitate medijs. Et cum in casu præsentij hæc necessitas medijs pro fide explicita Trinitatis, & Christi non sit quasi ab intrinseco, & ex ipsa natura iustificationis, & salutis, quæ simpliciter ab homine adulto non possit haberi sine illa: sicut non potest haberi sine fide simpliciter, quoddam Deus sit Saluator, & liberator; sed solum sit ex uoluntaria Dei institutione, & ex positua ordinatione; quomodo etiam est necessitas Baptismi, & Pœnitentiæ; rectè dicitur esse necessitas sub alternatione, & disunctione, in re; uel in voto; sicut est etiam necessitas Baptismi, & Pœnitentiæ: cum præsertim etiam pro fide explicita Trinitatis, & Christi ex multis capitibus possit contingere huic, aut illi pro certo loco, certoque tempore impossibilitas: ut, uerbi gratia, si non adit qui explicet hæc mysteria, sicut requiritur ad fidem explicitam: quia enim conuersio in Deum, & salus omni tempore, & in omni loco, & omnibus debet esse possibilis, non fuit coarctanda solum ad ea media, quæ pluribus, & de facili possunt accedere impossibilia, ut est Baptismus; & Pœnitentia, & fides explicita solum in re: sed debuit pro Dei bonitate, & prouidentia etiam posse haberi per huiusmodi media solum in voto, ut supra diximus *disp. 4. num. 6.*

Et rectè non uideretur posse negari, quoddam si quis Bakell. Theol. Moral. Tom. 11.

post Euangelium promulgatum ignoret inuincibiliter Trinitatem, & Christum, & supernaturaliter credat, Deum esse datorem salutis, & à peccatis liberatorem; non possit in illum perfecte conuerti, concipiendo de peccatis dolorem, & penitentiam, & spem remissionis; Deumque perfecte amando, & super omnia; & per consequens, quoddam non possit iustificari sine fide explicita Trinitatis, & Christi, si aliqui habeat uotum, & uoluntatem credendi omnia, quæ sunt necessaria, & eo modo, quo sunt necessaria; & de facto sit crediturus explicitè etiam Christum, & Trinitatem, quando habebit illorum explicatorem, & Doctorem.

Neque est, quoddam dicamus, huiusmodi hominem in tali casu illuminandum esse interius ab ipso Deo de Trinitate, & Christo; nec habiturum sine huiusmodi illuminatione auxilium sufficiens ex parte uoluntatis ad actum contritionis, aut dilectionis Dei super omnia. Nam in Scriptura non habemus promissionem tam extraordinariam, & miraculosam illuminationis; nec aliunde apparet necessitas quasi ab intrinseco, & ex ipsa rei natura, ut illam ponamus, sicut posuimus supra, *disputatione 4. num. 14.* pro fide simpliciter. Neque decet perfectionem status euangelici, ut plura, & maiora miracula dicantur in illo requiri ad hoc, ut quis iustificetur, quàm requirerentur in statu legis Mosaicæ. Neque decet diuinam bonitatem, ut alicui denegeret auxilium sufficiens ex parte uoluntatis, ad hoc, ut doleat de peccatis, Deumque diligat, sicut oportet, quando habet ex parte intellectus sufficientem notitiam, ut possit dolere, Deumque diligere, ut certè habet, qui credit Deum datorem salutis, & à peccatis liberatorem.

Neque loca Scripturæ, quæ afferuntur pro necessitate fidei explicitæ ipsius Christi, illam probant determinatè quoad rem; sed solum indeterminatè, & indefinitè: & rectè explicantur sub hac alternatione, & disunctione, uel in re, uel in voto: uel certè specialiter loquuntur in casu prædicationis, & supposita proxima facultate, & opportunitate habendi illam in re: in quo casu certissimum est, quoddam non potest sufficere, si habeatur solum in voto. Et magis in specie loca illa, quæ continent orationem affirmatiuam, ut, uerbi gratia, quoddam per fidem Christi credamus saluari, & quoddam Deus per fidem purificet corda, &c. maxime exprimunt efficaciam, & conuersionem fidei, ad iustificationem; & quatenus illam semper requirunt, ad summum ostendunt etiam necessitatem; sed non determinant modum; & quoddam fides explicita debeat necessariò esse in re, & ideo rectè explicantur sub disunctione, in re, uel in voto, ut diximus. Quæ uero continent orationem negatiuam ut, uerbi gratia, Ioannis 3. *Oportet exaltari Filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat.* & Ioannis 8. *Si non credideritis, quia ego sum, in peccato uestro moriemini.* id est, sine hac fide non poteritis iustificari, ut omnes exponunt; & Marci ultimo; *Prædicare Euangelium omni creature: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur.* & similia, exprimunt quidem magis necessitatem; sed similiter non exprimunt modum, & locum relinquunt alternationi iam dictæ, in re, uel in voto: & si loquuntur determinatè etiam de modo, & de fide in re, solum loquuntur in casu prædicationis, quæ actu fiebat ab ipso Christo, uel erant

16. Non est tamen recursum ad miraculosam Dei illuminationem circa res fidei.

17. Loca Scripturæ non probant determinatè necessitatem in re, fidei explicitæ de Trinitate, & de Christo.

13. Fides Incarnationis, & Christi multis modis potest esse implicita.

facienda per Apostolos, ex qua certè determinatur necessitas etiam ad modum, & vt fides de Christo sit necessaria solum in re, vt bene notat Suar. disp. 12. sect. 4. cit. n. 21.

18. Per hanc distinctionem de fide explicita in re, vel in voto, bene conciliantur sententia opposita.

Atque pro hac sententia, quatenus asserit, quòd fides explicita de Trinitate, & de Christo non sit necessaria determinatè in re, possunt citari omnes illi, qui absolute negant, huiusmodi fidem explicitam post Euangelium promulgatum esse de necessitate medij, vt Richar. in 3. dist. 25. art. 4. quest. 1. Sot. in 4. d. 5. quest. vnica, & lib. 2. de natura, & gratia, cap. 11. & 12. Michaël Medina lib. 4. de rebus in Deum fide, cap. 10. Corduben. lib. 2. quest. 5. assert. 2. Maldon. Ioan. 5. num. 25. Turrianus 2. 2. disput. 27. dub. 4. & 8. Paulus Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 8. num. 5. Contraria tamen sententia, & alij apud ipsos. Et totum eorum dictum potest admitti in hoc sensu; quòd hæc fides explicita non semper, & in omni casu sit necessaria in re. Et pro eadem sententia, quatenus asserit, quòd eadem fides sit necessaria, saltem in voto; possunt citari omnes alij, quos retulimus num. 14, & qui absolute affirmant, fidem explicitam esse de necessitate medij, & similiter eorum dictum potest admitti in hoc alio sensu; quòd si non possit haberi in re, debeat necessariò haberi saltem in voto. Et per hanc distinctionem de fide explicita in re, & in voto, potest conciliari vtraque sententia: & inter vtranque fortasse non alia est discrepantia, nisi de modo loquendi, cum prima sententia necessitatem explicitæ fidei, quando potest haberi in re, & non deest explicator, & Doctor, appellet necessitatem præcepti; & secunda appellat etiam tunc necessitatem medij.

19. Fides explicita de Trinitate, & de Christo, non est necessaria simpliciter ad gloriam, si non est simpliciter necessaria ad gratiam.

Sed, quidquid sit de his sententiis conciliandis per hanc distinctionem, certum videtur, quòd minimè est probanda conciliatio, & distinctio aliorum, qui asserunt, fidem explicitam Christi, & Trinitatis, esse de necessitate medij pro acquirenda beatitudine, & salute vltima; non autem pro acquirenda gratia, & salute prima, vt etiam supra retulimus disput. 4. num. 13. Nam contrà est: quia, cum gratia sit fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam, vt dicitur Ioan. 4. & ad ingressum vitæ æternæ ex dicto Christi Matth. 19. sufficit obseruatio mandatorum, & perseverantia vsque in finem; non potest dici, quòd aliquid aliud sit necessarium ad gloriam, præter illud, quod est necessarium, & sufficiens ad gratiam, & ad perseverandum in gratia: & idèd, si fides explicita Christi negetur esse necessaria pro statu gratiæ, & pro dono perseverantiæ, non potest rationabiliter dici esse necessaria pro statu gloriæ.

Neque Sanctus Petrus Ath. 10. idèd est missus ad Cornelium Centurionem, iam Deo placentem, Deumque timentem, & idèd iam verè iustificatum, vt habet Sanctus Augustinus lib. de prædest. Sanctor. cap. 7. & quest. 84. in Lenit. S. Gregor. hom. 13. in Ezech. S. Thomas 2. 2. quest. 10. art. 4. ad tertium, & 3. p. quest. 69. art. 4. ad secundum, quia Cornelius indigeret ab illo doceri fidem Christi explicitam; & alioqui non posset consequi gloriam: sed, quia fides explicita Christi iam erat prædicanda Gentibus, eamque prædicationem voluit Deus specialiter fieri ad Cornelium: & ita erat necessarium, vt posset baptizari, & fieri capax Sacramentorum: vt bene notat Suar. disput. 12. sect. 4. num. 23.

Et similiter non idèd Sancti Patres ante Christi Resurrectionem, & Ascensionem detinebantur in Limbo; quia indigerent pro ingressu in gloriam, fide Christi explicita, & deberent in illum exercere huiusmodi actus spei: sed, quia ingressus ad gloriam non adhuc patebat per Christi mortem; & actus omnes, siue fidei, siue spei, qui exercebantur à Sanctis Patribus, solum exercebantur ex accidente, & propter imperfectionem illius status; non autem, quia per se requirerentur; & sine illis non possent assequi gloriam, vt subdit Suar. num. 24.

Hæc verò, quæ dicimus de necessitate fidei explicitæ, siue in re, siue in voto, circa mysterium Incarnationis, & Trinitatis; solum dicimus post factam sufficientem promulgationem Euangelij per totum mundum, id est, post annos circiter quadraginta à Christi morte, vt habet Suar. sect. 4. cit. n. 4. nam ante factam huiusmodi promulgationem non alia fides fuit de necessitate medij, quam esset tempore legis scriptæ, id est, explicita solum, quòd Deus esset, & esset remunerator, & liberator, & dator salutis; & implicita de Christo, & de Trinitate: quia enim ante legem nouam sufficienter promulgatam non fuit abrogata lex vetus; semper durarunt media à Deo præscripta in lege veteri, eorumque sufficientia ad salutem; nec priuilegia illius legis, secundum quæ homines saluabantur per media pauciora, & per fidem minùs perfectam, censerentur debuerunt reuocata, quovis reuocatio esset sufficienter deducta ad illorum notitiam, quorum intererat, vt communiter dicitur in materia de legibus, & de priuilegiis: & idèd etiam durarunt toto tempore ante Euangelij promulgationem.

Quòd verò asseruerunt Guillelmus Parisiens. tract. de fide, cap. 20. Altiisiodoren. lib. 3. tract. 3. quest. 5. Rosella, & alij alij apud Sylu. verb. fides; quest. 3. quòd, absolute loquendo, etiam tempore legis nouæ, & post factam promulgationem Euangelij, possit sufficere, si rudes, & simplices credant in generali, vera esse ea, quæ credit Ecclesia; & quod idem de iisdem rudibus, etiam asseruerunt plures ex Canonistis apud Suar. disp. 13. de fide, sect. 4. num. 1. & apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. num. 3. vt Innocen. in cap. Firmiter. num. 7. de summa Trin. Panorm. in rubr. eo titulo, n. 6. Ioan. Andr. n. 26. Hostien. n. 11. & 18. Imola num. 1. & 12. Anan. in cap. Firmissime. n. 8. de Hæret. Bal. C. de Summa Trin. in rub. n. 7. & 8. & alij. Et ex Theologis idem asserit etiam Scotus in 3. d. 25. quest. 1. art. 2. in fine corp. quando asserit, quòd si sit aliquis rudis, qui non possit capere, quid est natura, & quid est persona; non esse necessarium, quòd habeat actum explicitum de vnitæ essentiæ in diuinis, & de Trinitate personæ; sed sufficere, quòd credat, sicut credit Ecclesia: & absolute omnes teneri ad aliquem actum explicitum, & ad alios in generali, vt vnusquisque credat id, quod credit Ecclesia. Hoc, inquam, quod isti asseruerunt, nulla ratione est admittendum; & meritò censetur erroneum ex eodem Sanchez ibidem, & ex Valent. 2. 2. disputatione 1. questione 2. puncto 4. vers. Quòd si aliqui, & Suar. disputatione 12. sect. 4. num. 1. Si etiam excludant actum explicitum de Deo, vt supernaturali remuneratore, & necessitatem saltem præcepti, quoad alios articulos: imò & meritò est censendum hæreticum ex Bannes 2. 2. questione 11. art. 2. versic. Sed aduertendum. Suario, & Sanchez locis cit. & Francisco Penna in Directorium Inquisitionum. par.

20. Promulgatio Euangelij per totum mundum, solum fuit completa post annos circiter quadraginta à Christi morte.

21. Nulla ratio est admittere, quòd possit sufficere ad salutem, credere generaliter illud, quod credit Ecclesia.

part. 1. comm. 1. in fine, cum inter hæreses iussu Gregorij XI. damnatas ab Inquisitore Aragoniz, & ab Archiepiscopo Tarraconensi, octauo loco damnetur, tanquam hæresis, etiam hæc: Quòd laicus non teneatur ad aliquem fidei articulum explicitè credendum; sed sufficiat sibi in genere, quòd credat id, quod credit Sancta Mater Ecclesia Dei. vt videre est in Directorio Inquisitionum part. 2. quest. 10. num. 3. §. Octaua hæresis. pag. mibi 263. col. 2. Et in Tridentino sess. 5. cap. 2. de reformat. præcipiatur Parochis, & Pastoribus, vt doceant populum ea, quæ scite, omnibus est necessarium ad salutem: quod tamen non esset, si in aliquo casu posset sufficere aliquibus, vt solum in generali crederent ea, quæ credit Ecclesia. Et confirmatur etiam ratione: quia hæc fides, tam generalis, & tam implicita, non potest sufficere, vt homines dirigit ad beatitudinem, & ad Deum, cum de his nihil explicet: & idèd est impossibile, vt possit sufficere ad acquirendam iustitiam, & salutem.

Dico autem, ad acquirendam: quia, si loquamur de conseruanda ad aliquod tempus iustitiam acquisita ante vsum rationis per Baptismum, quemadmodum potest conseruari sine vllo actu fidei, qui per illud breue tempus occurrat eliciendus, vt supra diximus disp. 4. n. 13. ita & potiori ratione potest conseruari per hunc actum, quo generaliter credatur id, quod credit Ecclesia: sed reuocet addit Suar. disp. 13. sect. 4. cit. num. 1. Guillelmum Parisiensem, Altiisiodorensem, & Canonistas cit. non id asserere, quod, tanquam hæresis, est damnatum iussu Gregorij XI. quòd, scilicet, nullus articulus sit necessariò credendus explicitè, & in se; sed sufficiat, quòd omnes credantur, vt impliciti, in sola fide Ecclesiæ: siquidem vel expressè asserunt, quòd alij pauci articuli sunt credendi explicitè, & in se, & alij possunt credi pro impliciti in fide Ecclesiæ; vel omnino supponunt, quòd saltem sit credendus explicitè Deus esse, & esse remunerator, & solum de aliis articulis affirmant, quòd possint credi in fide Ecclesiæ: quod idem expressè asserit etiam Scotus loc. cit. cum absolute pronunciet, quòd quilibet habens vsum rationis tenetur pro aliquando ad aliquem actum explicitum; & maximè ad illa, quæ sunt grossa ad capiendum; sicut quòd Christus natus est, & passus; & alia, quæ pertinent ad redemptionem.

DISPUTATIO VI.

Quomodo fides sit necessaria necessitate præcepti.

- 1. Fides est necessaria necessitate præcepti.
2. Præceptum fidei multa complectitur.
3. Est iuris diuini supernaturalis.
4. Eius obligatio quando incipiat in homine infideli.
5. In homine fideli tunc incipit, quando habet vsum rationis.
6. Ad actum fidei quoad specificationem obligat semper, & ad semper.
7. Quando obliget quoad exercitium actus.
8. Per se loquendo, semper obligat ad peccatum mortale.
9. Sed potest quis excusari per ignorantiam inuincibilem.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

- 10. Et ex indeliberatione & imperfectione actus.
11. Verum contra præceptum fidei possit quis excusari à culpa mortali ex leuitate materie.
12. Solum peccat venialiter, si quis nesciat se figurare signo Crucis.
13. Aut non teneat memoriter Symbolum, vel Orationem Dominicam.

RE

Et vs fidei non solum conuenit necessitas medij, quam explicauimus in præcedentibus; sed etiam necessitas præcepti, de qua agimus in præsentia: nam, vt dicitur 1. Ioan. 3. Hoc est mandatum eius, vt credamus in Nominæ Filij eius. Et Christus ipse Ioan. 14. expressè præcipit: Creditis in Deum, & in me credite. Et quemadmodum ex comminatione damnationis æternæ in pluribus aliis, colligimus veram, & rigorosam obligationem præcepti, vt quando ad Gal. 5. de operibus carnis ibi enumeratis vniuersaliter pronunciat: Quoniam, qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur. & primæ Cor. 6. Neque molles, neque ebriosi, neque maledici Regnum Dei possidebunt. & Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei. ita & colligitur in materia fidei, cum similiter habeamus etiam de illa Matth. vltim. Qui non crediderit, condemnabitur. & ad Hebr. 2. Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? id est, si fidem à Christo traditam non admiserimus, quomodo estugiemus supplicium Dei? Quia enim certissimum est, quòd nemo damnatur, nisi propter peccatum; nec peccatum potest esse, nisi sit contra legem: siquidem essentialiter describitur, quòd sit dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam, vt communiter admittitur ex Sancto Augustino lib. 22. contra Faustum, cap. 27. tom. 6. & Sancto Thoma 1. 2. quest. 71. art. 6. quemadmodum generaliter ex damnatione inferitur peccatum, & ex peccato inferitur præceptum, & vera lex: ita & specialiter in materia fidei, ex damnatione ob infidelitatem colligitur in infidelitate ratio peccati; & ex ratione peccati obligatio legis, & præcepti. Et ratio est: quia, vt diximus disp. 4. num. 5. in iis, quæ sunt posita in nostra potestate, & dependent à nobis, semper necessitas medij trahit secum necessitatem præcepti, & est cum illa coniuncta, cum maximè omnium sit conueniens, vt illa præcipiantur, quæ sunt media necessaria ad salutem; & vt Deus per suas leges, & præcepta, dum homines dirigit, & impellit ad vltimum finem, maximè dirigit, & impellat ad media, qualis est fides, saltem quoad aliquos articulos indeterminatè acceptos. Et quoniam minimè decet, vt directio, & notio per leges, & per præcepta, sit solum de iis, quæ simpliciter, & omni modo sunt necessaria, & sine quibus in nullo casu potest contingere haberi finem, sed debet esse etiam de aliis, quæ conducunt ad finem, quanuis ex aliquo accidente possit finis haberi etiam sine illis; idèd etiam in fide non ij tantum articuli sunt præcepti, qui sunt media simpliciter necessaria; sed etiam plures alij, vt videbimus; idque specialiter est præstitum in lege noua; non autem in veteri, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 16. art. 1. quia explicatio fidei illi statui reseruabatur, non autem huic, vt loquitur ibi Cajetanus. Vnde & ad Rom. 3. lex vetus appellatur lex factorum, & contradistinguitur à lege fidei, quæ est lex noua, vt notat Sanctus Thomas loco citato, in argumento, Sed contrà. & Sanctus Augustinus

libro de spiritu, & littera, cap. 13. & apud Cornelium à Lapide in illum locum Sancti Pauli, n. 180.

2. Præceptum fidei multa complectitur.

Agimus verò in præsentia, non de præcepto continentis fidem exterioris, siue verbis, siue factis, qui appellatur actus exterior fidei: sed de præcepto habentis illam interioris per actum voluntatis credendi, & per actum intellectus firmisimè assentientis propter authoritatem diuinam, & minimè formidantis, aut dabitantis de opposito; qui appellatur actus interior. Et quod contingit in multis aliis præceptis, vt in se implicent multa, ac diuersa; etiam si quoad formam verborum videantur inuoluerè tantum vnum, vt de præcepto restituendi patet ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 62. art. 8. idem contingit etiam in præcepto fidei; & hoc etiam complectitur multa; quantum proponatur vnicò verbo, & appelletur præceptum fidei, vel præceptum credendi: Nam partim est negatiuum, & partim affirmatiuum; vt explicat Suar. disp. 13. de fide, sectione 1. num. 6. & sequentibus; & in quantum est negatiuum, negat, & prohibet, vt fidei repugnetur, quando aduertimus eam esse insufficienter nobis propositam; & vt eam repudiamus, vt falsam; & vt semel susceptam amplius deseramus; & vt dubium, aut formidinem de illa admittamus; & vt in dubio, aut formidine, vel etiam in contrarietate assensu, si fortè sit admissus, voluntariè persistamus, &c. In quantum verò est affirmatiuum, ponit, & præcipit primò specificationem actus, quæ in hoc consistit, vt circa res fidei, posito quòd operemur, solum eliciamus actum assensus, non autem dissensus: & deinde præcipit exercitium, vt, scilicet, quando aduersus sufficienter proponitur, non omittamus exire in ipsam actum, eumque similiter semper eliciamus, quando oportet, & propter oportet, vt dicemus: & tertio in ordine ad hanc ipsam specificationem, & exercitium actus, præcipit, vt res fidei, quantum oportet, sciantur, addiscantur, audiantur, inquirantur: & in ordine ad hoc pro illis, qui ex officio tenentur alios erudire, & docere, vterius præcipit, vt & ipsi melius sciant, & vt doceant, & erudiant alios, quos debent docere, & erudire. Et quantum fortasse hi actus tertio loco enumerati possint spectare etiam ad alias virtutes, vt, verbi gratia, actus sciendi, & addiscendi, & inquirendi res fidei, ad virtutem studiofitatis, quæ ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 166. art. 1. ponit medium in his, quæ pertinent ad cognitionem, & facit, vt neque sumus negligentes in procuranda cognitione rerum vtilium, neque nimis curiosi in procuranda cognitione inutilium; & ex Suar. disp. 13. de fide, sect. 2. num. 8. potest esse etiam per se infusa, & supernaturalis, sicut & aliæ virtutes morales, & actus docendi, & explicandi easdem res fidei, pro iis, qui ex officio tenentur docere, & instruere alios, possit spectare ad virtutem iustitiæ, quæ potest imperare actum studiofitatis iam dictæ: negari tamen non potest, quin etiam possint spectare ad fidem, si intenduntur ex proprio motiuo, & honestate fidei, propter est distinctum à motiuo, & honestate studiofitatis, & cuiuscunque alterius virtutis, vt infra dicemus disp. 8. num. 4.

3. Et iuris diuini si supernaturalis.

Verum autem præceptum fidei secundum hæc omnia, quæ in se complectitur, sit iuris diuini supernaturalis, an naturalis; & verum secundum aliqua sit iuris tantummodo ecclesiastici, non multum refert ad nostrum negotium. Videri potest Suar. de fide, disp. 13. sect. 1. & 4. n. 1. & 14. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 13. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 6. quæst. 4. Bannes 2. 2. quæst. 2. art. 8. dub. 2. Caietanus 2. 2. quæst. 10. art. 1. & alij: nam in quantum est de actu merè interno, & supernaturali, & de supernaturali funda-

mento iustitiæ, & solum Deum habet authorem, certum est, quòd est iuris diuini, non autem ecclesiastici, & humani, quòd actus merè internos, neque cognoscit, neque præcipit, & ad actus supernaturales non se extendit. Et quia etiam à Deo solum est latum hoc præceptum supposita eleuatione, & ordinatione hominis ad finem supernaturalem; non autem habita solum ratione naturalis tendentiæ ipsius in finem naturalem per naturale dictamen, & lumen rationis, rectè dicitur, quòd absolute, & simpliciter est iuris diuini supernaturalis; & non potest dici iuris diuini naturalis, nisi per connaturalitatem ad gratiam, & finem supernaturalem, & supposita ordinatione, & eleuatione ad illum; non autem per connaturalitatem ad ipsam naturam per se, & purè acceptam vt benè explicat Suar. sect. 1. cit. n. 3. & sequentibus, & sect. 4. n. 13. vbi etiam rectè addit, quoad eos articulos, qui non sunt de necessitate mediij, rectè posse dici, quòd determinatio huius præcepti fuerit postea adiuncta de iure ecclesiastico: liquidem ex Scriptura non satis habetur; & quæ generalius in Scriptura præcipiuntur, communiter solent ab Ecclesia ipsa magis determinari, vel quoad speciales materias, vel quoad circumstantias loci, & temporis, vt patet in præcepto annuæ Confessionis, & Eucharistiæ sumendæ in Paschate, & Deum religiosè colendi diebus festis, & similibus: hoc enim videtur etiam factum in re præsent: siquidem præceptum Christi datum Apostolis generaliter, Matth. 28. de Euangelio prædicando: Prædicata Euangelium omni creatura, & datum omnibus de illo audiendo, & acceptando: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. fuit postea determinatum per ipsos Apostolos in ipsa compositione Symboli, quam omnibus voluerunt proponi, quasi summam totius Euangelij, & rerum credendum: & deinde quoad aliqua fuit etiam auctum per Concilia, & per Summos Pontifices, qui aliquid aliud definitum de fide, & ratione huius externæ prædicationis, aut auditionis articulo- rum per certam formulam, quæ est Symbolum, benè potuit Ecclesia indirectè præcipere etiam internam acceptationem, & fidem, per actum voluntatis, & intellectus: ac proinde præceptum, & obligatio sic credendi huiusmodi articulos potest dici absolute de iure ecclesiastico.

4. Fuit obligatio quòd incipiat in homine infideli.

Et huius præcepti obligatio, siue dicatur esse diuinum, siue ecclesiasticum, tunc proximè incipit in vnoquoque, quando Deus per internam inspirationem, vel per externam prædicationem vnicuique illam proponit, & vnusquisque à Deo doctus prudenter iudicat, teneri se diligentius inquirere, & addiscere res fidei, vel actualiter illas credere, quando actualiter illas docetur. Nam communiter infideles per Dei gratiam, & auxilium hoc ordine disponunt, & perducuntur ad fidem, vt primò conscientia, & syndereffis interioribus illos remordeat de iis, in quibus errant contra lumen naturæ: tum verò si circa illa cum auxilio Dei faciant, quòd in se est; magis illuminantur, & instigantur vterius ad melius inquirendam veritatem, donec tandem inueniant, qui fidem prædicet, & proponat. Et si quis fortè non erret contra lumen naturæ, (quòd tamen communiter vix vnquam accidit,) immediatè excitatur, & instigatur interioribus ad altiorum Dei notitiam; & vel per famam euangelicæ veritatis, de qua fortè aliquid audivit ab alijs, vel aliquo alio modo incipit dubitare de falsitate propriæ sectæ; & impellente interioribus Spiritu Sancto petit à Deo auxilium: & tandem illuminatur, & fidem docetur, & eius præcepto incipit obligari.

Fideles verò, statim atque perueniunt ad vsum rationis.

In homine fidei tunc incipit, quando habetur vsum rationis.

rationis, quemadmodum tenetur alijs legibus, & præceptis, & præcipue vt in Deum sese conuertant, tanquam in vltimū finem; ita & tenentur præcepto fidei, sine qua impossibile est placere Deo, vt dicitur ad Hebr. 11. & expressè sic docet Sanctus Bonaventura in 3. d. 25. art. 1. quæst. 3. Ang. verb. fides, n. 7. in Man. cap. 1. n. 2. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 7. quæst. 2. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 1. n. 3. & cap. 3. n. 12. & alij apud ipsam. Et est multò verius, quam quòd habet Rod. in Summa, par. 1. cap. 88. n. 1. & Ludouic. Lopez 1. parte instruct. cap. 41. & apud Sanchez ibid. quòd hoc præceptum non incipit obligare, nisi ad annos pubertatis, id est, masculos ad annum decimumquartum; & feminas, ad annum duodecimum. Sed contra est, quia, quemadmodum tenentur etiam ante pubertatem placere Deo, & se in illum conuertere, & seruare alia præcepta, à quibus non specialiter exemptur: ita & tenentur habere fidem, & obligantur illius præcepto. Sed fortasse hi Doctores non tam loquuntur de præcepto diuino, quòd est, vt diximus, de habenda Dei noticia, & de credendis certis articulis; quàm de præcepto ecclesiastico, quòd est de addiscendo etiam verbatim, & memoriter Symbolo, & doctrina Christiana: & de hoc ipso præcepto ecclesiastico non tam loquuntur in ordine ad culpam, quæ potest contrahi, etiam ante pubertatem, si Christiana doctrina non addicatur, quam in ordine ad penam, quæ fortè ab Ecclesia potest imponi contra illam non addicentes, aut non tenentes: nam, sicut circa alias materias multum excusantur delicta impuberum; quia non possunt esse in illis perfectus vsum rationis: ita & possunt excusari circa materiam fidei, & non est, quòd puniantur tam severe, sicut alij.

6. Ad actum fidei quoad specificationem obligat semper, & ad semper.

Et quidem quoad negatiua, quæ inuoluntur in præcepto fidei, vt diximus num. 2. obligatio illius pro fidelibus, iam habentibus vsum rationis, est semper, & ad semper, sicut contingit vniversaliter etiam in alijs præceptis negatiuis, cum nunquam possint discredere res reuelatas, & semel creditas, vel fidem repudiare, & deserere, vel dubitare, aut formidare de illius veritate, vt notat Suar. disp. 13. sect. 5. n. 1. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 1. n. 2. Et hæc obligatio potest dici ad actum fidei solum quoad specificationem, ex eodem Suar. disp. 13. cit. sect. 1. num. 8. cum sit obligatio non simpliciter ad eliciendum actum fidei; sed solum ex suppositione, quòd debeat elici aliquis actus, sit obligatio ad illum eliciendum in specie assensus, & non dissensus.

7. Quando obligat quoad exercitium actus.

Quoad affirmatiua verò, quæ inuoluntur in eodem præcepto fidei, obligatio illius est solum semper, sed non ad semper: sicut etiam contingit in alijs præceptis affirmatiuis, cum non semper teneamur posituè elicere actus credendi; sed tunc solum quando tenemur nos in Deum conuertere per actum charitatis, aut poenitentia, & ad iustitiam nos disponere, vel Deum religiosè colere, vel eos actus virtutum elicere, qui sine actu fidei esse non possunt, vt notat Scotus in 3. d. 25. quæst. 1. art. 2. Suar. disp. 13. sect. 5. n. 5. & 6. Valen. 2. 2. disp. 1. quæst. 2. puncto 5. Superest secunda quæstio. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 1. n. 2. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 7. quæst. 6. col. mibi 945. & cap. 27. quæst. 8. col. 1047. Et hæc obligatio potest dici ad actum fidei quoad exercitium, ex eodem Suar. sect. 1. num. 8. cit. Et cum Deus hoc exercitium homini iam fidei, & baptizato nullam præcepit per se, & ratione propriæ honestatis; sed solum instituerit, vt medium necessarium ad iustitiam, & ad gratiam, & ad actus peculiare certarum virtutum; hinc est, vt obligatio fidei, quoad hoc exercitium, ex iure diuino communiter non

fit per se; sed solum propter alios actus virtutum, qui sine illo esse non possunt, vt notat Azor. quæst. 6. cit. Atque hoc modo paulo antiò diximus num. 5. obligationem credendi in puero iam baptizato incipere, quando habet vsum rationis: quia tunc incipit esse capax aliorum præceptorum: & si res fidei illi proponantur, & explicentur, vt necessaria ad salutem, & ad se, inique omnia referenda in Deum, vt vult Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 6. non solum non debet, illas respicere, per actum incredulitatis; sed etiam tenetur posituè admittere per actum fidei, saltem vt in Deum se referat: & si suspenderet huiusmodi actum, & moram traheret in posituè credendo; iniuriam faceret diuinæ authoritati; & illa ipsa suspensio, vel dilatio actus; & esset quædam virtualis dubitatio de veritate obiecti, vt notat Suar. disp. 13. sect. 5. num. 6. Et similiter, si occurrat grauis tentatio, siue interna, siue externa contra fidem, eique sit resistendum per actus contrarios; obligat etiam tunc ex tali accidente præceptum fidei: sicut & obligat, si occurrat tentatio contra alias virtutes, eaque similiter vinci non possit, nisi per fidem, & orationem, iuxta illud 1. Petri 5. Cui resistite fortes in fide, & ad Rom. 10. Quomodo innocuabunt, in quem non crediderunt, vt notat Suar. sect. 5. cit. num. 5. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 1. n. 3. vers. Secundum tempus, & apud illum Valen. 2. 2. disp. 1. quæst. 2. puncto 5. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 7. quæst. 6. & alij. Et eadem ratione non est improbabile, quòd eadem obligatio ad actum fidei etiam sit in articulo mortis propter periculum tentationum, quæ tunc sunt maxima, vt notat Suar. sect. 5. cit. num. 6. in fine, & apud illum Valen. Sanchez, & Azor. locis cit. quantum Sanchez n. 3. cit. vers. Tertium tempus, absolute negat ex sola ratione articuli mortis esse obligationem ad actum fidei, nisi concurrant graues tentationes contra fidem.

Quòd verò præterea asserit Petrus Ledesma in Summa, tom. 2. tract. 1. cap. 8. concl. 4. præceptum fidei per se etiam obligare, saltem semel singulis annis; & eum, qui per annum nunquam elicit huiusmodi actum, non posse excusari à culpa mortali; sicut neque excusatur, qui omittit Confessionem sacramentalem, aut sumpcionem Eucharistiæ; non est admittendum ex eodem Sanchez lib. 2. cit. cap. 1. n. 3. vers. Quartum tempus, quia neque Ecclesia determinauit tale tempus, per se loquendo, pro actu fidei, sicut determinauit pro Confessione, & pro Eucharistia; neque Christus, cum tale præceptum nusquam appareat in Scriptura, neque vlla alia ratio illud conuincat.

Et idem est de eo, quòd asserit Scotus in 3. d. 27. quæst. unica, §. Quantum ad secundum, quòd singulis diebus festis, quos Ecclesia determinauit ad cultum Dei, sit etiam obligatio specialiter eliciendi actum charitatis erga Deum, & à fortiori etiam actum fidei, qui ad illum est necessarius: nam contra est: quia reuera neque est obligatio diebus festiuis ad actum charitatis, vt probat Suar. tom. 1. de relig. lib. de Festis, cap. 16. num. 12. & 13. neque ad actum fidei: etiam Missa potest sufficienter audiri in die festo per solam assistentiam cum debita attentione, & intentione colendi Deum, & sacrificium offerendi, absque eo, quòd specialiter eliciatur actus fidei interior, vt idem notat disp. 13. de fide, sect. 5. n. 2.

Qui etiam subdit num. 3. idem esse etiam specialiter de iis Festis, in quibus celebrantur certa mysteria, quæ ex fide creduntur, vt, verbi gratia, Christi Natiuitas, Passio, Resurrectio, pro quibus diebus specialiter obligare præceptum fidei circa illa mysteria, senserunt aliqui apud Aragon. 2. 2. quæst. 2.

17. 6. nam, quanuis obseruantia ipsa talium Festorum sit virtualis quadam professio fidei circa illos articulos, & circa illa mysteria; in rigore tamen huiusmodi obseruantia talium Festorum secundum ea omnia, secundum quae praecipitur, non requirit internum fidei actum, & hic si forte fuit intentus ab Ecclesia, tanquam finis instituendi, & praecipienda talia Festa, solum fuit finis praeccepti: & ideo non debuit cadere sub praecceptum.

De aliis vero obligationibus, quae inuoluuntur, quasi secundario, in praeccepto fidei, propter hanc ipsam specificationem, & exercitium actus credendi, ut est obligatio sciendi res fidei, & quae addiscendi, & inquirendi, aliter videtur dicendum nam obligatio sciendi est ad semper, quia non solum est propter exercitium, quod est solum ad aliquando; sed etiam propter specificationem, quae est ad semper, cum non possit quis esse dispositus ad solum actum assensus ex suppositione, quod debeat exire in aliquem actum, in quo consistit obligatio quoad specificationem actus, nisi sciat quasi habitualiter illa, quibus debet solum assentiri, non autem dissentire: & contra obligatio addiscendi, audiendi, & inquirendi non est ad semper, quia est solum propter ipsam scientiam, & notitiam acquirendam, & quae semel acquisita, omnino cessat.

8. Et non est dubium, quod omnes istae obligationes, siue affirmatiuae, siue negatiuae, & siue primariae, siue secundariae, quae inuoluuntur in praeccepto fidei, sunt ad mortale, cum omnes sint de rebus grauissimis, & ad salutem maximam necessariis, ut ex communi sententia videre est apud Nau. in *Man. cap. 11. n. 21. & 22.* & apud Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 14. pag. mibi 98. col. 2.*

9. Quo autem modo possit contingere etiam circa res fidei ignorantia inuincibilis, & quae saepe contingat, non solum in homine infideli; sed etiam in homine baptizato, & fidei; diximus alibi, dum ageremus de voluntario, & inuoluntario, *disp. 29. num. 9. & 12.* Et certum est, quod ratione huiusmodi ignorantiae potest quis excusari, etiam in totum, a culpa, siue sit infidelis, siue fidelis.

10. Et eadem ratione certum est, quod a culpa mortali potest quis excusari ex indeliberatione, & imperfectione actus, cum hoc sit commune omni humanae actioni, & peccatum mortale non possit contingere in ullo genere sine perfecto voluntario: quod tamen solum est, quando est perfecte deliberatum, ut patet ex Sancto Thoma *1. 2. quaest. 6. art. 2.* & explicitam fuisse alibi, dum ageremus de voluntario, *disp. 3.* & hoc modo excusat Nau. in *Man. cap. 11. n. 22. §. Tertio peccat.* ex Ioan. Andr. & Canonistis in *cap. dubini. de Haret.* cas dubitationes, quae contra voluntatem occurrunt, & aliquandiu etiam durant de rebus fidei.

11. Vtrum autem possit quis excusari a culpa mortali contra praecceptum, & obligationem fidei, etiam ex leuitate materiae, potest sufficienter colligi ex regula alibi tradita ad dignoscendum, quod in aliquo praeccepto detur, aut non detur, materiae paruitas, & leuitas, dum ageremus de vitis capitalibus, *disp. 14. num. 12. & 13.* quia enim ipsa diuina auctoritas, quae est obiectum formale, & per se primum in actibus fidei, ex propria sua ratione, & praescindendo ab omni alio, fundat notabilem deordinationem in actibus oppositis, qualis est, verbi gratia, discredere Deo dicenti, & reuelanti; vel dubitare, & formidare de illius veracitate, vel recedere a firmitate, & certitudine fidei semel admissa; hinc est, ut in praeccepto fidei, quoad huiusmodi actus, non possit dari materiae paruitas, & ex illa non possit quis excusari a culpa mortali: tam enim iniuriosum est Deo, si admittatur mentiri, aut posse mentiri in re leuissima; & ideo fides illi negetur, cum summa certitudine, & firmitate assensus, quam si admittatur mentiri, aut posse mentiri in re grauissima, ut ex se patet. Et contra: quia motuum formale in aliis actibus, quasi secundario comprehensio praeccepto fidei, id est, sciendi, addiscendi, audiendi, & inquirendi res reuelatas; non fundat ex se, & ratione sui in actibus oppositis deordinationem notabilem; sed solum quando applicatur huic, vel illi materiae graui: hinc est, quod in eodem praeccepto, quoad huiusmodi actus secundarios, possit dari materiae paruitas, & ex illa possit quis excusari a culpa mortali, si negligat, verbi gratia, scire, aut discere hoc, vel illud, quod est ex se leue, & non magni momenti.

Atque hoc modo ex leuitate materiae excusat Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 14. in fine*, & Suar. *disp. 15. sect. 1. n. 3.* a culpa mortali eum, qui nescit signare se signo Crucis, & in illo addiscendo est negligens; & nimis duram appellat sententiam oppositam Syllu. & Angeli, & Armillae *verb. scientia*, qui etiam hanc ignorantiam de signo Crucis damnant culpae mortalis: quod idem ex recentioribus etiam docet Ludou. Beia in *suis casibus conscientiae. par. 3. casu 27.* & apud Barbof. in *Remis, ad Trident. sess. 24. cap. 4. de reform. in fine.* Et similiter ex eadem leuitate materiae a culpa mortali excusat Nauar. in *Man. cap. 11. num. 22. §. Septimo peccat.* & Palud. in *4. d. 15. art. 5. & Suar. disp. 13. de fide, sect. 4. n. 12. & sect. 5. num. 8. & disp. 15. sect. 1. num. 3. cit.* & Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 3. num. 19.* & Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 7. quaest. 4.* eos, qui non tenent memoriter verba Symboli, & Orationis Dominicae, propterea praecipitur cap. *Vos ante omnia. de conser. d. 4.* Et possunt excusari etiam alij, qui ignorant circumstantias certorum articulo- rum, ut, verbi gratia, quis fuerit Praeses, sub quo Christus est passus; & qua die resurrexerit; vel aliqua alia his similia, ut dicemus: & si quis mediocrem diligentiam adhibeat, ut haec, & similia addiscat, & memoriter teneat; & tamen ob naturalem defectum, vel non capiat, vel non retineat, facile potest excusari ab omni culpa, etiam veniali, ut subdit Suar. *n. 8. cit. ex sect. 1.*

DISPUTATIO VII.

Quarum rerum explicita fides sit necessaria necessitate praeccepti.

1. Exponitur sensus questionis.
2. Notitia fidei multis modis potest esse explicita.
3. Quid sit scire articulum secundum substantiam.
4. Qui est ita hebes, ut terminos etiam rudes articulo- rum non teneat, quomodo excusetur.
5. De necessitate praeccepti sunt credenda, qua conti- nentur in Symbolo Apostolorum.
6. Non autem, qua praetera continentur in Sym- bolo Nicano, & Athanasij.
7. Quomodo articuli credendi ex praeccepto numeren- tur duodecim, aut quatuordecim.
8. Quomodo existentia Dei possit credi per fidem, & etiam circa illam possit esse praecceptum fidei.
9. Dei omnipotentia, & rerum creatio quomodo sit credenda de necessitate praeccepti.
10. Trinitas in diuinis quomodo sit de necessitate cre- denda.
11. Remissio peccatorum.
12. Resurrectio carnis, & Vita aeterna.
13. Mysterium Incarnationis.

14. Perpetua

14. Perpetua virginitas Matris Dei.
15. Passio, Crucifixio, Mors, & Sepultura Christi.
16. Descensus ad Inferos.
17. Resurrectio a mortuis.
18. Ascensio in caelum.
19. Aduentum ad Iudicium.
20. Sancta Ecclesia Catholica quomodo sit credenda.
21. Sanctorum Communio.
22. Quid de Baptismo sit credendum ex necessitate praeccepti.
23. Quid de Eucharistia.
24. Et de Poenitentia.
25. Quid de aliis Sacramentis.

1. Exponitur sensus quaestio- nis.

Explicitemus, quarum rerum explicita fides sit necessaria necessitate praeccepti, non solum debemus quasi enumerare articulos, de quibus est praecceptum credendi; sed etiam debe- mus personas distinguere, quibus incumbit tale praecceptum: & praetera etiam debemus exponere mo- dum, quo huiusmodi fides debet in illis esse expli- cita: nam in Ecclesia certum est, quod plura sunt genera personarum, & quod alij praesunt aliis, eos- que docent, & instruunt ex proprio munere, & of- ficio, ut sunt Episcopi, Parochi, Pastores, Conciona- tores, Doctores: & contra alij subsunt, & docentur, & instruuntur ab aliis, ut sunt foeminae, & laici com- muniter: & certum videtur, quod illi plura tenentur scire, & credere ex praeccepto fidei, quam hi: & ideo de vtriusque est explicandum, ad quid teneantur.

Et propterea certum videtur, quod plures sunt modi, quibus notitia, aut fides articulo- rum potest dici explicita: & ideo etiam de his est explicandum, vtrum omnes sint habendi ab omnibus, & qui a quibus. Nam primo explicita potest dici articulo- rum scire, & credere, qui scit vnunquenque articulum per se, & propterea distinctum, vel diuisum ab alio; non autem propterea in illo implicitum, & quasi inuolutum, etiam alioqui de vnoquoque non habeat noti- tiam, & conceptum, nisi valde implicitum, & con- fusum; neque aliud capiat, nisi quantum ruditer sonant ipsi termini, & vocabula: ut, verbi gratia, de Trinitate, quod in diuinis sunt tres personae, & simul omnes sint vnus Deus, etiam non capiat clarius, quid sit discriminis inter naturam, & personam; ut possit etiam capere clarius, quid in illa sit vnitas, & in hac Trinitas: & de Incarnatione, quod Dei Ver- bum sit factum caro, etiam non capiat, quomodo sit factum, & vtrum assumpsit solam naturam hu- manam; an vero etiam suppositum, & personam. Et hic modus credendi explicita, recte dicitur esse ex- plicitus ex parte obiecti, in quantum, scilicet, vnus- quisque articulus per se creditur, tanquam obie- ctum per se, & extra alium articulum; non autem creditur quasi in alio, & tanquam implicitus, & contentus in alio, etiam non creditur explicita ex parte actus; sed hic de contra sit valde implicitus, & confusus, ut notat Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 18.* & nos alibi tradidimus, dum ageremus de hu- manis actionibus in vniversum *lib. 1. disp. 29. num. 16.*

Potest deinde magis explicita eisdem articulo- rum aliquis scire, & credere, si non solum intelligat ter- minos; sed etiam res: ut, verbi gratia, quod vnitas in diuinis solum sit in natura, & Trinitas quoad subsi- stentias, & personalitates relatiuas; & quod incar- natio solum sit facta per assumptionem naturae hu- manae, & in Christo non sit personalitas, nisi diuina. Et denique adhuc magis explicita scit, & credit eisdem articulos, qui percipit terminos, & res per illos significatas; & ita percipit, ut possit etiam

aliis explicare, & contra impugnantes defendere, & obiectiones difficultates diluere.

Et primus modus sciendi explicita, vix distingui- tur ab illo, quem Doctores appellant, scire articulos secundum substantiam: ut enim patet ex Gabr. in *3. articulo. so- cundum substantiam. d. 25. quaest.onica, art. 2. post quintam conclusionem, vers. Articulus autem.* Valquez. *1. 2. disp. 121. cap. 2. n. 3.* Azor. *par. 1. lib. 8. cap. 6. quaest. 5.* Sanchez *lib. 2. cap. 3. num. 17.* per hanc substantiam solum intelli- gunt notionem vocabuli: & tunc dicitur aliquis arti- culus sciri secundum substantiam, quando ruditer scitur, propterea sonant voces, quibus exprimitur, etiam si melius, & subtilius non penetratur, res ipsa signifi- cata: ut, si quis, verbi gratia, de mysterio Trinita- tis solum capiat, quod in diuinis sit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: & hi tres sint vnus Deus, & non plures Dij: non autem vterius capiat notionem naturae, aut essentiae, vel personae: & de mysterio Incarnationis solum capiat, quod Christus sit Dei Filius, & verus Deus, verusque homo, vnus sit Chri- stus; non autem capiat esse in Christo dupliciter naturae, & vnitatem personae; & hanc non esse hu- manam, sed diuinam. Et huiusmodi articulos scire hoc modo explicita secundum substantiam, in idem recidit cum eo, quod alij appellant scire explicita ex parte obiecti, ut mox indicauimus.

Et si quis sit ingenij ita hebetis, & memoria ita labilis, ut etiam terminos cuiusque articuli non retineat, eosque etiam sapius doctus a Parocho, vel a Magistro, non possit reddere; & interrogatus, verbi gratia, de Trinitate, vel de Incarnatione, semper haereat, quasi elinguis, & neque etiam terminos communissimos reddat interroganti; & fidem, aut notitiam de illis, neque etiam possit ostendere, quod habeat explicitam ex parte obiecti, satis est, si sal- tem interius credat vnunquenque articulum, quem non scit explicare, eumque alias actualiter credide- rit, quando fuit actualiter illi propositus, & explica- tus, & sit paratus actualiter credere, etiam in post- erum, quando in posterum proponetur, ut notat San- chez *lib. 2. cap. 3. cit. num. 18.* nam per hoc satis im- plet necessitatem medij pro iis articulis, qui sunt credendi de necessitate medij; & satis excusatur a transgressione praeccepti, quod est vterius de iisdem articulis ruditer tenendis, & sciendis, ad effectum il- los reddendi, & profutendi, etiam verbis, quando est opus, ut idem subdit. Et tale quid asseruimus etiam supra, *disp. 5. num. 15. & sequentibus.* ex Sua- rio *disp. 12. de fide, sect. 4. num. 18.* dum asseruimus, fidem explicitam Trinitatis, & Incarnationis, quae sunt de necessitate medij, posse sufficere etiam in voto, quando actualiter non possit haberi in re, ex defectu explicatoris, & Doctoris, vel ex quacunque alia causa: sic enim etiam accidit in casu praesenti ex non retentione, & asseruatione phantasmatum, aut specierum, quae solent inseruire memoriae, & scientiae, vel notitiae habituali: & ideo in tali homine, qui ex se sit paratus credere actualiter huiusmodi articu- los, si de illis actualiter renouentur phantasmata, re- cte potest dici, quod illorum fidem habeat in voto, & ad salutem hoc possit illi sufficere. Et a fortiori pro homine valde hebetis, & obtuso, potest admitti etiam illud, quod habet Azor. *par. 1. lib. 8. cap. 6. quaest. 6.* posse illi sufficere, si credat explicita aliquos articulos faciliores, ut, verbi gratia, quod Christus sit Dei Filius, & natus de Virgine, & Cruci affixus, & mortuus, & a mortuis resurrexerit; & alios articu- los difficiliore credat implicita, propterea continentur generatim in eo, quod credit Ecclesiam: hinc enim sine dubio credit interius etiam Trinitatem, & articulos difficiliore, quanuis non capiat, nec retineat ter- minos,

Per se loque- do, semper obligat ad peccatum mor- tale.

9. Sed potest quis excusari per ignorantiam inuincibilem.

10. Et ex indeli- beratione, & imperfectione actus.

11. Vtrum contra praecceptum fidei possit quis excusari a culpa mortali ex leuitate materiae.

3. Qui sit scire articulo- rum secundum substantiam.

4. Qui est ita hebes, ut terminos etiam rudes articulo- rum non teneat, quomodo excusetur.

De necessitate
præcepti sunt
credenda, quæ
continentur in
Symbolo Apo-
stolorum.

minos, vt possit illos reddere interroganti; & multo magis eos credit in voto.
His autem positis, pro intelligendo statu quæ-
stionis, si debeant quasi enumerari, quæ sint creden-
da explicite de necessitate præcepti, vnico verbo
potest dici cum communi sententia Theologorum,
quod sint credenda ferè omnia; quæ continentur in
Symbolo Apostolorum, & ex his præcipue illa, quæ
solenniter ab Ecclesiâ celebrantur. Ita Sanctus
Thomas 1. 2. quæst. 7. art. 2. in corp. & 2. 2. quæst. 2.
art. 5. Gabr. in 3. d. 2. 5. quæst. vnica, art. 2. post quin-
tam conclusionem, vers. Ad hoc autem Directorium
Inquisitorum par. 1. quæst. 3. num. 7. & par. 2. quæst. 10.
Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 2. puncto 3. conclus. 2. pun-
cto 4. dum agit de credendis necessitate præcepti
post secundam conclusionem. Sarr. lib. 2. clau-
reg. cap. 9. n. 15. Valquez par. 2. disp. 1. 2. 1. cap. 2. Tol.
lib. 4. cap. 2. num. 9. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 6. quæst. 2.
5. & 4. & cap. 7. quæst. 3. Sanchez lib. 2. cap. 3. n. 6.
Suar. disp. 13. sect. 4. num. 5. Nam Apostoli, vt habet
Clemens Papa in epistola ad Iacobum Fratrem Do-
mini, & apud Directorium Inquisitorum par. 1. com.
16. pag. mibi 45. col. 1. post missum Spiritum San-
ctum, & acceptam linguarum scientiam, adhuc in
vno positi, & dicendo vnusquisque, quod sensit,
symbolum condiderunt, vt discedentes ab inuicem,
hanc fidei regulam prædicarent per omnes Gentes;
& omnes haberent hanc summam eorum, quæ ex-
plicitè essent credenda; vt etiam patet ex Sancto
Augustino lib. de fide, & Symbolo, cap. 118. & ex S. Cyril-
lo patriarcha 5. & ex Sancto Leone serm. 6. de Passione,
& notat Azor. par. 1. lib. 8. cap. 5. quæst. 1. & in fine ca-
pituli, & Alen. par. 3. quæst. 79. memb. 2. & Sanctus
Thomas 2. 2. quæst. 1. art. 9. ad primum. Et certum est,
ad hunc finem esse inductum. & longa, consuetu-
dine firmatum præceptum Ecclesiæ, vt omnes Sym-
bolum memoriter discant, vt notat Palud. in 4. d. 1. 5.
quæst. 5. Nau. in Man. cap. 1. num. 22. vers. Septi-
mo peccat. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 7. quæst. 4. Sanchez
lib. 2. cap. 3. num. 9. Suar. disp. 13. sect. 4. n. 5. & fa-
ciunt ex sacris Canonibus, cap. Ante viginti dies. &
cap. Symbolum. & cap. Baptizandos. & cap. Non
liceat. de consec. d. 4. vbi ex Conciliis Bracharensi,
Agathensi, & Laodicensi præcipitur, vt qui sunt ba-
ptizandi, Symbolum doceantur, illudque discant, &
reddant coram Episcopo, aut Presbytero, id est, me-
moriter; vt notat ibi Glos. in cap. Baptizandos. Pro
quo videtur clarius facere etiam septimus Canon,
qui circumfertur ex sexta Synodo, vt refert Suar.
disp. 13. sect. 4. cir. n. 5. quod qui non scit memoriter,
& non credit firmiter Symbolum, non sit censendus
Catholicus: quianquam hoc, vel est intelligendum
de memoria rerum, non autem verborum, vt, scilicet,
articuli; & Symbolum mente retineantur, quoad
substantiam: vel est quasi dictum per exaggeratio-
nem ad commendandam diligentiam, quæ est adhi-
benda in illo addiscendo, vt subdit ibidem Suar.
vel est accipiendum copulatiue, & simul quoad
verumque, id est, quoad Symbolum non tenendum
memoriter, & simul firmiter non credendum; non
autem disunctiue, aut diuisim, vel seorsum de vno-
quoque: nisi forte etiam hoc, quod est non tenere
memoriter, & negligenter se habere, vel se habuisse
in illo discendo, accipitur, vt fundans suspensionem
pro hoc alio, quod est non credere firmiter, & non
multum curate de ipsa fide: in quo casu etiam ille,
qui non sciret memoriter, posset non censerî Catho-
licus, id est, esse suspectus, quod talis non esset. Et ex
Directorio Inquisitorum par. 1. com. 20. pag. mibi
46. col. 1. clarissimè facit Concilium Forouiliense
sub Adriano Papa I. & Carolo Magno, quod habe-

tur tom. 3. Conciliorum, pag. mibi 404. Et post recita-
tos articulos fidei, eosque iustos summo cum studio
ab omnibus disci, ac memoria retineri, sic subdit
pag. mibi 408. col. 1. Symbolum verò, & Oracionem
Dominicam omnis Christianus memoriter sciat, omnis
aras, omnis sexus, omni que conditio, masculi, femina,
iuuones, senes, serui, liberi, pueri, coniugati, inuicti, &
puella: quia sine hac benedictione nullus poterit in ce-
lorum regno percipere portionem. Et Concilium Ma-
guntiacum cap. 45. eodem tom. 3. Concil. pag. mibi
466. col. 2. sic habet: Symbolum, quod est signaculum
fidei; & Oracionem Dominicam discere semper admo-
neant Sacerdotes populum Christianum; volumusque,
vt disciplinam condignam habeant, qui hoc discere ne-
gligunt; sine in ieiunio, sine in alia castigatione emen-
dentur. Quæ loca satis, superque, iuncta præferunt
antiqua consuetudine omnium Ecclesiarum, osten-
dunt, tenendum esse ab omnibus de necessitate præ-
cepti ipsum Symbolum Apostolorum, & omnes ar-
ticulos, qui in illo continentur. Vtrum autem sit ne-
cessariò tenendum, non solum quoad substantiam,
sed etiam quoad verba, indicauimus supra, disp. 6.
in fine, & pluribus explicauimus disp. 8. num. 16.

Fuerunt verò Symbolo Apostolorum præterea
addita ab Ecclesia duo alia Symbola, id est, Symbo-
lum Nicænum, & Symbolum Sancti Athanasij: quia
propter hæreses fuit necessaria etiam plenior, &
vberior explicatio fidei; non autem, quia etiam
illa essent ab omnibus addiscenda ex præcep-
to, vel explicitè essent credenda, quæ in illis
continentur, vt notat Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 2.
puncto 4. vers. Sed probabilior est sententia. & Azor.
cap. 5. cit. quidquid in contrarium videatur velle
Alensis par. 3. quæst. 79. memb. 3. art. 1. initio, vbi as-
serit generaliter, ab omnibus fidelibus explicitè cre-
di debere omnes articulos, qui continentur in Sym-
bolis: quod tamen Valent. & Azor. rectè asserunt
esse nimis durum.

Et parum refert, vtrum articuli explicitè creden-
di ex necessitate præcepti dicantur esse duodecim,
vt numerantur in Symbolo Apostolorum, an verò
quatuordecim, vt communiter numerantur à Scho-
lasticis in 3. d. 2. 5. nam in Symbolo numerantur
duodecim pro numero Apostolorum, qui singuli
suas sententias contulerunt in Symboli compositione;
& à Scholasticis numerantur quatuordecim pro
numero ipsarum rerum creditarum, vt notat Scot. in
3. d. 2. 5. cir. quæst. 1. art. 2. & Azor. lib. 8. cap. 5. quæst. 2.
Et bene potuit vnus Apostolus, tanquam in vnum
articulum plura colligere, quæ deinde Scholastici
exactius distinxerunt: & Sanctus Petrus, verbi gra-
tia, cui tribuitur primus, bene potuit colligere tria,
id est, vnitatem diuinæ essentia: Credo in Deum.
Patris omnipotentiam. Patrem omnipotentem. &
creationem ex nihilo omnium rerum. Creatorem
celi, & terræ; vt notat Scotus loco cit. & Sanctus
Thomas in 3. d. 24. art. 2. & ex illo Sanctus Antonius
in 3. part. tit. 31. cap. 8. §. 1. & idem potuerunt
facere etiam alij. Scholastici verò hac ratione colli-
gunt sententias, aut articulos creditos esse quatuor-
decim: nam, aut spectant ad ipsum Deum, quasi per
se, & ratione sui; aut spectant ad Christum, hoc est,
ad Deum ratione naturæ assumptæ; & tam primo,
quam secundo modo sunt omnino septem: quia, vt
bene explicat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 1. art. 8.
in Deo, vel consideramus naturam, vel personam,
vel operationem: & quoad naturam, credimus arti-
culum vnitatis: quoad personas; credimus arti-
culos Patris, & Filij; & Spiritus Sancti: & quoad
operationes credimus communicationem bonorum
naturalium per articulum creationis; & bonorum
gratiæ

6. Non autem,
quæ præterea
continentur in
Symbolo Ni-
cæno, & A-
thanasij.

7. Quomodo ar-
ticuli creden-
di ex præcepto
numerantur
duodecim, aut
quatuordecim.

8. Quomodo
existètia Dei
possit credi per
fidei, & etiã
circa illam
possit esse præ-
ceptum fidei.

gratiæ per articulum iustificationis; & remissionis
peccatorum, & bonorum gloriæ per articulum re-
surrectionis, & vitæ æternæ: atque ita de Deo, ra-
tione sui, habemus septem articulos: ratione verò
naturæ assumptæ habemus alios septem, id est, ar-
ticulum conceptionis Christi de Spiritu Sancto;
Natiuitatis ex Virgine; Passionis, quæ complecti-
tur crucifixionem, mortem, & sepulturam; descen-
sus ad Inferos; Resurrectionis ex mortuis; Ascen-
sionis ad cælum; & secundæ Aduentus ad Iudicium.
Et quia Christus ipse affirmat Ioan. 17. hanc esse
vitam æternam, vt cognoscamus verum Deum, &
quem misit Iesum Christum; certum esse debet,
quod sufficiunt hi quatuordecim articuli, & ad illos
possunt reduci alia omnia, quæ exprimuntur in Sym-
bolo, vel necessariò sunt credenda, vt, verbi gratia,
immortalitas animæ, & articulum vitæ æternæ;
efficacitas Sacramentorum, & vnusquisque ne-
cessitas, vel vtilitas ad suos peculiare effectus, ad
articulum remissionis peccatorum, & iustifica-
tionis, cuius sunt instrumenta, vel etiam ad ar-
ticulum omnipotentia: cuius sunt effectus, vt
patet ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 1. art. 8. ad 6.
Ecclesiæ Catholicæ sanctitas, & Sanctorum com-
munio ad eundem articulum iustificationis, & re-
missionis peccatorum: siquidem hæc non potest
contingere, nisi in Ecclesiâ; & multum iuuat per
communione Sanctorum, vt notat Azor. lib. 8. cap.
6. quæst. 3. & 4. & Sanchez lib. 2. cap. 3. n. 9. in fine.
Atque ita in idem ferè recidit, si dicamus, de neces-
sitate præcepti debere credi duodecim articulos, qui
continentur in Symbolo Apostolorum; vel qua-
tuordecim, qui communiter numerantur à Scho-
lasticis.

Quia tamen hi ipsi articuli, prout communiter
Præcipiuntur credendi, & sciendi ab omnibus, so-
lum præcipiuntur credendi explicitè primo modo,
id est, solum secundum substantiam, & notionem
terminorum, vt explicauimus paulò ante, n. 2. & 3.
vt docet Valqu. 1. 2. disp. 121. cap. 2. num. 2. & 3.
& Suar. disp. 13. sect. 4. num. 5. & Sanchez lib. 2. cap.
3. num. 16. & omnes communiter apud ipsum; hoc
ipsum est explicandum diligentius, quid tandem
dicat in vnoquoque articulo hoc, quod est illum
scire, & credere secundum substantiam.

Et quidem primus articulus de existètia, &
vniatè Dei, satis per se est clarus, neque indiget
maiore explicatione; & tam existètia, quam vni-
tatis primo loco est credenda: quia est fundamentum
aliorum omnium, quæ creduntur de Deo, & totius
cultus, qui illi soli est exhibendus; & excludit
pluralitatem, & cultum omnium aliorum.

Neque obstat, quod fides de existètia Dei non
videatur posse cadere sub præceptum diuinum, cum
semper existètia, & authoritas præcipientis, eius-
que notitia necessariò præsupponatur ad præcep-
tum, quod ab illo emanat: vnde etiam in lege
veteri ante omnia præcepta præsupponitur existè-
tia Dei præcipientis; non autem de illa ipsa datur
præceptum, vt notat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 16.
art. 1. Et patet Exod. 20. vbi ipso initio præcepto-
rum dicitur: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi
te de terra Egypti. & Deuter. 6. vbi similiter hoc
idem repetitur ante traditionem præceptorum, &
legis: Audi, Israël. Dominus Deus noster, Domi-
nus vnus est. Nam contra est: quia prima notitia de
existètia, & authoritate Dei præcipientis, sufficien-
ter habetur per ipsam primam propositionem fidei,
& per iudicium credibilitatis, quod necessariò præ-
requiritur ante actum fidei; & per hanc primam pro-
positionem, & per hoc iudicium sufficenter potest

proponi etiam præceptum, & obligatio credendi
existètia Dei per fidem supernaturalem, & pro-
prie dictam: & idèd, absolutè loquendo, etiam de
credenda existètia Dei potest esse præceptum diui-
num, vt bene explicat Suar. disp. 13. de fide, sect. 1. n.
12. & sect. 3. n. 2. in fine.

Quod verò additur in primo articulo de attribu-
to omnipotentia:, hoc solum dicit secundum sub-
stantiam, quod Deus sit causa efficiens aliorum om-
nium, quæ sunt extra ipsum: & hoc solum est cre-
dendum, & sciendum explicitè à rudioribus de ne-
cessitate præcepti; non autem sciendum distin-
ctius, quod omnia creari in tempore, & non ab
æterno, vt voluit Bannes 2. 2. quæst. 2. art. 8. dub. 2.
nam contra est: quia hic modus, aut circumstantia
creationis, neque explicatur in Symbolo, neque im-
portatur per nudum vocabulum creationis, neque
alibi per se præcipitur distinctè scienda, vt notat
Suar. disp. 13. sect. 4. n. 6. & Azor. lib. 8. cap. 6. quæst. 5.
& Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 17.

Alij articuli, qui sunt de aliis personis diuinis, sa-
tis creduntur, & sciuntur secundum substantiam, si
personæ diuinæ credantur, & sciuntur esse tres, &
esse distinctæ, & vna non esse alia, & omnes, & sin-
gulæ esse vnus, & idem Deus: non autem est necessa-
rium, vt sciatur earum processionis per intelle-
ctum, & per voluntatem; & Filium procedere so-
lum à Patre; & Spiritum Sanctum à Patre, & Filio,
sicut explicatur in Symbolo Nicæno. Ita Suar. &
Azor. & Sanchez locis cit. & Valquez par. 2. dispur.
121. n. 3. & Gabr. in 3. d. 2. 5. quæst. vnica, art. 2. post
quintam conclusionem.


Articulus de communicatione bonorum gratiæ,
vel de Deo, vt Salvatore, satis creditur, & scitur
secundum substantiam, si Deus creditur, & sciatur
peccata remittere, quomodocumque tandem hoc
faciat, & siue per Sacramenta, siue aliter, quantum
est ex vi huius articuli. Ita Azor. par. 1. lib. 8. cap. 6.
quæst. 8. & cap. 6. quæst. 5. Sanchez lib. 2. in Decal. cap.
3. n. 7. Suar. disp. 13. sect. 4. n. 6.

Et idem est proportionaliter de articulo glori-
ficationis, vel communicationis bonorum gloriæ: per
hoc enim satis creditur, & scitur secundum substan-
tiam, quod scitur, & creditur anima esse immortalis,
& aliquando esse futura resurrectio corporum, & ex
tunc omnes esse in æternum victuros, & alios fore
in æternum beatos per supernaturalem beatitudi-
nem, & alios in æternum miserimos per æterna sup-
plicia, & per ignem æternum. Ita Sanchez cap. 3.
cir. n. 7. & Suar. sect. 4. n. 6. Et quantum non desunt, qui
putent, resurrectionem carnis non esse de necessita-
te præcepti, cum ab Ecclesiâ non celebretur aliqua
solemnitate; & ea solum, secundum ipsos, sint de
præcepto, quæ habentur in Symbolo, & ab Eccle-
sia celebrantur, vt videre est apud Sanchez lib. 2.
cap. 3. num. 5. & 6. & apud Valent. 2. 2. disp. 1. quæst.
2. puncto 4. §. Sed cum hæc ita sint, & §. Et quod ad
primum attinet. multò tamen est probabilius, quod
regula fidei sit absolutè Symbolum Apostolorum, &
quæ in ipso continentur, omnia, & singula publicè
proponantur fidelibus, vt credenda, & vt scienda ex
præcepto fidei, siue præterea celebrentur ab Eccle-
sia, siue non. Et quemadmodum institutio, & cele-
bratio Festorum præcipue est ex motiuo, & sine vir-
tutis religionis; non autem ex motiuo, & honesta-
te fidei: ita & huius præceptum, & obligatio est
accipienda, & consideranda per se; non autem at-
tendenda, & mensuranda ex præcepto, & obliga-
tione illius. Sed foras primæ sententia potest ad-
mitti in hoc sensu, quod non sit culpa grauis, si quis
ignoret huiusmodi articulum secundum substan-
tiam

9. Dei omni-
potentia, & re-
rum creatio,
quomodo sit
credenda de
necessitate
præcepti.

10. Trinitas in
diuinis quo-
modo sit de
necessitate
credenda.

11. Remissio pec-
catorum.



tiam; non autem quod simpliciter nulla sit culpa, si quis negligat illum scire.

13. *Myfterium Incarnatio- nis.* Si vero agamus de articulis fidei, in quantum spectant ad Christum, hoc est, ad Deum ratione natura assumptam; non autem quasi per se, & ratione sui; primus articulus scitur, & creditur secundum substantiam, si sciatur, & credatur Iesus Christus esse verus Dei Filius, & verus homo; ac proinde secunda tantum persona ex diuinis, id est, Filius, fuisse incarnatus; non autem prima, aut tertia, id est, Pater, aut Spiritus Sanctus. Et preterea si sciatur, & credatur hic ipse Iesus Christus secundum naturam humanam fuisse conceptus de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, id est, conceptus sine virili, & carnali complexu; & ex parte Matris sine vlla iactura virginitatis.

14. *De perpetua virginitate Mariæ Dei.* Et quantum Azor. lib. 8. cap. 6. quest. 5. & Sanchez lib. 2. cap. 3. num. 17. & alij apud Suar. disp. 13. sect. 4. num. 7. existimant, non pertinere ad substantiam huius articuli hoc modo acceptam, vt sciatur, & credatur sanctissimæ Matris virginitas, non solum fuisse in ipso Christi conceptu, & ante partum fuisse incorrupta & integra; sed etiam in ipso partu, & post partum, & perpetuo sic permanisse, cum hoc non sit expressum in Scriptura, nec ab Apostolis expressè traditum, & expressum in Symbolo, nec fidelibus præsertim rudibus sit generaliter imponenda obligatio, quando ratio, aut necessitas non multum vrget: negari tamen non potest, quin sit probabilius id, quod asserit eo loco Suar. ad substantiam huius articuli etiam spectare perpetuitatem virginitatis in Matre Sanctissima; & hanc etiam esse credendam ab omnibus de necessitate præcepti: cum enim in Symbolo tribuatur Matri assoluta appellatio Virginis, videtur per hanc importari ampliatio ad omne tempus; & satis clarè significari, quod semper fuerit Virgo, & nunquam non fuerit. Et hic articulus sic declaratur in Concilio Lateranensi sub Innoc. III. vt refertur cap. Firmiter. de Summa Trinit. & fide Catholica. quando dicitur ex Maria semper Virgine, Spiritus Sancti cooperatione conceptus, &c. & cum hæc etiam sit veritas fidei, & ab omnibus facilè capi, & sciri possit, & plurimum faciat ad eam existimationem habendam de Matre Dei, quæ illam deceat, & de illa excludat eos errores, qui ipsi essent iniuriosi, & maximè foueat pietatem fidelium erga illam; satis rationis, & necessitatis habemus per hæc omnia, vt absolute dicamus, sub præcepto, & obligatione credendi, & sciendi res fidei, etiam cadere perpetuitatem virginitatis in Matre integerrima, atque purissima; & similiter in hoc etiam articulo solum in eo sensu potest admitti prior sententia, vt non propterea sit damnandus culpa mortalis, si quis ex rudibus non sciat in Christi Matre perpetuitatem virginitatis; non autem quod simpliciter sit excusandus ab omni culpa, si in illa addiscenda, atque scienda sit negligent.

15. *Passio, Crucifixio, Mors, & Sepultura Christi.* Sequens articulus de Christi Passione satis se ipse declarat, quid complectatur secundum substantiam; complectitur enim, quod Christus verè sit passus secundum naturam humanam, & verè sit crucifixus, & verè mortuus, & sepultus; & hæc omnia sunt ab omnibus de necessitate credenda, & scienda, cum sint maximè præcipua in tota Religione Christiana; & Passio, & Crucifixio Deo obtulerit pretium redemptionis humanæ, & Mors in totum illam perfecit, & consummarit; & omnia omnibus esse debeant in vita exemplum, & ad imitationem semper propoita; & ideo dignissima sint, quæ credantur, & sciatur ab omnibus, vt notat Suar.

16. *Descensus ad Inferos.* disp. 13. sect. 4. cit. num. 8. Atque hanc ob causam ipsi Apostoli specialiter hæc exponant in suis prædicationibus, vt patet ex Sancto Paulo 1. Cor. 2. Non indicam me scire aliquid inter vos, nisi Christum, & hunc crucifixum. & cap. 1. Prædicamus Christum, & hunc crucifixum; Iudæis quidem scandalum; Gentibus autem stultitiam. & cap. 15. Notum vobis facio Euangelium, quod prædicam vobis, in quo & statis, per quod & saluamini. Tradidi enim vobis in primis, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, & quia sepultus est, & quia resurrexit, &c. Imò & propter hæc loca non desunt, qui asserant, in mysterio Incarnationis esse etiam credenda de necessitate mediæ mysteria Passionis, & Crucifixionis ob nostram redemptionem, & mysterium resurrectionis, vt patet ex Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. num. 23. vbi asserit, ex hoc capite non posse adultis conferri Baptismum, nisi explicite doceatur Christi Crucifixionem, & Resurrectionem. In his tamen ipsis articulis non videntur pertinere ad substantiam particulares circumstantiæ, quæ adduntur in Symbolo: vt, verbi gratia, sub quo Præfide passus sit Christus; & quanto tempore fuerit intra sepulcrum; & qua die resurrexerit; & ideo facilè potest excusari à culpa, si quis illas non teneat, vt etiam supra diximus disp. sexta, in fine.

16. *Descensus ad Inferos.* Articulus de descensu ad Inferos non est necessariò credendus, & sciendus ab omnibus de necessitate præcepti, secundum Suar. tom. 2. in 3. partem, disp. 43. sect. 2. in fine: quia non est res valde necessaria in se ipsa, & non habetur in Symbolo Nicæno, & à Sancto Augustino, & Patribus in expositione Symboli non explicatur; cum tamen certum videatur, quod præceptum credendi satis impleat, qui ea tenet, quæ continentur in dicto Symbolo Nicæno, & quæ explicantur à Patribus explicantibus fidem. Sed contra est: quia hic etiam articulus habetur in Symbolo Apostolorum; hoc est, in communi, ac publica regula, & formula credendorum; & hic etiam explicatur, tanquam firmè credendus, & simpliciter confitendus ab omnibus ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. Firmiter. de Summa Trin. & fide cath. & hic etiam numeratur inter articulos necessariò credendos à Sancto Thoma 2. 2. quest. 1. art. 8. & 9. & à Scholasticis communiter. Et quemadmodum ad plenioram fidem de veritate Passionis, & Mortis Christi fuit subiungendus, & credendus articulus de Sepultura, vt omnes crederent, & scirent, quid esset factum de anima, vt bene notat Barthol. Med. 3. p. 9. 52. art. 1. conclus. 1. & 2. qui etiam rectè monet, ex sententia multorum Doctorum, quam tradit expressè etiam Sanctus Thomas 2. 2. quest. 1. art. 9. ad quartum, non ideo hunc articulum fuisse omissum in Symbolo Nicæno: quia non esset necessariò credendus, & sciendus ab omnibus; sed, quia erat sufficienter traditus in Symbolo Apostolorum, & vsque ad tempus illius Concilij nulla erat contra ipsum exorta hæresis, aut dubitatio mota, contra quam opus esset noua definitione, aut declaratione Concilij. Posito verò, quod hic etiam articulus sit credendus de necessitate præcepti, substantia illius in hoc consistit, vt credatur, & sciatur Christus, id est, persona diuina, quemadmodum per corpus fuit triduo in sepulcro; ita & per animam descendisse ad eas terræ partes inferiores,

res, vel ad eum locum Inferni, in quo iusti detinebantur, & inde eos liberasse, vt fusè explicat Sanctus Thomas 3. par. quest. 52. per multos articulos.

17. *Resurrectio & mortuus.* Articulus de Resurrectione credendus omninò est secundum omnes, cum expressè habeatur in omnibus Symbolis, & specialiter semper fuerit prædicatus ab Apostolis, vt patet ex Sancto Paulo 1. Cor. 15. Tradidi vobis in primis, quoniam Christus mortuus est, & quia resurrexit tertia die. & ad Rom. 10. vbi hic articulus recensetur, vt specialiter necessarius ad salutem: Si confitearis Dominum Iesum, & in corde credideris, quod Dominus eum suscitauit à mortuis, saluus eris. Et hanc ob causam iidem Apostoli specialiter se appellabant testes Resurrectionis, vt patet Act. 13. Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati, vestem Resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. & cap. 2. Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus. Et ratio est: quia fides resurrectionis firmat, & roborat fidem Diuinitatis, & Passionis eiusdem Christi, & specialiter fundat, & firmat fidem, & spem futuræ resurrectionis, & beatitudinis, etiam nostræ, & consequenter specialiter animat ad bona opera, & ad vitæ nouitatem instituendam, vt patet ex Sancto Paulo 1. Cor. 15. Si resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Et paulò post: Quid facient, qui baptizantur pro mortuis? id est, qui baptismo penarum, & afflictionum, & lacrymarum sese voluntariè pro illis purificant, vt eos eripiant à baptismo ignis in Purgatorio? Quid, inquam, facient, si omninò mortui non resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie moriamur per vestram gloriam, Fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Si ad bestias pugnaui Ephesti, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducamus, & bibamus: cras enim moriemur. Et ad Roman. 6. Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulamus. Et ad Colossen. 3. Si conuersi estis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite; quæ sursum sunt, sapite. Hæc verò omnia, & similia, satis ostendunt, & probant necessitatem huius articuli, vt ab omnibus explicite credatur, & sciatur secundum substantiam, quæ in hoc consistit, quod Christus verè mortuus, & sepultus, ad vitam verè redierit virtute propria; non autem virtute aliena, sicut Lazarus, aut alij, qui ab ipso Christo, vel ab alijs viris sanctis dicuntur fuisse suscitati.

18. *Ascensio ad Cælum.* Ascensio ad cælum per hoc creditur secundum substantiam, quod Christus propria virtute credatur ascendisse, & potestatem, & maiestatem habere quoad omnia, æqualem Patri secundum Diuinitatem, & secundum humanitatem habere gloriam, & potentiam super omnes alias creaturas. Videri potest Sanctus Thomas 3. par. quest. 57. & 58. vbi agit ex professo de Christi Ascensione, & de sessione ad dexteram Patris: & non est dubium, quod hic etiam articulus sit necessariò credendus necessitate præcepti, cum sit valde præcipuus, & continetur in Symbolo, & ab Ecclesia solenniter celebretur, vt notat Suar. disp. 13. sect. 4. n. 9. ex communi sententia.

19. *Ascensio ad Iudicium.* Aduentus ad Iudicium ex eo probatur esse credendus explicite, quia Sanctus Petrus Act. 10. expressè affirmat, præceptum fuisse Apostolis, vt hunc articulum specialiter prædicarent: Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo Iudex viuorum, & mortuorum. Et Sanctus Paulus Act. 17. hunc in primis prædicauit Atheniensibus in Areopago: Et tempora huius ignorantia despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbique Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

20. *Sancta Ecclesia Catholica quomodo sit credenda.* penitentiam agant, eò quod statuit diem, in quo iudicaturus est Orbem in æquitate, &c. Et cum hic etià articulus expressè habeatur in Symbolo, & sit maximè utilis ad vitam rectè instituendam, omninò est credendus, & sciendus ab omnibus; & eius subtilità maximè consistit in eo, quod habetur Matth. 16. quod Filius hominis, id est, Christus, venturus est aliquando in gloria Patris sui: & tunc reddet unicuique secundum opera eius: & vt dicitur Matth. 12. De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddet rationem in die Iudicij.

20. *Sancta Ecclesia Catholica quomodo sit credenda.* Articulus de Ecclesia Sancta Catholica, qui, vt diximus n. 7. reducitur à Scholasticis ad articulum iustificationis, & remissionis peccatorum, & potest reduci etià ad præceptum credendi quasi in genere, cum ipsa, quoad nos, sit proxima regula fidei, & ad illam debeamus recurrere in rebus dubijs, & in fide illius credamus implicite, quæ explicite, & in se ipsis noscimus; hic, inquam, articulus credendus omninò est necessitate præcepti, & credendus explicite ex communi sententia apud Sanchez lib. 2. in Dec. cap. 3. n. 8. & apud Suar. disp. 13. sect. 4. n. 10. imò communiter à nullo ex Catholicis ignoratur quoad rem ipsam, vel substantiã, quæ est tenenda, vt notat Valq. 1. 2. disp. 121. cap. 2. n. 2. quantum ignoratur secundum hæc verba materialiter accepta: Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam. Nam credere, inquit, Sanctam Ecclesiam Catholicam, nihil aliud est, quàm credere multitudinè Christianorum sub vno Romano Pontifice, tanquam Capite, extra quam nulla salus esse potest. Quod certè ex Catholicis nullus ignorat. Et cum hic articulus sit expressus in Symbolo; & sit maximi momenti, vt qui sunt intra Ecclesiam, in illa permaneant; & qui non sunt, illam quærant, cum solum in illa possit salus contingere, & solum in illa sit vera fides; omninò est de necessitate præcepti, & explicite est credendus ab omnibus, quicquid in contrarium dubitent aliqui apud Suarez, & apud Valquez loc. cit. dum asserunt, eum esse valde difficilem explicatu, & captu, & rudes communiter illum ignorare, neque propterea esse in culpa.

21. *Sanctorum Communio.* Quod verò præterea addit Bannes 2. 1. 9. 2. a. 7. 8. col. 2. §. Ex hoc etiam sequitur. col. 423. teneri omnes fideles explicite credere etiã sanctitatè Ecclesiæ per hoc, quod in illa sunt multi Sancti: & præterea sunt Sacramenta sanctificationis; non approbat Sanchez cap. 3. n. 8. cit. & cum Valq. loc. cit. & cū Azor. par. 1. lib. 8. cap. 6. quest. 5. in fine, putat, satis esse, si omnes credant, eam esse, & dici Sanctam, quia solum in illa potest contingere salus, & vera sanctitas.

21. *Sanctorum Communio.* Postremus articulus de Communionem Sanctorum, non est explicite credendus ab omnibus de necessitate præcepti, ex Valq. 1. 2. disp. 121. cap. 2. num. 2. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. num. 7. quod putat probabilius etiam Suar. disp. 13. sect. 4. n. 10. vel saltem putat, eam ex se non esse materiã grauem, & satis esse ad non peccandū mortaliter, si credatur implicite in articulo præcedente, de vnitatem, & sanctitate Ecclesiæ; siquidem eo ipso, quod hæc creditur esse omnium fidelium Congregatio sub Christo Capite, cuiusque Vicario; etiã creditur implicite, & virtute, quod eius membra sibi comunicent suas operas, sequè inuicem iuuent in bonis operibus, & orationibus, in quo consistit Sanctorum Communio, quæ aliqui ex se est captu difficilis, & difficile capitur etiam à viris doctis. Verum, cum hic etiam articulus continetur in Symbolo Apostolorum, & in illo publicè proponatur, vt credendus, & sciendus ab omnibus, sicut & proponitur alij omnes articuli; non videtur negandum, quod absolute etiã hic sit præceptus; quantum alioqui ex se non sit res grauis, & possit ignorari sine culpa mortali, vt vult Suar. Neque est captu, & explicatu D valde

valde difficilis, si explicetur cum Sancto Paulo ad Rom. 12. per analogiam ad membra corporis; & dicamus, omnes fideles vnum corpus esse in Christo, & singulos alterum alterius esse membra. Hinc enim optime intelligitur, quod, quemadmodum membra non eundem actum habent in corpore, sed vniquodque per proprium actum iuuat alterum; in quantum potest illud iuare, & alterum indiget ab illo iuuari: ita & omnes qui sunt in Ecclesia, suas operas, suaque bona communicant sibi inuicem, seque inuicem iuuant per Sacramenta, per orationes, impetrationes, satisfactiones, suffragia, & per propria munera, & proprias ministraciones, & operationes, quæ in Ecclesia diuersæ sunt, & à Spiritu, qui illam regit, dantur vnicuique ad communem utilitatem; & singulis diuiduntur pro voluntate eiusdem Spiritus, vt dicitur 1. Cor. 12. ex eadem analogia ad corporis vnitatem cum pluralitate membrorum. Et quoniam Ecclesiæ vnitatis non est solum ex iis, qui sunt in statu gratiæ; sed etiam ex peccatoribus, cum etiam hi sint membra Ecclesiæ, quanuis mortua; neque solum ex iis, qui sunt in via, sed etiam ex iis, qui sunt in termino, id est, in Purgatorio, vel in Cælo; de omnibus debet intelligi hæc Sanctorum Communio, cum omnes aliquo modo participant de bonis communibus, quæ sunt in Ecclesia, & etiam peccatoribus inueniuntur, vt redeant ad statum gratiæ; & qui sunt in Purgatorio, vt liberentur; & qui sunt in Cælo, honorentur à nobis, & gaudeant de nostris bonis; & multū nos iuuēt suis precibus, vt bene explicatur in Catechismo Romano ad Parochos, & notat Bannes 2. 2. q. 2. art. 8. §. ad nobis videtur planior sensus.

Atque hæc de articulis, qui per se sunt credendi ex præcepto fidei. Debent tamen præterea credi etiam aliqua de Sacramentis, cum etiam hæc reducuntur ad articulum de iustificatione, & remissione peccatorum, vt supra diximus num. 7. Et quidem Baptismus, Eucharistia, & Pœnitentia, ab omnibus credendi, & sciri debent, cum ab omnibus debeant suscipi. Et de Baptismo scire oportet, quod simpliciter sit necessarius ad salutem, & quod inducat obligationem Christianæ religionis perpetuò seruandæ. Ex quo fit, vt qui illum nondum suscepit, quamprimùm suscipiat; & qui suscepit, hoc ipsum intelligat, quod iam satisfecit obligationi de illo suscipiendo; & quod per illam contraxit obligationem perpetuò manendi in fide, & religione Christiana. Vnde & in Symbolo Nicæno expressè dicitur: *Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum.*

De Eucharistia verò, cum ab omnibus adoretur, scire oportet, quod contineat sub accidentibus panis, & vini, verum Corpus, & Sanguinem Christi; & idè quod debeat suscipi cum debita reuerentia, & sine obice peccati mortalis; & cum eadem reuerentia audiri debeat etiam Missa, in qua offertur Deo in sacrificium.

Denique de Pœnitentia scire oportet, quod sit remedium contra peccata post Baptismum commissa; & quod requirat eorum detestationem super omnia; & integram confessionem, & manifestationem voluntariè factam de omnibus coram sacerdote, qui est idoneus illius minister, & propositum non peccandi in posterum; & quod in Ecclesia, & in eius ministris sit potestas per hoc Sacramentum remittendi peccata.

De aliis verò Sacramentis non est pro omnibus obligatio illa credendi, & sciendi explicitè; sed solum pro illis, qui debent illa suscipere; & qui debent, verbi gratia, suscipere Sacramentum Ordinis, aut Matrimonij, debent prius scire, & credere, quod sit Sacramentum, & gratiam conferat, & debeat sus-

cipi sine obice peccati mortalis, & cum debita dispositione, & reuerentia. Et quanuis aliqua Sacramenta non sint in præcepto, sed possint liberè suscipi, & non suscipi adhuc tamen debent credi, & sciri ab iis, qui voluntariè illa suscipiunt, etiam si non sit obligatio illa credendi, & sciendi vniuersaliter, & pro omnibus. Et de his omnibus sic asserunt Doctores communiter, Valen. 2. 2. disp. 1. quest. 2. puncto 5. post 2. conclusionem. Bannes 2. 2. quest. 2. art. 8. col. 424. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 9. Suar. disp. 13. de fide, sect. 4. num. 12.

DISPUTATIO VIII.

Vtrum omnes fideles teneantur scire æqualiter articulos fidei; & certis verbis, & memoriter illos reddere.

1. Omnes tenentur credere æqualiter.
2. Superiores tenentur habere notitiam magis explicitam de rebus fidei.
3. Qualem notitiam teneantur habere Episcopi.
4. Scientia in Episcopis non potest suppleri per alios.
5. Vicarius non potest sibi substituere alium Vicarium.
6. Mortaliter peccat, qui acceptat Episcopatum, & mentitur scientiam, cum sit ignarus.
7. Vtrum præterea teneatur illum renuciare.
8. Defectus scientie non vitiat collationem beneficij, etiam Episcopatus.
9. Scientia eminens, mediocri, & sufficiens in Episcopis, & beneficiatis, quæ sit.
10. Si Episcopus sit Doctor solo titulo, & reuerà indodus, non propterea teneatur renuciare Episcopatu.
11. Si Episcopus sit verè doctus; sed siccè, & nulliter Doctor; teneatur renuciare Episcopatum.
12. Qui fingit se Doctorem, cū nō sit, puniatur poena falsi.
13. Qualis notitia rerum fidei requiratur in Parochis.
14. Obligatio sciendi res fidei plenius, & distinctius, ex qua virtus nascatur in Episcopis, & Parochis.
15. Episcopi, & Parochi, si careant sufficiente notitia rerum fidei, peccant contra iustitiam.
16. Quomodo articuli fidei sint retinendi memoria.
17. Symbolū est retinendū memoria, etiā secūda verba.
18. Possunt Prælati per censuras compellere Curatos, vt Symbolum doceant; & alios fideles, vt discant.
19. Quo idiomate sit tenendum memoriter Symbolum.
20. Quomodo Confessarius debeat se gerere cum iis poenitentibus, qui ignorant res fidei.
21. Qualis instructio sit necessaria pro baptizando adulto, etiam rudi, & maxime hebeti.

NON QUÆRIMUS, VTRUM OMNES FIDELES TENENTUR CREDERE ÆQUALITER ARTICULOS FIDEI; quia, siue æqualitas attendatur in ordine ad perfectionem actus credendi, & quasi intensiue, siue in ordine ad multitudinem, & numerum articulorum, & quasi extensiue; certū est, quod omnes tenentur credere æqualiter, cū in omnibus actus fidei debeat esse essentialiter propter authoritatē diuinā, & supernaturalis, & supra omnē aliā firmitatē, & certitudinē; & nihil sit ex reuelatis à Deo, & approbatis, & propositis ab Ecclesia, cui vnus teneatur assentiri, & non alius, si de hoc illi constet, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 5. art. 5. quod saltē est verū quoad specificationem actus, si non quoad exercitiū, vt notat Valen. 2. 2. disp. 1. quest. 2. puncto 3. col. 5. & ex illo Sanchez lib. 2. in Dec. cap. 3. n. 2. in quantum scilicet, solū tenentur præstare illi assensum, posito quod velit circa illud operari; non autē potest præstare dissensum, etiam si absolute possit non operari, & simpliciter non

non præstare, neque assensum, neque dissensum. Sed quærimus latius de notitia, & scientia rerum fidei, vtrum in omnibus debeat esse æqualiter, an verò in aliquibus debeat esse plenior, & explicatior, quam in aliis, iuxta modos habendi illam magis, aut minus explicitè, quos supra assignauimus disput. præcedente, num. 2.

2. Et quidem Sanctus Thomas 2. 2. quest. 2. art. 6. ex professo docet, quod qui in Ecclesia sunt maiores, & ad quos pertinet alios erudire, omnino tenentur de rebus credendis habere notitiam pleniorē, & magis explicitam: quia reuelatio diuina, per quam solam sit explicatio credendorum, vt pote, excedentium naturalem rationem, ordine quodam peruenit ad inferiores per superiores. At, quemadmodum Angelos ipsos inferiores communiter Deus solum illuminat per superiores, vt patet ex Sancto Dionysio de cal. Hier. cap. 4. & 7. & idè superioribus pleniorē notitiam tribuit de rebus diuinis, quam inferioribus, vt patet ibidem, cap. 12. ita & homines inferiores communiter instruit per superiores: & idè tenentur hi pleniorē notitiam, & magis explicitam habere de rebus credendis, quam illi. Vnde, cum sufficiat, verbi gratia, scemini, & laicis communiter, & præsertim rudibus, si teneant articulos fidei solum ruditer, & secundum substantiam, vt supra explicauimus disputatione præcedente; Episcopi tamen, & Parochi, & Pastores, & Concionatores, vel Doctores id minimè sufficit; sed debent plenius, & explicatius illos tenere, pro cuiusque gradu, & munere, vt ex communi sententia notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 2. Vnde, quia Episcopus debet posse exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere, vt habet Sanctus Paulus ad Titum 1. id est, Hæreticos, & seductores, qui docent, quæ non oportet; omnino debet ita explicitè tenere dogmata fidei, vt etiam possit illa alijs explicare, & contra impugnantes defendere, vt notat Richard. quodl. 3. quest. 23. Azor. par. 2. lib. 3. cap. 28. quest. 9. & lib. 6. cap. 6. art. 1. Reginald. in praxi, lib. 30. tract. 3. memb. 171. Alen. par. 3. quest. 60. memb. 3. art. 2. §. 1. Scholasticos, & seductores, n. 6. & omnes communiter. Et facit ex lege veteri, quod Sacerdos ferret rationale iudicij, vt habetur Exodi 28. & in eo scriptum habetur in pectore, Doctrina, & Veritas, vel vt habent Septuaginta, Manifestatio, & Veritas, quia in pectore Pontificis semper debet esse manifesta cognitio veritatis, vt notat Gratianus d. 36. cap. Qui Ecclesiasticis. Et præterea ad idem facit id, quod habetur Deut. 17. quod pro maioribus controuersis legis sit recurrendum ad Sacerdotes: & Osee 4. quod repellatur à Sacerdotio, & à Deo, qui scientiam repulit: & Malachia 2. quod labia Sacerdotum custodiant scientiam, & de ore eorum requirenda sit lex: & ex lege noua 1. ad Timoth. 3. quod oporteat Episcopum esse Doctorem: & ad Titum 1. quod debeat posse exhortari in doctrina sana; & eos, qui contradicunt, arguere: & ad Ephes. 4. quod à Deo iidem ponantur in Ecclesia Doctores, qui ponuntur Pastores, vt exponit eo loco Sanctus Hieronymus, Sanctus Anselmus, & alij: & 1. Petri 3. quod semper debeat esse paratus ad satisfactionem, omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est, spe. Et ex sacris Canonibus facit id, quod habetur d. 36. cap. Qui ecclesiasticis, cir. quod non debeat ad summum sacerdotium aspirare, qui diuinis, & ecclesiasticis disciplinis non est imbutus: & cap. Si quis vult. eadem d. 36. quod Sacerdotis, aut Pontificis sit, legis scientiam habere; & cum Moyses, & Aaron à tabernaculo Domini non discedere: quia hoc est illius opus, cui debet vacare, vt vel à Deo aliquid discat; Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

3. Qualem notitiam teneatur habere Episcopi.

Et quidem Sanctus Thomas 2. 2. quest. 2. art. 6. ex professo docet, quod qui in Ecclesia sunt maiores, & ad quos pertinet alios erudire, omnino tenentur de rebus credendis habere notitiam pleniorē, & magis explicitam: quia reuelatio diuina, per quam solam sit explicatio credendorum, vt pote, excedentium naturalem rationem, ordine quodam peruenit ad inferiores per superiores. At, quemadmodum Angelos ipsos inferiores communiter Deus solum illuminat per superiores, vt patet ex Sancto Dionysio de cal. Hier. cap. 4. & 7. & idè superioribus pleniorē notitiam tribuit de rebus diuinis, quam inferioribus, vt patet ibidem, cap. 12. ita & homines inferiores communiter instruit per superiores: & idè tenentur hi pleniorē notitiam, & magis explicitam habere de rebus credendis, quam illi. Vnde, cum sufficiat, verbi gratia, scemini, & laicis communiter, & præsertim rudibus, si teneant articulos fidei solum ruditer, & secundum substantiam, vt supra explicauimus disputatione præcedente; Episcopi tamen, & Parochi, & Pastores, & Concionatores, vel Doctores id minimè sufficit; sed debent plenius, & explicatius illos tenere, pro cuiusque gradu, & munere, vt ex communi sententia notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 2. Vnde, quia Episcopus debet posse exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere, vt habet Sanctus Paulus ad Titum 1. id est, Hæreticos, & seductores, qui docent, quæ non oportet; omnino debet ita explicitè tenere dogmata fidei, vt etiam possit illa alijs explicare, & contra impugnantes defendere, vt notat Richard. quodl. 3. quest. 23. Azor. par. 2. lib. 3. cap. 28. quest. 9. & lib. 6. cap. 6. art. 1. Reginald. in praxi, lib. 30. tract. 3. memb. 171. Alen. par. 3. quest. 60. memb. 3. art. 2. §. 1. Scholasticos, & seductores, n. 6. & omnes communiter. Et facit ex lege veteri, quod Sacerdos ferret rationale iudicij, vt habetur Exodi 28. & in eo scriptum habetur in pectore, Doctrina, & Veritas, vel vt habent Septuaginta, Manifestatio, & Veritas, quia in pectore Pontificis semper debet esse manifesta cognitio veritatis, vt notat Gratianus d. 36. cap. Qui Ecclesiasticis. Et præterea ad idem facit id, quod habetur Deut. 17. quod pro maioribus controuersis legis sit recurrendum ad Sacerdotes: & Osee 4. quod repellatur à Sacerdotio, & à Deo, qui scientiam repulit: & Malachia 2. quod labia Sacerdotum custodiant scientiam, & de ore eorum requirenda sit lex: & ex lege noua 1. ad Timoth. 3. quod oporteat Episcopum esse Doctorem: & ad Titum 1. quod debeat posse exhortari in doctrina sana; & eos, qui contradicunt, arguere: & ad Ephes. 4. quod à Deo iidem ponantur in Ecclesia Doctores, qui ponuntur Pastores, vt exponit eo loco Sanctus Hieronymus, Sanctus Anselmus, & alij: & 1. Petri 3. quod semper debeat esse paratus ad satisfactionem, omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est, spe. Et ex sacris Canonibus facit id, quod habetur d. 36. cap. Qui ecclesiasticis, cir. quod non debeat ad summum sacerdotium aspirare, qui diuinis, & ecclesiasticis disciplinis non est imbutus: & cap. Si quis vult. eadem d. 36. quod Sacerdotis, aut Pontificis sit, legis scientiam habere; & cum Moyses, & Aaron à tabernaculo Domini non discedere: quia hoc est illius opus, cui debet vacare, vt vel à Deo aliquid discat; Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

vel, vt ipse populum doceat: & cap. Excommunicamus. 1. §. finali, de Hæret. quod Episcopus, qui hæreses non persequitur, est deponendus, & in locum ipsius alter est substituendus, qui velit, & possit hæreticam prauitatem confundere: & cap. Qui Episcopus, d. 23. quod qui est ordinandus Episcopus, inter cætera est examinandus, si sit litteratus, & in lege Dei instructus, & in Scripturarum sensibus cautus, & in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & si fidei documenta asserat, & specialiter de Trinitate, & de Incarnatione, &c. & cap. Omnes, d. 38. quod inquiratur diligenter, si in promptu habeat, legere, scrutabiliter, & non transitorie factos Canones, & sanctum Euangelium, & omnem diuinam Scripturam, & docere populum sibi commissum: quia ex sancto Dionysio cap. 1. de eccles. Hierarchia, substantia summi Sacerdotis sunt eloquia diuinitus tradita, id est, vera diuinarum Scripturarum disciplina: & cap. Ignorantia, eadem d. 38. quod Sacerdotes debent scire sanctas Scripturas, & Canones, vt omnium eorum opus in prædicatione, & doctrina consistat, & omnes ædificent, tam fidei scientia, quam operum disciplina. Et denique etiam facit Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 1. de reform. & sess. 7. similiter cap. 1. de reform. & sess. 22. cap. 2. de reform. & sess. 24. cap. 1. de reform. quibus locis hæc ferè omnia reperuntur; & præterea statuitur, vt qui est eligendus in Episcopum, debeat esse in aliqua vniuersitate studij, creatus Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico, aut publico alicuius Academiæ testimonio iudicatus idoneus ad alios docendos; vel si fuerit Regularis, similem fidem habeat à Superioribus suæ Religionis. Et ratio est: quia cum Episcopi successerint in locum Apostolorum, vt dicitur in Trid. sess. 23. cap. 4. omnino debent etiam ipsi esse salteræ, & lux mundi, vt dicitur Matthei 5. & specialiter vacare prædicationi, ac doctrinæ fidelium: quod tamen munus pro dignitate implere non possunt, nisi in fide asserenda, & explicanda, & defendenda sint bene instructi; & cum eorum status sit perfectiorum ex Sancto Dionysio cap. 1. de eccles. Hierarchia, & Sancto Thoma 2. 2. quest. 185. art. 3. & debeant etiā alios purgare, & illuminare, & perficere, omnino indiget speciali doctrina, & scientia supra alios.

Neque est satis, si hæc possint præstare per alios: quia, quanuis possint in casibus particularibus vti aliorum consilio, & doctrinæ; debent tamen esse sufficientes, & idonei ipsi per se: & quemadmodum per se ipsi tenentur residere, & personaliter interesse, & præesse administrationi Ecclesiæ, & interesse Conciliis prouincialibus, & generalibus, & præesse Conciliis synodalibus, & per se ipsi suas sententias dicere de rebus grauissimis, & dirigere, ac corrigere sententias aliorum, si fortè accidat, vt in Synodis minus rectæ ferantur: ita & tenentur per se ipsi pollere doctrina, per quam possint præstare hæc omnia. Et ratio est: quia, dum aliquis eligitur in Episcopum, eique committitur cura animarum, & administratio Ecclesiæ, & prædicatione, & defensione fidei, & vno verbo, vt sit quasi vnus ex Apostolis, salteræ, & lux mundi; omnino eligitur industria personæ, & internæ animi dotes, scientia, prudentia, probitas, eardumque interni actus; quos tamen certissimum est, non posse committi alijs, aut exerceri per alios, vt notat Glo. in l. scuti ff. de arbit. Bald. in l. cum Magistratus. C. quando promoc. non est necess. Archid. & Ioan. Andr. in cap. vnicum. ne sede vac. Fel. in cap. l. n. 2. de offic. iud. deleg. Panor. eod. n. 6. & alij apud Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 7. n. 18. Et quemadmodum ex cap. Clericos. de offic. Vicarij, est maximè absolum, &

2.2. Quid de Baptismo sit creditum ex necessitate præcepti.

2.3. Quid de Eucharistia.

2.4. Et de Pœnitentia.

2.5. Quid de alijs Sacramentis.

4. Scientia in Episcopis non potest suppleri per alios.

5. Vicarius non potest sibi substitui vicarium.

6. Moraliter peccat qui accipit Episcopatum, & mentitur scientiam si ignorans.

7. Virtus praevenit tenentur illum renouare.

absurdum, vt, qui eligitur in Vicarium alicuius Ecclesiae, sibi substituat alium Vicarium, cui ex toto committat suas vices, vt notat ibi Panor. in n. 2. quia, scilicet, ipsius personae industria fuit electa; & haec personaliter fuit praestanda iuxta intentionem constituentis, & eligentis, vt etiam ex professo docet Sanctus Thomas quodlib. 1. 2. quae. 20. & ex illo Sylu. verb. Vicarius, num. 5. ita & plusquam absolutum, & absurdum censeri debet, vt qui eligitur in Episcopatum, possit implere suas obligationes per alienam scientiam, & prudentiam, & satisfacere intentioni Summi Pontificis, & sacrorum Canonum, secundum quos eligitur.

Quod si quis, vt dicitur, peccet mortaliter, si quis accipit Episcopatum, & mentitur, se habere sufficientem scientiam, & vere sit conscius ignorantiae, & insufficientiae. Respondet Rich. quodlib. 3. quae. 2. 3. & ex illo Azor. pars. 2. lib. 3. cap. 28. quae. 9. peccare mortaliter, si aded sit ignorans, vt neque etiam sciat articulos fidei aequaliter explicare, & Sacramenta, & virtutes, & Praecepta Decalogi, & Ecclesiae, & similia, sine quibus non potest competenter exequi suum munus: quia mentiendo talem scientiam, mentitur mendacio pernicioso, & in re grati, vt potest in praedictum animarum, quarum regimen suscipit: secus vero, si saltem sciat, quae sunt necessaria ad competenter exequendum suum munus: quia consuetudo, quae est optima legum interpretis, vt dicitur cap. Cum dilectus, de consuetudine. sic interpretatur questionem, quae fit Episcopo, vt sciat verus, & nouum Testamentum, vt, scilicet, praecipue, & maxime intelligatur, quantum ad ea, quae simpliciter sunt necessaria ad munus Episcopi: & ided non mentitur, si solum respondeat iuxta hanc intentionem; vel saltem non mentitur pernicioso, & grauiter, si non respondeat iuxta aliam intentionem de vltiore scientia, quae requiritur de conuenientia officij, non autem de necessitate simpliciter.

Et vltius addit Richardus, quod si Episcopus peccauit mortaliter, & pernicioso, & grauiter est mentitus scientiam, etiam necessitatis, quam non habebat; omnino tenetur post acceptum Episcopatum, illam acquirere; & si non acquirat, tenetur dimittere Episcopatum, cum vnusquisque habens officium regimini animarum, & non habens ea, quae sunt simpliciter necessaria ad executionem talis officij, illud retineat in praedictum illorum, qui sunt sub eius regimine; & per consequens in praedictum suae salutis; & ided teneatur illud dimittere, neque possit retinere. Et ad hoc facit etiam Nau. in M. am. cap. 2. §. 1. 3. vbi vniuersaliter asserit de quolibet habente beneficium, aut officium, & ignorante illa, quae scire teneatur, quod peccet mortaliter, si illa non discat; vel beneficium, aut officium non resignet. Et quod Episcopus non dedecet, vt etiam in statu, & dignitate Episcopatus discat, quae nescit, expresso habetur cap. Nullus Episcopus. dist. 38. Et quod ob defectum scientiae possit renunciare Episcopatum, expresso habetur cap. Nisi cum quidem. §. pro defectu, de renunciat. quo loco, verbo, plerumque, aduertit Glossa, id non intelligi, quando scientia, quae deest Episcopo, potest ab illo citò addisci: quia in tali casu non est, quod cogit de dimittendo Episcopatu propter defectum scientiae: sed satis est, si cogit de illa addiscenda, & de diligentia adhibenda: & quauis peccarit mortaliter in illo procurando, vel acceptando cum tali mendacio; non tamen propterea tenetur illum dimittere; sicut nec femina, quae peccauit mortaliter in acquirenda pecunia per meretricium; te-

netur illam restituere, vt habet Richard. loco citato. Sed contra, quod absolute non sit obligatio renunciandi Episcopatum propter defectum scientiae, etiam in casu, quo illa nec citò, nec facile possit addisci, expresso habetur Azor. pars. 2. lib. 3. cap. 28. quae. 9. citat. & lib. 6. cap. 6. §. 1. & Reginald. in praxi, lib. 30. tract. 3. cap. 1. 2. sect. 2. n. 171. §. Occurrit autem, qui asserunt, satis esse, si talis Episcopus sibi assignat adiutorem idoneum, scilicetque opera, & consilio regat Episcopatum, & vitet periculum animarum. Et negari non potest, quin pro hoc multum faciat id, quod habetur in Tridentino sess. 21. cap. 6. de reformat. pro Parochis, & animarum Rectoribus, illitteratis, & imperitis, & alioqui probis, & vitae honestae, quod satis sit, si Episcopus illis deputet Vicarium pro tempore, cum parte fructuum; non autem quod debeat illos cogere, vt renuncient, vel absolute illos debeat priuare parochiis, & beneficiis: nam similiter tale quid potest sufficere etiam Episcopis, si sint illitterati, & imperiti, neque est, quod cogantur renunciare Episcopatum.

Et vniuersaliter, quod collatio beneficii non vitietur, nec fiat irrita propter solum defectum scientiae, expresso habet Innoc. in cap. Cum in cunctis. n. 1. & 2. de elect. & fuse probat Nau. in cap. Si quando, except. 1. §. de rescript. & ex illo Reginald. lib. 30. tr. 3. tit. num. 172. Et de Episcopatu clarè colligitur ex cap. Nisi cum pridem. cit. §. pro defectu, de renunciat. vbi dicitur, posse admitti renunciatio Episcopi, si sponte illam faciat propter defectum scientiae: & ex cap. fin. de arat. & qual. vbi dicitur, quod sit amouendus ab Episcopatu, qui ignorat Grammaticam: haec enim, & similia, clarè supponunt, quod Episcopatus iam esse acquisitus, non obstante defectu scientiae: siquidem alioqui non posset habere locum renunciatio, vel amotio: & de aliis beneficiis parochialibus, & curatis idem colligitur ex Trid. sess. 21. cap. 6. cit. de reformat. vbi praecipitur, vt Rectoribus animarum illitteratis, & imperitis deputentur Vicarij: quae deputatio similiter supponit, quod Parochias, & beneficia valide habeant, & retineant; & non teneantur illa renunciare. Et pro omnibus confirmatur: quia, cum sit maioris necessitatis in huiusmodi beneficiis habentibus regimen animarum, vitae probitas, & honestas, quam scientia; defectus tamen probitatis certum est, quod non vitiat ipso iure collationem beneficii; & ided nec vitiat defectus scientiae.

Debent tamen haec omnia intelligi, non de illo defectu, qui sit tantus, vt faciat Episcopum penitus illitteratum, & ided irregularem, cap. Illiteratos. dist. 36. cap. Praecipimus. dist. 34. cap. 1. dist. 55. & cap. fin. de temp. ord. in 6. ita, scilicet, vt etiam nesciat Latine legere, & scribere; aut ex iis, quae legit, nihil intelligat, quod ex Tridentino sess. 23. cap. 4. de reformat. facit inhabilem, etiam ad primam tonsuram, & per consequens ad quodlibet beneficium etiam simplex: sed debeat solum intelligi de illo defectu, qui proximè non attingat illum gradum scientiae, quem paruo ante, n. 6. ex Richardo diximus, absolute esse sufficientem, vel qui ab illo non multum deficiat: nam, vt notat Innocent. in c. Cum in cunctis. n. 1. & cum illo Panor. mit. ibid. n. 4. & omnes communiter apud Azor. part. 2. lib. 6. cap. 6. quae. 3. scientia in Episcopis, aut beneficiatis potest esse omnino triplex, id est, eminens, mediocris, & sufficiens. Et illa est scientia eminens, per quam potest Episcopus, aut alius per se ipsum promptè explicare, ac definire omnia, quae pertinent ad suum officium, etiam obscurissima, & maxime dubia, & difficilia: & illa est mediocris, per quam potest per se explicare ea, quae occurrunt frequenter, &

8. Defectus scientiae non vitiat collationem beneficii, etiam Episcopatum.

9. Scientia eminens, mediocris, & sufficiens in Episcopis, & beneficiatis, & tenentur renunciare Episcopatum.

& passim; non autem omnia, etiam obscurissima, & difficilissima; sed haec etiam veritates potest scire, & quarere in libris: & denique sufficiens illa est, per quam scit aliquo modo, quae ad ipsum pertinent, & veritatem assequitur, vel libros legendo, vel viros doctos consulendo; & quae sunt dubia, & obscura ab iis quaerendo. Et solum de illo, qui deficit ab hoc gradu scientiae, dicimus, quod peccat mortaliter, Episcopatum quaerendo, & acceptando; & tenetur etiam in Episcopatu illum gradum addiscere, & aliqueum alium adiutorem idoneum sibi assignere, vel Episcopatum absolute dimittere, vt iam explicauimus.

Et idem est sentiendum, si talis Episcopus, qui patitur huiusmodi defectum scientiae sufficientis, eo tamen non obstante sit creatus Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel in Iure Canonico, aut aliter habuerit publicum testimonium alicuius Academiae de opposita sufficientia, propterea requiritur in Tridentino sess. 22. cap. 2. de reformat. adhuc enim collatio Episcopatus est valida. Neque ex eo, quod sit Doctor solo titulo, & reuera indodus, & Magister solum honorarius, & reuera illitteratus, tenetur illum dimittere, vt notat Azor. part. 2. lib. 6. cap. 6. quae. 1. & ex illo Reginald. lib. 30. tr. 3. n. 171. in fine. Nam, quauis Glossa in reg. 16. Cancellaria, & aliqui ex Canonistis in cap. Clerici, de iudiciis, existiment, priuilegia, quae conceduntur Doctoribus, non competere iis, qui reuera sunt indocti, & minime habiles ad doctoratum; quia semper leges, & Canones, quando aliquid statuunt de certis personis, aut locis, debent intelligi de alioqui habilibus, & idoneis, l. Vt gradatim. ff. de muner. & honor. & l. 2. iuncta Glossa 2. c. de sacros. Eccles. vnde & Archidiaconus in cap. De quibusdam. dist. 37. notat, quod promotus ad Doctoribus corruptis, non debet gaudere priuilegijs doctoratus: & Panor. in cap. Clerici. num. 3. de iudic. negat, Doctorem in Decretalibus, si sit ignorans, debere praecedere alium Doctorem in solis ciuilibus: oppositum tamen est multo verius, vt probat Mandosius ad reg. 16. Cancell. quae. 13. & apud Azor. quae. 1. cit. & ided, vt habet Ripa in l. Centurio. n. 17. ff. de vulg. Doctor, quauis ignarus, tamen non potest, ne contemnatur ipsa dignitas doctoratus: & vt habet Felin. in cap. Clerici. cit. num. 2. de iudic. licet Doctor ignarus non mercatur dici Doctor; valet tamen dignitas doctoratus in eum collata, & debet gaudere priuilegijs dignitatis, donec illa priuetur: quia alioqui conuinceretur ipsa dignitas esse nulla, si nullum haberet honorem, & praeminentiam, vel praelationem, cum formaliter hoc importet vocabulum dignitatis, id est, honorem, & praeminentiam, vel praelationem supra alios, vt probat Bart. in l. 2. C. si seru. vel liber. ad decur. aspir. & apud Felin. loc. cit. & ided etiam collatio Episcopatus censenda est valida, cum etiam haec fundetur in priuilegio doctoratus; & qui est Doctor solo titulo, & solum honorarius, prius debet per Iudicem Academiae priuari doctoratu, & postea erit priuandus Episcopatu.

Secus vero, si dignitas, & gradus ipse doctoratus, vel magisterij, esset irritus ipso iure, & obtentus, v. g. contra leges Academiae, & per illas ab ipso initio plane nullus: nam in tali casu etiam collatio Episcopatus, quae ex Tridentino loco citato illum supponit, esset nulla; neque posset in conscientia retineri; etiam si is, qui esset tali modo Doctor, nulliter esset alioqui reuera doctus, vt subdit Azor. lib. 6. cap. 6. quae. 1. citat. & ex illo Reginald. tr. 3. cit. n. 171. in fine. Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

Et à fortiori idem esset, si litterae doctoratus essent falsae, & plane fictae: nam hic reuera non esset Doctor, & esset puniendus poena falsi, in quantum acceptando Episcopatum, vt Doctor, exerceret actum Doctoris, iuxta ea, quae tradunt Doctores in l. Eos. §. Qui se pro milite. ff. de fals. & Felin. in cap. Quoniam. num. 5. de Magistris, & ibi Panor. mit. Anan. & alij.

Et quod hoc loco dicimus de obligatione Episcoporum ad sciendas res fidei, proportionaliter est dicendum etiam de Parochis, & Curatis, vt ex communi sententia indicauimus n. 2. debent enim etiam ipsi ita scire res fidei, vt possint illas docere populum, & aequaliter explicare, propterea tenentur ex proprio officio: & mortaliter peccant, si acceptant Parochiam conscij de sua ignorantia; quauis non propterea teneantur illam renunciare; sed solum teneantur studere, & discere, vt acquirant sufficientem doctrinam; & interim debeant acceptare Vicarium deputandum pro tempore ab Episcopo cum parte fructuum, propterea praecipitur in Tridentino sess. 21. cap. 6. de reformat. & supra diximus num. 7.

Et idem est de Concionatoribus, & Doctoribus, qui similiter ita tenentur illas scire, vt possint tunc, & sine errore illas docere, & bene exequi suum munus.

Vtrum autem haec obligatio, quam habent specialiter, qui sunt maiores in Ecclesia, ad habendam notitiam pleniorum, & magis explicitam de rebus credendis, pertineat proprie ad virtutem fidei, quae intellectum bene ordinat ad Deum, in quantum formaliter est prima veritas in dicendo, eumque illi subiicit, & quasi redigit in captiuitatem, vt loquitur Sanctus Paulus 2. Corinth. 10. an verò pertineat ad virtutem studiositatis, quae ex S. Thom. 2. 2. quae. 166. art. 1. ponit medium in his, quae pertinent ad cognitionem; & facit, vt neque nimis incuriosi circa cognitionem rerum vtilium, neque nimis curiosi circa cognitionem inutilium, vt etiam supra indicauimus disput. 6. num. 2. in fine; parum refert, & est valde probabile, quod possit pertinere aliquo modo ad vtranque virtutem, vt notat Suar. disput. 1. 3. sect. 2. num. 8. imò, & principaliter ad virtutem iustitiae, aut fidelitatis: nam cura, & diligentia in iis bene tenendis, quae sunt necessaria ratione muneris, & officij, elicitiue, & tanquam à principio, vel habitu elicente, certum videtur, quod est à virtute studiositatis, ad quam pertinet mediocritas in sciendo; sed imperatiue, & tanquam à principio, vel habitu imperante potest esse à virtute fidei, si imperetur ex propria honestate illius, id est, ex amore habendi bene subiectum Deo reuelanti, non modò intellectum proprium; sed etiam aliorum, & praecipue subditorum: & propterea potest esse à virtute iustitiae, aut fidelitatis, si imperetur ex amore implendi debitum, & praestandi re ipsa id, quod fuit verbis promissum. Episcopi tamen, & Parochi, & qui sunt maiores in Ecclesia, si sint ignorantes rerum fidei, absolute & simpliciter solum dicuntur peccare contra iustitiam, aut fidelitatem, & contra debitum proprii officij: quia non est in praecipuo, & praecipuum, vel obligatio fidei ad omnes est generalis, & per se solum est ad captiuandum in vnoquoque proprium intellectum; non autem est specialis ad Praelatos, & ad maiores pro captiuandis intellectibus aliorum, & pro hac re in illis sufficit obligatio alia, quae nascitur ex iustitia.

12. Qui fingit se Doctorem, cui non sit, puniatur poena falsi.

13. Quauis notitia veris fidei requiratur in Parochia.

14. Obligatio sciendi res fidei plenius, & distinctius, ex qua virtute nascitur in Episcopis, & Parochis.

15. Episcopi, & Parochi, si careant sufficienti notitia rerum fidei, peccant contra iustitiam.

Ex quo etiam ulterius fit, ut si quæ damna emer-
gant subditis ex huiusmodi ignorantia Prælatorum,
eamque ipsi non suppleant per adiunctionem Vi-
carij, aut adiutoris idonei, verè teneantur illa com-
pensare, & restituere, & fructus beneficij, ac Præ-
lationis, saltem ex toto non faciant suos, vt multi
volunt, cum beneficium solum detur propter offi-
cium: quod tamen ipsi ex toto non implent.

16. *Quomodo ar-
ticulari fidei
sint retinendi
memoria.*
Circa alterum verò, quod proposuimus in titulo
disputationis, vtrum omnes fideles teneantur certis
verbis, & memoriter reddere articulos fidei; duo
extrema videntur vitanda, & tenenda sententia me-
dia, vt, scilicet, neque asseramus peccare mortaliter
omnes fideles, cum ad annos discretionis perue-
niant, nisi addiscant memoriter Symbolum, & totam
Doctrinam Christianam, eosque non posse salu-
ari, nisi memoriter totam teneant, vt volunt ali-
qui apud Michaëlem Medinam *lib. 4. de reſta in
Deum fide, cap. 6. initio*; neque negemus absolute
illos teneri ex præcepto, aut saltem ex consuetudine
ecclesiastica, vt etiam verba Symboli memoriter
teneant, & possint articulos fidei præscriptis ver-
bis profiteri, & reddere, quando oportet, vt vide-
tur negare ibi Medina, dum asserit *circa finem il-
lius cap. 6. nullo præcepto*, aut necessaria ratione
adstringi fideles ad Symbolum, & Orationem Do-
minicam memoria retinendam. Nam contra pri-
mum de obligatione ad conservandam mortale faciunt
Authores *suprà citati disput. 6. num. 13. Palud. Nau.
Suar. Sanchez, Azor.* qui omnes non agnoscunt
obligationem, nisi ad veniale; & plures alij apud
eundem Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 3. n. 16.* qui
absolute negant, ex præcepto divino esse obligatio-
nem tenendi memoriter verba Symboli. Et præ-
terea facit ratio: quia, si fideles mente retineant ar-
ticulos fidei, quoad substantiam, vt iam explicauimus,
eunque parati sint reddere, & respondere omni
querenti, parum postea videtur referre, vtrum
reddant, & respondeant his verbis præscriptis, aut
aliis non præscriptis: & loca factorum Canonum,
& Conciliorum, quæ *suprà* retulimus *disput. 7. n. 5.*
ad probandam obligationem sciendi memoriter
Symbolum, satis intelliguntur de memoria ipsarum
rerum, vt notat Suar. *lib. 1. 3. scilicet. 5. n. 7. in fine*, id
est, articulo Symboli secundum substantiam, qui
sine dubio non solum actualiter, semel, aut iterum
sunt credendi; sed etiam retinendi habitualiter, &
in proxima potentia ad exeundum in similes actus,
& assensus fidei actuales: & hoc modo sunt etiam
intelligendi aliqui ex Summistis, vt Ang. Sylu. Tab.
verbo, scientia, quando asserunt peccare mortaliter
eos, qui non addiscunt Orationem Dominicam,
Symbolum, & Præcepta Decalogi: vt enim ipsi se
explicant, & notat Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 7. quæst.*
5. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 19. id solum
intelligunt secundum substantiam, non autem se-
cundum verba; & negari non potest, quin Baptismus
possit concedi Catechumeno, qui bene capiat, & te-
neat articulos fidei secundum substantiam; & de il-
lis interroganti, & querenti Episcopo, aut Presby-
tero, reddat rationem; & neque possit Baptismus illi
negari ex eo solum, quod certa, & præscripta verba
non teneat, vt ex Barthol. Ledesma *in Summ. de Sa-
cram. dub. 3. 4. de Baptismo*, notat Sanchez *lib. 2. in
Decal. cap. 3. num. 24.* Et quod fidelis iam baptiza-
tus possit permitti, vt ducat uxorem, si modo ex-
plicato articulos teneat, neque possit id illi negari
solum ex eo, quia non teneat verba: nam, quannus
in aliquibus Episcopis laudabiliter sit indu-
ctum, siue per statutum, siue per consuetudinem, vt
non possit uxorem domum suam traducere, vel tan-

quam patrinus ad Baptismum admitti, qui Symbo-
lum, & Catechismum, vel Doctrinam Christianam
ignorat, vt de Archiepiscopatu, & Diocesi Sabi-
nensi, & Bononiensi refert Ludovic. Beia *in suis ca-
sibus conscientia, part. 3. casu 27.* & de alijs Nauar.
de orat. cap. 20. num. 20. pag. mibi 286. col. 1. & fit
valde rationabile, vt quando fideles incipiunt esse
patresfamilias, vel patini, bene sciant imbuere fi-
lios Christiana fide, vt notat Michaël Medina *lib. 4.
de reſta in Deum fide, cap. 6. citato, in fine*, satis tamen
videntur scire, si sciant articulos secundum substan-
tiam; & satis habent ad munus parentis, & patrisfa-
milias, si possint secundum hanc informare, &
imbuere filios Christiana fide.

17. *Symbolum est
retinendum
memoria, etiam
secundum ver-
ba.*
Contra alterum verò de obligatione simpliciter
nulla, ad mandanda memoriæ etiam verba, faciunt
similiter Authores citati, qui communiter omnes
agnoscunt obligationem, saltem ad veniale, ex præ-
cepto ecclesiastico, vel ex consuetudine communi-
ter inducta, & recepta in Ecclesia; & præterea fa-
ciunt etiam Canones, & Concilia similiter citata,
quæ absolute præcipiunt doceri, & disci memoriter
Symbolum, & memoriter reddi coram Episcopo,
aut Presbytero: qui modus loquendi videtur im-
portare obligationem etiam docendi, & sciendi
verba. Et denique facit ratio: quia etiam hæc me-
moriam certorum verborum est valde utilis, & neces-
saria communi populo ad conservandam memo-
riam rerum, & ad fidem vniformiter profitendam.
Et quemadmodum Apostoli Symbolum compo-
suerunt, non solum secundum articulos; sed etiam
secundum verba, vt & ipsi descendentes ab iniucem,
certam formam haberent docendi fidem per omnes
Gentes; & omnes, qui crederent, certam formam ha-
berent fidem tenendi, & profitendi, vt *suprà* dixi-
mus, *disput. 7. num. 5.* ex Sancto Clemente Papa *in
epistola ad Iacobum Fratrem Domini*: ita & fideles
non solum debent tenere Symbolum secundum ar-
ticulos; sed etiam secundum verba.

18. *Possunt Præ-
lati per cen-
suras com-
pelli Curatos,
vt Symbolum
docent, &
alios fideles,
vt discant.*
Atque ex hoc rectè inferitur, quod possint Præla-
ti, etiam per censuras, compellere Curatos, vt do-
ceant Doctrinam Christianam; & alios omnes, vt
eam sciant, & discant, vt notat Emman. Rodrig. *in
Summ. part. 1. cap. 88. num. 3. Sanchez lib. 2. in
Decal. cap. 3. num. 15.* & alij apud ipsos; & expressè ha-
betur in Tridentino *sess. 24. cap. 4. de reſorm. in fine*,
pro iis, qui tenentur ex officio illam docere. Et
quannus hoc præceptum, quatenus est solum de ad-
discendis verbis, non sit ad mortale, nec sit intelli-
gendum esse latum sub censura, bene tamen est ad
mortale; & potest esse sub censura, quatenus est sim-
pliciter de addiscenda, & scienda Doctrina Chri-
stiana, quomodo complectitur simul, & quasi indi-
uisibiliter res, & verba. Et solum in hoc sensu de
addiscendis verbis debet intelligi declaratio sacre
Congregationis Cardinalium, quam refert Zerula
*in sua praxi episcopali, part. 1. verbo, Doctrina Chri-
stiana, §. 8.* & ex illo Barbosa *in remissionibus ad Con-
cil. Trident. sess. 24. cap. 4. cit. de reſorm. pag. mibi
426. in fine*, quod Ordinarius non possit mulctis, &
pœnis, etiam in casu notabilis ignorantie, aut con-
tumacie, cogere pueros ad discendam Doctrinam
Christianam: dummodo enim illam discant, & te-
neant quoad res, non est postea multum curandum
de verbis.

19. *Quo idio-
mate sit te-
nendum in me-
moriter Sym-
bolum.*
Imò ex Bannes 2. 2. quæst. 2. art. 8. dub. 2. &
Sanchez *cap. 3. citato, num. 16. & 19.* non est satis, si
verba Symboli teneantur Latine, & memoriter ab
eo, qui Latine non intelligit, & solum ea profert
more pſtaci: sed debent teneri in eo idiomate, in
quo intelligantur, & in quo possint inferuire ad fidei
professionem,

professionem, & ad declarationem interioris assen-
sus, qui habetur de articulis, & de rebus credendis.
Non est tamen improbable, quod etiam ille, qui
Latine non scit, possit Latine recitare Symbolum,
& profiteri exterius suam fidem, quam interius tenet,
& bene capit secundum substantiam, vt notat
Nau. *in Man. cap. 11. num. 18.* & ex illo Azor. *part.*
1. lib. 8. cap. 7. quæst. 5. in fine: quannus opposi-
tum sentiat Sanchez *cap. 3. cit. num. 16. & 19.* sic
enim etiam rudes satisfaciunt obligationi orandi,
& Deum laudandi, si recitent Psalmos, & Oratio-
nem Dominicam, & Salutationem angelicam alieno
idiomate, quod non norant; & satis est, si sciant
illis verbis, quæ ipsi non intelligunt, contineri præ-
ces ad Deum fundendas, & Dei laudes Deo solu-
endas; & idè etiam possunt iidem rudes satisfacere
obligationi tenendi Symbolum, & fidem exterius
profitendi, si illud teneant aliena lingua, dummodo
sciant illis verbis, quæ ipsi sunt alioqui ignota, con-
tineri, & explicari articulos fidei, & fideles per illa
profiteri suam fidem, idque intendant facere etiam
ipsi, dum illa proferunt. Et ad hoc clarè facit Con-
cilium Moguntiacum *cap. 4. §. tom. 3. Concil. pag. mi-
hi 467.* & apud Direct. *Inquit. part. 3. com. 20.* vbi
post latum præceptum de Symbolo, & Oratione
Dominica discenda memoriter, concluditur in hæc
verba: *Et qui aliter non poterit, in sua lingua hæc
discat.* Quibus verbis, vt ex se patet, magis probatur,
quod Symbolum, & Oratio Dominica discantur
aliena lingua ab vnoquoque, quam sua.

20. *Quomodo
Confessarius
debeat se ge-
nere cum iis
penitentibus,
qui ignorant
res fidei.*
Stante autem obligatione iam dicta sciendi
Symbolum, & articulos fidei, saltem secundum sub-
stantiam, quomodo debeat se gerere Confessarius
cum iis penitentibus, qui illos ignorant; & vtrum
teneatur interrogare omnes communiter de notitia
rerum fidei, & absolutionem ignorantibus denega-
re, eosque instruere, & docere, videri potest apud
Bannes 2. 2. quæst. 2. art. 8. dub. 2. & apud Azor.
part. 1. lib. 8. cap. 8. quæst. 5. & apud Sanchez *lib. 2. in
Decal. cap. 3. num. 21. & seqq.* Quemadmodum enim
penitentes interrogantur de alijs peccatis, in quæ
Confessarius potest timere, ne incidant, & ne per
obliuionem ipsi per se illa non confiteantur: ita &
debent interrogari de ignorantia rerum fidei, qui
probabiliter credi possunt illa laborare, quales
communiter sunt rudes, & rustici; non autem viri
nobiles, & qui litteras norunt. Et quemadmodum
absolutio iis negatur, quos peccatorum commissio-
rum non curant; & aliquando aliquibus pro aliquo tem-
pore eadem absolutio prudenter suspenditur, vt in-
terim aliquid faciant, ad quod tenentur, & quod
alijs sæpius promiserunt, & nunquam impleuerunt:
ita & est neganda iis, quos non penitet præterita
negligentia in addiscendis rebus fidei, & qui non
promittunt, vel non curant maiorem diligentiam
adhibere in profertur, & facere id, quod possunt, vt
illas discant; & interim est differenda, & suspen-
denda, vt interim discant, si habent, qui doceat, &
non sunt ita hebetes, vt non possint discere, si velint
animus, & studium aliquod applicare. Et denique
etiam debent ipsimet Confessarij illos instruere, si
commodè possunt pro loci, & temporis opportuni-
tate, & pro captu ipsorum discendum; sicut & de-
bent instruere de alijs, quæ vident ab ipsis ignora-
ri; & tamen spectant ad eorum salutem. Sed bene
addunt Azor. & Sanchez *locis citatis, in praxi*, vel
nunquam, vel solum rarissime esse denegandum ab-
solutionem pro ignorantia rerum fidei, cum rustici
facile exeulerentur ex defectu Doctoris, & Magistri,
qui doceat, & ex propria hebetudine, & eorum igno-

rantia facile sit inuincibilis, & vacet culpa, quan-
tum est de iis, quæ sunt credenda de necessitate præ-
cepti; & necessitas medijs pro mysterio Trinitatis, &
Incarnationis, facile possit suppleri per Confessa-
rium, si in ipso actu confessionis, & ante absolutio-
nem actualiter instruat huiusmodi rusticos pro eli-
ciendo interiore assensu actuali circa illa mysteria,
cumque faciat actualiter elici, & simul inducat præ-
parationem animi ad illa, & alia semper credenda,
quando fuerint in posterum propofita, & explicata,
vt *suprà* diximus *disput. 7. num. 4.* ex eodem Sanch.
cod. cap. 3. num. 18. cum præsertim fides horum my-
steriorum possit sufficere etiam in voto, quando non
potest haberi in re, vt etiam diximus *disputat. 5.
num. 18. & seqq.* ex Suario *disput. 12. de fide, si d. 4.
num. 18.* Quod totum specialiter Confessarius debet
facere cum iis, qui sunt in articulo mortis, vel graui
morbo laborant: nam in tali casu, ne defatigetur,
& morbus illis augatur, satis est, si solum iuuentur
ad huiusmodi actus, qui sunt de necessitate medijs, vt
subdit Sanchez *num. 23.*

21. *Qualis in-
struendio
necessarius pro
baptizando
adulto etiam
rudi, & un-
quam habet.*
Neque est eadem ratio de Sacramento Pœnitentia-
e, si sit conferendum fideli ignoranti res fidei, &
de Sacramento Baptismi, si sit conferendum infideli:
nam hic per susceptionem Baptismi obligat se ad
profitendam, & seruandam perpetuò totam fidem,
& ad omnes obligationes semper implendas: & idè
diligentiùs est instruendus; & grauis iniuria illi fie-
ret, si non sufficienter instrueretur de omnibus, tam
credendis, quam agendis, vel saltem de iis, quæ sunt
magis præcipua, & magis difficilia; & postea facile
posset conueniri de ministris Ecclesie, & de Prædi-
catoribus fidei, tanquam de deceptoribus; & inde
obtenere causam, vel occasionem recedendi a fide,
tanquam suscepta inuoluntariè, id est, ex deceptio-
ne, & per errorem. Vnde & Christus, *Matth. ult.*
præcepit Apostolis, vt non conferrent Baptismum,
nisi postquam docuissent, quæ essent credenda, &
quæ agenda: *Euantes docete omnes Gentes, baptizantes
eos, &c. Docentes eos seruari omnia;* &c. Et S. Thom.
3. part. quæst. 71. art. 1. ex professo docet, quod ante
Baptismum debet præcedere Catechismus, idque
in adultis est de iure ipso natura, vt notat Suarez
in Comment. ad illum articulum, tom. 3. in 3. partem; &
semper in Ecclesia sic fuit seruatum ex traditione
ipsa Apostolorum, vt notat Sor. *in 4. disp. 6. quæst. 2.
art. 1.* ex Sancto Dion. *cap. 1. & 2. de ecclesiast. hierar.*
& sic præcipitur semper seruari, *cap. Ante Bap-
tismum, cap. Ante viginti dies.* & *cap. Baptizandos, de
consec. dist. 4.* Et mortaliter peccaret, qui adultum
baptizaret non sufficienter instructum, vt notat
Rodr. *in Summ. part. 1. cap. 27. n. 3.* & ex illo Sanch.
lib. 2. in Decal. cap. 3. num. 24. id est, qui saltem non
caperet grosso modo, & secundum substantiam arti-
culos fidei; & qui non posset de illis respondere in-
terroganti, & præcipuè circa illos, qui sunt de neces-
sitate medijs, vt est mysterium Trinitatis, & Incar-
nationis, Crucifixionis, & Resurrectionis, & præ-
terea qui non caperet Præcepta Decalogi, vt subdit
Sanchez *ibidem*, nisi fortè esset tam rudis, & tam
obliuiosus, vt neque etiam iterum, ac sæpiùs à ma-
gistro doctus posset terminos retinere, quos respon-
deret interroganti; vel nisi esset in articulo mortis,
neque esset tempus pro longiore doctrina: in quibus
casibus, ex eodem Sanchez *ibidem*, posset sufficere, si
iuuaretur ad aliquem assensum actualem, & ad vo-
luntarem, & votum credendi omnia, vt *suprà* dixi-
mus *num. præcedenti*, de homine rustico, maxime ru-
di, non repellendo à Sacramento absolutionis, & iu-
uando, quantum potest, pro notitia fidei. Et hoc mo-
do ante aliquot dies fuit responsum hic Romæ à plu-

ribus viris doctis, dū ex parte aliquorū, qui ad fidem propagandam missi erant ad infideles, fuit quæsitum, vtrum possent pro faciliore prædicatione, & infidelium conversione, proponere illis primò ex iis articulis, qui ad Christum pertinent, solum Incarnationem, & Natiuitatem ex Virgine, & Ascensionem in cælum, prætermittenda pro nunc Passione, Crucifixione, & Resurrectione; eamque postea prædicationi adiungere, quando iam essent baptizati, & ad fidem benè affecti: fuit enim responsum, id non debere, nec posse fieri, propter rationem iam dictam, ne ex hac præteritione articulorum tam difficilium, sumerent postea occasionem apostatandi à fide, & conuertiendi de Prædicatoribus, tanquam de deceptoribus: & quia de necessitate medijs credendus est Christus, vt Redemptor, & crucifixus; & hic publicè, & palam est prædicandus, vt Dei virtus, & sapientia; quanuis Iudæis sit scandalum, & Gentibus stultitia, vt patet ex Sancto Paulo 1. Corinth. cap. 1. qui etiam cap. 15. hunc ipsum ordinem ait seruatum fuisse à se in suis prædicationibus, vt inter primos articulos proponeret Passionem, & Mortem Christi; & statim subiungeret Resurrectionem: *Nos vobis facio Euangelium, quæ rationis prædicationem vobis, si tenetis: tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas; & quia sepultus est; & quia resurrexit tertia die, &c.* Et idèd hic etiam ordo seruandus est ab alijs Prædicatoribus.

DISPUTATIO IX.

Vtrum præterea omnes fideles teneantur scire aliquid aliud, præter articulos fidei.

1. Oratio Dominica est scienda memoriter.
2. Sed magis est tenenda memoria rerum, quam verborum.
3. Sunt tamen retinenda memoriter etiam verba.
4. Saltem sub culpa veniali.
5. Et parum refert, quo idiomate teneantur.
6. Non est certa obligatio recitandi Orationem Dominicam certis temporibus.
7. Etiam Saluatio angelica est tenenda memoriter sub culpa veniali.
8. Præcepta Decalogi, & Præcepta Ecclesie sunt scienda ab omnibus sub mortali.
9. Et idem est de alijs præceptis, quæ pertinent ad statum, aut officium vniuscuiusque.
10. Sufficit tamen, si sciatur secundum substantiam.
11. Sed non sufficit, si sciatur solum implicitè, & vt contenta in principijs vniuersalissimis, vel in solis præceptis charitatis.
12. Quomodo principia, & præcepta dilectionis, & charitatis dicantur esse plenitudo, & adimpletio totius legis.
13. Opera misericordie quomodo sint scienda ab vnoquoque fidelium.

VOMODO fideles teneantur scire ea, quæ reducuntur ad articulos fidei, vt sunt immortalitas animæ, communicatio honorum gratiæ, Sacramenta Ecclesie, & similia, iam explicauimus supra, disputat. 7. hoc autem loco solium agimus de alijs, quæ sunt magis disparata, & potius pertinent ad alias virtutes, quam ad fidem, vt est, verbi gratia, Oratio Dominica, Sa-

lutatio angelica, Præcepta Decalogi, Præcepta Ecclesie, & opera misericordie.

Et quidem pro Oratione Dominica, quod omnes fideles teneantur illam scire, facit Sylu. Ang. Tab. Armilla verbo, *sciencia*, Nauar. in *Man. cap. 1. num. 2.2. §. Septimò peccat. & tract. de oratione, cap. 3. num. 20. & cap. 20. num. 20.* Palud. in 4. dist. 15. *quæst. 5.* Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 13. n. 10.* Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 7. quæst. 5.* Suar. de *fide, disp. 1. 3. sect. 4. num. 12. & sect. 5. num. 8. & tom. 2. de relig. lib. 3. de oratione vocali, cap. 6. n. 8.* Ludou. Beia. in *suis casibus conscientia, part. 3. cap. 27.* & apud Barbosam in *remissionibus ad Tridentinum, sess. 24. cap. 4. de reformat. in fine Franc. Penna in Directorium Inquisitorum, part. 1. com. 20. & alij: & ex Concilijs plurimum facit Concilium Toletanum IV. cap. 9. tom. 2. *Concl. pag. mibi 1001. col. 1.* vbi expressè dicitur, quod Orationem Dominicam Christus instituit, & præcepit: & Concilium Foroiulienfè tom. 3. *pag. mibi 408.* vbi eodem modo præcipitur de Symbolo, & de Oratione Dominica in hæc verba: *Symbolum verò, & Orationem Dominicam omnis Christianus memoriter sciatur: quia sine hac benedictione nullus potest in cælorum regno percipere portionem.* Et Concilium Rhemenfè cap. 2. *cod. tom. 3. pag. 468. col. 1.* omnibus præcipit, vt Orationem, quam Dominus noster Iesus Christus Discipulos suos orare docuit, verbis discant, & sensu benè intelligant: quia illam ignorare nulli Christiano licet. Et Concilium Moguntiacum cap. 45. eodem tom. 3. *pag. 466.* *Symbolum*, inquit, & *Orationem Dominicam discere semper admoventur Sacerdotes populum Christianum, volumusque, vt disciplinam condignam habeant, qui hæc discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendentur.* Et specialiter pro patrinis, qui filios in Baptismo suscipiunt, facit cap. *Nos ante omnia, de consecr. dist. 4.* vbi præcipitur, vt Symbolum, & Orationem Dominicam & ipsi teneant, & illis, quos susceperunt de sacro Fonte, ostendant. Et quia hoc decretum est desumptum ex Sancto Augustino *serm. 215. de tempore*, magni est faciendæ ratio, quam ibi subdit Sanctus Augustinus: *Nam, inquit, nescio qua fronte se Christianum dicat, qui paucos versus in Symbolo, vel Oratione Dominica parare distulit.* & sermone sequenti 216. *Ille, inquit, bonus Christianus est, qui Symbolum, & Orationem Dominicam memoriter tenet.* Et generaliter, quod Oratio Dominica ab omnibus sit oranda ex præcepto, videtur clarè haberi ex tertia parte Missæ, vbi Sacerdos omnes monet, vt illam recitent: *Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati*, quia, scilicet, ipse Dominus Orationem illam instituit, & Apostolos eam orare præcepit, vt habet Guillel. Durandus in *Rationali diuin. Offic. cap. 43. n. 3. pag. mibi 123. col. 3.* Et ratio est: quia tam Symbolum, quam Oratio Dominica, sunt rudimenta; & principia Christianæ fidei ex Palud. in 4. dist. 15. *quæst. 5.* & Nauar. de *oratione, cap. 3. n. 20.* Et Oratio Dominica ex Tertulliano in *lib. de oratione*, & apud Maldonatum in *cap. 6. Math. n. 9.* in illam particulam, *scilicet*, meritò potest appellari Breuiarium Euangelij. Quod & videtur clarè colligi ex Sancto Augustino *serm. 215. & 216. de tempore, iam cit.* quod non possit quis Christianum se dicere, nec bonus Christianus sit, qui non teneat Symbolum, & Orationem Dominicam: & ex Concilio Rhemenfè *citato*, quod nulli Christiano liceat ignorare Orationem Dominicam: & ex cap. *Nos ante omnia, citato, de consecr. dist. 4.* quod patrinis docere debeant Orationem Dominicam eos, quos suscipiunt de Baptismo: si enim Christiani, quæ tales sunt, tenentur scire Orationem Dominicam, eamque*

1. Oratio Dominica est scienda memoriter.

2. Sed magis est tenenda memoria rerum, quam verborum.

3. Sunt tamen retinenda memoriter etiam verba.

debet doceri vnà cum Symbolo à primis annis, nec merentur appellationem Christiani, qui illam ignorant; omnino pertinet ad Christianam Doctrinam, & ad principia Christianæ fidei, etiam Oratio Dominica: & idèd etiam de illa est aliqua obligatio, quasi de iure naturæ, supposito huiusmodi statu Christiani hominis, vt notat Suar. *lib. 3. de oratione, cap. 6. n. 8. citat.* cum præfertim oratio; quæ petuntur, & impetrantur auxilia gratiæ; possit esse necessaria vnicuique, etiam à principio vsus rationis: & idèd à puericia sit vnusquisque docendus orare; nec tamen possit breuitas, & accommodatijs doceri pro omnibus necessitatibus, tam corporalibus, quam spiritualibus, quàm sit doceatur Orationem Dominicam, vt idem subdit.

Quod tamen diximus supra, *disput. 6. in fine*, de obligatione tenendi memoriter verba Symboli; quod ex communi sententia non sit ad mortale; sed solum ad venialesdem est dicendum etiam de obligatione tenendi memoriter verba Orationis Dominicæ: nam, quemadmodum satis est, si quis habeat memoriam rerum quoad articulos Symboli; eosque capiat, & mente retineat, quasi habitualiter secundum substantiam, & sit paratus eos reddere omni quærenti, vt supra diximus *disput. 8. num. 16.* ita est etiam, si quis habeat memoriam rerum quoad petitiones Orationis Dominicæ; & possit à Deo petere totum id, pro quo indiget eius opè, & gratia: & postea parum refert, siue in petendo vratur his ipsis verbis, siue alijs. Vnde neque Christus, neque Apostoli, quando leguntur orasse, leguntur vsi fuisse his ipsis verbis, vt notat Maldon. in *cap. 6. Math. n. 9. cit.* sed alijs, eundem sensum, & eandem voluntatem, aut petitionem exprimentibus, vt patet de Christo *Math. 16.* qui Passione instante non dixit signanter: *Fiat voluntas tua*, sed æquiuolenter: *Non, sicut ego volo; sed, sicut tu.* Et de Apostolis *Act. 1.* qui humiliter pro electione Sancti Marthie non orarunt signanter: *Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra.* sed solum æquiuolenter: *Ostende, quem elegeris.* Et solum in hoc sensu debent intelligi loca Conciliorum, quæ paulò antè citauimus, quod Orationem Dominicam Christus præcepit; quod sit tenenda memoriter; & quod sine illa nullus possit portionem percipere in regno cælorum; & quod nulli Christiano liceat eam ignorare, &c. Quanuis enim sint Concilia prouincialia, & quæ possint præceptum aliquod, aut declarationem facere pro tota Ecclesia, vt notat Suar. *lib. 3. de orat. cap. 7. n. 8. citato*: adhuc tamen si admittatur totum id, quod præcipitur, aut declarant, satis explicantur de ipsa substantia Orationis Dominicæ; non autem de verbis: & illam verè docuit, & præcepit Christus, dum præcepit orare; & illa ab omnibus est tenenda memoriter, eamque habitualiter ignorare nemini licet, &c. etfi aliquod eorum clariùs loquatur etiam de addiscendis memoriter verbis, vt Concilium Rhemenfè, quod expressè habet: *Orationem Dominicam verbis discant, & sensu benè intelligant.* illudque admittatur, non obstante quod sit dictum à Concilio solum prouinciali, solum probat, quod etiam de addiscendis verbis sit aliquod præceptum, & aliqua obligatio, saltem sub veniali, siue id sit ex iure communi scripto, siue ex consuetudine communiter inducta, vt vult Nauar. de *oratione, cap. 3. num. 20. & cap. 20. num. 20.* siue ex iure quasi naturali, supposito statu Christiani hominis, vt paulò antè diximus ex Suar. *lib. 3. de oratione, cap. 6. num. 8.* Atque ita solum facit contra Michaellem Medinam de *rebus in Deum fide, lib. 4. cap. 6. & contra alterum Medinam tract. de oratione, quæst. 10*

& aliquos alios, qui absolute negant omnem obligationem tenendi verba memoriter; eaque dicunt posse ignorari etiam ex quacunque incuria, & negligentia, sine omni culpa.

Hæc ipsa tamen obligatio ad verba memoriter addiscenda, & retinenda, vnde cuique proueniat, non est censenda de re graui, & ad culpam mortalem, quidquid aliqui dixerint, de quibus supra, *disput. 6. in fine.* Et quod dicitur in Concilio Foroiulienfè citato, quod sine Oratione Dominica nemo potest in regno cælorum portionem percipere, satis intelligitur, si illa ignoretur omnimodò, id est, non solum secundum verba; sed etiam secundum substantiam, & simpliciter ignoretur in hōdus orandi; vt iam diximus.

Quo verò idiomate sint tenenda huiusmodi verba Orationis Dominicæ, patet ex dictis supra, de verbis Symboli *disputat. 8. num. 15.* vt enim dicitur in Concilio Moguntiaco *cap. 45.* qui aliter non possunt, in sua lingua hæc dicant. Et certum est, quod obligationi perfectè satisfaciunt, tam is, qui tenet Latina lingua, quam is, qui vernacula, & materna.

Quod si querat, ad quem finem sit inducta hæc obligatio tenendi memoriter verba Orationis Dominicæ: cum nulla sit obligatio, neque ex præcepto ecclesiastico, aut diuino; neque ex consuetudine, eam orandi determinatè per hæc verba, vt probat Suar. *lib. 3. de oratione, cap. 6. citat. 9.* & idèd nullum sit tempus, quo possint dici omnes teneri ad *Pater noster*; sed vnusquisque ex prouta, & libera deuotione illud recitet, semel, aut sæpius in die, vel in hebdomada; & in Concilio Toletano IV. *cap. 9. cit.* solum de Sacerdotibus dicitur, quod eam debeant orare quotidie: & idèd si quis ex alijs eam non recitet, sed suis temporibus oret mentaliter, aut alijs verbis, & alijs precibus, nullus sit, qui eum damnet, etiam culpa venialis. Respondeo, fuisse inductam ad eum finem, vt omnes Christiani in promptu haberent certam formam orandi; & essent proximè constituti, quasi in actu primo ad eam orandam, quando vrgeret occasio, aut necessitas; & alia formula non occurreret: sic enim est inducta etiam obligatio tenendi memoriter verba Symboli, non vt certis vicibus, ac temporibus recitentur ab omnibus; sed vt omnes in promptu habeant certam formulam profitendi fidem, & respondendi de illa querentibus, si que verbis possint uti, quando alia non occurrunt, & volunt esse tuti ab omni periculo; & suspicione errandi circa res diuinissimas, & altissimas, vt supra diximus *disputat. 8. n. 16.*

Hæc ferè eadem sunt dicenda, etiam de obligatione tenendi memoriter Salutationem angelicam; est enim etiam hæc communiter inducta ex consuetudine inter fideles, & obligat etiam hæc ad culpam venialem, vt vult Nauar. de *oratione, cap. 3. n. 20. & cap. 20. n. 20.* ex Palud. in 4. dist. 15. *quæst. 5.* Et quanuis Concilia, & Doctores non eodem modo expriment obligationem de tenenda memoriter Salutatione angelica, quo expriment de Oratione Dominica; negari tamen non potest, quin etiam Saluatio angelica communiter habeatur inter rudimenta Christianæ vitæ, & pietatis; & qui illam ex incuria, & negligentia ignoret, communiter reputetur, vt valde negligens suæ salutis, & vt deficiens ab illa doctrina, quæ omnes Christianos maxime delect, & communiter habeatur ab omnibus; & consequenter damnetur, vt alicuius culpa reus, qui negligat Beatissimæ Virgini tam appositis verbis omnis gratiæ plenitudinem gratulari, eiusque opem, ac patrocinium pro omnibus, tam huius, quam alterius

4. Saltem sub culpa veniali.

5. Et parum refert, quo idiomate memoriter teneantur.

6. Non est certa obligatio recitandi Orationem Dominicam certis temporibus.

7. Etiam Saluatio angelica est tenenda memoriter sub culpa veniali.

vitæ indigentis implorare, quam certè credit, & plurimum posse apud Deum, vt Dei Matrem; & plurimum velle pro iuandis, & saluandis peccatoribus, vt eorum Patronam, & Matrem misericordiæ.

Et quauis etiam huius formulæ Beatissimam Virginem salutandi, & precandi certis vicibus; & certis temporibus, nulla sit obligatio; & confiteri eam salutandi ad pulsam campanam ter in die, solum sit ex deuotione, & tam possit impleri per Salutationem angelicam, quàm per aliam quancunque orationem, etiam mentaliter, & non vocaliter factam, vt notat Suar. lib. 3. de oratione, cap. 6. citato; n. 11. adhuc tamen Saluatio angelica est addiscenda memoriter, vt sit in promptu certa formula laudandi, & orandi Beatissimam Virginem, & eaque possit commodè vsurpari, quando alia non suppetit. Vnde & illam vix omittet sine culpa, qui ad pulsam campanam, illam omittet sine rationabili causa, cuiusque loco nihil aliud precù funderet, sed vel publice, alijs præberet materiam scandali, & perturbationis; vel priuatim inordinatè vacaret alicui alteri operationi, aut etiam otiositati, vt idem subdit.

8. Præcepta Decalogi, & Præcepta Ecclesiæ sunt tenenda ab omnibus sub mortali.

De Præceptis Decalogi, & Ecclesiæ, communis sententia est, quòd omnes fideles teneantur sub mortali ea scire, cum aliter ea non possunt obseruari. Ita Syllabus, verborum scientia, s. Secundus Ang. & Summisia eò. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 7. quæst. 5. Sayr. lib. 2. clau. reg. cap. 9. num. 31. Beia in suis casibus conscientia, part. 3. casu 27. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. num. 10. & alij apud ipsum.

9. Et idem est de alijs Præceptis, quæ pertinent ad statum, aut officium vniuscuiusque, vt iidem docent. Imò & ipsa ignorantia huiusmodi Præceptorum, si sit vincibilis, est de se peccatum mortale, etiam si ex illa non sequatur actualis transgressio Præceptorum, vt notat Sanctus Thomas 1. 2. quæst. 76. art. 1. & 2. & Thomistæ communiter apud Sayrum n. 31. citato, & nos alibi diximus lib. 2. de vitis, & peccatis in vniuersum, dispnt. 39. n. 20. pag. 477. Vnde, quauis aliquis ieiunet, verbis gratia, in Quadragesima, & confiteatur sacramentaliter, & communice in Paschate, & semel in anno, & Missæ interfuit diebus festis, & alia omnia faciat, quæ præcipiuntur Præceptis Ecclesiæ; adhuc tamen mortaliter peccat per ipsam formalem ignoracionem, quòd illa sint faciendæ ex obligatione præcepti, vt subdit idem Sayr. ex Ioseph Angles in suis floribus 2. Sent. dist. 22. quæst. 2. art. 2. diffie. 1. concl. 3. quia caret noticia, ad quam tenetur, & ratione huius carentiæ verè culpabilis, & voluntariæ, est in probabili periculo transgrediendi præcepta, etiam si de facto ex propria, & libera voluntate, vel ex aliquo huiusmodi accidente illa feruet. Et sic damnandi sunt peccati mortalis omnes Episcopi, Parochi, Confessarij, Iudices, Aduocati, Notarij, Medici, si ea ignorent, quæ scire tenentur ratione proprii status, & officij, quod exercent; neque sunt absoluedi, nisi curent ea discere, quantum possunt; vel nisi desistant ab exercitio, & munere, quod ex defectu scientiæ exercere non possunt, vt notat Beia casu 27. citato.

10. Sufficit tamè si sciatur scilicet substantiam.

Sed rectè addunt Authores citati, non esse necessarium, vt huiusmodi præcepta, siue Decalogi, siue Ecclesiæ, siue spectantia ad proprium officium, & munus cuiusque, teneantur memoriter sub iis verbis, eoque ordine, quo continentur in Catechismo puerorum; sed satis esse, si teneantur etiam ipsa secundum substantiam, & vnusquisque sciat, verbis gratia, non esse peierandum, non esse furandum, non occidendum, &c. & vt habet Michael Medina lib. 4. de rella in Deum fide, cap. 6. nullus est his temporibus tam rudis, & tam rusticus, qui vel ex educatione, vel

ex conuictu cum alijs Christianis, vel ex prædicatione hæc non sciat: & vt habet Azor. part. 1. lib. 8. cap. 7. quæst. 5. satis est, si vnusquisque interrogatus, an sit furandum, peierandum, adulterandum, occidendum, detrahendum, falsum testimonium contra aliquem profèrendum, & vtrùm hæc sint illicita, & peccata, respondeat de singulis, quòd sint peccata, & Christianis illicita; & si hoc modo etiam sciat Præcepta Ecclesiæ, & interrogatus, vtrùm Missa sit audienda diebus festis, & peccata sint confitenda semel in anno, & sit communicandum in Paschate, & ieiunandum in Quadragesima, & alijs præscriptis diebus, & decimæ sint soluendæ, similiter respondeat affirmatiuè, rectè potest dici, quòd sciat iusticienter etiam hæc; quauis verba, & ordinem minimè teneat. Et proportionaliter idem est dicendum etiam de alijs obligationibus, & præceptis, quæ magis specialiter pertinent ad statum cuiusque.

Quod verò propterea habet Michael Medina lib. 4. de rella in Deum fide, cap. 6. citato, satis esse, si Præcepta Decalogi sciatur solum implicitè, & in generali, in quantum continentur in illis duobus principijs vniuersalissimis, & lumine naturali notissimis: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. in quo continentur omnia præcepta negatiua secundæ Tabulæ; & Omnia, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. vt dicitur Matth. 7. & Luca 6. in quo continentur omnia præcepta affirmatiua: hoc, inquam, ex eo capite non placet Suar. dispnt. 13. de fide, sect. 4. num. 11. & ne vt probabile quidem illud admittit: quia hæc duo principia, cum pertineant solum ad proximum, non possunt esse sufficiens regula ad honestè operandum cum Deo; & cum pertineant solum ad materiam iustitiæ, non possunt esse regula ad operandum ex alijs virtutibus, verbis gratia, ad non fornicandum, ex virtute temperantiæ, vel ad agendum fortiter ex fortitudine: & cum præcipiant solum de actibus externis, non possunt esse regula pro internis; qui tamen etiam accepti per se, & prout separati ab externis, cadunt sub Præceptis Decalogi: & denique, quia si continentur aliquo modo in his duobus principijs alia omnia, vt vult Medina, continentur tam implicitè, & tam confusè, vt non possint sufficere communitè pro omnibus, etiam rusticis, & maximè rudibus, vt illos dirigant in omnibus suis operationibus, & circa quancunque materiam, circa quam dirigunt Præcepta Decalogi scita explicitè, & per se. Et negari non potest, quin hæc postrema ratio sit multum vrgens, & saltem propter illam opinio Medina sit minus probabilis, & Præcepta Decalogi sciri debeant sub mortali ab vnoquoque, etiam explicitè, & in se secundum substantiam, vt docent communiter alij omnes.

Neque obstat, quòd Christus ipse Matth. 7. cit. de illo ipso vnico principio vniuersalissimo: Omnia, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. statim subiungat: Hæc est enim lex, & Prophetæ. id est, summa eorum omnium, quæ in veteri Testamento continentur, qualia certè sunt Præcepta Decalogi: & Sanctus Paulus ad Romanos 13. etiam de proximi dilectione hoc idem asserat, quòd sit plenitudo totius legis, eisque rei eam reddat rationem: quia, Non adulterabis, inquit: Non occides: Non iuraberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum in lege, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur: & idè plenitudo legis est dilectio. Idque potest intelligi non solum pro ea parte, qua lex respicit proximum, & continet Præcepta secundæ Tabulæ, de quibus

11. Sed non sufficit, si sciatur solum implicitè, & in generali, & in principio vniuersalissimo, vel in sola præceptis charitati.

12. Quomodo principia, & præcepta dilectionis, & charitatis dicantur esse plenitudo, & adimpletio totius legis.

quibus ibi loquitur Sanctus Paulus: sed etiam pro alia, quæ respicit Deum, & continet Præcepta primæ Tabulæ, vt notat Tolet. in cap. 13. ad Roman. annot. 10. in quantum, scilicet, dilectio proximi, quando est propter Deum, principalius, & nobilissimè semper includit etiam dilectionem Dei iuxta commune pronuntiatum Aristotelicum: Propter quod vnusquodque tale, & illud magis: & propter quod amamus, & illud amicum magis, vt dicitur 1. Poster. tract. 5. & notat Maldon: in cap. 7. citat. S. Matth. in illa verba: Hæc est lex, & Prophetæ. & Cornel. à Lapide in illum locum ad Roman. 13. ex Sancto Augustino lib. 8. de Trin. cap. 8. Hæc, inquam, & similia non obstant contra commune doctrinam de Præceptis Decalogi tenendis ab vnoquoque per se, & explicitè: nam solum probant, quòd dilectio plurimum iuret ex parte voluntatis ad obseruationem totius legis: & si dilectio intus sit, facile ex illa, tanquam ex radice, omne aliud bonum existat, & omnis obseruatio mandatorum; & idè breue præceptum possit omnibus dari pro alijs præceptis cum Sancto Augustino tract. 7. in Epistolam 1. S. Iohannis, & apud Cornel. à Lapide loco citato, si dicamus: Dilige: & fac, quod vis. & cum Sancto Ioanne Euangelista apud Sanctum Hieronymum in cap. 6. ad Gal. Filii, dilige inuicem: quia præceptum Domini est. Et si solum hoc fiat, sufficit. & cum Sancto Greg. homil. 27. in Euangelia, possit dici: Omne mandatum de sola dilectione est: & omnia vnum præceptum sunt. Per hoc tamen non tollitur, quòd ex parte intellectus non sit necessaria etiam noticia aliorum præceptorum: imò, si diceremus, satis esse solum noticiam de diligendo Deo, & proximo, consequenter deberemus dicere, quòd potest satis esse etiam sola obseruatio horum duorum præceptorum, cum non possit esse maior obligatio obseruationis, quàm sit obligatio notitiæ; & impossibile sit, vt ea præcepta sint debita obseruari specialiter, & in se, quæ non sunt debita sciri, nisi generaliter, & in alio: hoc autem si dicamus, manifestè incidimus in antiquam hæresim Marcionis, quam refert Orig. dial. 2. contra Marcionem, & apud Tol. annot. 1. in cap. 13. ad Roman. quòd tota lex vetus, etiam quoad Præcepta Decalogi, prorsus cessarit, & sit quasi transfusa in solum præceptum, & legem dilectionis, & charitatis, de qua dicit Apostolus, quòd sit plenitudo legis: & Sanctus Greg. quòd omnia vnum præceptum sunt. Et contra, si ad vitandam hanc hæresim tenemur dicere, quòd præter duo præcepta charitatis, adhuc vigent Præcepta Decalogi, & moralia, & etiam illa sunt necessariò obseruanda à fidelibus, quando occurrit illorum occasio; consequenter etiam tenemur dicere, quòd etiam illa sunt necessariò scienda ab vnoquoque specialiter, & explicitè in se ipsis; non autem solum generaliter, & implicitè in alio, id est, in principijs vniuersalissimis, vel in præceptis charitatis, vt vult Medina. Et quemadmodum pro articulis fidei, qui recensentur inter credibilia, quasi speculatiuè, non est satis sola notitia, quasi generica, & implicita in hoc alio articulo, quasi generico, vt credatur, quicquid credit Ecclesia, vt supra diximus de f. nat. 5. num. 21. sed requiritur pro vnoquoque notitia propria, & specifica, & explicita in se ipso: ita & pro Præceptis Decalogi, quæ recensentur inter operabilia, aut credibilia quasi practicè, non potest esse satis sola notitia generica, & implicita in alio, vt vult Medina; sed requiritur pro vnoquoque notitia propria, & specifica, & explicita in se ipso. Et quod asserit Sanctus Paulus: Qui diligit proximum, legem implet: & plenitudo, seu adimpletio, aut expletio legis, est dilectio, non significat,

quòd dilectio, aut impletio præcepti dilectionis sit formaliter impletio omnium aliorum præceptorum; hoc enim est manifestè falsum, vt notat Tol. annot. 10. in cap. 13. ad Roman. cum is, qui diligit, non hoc ipso formaliter honoret parentes, neque det cibum esurienti, aut potum sitienti; quæ sunt præcepta affirmatiua: neque hoc ipso formaliter non furetur, & non occidat; quæ sunt præcepta negatiua: & formaliter tunc solum implentur, quando habetur facultas, & occasio faciendi oppositum; illudque non fit, sed solum significat, quòd dilectio sit causaliter, & radicaliter impletio aliorum, in quantum qui diligit, habet in se principium, & causam seruandi cetera, & est proximè constitutus, quasi in actu primo, vt neque sit furaturus, neque occisurus, aut vllum aliud præceptum transgressurus, quando occasio se se obtulerit; sed omnia perfecte sit impleturus, cum charitas, & dilectio sit quasi radix omnium aliarum virtutum: vnde & dicitur 1. Corinth. 13. Charitas patiens est, benigna est, non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non irritatur, non cogitat malum, &c. & Christus Dominus Ioh. 14. cum ait; seruaturum mandata, qui Deum dilexerit: Qui diligit me, mandata mea seruabit, cum præsertim dilectio, & charitas sit etiam finis omnis alterius præcepti, iuxta illud 1. ad Timot. 1. Imitis præcepti, charitas, & maxime ad eum finem iubeamur, verbis gratia, non furari, & non occidere, vt charitatem, & dilectionem seruemus cum omnibus: & denique charitas modum præscribat bonè, & facile implendi omnia: si scilicet, omnia nostra in charitate fiant, vt dicitur 1. Cor. 6. & ex motiuo dilectionis, & charitatis ergà proximum, vel erga Deum abstinemus, verbis gratia, à furto, & homicidio: non autem ex impotentia, vel ex metu temporalis supplicij, vt notat Tolet. annot. 10. cit. quòd totum optimè explicat idem S. Greg. hom. 27. citat. in Euangelia, dum subdit: Præcepta ergo Dominica, & multa sunt, & vnum: multa per diligentiam operis; & vnum in radice dilectionis. Vt enim multi arboris rami ex vna radice procedunt: sic multe virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis.

Et idem est dicendum de illo vniuersalissimo principio: Quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. de quo Christus Dominus Matth. 7. absolute pronuntiat, quòd sit tota lex, & Prophetæ. Cum enim huiusmodi principium defumatur ex charitate, & ad illam pertineat, eadem ratione solum causaliter, non autem formaliter dicitur esse lex, & Prophetæ, in quantum, scilicet, est principium, ex quo potest regulari obseruatio totius legis.

Denique de operibus misericordiæ ex dictis patet, quid sit dicendum: neque enim tenentur omnes fideles sub iis verbis, eoque ordine illa scire, quo continentur in Doctrina Christiana, & in Catechismo puerorum: sed satis est, si sciatur in genere, quòd tenentur in aliquibus casibus sub mortali subuenire necessitatibus, tam corporalibus, quàm spiritualibus proximorum, vt notat Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 3. n. 10. & ex hac notitia possunt deinde in casibus particularibus, si fortè dubitent de obligatione sub mortali, consulere viros probos, & doctos; & ad illos pertinebit diiudicare vtrùm necessitas sit grauis, vel extrema; & vtrùm obliget, & sub quali, vel quanta culpa.

13. Opera misericordiæ quomodo sint scienda ab vnoquoque fidelium.

DISPUTATIO X.

Quomodo externa confessio sit actus fidei.

1. Virtutes, tam morales, quam theologicae, possunt habere aliquem actum externum.
2. Quomodo confessio sit actus externus fidei.
3. Quomodo confessio possit esse actus externus plurimum aliarum virtutum.
4. Martyrium potest esse actus externus plurimum virtutum.

1. Virtutes, tam morales, quam theologicae, possunt habere aliquem actum externum.

RATER actum internum, qui est credere, & assentiri rebus reuelatis propter solam auctoritatem Dei reuelantis, cuius actus naturam, & honestatem, & necessitatem hucusque explicauimus, habet fides etiam actum externum, de quo debemus agere in sequentibus: est enim id commune omnibus virtutibus, tam moralibus, quam theologicis, vt disponant, & inclinent sub propriis finibus, & motiuis, non solum ad operandum interius per voluntatem circa propria obiecta; sed etiam ad operandum exterius per alias potentias sub iisdem finibus, & motiuis, quando occurrit occasio, aut necessitas, vt, verbi gratia, temperantia ad volendum prosequi moderatè voluptates per ipsum sensum externum gustus, & tactus; & fortitudo ad volendum agere, & pati fortiter, & ad re ipsa exterius agendum fortiter, & fortiter patiendum, pro vt occasio tulerit, & praescriperit ratio; & sic de aliis: sed actus externi in virtutibus moralibus longè sunt notiores, & longè facilius assignantur, quam in virtutibus theologicis: siquidem in illis huiusmodi actus externi sunt obiecta materialia actuum internorum, vt patet in exemplis positis de temperantia, & fortitudine: in his vero non possunt esse obiecta, sed solum sunt effectus, aut signa, quae assumuntur ad illos exterius declarandos, & manifestandos, qui alioqui ex se satis habent, vt consumuntur solum interius. Et ratio disparitatis est: quia virtutes morales ex propria ratione perficiunt appetitum, in quantum in homine est principium naturale humanorum actuum, & est alterum ex duobus mouentibus, vt loquitur Aristoteles 3. de anima, tract. 48. & idè pro obiecto habent ipsas operationes externas, quae sunt obiectum appetitionum interiorum, & perfectio vltima appetitus, qui ex se non est aptus perfici solum interius; cum tamen virtutes theologicae perficiant potèntias supernaturaliter in ordine ad Deum, & vltimum finem; & potentiae, quas perficiunt, sint planè spirituales, & satis perficiantur per suas tendentias interiores in Deum; & idè ipsum Deum habent pro obiecto; non autem ex se postulent exterius perfici, vt patet in actibus fidei, spei, & charitatis, qui perfectissimi sunt per solos actus interiores intellectus, & voluntatis: & idè virtutes theologicae, si quos habent actus externos, solum habent tanquam effectus, quos produciunt ipsi actus interiores, aut tanquam signa, per quae se produciunt, vt, si quis, verbi gratia, ex Dei amore relinquat omnia, vel ex voluntate, & zelo fidei, & vt omnes Deo reuelanti fidem habeant, moueatur ad praedicandum omnibus Euangelium, vel ipse suum actum, & assensum internum exterius exprimat verbis, aut factis.

Et quoniam actus exteriores illius virtutis sunt

proprie actus, siue illa sit virtus moralis, siue theologica, ad vniuersum secundum suas species referuntur, vt docet S. Thom. 2. 2. quest. 3. art. 1. in corp. quomodo ieiunium, verbi gratia, secundum suam speciem, & essentialiter refertur ad finem abstinentiae, qui est domare, & compescere carnem; & eleemosyna ad finem misericordiae, qui est subleuare miseriam pauperis: hinc est, quod confessio fidei rectè assignetur, tanquam actus exterior ipsius fidei, cum essentialiter ordinetur, tanquam ad finem, ad id, quod est fidei, vt subdit Sanctus Thomas art. 1. cit. id est, vt fides Deo adhibeatur, non solum interius per actum mentis; sed etiam exterius significetur per verba, & per facta. Cum enim externa locutio essentialiter, & ex propria specie ordinetur ad id significandum, quod mente, & corde concipimus, conceptus ipse semper est idem, siue exterius exprimitur per locutionem, siue retineatur solum interius intra cor, vel intra mentem. Et quemadmodum in scientiis, ad eundem habitum spectat assensus alicuius conclusionis, & ab eodem obiecto specificatur, quando est voce expressus, ad quem spectat, & à quo specificatur, quando est sola mente conceptus; & expressio vocis solum est accidens, quod non mutat naturam actus: ita & in fide ad eundem habitum spectat, & ab eadem auctoritate diuina specificatur interna credulitas ad res reuelatas, quando est sola mente concepta, & externa expressio per voces, aut signa, quando credulitas manifestatur exterius. Et quemadmodum in scientiis enunciationes, & orationes vocales non accipiuntur quasi per se, vt contradistincta à mentalibus; sed quatenus illas includunt, & sunt ipsæmet enunciationes, & orationes mentales, vestitæ, & manifestatæ per voces, & per signa ad placitum: ita & confessio fidei non debet accipi, vt contradistincta à fide; sed quatenus illam includit, & est ipsa fides interna, manifestata exterius, siue per voces, siue per facta; & idè externa confessio rectè dicitur actus fidei externus.

Et idem est, si loquamur de fide, & de confessione fidei secundum esse morale, quod solum participant dependentèr à voluntate, vt supra diximus disputat. 3. num. 1. ex Sancto Thoma in 2. dist. 24. quest. 3. art. 2. Similiter enim voluntas consentiens fidem non accipitur quasi per se, & quasi excludens voluntatem credendi, & habendi actum fidei: sed contra semper accipitur, vt illam includens, vel saltem vt illam supponens, & secundum propriam speciem; & quatenus est circa tale obiectum in specie, verè fundat eandem honestatem, & refertur ad eundem finem, ad quem refertur voluntas credendi, vt loquitur Sanctus Thom. quest. 3. art. 1. cit. cum vtrique fundet honestatem credendi, & fidem habendi auctoritati diuinae; & hæc honestas sit planè eadem, siue fides sit habenda solum interius, siue etiam sit manifestanda exterius. Et hinc fit, vt confessio externa, etiam in genere moris, & secundum esse morale, sit actus fidei, cum sit ab eadem virtute fidei, & propter eandem honestatem; nec sit diuersitas, nisi accidentaliter per verba, aut signa, quae superueniunt, & manifestant actum internum.

Et quoniam ad eandem confessionem externam possunt concurrere plures aliae virtutes, tam theologicae, quam morales, pro vt vnusquisque potest moueri ex hoc, aut alio motiuo ad suam fidem manifestandam exterius: adhuc tamen rectè dicitur, quod confessio fidei absolutè sit actus fidei, cum ex propria specie, & obiecto specialiter fundet honestatem fidei: & communiter hoc motiuum in illa se habeat, vt eliciens, & per se; alia verò solum se habeat vt imperantia, vel per accidens. Nam, si quis

Quomodo confessio sit actus externus plurimum.

3. Quomodo confessio possit esse actus externus plurimum aliarum virtutum.

idè fidem confiteatur, quia intendit per talem actum confessionis placere Deo, quem lumè diligit, quod est motiuum charitatis; vel, quia sperat per illum actum consequi aeternam beatitudinem, quod est motiuum spei; vel, quia intendit parere Deo praecipienti, quod est motiuum obedientiae; vel talem cultum ei exhibere, quod est motiuum religionis; vel dicta, & signa conformare menti, quod est motiuum veracitatis; operabitur quidem ex his omnibus honestatibus, & virtutibus; & externa confessio poterit dici esse actus harum omnium virtutum; sed hæc omnes se habebunt solum vt imperantes, & quasi applicantes per actum imperij habitum fidei: & hic eliciet, & declarabit interius proprium actum, & operabitur ex honestate sibi peculiari, & propria, quæ est, vt diximus, vt fides adhibeatur Deo loquenti, & reuelanti; & vt exterius nos non pudeat, quod illi credamus, & idè fidem nostram liberè confiteamur, & declarem exterius. Et quia huiusmodi confessionem externam multæ difficultates, & timores malorum, quæ sæpè impendent, possent prohibere, & impedire; potest ad illam concurrere, tanquam causa per accidens, & tanquam remouens id, quod possent eam prohibere, etiam virtus fortitudinis, vt notat Sanctus Thom. 2. 2. quest. 3. art. 2. cit. ad 2. & hæc rectè dicitur solum concurrere, vt causa per accidens, iuxta ea, quæ dicuntur de huiusmodi causis per accidens ab Aristot. 8. Physicæ, 3. 2. cum concurrat reprimendo, & moderando timores, & erubescencias; & per hanc remotionem relinquat expeditum, & liberum ipsum habitum fidei, qui est principium, & causa per se: quanquam præterea potest concurrere etiam per proprium motiuum: vt, si quis ex eo motiuo fidem confiteatur, etiam instantibus quibuscunque periculis, & timoribus, quia honestum est constanter, & fortiter subire pericula, quando oportet pro bono fidei, vel cuiuscunque alterius virtutis.

Et hac ratione etiam martyrium, quod per antonomasiam est confessio, & testificatio fidei, potest dici esse actus charitatis religionis, obedientiae, fortitudinis, & plurimum aliarum virtutum, si ex illarum motiuis, & honestatibus eliciatur, aut imperetur, vt bene explicat Suarez tom. 3. in 3. part. disputat. 29. sect. 2. §. Potest tamen vltimè dubitari.

Idèque vt rectè intelligatur, tam de martyrio, quam de alia quacunque externa confessione, vel actu fidei, reducendum est in memoriam id, quod alibi diximus, dum ageremus de vitio, & peccatis in vniuersum, lib. 2. disputat. 2. n. 3. pag. 212. ex Sancto Thoma. & aliis actus externos aliarum potentiarum à voluntate non pertinere ad genus moris, nisi per accidens, seu per aliud, id est, ratione actuum interiorum ipsius voluntatis, per quos imperantur, & in quibus proprie, & per se reperitur libertas, & ipsa moralis bonitas, & malitia, vt etiam supra indicauimus hoc ipso libro, disputat. 3. num. 1. ex Sancto Thoma in 2. dist. 24. quest. 3. art. 2. Hinc enim fit, vt neque etiam habeant speciem in genere moris, nisi dependentèr ab iisdem actibus voluntatis: & idè vnus, idèque actus externus modò sit in vna specie, & modò in alia, pro vt imperatur ab hoc, vel illo actu voluntatis: imò, & modò sit in vna tantum specie, & modò in duplici, pro vt similiter imperatur modò tantum ab vno actu, & modò à duplici: nam, vt similiter diximus eodem lib. 2. de vitio, & peccatis, disputat. 20. num. 3. pag. 357. ex eodem Sancto Thoma. quest. 2. de malo, art. 6. ex circumstantia duplicis finis, qui potest intendi per duplicem actum voluntatis, potest contingere, vt idem actus externus sit in duplici specie: vt, si quis, verbi gratia, furetur

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

propter homicidium, vel propter simoniam, quantum intendit committere ex re aliena, quando per furtum illam acceperit; vel, si quis ieiunet, aut faciat eleemosynam, vt placeat Deo, vel vt satisfaciat peccatis: quia enim actus furti externus, & externa acceptio rei alienae imperatur à duplici voluntate, id est, à voluntate habendi rem alienam, & à voluntate committendi homicidium, aut simoniam, est in duplici specie peccati, id est, in specie facti, & in specie homicidij, aut simoniae: & quia externum ieiunium imperatur à voluntate abstinentiæ, ad carnem domandam, & à voluntate placendi Deo, vel satisfaciendi pro peccatis; est in duplici specie actus boni, id est, in specie abstinentiæ, & in specie charitatis, aut poenitentiae: quod idem est etiam de externa datione eleemosynæ, & de alio quocunque actu externo, siue virtutis, siue vitij. Et idè etiam externa confessio fidei, aut martyrium, rectè potest modò esse in vna tantum specie virtutis, verbi gratia, charitatis, aut religionis, si imperetur ex interno affectu, & actu charitatis, aut religionis; & modò in duplici, si imperetur ex duplici. Et cum hoc toto bene manet, quod absolute, & quantum est ex se, dicatur esse actus fidei, cum intrinsicè fundet honestatem fidei, & ad hanc referatur: sicut & ieiunium fundat honestatem abstinentiæ; & eleemosyna honestatem misericordiae, & ad eius finem refertur; quanuis præterea ab ipso operante possit referri ad finem charitatis, aut religionis, vt iam diximus: & eo ipso, quod sic refertur, & constituitur in ratione talis virtutis, potest cessare obligatio propria fidei: sicut & sæpè contingit in aliis præceptis affirmatiuis, vt occasio, & necessitas obseruandi vnum, tollatur, & cesset per obseruationem alterius: vt, verbi gratia, necessitas dandi eleemosynam ex præcepto misericordiae ad subleuandam miseriam extremè egentis, per impletionem voti ex præcepto religionis, si quis fortè fecit votum, de danda eleemosyna, eamque det ex voti obligatione eidem egenti, vt notat Suarez disputat. 14. de fide, sect. 3. num. 7.

DISPUTATIO XI.

Quomodo confessio fidei sit in præcepto.

1. Confessio fidei non est de necessitate mediæ.
2. Multipliciter est necessaria necessitate præcepti, tam humani, quam diuini.
3. De fide est, quod confessio fidei in aliquibus casibus sit in præcepto.
4. Quomodo faciat contra charitatem Dei, & proximi, qui fidem non consistit in certis casibus.
5. Qua regula possit cognosci, quod obliget confessio fidei.
6. Confessio fidei non est faciendâ, quando timesur perurbatio, & scandalum infidelium; & non speratur utilitas.
7. Obliget confessio fidei, quando Deo posituè subtrahitur debitus honor, & proximo debita utilitas, etiam nullo interrogante.
8. Et præcipue si honor sit debitus Deo, tanquam auctori fidei.
9. Confessio fidei per actum religionis regulatur à fide, solum materialiter est confessio fidei, & proprie non spectat ad fidem.

F V

1. Confessio fidei non est de necessitate medijs.

Multipliciter etiam de confessione, & de actu externo fidei, quomodo sit necessarius, certum est primò, quòd non est necessarius necessitate medijs; sicut est necessarius actus internus: nam, vt dicitur ad Roman. 10. *Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.* Et sensus est, quòd pro iustificatione, & acquisitione iustitiæ, & status gratiæ, non est per se necessaria oris confessio, & externa manifestatio internæ fidei: sed confessio solum est necessaria ad salutem, id est, ad æternam beatitudinem acquirendam, quæ supponit iustitiam iam acquisitã, & est illius perfectio, & consummatio, in quantum, scilicet, iustitia; & status gratiæ non potest conseruari, & perfici per æternam beatitudinem, sine fidei confessione; si occurrat illius necessitas, & obligatio ex præcepto, sicut nec potest conseruari, & perfici sine obseruatione aliorum mandatorum. Et ratio est: quia ad mentem, & animam coniungendam cum Deo, sicut requiritur ad iustificationem, per se loquendo, non requiritur vlla externa manifestatio, & declaratio huiusmodi conuentionis, quæ sit primò per fidem: sed satis est, si reuera interius sit conuenticio, cum Deus corda intueatur, & ipsas cogitationes peruideat; & externa manifestatio solum est propter homines, quibus non patent secreta cordium: & idèd non potest requiri simpliciter, & per se, tanquam medium, sed solum in casu, quo sit præcepta, & solum per accidens, vt remoueat prohibens, & non admittatur nouum peccatum, & nouus obex; quòd tamen solum probat necessitatem præcepti, vt supra diximus disputat. 4. num. 3. Atque hoc modò in susceptione Baptismi, quando fit ab adultis, requiritur ab Ecclesia externa professio, & confessio fidei; non, quia simpliciter sit necessaria ad substantiam, & validitatem Baptismi, qui est medium; & simpliciter necessarium ad iustitiam; sed, quia Ecclesia non vult conferre Baptismum, nisi sit certa, quantum potest moraliter, de fide suscipientis; & sic bene fundat, ac firmet suam vnitatem, quæ maximè consistit in vnitatem fidei, eiusque cõmunitate inter omnes fideles. Idque bene probat id, quòd habet Sanct. August. *lib. de fide, & Symbolo, in principio,* & apud Suar. *in defensione catholica fidei, lib. 6. cap. 9. num. 5. col. mibi 848.* vbi asserit, quòd fides à nobis exigit non solum officium cordis; sed etiam linguæ, & cordis exigit, propter iustitiam, propriam; linguæ verò, propter salutem proximorum, ad quam nitimur, dum ore profiteamur internam fidem, quam corde gestamus. Et clariùs *Serm. 81. de tempore, qui est 59. ex diuersis,* vbi asserit, quòd sine fide impossibile est placere Deo, & hanc agnoscit in cordibus, qui seruat renes, & corda: sed præterea cum fide cordis est necessaria oris confessio, vt conseruetur Ecclesiæ vnitatem: quia non aliter frater de fratre sentiret, nec pax Ecclesiæ seruetur, neque alius posset discere, quæ saluti sunt necessaria, nisi alius; quòd habet in corde, signis vocum ad aliorum corda transmitteret. Ex his autem verbis clarè habetur, quòd ex Sancto Augustino externa confessio non requiritur propter internam cuiusque iustitiam, & sanctitatem acquirendam; quo tamen modo requireretur, si esset de necessitate medijs; sed solum requiritur propter Ecclesiam, & propter homines, qui fidem internam non intuentur, & non aliter possunt de illa certiorari, nisi per voces, aut signa, vel facta externa.

2. Multipliciter est necessaria confessio.

tam positio, quàm naturali: nam ex præcepto positio humano, quòd habetur in Tridentino *sess. 24. cap. 1. & 12. de reformatione,* & *sess. 25. cap. 2. similiter de reformat.* catholicam fidem certâ verborum forma teneantur publicè profiteri, aut declarare, qui sunt promouendi ad Episcopatus, aut Cardinalatus, vel ad dignitates qualcumque ecclesiasticas, aut ad beneficia, curam animarum habentia, vel ad magistreria, aut doctoratus, & gradus quolcumque in Vniuersitatibus studiorum; & qui tenentur ad Horas canonicas, tenentur sæpiùs recitare Symbolum Apostolorum ex præscripto Breuiarij; & qui faciunt Sacrum certis diebus, tenentur alta voce, totòque populo audiente recitare Symbolum Nicænum, ex præscripto Missalis; & qui Baptismum recipiunt iam adulti, tenentur ex præscripto Ritualis similiter recitare Symbolum; & sic de alijs. Et ex præcepto positio diuino *Marci vlt.* qui per Orbem mittuntur ad prædicandum Euangelium, tenentur docere articulos fidei: & Parochi, & Curati tenentur docere Doctrinam Christianam, & explicare mysteria fidei ex Trident. *sess. 24. cap. 4. de reformat.* Et ex præcepto diuino naturali omnes tenentur fidem, & Christum non erubescere coram Principibus, & tyrannis, qui ex publica potestate de fide interrogant; & sic de alijs.

Sed missa in præsentia obligatione ex præcepto positio humano ad fidei confessionem, aut professionem faciendam, præscriptis verbis, vel per recitationem Symboli, de qua agemus *infra*; & missa obligatione ex præcepto positio diuino pro Apostolis, aut Prædicatoribus Euangelij, & pro Pastoribus animarum, de qua satis egimus *supra, disp. 8.* dum egimus de obligatione Superiorum ad docendos, & instruendos subditos de rebus fidei; solum agemus in præsentia de obligatione ex præcepto diuino naturali, & quasi connaturali ipsi fidei, vt illud appellat Suar. *in defensione catholica fidei, lib. 6. cap. 9. cit. n. 5.* quia tenentur omnes fideles fidem, & Christum non erubescere; sed confiteri publicè, & palam, coram Principibus, & publicis Potestatibus, quando de illa interrogant.

Atque, vt clariùs, & distinctius de illa agamus, distinguenda sunt in primis hæc tria cum eodem Suar. *cap. 9. cit. n. 2. & disput. 14. de fide, initio,* Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 17. initio,* & alijs communiter; confiteri fidem; negare fidem; & occultare fidem, seu fidem non confiteri. Nam secundum, id est, negare fidem, contrariè, & posituè apponitur confessioni fidei: tertium verò, id est, occultare, & non manifestare fidem, solum apponitur negatiuè, aut priuatiuè. Et quoniam in certis casibus omnia hæc possunt habere suas difficultates, vtrum sint in præcepto, singillatim agemus de vnoquoque: & primò incipiemus à præcepto confessionis, quòd est prius, & principalius, sicut & affirmatio est prior negatione, & vnum contrarium in Physicis est nobilius alio.

Et quòd confessio fidei in certis casibus sit in præcepto, neque liceat eam negare exterius ad vitandam quòdcumque periculum, etiam si corde retineatur; est certum de fide, vt notat Sanchez *lib. 2. in fo. fidei in Decalog. cap. 4. n. 1. Bannes 2. 2. quest. 3. art. 2. dub. 1. Valent. 2. 2. disput. 1. quest. 3. puncto 2.* & omnes communiter, contra antiquos Hæreticos Eliesitas, qui apud Eusebium Cæsariens. *lib. 6. Hist. eccles. cap. 28.* asseruerunt, licitum esse tempore persecutionum fidem celare, imò & verbo tenus negare; neque id esse peccatum, dummodo non negetur etiam corde, vt refert Castrus *lib. 10. aduersus hæreses, verbo, Act. 17. r. 11.*

3. De fide est, quòd confessio sit in aliquibus casibus sit in præcepto.

rius, hæresis 1. Et contra Priscillianistas, qui apud Sanctum Augustinum *lib. de hæresibus, cap. 70.* extimarunt, fas esse, etiam iuramento, suam fidem celare; & contra alios apud Valen. *quest. 3. puncto 2. cit.* qui hæc, & similia docuerunt quoad fidem non conficiendam, & quoad simulandam aliquam aliam sectam, aut falsam religionem. Sed, quauis reuera, qui fidem negant solum exterius, & verè interius illam retinent, nõ sint Hæretici, aut Pagani, vt notat Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 17. initio,* quia intellectu nihil credunt contra fidem, neque sint excommunicati in foro conscientia, vt notat Nauar. *in Man. cap. 11. n. 27.* & apud illum Sylu. *verbo, hæresis, quest. 9.* & Tabiena *verbo, Hæreticus, n. 2. & verbo, Apostasia, n. 3.* & fuse Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 7. n. 8.* Suar. *disputatio 1. 4. de fide, sect. 6. n. 4. & 5.* S. Antoninus *part. 2. tit. 18. cap. 2. & 6.* Toletus *lib. 4. cap. 4. n. 6.* & alij; & nos *infra* dicemus *disputat. 39. n. 4.* Contra Hæreticos tamen citatos, qui asserunt, id esse licitum, manifestè faciunt loca Scripturæ, tam veteris, quàm nouæ, dum asserunt, mendacium, & periurium esse intrinsecè mala. Sapientiæ 2. *01, quòd mentitur, occidit animam.* Et Exodi 20. *Non assumes nomen Dei in vanum: nec enim habebit infontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Dei frustra.* Et non esse eos timendos, qui occidunt corpus; sed eum, qui potest, & animam, & corpus perdere in gehennam. Et idèd eum, qui Christum confessus fuerit coram hominibus, certissimum esse debere, quòd Christus etiam confitebitur eum coram Patre suo: & contra, qui Christum negauerit, quòd etiam Christus eum negabit, vt dicitur *Matth. 10.* Et eum, qui voluerit Christum sequi, non debere crucem abiicere, aut fugere; sed sequi, & tollere: & qui voluerit animam suam saluam facere, non debere eam amare; sed perdere: & qui illam perdidit propter Christum, & propter Euangelium, saluam illam facturum. Et contra, qui de Christo, eiusque verbis, seu doctrina confusus fuerit, vel erubescerentiam senserit, & habuerit coram hominibus; etiam Christum confundendum esse de illo, & erubescerentiam habiturum, quando venerit in gloria Patris sui cum Angelis suis, sicut habetur *Matth. 10. & Luca 9.* Et cum hæc omnia clarè contineant comminationem æterni supplicij contra eos, qui Christum, eiusque fidem confessi non fuerint coram hominibus, clarè etiam continent obligationem, & præceptum de illo confitendo, & non negando: quòd etiam clarè explicat Sanctus Paulus *ad Romanos 10.* dum ad salutem non modò requirit fidem cordis, sed etiam confessionem oris. *Et si confitearis,* inquit, *in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus eum suscitauit à mortuis, saluus eris: corde enim creditur ad iustitiam, amore autem confessio fit ad salutem.* Idèd enim ex doctrina Sancti Pauli non potest quis saluus esse per solum fidem cordis, aut corde retentam; sed etiam indiget confessione oris, & per verba: quia, quemadmodum fides cordis est simpliciter necessaria ad iustificationem, & ad se constituendum in statu gratiæ; ita & oris confessio est necessaria ad talis status conseruationem, eiusque consummationem, & vltimam perfectionem per statum gloriæ; quòd tamen non esset, nisi esset pro certis casibus de necessitate præcepti.

Et hæc de causa *Act. 1.* specialiter dicuntur Apostoli fuisse electi, vt essent Christo testes in omni Iudæa, ac Ierusalem, & vsque ad vltimum terræ: quòd tamen testimonium non poterat esse, nisi per externam confessionem, & manifestationem sue fidei: & *Matth. 5.* ab eodem Christo pronuntiantur beati, si fuerint passi persecutionem pro

pter iustitiam, iisque homines maledixerint, & dixerint contra eos omne malum, &c. & Sanctus Petrus *cap. 3. 1.* Epistolæ: *Si quid patimini,* inquit, *propter iustitiam, beati: timorem autem eorum ne timeatis; & non conturbemini, parati semper ad satisfactionem omni poscentis vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe.* Cuius tamen spei substantia, & fundamentum, seu hypostasis, est ipsa fides, vt supra diximus ex Sancto Paulo *ad Hebr. 11.* Et certum est, quòd Sanctus Petrus, negando Christum tempore Passionis, peccauit grauissimè, vt habetur *cap. Non solum 11. quest. 3.* ex Sancto Augustino *tract. 66. in Iohan.* etiam si negarit ex metu, & solum negarit, quòd illum nollet, & quòd eius esset Discipulus; non autem quòd Christus esset Deus, & Dei Filius, vt ibi notat Sanctus Augustinus. Atque hoc exemplo semper Ecclesia eos habuit, tanquam infideles, & maximi criminis reos, qui fidem tempore persecutionum negassent, neque admisit ad Communionem; nisi post peractam grauem, & publicam penitentiam. De qua re multa habet Sanctus Cyprianus *in Sermone de lapsis, & pluribus epistolis lib. 1. 3. & 5.* & Sanctus Augustinus *lib. contra mendacium, per multa capita.*

Et confirmatur ratio ex Sancto Thoma 2. 2. *quest. 3. art. 2.* quia positio confessionis fidei sapè est necessaria ad finem charitatis, eique debet subordinari finis fidei, qui est coniunctio mentis cum prima Veritate, sicut subordinantur fines aliarum virtutum, & præceptorum: quæ de causa *ad Titum 1.* dicitur charitas esse finis præcepti. Quemadmodum ergo ipsa charitas, eiusque finis, qui est amor, & bonum Dei, & proximi, est necessaria, & præcepta iure diuino naturaliter & facit eodem iure esse præcepta etiam alia, quando ad ipsam sunt necessaria, & per consequens etiam fidei confessionem, quando ab illa notabiliter pendet bonum Dei, & proximi, vt certè pendet, quando quis à testestate, verbi gratia, publica, interrogatur de fide: nam tunc iudicium instituitur verè & propriè de ipsa fide, eiusque articulis reuelatis à Christo, vtrum sint vera; & de ipso Christo auctore fidei, vtrum sit prima Veritas, & fuerit verax in iis reuelandis: & qui immediatè interrogatur, rogatur vt testis, & siue neget, siue taceat, & testimonium non perhibeat veritati, maximam iniuriam, & maximum præiudicium facit Christo, cum eius dicta arguat falsitatis. eumque faciat auctorem mendacij, & planè mendacem, vt notat Suar. *in defensione fidei, lib. 6. cap. 9. num. 8.* vel certè non æstimet digna, quæ proferantur ad alios, eumque illorum pudeat, & tam fidem, quàm Christum vilescere faciat coram alijs; & sit in causa, vt multi ex pusillis scandalizentur; & non modò non instruantur, & animentur ad fidem recipiendam, retinendam, & defendendam; sed contra illam deserant, si iam erant illam amplexi; vel de nouo non amplectantur, si adhuc erant infideles; imò & contra fidem magis insultent: quæ certè omnia sunt manifestè contra bonum Dei, & proximi, & contra finem charitatis; quando est maximè debitus, & maximè obligat. Et quemadmodum in humanis maximè creditur contra amicitiam facere, qui amicum, eiusque amicitiam negat; quando de illa interrogatur, eiusque honor, aut vita, vel aliud quòdcumque maximum bonum periclitatur: ita & in diuinis maximè facit contra charitatem, qui de fidei veritate, & de Christi, & Dei veritate rogatus, non liberè eam prædicat, & non strenuè pro illa pugnat, eamque, vt inuis est, non pluris facit, quàm vitam ipsam, & bona cætera, quæcumque

4. Quomodo faciat contra charitatem Dei, & proximi, qui fidem non confitetur in certis casibus.

fiat: & cum hoc specialiter promiserit ipsi prima Veritati, & Deo, in ipsa prima susceptione Baptismi, & fidei; verè est proditor veritatis, & fidei, non solum quando fidem, & veritatem palam negat; sed etiam quando non liberè eam pronunciat, & non fiducialiter eam defendit, siue is sit Sacerdos, siue laicus, vt dicitur cap. Nolite timere. 11. quast. 3. ex Sancto Chrylo. vel Authore Imperfecti hom. 25. in Marti; cum verè agat contra debitam, & datam fidem, in quo consistit vera proditio.

Atque ex hoc colligitur optima regula ad iudicandum, quando obliget hoc præceptum de fidei confessione, cum certum sit, quod non obliget pro semper, vt pote præceptum affirmatiuum; sed solum pro certis casibus: nam vno verbo potest dici, quod tunc solum, & semper obliget, quando ita postulat finis charitatis, qui est bonum Dei, & proximi; id est, quando alioqui subtrahitur Deo, vt auctori fidei, debitus honor, vel subtrahitur vtilitas proximo similiter debita ex obligatione fidei. Ita expressè Sancto Thom. 2. 2. quast. 3. art. 2. Summissè communiter verbo, fides. Valent. 2. 2. disput. 1. quast. 3. puncto 2. Suar. in defensione fidei, lib. 6. cap. 9. num. 11. & disputat. 14. de fide, sect. 2. num. 4. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 4. num. 2. Azor. part. 1. Institut. moral. lib. 8. cap. 7. quast. 7. & omnes communiter. Vnde, si ex confessione, & prædicatione fidei solum imminet, & timeatur perturbatio, & scandalum infidelium; neque speretur vtilitas, neque vrgeat necessitas; non est laudabile in tali casu, fidem confiteri, vt loquitur Sanctus Thomas art. 2. cir. ad 3. quia id esset, sanctum dare canibus, & proicere margaritas ante porcos, qui deinde conuersi dirumperent nos, contra id, quod docemur ab ipso Christo Marti. 7. Et cum semper sine offensione esse debeamus Iudæis, & Gentibus, & Ecclesie Dei 1. ad Corinth. cap. 10. temerarium omnino esset, cum tali offensione confiteri fidem, vt notat Tolet. lib. 4. Summa, cap. 2. num. 3. & ex illo Suar. disput. 14. de fide, sect. 5. num. 2. & simpliciter esset vituperabile, vt loquuntur Summissè communiter verbo, Fides, & apud Suar. loco citato, & Sanchez lib. 2. cap. 4. citato, num. 3. Et certum videtur, quod potest etiam esse culpa mortalis, si quis temerè, & irrationabiliter præbeat infidelibus occasionem iniuste agendi, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. quast. 124. art. 1. ad 3. seque ipsum exponat periculo vitæ, imò & fidei amitendæ, & negandæ, si fortè animus in tormentis deficiat, & in pœnam commissæ temeritatis Deus subtrahat vberiora auxilia suæ gratiæ, vt notat Suar. num. 2. citat. ex Sancto Cypr. epistola 83. Vnde & cap. Sciscitaris. 7. quast. 1. expressè dicitur, quod persecutorum insidias debemus fugere, & vtrud eis prodire obuiam non debemus. Et in Concilio Elibertino, vel Elibertano cap. 60. tom. 1. Concil. pag. mibi 143. colum. 1. statuitur, vt non recipiatur in numero Martyrum, qui infidelium idola frugerit, cum id, neque in Euangelio sit scriptum, neque ab Apostolis vquam sit factum. Contra verò, si ex fidei occultatione, & non confessione, imminet subtrahitio honoris debiti Deo, vel vtilitatis debite proximo, modis iam explicatis num. 4. confitenda omnino est fides, & non occultanda, etiam cum periculo vitæ, vt patet ex dictis. Et in huiusmodi casibus, neque etiam est expectanda interrogatio, aut quæstio de fide, facta à tyranno; sed Dei honor, & causa fidei, & bonum proximorum est vindicandum, etiam nullo interrogante, aut querente: vt, si quis, verbi gratia, videat Christum,

51. Quia regalia posse cognoscere, quod obliget confessio fidei.

6. Confessio fidei non est facienda, quando timetur perturbatio, & scandalum infidelium; & non speratur vtilitas.

aut Christi Crucem, vel sacras Imagines ab infidelibus contumeliis affici, & male tractari in iniuriam fidei, quæ propterea apud infideles male audiret, & apud fideles non esset in ea firmitate, in qua deberet: tunc enim teneretur vniuersique fidelis se prodere, etiam nullo interrogante, & querente, & strenuè defendere causam Dei, & bonum fidei, vt notat Petr. de Arag. 2. 2. quast. 2. art. 2. dub. 2. post 2. conclusionem. Rodrigue in Summa, part. 1. cap. 119. num. 2. pag. mibi 160. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 4. num. 5. Et clarè colligitur ex Sancto Thoma 2. 2. quast. 3. art. 2. cir. qui absolute asserit, confessionem fidei esse de necessitate salutis in iis casibus, in quibus subtrahitur honor debitus Deo, & vtilitas debita proximis; neque requirit, vt quis de fide interrogetur, vel non interrogetur.

Sed, ne in his ipsis contingat deceptio, rectè addunt Auctores citati, Sanchez cap. 4. num. 4. & Suarez in defensione fidei, lib. 6. cap. 9. num. 9. & disputat. 14. de fide, sect. 2. n. 4. Valent. 2. 2. disput. 1. quast. 3. puncto 2. dub. 1. & 2. & alij, ad hoc, vt dicatur Deo subtrahi honor debitus ex non confessione fidei, non esse satis, si subtrahatur solum negatiuè, id est, si solum non exhibeatur, cum alioqui possit exhiberi; sed necessarium esse, vt subtrahatur contrariè, & non solum negatiuè non honoretur; sed etiam contraria ratione positiuè dehonoretur, id est, iniuria, vel ignominia afficiatur, tanquam mendax, vel notabiliter minuat de bona existimatione, quæ de illo, eiusque fide est habenda, vt certè accideret etiam per loquam erubescens, & taciturnitatem coram hominibus de fide interrogantibus. Et quod præterea habet Sanchez, & Valent. post etiam sufficere ad obligationem confessionis fidei, si honor Deo subtrahatur priuatiuè, id est, si magnus aliquis honor illi accresceret ex confessione, eoque priuatur ex non confessione; quauis alioqui non positiuè dehonoretur, nec minuat de bona illius existimatione: hoc, inquam, quod isti asserunt, ex eo capite non probat Suar. disput. 14. sect. 2. cir. num. 4. quia talis obligatio positiuè accrescendi honorem Deo, solum videtur posse prouenire ex charitate erga Deum; non autem ex præcepto fidei, de quo loquimur: & raro videtur posse contingere, nisi vrgeat simul necessitas proximorum, qui ad fidem conuertentur; & tamen remanent in sua infidelitate, vel in fide fluctuant, & vacillant, & fortè à fide in totum deficiunt, nisi ego, verbi gratia, fidenter confitear fidem meam, eoque instruam, & confirmem; & nisi vilescat existimatio Dei, de cuius magno honore tam parum curatur, etiam ab illis, qui profitentur, pro illo se velle mori.

Et idem est intelligendum etiam de subtrahenda vtilitate proximi: similiter enim ad obligationem confessionis fidei non est satis, si subtrahatur vtilitas proximo solum negatiuè, & solum illi non exhibeatur vtilitas; sed necessarium est, vt subtrahatur contrariè, & ex non confessione magnum damnum illi inferatur; vel ad summum, si subtrahatur priuatiuè, & magnum bonum non afferatur, cum alioqui afferri possit, & debeat, saltem ex obligatione charitatis, quæ potest imperare confessionem fidei.

Dixi verò præterea n. 5. confessionem fidei tunc obligare, quando honor subtrahitur Deo, vt auctori fidei, & quando subtrahitur vtilitas proximo, similiter debita ex obligatione fidei: quia tunc magis formaliter potest vrgeri obligatio fidei ad actum confessionis, vt notat Suar. disput. 14. sect. 2. cir. num. 7. circa medium, cum eius motuum magis apparer.

7. Obligatio confessio fidei, quando positiuè subtrahitur debitus honor, & proxima debita vtilitas, etiam nullo interrogante.

8. Et præcipue honor si debitus Deo, & vtilitas autem proximo.

appareat, & maxime impellat piam affectionem, & voluntatem credendi, quando Deo, & primæ veritati periculum imminet, ne reprobetur, verbi gratia, fallus, & mendax, & ne alij ab eius fide deficiant. Et contra, si honor, qui Deo subtrahitur, non sit illi formaliter debitus, vt auctori fidei; sed vt primo rerum principio, & supremo Domino, vel sub aliqua alia ratione, eiusque honoris iactura possit impediri, aut reparari per confessionem fidei, potest quidem hæc imperari, & fieri debita per virtutem religionis, aut charitatis, ad quam proprie pertinet honoratio, & bonum Dei sub illis rationibus; non tamen proprie erit debita ex præcepto, & virtute fidei; & qui illam omittet, proprie non peccabit contra fidem, sed solum contra religionem, aut charitatem; & qui omittit, verbi gratia, elemosinam, aut ieiunium, quando est illi debitum solum ex voto, solum peccat contra votum; non autem contra virtutem misericordie, aut abfincientie.

Et idem est, si loquamur de illa confessione fidei, quæ implicite, & virtualiter continetur in aliquo actu alterius virtutis, qui fit ex directione, & regula fidei, & quam Suar. disput. 14. sect. 2. cir. n. 2. appellat confessionem fidei, solum materiale, vt est, verbi gratia, gestatio Rosarij, auditio Sacri, adratio Eucharistiæ, aut sacrarum Imaginum, vel quid simile, quod non fit, nisi ab homine fidei ex directione, & dictamine fidei; & eo ipso, quod fit externis, declarat fidem internam, ex qua fit: similiter enim hæc confessio non est proprie actus fidei; neque fit ex præcepto, & obligatione fidei; sed est actus religionis, & ex solo præcepto religionis; & solum materialiter dicitur confessio fidei propter dictamen internam, à quo regulatur: & qui illam omittit, non peccat contra fidem, sed solum contra religionem, vt subdit Suar. num. 2. citato.

9. Confessio fidei per actum religionis regulatum à fide, solum materialiter est confessio fidei, & proprie non spectat ad fidem.

DISPUTATIO XII.

An, & quomodo confessio fidei specialiter sit in præcepto, quando quis priuatim, aut publicè interrogatur de fide.

- 1. Pro fidei confitenda obligatione bene sunt expendenda circumstantia ex parte interrogantis, & modi interrogandi.
2. Qui nominatim interrogatur de fide à potestate publica, omni modo tenetur illem confiteri.
3. Quomodo ex illicita interrogatione tyranni oriatur obligatio confitendi fidem.
4. In tali casu non est licita equiuocatio.
5. Neque ratiocinatio, & silentium.
6. Etiam silentium aliquando potest esse virtualis, & tacita confessio fidei.
7. Et idem est, siue is, qui interrogat, sit proprius Princeps, & interroget ex potestate, siue non.
8. Potest aliquando obligare confessio fidei, etiam quando quis interrogatur à persona priuata.
9. Quauis communiter interrogatio priuata potest contineri, & elidi per equiuocationem, vel per silentium.
10. Si tyrannus solum generaliter, non autem nominatim, & particulariter interroget de fide, communiter non est obligatio respondendi per confessionem fidei.
11. Si quis interrogetur de fide, non ex odio fidei, sed persona, quomodo fides sit confitenda.
12. Si quis neget, se esse Christianum, usurpando vocabulum Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

- bulum solum pro gente, & natione, non autem pro secula; non peccat contra fidem.
13. Et idem est, si quis dicat, se esse Turcum, accipiendo vocabulum in eodem sensu.
14. Per se loquendo, nunquam licet negare, se esse Christianum; vel affirmare se esse Turcum, aut Iudæum, vel Hæreticum.
15. Si quis neget, se esse Clericum, Sacerdotem, Religiosum, non peccat contra fidem.
16. Secus verò, si neget, se esse Papistam.
17. Licetum est Religiosis, & Clericis, mutare habitum, dum transiunt per loca Hæreticorum.
18. Rogatus ab Hæreticis, verum se fecerit, vel audierit Sacrum; non peccat contra fidem, si neget.

Statuamus de certis casibus in particulari, in quibus obligat positiuè confessio fidei, specialiter agimus de illis, qui sunt frequentiores, & contingunt, quando quis à potestate publica, aut ab aliquo priuato interrogatur de fide. Et vniuersaliter pro his omnibus casibus bene sunt expendendæ omnes circumstantiæ: & ex illis est iudicandum, vtrum sit obligatio positiuè confitendi fidem, & bonum charitatis erga Deum, & proximum periclitetur; an verò possit licite occultari, & simulari, sine iactura, & detrimento fidei, & charitatis, vt notat Suar. disput. 14. de fide, sect. 3. num. 6. Et magis specialiter circa personam, quæ interrogat, potest considerari, vtrum sit persona publica, & habeat publicam potestatem, eamque saltem sibi usurpet, vt tyrannus; an verò sit persona priuata: & si sit publica, vtrum interroget publicè, & ex potestate; an verò priuatiuè: & vtrum sit superior, verbi gratia; Princeps illius, quem interrogat; an verò extraneus. Et si sit persona priuata, vtrum sit persona primaria, & magnæ existimationis, & auctoritatis propter diuitias, vel propter nobilitatem, vel propter scientiam, &c. an verò sit persona vulgaris, & vilis; nam ex his omnibus potest multum variari prudens iudicium de iactura fidei, & de obligatione illam confitendi.

Et similiter circa modum interrogandi potest considerari, vtrum interroget solum generationem; & iubeat, verbi gratia, solum in genere, vt Christiani, & fideles se prodant: an verò interroget speciatim, & nominatim hunc, vel illum; & vtrum id faciat ex odio fidei, an verò solum ex odio gentis, aut personæ, quam ex vocabulo religionis intendit detegere, & ex aliis causis intendit prosequi, vt inimicum.

Et dum interrogat aliquem, vtrum sit Christianus, verbi gratia, vel Papista, vtrum quærat de fide, & de religionem; an verò solum de natione, & de gente, vel etiam de factione, quæ fortè tunc vigeat inter aliquos Principes, & armis tractetur.

Et quidem, si persona, quæ interrogat de fide, sit publica, & fungatur publica potestate, quam vel habet de iure, vt Princeps legitimus; vel saltem de facto sibi usurpat, vt tyrannus; & interrogat publicè, & ex huiusmodi potestate, & speciatim, & nominatim hunc, aut illum; nemini potest esse dubium, quod fides sit confitenda; etiam cum quocumque periculo vitæ, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. quast. 3. art. 2. Sylu. & Summissis, verbo, fides. Valent. 2. 2. disput. 1. quast. 3. puncto 2. dub. 3. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 27. q. 1. Suar. disput. 14. de fide, sect. 3. n. 4. Sanchez lib. 2. in Decalog. c. 4. n. 6. & omnibus communiter: nã in hoc casu maxime vrget rationes allatæ disp. præced. n. 4. quod eundem periclitetur boni Dei, & proximi, qui est finis charitatis; & quod in iudiciis, & in quæstionibus ab huiusmodi potestate publica vocetur ipsa fides, & ipse

1. Pro fidei confitenda obligatione bene sunt expendenda circumstantia ex parte interrogantis, & modo interrogandi.

2. Qui nominatim interrogatur de fide à potestate publica, omni modo tenetur illam confiteri.

Christus, & Deus, qui est auctor fidei, & pro ipsius fidei veritate, & pro Christi, & Dei veracitate rogetur testimonium ferre is, qui immediate, & nominatim interrogatur de fide; & idem nemini potest esse dubium, quin teneatur pro illa ferre, & strenue, & fortiter respondere pro fide, eamque præferre etiam vitæ, & quibuscunque aliis bonis temporalibus.

Et quantum reueris, qui interrogat, per quantumque potestatem, quam habet, siue legitimam, siue usurpatam, non possit inducere obligationem ad actum fidei, & ad confessionem, quæ solum spectat ad ius diuinum, vel ad summum ad potestatem ecclesiasticam; bene tamen potest per actualem interrogationem, & quæstionem vltimè constituere, ac ponere casum, in quo ius ipsum diuinum, & naturale ad illam obligat: sicut & potest facere per huiusmodi interrogationem, vt bonum fidei, & finis charitatis multum periclitetur, vt ex se patet, & notat Suar. disputat. 1.4. de fide, sect. 3. n. 6. & 7.

Et in hoc casu, in quo ab aliquo exquiritur positua confessio, negant Doctores communiter, posse sufficere, si is, qui interrogatur, negatiuè se habeat, & fidem neque confiteatur, neque neget, sed eludat interrogationem per aliquam responsionem æquiuocam; vel elidat per taciturnitatem, & per silentium: & idem dicunt, quod tam æquiuocatio, quam silentium potest esse peccatum mortale contra præceptum confessionis fidei, quando illa posituè est necessaria propter bonum Dei, aut proximi, vt dicitur apud Azor. part. 1. lib. 8. cap. 27. quest. 1. & apud Bannes 2. 2. quest. 3. art. 2. dub. 1. concl. 3. & apud Sanchez cap. 4. citato, n. 6. & apud Suar. sect. 3. n. 7. Nam, quantum æquiuocatio, per se loquendo, non sit illicita, siue exercetur sensibilibiter per verba multiplicis significationis, quæ appellatur æquiuocatio sensibilibis; siue insensibilibiter, per aliquid aliud mente retentum, & non expressum per verba, quæ appellatur æquiuocatio insensibilis, aut mentalis, eamque in diuersis occasionibus usurpant etiam Sancti Viri, & reuera neque continetur mendacium, neque dolum ad fallendum alterum, sed solum contineat permissionem, vt ille fallatur ex se, dum accipit responsionem in alio sensu, quam verè dicitur, & dum non est obligatio eum docendi, eiusque errorem impediendi, aut tollendi; potest tamen esse illicita ex circumstantiis: & talis est in casu præsentis, quando ex illa sequitur scandalum aliorum, & iactura boni diuini, & bonæ existimationis fidei, vt notat Suarez num. 7. citato. Et reuera, quoad hæc incommoda, perinde est, quod quis tyranno obediat, & fidem neget; & quod à tyranno, & aliis existimetur obedisse, & fidem negasse. Atque has ob causas 2. Machab. cap. 6. Eleazarus, vir primarius, & senex nonagenarius, maluit mori, quam simulare ad amicorum suasionem, quod manducaret de carnibus sacrificij, sicut Rex imperabat, manducando reuera alias carnes, quibus vesci licebat: Non enim inquit, atati nostra dignum est, fingere: vt multi adolescentium, arbitantes, Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum; & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vita tempus decipiantur; & per hoc maculam, atque execrationem meam senectuti conquiram. Nam, si in præsentis tempore supplicis hominum eripiar: sed manum Omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vitæ excedendo, senectute quidem dignus apparebo: adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro grauissimis, ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar.

Et idem est de taciturnitate, & de silentio, quod similiter non est licitum, si ex circumstantiis acci-

piatur, tanquam negatio fidei, & tanquam proueniens ex metu mortis, quam tyrannus minatur, & cui non præfertur, vt debet, confessio fidei.

Secus verò, si ex circumstantiis accipiatur tanquam contemptus tyranni, & is, qui nihil respondet ad eius quæstionem, nutibus, aut gestu corporis simul ostendat, se nihili eam facere, & prorsus reputare indignum responsione, & sequi in fide esse constantem: nam sine dubio huiusmodi silentium in talibus circumstantiis esset sufficiens confessio fidei; quantum tacita, & virtualis, vt subdit Suar. sect. 3. n. 7. cit. in fine; & verè proueniret exterius ex ipsa fide seruata interius. Quo etiam modo Christus ipse, & Sancti Viri ad tyrannorum quæstiones leguntur sæpius tacuisse: nec tamen propterea crediti sunt eorum minas extimuisse, aut illis paruisse.

Atque ex hoc, quod tota necessitas posituè confitendi fidem, & non æquiuocandi, nec tacendi, solum prouenit ex circumstantiis, ratione quarum grauis iniuria fit ipsi fidei, eiusque auctori Christo, & Deo, & graue damnum spirituale fit proximis; rectè colligitur, quod parum refert, vtrum is, qui interrogat, sit verè Princeps, & Superiorum verò sit tyrannus, & principatum iniuste teneat; vel etiam sit plane extraneus; & vtrum in terrore publicè, & ex potestate, an verò priuatiim, & extra actum iudicij; dummodo enim ex eius interrogatione sequantur incommoda, & damna iam dicta, confitenda est fides, & non æquiuocandum, neque tacendum, vt notat Valent. 2. 2. disput. 1. quest. 3. par. 2. dubio 3. Bannes 2. 2. quest. 3. art. 2. dub. 1. concl. 3. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 27. quest. 1. Sanchez lib. 2. in Deum. cap. 4. cap. 6. Suar. disput. 1.4. de fide, sect. 3. n. 6. qui etiam addit, eandem ob causam parum referre, si persona interrogantis sit priuata; sed interroget publicè, & coram aliis, vel sit persona grauis, & magnæ auctoritatis, & interroget priuatiim: sed ita vt res tota sit diuulganda ad alios, & causa fidei sit passura eadem damna: obligat enim simpliciter præceptum de confessione fidei, vt etiam notant Valent. Azor. & Sanchez locis citatis.

Secus verò, si is, qui interrogat, non solum sit persona priuata, sed etiam vilis, aut vulgaris, & interroget secretè, vel priuatiim: quia tunc potest contemni illius interrogatio, & eludi per æquiuocationem, aut per silentium, vel etiam audacter responderi: Quid hoc interest tua? & quorūm hoc interrogas? Nec præterea censetur moraliter periclitari causa fidei, vt notat iidem Auctores, Bannes, Valent. Azor. Sanchez, Suar. locis citatis. Atque hoc modo prudenter tacuerunt, nec à viris doctis postea consultis, vilius culpæ fuerunt damnati plures Catholici, tam Religiosi, quam laici, dum in nauis simul essent, & ab Hæretico nescio quo interrogarentur gladio euaginato, vtrum essent Catholici, & iuberentur se prodere, & prodire in medium ab ipso mox trucidandi, vt refert Tabiena 2. de bo. fides, quest. vlt. & ex illo Sanchez lib. 1. cap. 4. n. 6. citato, & Suarez sect. 3. cit. num. 6. rectè enim silentio illo declararunt, se nihili facere illius verba, eumque, tanquam insanum, aut ebrium, reputare indignum responsione; nec propterea quicquam est diminutum apud alios, qui fortè aderant, de bona fidei existimatione.

Est verò præterea etiam attendendus modus interrogandi, vt bene iudicetur de obligatione confitendi fidem: quia ex Suarez disput. 1.4. sect. 3. n. 6. citato, si tyrannus solum generaliter quærat de fide, & præcipiat, verbi gratia, publico edicto, vt Catholici omnes se prodant; non solum non tenentur se prodere, qui sunt occulti, & particulariter vocari non possunt; sed simpliciter omnes possunt tacere, &

et per fugam, aut aliter se occultare: quia reuera per illam generalem quæstionem, nullus propriè interrogatur in particulari: & idem nullus tenetur particulariter respondere, vt etiam notat Tabiena verbo, fides, quest. vlt. cit. Verum hæc etiam res de quæstione, & interrogatione solum generali, prudenter est expendenda, & ex circumstantiis est iudicandum, vtrum fides per silentium, aut per æquiuocationem, etiam in tali casu patiatur iacturam: nam, si edictum generale particulariter, & personaliter præsentetur alicui, qui scitur esse Catholicus, & hic, si non responderet erubescere fidem, eamque negare; omnino sequuntur omnia incommoda superior explicata, ac proinde videtur teneri etiam ipse ad se prodendum, in quantum solum publicè confitendum. Et idem esset, si tyrannus coram pluribus interrogaret; aut quæret generaliter de fide; & aliquis adesset, qui esset cognitus, vt fidelis, & in eum specialiter esset directus, & intentio interrogantis, & aures, & oculi audientium, & distantium; & si taceret, communiter reputare deberet, erubescere Christum, & fidem negare: similiter enim hic teneretur respondere pro fide, non obstante quæstione, aut interrogatione solum generaliter facta: quia hæc ipsa ex circumstantiis esset quasi facta particulariter, & nominatim etiam huic.

Quod verò addit Suar. ead. sect. 3. n. 6. in fine, ex Sancto Thoma, lect. 3. in cap. 10. Sancti Ioannis, considerandum esse præterea, quæ intentio quis interroget alterum de sua fide: quia, si interroget, non ex odio fidei, sed ex odio tantum personæ, & vt delegat inimicum; omnino cessat obligatio respondendi pro fide: & qui hoc modo interrogatur sub vocabulo religionis, & fidei, tam potest se occultare sub hoc vocabulo, quam se occultaret sub alio quocunque hoc, inquam, totum non aliter videtur intelligendum, quam illud aliud, quod asserit Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 4. cit. num. 8. ex Bannes 2. 2. quest. 3. art. 2. dub. 1. concl. 4. & aliquibus aliis, quod aliquando vocabula formaliter importantia religionem, & fidem, vt, verbi gratia, vocabulum, & appellatio Christiani, Catholici, fidelis, & similia, non usurpantur sub hac significatione; sed solum materialiter pro gente, aut natione, certæ regionis, aut certæ fictionis, quæ fortè tunc viget inter aliquos Principes. Vnde hoc modo si quis à Turcis, verbi gratia, interrogetur, vtrum sit Christianus, intelligendo hoc nomine eos homines, cum quibus ipsis est publicum bellum; non autem cogitando, aut curando de fide, & de religione; verè non peccat contra fidem, si neget, se esse talem: sicut nec peccaret contra fidem, si negaret, se esse Italum, aut Hispanicum; & hæc nationes, aut gentes quærentur ab illo sub appellatione Christiani, vt etiam notat Azor. part. 1. lib. 8. cap. 27. quest. 1. in fine.

Non autem videtur intelligendum illud Suar. ij in hoc alio sensu, quod si tyrannus non ex odio fidei; sed ex odio personæ interrogat aliquem de fide, & verè ex odio, quod habet in illum, velit illum malè tractare, etiam in fide; cesset propterea in illo obligatio respondendi pro fide, eamque confitendi: nam sine dubio ex quocunque motu vocetur fides in quæstionem, semper pro illa ferendum est testimonium: neque hoc est illi negandum, sine quæstio instituitur ex cupiditate pecuniæ, & diuitiarum, vt sæpè faciebant tyranni; siue ex odio personæ, aut ex quocunque alio motu.

Et semper est attendenda intentio interrogantis, & bene videndum, in quo sensu usurpet vocabula, aliqui importantia religionem, & fidem, vt iam di-

ximus. Vnde, quemadmodum non peccat contra fidem dei confessionem, qui negat, se esse Christianum, Catholicum, aut fidem, quando hæc vocabula usurpantur, quatenus significant nationem, & gentem: ita nec peccat, qui asserit, se esse Turcam, aut alium huiusmodi hominem, vltimè similiter hæc vocabula, non provt important religionem, & sectam; sed provt important nationem, & gentem, vt notat Sanchez cap. 4. cit. n. 9.

Cum tamen aliqui certissimum sit, quod peccat mortaliter contra præceptum de fide non neganda, qui, siue interrogatus ab alio, siue non interrogatus, simpliciter neget, se esse Christianum, vel asserat, se esse Turcam, aut Iudæum, vel Hæreticum; & accipiat hæc vocabula, in quantum important religionem, & sectam, vt videre est apud Caietanum 2. 2. quest. 3. art. 2. dub. 1. Bannes ibidem Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 4. cit. n. 7. & 9. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 27. quest. 1. Layman. lib. 2. Theolog. moral. tract. 2. cap. 18. num. 3. & habetur in terminis hæc. Non solum, 11. quest. 3. ex Sancto Augustino tract. 1. §. ad cap. 18. Sancti Ioannis, vbi, Non solum, inquit, abnegat Christum, qui dicit, eum non esse Christum; sed ille etiam, qui cum sit negat se esse Christianum, Dominus enim non dixit Petro: Discipulum meum, te negabis, sed, Me negabis. Nequit ergo asserere, se negare esse eius Discipulum. Quid autem aliud ista modo, quam se negare esse Christianum?

Secus verò est, si quis neget, se esse Clericum, vel Sacerdotem, aut Religiosum: quantum enim de hoc rogetur ab Hæreticis ex intentione cogitandi, an sit Catholicus, & amplectatur fidem Romanam; non tamen peccat contra fidem, cum illa vocabula non important directe fidem, sed tantum peculiarem, vt notat Caiet. in Summa, verba, etiam sunt hæc. Azor. lib. 8. cap. 27. cit. quest. 2. Sanchez cap. 4. cit. num. 10. qui etiam rectè addit, aliter esse dicendum, si quis rogetur ab Hæreticis, an sit Papista, cum hoc vocabulum non sit alicuius certæ status; sed ipsius religionis, & sectæ Catholicæ: & in hoc sensu ab illis usurpatur, & idem idem sit, quod quis neget, se esse Papistam; & quod neget, se esse Catholicum.

Et vltimè n. 11. rectè colligit idem Sanchez ex Caiet. 2. 2. quest. 3. art. 2. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 27. quest. 4. & aliis, non peccare contra fidem eos Clericos, aut Religiosos, qui, dum transunt per loca Hæreticorum, deponunt proprios habitus, ne ab illis agnoscantur illius status, cuius sunt; non nec peccare peccato mendacij, quod ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 111. art. 1. potest committi etiam factis: quia solum intendunt occultare suum statum; non autem affirmare, aut persuadere statum falsum; & satis est ipsis, si Hæretici ignorent, quod sunt Clerici, aut Religiosi; neque curant, quod præterea decipiuntur, & posituè credant, quod sint laici, quod, certè est satis ad vitandum mendacium, ex eodem Sancto Thoma art. 1. citato, ad 4. Et idem est ex eodem Azor. quest. 2. si quis Sacerdos, aut Religiosus Breuiarium abiciat, & omittat Horas canonicas, ne agnoscat ab Hæreticis; & capite, aut vira periclitetur: non solum enim non peccat contra fidem, sed neque etiam contra præceptum de Horis canonicis, cum hæc præcepta non obligent cum graui periculo vitæ, & non recitandis Horas canonicas solum non se prodant Sacerdotem, aut Professum; non autem negent, se esse Catholicum, aut asserunt, vel profiteantur, se esse Hæreticum.

Et denique num. 12. etiam colligit ex Azor. quest. 2. citat. 1. non peccare contra fidem, si quis rogatus ab Hæreticis, vtrum fecerit, vel audierit Sacrum, cum mendacio id neget: quia factio, vel auditio

3. Quomodo ex illicita interrogatione tyranni oriatur obligatio confitendi fidem.

4. In tali casu non est licita æquiuocatio.

6. Etiam silentium aliquando potest esse virtualis, & tacita confessio fidei.

7. Et idem est sine is, qui interrogat, si proprius Princeps, & interroget ex potestate, siue sit.

8. Potest quando obligare confessio fidei, etiam quando quis interrogatur à persona priuata.

9. Quamquam communiter interrogatio priuata potest contemni, & eludi per æquiuocationem, vel per silentium.

10. Si tyrannus solum generaliter quærat, non tenentur se prodere, qui sunt occulti, & particulariter vocari non possunt.

14. Per se loquendo nunquam licet negare se esse Christianum, vel asserere se esse Turcam, aut Iudæum, vel Hæreticum.

15. Si quis neget, se esse Clericum, Sacerdotem, Religiosum, non peccat contra fidem.

16. Secus verò, si neget se esse Papistam.

17. Licetum est Religiosis, & Clericis mutare habitum, si transierint per loca Hæreticorum.

18. Rogatum ab Hæreticis, vtrum fecerit, Sacri,

vel audierit Sacri, non est fides; & ideo illam negare, non est Sacrum; non negare fidem: imò ex Nauar. conf. 10. n. 5; de Haer. lib. 3. pag. mibi 91. & Sanchez ibidem, licitum est coram Iudice heretico, exquirente sub iuramento, utrum quis fecerit Sacrum, vel audierit; negare simpliciter; & iurare, retinendo tamen mente hanc limitationem, ita vt teneatur id illi manifestare: sicut enim tale aliquid ex comitum sententia est licitum cum alio quouis Iudice non legitimo, & non legitime interrogante; ita & est licitum cum Iudice heretico: neque hinc sequitur vllum damnium, aut praedudium fidei, cum interrogatio de Sacri factione, vel auditione non sit interrogatio de fide.

DISPUTATIO XIII.

Verum fuga tempore persecutionis sit contra praeceptum confessionis fidei.

- 1. Rationes dubitandi, quod fuga in persecutione nunquam sit licita.
2. Tertullianus putauit, fugam in persecutione semper esse illicitam.
3. Secundum aliquos non debent omnes fugere tempore persecutionis.
4. Praesertim qui sunt iam comprehensi, & in manibus tyrannorum.
5. Vera resolutio.
6. De fide est, quod tempore persecutionis fuga sit licita.
7. Fuga in persecutione est quaedam confessio fidei, & quoddam martyrium.
8. Praeceptum fuga fuit datum Apostolis, & aliis omnibus pro certis casibus.
9. Fuga in persecutione nullam habet contrarietatem ad fidem.
10. Adulterius potest esse opus prudentiae, quod qui non inueniat inueniat tempore persecutionis.
11. Fuga in persecutione potest esse omnibus licita, neque solum aliquibus.
12. Fuga in persecutione potest esse licita etiam illis, qui iam sunt capti a tyranno, & detinentur in carcere.
13. Et aliquando etiam potest esse debita ex praecepto.
14. Qua regula possit cognosci, quod fuga, aut non fuga tempore persecutionis sit in praecepto.
15. Qui in fide non est bene firmus, & timet de se, non tenetur fugere.
16. Et dandum est illi consilium, ut fugiat.
17. Soluantur rationes dubitandi inuiso posite.
18. Soluantur rationes Tertulliani.
19. Si tempore persecutionis non possit aliter definiti, quis debeat fugere, & quis manere, forte his est dividenda.
20. Si persecutio sit specialiter contra Praelatum, licite potest fugere, dummodo maneant alij pro necessitatibus populi.
21. Episcopus licite abest a sua Ecclesia ex causa morbi, aut inimicitiae capitali.
22. Si nulli sint alij pro necessitatibus populi, non potest Praelatus fugere, etiamsi persecutio sit specialiter contra illum.
23. Et siue sit excitata ex causa fidei, siue ex quaerente alia, etiam merè temporali.
24. Si omnes fugiant, & nulli remaneant, qui Praelato indigeant, potest licite fugere etiam ipse. Secus vero si maneant.
25. Neque valet excusatio, quod velit se referre

- ad maiorem utilitatem Ecclesiae.
26. Si persecutio sit contra omnes Ecclesiasticos, non autem contra laicos, non possunt Ecclesiastici fugere.
27. Si persecutio sit etiam contra laicos, sed eos non omnes fugiant, debent cum illis manere etiam aliqui Ecclesiastici.

Ad maiorem utilitatem Ecclesiae.
26. Si persecutio sit contra omnes Ecclesiasticos, non autem contra laicos, non possunt Ecclesiastici fugere.
27. Si persecutio sit etiam contra laicos, sed eos non omnes fugiant, debent cum illis manere etiam aliqui Ecclesiastici.

Propter has, & similes rationes aliqui simpliciter affirmarunt, fugam in persecutione semper esse illicitam, vt Tertullianus in libro, quem scripsit de hac ipsa re, id est, de fuga in persecutione, quem librum in hoc totum lapsus est, vt probaret, persecutionem a tyranno non fieri sine Dei voluntate, & ideo non esse illi resistendum per fugam; & eum, qui fugit, fuga ipsa ostendere, quod nollet pati persecutionem propter iustitiam, & nollet tollere crucem suam post Christum, & nollet perdere in hac vita animam suam, vt in eternam eam custodiat: quae omnia sunt manifesta contra Euangelium: & similiter facere, atque fecerunt Apostoli tempore Passionis, qui Christo capti, & in iudicium, aut questionem a Iudaeis vocati, relicti eos, fugerunt: & similiter atque ille ex quadraginta Martyribus 9. Martij, qui cum omnes in stagno gelidissimo torquerentur, de stagno solus aufugit, & in balneo tepidum profiliuit; & plures alij, qui defecerunt in persecutionibus, & tormentis, & eo ipso defecerunt a confessione fidei, & a fide.

Aliqui vero asseruerunt, si fuga in persecutionibus possit aliquibus esse licita, non tamen potest esse licita omnibus; ita; scilicet, vt ex fidelibus nullus remaneat, qui fidem defendat coram tyranno; sed omnes aufugiant; & praecipue si contingat, vt fuga alicuius multum sit obfutura Ecclesiae, & mors e contra multum sit profutura propter exemplum animositatis; & fortitudinis: in tali enim casu specialiter fuga non potest illi non esse illicita, sicut & esset fuga illicita militi, si non ipsi tantum esset futura turpis, sed etiam aliis esset futura in ruinam, vt notat Mag. in 3. distinkt. 23. quest. 1. 2. in arg. contra 3. conclus. Et idem specialiter videtur dicendum de Praelatis, & Pastoribus animarum.

Ad maiorem utilitatem Ecclesiae.
26. Si persecutio sit contra omnes Ecclesiasticos, non autem contra laicos, non possunt Ecclesiastici fugere.
27. Si persecutio sit etiam contra laicos, sed eos non omnes fugiant, debent cum illis manere etiam aliqui Ecclesiastici.

Tertullianus putauit, fugam in persecutione semper esse illicitam.

Secundum aliquos non debent omnes fugere tempore persecutionis.

marum, qui si fugiant tempore persecutionis, & quando vident lupum venientem, conuincuntur non esse Pastores, sed mercenarij, ex regula ipsa, & ex verbis Christi Ioannis 10. & si nauem deserant tempore tempestatis, & quando est periculum naufragij conuincuntur non esse gubernatores, aut proreta, vt dicitur cap. Sciscitaris. 7. quest. 1. ex Nicolao Papa.

Alij denique asseruerunt, iis saltem non esse licitam fugam, qui a tyranno sunt iam comprehensi, & tenentur in vinculis, aut in carceribus pro causa fidei, vt patet ex Abulen. in cap. 10. S. Math. q. 1. 1. Sed breuiter contra hos omnes dicendum est, fugam in persecutione, per se loquendo, non esse illicitam, & in certis casibus esse licitam omnibus, etiam Praelatis, & Pastoribus animarum, etiam quando sunt comprehensi, & iam in manibus tyrannorum: imò aliquando de fuga dandum esse consilium, tanquam de re meliore, & melius esse, quod quis fugiat, quam quod non fugiat: & denique aliquando posse esse etiam in praecepto, & posse aliquem peccare grauius, si non fugiat.

Quod fuga, per se loquendo, non sit illicita tempore persecutionis, est certum de fide, vt notat Suarez disp. 1. 4. sect. 3. num. 9. quia, vt dicitur ex Nicolao Papa cap. Sciscitaris. 7. quest. 1. luce clarius constat, quod multi Prophetae, & Apostoli, & ipse Christus, suos persecutores fugerunt: nam Jacob Gen. 27. fugit Esau ex consilio matris Rebecca: & Moyses Exodi 2. fugit Pharaonem querentem eum occidere: & Dauid 1. Reg. 19. fugit Saulem, quando eum voluit configere lancea: & 2. Reg. 15. fugit Absalonem: & Elias 3. Reg. 19. fugit Achab: & S. Ioseph ab Angelo monitus Matth. 2. contra persecutionem Herodis volens is Christum occidere, & Innocentes mactantis, accepit puerum, & Matrem eius, & fugit in Aegyptum: & Christus ipse Luca 4. contra Iudaeos, volentes eum precipitare de supercilio montis, ibat transiens per medium illorum: & Ioan. 8. contra eosdem volentes eum lapidare, & abcondit se, & exiuit de templo: & cap. 11. quia cogitauerant eum interficere, non palam apud eos ambulauit, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitate, quae dicitur Ephraim: & de hoc ipso dedit licentiam, aut praeceptum etiam aliis Matth. 10. Cuius vos persequuntur in ciuitate ista, fugite in aliam. Et Sanctus Petrus Act. 22. cum in carcere secuetur vinculis catenis duabus, & custodiretur quatuordecim militum, ductu Angeli de illo exiuit. Et Sanctus Paulus Act. 9. cum a Graecis quateretur ad necem, ductus est a Fratribus in Caesarem, & in Tartum dimissus: & cum Damasci die, ac nocte custodirentur portae ciuitatis, vt eum caperent, a Fratribus per murum demissus est in sporta, & sic effugit eorum manus, vt habetur eodem cap. 9. & 2. Cor. cap. 11. in fine. Atque haec exempla secuti sunt postea etiam plures alij Viri Sanctissimi, vt Sanctus Athanasius, qui etiam scripsit Apologiam pro sua fuga: Sanctus Cyprianus, Sanctus Gregorius Nazianzenus, & alij. Vnde Sanctus Hieronymus de Scripturis ecclesiasticis, expressè ait, quod liber Tertulliani de fuga in persecutione, habet doctrinam repugnantem Ecclesiae, haustam ex noua prophetia sui Paracliti Montani: quod idem etiam habet Nicephorus lib. 4. historia, cap. 12. & lib. 10. cap. 8. & 16. & Orig. hom. 9. in librum Indicum, fugam in persecutione non solum ait esse licitam, sed etiam esse quendam fidei confessionem, in quantum, scilicet, ipsa fuga propter labores, & incommoditates, quas habet annexas, est quaedam portio martyrij, vt loquitur Suar. disput. 14. sect. 3. n. 9. & in quantum

4. Praesertim qui sunt iam comprehensi, & in manibus tyrannorum.

5. Vera resolutio.

6. De fide est, quod tempore persecutionis fuga sit licita.

7. Fuga in persecutione est quaedam confessio fidei, & quoddam martyrium.

exillum, quod per fugam sponte assumitur propter fidem, ex seipso est poena, & satis grauis: & qui in illo, & ex illo moritur, vere moritur ex causa fidei: quomodo etiam S. Anastasius in Apologia pro sua fuga, verissimè asserit, quod qui moritur fugiendo persecutores, non amittit coronam martyrij: & Sanctus Cyprianus in libro de lapsis, primam coronam victoriae, & primum gradum ad gloriam, ait, tribui debere martyrio; & secundam debere tribui fugae: & Sanctus Remigius apud S. Thomam in Catena, in cap. 10. S. Math. littera H, ait, quod fuga in persecutione est res magni meriti, cum per illam omnia deserantur propter Christum: & S. Nazianzenus in Oratione de laudibus Basilij, ex eo specialiter laudat eius parentem, quod fugerit in persecutione: & Oratione 1. in Iulianum, & alibi lapsus ex eodem capite laudat plures alios: quod tamen non esset, si fuga, quantum est ex se, non esset licita. Et ratio est, quia non potest ostendi, ex quo capite humani fuga, per se loquendo, sit mala: nam certum est, quod non sit mala, quia specialiter sit prohibita, cum nullum tale praeceptum in tota sacra Scriptura reperitur, quod illam prohibeat: imò, & exempla, & verba positae illam permittant, & iudicant, & praecipiant, vt paulò ante ostendimus: & illud praecipue Matth. 10. Cuius vos persequuntur in ciuitate ista, fugite in aliam. Neque enim hoc ad solos Apostolos dictum est, vt putauit Tertullianus in suo libro de fuga in persecutione; sed ad omnes, qui essent futuri propagatores, & defensores fidei: & si esset dictum ad solos Apostolos, adhuc ex illis posset fieri argumentum ad alios omnes, cum nulli possit, per se loquendo, esse illicitum, quod Apostolis fuit licitum ex Christi consilio, aut praecepto; si praesertim vgerent etiam pro aliis eadem rationes, & circumstantiae, quae pro Apostolis: quae tamen facillimè possunt vgerentur sine dubio, quod est dictum Apostolis, vt fugerent ex vna ciuitate in aliam, pertinuit ex parte ad eam prudentiam, quam paulò ante idem Christus eos docuerat: Mirro vos sicut oves, in medio luporum: estote ergo prudentes sicut serpentes. Caute autem ab hominibus, &c. Et necessarium omnino fuit ad bonum fidei, & Euangelij, vt sibi cauerent, suaeque vitae per fugam consulere, vt hac ratione propagando latius Euangelio se diutius referuarent; non autem statim, & primo in praelio se morti obicerent; & propagatio fidei simul cum ipsis emoreretur. Et hoc modo fecerunt primi credentes, qui erant Ierolymis, quando in magna illa persecutione, de qua sit mentio Act. 8. dispersi sunt per regiones Iudaeae, & Samariae: & hac occasio tribulationis, & fugae, facta est illis seminarium Euangelij, vt loquitur Sanctus Hieronymus apud Sanctum Thomam in Catena, in cap. 10. Matth. Quia verò ratione, verba allata continuerunt praeceptum de fuga pro ipsis Apostolis, quando ab illis fuisset dependens propagatio fidei modo explicata: & continuerunt praeceptum pro omnibus alijs, qui postea futuri essent in eorum loco, & in eodem munere propagandi fidem; & propter hoc in eadem necessitate se conseruandi. Et sine dubio, si Euangelium ipsum, vt ipsa fides, propter quam solum aliqui tenemur non fugere in his, aut illis circumstantiis temporum, postulat contraria ratione, vt fugiamus; fugere etiam nos omnino possumus, & debemus: & talis fuga non est ignauias, sed pietatis. Et contra, non fuga non esset fortitudinis, sed temeritatis, & pertinaciae, vt beuè notat Maldon. in cap. 10. cit. S. Math. n. 23.

Neque solum huiusmodi fuga non habet malitiam ex aliquo positio praecepto, quod, vt diximus, nullum est; sed neque etiam ex illo alio capite, quod

8. Praeceptum fuge fuit datum Apostolis, & alijs omnibus pro certis casibus.

9. Fuga in persecutione est quaedam confessio fidei, & quoddam martyrium.

Iam habet co-
suetudinem ad
fidem.

cum reuera nullam habeat contrarietatem ad fidem: imò è contra magnam habeat conformitatem; & sic quaedam confessio fidei, & quoddam martyrium sponte susceptum, vt supra diximus: nam, quemadmodum in criminalibus, quod reus fugiat, antequam accusetur, vel inquiratur a Curia, communitè accipitur, vt quaedam confessio, vel probatio commissi criminis; & facit saltem contra illum indicium probabile, & semiplenam probationem, vt videre est apud Clarum lib. 6. §. fin. quest. 2. i. versu: Fuga delinq. non is. ita & fuga ex causa fidei est quaedam confessio, & testificatio fidei: quia alioqui non esset, quod fugeret, si quis vellet fidem deserere, aut negare: & qui fugit, idè fugit, vt fidem simul, & vitam seruet. Et quod non maneat ad illam magis signanter, & magis explicitè confitendam coram tyranno, & ad reportandum ab illo martyrium melius, & perfectius, quam sit exilium sponte susceptum; est ex illa prudentia, quam commendauit Christus Math. 10. quando misit Apostolos, tanquam oues, inter lupos, & dixit: *Estote ergo prudentes, sicut serpentes, &c. Caute autem ab hominibus.* & ex pluri-

10. Multipliciter potest esse opus prudentie, quod non maneat in tempore persecutionis.

bus causis potest esse opus prudentie, vt notat Suarez disputat. 14. sect. 3. num. 9. cit. quia, scilicet, se se referuat ad ulteriorem propagationem fidei, vt iam diximus, præceptum fuisse Apostolis Math. 10. vel, quia suæ conscientie imbecillitatis, caute vitat maiora pericula, ne etiam ipse postea doleat, quod non fecerit, & aliud tempus non expectarit ad confitendam fidem; sed eandem fidem negaturus remanserit, vt est apud Sanctum Cyprianum in libro de lapsis; vel denique, quia Deo permittit tempus, & diem suæ mortis, quem ipse ignorat, & solus Deus habet in potestate; & idè quod aliud præceptum, aut maius bonum non obligat, tueri vitam, quod tantum potest, & à Deo expectat, vt redigatur in eas angustias, in quibus mortem vitare non possit, vt est apud Sanctum Athanasium in Apologia de fuga sua, & apud Suarez loc. cit. quomodo etiam Christus pluribus vicibus non permisit, se comprehendi à Iudæis: quia nondum venerat hora eius, vt dicitur Ioanni 7.

11. Fuga in persecutione potest esse omnibus licita, neque solè aliquibus.

Atque hæc rationes, quemadmodum ostendunt absolute, & simpliciter, quod fuga in persecutione, per se loquendo, non est illicita: ita & ostendunt, quod similiter, per se loquendo, nulli est illicita; & quod omnes, qui fugiunt, licite faciant, quantum est ex ratione, & natura fugæ, etiam si contingat, vt omnes fugiant, & simpliciter nulli remaneat, qui non fugiat: nam expressè id asserit S. August. epistol. 179. tom. 2. pag. mibi 241. col. 1. & semper, quod vni ex sua natura est licitum, est licitum omnibus, nisi ex parte alienius, aut aliquorum contingat aliquod particulare, & aliqua circumstantia extra naturam, per quam vni, aut pluribus specialiter fiat illicitum, quod alioqui ex se, suaque natura est licitum: & sine dubio sic potest contingere, etiam in re presenti de fuga: nam, si contingat ex circumstantiis temporum, aut personarum, quod fuga huius, aut illius multum sit obfutura bonæ existimationi de Christo, eiusque fide, siue apud fideles, siue apud infideles; & contra illius mansio ad fidem coram tyranno fortius confitendam vsque ad sanguinis, & vitæ effusionem, multum sit profutura; certissimum est, quod huic, aut illi huiusmodi fuga non erit licita. Verum id si contingat, non erit, per se loquendo; sed solum ex accidente: neque erit, quantum est ex ratione, & natura fugæ; sed solum ex circumstantiis: & quod asserimus esse licitum, solum est illud primum, non autem hoc secundum, vt melius constabit ex infra dicendis.

Neque ex eo, quod quis à tyranno sit iam vocatus ad causam si licet, imò etiam comprehensus, & detentus in carcere, etique tempus sit iam indèctum ad respondendum de fide; cenferi debet esse illi illicita fuga, cum habeamus Act. 12. de hoc ipso exemplum clarissimum in Sancto Petro, qui, cum esset vinculus catenis, & à militibus custodiretur in carcere; exiit tamen, & fugit Angeli ductu; & isti aliis pluribus Sanctis Martyribus, aut Confessoribus, qui similiter lapsus fugerunt de carceribus tyrannorum: neque Christus, aut Apostoli, vel Sancti Patres, sacrique Canones vnquam meminerunt huiusmodi obligationis manendi in carcere, quando quis in illo detineretur ad testificandum, & moriendum pro fide; & potest contingere, vt fuga etiam illius, qui est in carcere, non sit obfutura honori Dei, & proximorum salutis; sed contra sit profutura ad fidem, & Euangelium melius propagandum, vt notat Suarez disputat. 14. sect. 3. cit. n. 11. v. p. Et idè, vt iudicetur de hoc, aut illo, qui est in carcere, vtrum licite, aut illicite fugiat: aliquid aliud est attendendum, & expendendum, quam sola detentio in carcere. Et quemadmodum miles, per se loquendo, licite potest sibi fuga consulere, non solum quando est in proximo periculo, vt capiatur ab hostibus, sed etiam postquam est captus, & per se loquendo, licite facit, dum fugit: quia, vt dicitur Græco prouerbio: *Miles, qui fugit, pugnabit iterum.* ita & Martyr, vel Christi miles, semper potest, per se loquendo, captare fugam: quia fidem, & Euangelium iterum prædicabit, & propagabit; idque cedet, per se loquendo, in maiorem Christi gloriam, & bonum fidei.

12. Fuga in persecutione potest esse licita, etiam illis, qui iam sunt capti à tyranno, & detinentur in carcere.

Imò & potest contingere, vt huiusmodi fuga tempore persecutionis non solum sit licita; sed etiam debita, siue is, qui fugit, sit iam in carcere, sicut notat Suarez disputat. 14. sect. 3. cit. n. 10. ex Sancto Augustino tract. 46. in Ioann. & Sanct. Greg. lib. 31. moral. cap. 23 & 24. & lib. 2. Dial. cap. 3. nam hac ratione Christus Dominus præcepit Apostolis Math. 10. vt fugerent ex vna ciuitate in aliam; eaque verba pro certis casibus continerunt verum præceptum, vt notat Maldon. in eum locum, n. 23. & non solum fuerunt dicta ad Apostolos; sed etiam ad omnes, qui postea essent futuri propagatores, & defensores fidei, si, scilicet, eorum vita debuisset esse simpliciter necessaria, vel multum utilis ad fidei conseruationem, & propagationem, vt idem subdit. Et hac ratione Christus ipse sepius fugit persequentes Iudæos: quia munus prædicationis, & præceptum de manifestando hominibus Dei nomine, nondum satis implenerat, & nondum venerat hora eius, vt ipse dicit Ioan. 7. Et Sanct. Paulus Act. 9. & 2. Cor. 11. ex eadem causa propagandi vterius Euangelium, fugit Damasco, demissus per murum in sporta: & omnes alij debent fugere, & grauius peccant, si non fugiant in eo casu, in quo Euangelium, & fides petit, vt fugiant, vt notat Maldon. ibidem. Et patet ex eo, quia non tuerentur vitam suam, quando debent illam tueri, & quando nulla est ratio maioris boni, propter quam possint illam exponere: & præterea quia irrationabiliter præbent tyranno occasionem iniuste agendi, vt notat Sanctus Thomas 2. 2. quest. 124. art. 1. ad 3. & Caiet. ibidem.

13. Et aliquando etiam potest esse debita ex præcepto.

Vnde, quam regulam supra tradidimus disput. 11. num. 5. pro cognoscenda obligatione confitendi fidem coram tyranno; eandem hoc loco debemus tradere pro cognoscenda obligatione non fugiendi, aut fugiendi tempore persecutionis. Si enim maior Dei gloria, & proximorum utilitas, qui est finis charitatis, à nobis exigat, vt fugiamus; fugere omnino debemus; & in tali casu non fugere, peccatum est. Et

contra,

14. Quia regula potest coguoscere, quod fugere, aut non fugere, tempore persecutionis, si in præcepto.

15. Qui in fide non est bene firmus, & timet de hęcere, non tenet fugere.

16. Et admodum non illi confitendum, vt fugiat.

17. Soluuntur rationes dubitandi in initio posite.

contra, si postulet, vt maneamus; manere omnino debemus; & non manere, peccatum est, vt habet Maldon. loco citat. Idque est verum, non solum de iis, qui habent curam animarum, & sunt Ministri Ecclesie, vt Prælati, sed etiam de aliis quibuscunque, si forte sunt necessarij, vt iuuent alios infirmiores, eoque non deserant, vt notat Suarez disput. 14. de fide, sect. 3. n. 12. Et quod de Episcopis asserit S. Thomas 2. 2. quest. 185. art. 5. posse eos, aut non posse suam gregem deserere tempore persecutionis, pro vt eorum presentia corporalis fuerit, aut non fuerit necessaria ad salutem spirituales ipsius gregis; idem potest etiam dici de aliis Pastoribus, aut Ministris inferioribus, & de aliis quibuscunque, cum obligatio exponendi certo periculo vitam propriam corporalem pro vita spirituali proximi in certis casibus, sit generalis pro omnibus, vt dicitur in materia de charitate, & videri potest apud eundem Suarez tract. de charitate, disputat. 9. sect. 2.

Et quemadmodum ex fine charitatis erga Deum oportet fugere, quando ita postulat maior Dei gloria; & ex fine charitatis erga proximum oportet fugere, quando ita postulat maior eius utilitas: ita & ex fine charitatis erga se ipsum oportet fugere, quando ita postulat proprium bonum spirituale, & propria salus: vt si quis, verbi gratia, non sentiat se bene firmum ad fidem morte, & sanguine confitendam, & probabiliter timeat suæ imbecillitati, ne, si maneat, fidem neget: debet enim in tali casu non prodire vltro persecutoribus, vt dicitur cap. Scisitaris. 7. quest. 1. neque illis se prodere, sed abscondere, & fugere: quia, vt habet Sanctus Chrysostomus apud Maldon. in cap. 10. Matth. n. 23. cit. *Non negat Christum fugiendo, qui idè fugit, ne neget.* Nec debet sibi aliquis periculum quaerere, quando præuidet, quòd in illo peribit. Et ex Sanct. Gregorio, S. Cypriano, Sancto Petro Alexandrino, & aliis sic docet etiam Suarez disputat. 14. sect. 3. cit. 20. Et rectè addit ex circumstantiis, & ex conditione personæ prudenter debere iudicari, quando periculum negandi fidem ex animi infirmitate, & imbecillitate sit ita proximum, & morale, vt moraliter obliget ad fugiendum; & moraliter semper esse dandum consilium de tali periculo vitando per fugam, quando non est certa, vel magna spes, quòd non fuga cedere debeat ad magnum Dei honorem, & proximorum utilitatem.

Et per hæc patet ad rationes dubitandi in initio positas: vltro enim est admittenda etiam pro fuga, aut non fuga tempore persecutionis eadem regula, quæ admittitur pro confessione, aut non confessione fidei; & vt paulo ante monuimus, tota hæc res est mensuranda ex fine charitatis, & ex maiore Dei gloria, & proximorum utilitate: sed falsum est, quòd finis charitatis semper obliget ad non fugam, vt patet ex dictis: neque enim est dicendus erubescere Christum, aut Christi fidem, qui pro Christo, & fide relinquit patriam, & deserit omnia, & sponte eligit sibi exilium, & rerum omnium indigentiam; & in tantum non remanet, vt pro Christo, & fide det vitam, & sanguinem, in quantum ita est necessarium, aut expediens pro maiore Christi gloria, & proximorum utilitate, vt diximus. Neque est dicendum, quòd illum pudeat Christi, & fidei; & quòd Christus, & fides vilescat per illum in animis tam fidelium, quam infidelium, cum potius è contra multum cedat in gloriam Christi, & fidei, quòd etiam per fugam magnum certamen sustineat passionum, & opprobriis, & tribulationibus spectaculum fiat Angelis, & hominibus, & rapinam honorum suorum cum gaudio suscipiat, vt dicitur ad Heb. 10.

Neque hæc fuga in persecutione est fuga à confessione simpliciter Christi, & fidei; sed solum à certo modo confessionis per traditionem vitæ, & sanguinis, quando is non est specialiter debitus, & in præcepto, sed potius è contra, est debita conseruatio vitæ, & fuga propter maiorem Dei gloriam, & proximorum utilitatem, vel saltem quando est permissa, & licita, eaque est confessio alterius modi, vt explicauimus.

18. Soluuntur rationes Tertulliani.

Neque rationes Tertulliani sunt maioris momenti: nam, quod asserit, persecutiones à tyrannis non fieri sine Dei voluntate, verissimum est, si intellegatur de voluntate permissiua, ex qua etiam fiunt omnia mala, quæ fiunt in mundo: sed falsum est, quod hinc infert, non posse illis à nobis resisti sine peccato, cum illa eadem prouidentia, & voluntas diuina, ex qua eueniunt persecutiones, etiam requiratur, & velit prouidentiam nostram, vt nitamur illas vitare, sicut & nitimur vitare morbos, & pestes, & tentationes, quanuis similiter non eueniant sine prouidentia, & voluntate Dei. Neque ex eo, quòd vltimus successus, & euentus huius nostræ diligentie, & prouidentie debeat esse subordinatus diuinæ voluntati, & tandem id omne debeamus velle, quod Deus voluerit, sequitur, quòd non debeamus huiusmodi diligentiam, & prouidentiam adhibere; sed solum sequitur, quòd etiam illam debeamus subordinare diuinæ: & quandiu absoluta, & vltima Dei voluntas est nobis ignota, licite possumus, & debemus id totum facere, quod moraliter possumus, vt illam aliam impleamus, quæ est nobis certò cognita, id est, vt vitam totis viribus tueamur, nosque letitemus, quantum est opus, ad maiorem Dei gloriam, & proximorum utilitatem.

Et similiter is, qui fugit modo explicato, non propterea ostendit, quòd nolit pati persecutionem propter iustitiam, & nolit tollere crucem suam, & perdere in hac vita animam suam, contra doctrinam Christi, & Euangelij; sed contra factis patitur persecutionem, dum patitur fugæ necessitatem, & alia omnia incommoda, quæ ex illa sequuntur, ne deserat fidem, & Christianam iustitiam, & crucem suam satis tollit, satisque perdit animam suam, dum ex Christi imitatione, & ex amore beatus desiderans, libenti animo tam multa patitur, etiam si præterea per fugam vltèrius differat pati mortem; quia ita postulat Deus ipse, & finis charitatis, qui est maior Dei gloria, & maius bonum proximorum, vt diximus.

Neque facit similiter, atque fecerunt Apostoli tempore Passionis, dum fugerunt relicto Christo, si eorum relicto non solum fuit quòd sequelam; & presentiam corporalem; sed etiam quoad fidem, & cum scandalo aliorum, de quo in presentia non disputo; & videri potest apud Suarez tom. 2. in 3. part. disputat. 34. sect. 3. neque enim Christum, aut fidem negat, aut deserit: qui idè fugit, ne illum neget, aut deserat, vt supra diximus ex S. Chrysostomo, & ex Maldon. in cap. 10. Math. n. 23: Si verò Christi relicto, facta ab Apostolis tempore Passionis, solum fuit quòd sequelam, & presentiam corporalem; & sine scandalo; neque ipsi Apostoli sunt dicendi peccasse per illam fugam per se, & præcisè consideratam, vt notat Suarez disputat. 14. sect. 1. num. 13. neque vllus alius est dicendus peccare, qui modò per suam fugam similiter faciat, atque Apostoli: ac proinde, neque is peccat, qui fugit tempore persecutionis, quantum est ex ratione fugæ per se, & præcisè consideratæ.

Quod verò additur de illo ex quadraginta Martyribus, 1. Martij, longè aliter se habuit, atque modò se habeat fuga fidelium, quam dicimus esse licitam,

tam, & in certis casibus etiam debitam tempore persecutionis: ille enim eo tempore, & in illis circumstantiis fugit de balneo, in quo, & in quibus tenebatur non fugere, & in quo fuga reputatur a tyranno, & aliis, tanquam signum negandi Christum, & fidem: ac proinde qui sic fugit, verè peccauit contra obligationem, & præceptum, quod tunc maxime urgebat de confitendo Christo, & fide: quod tamen non accidit in iis, qui fugiunt tempore persecutionis, quando non viget præceptum aliter consistendi.

19. Si in tempore persecutionis non possit aliter definiri, quis debeat fugere, & quis manere, forte licet est dirimenda.

Ad illud, quod fuga, si est licita aliquibus, non possit esse licita omnibus, ita ut nullus remaneat, qui fidem confiteatur, patet ex dictis: si enim ex circumstantiis ita contingat, ut Dei honor, & proximorum utilitas periclitetur, nisi aliquis maneat; manere omnino aliquis debet, id est, ille, cui tale munus magis incumbit, & qui magis est necessarius ad huiusmodi finem; & si non possit aliter definiri, quis ille futurus sit, forte licet dirimetur, ut de Ministris Ecclesiæ habet Sanctus Augustinus epistola 179. tom. 3. pag. mibi 242. col. 2. quia certum est, quod ex charitate vnusquisque tenetur vitam exponere pro Dei honore, & pro salute spirituali proximi, quando necessitas ita postulat. Neque fortes in huiusmodi casibus sunt illicitæ, cum ex Scriptura Prou. 18. *Contra aditiones comprimat fors, & inier potentes quoque diuidet.* Et in re præsentia contradictiones, quæ possunt esse tempore persecutionis de fugiendi, aut de manendo, quando neque omnes possunt fugere, neque omnes manere, melius committuntur per sortes iudicio Dei, quam relinquatur iudicio hominum per electionem cuique liberam, & voluntariam, vel per prudentem consultationem, & deliberationem factam à pluribus: nam, si quis dicat, debere se fugere, videri poterit, aut nimis timidus, aut nimis arrogans, in quantum vel nimis timebit imminens malum, vel nimis putabit se necessarium, aut vtilem bono Ecclesiæ: & idè præ aliis dicet, se esse seruandum: & contra, si quis dicat se debere manere, eligit fortasse ex maiore seruire ponere vitam pro Christo, & pro fide; & cum alioqui sit melior ad gubernandam Ecclesiam, & bono communi sit magis utilis, & magis necessarius, quam plures alij, subtrahet se per mortem ab hoc munere, & alij relinquatur minus periti, & inuis apti, ut bene ratiocinatur eo loco S. August. Quæ tamen omnia rectè vitantur per sortes Deo commissas. Et quauis fortasse in huiusmodi casibus sint minus vilitatè; si tamen fiant, etiam sine exemplo, reprehendi non debent; nec possunt non laudari, nisi ab inuido, & imperito, ut idem subdit.

20. Si persecutio sit specialiter contra Prælatus, licet non possit fugere, dimodo manent alij pro necessitatibus populi.

Sed specialiter de Prælatis, & de Pastoribus animarum, quando possint, aut non possint, debeant, aut non debeant fugere tempore persecutionis, videri potest Gratianus ad cap. *Aduersitas*. 7. quæst. 1. & ex professo S. Augustinus epistola 179. cit. tom. 2. pag. mibi 240. Et quauis vnico verbo possit dici, quod etiam Pastores animarum possunt fugere, quando aliter non postulat Dei honor, & salus proximi; & quod fugere etiam debent ex obligatione, & ex præcepto, quando ita postulat idem honor diuinus, & eadem salus proximi, ut iam diximus generaliter pro omnibus: si tamen distincti hæc res sit explicanda, videndum in primis est ex Sancto Augustino epist. 179. cit. vtrum persecutio sit solum contra Pastorem, an verò etiam contra omnes; & vtrum sit ex causa fidei, an verò ex aliis causis; & vtrum Pastore abeunte maneat alij, qui sufficienter prouideant necessitatibus populi; an verò non maneat. Nam, si persecutio sit solum contra Pastorem, & ipso abeunte

maneat, qui seruiant sufficienter necessitatibus populi, licet potest abire, ut sibi consulat, sequè in posterum seruet curæ Ecclesiæ, ut etiam notat Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 5. & si eius vita sit valde vitilis vniuersali, aut particulari Ecclesiæ, non solum potest, sed etiam debet abire, & fugere, ex charitate tam erga se ipsum, quam erga proximum, & erga Ecclesiam: quia sic fecit Sanctus Paulus Act. 9. quando per murum demissus est in sperta, manentibus Damasci aliis Apostolis, qui Fratrum necessitatibus ministrarent. Et sic fecit etiam Sanctus Athanasius, quando Constantius eum persequebatur, & fugit manentibus Alexandria pluribus aliis Ministris Ecclesiæ. Et sic faciunt communiter nostros temporibus etiam Episcopi, si forte in ciuitate imminet illis periculum vitæ ex aeris insalubritate, ex morbo, ex odio, aut offensione Principis, vel populi, aut ex aliquo similitudinem enim communiter reputatur, ut rationabilis causa absentia, & comprehenditur in Trident. sess. 23. cap. 1. de reformat. sub nomine vrgentis necessitatis, ut notat Azor. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 4. pag. mibi 497. col. 2. & Tol. lib. 5. cap. 4. n. 4. dummodo tamen ex tali absentia nihil detrimenti sit passura Ecclesiæ; & qui discedunt, sufficienter illi prouideant, ut dicitur in Tridentino loco citato.

21. Et si res sit licita abest & sua Ecclesiæ ex causa morbo, aut inimicitia capitula.

Secus verò si persecutio sit specialiter contra Pastorem; sed nulli sint alij, qui ipso abeunte prouideant necessitatibus populi: tunc enim ex Sancto Augustino epistola 179. cit. pag. 242. col. 1. huiusmodi Pastor non debet fugere: quia plures est faciendi spiritualis necessitas subditorum, quam propria vita corporalis; & qui ab hostibus hoc modo queritur, & pro aliorum salute remanet, facile potest, Deo iuante, ab iis occultari, & defendi, pro quibus remanet: & si forte contingat, ut moriatur, rectè potest dici, quod pro Fratris animam ponat, illudque impleat, quod habetur 1. Ioannis 3. *Sicut Christus animam suam pro nobis posuit: ita & nos debemus pro Fratris animam ponere.* Nam, si fugeret, vel si detentus suis necessitatibus non posset fugere, & comprehensus occideretur, pro se ipso pateretur, & non pro Fratris: si verò possit fugere, & non fugiat, ne deserat Fratres, qui ad Christianam salutem ipso indigent, & comprehendatur; sine dubio suam animam pro Fratris ponit: sicut & Christus, ut habet eo loco Sanctus Augustinus. Idque est verum, ut idem subdit, etiam si persecutio contra Prælatus non sit excitata ex causa fidei, per quam potest esse fructus Martyrii; sed ex quauis alia causa merè temporali, quæ sit omnino sterilis, nullumque afferat fructum, qualis est, verbi gratia, barbaricus aliquis, & hostilis incurfus. Et quod ibi refert S. Augustinus, dixisse quendam Episcopum, si fuga est licita, imò & imperata à Christo Act. 10. quando est persecutio propter fidem, & cum spe martyrii, multò magis esse licitam in aliis persecutionibus temporalibus; non aliter ibi admittit idem Sanctus Augustinus, quam ut qui fugit, alioqui non teneatur vinculis ecclesiastici officij, & non habeat eorum animarum. Et de eo, qui clades hostiles idè non fugit, quia non vult deserere ministerium Christi, quo alij indigent, vel, ut fiant; vel, ut viuant Christiani; subiungit, quod inuenit maiorem fructum charitatis, quam qui fugiens per se ipsum, nihilominus comprehenditur, & Christum non negans, martyrium suscipit. Et circa huiusmodi persecutiones, quæ aliquando excitantur contra Prælatus, aut contra Ministros Ecclesiæ ex causa merè temporali, & non ex causa fidei; addendum est id, quod habet Gratianus ad cap. *Aduersitas*. 7. quæst. 1. ex Sanctis Gregorio, Augustino, & aliis, quod si persecutio excitetur

23. Et sine fructu citatis ex causis fidei, sunt ex quacunque alia causa merè temporali.

ab ipsius subditis, qui sæpè ex propriis vitiis, & ex propria malitia nolunt subesse bonis Prælatis, videndum est, vtrum excitetur simpliciter ab omnibus subditis; & vna sit omnium malitia, & obstinatio, nec sit spes emendationis; an verò excitetur solum ab aliquibus, & simul cum subditis malis, qui persequuntur Prælatus, sint etiam boni, qui non persequuntur; & spes sit, ut etiam mali euasuri sint boni, & emendandi: nam, si omnes sint mali, & non sit spes emendationis, licet potest eos relinquere, sualque operas transferre ad alios, quibus magis sint profuturæ, quomodo fecerunt etiam Apostol. Act. 13. quando Sanctus Paulus, & Barnabas dixerunt Iudæis: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes.* & Sanctus Benedictus, quando deseruit Monachos, & Discipulos, ut est apud S. Gregorium lib. 2. Dial. c. 3. Si verò non omnes subditi sint mali, vel sit spes emendationis, non sunt à Prælato relinquendi boni propter malos; sed potius mali sunt tolerandi propter bonos, & omnes iuuandi.

Sed, quia Honoratus Episcopus, ad quem scribit de huiusmodi fuga Sanctus Augustinus epistola 179. citata, prius scripserat in alia sua priorè epistola ad eundem Sanctum Augustinum, quod persistentia, & permanentia Prælati, quando imminet persecutio, facile potest ad nihil aliud esse profutura, nisi ad augendum dolorem, dum ante suos oculos fortasse videt viros cadere, foeminas constuprari, & incendi ecclesiæ, sequè in tormentis facile posse deficere. Respondit Sanctus Augustinus, non propter hæc, quæ sunt incerta, esse negligendum Prælati officium, cuius obligatio est certa. Deique plebem esse relinquendam in certa pernicie animarum.

24. Si omnes fugiant, & nulli remaneant, qui Prælato indigent, potest licet fugere etiam ipse: secus verò si manent.

Et si forte etiam mala illa essent certò euentura, curandum esset, ut omnes fugerent; quia sic Prælatus liberaretur necessitate mandandi, cum dici non possit, quod Minister teneatur manere, quando sunt nulli, quibus tenetur ministrare. Et hoc modo fugerunt quidam Sancti Episcopi de Hispania, quando iam eorum subditi partim fuga euaserant, partim erant perempti, partim obsidione consumpti, partim captiuitate dispersi. Neque illud Christi Domini Matth. 10. *Cum vos persequantur in vna ciuitate, fugite in aliam*, intelligi debet esse dictum Ministris Ecclesiæ, nisi quando vel nulli remanent, quibus ministrant, vel remanent alij, per quos ministrant. Et hac solum ratione aufugit in sperta demissus per murum Sanctus Paulus Act. 9. & Sanctus Athanasius, & alij, ut iam diximus: & si Prælati aliter fugiant, permanente persecutione, omnes dimittunt veniente lupo, & mercenarios se se ostendunt, non Pastores; & multò plùs debent timere suis subditis mala spiritalia, quæ consequuntur, si ipsi fugiant, quam corporalia, quæ suis oculis à Tyranno inferri videt, si maneat. Et cum ministerium Prælati tunc maxime sit necessarium, quando populus videt, se in extremis periculis, nec ab illis habet effugium; maxime impius erit Prælatus, si tunc fugiat, & ministeriū subtrahat: tunc enim maxime sunt cõkursus ad Ecclesiam, & ad Prælatus pro Baptismo, pro Pœnitentiâ, pro Sacramentis, pro consilio, & consolatione; & Prælatus, si adsit, omnibus subuenit, quantum potest, & omnes adificatur, & omnes iuuatur. Si verò absit, auditur omnium gemitus, & multorum etiam blasphemiarum contra ipsum: & pereunt animæ in æternum, pro quibus Christus mortuus est.

25. Neque satis se excusabit Prælatus, si dicat, se idè fugere premente persecutione; quia intendit se se curare temporibus tranquillioribus; ad maiorem

Neque satis se excusabit Prælatus, si dicat, se idè fugere premente persecutione; quia intendit se se curare temporibus tranquillioribus; ad maiorem Baldelli Theol. Moral. Tom. I I.

utilitatem Ecclesiæ: nam, quauis hæc intentio sit valde laudabilis, quando alij suppetunt, qui ministrant necessitatibus animarum; quomodo contingit Sancto Athanasio, qui sine damno propria Ecclesiæ Alexandrinæ, per fugam se se seruaui maioribus indigentibus Ecclesiæ vniuersali contra Arianos; non est tamen laudabilis, aut licita, si nulli alij suppetant, qui ministrant: & qui sic affirmaret, se fugere, certius crederetur id facere timore moriendi, quam voluntate magis iuuandi; & plùs in præsentia obesset exemplo fugiendi, quam prodesset in futurum officio viuendi; & idè nulla ratione debet id facere; & præsertim ex proprio consilio, & præsumptione. Non autem ex aliorum rogatu; quomodo David 2. Reg. 21. rogatu Abisai, & aliorum, dicitur non fuisse amplius egressurus in bellum, ne extingueretur lucerna Israël: non autem id fecit ex proprio consilio, & electione: in quo casu potius videretur præbuisse exemplum ignauitæ, quam charitatis, & prouidentia erga patriam.

quod vult se referre ad maiorem utilitatem Ecclesiæ.

Quod si persecutio non sit specialiter contra Prælatus, sed generaliter contra omnes Ecclesiasticos, non autem generalissimè contra omnes, comprehendendo etiam laicos, licet possunt alijqui fugere, id est, illi, qui minus sunt necessarij necessitatibus populi; eaque res forte est dirimenda, si non possit aliter dirimi; & qui manserint, facile poterunt, & debent occultari, & defendi à laicis, si persecutio non est pariter contra illos, sed solum contra Ecclesiasticos; non autem possunt in tali casu omnes Ecclesiastici licet fugere: sicut nec licet fugerent tempore tempestatis, & in periculo naufragij omnes nautæ; solum nauim, & solos mercatores relinquendo sine regimine, etiam si nautæ omnes ponerentur transiliendo in scapham, vel etiam natanando, posse se se subtrahere à communi periculo, illudque relinquere quasi proprium mercatoribus, ut subdit Sanctus Augustinus epist. 179. cit. pag. mibi 242. col. 1. & 2. & habetur etiam in sacris Canonibus cap. *Sciscitarum*. 7. quæst. 11.

26. Si persecutio sit contra omnes Ecclesiasticos, non autem contra laicos, non possunt omnes Ecclesiastici fugere.

Denique, si persecutio sit etiam contra laicos, possunt Ecclesiastici illos monere, ut omnes fugiant; si alioqui id expedit, aut licet: & si omnes fugerint, nullusque maneat, qui Ecclesiasticorum ministerio indigeat, poterunt simul fugere etiam omnes Ecclesiastici: quia frustra manerent Ministri, quando nulli manerent, quibus ministrarent, ut etiam supra diximus num. 24. Si verò aliqui dicerent, nolle se fugere: quia essent, verbi gratia, impediti certis necessitatibus, vel suffugia putarent incerta, & crederent non finiri, sed mutari periculâ, ibique vellent esse, & manere in Dei potestate, cuius iram nemò euadit, quocumque vadat; & cuius misericordiam etiam ille potest inuenire, qui nusquam vult ire; omnino deberent cum illis manere etiam alij ex Ministris Ecclesiæ, neque deberent illos deserere suo ministerio, ut concludit Sanctus Augustinus ibidem.

27. Si persecutio sit etiam contra laicos, sed ex his non omnes fugiant, debet cum illis manere etiam alij qui Ecclesiastici.

Ex quibus omnibus satis videntur esse declarata, & probata omnia, quæ supra asseruimus num. 5. & satis reprobatus error Tertulliani, & dicta specialia aliquorum aliorum; & satis ostensum, quomodo fuga tempore persecutionis non sit contra præceptum confessionis fidei: quod erat intentum in hac disputatione.

DISPUTATIO XIV.

An, & quomodo aliquando sit licitum ad occultandam fidem Christianam, simulare falsam religionem; exercendo exterius, quæ ad illam pertinent; & usurpando illius signa.

- 1. Explicatur sensus questionis.
2. Ponitur ratio dubitandi.
3. Ex Sancto Hieronymo, & Adriano, licita est simulatio in materia fidei.
4. Eaque sunt vsi etiam Apostoli.
5. Et plures alij ex veteri Testamento.
6. Et suadei ratione.
7. Simulatio in materia fidei nullo modo est licita, quando vrget præceptum de fide confitenda.
8. Vel quando continet significationem negationis fidei.
9. Si actio externa religionis sit ex se ad aliam finem, quam ad finem religionis, licite potest usurpari solum materialiter.
10. Si vero solum sit instituta ad finem religionis, non potest.
11. Quia eo ipso conuincitur exerceri formaliter ad significandam falsam sectam.
12. Et continet propriissimum mendacium in materia fidei.
13. Quid requiratur ad mendacium propriè dictum.
14. Simulatio per actiones communiter institutas ad usum falsæ religionis, necessario est contra præceptum fidei.
15. Nec satis recedit ab errore Elcesaitarum.
16. Probat ex Scriptura, quod simulatio in rebus fidei sit illicita.
17. Et ex Patribus.
18. Et ex Doctoribus communiter.
19. Simulatio propriè dicta est intrinsecè mala.
20. Simulatio propriè dicta non fuit in Christo.
21. Simulatio materialis per quas actiones potest esse licita.
22. Apostoli non simularunt obseruantiam veteris legis.
23. Sanctus Petrus in quo fuerit reprehensus à Sancto Paulo.
24. Elifens quomodo permisit Naaman adorare in templo Idoli.
25. Ramulus fidelis licite potest genuflectere in obsequium domini infidelis, etiam in templo Idoli.

Explicatur sensus questionis.

Ponitur ratio dubitandi.

ire, & motu materialiter inchoato, & directo ad alias partes, permittit Discipulos falli, & credere, quod vellet abire longius; quod tamen reuera non ita erat: ita & videtur posse esse licita in materia fidei; quando alioqui non vrget præceptum, & obligatio positiuè illam manifestandi, & confitendi; & potest per talem simulationem bene occultari, sine iactura honoris diuini, aut boni ipsius proximi, cui non propterea datur scandalum, aut occasio spiritualis ruine; vt, verbi gratia, si nemo sciat, quod qui materialiter flectit genua ante Idolum, sit fidelis; vel si omnes sciant, quod solum flectit materialiter ex intentione occultandi, vel non manifestandi suam fidem, & infideles fallendi, in quo casu nullum est scandalum pusillorum, aut infirmorum, vt ex se patet: & quemadmodum licitum est prudenter eludere infideles, etiam in rebus fidei, dum importunc in illas se ingerunt, vt dicitur cap. In mandatis. dist. 4. 3. ita & est licitum eos eludere per simulationem adorationis, cum etiam hæc possit aliquando esse prudens.

Et reuera, quod simulatio in materia religionis possit esse licita, & aliquando sit etiam utilis, expressè habet Sanctus Hieronymus ad cap. 2. epist. ad Gal. & epist. 89. quæ incipit: Tres simul. pag. mihi 259. & apud Sanct. August. epist. 119. & apud Sanctum Thomam 1. 2. quæst. 103. art. 4. ad 1. Et ex Sancto Hieronymo idem docet inter Scholasticos etiam Adrianus in 4. sententiarum tract. de Baptismo, quæst. 1. art. 1. idque probat: quia etiam Apostoli iustus de causis aliquando post Christi ascensionem simularunt se Iudæos, & obseruauerunt caeremonias veteris legis, quanuis per Christum essent iam abolitæ: & hoc modo Sanctus Paulus Act. 16. circuncidit Timotheum, qui natus erat ex patre gentili; idque fecit, vt ibi dicitur, propter Iudæos, qui erant in illis locis: & cap. 21. purificatus est cum Iudæis secundum consilium Sancti Iacobi; & rasit caput, ne videretur legem contemnere, & non seruare. Et ad Gal. 2. de Sancto Petro dicitur, quod priusquam venirent quidam Ierosolymis, missi à Sancto Iacobo Antiochiam; manducaret Antiochia cum Gentilibus ad fidem conuersis; sed, postquam illi venissent, subtraherat se ab illis, & segregabat, ne eos offenderet, qui erant ex circuncisione: & additur, quod tali simulationi non manducandi cum Gentilibus, sed que ab illis subducendi, consenserunt etiam alij ex Iudæis conuersi, & ipse etiam S. Barnabas. Et quanuis Sanctus Paulus ibidem dicat, se quoad hoc restitisse in faciem, id est, aperte, & manifestè, S. Petro, eumque fuisse quoad hoc reprehensibilem, eò quod daret occasionem etiam alijs, qui conuerterentur ex Gentibus, seruandi caeremonias legis, & iudaizandi, existimando, quod etiam post Christum ita esset necessarium ad salutem, & non esset per illum abolita lex: tamen reprehensio ex sententia Sancti Hieronymi non fuit vera, & ex animo; sed simulata, & ex composito, vt etiam refert S. Thomas 1. 2. q. 103. art. 4. ad 2. Et Sanctus ipse Petrus voluit sic reprehendi, vt tandem cedens reprehensioni, facto ipso suo doceret Iudæos, non esse amplius iudaizandum, & inherendum caeremoniis legis; sed liberè esse communicandum, & conuiuendum cum omnibus sine vlla distinctione Iudæi, & Græci, quod idem de simulata, & non vera reprehensione Sancti Petri sentit etiam Sanctus Chrysost. & Theophyl. in eum locum ad Gal. 2. & Baronius ad annum Christi 51. & apud Cornel. à Lapide in idem caput 2. epist. ad Gal. n. 36. & videtur ex eo probari, quod bene aduertit S. Hieronymus epist. 89. cit. quia Sanctus Petrus de obseruatione caeremoniarum legis, non potuisset verè, & ex animo reprehendi à S. Paulo, si in illa peccasset, cum etiam Sanctus

3. Ex S. Hieronymo, & Adriano, licita est simulatio in materia fidei.

4. Eaque sunt vsi etiam Apostoli.

5. Et plures alij ex veteri Testamento.

6. Et suadei ratione.

Sanctus Paulus eandem seruasset, circuncidendo Timotheum, & caput radendo, sèque cum Iudæis purificando, vt diximus paulo ante, sèque fecisset tanquam Iudæum Iudæis, vt lucraretur Iudæos; & iis, qui sub lege essent, tanquam esset etiam ipse sub lege, vt ipse de se loquitur 1. Corin. 9. vt eos, qui sub lege essent, lucrificeret: & idè rectè creditur reprehensus fuisse solum simulare, & ex composito. Et ne dicitur iudaizasse ex animo, & peccasse mortaliter contra præceptum fidei post acceptum Spiritum Sanctum, dicendus est iudaizasse solum simulatè: & idè simulatio absolutè, & simpliciter potest esse licita etiam in materia fidei. Et denique ad idem facit etiam id, quod habetur Act. 15. ex decreto Apostolorum statutum fuisse, vt etiam Gentiles ad fidem conuerterent obseruarent quædam de caeremoniis Iudæorum, & non solum abstinerent ab immolatis simulacrotum, ne viderentur redire ad idololatram, & alijs præberent scandalum, & offensionem; sed etiam abstinerent à sanguine, & suffocato, quæ specialiter in lege prohibita erant Iudæis, eisque erant maximè abominabilia: hoc enim præceptum impositum ab Apostolis de abstinendo à sanguine, & suffocato, & de obseruanda, ac retinenda hac caeremonia veteris legis; sine dubio solum fuit de illa obseruanda, ac retinenda materialiter; non autem formaliter, secundum significationem protestationis illius legis: & idè rectè probat, quod huiusmodi obseruatio solum materialis sit licita, cum pro aliquo tempore etiam fuerit debita, & præcepta ab ipsis Apostolis, & à Concilio Apostolorum.

Et præter exempla Apostolorum, plura alia suppetunt etiam ex Scriptura veteri: nam 4. Reg. cap. 10. Iehu, Rex Israël, simulauit sacrificare idolo Baal, vt omnes eius cultores interficeret: idque factum probauit Deus: siquidem, vt ibi subditur, ad eum dixit: Studiosè egisti, quod relictum erat, & placebat in oculis meis, &c. Et 4. Regum 5. Elifens concessit Naaman, vt in templo Remmon, ipsum adoraret simul cum domino suo, cuiusque petitioni acquiescens dixit ei: Vade in parrem. Quod saltem debet intelligi de adoratione materiali per genuflexionem: siquidem adorationem formalem, & factam ex animo, nullo modo concedere potuit. Et 1. Regum 21. etiam Dauid coram Achis, Rege Geth, immutauit faciem, vel os suum, dum collabebatur inter manus seruatorum Achis, & impingebat in ostia portæ, & defuebat ei saluæ in barbam: quod sine dubio Vir sanctissimus non fecisset, si simulatio absolutè non esset licita.

Et præter exempla noui, & veteris Testamenti potest asseri ad hoc idem probandum etiam ratio, paulo ante indicata: nam, quanuis simulatio formalis, id est, mendacium consistens in signis exteriorum factorum, vt eam definit Sanctus Thomas 2. 2. q. 111. art. 1. sit intrinsecè mala, & semper illicita, siue in materia fidei, siue in alia quacunque, vt de mendacio, quod ad illam se habet vt genus, probat idem Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 110. art. 1. simulatio; tamen materialis non est intrinsecè mala: & sicut aliquando est licita in alijs materijs, vt, verbi gratia, tempore belli, quando milites simulant fugam, vt in insidijs hostem pelliceant, quomodo id fecit etiam Iosue de mandato Domini, vt habetur in libro I. iudic. c. 8. ita & potest esse licita in materia fidei, & religionis: & facile potest fieri, vt qui illa vitur, neque peccet contra præceptum affirmatiuum de fide confitenda, quod tunc fortè non obligat; neque contra negatiuum, quod semper obligat de fide non neganda, & de falsa religione, aut secta non

Balaelli Theol. Moral. Tom. 11.

profitenda, cum reuera hoc nõ intendat, neque usurpet externam actionem, tanquam signum negandi fidem, & profitendi sectam falsam; sed solum vt medium vitandi pericula, & fidem occultandi: & præterea neque peccat contra præceptum charitatis Dei, aut proximi, cum neque periclitetur boni Dei, neque proximi, siue ex natura ipsius actionis, quam exercet, siue ex circumstantiis, vt supra diximus. Et quemadmodum aliquando in materia fidei potest esse licita æquiuocatio per verba: ita & potest esse licita æquiuocatio per facta, quæ est simulatio; & negari non potest, quin aliquando sit licitum usurpare solum materialiter actiones religionis: vt, si quis, verbi gratia, alterum doceat ministrare Baptisimum, & aquam fundat, & formam pronunciet solum materialiter, sine intentione verè baptizandi; vel doceat nouum Sacerdotem celebrare Missam, & conficere Corpus Christi, & super hostiam profert verba consecrationis solum materialiter, & sine intentione conficiendi, & consecrandi. Si autem est licitum ad effectum docendi usurpare materialiter actiones nostræ religionis, est etiam licitum ad aliquem alium effectum usurpare materialiter actiones alterius; quæ tamen est simulatio.

Hanc sententiam propter auctoritatem Sancti Hieronymi, & Adriani, qui fuit non modò Theologia, & diuini, humanique Iuris peritissimus; sed etiam Summus Pontifex: & propter argumenta, & rationes, quibus nititur, non improbabilem appellat Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 3. puncto 2. dub. 4. §. Hæc sententia videri potest, col. mihi 354. eamque; vt probabilem, videtur docere Filiuccius tract. 22. cap. 3. num. 32. vbi asserit, probabile esse, quod liceat vti iis signis, quæ sunt instituta ad profitendam, vel protestandam falsam religionem, dummodo pro illa non exhibeatur cultus auctori illius, & absit scandalum. Et rectè notat Valent. eam multum differre ab hæresi Elcesaitarum, quam supra retulimus disput. 11. num. 3. quod licitum sit ore tenus negare fidem, vrgente persecutione; dummodo corde retineatur: id enim asserunt illi Hæretici esse licitum in omni casu, neque posse accedere obligationem præcepti de fide positiuè manifestanda, & confitenda propter finem charitatis, & propter vitandam iacturam boni diuini, & scandalum proximi, vt declarauimus disput. 11. cit. cum tamen Sanctus Hieronymus, & Adrianus, simulationem materialem solum admittant esse licitam, quando non vrget præceptum positiuè manifestandi, & confitendi fidem, siue propter bonum diuinum, siue propter bonum proximi; illudque præceptum vitro concedant in pluribus casibus posse vrgere. Atque ita præiens quæstio de honestate, aut turpitudine simulationis materialis, non potest inter Catholicos habere locum, nisi pro casu, in quo non obliget præceptum de fide confitenda, illudque si obliget, certissimum esse debet, quod pro illa occasione, & tempore non potest simulatio quacunque materialis esse licita, sicut neque est licita occultatio per silentium, aut per fugam; aut quocunque alio modo, vt bene notat Suarez disputat. 14. de fide, sect. 4. n. 1. Vtrum autem hic ipse recessus ab hæresi Elcesaitarum pro solo casu, & tempore, quo non vrget præceptum, & obligatio positiuè confitendi fidem; non autem pro omni casu, & pro omni tempore, sit sufficiens, & sit de fide, quod non solum tempore persecutionis, & quâdo quis positiuè rogatur de Christo, & de Christiana religione; sed tempore, & in omni casu sit illicitè negare fidem ore tenus, retinendo illam mente, & corde, videbimus infra.

7. Simulatio in materia fidei nullo modo est licita, quando vrget præceptum de fide confitenda.

certè definitiones Ecclesiæ, & loca allata ex veteri, & nouo Testamento disput. 1. 1. 2. 3. cit. non videntur loqui restrictè ad solum casum persecutionis, & quando est obligatio positivè fidem manifestandi, & confitendi; sed latè, & amplè pro omni casu, & pro omni tempore, & siue vigeat obligatio præcepti affirmatiui de confessione fidei, siue non vigeat.

8. Sed extra casum obligationis, de fide positivè manifestanda, & confitenda, rectè monet idem Suar. loco citato, benè esse considerandum, vtrum simulatio materialis, de cuius honestate, & turpitudine ambigitur, contineat, aut non contineat externam negationem fidei; & vtrum possit, aut non possit saluari, & excusari à significatione huiusmodi negationis: nam, cum sit certum, quòd externa negatio fidei nunquam potest esse licita, vtpote contra præceptum negatiuum de fide non neganda, & sit intrinsecè mala, & Christo, & fidei multùm iniuriosa, & tam fidelibus, quàm infidelibus multùm perniciosa, & vno verbo multùm contraria, & repugnans fini charitatis, vt supra explicauimus disputatione 12. num. 3. & 4. siue fiat verbis, & locutione, siue factis, & externa aliqua operatione, semper manet illicita, & tam locutionem, quàm externam operationem semper inficit, & reddit illicitam; neque potest aliter excusari à malitia contra fidem, tam locutio, quàm operatio, nisi per hoc, quòd excusetur à significatione negationis.

9. Et quidem, si externa aliqua actio per se primò, & ex propria natura, vel ex communi hominum vtu sit instituta ad alium finem, quàm ad finem religionis, vel ad eam significandam, & protestandam, facile potest excusari à significatione religionis, & saltem in certis casibus licitè potest fieri, aut omitti solum ad alium finem, & omninò præscindi, aut separari à significatione, vel ordine ad fidem, & ad religionem, vt est, verbi gratia, ieiunium, & abstinentia à carnibus, vel à cibis simpliciter: aut è contra eius carnis, aut piscium, vel aliorum ciborum particularium, vt notat Azor. tomo 1. lib. 8. cap. 27. quæst. 3. & Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 4. & 24. Paulus Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 11. num. 5. Nam, quanuis in religione Christiana, & catholica huiusmodi abstinentia, aut eius certorum ciborum possit spectare ad præceptum ieiunii, & aliquo modo ex illa possit colligi ipsa religio, & fides, quam quis profitetur: quia tamen ex se est primariò instituta ad finem naturæ, qui est sustentatio vitæ, & virium, vel ne vires, & vita, ciborum nimietate opprimantur, & extinguantur, vel, vt palato, & gustui indulgeatur per hos potius, quàm per illos cibos, non est quis absolutè damnandus, quasi peccet contra fidem, vel eorè iudicandus, quasi profiteatur fidem catholicam ex hoc, quòd comedat, vel non comedat carnes, & abstineat, vel non abstineat à cibis simpliciter, vel determinatè ab his, aut illis.

10. Si verò aliqua actio externa, vel ex se, suaque natura, vel ex institutione, & vtu hominum solum sit ordinata ad exercendum, aut protestandum, vel significandum cultum religiosum, neque communiter vsurpetur ad alium finem, vt, verbi gratia, genuflexio, thurificatio, tinctio pectoris, & similes, quando fiunt coram Idolo; de his affirmat prima sententia paulò antè allata, quòd possit aliquando exerceri solum materialiter, & simulari ad fidem occultandam: sed negari non potest, quin oppositum communiter asseratur ab aliis omnibus,

& absolutè sit tenendum tanquàm verum, vt videmus infra: nam, quemadmodum protestatio, aut significatio falsæ religionis, non potest esse licita, si fiat per verba solum prolata materialiter; & si quis dicat, verbi gratia, se esse Mahometanum, aut idololatram, vel neget, se esse Christianum, aut Catholicum, verè peccat contra fidem, etiam si id dicat, non ex animo, sed solum materialiter, & simulatè: ita nec potest esse licita, si fiat per facta, & per actiones externas, eaque dicantur non exerceri ex animo protestandi, aut significandi, exterius falsam religionem, aut veram negandi; sed solum ex animo exercendi materialiter eas actiones, & sic occultandi veram religionem: nam, quemadmodum significatio non potest separari à verbis, quæ ad hoc solum sunt instituta, vt significent; & eo ipso, quòd proferuntur in tali, vel tali proposito, intelliguntur proferri, vt signa talium conceptuum, & talium rerum, in quarum noticiam alios ducunt: ita nec potest separari à factis, & ab actionibus, quæ similiter solum sunt instituta, vt signa talis cultus; & eo ipso, quòd exercentur, intelliguntur exerceri, vt signa illius, & semper in eius noticiam alios ducunt; & idèd nec possunt huiusmodi actiones separari à malitia contra fidem, vt patet ex regula paulò antè tradita n. 8. Imò eo ipso, quòd conceduntur huiusmodi actiones coram infidelibus exerceri materialiter, & ex intentione occultandi illis propriam fidem, apertè conuincuntur exerceri, vt signa oppositæ fidei, cum non aliter occultent fidem propriam, nisi quatenus faciunt credi de operante fidem oppositam; & quatenus sic adducunt de illo suspensionem, aut credulitatem propriæ fidei, & negari non potest, quin hæc simulatio intentione occultandi propriam fidem sit mendacium propriè dictum, vt probat Vasquez 1. 2. disput. 182. cap. 4. & idèd sit intrinsecè malum; & cum sit in materia fidei, & in re grauissima, certum est, quòd habeat etiam malitiam contra fidem, & grauissimam: nam, quòd mendacium possit consistere non solum in verbis, sed etiam in factis, si vsurpentur, vt signa interni sensus, aut conceptus, eumque significant aliter, quàm sit, expressè habet Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 111. art. 1. Er certum est ex eodem Sancto Thoma 2. 2. quæst. 110. art. 1. & ex Sancto Augustino libro contra mendacium, cap. 4. non longè à fine, tomo 5. quòd mendacium, siue verbis, siue factis propriissimè tunc committitur, quando falsum significatur causa fallendi, & adest cognitio falsi, quòd significatur, & voluntas illud significandi; & præterea adest voluntas fallendi, & falsam opinionem in alio ingenerandi, quæ tamè omnia perfecte reperiuntur in eo, qui facit materialiter modo explicato actiones falsæ religionis: nam, qui genuflexit, verbi gratia, vel dat thura Idolo, benè aduertit, quòd illæ actiones ex hominum institutione, & ex communi vsu, sunt signa interni cultus; quem tamen verè ille non habet ad Idolum; & per consequens benè aduertit, quòd, provt ab ipso exercentur, falsum significant, & quòd falsam opinionem ingenerant in infidelibus, quoad fidem, & cultum Idoli: & tamen ex hac vtraque intentione illas exercet, vt exterius falsum significant, & vt falsam opinionem de se ingenerent, cum hac tantum ratione possit illis occultare fidem suam: & si forte dicatur, quòd hoc posterius non intendit in se, & directè; negari non potest, quin saltem intendat in alio, & indirectè, id est, provt continetur in ipsa falsâ significatione cultus Idoli, quæ est formaliter ipsa materialis genuflexio, aut thurificatio voluntariè facta ad occultandam internam fidem,

11. Quia eo ipso conuincitur exerceri formaliter falsam fidem.

14. Simulatio per actiones communiter institutas ad vsum falsæ religionis, necessariò est contra præceptum fidei.

15. Nec facta recedit ab errore Elcezarum.

12. Er continet propriissimè mendacium in vniuersali.

13. Quid requiratur ad mendacium propriè dictum.

fidem; & saltem virtualiter continet voluntatem fallendi, vt notat Suar. lib. 9. de legib. cap. 17. n. 7. pag. mibi 783.

Et idem ferè argumentum potest fieri magis propriè ex præcepto, & obligatione fidei: nam per hanc quemadmodum positivè præcipitur internus assensus ad illa omnia, quæ spectant ad sectam veram, eiusque assensus externa manifestatio, & declaratio, siue per verba, siue per facta, quando oportet: ita, & negatiuè prohibetur internus assensus ad ea, quæ spectant ad sectam falsam, eiusque assensus externa manifestatio, & declaratio, siue per verba, siue per facta, verè, aut falsò prolata, atque exercita, vt notat Valent. dub. 4. cit. §. Tertiò probatur. & ad 4. Et quemadmodum peccat contra hoc præceptum negatiuum, qui solum interius præberet assensum ad falsam sectam, eumque exterius non declararet: ita & peccat, qui solum exterius illum declarat, siue per verba, siue per facta; cumque interius verè non præberet. Et qui assereret, hoc esse licitum, quando non vrger præceptum affirmatiuum de fide positivè manifestanda, & confidentia, non satis videretur recedere ab errore Elcezarum, de quibus supra disput. 11. num. 3. siquidem, cum illi vniuersalissimè assererent, & semper licetè negare fidem exterius, dummodo nunquam negaretur interius; & semper corde, & mente retineretur: hic tamen non id negare vniuersalissimè, sed solum pro iis casibus, in quibus vrgeret præceptum affirmatiuum de confessione fidei; & pro aliis, in quibus vrgeret præceptum negatiuum, id vtrò concederet; cum tamen certissimum esse debeat, quòd habenda siue ratio etiam præcepti negatiui: & hoc cum obliget semper, & ad semper, & absolutè nunquam non obliget: tam est dicendum obligare, quando vrger præceptum affirmatiuum de consistenda fide, quam quando non vrger.

Et alioqui nemo non videt, ex principiis ipsis fidei esse falsissimum, & absurdissimum, si quis asserat, licere iuueni, verbi gratia, ad fidem conuerso ex Iudaismo, & iam baptizato, adhuc seruare caeremonias legis: non quidem animo per eas significandi futurum Messiam, sicut communiter seruant Iudæi, sed solum materialiter ad occultandam fidem à se susceptam; & ne ipsius parentes, verbi gratia, aut consanguinei aduertant, quòd sit Christianus, eumque priuent rebus domesticis, aut aliud malum illi inferant: & qui assereret tali iuueni id licere semel, aut iterum, vel per vnum, aut alterum diem, idque non esse intrinsecè malum, & contra fidem, facile conuinceretur, debere etiam asserere, quòd id liceret etiam sæpius, & ad tempus quodcumque longissimum, & per totam vitam, si per hanc totam duraret metus parentum, aut quæuis alia ratio ad occultandam fidem: imò & modò liceret vnicuique fidelium, si occurreret ratio simulandi sectam Iudaicam, vt benè argumentatur Sanctus Augustinus epistola 19. cit. & notat Suar. lib. 9. de leg. cap. 17. num. 13. quod tamen à nullo Catholico potest admitti.

Et idem esset concedendum Gentili, qui in Iaponia, verbi gratia, fidem susciperet, camque vt occultaret, & celaret tyranno; nihil de illa interroganti, aut scienti, frequenter materialiter templum Idoli, eique materialiter genu flexerit, & thura daret, idque continuaret, quandiu duraret metus tyranni.

Et denique idem esset in Anglia, verbi gratia, concedendum Catholicis, vt frequentarent materialiter templa Hæreticorum, & eorum conciones audirent, & eorum sacris communicarent, imò &

iuramentum fidelitatis materialiter Regi præstarent, ne alioqui detegerentur, & comprehenderentur, tanquàm Catholici, & grauissimè multarentur: quæ tamen omnia esse in detrimentum diuini cultus, & animarum salutis, & salua fide catholica, & citra incursionem iræ diuinæ, præstari non posse, ex professio definit Paulus V. in suo Breui ad Catholicos Angliæ, anno 1606. 10. Kal. Octobris, quod refert Suar. in defens. cathol. fidei, lib. 6. sub initium col. mibi 797. & iuxta principia fidei, & doctrinam Sanctorum Patrum benè expenditur, atque declarat eodem lib. 6. cap. 9. n. 23. & seqq.

Et contra hæc omnia clarissimè faciunt loca Scripturæ supra allata disput. 11. contra errorem Elcezarum, quæ absolutè, & simpliciter damnant quodcumque mendacium, siue verbis, siue factis commissum, & quancumque erubescenciam, aut negationem Christi, & fidei; non autem solum quando vrger persecutio, & tyrannus actualiter torquet, & quarit de fide: & qui vellet defendere sententiam Adriani de simulatione materiali falsæ sectæ, non aliter posset se defendere ab errore iam dicto de fide neganda ore tenus, & non ex animo, nisi subtiliter contendendo, quòd hæc simulatio falsæ fidei non esset negatio fidei veræ factis ipsis exhibitata; quod tamen difficillimè assequi posset, vt patet ex dictis. Et magis specialiter ex veteri Testamento facit id, quod habetur 2. Machab. cap. 6. vbi eorum commiseratio, qua suadebant Elazarus simulationem comedendi carnes prohibitas, appellatur iniqua: & ipse Elazarus commendatur, quòd citò, & indubitanter responderet, præmitti se velle in Infernum, quàm simulare, quòd de illis manducasset: quod tamen sine dubio non fuisset laudandum; si ad mortem vitandam non modò simulatio comedendi; sed ipsa materialis comestio sine formali intentione falsi cultus, fuisset licita; neque fuisset reprehendendi, tanquàm dantes iniquum consilium; qui illam suassent ex naturali commiseratione.

Et ex nouo Testamento plurimum facit id, quòd habetur 1. Corinth. cap. 10. nullo modo licere, edere carnes immolatas idolis: quia omninò id esset fieri socios, & participes mensæ Demoniorum: sicut & olim Hebræi, dum comedebant in atrio, & ante templum de hostiis Deo oblati; vt patet ex primo Reg. cap. 9. censentur participare de sacrificiis Dei: & modò, qui comedunt in sacrificio Missæ de Corpore, & Sanguine Christi, censentur participare de eodem sacrificio Domini: hæc enim tota argumentatio nulla esset, si posset dari comestio solum materialis, etiam quando idololatram illam postulant, & communiter solum accipiunt, tanquàm signum comunicandi, & participandi de sacrificio, & de cultu Idoli. Et quòd ex hac significatione comunicandi, & participandi de cultu Idoli, necessariò habeatur, & deriuetur malitia ad comestionem; & hæc non possit, etiam materialiter, ab illa præscindi, & separari, quando hic, & nunc non præscinditur, & non separatur significatio; clarè patet ex aliis verbis, quæ subduntur paulò post: Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire, quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis: nolite manducare propter illum, qui indicauit, & propter conscientiam: conscientiam autem dico non tuam, sed alterius, &c. Nam sensus est, quòd idèd non sit manducandum id, quòd dicitur esse immolatum idolis, quia manducatio in tali casu communiter acciperetur, tanquàm communicatio, & participatio de sacrificio, & de mensa Idoli; quæ tamen significatio est intrinsecè mala, cum sit externa professio idololatricæ,

16. Probatur ex Scripturis, quòd simulatio in rebus fidei sit illicita.

& contra præceptum fidei negativum de non profitenda etiam exteriori, & solum materialiter falsa religione.

Ad idem facit etiam id, quod habetur 2. *Corint.* 6. quod iugum non sit ducendum cum infidelibus, id est, non sit cum illis communicandum in iis, quas pertinent ad religionem, & in operibus infidelitatis, vt exponit eodem loco S. Thom. & apud Suar. in *defensione fidei*, lib. 6. cap. 7. n. 17. in fine. quia, quem admodum iustitia nulla potest esse participatio cum iniquitate, neque luci vlla societas potest esse ad tenebras: ita nec Christo potest esse vlla conuentio ad Belial; & per consequens, neque fidei pars vlla debet esse cum infideli: similiter enim per hæc verba non solum excluditur communicatio formalis, & ex animo verè exercenda infidelitatem; sed etiam materialis, & quæcumque; & absolute instructiuo is illorum operibus nullo modo est communicandum, vt iterum dicitur ad *Ephes.* 5.

Et eandem communicationem materialem in operibus infidelitatis expressè damnant etiam plures ex Patribus, vt Sanctus Irenæus lib. 1. cap. 1. circa medium. Orig. lib. 8. contra *Colsum*. Tertull. in lib. de idololatria, S. Cyprian. in *Serm. de lapsis*. S. Aug. lib. 2. *ret. act.* cap. 62. & alij apud Valent. 2. 2. *disput.* 1. *quest.* 3. puncto 2. dub. 4. §. *Secundo probatur ex Patribus*. col. mibi 355, & omnium clarissimè S. Chrylost. hom. 2. 5. in *Matth.* vbi asserit, ex Dei præcepto non tantum ore, sed etiam aliis omnibus corporis sensibus Christum, & fidem esse confitendam; eamque oculis, verbis gratia, tunc negari, quando quis infidelis alicui dicit: Non manduces idolothytum; sed aspice tantum Idola, quam sint speciosa, inque sic iniuriat aspererit. Et auribus tunc negari, quando quis similiter inuitatus ab infideli, audit blasphemias Christi, & laudes Idoli: & tunc odoratu, quando inuitatur, dum offertur incensum, & tantum stat, & odorem accipit; & tunc gustu, quando manducat, vel fingit, se manducare de immolatis, quod Eleazarus 2. *Machab.* 6. constantè negauit; & denique tunc fidem, & Christum negari tactu, quando similiter Idolum tangitur, vel tenetur thuribulum; quæ certè omnia nihil sunt aliud, nisi actiones materiales, & à Sancto Chrylostomo in tantum damnantur, in quantum ab infideli petuntur, vt signa cultus; & vt talia accipiuntur, si de facto exhibeantur.

Et denique huiusmodi simulationem in materia fidei damnant communiter etiam Doctores, vt Alex. 3. *part. quest.* 183. memb. 2. Caiet. 2. 2. *quest.* 3. art. 2. Bannes ibidem, S. Antonin. 2. *part. tit.* 12. cap. 6. Sylu. *verbo, fides, quest.* 5. Nauar. in *Man. cap.* 11. num. 27. Valent. 2. 2. *disput.* 1. *quest.* 3. puncto 2. dub. 4. Suar. de *fide, disput.* 1. 4. sect. 4. & in *defensione fidei* lib. 6. cap. 9. & lib. 9. de *leg. cap.* 17. n. 14. & *seqq.* Valquez 1. 2. *disput.* 182. cap. 5. pag. mibi 259. Sanchez lib. 2. in *Decal.* cap. 4. n. 13. & 14. Tol. lib. 4. cap. 2. n. 7. Layman. lib. 2. *tract.* 1. cap. 11. Reginald. lib. 17. n. 33. & alij apud Valq. *disput.* 182. *cap.* 3. n. 27.

Neque est, quod immoremur in afferendis, aut explicandis rationibus, quibus damnant, cum iam satis sint explicatæ in præcedentibus.

Rationes dubitandi initio allatæ non multum videntur: nam falsum est, quod simulatio propriè dicta circa alias omnes materias sit licita, quando aliqui non est obligatio rem declarandi, sicuti est: vt enim patet ex Sancto Thoma 2. 2. *quest.* 111. art. 1. est mendacium consistens in signis factorum exteriorum; & idè est intrinsecè mala: & tam opponitur veritati, quod quis voluntariè significet per verba exteriora rem aliquam, aliter quàm sit, quàm quod voluntati id significet per aliqua facta.

Neque Christus assumendo naturam humanam in similitudinem carnis peccati, propriè simulauit se peccatorem, cum non intenderit significare, se esse alium, quàm verè esset; sed solum ostenderit, se esse hominem, vt verè erat; & omninò acciderit præter intentionem naturæ assumptæ, vt Hebræi eam putauerint etiam in Christo esse peccatricem, non autem sanctam, vt notat Valq. *part.* 1. *disput.* 182. num. 66.

Et quod finxit Luca vit. se longius ire, similiter non fecit per veram simulationem, cum non intenderit significare id, quod non erat, id est, materialiter, quod iret longius; sed figurare spiritualiter id, quod erat, vt notat Sanctus Gregorius homil. 13. in *Euangelia*, nò longè ab initio, & Sanctus Augustinus lib. 1. *questionum euangelicarum*, cap. vlt. & apud Sanct. Thom. 2. 2. *quest.* 111. art. 1. ad 1. id est, quod ipse logè esset à fide Discipulorum, vel quod ab illis esset longius recessurus, ascendendo in cælum; & tamen per eorum hospitalitatem detineretur in terris.

Simulatio verò materialis, si est licita, solum est licita per eas actiones, quæ non sunt ex sua natura, vel ex hominum institutione, & ex communi vsu, signa falsi, & rei alicuius aliter, quàm sit: quia aliqui, si actio aliqua non potest separari à significatione falsi, neque etiam potest separari à ratione, & à malitia mendacij: & idè ex nulla bona intentione potest honestari, & esse licita; & simulatio, quæ per illas fiet, erit formalis, & verum mendacium ex intentione falsum significandi, non autem erit materialis. Et contra, si aliqua actio non est ex se determinata ad significandum aliquid falsum, & potest separari à tali significatione, & ex se est indifferens, vt significet aliquid verum; vel, vt significet aliquid falsum licitè potest assumi materialiter ex bona aliqua intentione, etiam si alius per illam ingeneretur aliqua falsa opinio de ipso operante, vt bene explicat Valen. 2. 2. *disput.* 1. *quest.* 3. puncto 2. dub. 4. *art.* in *responsione ad 5.* Tales autem sunt, id est, primi generis, & communiter determinate ad solam significationem, & protestationem falsæ religionis, vt supponimus, actiones religiose, de quibus loquimur, cum communiter solum accipiuntur, vt signa cultus, & tanquam protestationes falsæ religionis, & solum ratione huius significationis possunt inferui ad occultandam in homine fidei veram fidem, vt diximus: & idè semper sunt intrinsecè malæ, & nunquam possunt esse licitæ, & semper sunt cum iactura boni diuini, cuius veracitas, & fides per illas negatur exteriori; & cum iactura boni proximi, cui datur, per se loquendo, malum exemplum; & similiter inducitur ad idem faciendum, si sciatur eum esse fidelem, vt certè, per se loquendo, debet scire, cum non sit nisi valde per accidens, quod nesciat, cumque hominem absolute non norit.

Neque hoc est, quod dicitur cap. *In mandatis*. *dist. 43.* quod infideles prudenter eludi debeant, quando se ingerunt in res fidei, nòque prouocant ea dicere, quæ ipsos non oportet audire: solum enim est sensus, quod sermo sit eatur transferendus ad alias materias, vt exponit ibi Glossa, *verb. prudenter*; ex quo tamen non licet inferre, quod etiam sint fallendi per alias actiones falsæ religionis, de quibus hoc loco agimus.

De authoritate verò Sancti Hieronymi, cui maxime nicitur sententia Adriani, non est, quoad hanc materiam de simulatione falsæ religionis, magnopere laborandum: fuit enim quoad hoc acris dissertatio inter ipsum, & S. August. vt patet ex S. Thom. 1. 2. *quest.* 103. *art.* 4. ad 1. & ex *epistolis vtriusque* *suprà* *cit.* n. 3. & *tom.* 2. *Operum Sancti Augustini, epist.* 8. 9.

20. Simulatio propriè dicta non fuit in Christo.

21. Simulatio materialis per quas actiones potest esse licita.

22. Apostoli non simulauerunt vetera legis.

23. S. Petrus in quo fuerit reprehensus à S. Paulo.

si *seqq.* & fuse explicat Valq. 1. 2. *disput.* 182. & communiter Doctores quoad hoc meritò præferunt sententiam Sancti Augustini, quæ etiam est aliorum Patrum, quos retulimus n. 17. & firmiores habet rationes, & nulla incommoda, vt patet ex dictis.

Neque Apostoli simulauerunt Iudaismum, dum obseruauerunt per aliquod tempus ceremonias legis, & Sanctus Paulus circumcidit Timotheum, & purificatus est cum Iudeis, & caput rasit, & c. sed licitè, & ex animo Deum colendi eas seruauerunt: siquidem per Christi mortem ita lex erat mortua, & abolita quoad necessitatem eam seruandi & consequendi salutem per ipsam; vt tamen non statim esset mortifera, & positua prohibita; sed per aliquod tempus ex Christi dispensatione mansit permixta, & licitè potuit seruari, id est, quovisque Euangelium, & lex noua sufficienter promulgaretur. Et hoc modo licitè illam seruauerunt ipsi Apostoli in iis omnibus actibus, qui afferuntur in argumento: neque est, quod dicantur huiusmodi obseruationem simulasse, vt notat S. Th. *part.* 2. *quest.* 103. *art.* 4. ad 1. *cit.* & fuse Suar. lib. 9. de *legib. cap.* 5. & *seqq.* & Valq. 1. 2. *disput.* 182. paulò ante *cit.*

Et quod dicitur ad *Galat.* 2. Sanctus Paulus restitisse in faciem Sancto Petro, & hic verè fuisse reprehensibilis; non est similiter, quod intelligatur de resistentia solum simulationis, & de reprehensibilitate solum facta, & non voluntaria, vt putauit Sanctus Hieronymus; sed de vera, & rationabili, vt voluit Sanctus Augustinus *epist.* 19. *tom.* 2. & probat Valq. 1. 2. *disput.* 182. *disput.* 282. *cap.* 6. cum in Scriptura canonica, qualis est inter cæteras Epistola ad Galatas, nefas sit dicere, quod aliquid contineatur absolute falsum, & quod Sanctus Petrus absolute dicatur fuisse reprehensibilis, si verè talis non erat: & quanuis reuera Sanctus Petrus non peccarit in obseruantia simpliciter ipsorum legalium, siquidem hæc erat licita, nec poterat quoad illam reprehendi à Sancto Paulo, qui etiam ipse illa seruabat, vt bene aduertit S. Hieronymus; peccauit tamen; quia nimiam diligentiam adhibebat circa illam obseruantiam, ne scandalizaret Iudeos; & ex hoc sequebatur, quod scandalizarentur Gentiles, vt notat Sanctus Thom. 1. 2. *q.* 103. *art.* 4. *cit.* ad 2. cum possent iure existimare, quod cæremonia legis, & Iudaismus esset etiam ipsis simpliciter necessarius, & sic auerterentur à Christi fide; & vt notat idem S. Thomas *lect.* 3. in *cap.* 2. ad *Gal.* bene potuerunt Apostoli, etiam post acceptum Spiritum Sanctum, peccare venialiter; quanuis essent confirmati in gratia, & non possent peccare mortaliter, & veniale tantummodo fuit hoc peccatum Sancti Petri ex aliquo defectu considerationis, & prudentiæ, per quam non omnia satis aduertit, provt debebat; sed nimius fuit in indulgendo Iudeis, quorum præcipuè erat Apostolus, vt bene explicat Cornel. à Lapide in *idem caput 2. ad Gal.* n. 38. & bene potuit etiam propter peccatum veniale esse reprehensibilis, quanuis non desint, qui illum excusent etiam à culpa veniali, & solum asserant, eum fuisse reprehensibilem ex aliqua inaduerentia potius naturali, quàm voluntaria, & culpabili, vt videre est apud Valq. 1. 2. *disput.* 182. *cit.* cap. 7. vbi id explicat ex professo.

Et denique ad decretum Apostolorum de abstinendo ab immolatis, & suffocato, bene responderit S. Thom. 1. 2. *quest.* 103. *art.* 4. ad 3. non fuisse id tunc decretum pro obseruatione, siue formali, siue materiali cæremoniarum legis, sed solum pro vnione, & pace Gentilium, & Iudeorum seruanda: siquidem illi, si comedissent immolata simulacrum, suspicionem ingenerabant, ne redirent ad

idololatriam; & si maximè abominabantur suffocatum, & sanguinem, nec facile potuissent tolerare Gentiles, & cum illis cohabitare, si ab illis non abstinuissent: procedente verò tempore, & manifestata Euangelij veritate, secundum quam non coinquinat hominem id, quod intrat in os, vt dicitur *Matth.* 15. & nihil est reiiciendum, quod percipitur cum gratiarum actione, vt dicitur 1. ad *Timoth.* 4. meritò cessauit illud præceptum, & solum mansit de abstinendo à fornicatione; quæ idè specialiter fuerat prohibita, vel declarata, quod esset illicita: quia Gentiles eam non reputabant esse peccatum, vt notat Sanct. Thom. *loc. cit.*

Ad id, quod assertur ex veteri Testamento de Iehu, bene respondet idem Sanctus Thomas 2. 2. *quest.* 111. *art.* 1. ad 2. & ex illo Suar. *disput.* 14. de *fide, sect.* 4. n. 9. Valent. 2. 2. *disput.* 1. *quest.* 3. puncto 2. dub. 4. *cit.* §. *Neque verò conuincunt*. Valq. 1. 2. *disput.* 182. *cap.* 8. num. 71. & alij communiter: quod non est necesse in eo sacrificio, & simulatione cum excusare à peccato, & à mendacio, cum esset verè malus, & non recederet ab idololatria Ieroboam, vt etiam notat S. Aug. lib. *contra mendacium*, cap. 2. Neque Deus laudauit simulationem, & mendacium, quo vsus est, tanquam medio, ad occidendos cultores Baal; sed ipsam occisionem, & zelum, ex quo occidit: vnde & dixit: *Quia studiosè egisti*. non autem dixit: *Quia bene, & studiosè locutus es*. & vt addit Suar. mos est Scripturæ, vt sæpè in aliquo facto laudet intentionem, etiam si factum ipsum, vel mediū, per quod est factum, sit malum, & non possit laudari.

Ad illud de Eliseo, & Naaman, verior, & probabilior responsio est apud eundem Suar. *sect.* 4. *cit.* num. 8. & apud Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 27. *quest.* 7. & apud Sanchez lib. 1. in *Decal. cap.* 7. num. 21. & lib. 2. *cap.* 4. n. 14. in fine, quod Naaman nõ petiit ab Eliseo licentiam simulandi adorationem Idoli; sed solum ingrediendi templum Idoli simul cum Rege, eique ministrandi in suo munere, & genu flectendi, ipsamque Regem eo modo adorandi, quando ipse adoraret Idolum, & super manum, aut brachium ipsius inmitteretur: hæc verò non fuit simulatio adorationis Idoli, & cæremonia, vel cultus sacer, sed obseruantia merè politica, & honoratio, vel adoratio merè ciuili ipsius Regis; quanuis alij eam acciperent, tanquam adorationem Idoli, & ex se ipsi deciperentur. Et dum hanc tantum adorationem ciuilem ipsius Regis in templo Idoli per genuflexionem simul cum illo petiit Naaman, rectè illam concessit, vel permisit Eliseus, non obstante, quod aliis posset videri adoratio ipsius Idoli, & propter hanc apparentiam ipse etiam Naaman timeret de culpa, & pro illa peteret orari Dominum, sibi que ignosci, vt bene aduertit Azor. *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 27. *quest.* 7. *cit.* & Eliseus rectè dixit: *Vade in pacem*. id est, timorem omnem, vel scrupulum abiice; quæ tamen verba non potuissent dicere, si Naaman petiisset veram adorationem Idoli, vel adorationis simulationem, vt vult Valent. *dub.* 4. *cit.* in *responsione ad 3.* & alij alij apud Suar. num. 8. *cit.* n. nam sine dubio saltem debuisset eum monere de prauitate, & tunc solum potuisset postea cum illo vti permissione, quando aliter non potuisset obtinere, vt abstineret; non autem potuisset ad primam petitionem rei malæ, statim illam concedere, aut permittere simpliciter faciendam, quasi cum pace, & sine scrupulo conscientiæ.

Et contra, si Naaman solum petiit adorationem ciuilem ad ministerium, & obsequium Regis, optime potuit illam permittere, & absolute concedere, tanquam licitā, & statim iubere, vt pacem haberet

24. Eliseus quomodo permisit Naamæ adorare in templo Idoli.

17. Et ex Patri-bus.

18. Et ex Docto-ribus commu-niter.

19. Simulatio propriè dicta est intrinsecè mala.

25. *Famulus fidelis licite potest genuflectere in obsequio domini infidelis, ut in templo idoli.*

in conscientia, & scrupulam omnem abiiceret; eiusque exemplo licite posset famulus aliquis, aut captivus fidelis simile obsequium prestare domino infideli, & genu flectere, verbi gratia, & cum sibi innitentem sustinere, aut erigere, etiam quando in templo Idoli faceret sacra, aut sacris interesset, vt notat Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæst. 7. col. mibi 1046. & Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 7. num. 21. pag. mibi 26. col. 1. & alij apud ipsum: cum enim huiusmodi obsequia consueverint prestari à famulis extra templum, & circa exercitium cultus religiosi, non possunt esse determinata, vt semper significant cultum, & ceremoniam religiosam, sicut contingit in iis actionibus, quas hic damnamus, & quæ ab Adriano appellantur materiales simulationes falsæ sectæ; sed verè sunt absoluta ab huiusmodi significatione, & ideo licite possunt exerceri ab homine fideli: & non est, nisi per accidens, quoddam alij interpretentur, atque accipiant, vt ceremonias sacras, & verè decipiantur.

Et ad exemplum de Naaman, & Eliseo, potest etiam addi id, quod habet Vasq. part. 2. disput. 182. cap. 6. num. 72. cum non petiisset licentiam adorandi idolum, vel simulandi adorationem; sed solum rogasse, vt Eliseus pro ipso oraret, eique veniam impetraret, si forte aliquando templum ingressus cum suo domino, culpam committeret, vel adorando, vel simulando adorationem Idoli: idque solum importare illius verba: Hoc autem solum est, de quo deprecetur Dominum pro seruo tuo, quando ingrediatur Dominus meus templum Remmon, vt adoret, & illo imminente super manum meam, si adorauero in templo Remmon adorante eo, vt ignoscatur mihi Dominus seruo tuo pro hac re. Et contra, Eliseum per illa verba: Pade in pace, non concessisse, vel permisisse, vt adoraret Idolum, vel simularet adorationem; sed solum annuisse illius petitioni, & promississe, quoddam Deum pro ipso oraret, si forte aliquando culpam committeret.

Ad rationem, quæ subditur, patet ex dictis: nam simulatio materialis, si est licita, solum est licita per eas actiones, quæ non sunt determinatæ ad significandum aliquid falsi, siue ex se, siuæque natura, siue ex communi hominum vsu, siue ex circumstantiis; sed possunt bene absolui, & liberari ab huiusmodi significatione: & tales debent esse actiones, per quas sunt stratagemata tempore belli, vt notat Vasquez 1. 2. disput. 182. cap. 8. num. 7. non autem tales possunt esse actiones, de quibus loquimur, & quæ dicuntur simulationes materiales falsæ religionis, vt patet ex dictis; & eo ipso, quoddam sunt ad occultandam propriam fidem, & ad ingenerandam in infidelibus de ipso operante opinionem alterius sectæ, assumuntur, vt signa, & protestationes falsæ sectæ, & sunt contra præceptum negatiuum de fide; neque verbis, neque factis neganda; & de opposita secta non profitenda; & necessariò sunt contra finem charitatis, & cum iactura boni Dei, & boni proximi, vt diximus. Et quemadmodum æquiuocatio, quæ fit verbis, siue in materia fidei, siue in alia quacunque, solum fit per illa verba, quæ non sunt ex se determinata ad vnum tantum significandum, & alioqui est mendacium, & non æquiuocatio: ita & simulatio, vel æquiuocatio, quæ fit factis, solum fit per illa facta, quæ non sunt determinata ad vnum tantum significandum. Neque est negandum, quoddam etiam verba, & formæ Sacramentorum possint aliquando proferri, & vsurpari solum materialiter, vt in exemplis positis de eo, qui docet alterum baptizare, aut dicere Missam: & eadem ratione non est negandum, quoddam etiam actiones, & ceremonias falsæ sectæ non possint aliquando fieri solum materialiter, vt, quan-

do ex ioco, & non serid representatur in scena thurificatio idoli; vel quando famulus ad prestandum obsequium suo domino, etiam in templo, & ante Idolum, genuflectit: sed, quod negamus, solum est, quoddam non exercentur solum materialiter, quando exercentur ad protestandam exterius falsam sectam, & ad occultandam infidelibus propriam fidem, vt iam explicauimus.

DISPUTATIO XV.

Quomodo soluantur ex regulis positis particulares quæstiones de fide occultanda per vsum certarum vestium, quæ sunt propriæ infidelium.

1. In comediis, & ioci causa vestes, & actus quicumque infidelium non sunt illiciti.
2. Licitum est gestare vestes communes, & profanas infidelium, quantum sunt illorum propria ex more patriæ.
3. Deceptio, vt quis ex habitu infidelium reputetur infidelis, non prouenit ex habitu, sed aliunde.
4. Qui gestat habitum infidelium, & ex illo reputatur infidelis, non est arguendus mendacij.
5. In vexillis licite possunt apponi signa hostium ad eos fallendos, inuncto inferius num. 17.
6. Vestes infidelium propria non sunt gestanda à fidelibus, nisi ex rationabili causa.
7. Secundum aliquos non est licitum vti vestibus infidelium specialiter institutis ad dignoscendam sectam.
8. Secundum alios verò est licitum.
9. Sed conciliantur hæc dua sententia.
10. Si gestatio vestium non possit separari à significatione falsæ sectæ, non est licita.
11. Si verò possit separari, est licita.
12. Distinctio tradita est secundum mentem Doctorum.
13. Licitum est aliquando omittere vestes specialiter destinatas ad dignoscendos fideles.
14. Vestes infidelium destinatae ad vsum falsæ religionis, non possunt gestari à fidelibus.
15. Et precipue si contineant aliquem cultum authoris falsæ sectæ.
16. Sed hoc est bene considerandum ex circumstantiis.
17. In vexillis fidelium possunt apponi imagines infidelium; non ad cultum, sed ad ornatum.

X regula, quam tradidimus disput. precedente, num. 8. quoddam sit bene considerandum, vtrum aliqua actio possit absolui à significatione negationis fidei, vel professionis alterius sectæ; & quoddam tunc solum fit licita, quando potest absolui à tali significatione, & absolute fieri, non vt signum negandi fidem, aut sectam aliam profitendi; sed ad finem, & vsum longè alium, qui secum non trahat huiusmodi significationem, & ab illa sit separabilis, & de facto hic, & nunc sit separatus: ex hac, inquam, regula bene intellecta, & applicata possunt solui plures quæstiones particulares de vsu certarum vestium, aut certarum rerum, quæ alioqui sunt propriæ infidelium.

Nam in primis bene explicatur, quomodo in comediis licite dentur chura Idolis, & sacrificia, & ab iis, qui agunt personam tyranni, verbi gratia, aut hominis infidelis, conuicia iaciuntur

In comediis, & ioci causa vestes, & actus quicumque infidelium non sunt illiciti.

actus quicumque infidelium non sunt illiciti.

in fidem, & laudes congerantur in infidelitatem: hæc enim omnia cum fiant ioco, & non serid, tam ex parte actorum, quam spectatorum, solum sunt materialiter; & vere ab illis separatur pro actoribus significatio interni conceptus, qui habeatur de Idolis, & interni cultus, quo verè colantur; & interna reprobationis, & negationis fidei, vel approbationis, vel confessionis infidelitatis; & solum assumuntur ad hæc representanda, & significanda pro ipis tyrannis, aut infidelibus, quorum personæ aguntur, vt notat Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 3. punct. 2. dub. 4. §. Dixi autem Azor. par. 1. lib. 8. cap. 27. quæst. 6. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 4. num. 15. Bannes 2. 2. quæst. 3. art. 2. dub. 2. in fine, & omnes communiter.

Secundò explicatur, quomodo sit licitus cuiusque fidelis vsus vestium, quibus vtuntur infideles pro more patriæ, & nationis ad vnum purè naturalem, & ad finem merè politicum distinguendæ, & discernendæ nationis, & gentis; non autem ad vsum religionis, vt sunt, verbi gratia, vestes Turcarum, Hispanorum, Gallorum, &c. eo enim ipso, quoddam non sunt instituta ad vsum religionis, neque significant hanc potius sectam, quam illam, non est periculum, vt contineant, etiam tacite, & virtualiter professionem falsæ sectæ, vel negationem fidei veræ. Vnde, quemadmodum, si quis inter Turcas, verbi gratia, conuertatur ad fidem, & Baptismum suscipiat, adhuc potest incidere in eodem habitu, & vestibus Turcicis, neque tenetur illas mutare, cum nullam habeant contrarietatem, aut oppositionem ad fidem; & idem est, si tota natio Turcica conuerteretur, vt notat Bannes 2. 2. quæst. 3. art. 2. dub. 4. conclus. 1. ita, & si quis iam pridem fidelis, & baptizatus, ex aliqua causa se transferat ad Turcas, & inter illos per aliquod tempus velit degere, & nolit agnosci, quoddam sit exterius, licite potest suscipere, & induere habitum Turcicum.

Deceptio, vt quis ex habitu infidelium reputetur infidelis, non prouenit ex habitu, sed aliunde.

Neque ex eo, quoddam qui incedit habitu Turcico creditur communiter esse Turca, & religionis, & fidei longè alterius, & diuersæ à nostra, sequitur, quoddam reuera ille habitus ex se habeat significare talem religionem, & talem sectam; & ideo non possit assumi, & gestari sine peccato contra fidem: nam, vt bene notat Suar. disp. 1. 4. de fid. sect. 5. num. 4. huiusmodi credulitas, & reputatio religionis, & sectæ, non est ex significatione, quam per se habeant vestes, cum reuera nullam attentionem, aut connexionem cum illa habeant; siue ex rei natura, quomodo fumus significat ignem; siue ex hominum instituto, quomodo ramus significat vinum, aut rem vendibilem; & solum sint inuentæ & in vsum inductæ propter necessitates naturales arcendi frigus, & turpitudines occultandi; & ad summum propter significandam, & discernendam nationem, & gentem: sed falsa illa credulitas tota, & totaliter prouenit ex mala ratiocinatione, & discursu, quem tacite faciunt, qui ex vestibus colligunt nationem, & sectam, dum id, quoddam accidit solum frequenter, & vt plurimum, vt qui incedit cum habitu Turcico sit nationis, & sectæ Turcicæ; accipiunt per errorem, tanquam verum vniuersaliter; & tanquam dictum de omni, & assumunt, quoddam omnis, qui incedit cum habitu Turcico, sit nationis, & sectæ Turcicæ, & subsumpta alia minore propositione, quoddam hic, aut ille incedat in habitu Turcico, inferunt falsam conclusionem, quoddam hic, aut ille sit nationis, & sectæ Turcicæ, eiusque erroris, aut deceptionis ipsi sibi sunt causa, dum falsum assumunt: non autem vestes, aut habitus Turcicus, quem gestat hic, aut ille ad omnem alium finem, quam ad significandam, aut protestandam nationem, aut sectam.

Et eadem ratione, qui sic incedit in habitu Turcico, non est, quoddam arguatur mendacij consistentis, non quidem in verbis, sed in factis, iuxta doctrinam supra traditam ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 111. art. 1. id est, in ipsa gestatione habitus: nam reuera qui sic incedit, nihil dicit, eoque habitu solum vtitur pro voluntate, & tempore ad se tegendum, & defendendum à frigore, non autem ad aliquid significandum, aut dicendum, siue circa religionem, & sectam, siue circa aliud quodcunque, vt subdit Suar. sect. 5. cir. n. 5. §. Et similiter ad secundam. cum reuera ille habitus non sit signum vilius rei, siue naturale, siue ad placitum, vt iam diximus. Vnde & Sanctus Sebastianus diu gestando, cingulum, & habitum militarem, & conuiuendo, & militando inter infideles, etiam post susceptam Christi fidem, sicut prius, non fuit reus mendacij, aut culpæ alterius, etiam si ab aliis communiter reputaretur infidelis, vt notat Caietanus 2. 2. quæst. 3. art. 2. Sylu. verb. Infidelitas, quæst. 9. num. 10. & alij. Et quemadmodum nullus est, qui damnet, verbi gratia, hominem Italum mendacij, aut culpæ, si in gratiam alicuius, vel ad aliquem alium finem incedat in habitu Gallico, aut Hispanico, sibi que soli debet tribuere quicumque alius, qui ex habitu decipitur, & falso iudicat circa nationem: ita nec est damnandus, qui inter Turcas incedit in habitu Turcico; & sibi debet tribuere, qui ex habitu fallitur circa sectam, aut circa nationem Turcicam.

Et ex hoc capite licite faciunt Christiani Duces, dum gerunt bellum contra infideles, & mittunt exploratores, gestantes eorum habitum; & dum triremibus, quas appellant ad eorum regiones, apponunt eorum signa, & vexilla, vt notat Azor. part. 1. lib. 8. cap. 27. quæst. 6. col. mibi 1046. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 4. num. 22. Suar. disput. 1. 4. de fide, sect. 5. n. 4. Bannes 2. 2. quæst. 3. art. 2. dub. 2. concl. 1. §. Secundo probatur. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 11. num. 4. §. Simili modo. nam similiter huiusmodi vestes, aut vexilla non sunt signa religionis, aut sectæ, sed ad summum nationis, & Ducis, aut Principis, sub quo milites in triremibus pugnant: & hæc ipsa significatio non est certa, & infallibilis, cum etiam alij, qui non sunt illius nationis, soleant sæpe vti ad alios fines iisdem vestibus; & etiam alij Duces possint, si velint, suos milites ducere sub iisdem signis, & vexillis, neque ex eo, quoddam fuerint dicta signa, & vexilla iam accepta, & vsurpata ab vno, eoque infideli, sit ablata potestas aliis omnibus, & præsertim fidelibus accipiendi, & vsurpandi illa eadem, si voluerint. Et hæc ipsa est ars militaris, vt hostibus præbeat occasio, vt fallantur, dum non satis aduertunt omnia, & dum accipiunt pro vero vniuersaliter, id, quoddam est verum solum vt plurimum: & est bona, & licita, sicut contingit communiter etiam in ludis, vt colludentes certis modis se inuicem fallant, & per hoc non recedant à legibus ludi, vt notat Azor. loc. cit. & in huiusmodi vexillis solum debet aduerti, vt in illis non apponantur ea, quæ faciunt specialiter ad honorem, aut cultum authoris falsæ sectæ, verbi gratia, Mahometi, aut Caluini, vt notant Authores citati.

Atque hoc, quoddam dicimus de vestibus infidelium, quæ non sunt deputatæ, neque vsurpantur ad significandam religionem, & sectam; sed solum pro necessitatibus naturalibus, & non habent ad summum, nisi vt plurimum, vt significant gentem, atque nationem, communiter admittuntur, & conceditur ab omnibus Doctoribus, vt patet apud Suar. sect. 5. cir. n. 1. §. 4. & apud Sanchez cap. 4. cir. num. 17. & solum addunt, has ipsas vestes infidelium proprio modo explicato non esse imprudenter, & sine rationabili causa

Qui gestat habitum infidelium, & ex illo reputatur infidelis, non est arguendus mendacij.

In vexillis licite possunt apponi signa hostium ad eos fallendos. Et n. 17.

Vestes infidelium propria causa

non sunt ge-
stata à fide-
libus, nisi ex
rationabili
causa.

causa gestandas à fidelibus; sed solùm quando vr-
get necessitas occultandæ fidei, & vitæ tuendæ, vel
procurendi alterius magni boni: quia, quanvis illa-
rum gestatio non sit contra fidem, & per se mala;
negari tamen non potest, quin habeat speciem
mali, & facile possit non solùm infidelibus; sed
etiam pusillis fidelibus generare scandalum, &
offensionem; cum tamen ex Sancto Paulo 1. ad
Thessalonicenses, cap. 5. debeamus nos abstinere,
non solùm à malo; sed etiam ab omni specie ma-
li, & nemini dare ullam offensionem, aut scan-
dalum; & hoc ipsum pertineat ad honorem, & bo-
num fidei, vt non faciliè, & sine causa velimus etiam
falsò ab aliquo reputari infideles, vt subdit Suar.
num. 5.

Illud aliud non conceditur ab omnibus, & habet
maiores difficultates, vtrum liceat similiter vti
vestibus propriis infidelium, quando per legem
Principis, vel per consuetudinem communiter re-
ceptam in aliqua regione, sunt specialiter deputatæ,
non quidem ad profectandam, aut protestandam reli-
gionem, & sectam; quasi ipsa gestatio, & vsus illa-
rum sit aliquis actus externus, & aliquod exercitium
talis religionis; sed solùm sunt deputatæ ad signifi-
candam, & dignoscendam huiusmodi sectam, & re-
ligionem; vt, si aliquis Princeps, verbi gratia, in sua
ditione habeat plures subditos infideles, & plures
fideles, & ad finem politicum, bonumque regimen,
velit vtrosque dignosci ab vtriusque ex vestibus, &
certas vestes vtriusque præscribat, per quas à se inui-
cem, & communiter dignoscantur: quo modo Pon-
tiffex Romæ præscribit Iudæis masculis, vt gestent
biretum flavum; feminis verò, vt gestent in capite
aliud signum patens glauci coloris, illudque depu-
tat, & constituit, tanquam signum quo cognoscan-
tur esse Iudæi, & dignoscantur ab aliis omnibus.

Et quidem Caiet. 2. 2. quæst. 3. art. 2. & in Summa,
ubi dicitur, habitus S. Antonin. part. 2. tit. 1. 2. cap. 6. Sylu.
verbi gratia, quæst. 5. num. 8. & verb. apostasia, quæst. 1. &
licium vti verb. infidelitas, quæst. ult. Nauar. in 2. ann. cap. 1. 1.
vestibus infidelium specialiter instituta ad dignoscendum
7. secundum aliquos non est licitum vti vestibus infidelium specialiter instituta ad dignoscendum
vestibus infidelium, nisi ex rationabili causa. *7.*
ubi dicitur, habitus S. Antonin. part. 2. tit. 1. 2. cap. 6. Sylu.
verbi gratia, quæst. 5. num. 8. & verb. apostasia, quæst. 1. &
licium vti verb. infidelitas, quæst. ult. Nauar. in 2. ann. cap. 1. 1.
vestibus infidelium specialiter instituta ad dignoscendum
8. secundum alios non est licitum vti vestibus infidelium, nisi ex rationabili causa. *8.*
ubi dicitur, habitus S. Antonin. part. 2. tit. 1. 2. cap. 6. Sylu.
verbi gratia, quæst. 5. num. 8. & verb. apostasia, quæst. 1. &
licium vti verb. infidelitas, quæst. ult. Nauar. in 2. ann. cap. 1. 1.
vestibus infidelium specialiter instituta ad dignoscendum

Contra verò plures alij recentiores absolute do-
cent, non esse illicitum ex gravi aliqua causa, his
vestibus vti, verbi gratia, ad fidem occultandam, &
ad mortem vitandam, dum aliquis transit per terras
infidelium, & vtitur, verbi gratia, inter Turcas, &
Babylonios linteo, aut tobalia alba pro tegu-
mento capitis, sicut vtuntur Mahometani ad distin-
ctionem Christianorum commorantium in illis ter-
ris, qui solùm permittuntur vti linteo, aut tobalia va-
rij coloris, vt notat Bannes 2. 2. quæst. 3. art. 2. dub. 2.

conclus. 2. Vel etiam inter fideles, dum quis intendit
effugere manus Curie, & iudicium, aut sententiam
Iudicis, & assumit biretum, aut pileum Iudæorum,
Ita Bannes loco citato, conel. 3. Azor. part. 1. lib. 8. cap.
2. 7. quæst. 4. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 4. num. 19.
Suar. de fide, disp. 14. sect. 3. n. 7. Emman. Rodrig.
in Summa, part. 1. cap. 119. num. 5. Paulus Layman.
lib. 2. Theol. moral. tract. 1. cap. 11. num. 4. Emman. Sà
verb. fides, num. 5. Ang. verbo, infidelitas, num. 9. &
plures alij apud ipsos: nam, quanvis huiusmodi ve-
stes ex lege Principis, vel ex consuetudine, & vsu
communiter inducto in aliqua regione, habeant
specialiter significare, & declarare sectam; non ta-
men propterea amittunt alium vsum corpus tegendi,
& defendendi, qui est communis omnibus vesti-
bus; & ideo licite possunt assumi ad hunc vsum, &
non ad illum: sicut & verba, quæ habent duplicem,
aut multiplicem significationem, licite possunt assu-
mi ad vnam, & non ad aliam, etiam si futurum sit,
vt fallantur illi, qui audiunt, eaque sint accepturi in
alia significatione. Et quemadmodum laicus, vt effu-
giat manus Curie licite induit habitum clericalem,
aut monachalem; & Clericus, aut Monachus, dum
iter facit inter Hæreticos, licite induit vestes laica-
les; & viri sæpe induunt vestes muliebres, & mulie-
res vestes viriles, etiam si vestes clericales sint spe-
cialiter deputatæ ad declarandum statum clericali-
lem, & monachalem ad declarandum statum mona-
chalem, & vestes muliebres ad declarandum sexum
muliebrem, & viriles ad sexum virilem: ita & fidelis
licite potest induere vestes infidelium, non ob-
stante, quòd sint deputatæ per legem, vel per con-
suetudinem communiter receptam ad significan-
dam, vel declarandam sectam.

Sed fortasse hæc duæ sententiæ bene possunt con-
ciliari, si insistamus regulæ superioris traditæ pro
actionibus simulacris disputat. precedente, n. 8. & in
9. sequ. vt, videlicet, bene expendamus, vtrum signifi-
catio falsæ sectæ possit à gestatione huiusmodi ve-
stium separari: nam, si non possit separari, neque pos-
sit aliquis illas gestare, nisi significando, & decla-
rando, per ipsam gestationem, quòd ipse sit talis
sectæ; in tali casu videtur vera prima sententia, cum
talis significatio, & declaratio tam sit intrinsecè ma-
la, & contra præceptum negatiuum, de fide non ne-
ganda, & de aliena secta non admittenda, quando
sit factis, ac quando sit verbis. Et quemadmodum
genus flexio ante Idolum, aut illius thurificatio, sunt
intrinsecè mala, & non possunt etiam materialiter
fieri; quia continent inseparabiliter significationem
adorationis, & cultus: ita & gestatio vestium cense-
debet intrinsecè mala, & semper illicita, si non po-
test etiam ipsa separari à significatione, & declara-
tione falsæ sectæ. Et de facto talia videntur esse illa,
quæ nullum alium habent vsum, nisi vsum signi, vt
est, v.g. Romæ in feminis Hebræis gestatio fasciæ
glauci coloris complicatæ in capite, & in aliquibus
locis pro viris gestatio ligulæ, aut vitæ eiusdem co-
loris in pectore ad partem sinistram. Et idem est
etiam de pileo, aut bireto, si ex lege Principis, aut ex
consuetudine communiter inducta præter vsum teg-
gendi caput, etiam habet inseparabiliter vsum signi,
& nullus gestat communiter huiusmodi pileum, aut
biretum, qui non faciat se cognosci, & credi ab om-
nibus pro Iudæo: in hoc enim casu omnis occultatio,
& simulatio, quam ille potest intendere, videtur
esse illicita, cum in tantum possit quis se occultare,
verbi gratia, à suis hostibus, vel effugere manus Cur-
riæ per gestationem huiusmodi pilei, aut bireti, in
quantum per illam reputatur, & creditur esse Iu-
dæus: & per consequens non possit dicere, quòd
gestet

9.
Sed concilia-
tur hæc duæ
sententiæ.
10.
si gestatio
vestium non
possit separari
à signifi-
catione falsæ
sectæ, non est
licita.

12.
Distinctio
radicata est se-
cundum men-
tem Doctri-
num.

gestet pileum, aut biretum solùm ad vsum tegendi
caput, & quòd separet ab huiusmodi gestatione
vsu signi; siquidem primariò, & principaliter il-
lum assumit solùm vt signum, & in quantum potest
inducere falsam credulitatem, quòd sit Iudæus, per
quam solam potest se occultare ab hostibus, & ef-
fugere manus Curie.

Si verò significatio falsæ sectæ possit separari à
gestatione huiusmodi vestium, quæ sunt propriæ
infidelium, & verè possit aliquis illas gestare sepa-
rabiliter à significatione falsæ sectæ; & abique eo,
quòd communiter faciat se cognosci, vt illam ad-
mittens; in tali casu est vera secunda sententia,
cum talis gestatio nullam habeat oppositionem ad
præceptum fidei, siue affirmatiuum, siue negatiuum:
& verè huiusmodi vestes, in quantum sunt signum
sectæ, se habent, sicut verba æquiuoca, quæ habent
multiplicem vsum, & multiplex significatum, &
possunt assumi in vno, abique eo, quòd assumantur
in alio: & sicut vestes clericales, aut monachales,
quæ quanvis primariò sint institutæ ad dignoscen-
dum statum clericalem, & monachalem; & com-
muniter non gestentur nisi à veris Clericis, & à ve-
ris Monachis, vsurpantur tamen aliquando etiam
ab aliis; vt, verbi gratia, vestes clericales à viris do-
ctis, & graduatis; & monachales ab iis, qui ex vo-
to, vel ex deuotione erga aliquem, Sanctum illas
suscipiunt ad certum tempus, vel etiam pro semper;
acque ita cum non habeant infallibiliter, aut inse-
parabiliter significare statum sacrorum Ordinum,
aut professionis religiosæ; mirum non est, si possint
sine mendacio vsurpari ab aliquo ad se occultan-
dum, & fugiendum ab hostibus, vel à Curia. Et idem
est etiam de vestibus muliebribus, & virilibus, quæ
similiter non habent infallibiliter, & inseparabili-
ter denotare sexum; sed possunt vsurpari etiam ad
alios fines: vt, si mulier, verbi gratia, in itinere, vel
in venatione incedat in habitu virili, & vir in gra-
tiam feminarum incedat in habitu muliebri.

Et secundum hanc distinctionem debent intel-
ligi Authores vtriusque sententiæ: & Authores pri-
mæ solùm loquuntur: secundum primam illius par-
tem, vt patet ex Caietano, qui expressè loquitur so-
lùm in casu, in quo lex, aut consuetudo significandi
per vestes certam sectam, sit vniuersalis pro omni-
bus illius sectæ, & sit in viridi obseruantia apud
omnes: & tunc ait peccare mortaliter eum, qui
vtitur pileo, aut signo croceo Iudæorum, quando
constat, omnem illo vtemem declarare se Iudæum
illo ipso signo. Et similiter S. Antonin. part. 2. tit.
2. cap. 6. cit. tunc solùm ait, non esse licitum vti
vestibus infidelium, quando sunt institutæ tanquam
signum determinatum ad dignoscendos professores
infidelitatis. Et eodem modo loquuntur etiam alij,
vt patet vnique ipso legenti: & solùm in hoc
casu procedunt eorum rationes, in quo gestatio, &
vsus vestium, est declaratio infidelitatis.

Et contra Authores secundæ sententiæ solùm lo-
quuntur secundum alteram partem distinctionis
traditæ, id est, quando significatio falsæ sectæ potest
separari à gestatione vestium, eaque habent alium
vsu, propter quem solum possunt assumi, vt patet
ex Suar. & Sanchez, & aliis. Et similiter in hoc
casu habent vim eorum rationes, in quo gestatio
vestium non sit significatio, & declaratio sectæ;
sed verè præcindat, & separetur ab huiusmodi si-
gnificatione.

Quòd verò præterea asserit Caiet. 2. 2. quæst. 3.
art. 2. cit. qua ratione non est licitum assumere ve-
stes aut signa infidelium; eadem ratione non esse li-
citum præmittere vestes, aut signa fidelium, si etiam hæ-

per legem Principis, aut per consuetudinem com-
muniter receptam, & obseruatam sint determinatæ,
ac deputatæ ad declarandos, aut dignoscendos fideles:
vt, si Princeps aliquis, v.g. habeat plures subditos fi-
deles, & plures infideles, & vtriusque præscribat cer-
tas vestes, quibus ab inuicem dignoscantur: hoc, in-
quam, non videtur admittendum. Et non modò id
non admittunt Authores secundæ sententiæ supra
citati: sed neque etiam Valentia, Nauarrus, & alij
alij primæ sententiæ: nam, quemadmodum quando
tyrannus solùm generaliter, non autem particu-
lariter, aut singulariter querit de fide; & per edictum, aut
voce præconis generaliter præcipit, vt omnis, qui
Christum colit, in medium prodeat; nulla est obli-
gatio, vt quis se prodatur, & in medium prodeat: sed
omnes possunt tacere, & etiam per fugam se occultare,
vt supra diximus disput. 1. 2. n. 10. ita, & quando
præcipit generaliter, vt omnes fideles has, vel illas
vestes ferant; & hoc, aut illo signo externo faciant se
agnosci ab omnibus, vt fideles, & dignosci ab aliis
infidelibus; licite possunt illas vestes, & illa signa
omittere, nisi aliter urgeat obligatio confitendi fi-
dem, & Dei, vel proximi bonum aliter periclitetur,
vt supra addidimus loco citato, cum præsertim hu-
iusmodi lex, si sit lata in odium fidei, sit planè nulla;
& pro omni casu nullam inducat obligationem: vel,
si sit valida pro aliquo casu, certè non obligat, quan-
do imminet periculum vitæ, vt communiter dicitur
in materia de legibus; & in casu præfenti notat
Suar. disput. 14. sect. 5. num. 10. Sanchez lib. 2. in De-
cal. cap. 4. num. 29. Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 3. puncto
2. in fine. Emman. Rodrig. in Summa, part. 1. cap. 119.
num. 5. Bannes 2. 2. quæst. 3. art. 2. dub. 2. conclus. 4. &
alij communiter.

Quòd si vestes ita sint propriæ infidelium, vt non
modò sint destinatæ per legem, aut per consuetudi-
nem ad denotandam, & declarandam eorum sectam
in ordine ad finem politicum, & ad bonum regimen
Communitatis; sed etiam sint destinatæ, quasi ad
vsu sacrum, vt sunt illæ, quæ solùm adhibentur in
sacrificiis, & actibus sacris: potiori ratione non sunt
vsurpandæ à fidelibus, vt se occultent, etiam in peri-
culo vitæ, vt tradunt à fortiori Caiet. & alij supra
citati num. 7. qui absolute negant, esse licitum vti
vestibus infidelium, quando sunt destinatæ ad illos
discernendos ad finem tantum politicum: & in pun-
cto de his vestibus, quæ sunt destinatæ apud infide-
les ad vsu sacrum, tradit Suar. disput. 14. sect. 5. n.
12. & apud ipsum Petrus de Aragon. 2. 2. quæst. 3.
art. 2. & alij: continent enim sine dubio magis in-
trinsecè, & inseparabiliter significationem, & vsu
falsæ religionis: sicut & apud nos se habent vestes
sacerdotales, quæ solùm adhibentur in Missa, vsus
Rosarij, Agnus Dei, & similia, quæ solùm gestantur
ad exercitium, & vsu pietatis Christianæ. Atque
hoc est multò probabilius, quàm quod asserit San-
chez lib. 2. in Decal. lib. 4. cit. num. 20. & Azor. part.
1. lib. 8. cap. 27. cit. quæst. 4. in fine, quòd etiam hæc
vestes possint licite gestari à fidelibus ad se occultan-
dum, cum deputatio infidelium ad vsu falsæ re-
ligionis, non potuerit mutare, & alterare naturam
vestium, & efficere, vt absolute non possent vsurpari
ad aliquem alium vsu, quàm ad vsu falsæ re-
ligionis, qui sine dubio est semper illicitus. Verùm,
hoc quanuis sit verum de mutatione, & vsu physico,
quò modo etiam vestes sacerdotales apud nos ad-
huc possunt physice tegere corpus, & defendere à
frigore; quanuis solùm sint destinatæ ad vsu Missæ:
non tamen est verum de mutatione moralis: & eo
ipso, quòd ex lege, aut vsu sunt destinatæ, vt solùm
adhibeantur ad vsu religiosum, & in tali regione à
nullo

13.
Licitum est
aliquando,
omittere ve-
stes speciali-
ter destinatas
ad dignoscon-
dos fideles.

14.
Vestes infide-
lium destina-
te ad vsu
falsæ religio-
nis, non pos-
sunt gestari à
fidelibus.

nullo adhibentur ad alium usum, satis sunt immutatae, & alteratae moraliter, ut vel simpliciter non possint adhiberi ad corpus tegendum, & defendendum à frigore, vel saltem non possint adhiberi ad huiusmodi usum, nisi simul, & inseparabiliter adhibeantur etiam ad usum falsae religionis. Et quemadmodum incensio thuris, & mactatio animalis, ex eo, quod sint destinatae ad cultum Idoli, non possunt licite fieri ante Idolum ad solum sensum odoris, & ad finem comedendi animal mactatum, etiamsi reuera per illam destinationem non sint immutata physice, & impedita, vel retracta ab huiusmodi visibilibus & vestes sacerdotales non possunt licite gestari ad solos usus non sacros, cum ex lege, aut usu sint illis annexi inseparabiliter usus sacri.

15. Et praecipue si continent aliquem cultum auctoris falsae sectae.

16. Sed hoc esse bene considerandum ex circumstantiis.

17. In vexillis fidelium possunt apponi imagines infidelium, non ad cultum, sed ad ornatum.

Et à fortiori idem est, si huiusmodi vestes infidelium contineant magis expresse, & signanter aliquem cultum Idoli, vel auctoris falsae sectae, ut, verbi gratia, si habeant imaginem Mahometi: nam in hoc casu etiam Sanchez n. 21. sequente admittit, quod non possint in illo casu usurpari à fidelibus, cum maximè pertineant ad falsam religionem, eamque concernant, ut etiam notat Bannes 2. 2. quaest. 3. art. 2. concl. 4. Petr. de Arag. ibidem, conclus. 2. & alij.

Verùm in hac re bene monet Suar. disput. 14. sect. 5. cit. n. 13. in fine, aduertit debere etiam modum, quo gestantur huiusmodi vestes: nam, si quis illas gestet modo profano, & longè diuerso ab illo, quo solent gestari ad usum religiosum, potius existimabitur illas contemnere, & earum deputatione nihili facere, quam admittere, eique adherere: & facile cessabit omne scandalum, & separabitur à vestibus significatio falsae religionis. Et eodem modo Paulus Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 11. n. 4. §. Simili modo, rectè monet, non esse absolutè, & in omni casu damnandos eos milites, aut Duces fideles, qui vtuntur iisdem vexillis, & signis, quibus hostes, & infideles; & in iis etiam pingunt aliquas imagines Idoli, vel auctoris falsae sectae, cum possint eas pingere, non ad cultum, sed ad ornatum ipsius vexilli: sicut & sepe pinguntur, vel in vexillis, vel in aliis locis imagines, & fabulae falsorum Deorum, verbi gratia, Iouis, Martis, &c. neque tamen per has picturas censetur vllus cultus iis exhiberi. Reuera optimùm est pro his omnibus regulis adhibere moderamen prudentiae, & ex circumstantiis bene expendere, vtrum res fiat bene, aut male. Et tunc solum usus vestium deputatarum ad exercitium falsae religionis, censendus est esse illicitus, quando continet tale exercitium, & propterea illud continens accipitur communiter ab omnibus: & tunc est censendus esse illicitus usus vexilli cum his, aut illis imaginibus, quando per illas exhibetur honor prototypo; non autem quando solum materialiter ornatur vexillum.

DISPUTATIO XVI.

Verùm liceat occultare fidem comedendo carnes, aut cibos prohibitos; & frequentando ecclesias, & templa infidelium.

1. Proponitur ratio dubitandi pro abstinentia à carnibus, & cibis prohibitis.
2. Nunquam est licitum sumere coenam Haereticorum.
3. Comestio carniū, aut ciborum quoruncunque, nullam habet attinentiam ad fidem, per se loquendo.

4. Ex accidente tamen potest aliquando talis comestio esse negatio fidei.
5. Quid debeat facere vir catholicus, si ab Haereticis inuiteretur, sub fidei declaratione, ad cibos prohibitos comedendos.
6. Idolothya comedere quomodo possit esse licitum.
7. Accessus, & frequentatio ecclesiarum, & templorum infidelium ex se, suaque natura non est illicita.
8. Potest tamen ex accidente esse illicita, si contineat significationem falsae sectae.
9. Neque potest talis significatio sufficiens excusari per quancunque professionem.

RO carnis, & cibis prohibitis casus est satis frequens, quando aliquis transit per terras Haereticorum, aut in illis degit: nam, quia Haeretici hoc maximè signo, & quasi testera dignoscant Catholicos à professoribus suae sectae, quod illi in Quadragesima à carnibus abstinent, & ab iis, quae habent originem à carnibus; & praeterea seruant ieiunium, & tantum semel in die comedunt; idemque faciunt quoad abstinentiam à carnibus, vel etiam quoad legem ieiunij certis aliis diebus per totum annum; cum tamen Haeretici haec omnia negligant: si quis Catholicus ipsis videntibus, & aduertentibus, haec orania seruet, facillimè dignoscetur tanquam Catholicus, & facile subibit graue periculum, vel carceris, vel amissionis bonorum vel etiam vitae. Et contra, si haec negligat, facto ipso se declarabit, ut professorem, & sectatorem falsae sectae, quod est contra praecipuum fidei consistendae, & infidelitatis non profitendae. Et ideo, meritò dubitatur, vtrum possit ad fidem occultandam, & vitam tuendam carnes comedere, & ieiunium frangere; an verò teneatur per huiusmodi abstinentias se prodere ut Catholicum, & fidem confiteri, etiam cum periculo vitae.

Sed breuiter certum est primò, nullo modo esse licitum homini catholico degenti inter Haereticos, vel transeunti per terras Haereticorum, ad se occultandum, & ad vitandum quodcumque periculum, etiam vitae, sumere illorum coenam; quia, quanuis reuera sit res indifferens, & nihil sit aliud, nisi panis, aut cibus communis: ex circumstantiis tamen personarum, à quibus exhibetur; temporis, loci, & adiunctorum verborum, cum quibus exhibetur, est omninò determinata ad significandum, & exercendum cultum, & professionem sectae haereticæ, ut ex communi sententia notat Paulus Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 11. num. 4. §. Praeterea, pag. mibi 204. Et ideo est intrinsecè mala, & contra obligationem, & praecipuum fidei; & nunquam potest esse licita: & si quis publicè protestetur coram Ministris haereticis, & coram toto populo, quod ipse non sumat huiusmodi coenam, nisi ut panem communem, & profanum, ad famem sedandam; vel erit protestatio contraria facta, si praeterea illam sumat eodem loco, & tempore, & cum iisdem solennitatibus, cum quibus sumunt Haeretici; vel certe si has ipsas solennitates, & caeremonias publicè irrideat, & sic tollat omne scandalum, & offensionem fidelium, ut subdit Layman. num. 6. in fine, non erit dicendus sumere coenam Haereticorum, cum ex modo ipso sumendi satis delectet, quod eam non sumat ut coenam ab illis exhibitam: quo etiam modo monuimus disputatione precedente, num. 16. non posse aliquem gestare modo profano vestes gentilium specialiter deputatas ad usum religiosum.

Secundò, ex regula superioris tradita disput. 14. num. 9. certum est, quod comestio carniū, aut ciborum

1. Proponitur ratio dubitandi pro abstinentia à carnibus, & cibis prohibitis.

2. Nunquam est licitum sumere coenam Haereticorum.

3. Comestio carniū, aut ciborum quoruncunque, nullam habet attinentiam ad fidem, per se loquendo.

rum quoruncunque, vel etiam abstinentia ab illis, & ieiunium, non faciunt per se ad fidem, siue consistentiam, siue negandam; sed sunt inlicita ad longè alium finem; tam naturalem, qui est restauratio virtutum, & conseruatio vitae; quam moralem, qui est edomatio carnis, & victoriae temptationum; & ideo licite possunt fieri, aut non fieri, quantum est ex se, tam in terris Haereticorum, quam in terris Catholicorum, sine vlla culpa contra fidem, cum sint ex se quae indifferens, & nullam habeant attinentiam ad fidem. Imò absolutè, si viro catholico imminet graue periculum in Quadragesima, aut in aliis diebus prohibitis, nullo modo peccabit, si comedat carnes, & non seruet ieiunium, ut notat Azor. par. 1. lib. 8. cap. 27. quaest. 3. & lib. 8. cap. 29. quaest. 7. in fine. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 4. num. 25. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 11. num. 5. quia leges ecclesiasticae de abstinentia à carnibus, & de ieiunio, in tali casu, & cum tanto incommodo non obligant: & lex diuina de consistenda fide, & de infidelitate non profitenda, non se extendit perse, & regulariter loquendo; ad cibos, & carnes non comedendas. Vnde & inter Catholicos, qui ex gula comedunt carnes in Quadragesima, vel frangunt ieiunium, non peccant vllò modo contra fidem.

Negari tamen non potest, quin ex accidente, & ex circumstantiis personarum, loci, & temporis, possit contingere, ut quis ex praecipuo fidei teneatur aliquando abstinere à carnibus, & ieiunare: ut, si contingat, verbi gratia, quod ad eandem mensam confideant simul Haeretici, & Catholici; & Haereticus aliquis magnae auctoritatis publicè edicat: Qui est Euangelicus; & Papae inimicus, de his carnibus comedat, tunc enim peccabit sine dubio contra fidei professionem vir catholicus, si cum illis comedat, cum se absolutè declararet tanquam Euangelicum, & Papae inimicum; & omninò tenebitur, vel abstinere ab illis carnibus, & ieiunare, non obstante quocunque periculo; vel in contrarium protestari, quod talis comestio male assumitur ut signum fidei, & religionis, & quod ex illa non debeat quis iudicari Euangelicus, & Papae inimicus, cum etiam inter Catholicos, & Papae addictos multi multis de causis comedant carnes iisdem temporibus Quadragesimae, ut bene monet Paulus Layman. cap. 11. cit. num. 5. §. Dixi autem. Et hoc idem, quod sit abstinentium à carnibus, quando comestio ex circumstantiis reputatur, ut signum falsae religionis, docet Valent. 1. 2. disput. 7. quaest. 15. punct. 6. quaest. 4. casu 4. & quando ex comestione generatur scandalum, & offensio aliorum fidelium, vel exploratur, & tentatur auctoritate publica eorum fides, vel imminet fidei magnus contemptus, docet Sanchez lib. 2. cap. 4. cit. num. 25. & Azor. par. 1. lib. 7. cap. 19. quaest. 7. ad finem, & lib. 8. cap. 27. quaest. 3. Et extra hos casus seruandae sunt omninò leges ecclesiasticae, etiam inter Haereticos, & infideles: neque est curandum de malo non grani, quod fortè imminet ex earum obseruatione, ut, verbi gratia, de aliqua irrisione, ut subdit Layman. n. 5. cit. ex Martino Becano 2. 2. q. 9. q. 5. sub. 5.

Et idem est dicendum etiam de cibis Gentilium, ut sunt idolothya, & immolata Idolis: nam, quanuis in casu necessitatis, & extra periculum scandalilicite possint comedi, tanquam cibi communes, & tanquam profani, ut notat Sanchez lib. 2. in Decal. c. 31. n. 7. & huius diximus, dum ageremus de obligatione legum disp. 26. n. 19. pag. 1228. in honorem tamen, & cultum Idoli, & quando hoc modo ab infideli-

bus offeruntur, non debent comedi; & ut dicitur cap. Satius, 3. 2. q. 4. ex S. August. lib. de bon. coniug. c. 16. rom. 6. satius est fame perire, quam idolothytis velci. Circa illud alterum de aedeis, aut frequentandis ecclesiis Haereticorum, & templis infidelium, eadem fere dicenda sunt, quae etiam diximus de carnibus, aut cibis prohibitis comedendis: nam, si quis adeat ex curiositate, & intersit infidelium ritibus, ut illos irideat, & audiat eorum coniectiones; ut notet errores, eosque confutet; & ablit scandalum aliorum, & periculum, ne is, qui adit, & frequentat, tandem inducatur etiam ipse in infidelitatem; certum est, quod non facit illicitè: & non solum non peccat contra fidem; sed neque etiam contra vllam aliam virtutem, ut notat Valent. 2. 2. disp. 1. quaest. 3. punct. 2. sub. 4. §. Et per hoc. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 27. qu. 5. Sanchez lib. 2. in Decal. c. 4. n. 26. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 11. n. 5. & omnes communiter: sic enim Romae sine vllò scrupulo communiter frequentatur Synagoga Iudaeorum; neque vllus est, qui id culpa, aut vitio tribuat: & eadem ratione, si quis apud Turcas interesset tonsioni capillorum, quam ipsi faciunt suis infantibus de more gentis, absque co tamen, quod illam cohonestaret, aut approbaret, tanquam caeremoniam sacram, & tanquam professionem illius sectae; non esset reprehendendus, ut annis superioribus aliàs respondimus, specialiter de hoc interrogati.

Et idem esset, si aliquis Princeps infidelis id praeciperet suis subditis fidelibus, ad solum finem obedientiae, aut negotij merè ciuilibus, ut notat Azor. loc. cit. & Sanch. n. 27. vt, v. g. si iuberet fidelem nobilem, & primarium sibi adesse in templo, & gestare sibi sceptrum, aut gladium, dum ipse interest suis sacris, aut concionibus, vel plures Consiliarios conuocaret ad habendam in templo consultationem, vel ut sibi adesset, honoris causa, &c. sic enim etiam Naaman 4. Reg. 5. adfuit Regi in templo Idoli ad obsequium merè ciuile, ut sup. diximus disp. 14. n. 24. & famulus quicumque, vel ancilla fidelis licite potest famulari suis dominis famulatu ciuili, & non malo, dum ipsi exercent suam infidelitatem, ut ibi addidimus n. 27. neque in huiusmodi obsequiis manifestè ciuilibus potest esse vllum periculum scandalì, & ruinæ spiritualis, siue propriae, siue alienae.

Secus verò, si huiusmodi accessus, & frequentatio ex lege Principis, vel ex communi consuetudine contineat significationem falsae sectae, & communiter accipitur tanquam signum negatae, aut desertae fidei, & receptae infidelitatis: quomodo in Anglia ex edicto Regis iubentur Catholicis interesse ecclesiae Haereticorum, & in illis modestè se gerere, dum persoluunt eorum preces, aut conciones habentur; idque solum ad finem haereticis promovendae, & propagandae, & fidei catholicae deprimentendae, & extinguendae: tunc enim sine dubio illicitus est, & contra fidei confessionem huiusmodi accessus; neque potest excusari ex quocunque metu, ut declarauit pro Anglis Catholicis Paulus V. & pro illis fuscè probat Suar. in defens. fid. lib. 6. cap. 9. & pro omnibus Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 4. num. 27. Layman. cap. 11. cit. num. 6. & alij.

Quod verò habet Azor. part. 1. lib. 8. cap. 27. quaest. 5. cit. ex aliquorum sententia, quam etiam ipse putat probabilem, licitum esse parere huiusmodi legibus, aut edictis Principum infidelium, de accedendo, & de frequentando accessu ad eorum ecclesias, aut templa, dummodo is, qui parat, publicè, & palam protestetur, se non accedere, ut sectam haereticam profiteatur, & ut sectam catholicam deserat, sed solum ut ciuilitè pareat Principi

7. Accessus, & frequentatio ecclesiarum, & templorum infidelium ex se, suaque natura, non est illicita.

8. Potest tamen ex accidente esse illicita, si contineat significationem falsae sectae.

9. Neque potest talis significatio sufficiens excusari per quancunque professionem.

pi ita iubenti : hoc, inquam, ex eo non probatur à Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 4. num. 27. cit. & à Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 11. num. 6. & ab aliquibus aliis apud ipsam : quia talis proceſtatio non admittitur ab ipſo Principe, ſi acceſſum præcipit, non ad effectum habendi à ſubditis ciuilem obedientiam ; ſed ad effectum promouendi ſuam ſectam, & noſtram catholicam deprimendi : neque poterit ipſe publicè fieri, vt ſatis auferat omne ſcandalum aliorum : & ſi hoc auferat, non poterit ſimul auferre omne periculum ſubuerſionis, & quina ſpiritualis in eo ipſo, qui talem acceſſum frequenter. Sed, ſi tollat hæc omnia, eo ipſo etiam toller ab huiusmodi frequentatione ſignificationem falſæ ſectæ ; & faciet actum redire ad ſuam naturam, ſecundum quam ex ſe eſt indifferens ; & non habet oppoſitionem cum præcepto, & obligatione fidei, vt docent Authores citati.

DISPUTATIO XVII.

De iis, quæ pro externa fidei profeſſione faciendâ à certis perſonis, præcipiuntur in Tridentino, & in Conſtitutionibus apoſtolicis.

- 1. Decretum Tridentini pro Curatis, & Canonicis.
2. Et pro Episcopis.
3. Et pro aliis beneficiatis, qui debent interesse in Synodo diocesana.
4. Et pro Vniuersitate studiorum, & pro Doctoribus.
5. Decretum Pij IV. pro omnibus Prælatiſ Religionum.
6. Et pro omnibus Magiſtris, & Doctoribus Vniuerſitatum.
7. Et pro iis, qui habent facultatem doctorandi, & promouendi ad gradus.
8. Et pro electoribus Superiorum in Vniuerſitatibus.
9. Et pro ſcholaribus promouendis ad gradus, vel doctorandis.
10. Et pro Superioribus, ne patiantur aliter admitti aliquem ad Lecturas, vel ad gradus.
11. Sub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ pro Episcopis, & pro aliis ſub pœna excommunicationis lata ſententiæ, priuationis, inhabilitatis, &c.
12. Et pro admiſſis, aut promouis ſub pœna nullitatis ſuæ admiſſionis, & promotionis.

De externam fidei confeſſionem, non ſolum pertinet illa, quæ fit ex præcepto, & iure diuino, & naturali inter infideles ; ſed etiam illa, quæ fit inter fideles ex præcepto, & iure eccleſiaſtico, & poſitiuo : & idèd etiam de illa eſt pauca ſagendum.

Nam in Tridentino ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. præcipitur, vt prouiſi de beneficiis quibuſcumque, curam animarum habentibus, ad minus intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis, in manibus Episcopis, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, aut Officiali, orthodoxæ ſuæ fidei publicam faciant profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondeant, ac iurent : prouiſi verò de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſiis cathedralibus, non ſolum coram Episcopo, vel eius Officiali, ſed etiam in Capitulo idem faciant : & alioqui prouiſi omnes, vt ſuprà, fructus non faciant ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragetur.

Et eadem ſeſſione 24. cap. 1. de reform. eadem profeſſio fidei ſupponitur eſſe faciendâ ab iis, qui ſunt promouendi in Episcopos : ſiquidem pro-

ceſſus, & inquiſitio, quæ de illis fit, dicitur quamprimùm eſſe tranſmittendâ ad Summum Pontificem, cum profeſſione fidei ab ipſis factâ : quod idem de promouendis in Episcopos clariùs præcipit etiam Gregorius XIV. in ſua Bulla, de forma faciendæ proceſſus, & inquiſitiones ſuper promouendis ad regimma Eccleſiarum, vt notat Garzias de beneficiis, part. 3. cap. 3. num. 2. pag. mibi 185. & in eodem Tridentino ſeſſ. 25. cap. 2. de reform. præcipitur, vt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & omnes alij, qui de iure, vel de conſuetudine debent intereſſe Concilio prouinciali, in ipſa prima Synodo prouinciali, quæ poſt ſinem ipſius Tridentini habebitur, palam recipiant omnia, & ſingula, quæ ſunt deſinita, & ſtatuta in ipſo Concilio Tridentino, & veram obedientiam Summo Pontifici ſpondeant, & profiteantur, vt omnes hæreſes damnatas à ſacris Canonibus, & à Conciliis generalibus, & præſertim à Tridentina Synodo publicè deſteſtentur, & anathematizent. Idèdque in poſterum faciant in prima Synodo prouinciali omnes, qui in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, aut Episcopos promouebuntur, eique primæ Synodo prouinciali intererunt : & ſi quis ex ſupradictis omnibus id facere tenuerit, Episcopi comprouinciales ſub pœna diuinæ indignationis ſtatim admoneant Summum Pontificem, & interim ab illius communionem abſtineant. Cæteri verò omnes, qui beneficia eccleſiaſtica ſunt habituri, & in Synodo diœceſana conuenire debent, idem, vt ſuprà, facere debent in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur ; & alioqui iuxta formam ſacrorum Canonum ſunt puniendi. Et denique omnes illi, ad quos pertinet cura, viſitatio, & reformatio Vniuerſitatum, & Studioſum generalium, diligenter debent curare, vt ab iſſdem Vniuerſitatibus integrè recipiantur Canones, & Decreta ipſius Tridentini, & ad eorum normam Magiſtri, Doctores, & alij in iſſdem Vniuerſitatibus doceant, & interpretentur ea, quæ ſunt catholice fidei, ſeque ad hoc inſtitutum initio cuiuſlibet anni ſolemni iuramento obſtringant.

Et quòd pro Episcopis, & aliis Prælatiſ, qui præficiuntur Eccleſiis Superioribus, ex Concilij Tridentini diſpoſitione ſit obligatio faciendæ publicam profeſſionem fidei, expreſſè declarat Pius IV. de anno 1564. in ſua Bulla, In ſua ſacraſancta. vbi etiam ponit tenorem, & formam verborum ipſius profeſſionis, camque obligationem extendit ad omnes Prælatos Religionum, & quibus, vt ibi dicitur, prouiſum fuerit quocumque nomine, vel titulo, de Monafteriis, Conuentibus, Domibus, & aliis quibuſcumque locis quoruncumque Ordinum regularium, etiam militiarum.

Et pro eo, quod modo retulimus ex Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. de reform. de Vniuerſitatibus, & Studiis generalibus, & de eorum Magiſtris, & Doctoribus, facit alia Bulla eiſdem Pij IV. In ſua ſacraſancta. de eodem anno 1564. vbi ad fidei puritatem conſtituendam, tanquam baſim neceſſariam licentiis omnibus, ac doctriinis, tum tradendis, tum addiſcendis, ſtatuit, vt deinceps nullus Doctor, Magiſter, Regens, aut alius quicumque Profeſſor, cuiuſcumque artis, & facultatis, ſiue iſ ſit Clericus, ſiue laicus, & ſiue ſit ſæcularis, ſiue cuiuſuis Ordinis regularis, in quibuſuis Vniuerſitatibus, aut Gymnaſiis publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam Cathedram poſſit aſſequi, aut iam obtentam retinere, ſeu alias, Theologiam, canonicam, vel ciuilem Facultatem, Medicinam, Philoſophiâ, Grammaticâ, vel alias artes liberales publicè, vel priuatim quoquo modo profiteri, vel lectiones aliquas in huiusmodi Facultatibus habere,

Et pro aliis beneficiatis, qui debent intereſſe in Synodo diœceſana.

Et pro Vniuerſitate ſtudiorum, & pro Doctoribus.

Decretum Pij IV. pro omnibus Prælatiſ Religionum.

Et pro omnibus Magiſtris, & Doctoribus Vniuerſitatum.

habere ; & vt tam ipſi Doctores, quam Rectores, Cancellarij, & Superiores Gymnaſiorum, & alij quicumque, etiam Comites Palatini, qui à Sede apoſtolica, aut aliâ vndeunque habent facultatem promouendi ad gradus, non poſſint ad vllum gradum in iſſdem facultatibus ſuſcipiendum recipere, vel admittere quocumque, ſiue laicos, ſiue Clericos, aut cuiuſuis Ordinis regulares, quantalibet eruditione præditos, & vt Doctores, Magiſtri, & ſcholares non poſſint procedere ad electionem alicuius in Rectorem, Cancellarium, aut Superiorem Vniuerſitatis, aut Gymnaſij ; & vt ſcholares, aut alij quantalibet docti, & alioqui habiles, gradus huiusmodi, vel eorum aliquem palam, aut priuatim recipere non valeant, niſi Doctores, Magiſtri, & Profeſſores iam recepti ad Cathedras, & Lecturas in Italia infra tres menſes, & extra Italiam infra ſex à die publicationis dictæ Bullæ computandos, hoc eſt, à die 4. Decembris anni 1564. & in poſterum admittendi, & recipiendi ad eandem Cathedras, & Lecturas, ante illorum receptionem emiſerint profeſſionem ſuæ fidei in manibus Rectoris, vel aliorum Superiorum, iuxta tenorem, & formam præſcriptam inferius in eadem Bulla ; eligendi autem in Rectores, vel Cancellarios, niſi illam emiſerint ante electionem, vel ſaltem ante admiſſionem in manibus Ordinarij, vel eius Vicarij in ſpiritualibus ; & ſcholares, aut alij promouendi ad gradus niſi emiſerint, ante illorum promotionem ſimiliter in manibus Ordinarij, aut eius Vicarij, vel in manibus Doctorum, & aliorum promouentium.

Et pro iis, qui habent facultatem doctorandi, & promouendi ad gradus.

Et pro electoribus Superiorum in Vniuerſitatibus.

Et pro ſcholaribus promouendis ad gradus, vel doctorandis.

Et denique omnibus Rectoribus, & Superioribus Vniuerſitatum, & omnibus Doctoribus, & aliis quibuſcumque habentibus vndeunque, & quomodo-
10. Et pro Superioribus, ne patiantur aliter admitti aliquem ad Lecturas, vel ad gradus.

Sub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ pro Episcopis, & pro aliis ſub pœna excommunicationis lata ſententiæ, priuationis, inhabilitatis.

Et pro admiſſis, aut promouis ſub pœna nullitatis ſuæ admiſſionis, & promotionis.

DISPUTATIO XVIII.

De iis, quæ ſpectant generaliter ad omnes, qui debent facere externam fidei profeſſionem ; & ſpecialiter ad Parochos, & Curatos.

- 1. Obligatio ad faciendam profeſſionem fidei eſt ſub peccato mortali.
2. Sed ignorantia poteſt excuſare in foro conſcientiæ.
3. Qui tenentur profeſſionem emittere, debent ſe Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

- ſponte offerre ad illam faciendam.
4. Ad quos pertineat probatio, quòd profeſſio fidei ſit emiſſa.
5. Qui habent curam animarum, non autem titulum beneficij curati, non tenentur ad profeſſionem fidei.
6. Iuramentum obedientiæ eſt præſtandum à Curatis per corporalem contactum Euangeliorum.
7. Iuramentum quando deſertur à iure, requiritur neceſſariò corporalem contactum Scripturarum.
8. Profeſſio fidei, & iuramentum obedientiæ non eſt faciendum per Procuratorem.
9. Si profeſſio fidei non fiat præſcripto tempore, eſt poſtea faciendâ quamprimùm.
10. Obligatio temporalis, & que tranſit ſimul cum tempore, quomodo cognoſcatur.
11. Profeſſio fidei à beneficiatis curatis poteſt fieri coram Vicario generali, etiam ſi Episcopus non ſit impeditus.
12. Vacante Sede, eſt faciendâ coram Vicario capitulari.
13. Vicarius capitularis in exercitio iuriſdictionis poteſt procedere ex ſe, & ſine admuſſiõ.
14. Ignorantia, aut incogitantia excuſat à profeſſione fidei, quando eſt inuincibilis, & inculpabilis.
15. Si poſt adeptum beneficium curatum, & profeſſionem ex illo non emiſſam, emittatur poſtea ex alio titulo, non eſt amplius iteranda.
16. Qui poſt emiſſam profeſſionem pro vno beneficio curato tranſfertur ad aliud, verum debeat profeſſionem denuò facere.

IRCA vnunquodque ex his decretis plura occurrunt notatu digna : ſed pauca de multis ſeligemus circa ſingula, quæ videantur ad noſtrum propoſitum maximè facere.

Et primò eſt ſupponendum vniuerſaliter pro omnibus, quòd præceptum, & obligatio faciendæ, aut emittendæ profeſſionem fidei, tam illud, quod eſt latum per Tridentinum, quam quod per Bullas Pij IV. ex ſuo genere eſt ad mortale, vt notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. num. 1. Suar. de fide, diſput. 14. ſect. 6. num. 2. Rodrig. in Summa, part. 1. cap. 119. num. 7. Petrus de Ledefma in Summa, tract. 1. cap. 4. concl. 10. Paris. de reſign. lib. 10. queſt. 9. num. 12. Garzias de benef. part. 3. cap. 3. num. 64. Nauar. conſ. 7. num. 3. de inſeruando, lib. 2. par. mibi 92. col. 4. & conſ. 12. eod. tit. pag. 93. col. 4. Et ratio eſt : quia materia ipſa, & finis, propter quem præcipitur huiusmodi profeſſio fidei, & verba, & pœnæ, ſub quibus præcipitur, ſunt per ſe valdè graues : & idèd indicant obligationem grauem, & ad mortale, vt communiter dicitur in materia de legibus. Neque aliter poteſt quis excuſari, niſi ex ignorantia, aut inaduertentia, ſi hæc contingat in foro conſcientiæ ſine culpa, vt ſubdit Sanchez cap. 5. cit. num. 14. Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. queſt. 2. Nauar. locis cit. & conſ. 3. de Summa Trinitate. Garzias part. 3. cap. 3. cit. num. 68. & alij communiter apud ipſum. Et patet : quia ignorantia, quando eſt antecedens, & inculpabilis, ſemper facit inuoluntarium, & in foro conſcientiæ ſemper excuſat, etiam ſi communiter non admittratur in foro externo, quando eſt ignorantia iuris, vt dicitur in materia de voluntario, & in materia de legibus : quanquam hoc totum, quod dicimus de obligatione ad mortale, ſolum debet intelligi pro iis locis, in quibus decreta obligantia ad emittendam profeſſionem fidei, ſunt vſu recepta ; non autem vſu abrogata, vel ab initio non recepta, aut vſu non confirmata, vt de aliquibus in particulari dicemus infra.

Obligatio ad faciendam profeſſionem fidei eſt ſub peccato mortali.

Sed ignorantia poteſt excuſare in foro conſcientiæ.

1. Decretum Tridentini pro Curatis, & Canonicis.

2. Et pro Episcopis.

3. Qui tenentur professionem emittere, debent se sponte offerre ad illam faciendam.

4. Ad quos pertinet probatio, quod professio fidei sit emissa.

5. Qui habent curam animarum, non autem viculum beneficij curam, non tenentur ad professionem fidei.

6. Iuramentum obedientie est praestandum a Curatis per corporalem contactum Evangeliorum.

7. Iuramentum, quando deferretur à iure, requirit necessarium corporalem contactum scripturarum.

8. Professio fidei, & iuramentum obedientie non est faciendum per procuratorem.

Et qui tenentur ex dictis decretis professionem emittere, non satisfaciunt suae obligationi, si expectent pro illa facienda admoneri, aut vocati ab Episcopo, vel eius Vicario: sed debent ipsimet se offerre, etiam non admoniti, & non vocati, cum ipsis incumbat obligatio, & decreta cum ipsis loquantur, & ipsos adstringant, ut notat Garzias de benef. part. 3. cap. 3. num. 19. & declaravit sacra Congregatio, specialiter pro iis, qui sunt prouisi de Parochialibus, ut ipse subdit num. 20.

Et si contingat postea, dubitari, vtrum verè illam emiserint, ad ipsos pertinet id ostendere, & probare, si de hoc dubitent ipsi Superiores, & ex officio velint cognoscere, verbi gratia, vtrum hic Parochus, aut Canonicus illam emisit, & vtrum faciat, quantum est ex hoc capite, fructus suos, ut notat Garzias cap. 3. cit. num. 49. sicut & contra ad alios pertinet huiusmodi probatio, si alij dubitent, & priuatus quis, verbi gratia, agat contra Canonicum, aut contra Parochum, ut eum priuet fructibus, ob professionem fidei non emissam, ut idem habet n. 48. & in simili de non publicatione resignationis beneficij, notat part. 11. cap. 3. n. 308. ex Rota in pluribus decisionibus, quas refert Paris. de resign. lib. 11. q. 6. n. 71. & quest. 10. n. 3. & quest. 14. n. 5.

Secundò, in specie ex decreto Concilij sess. 24. cap. 10. de reformat. quoad prouisos de beneficiis quibuscunque habentibus curam animarum, certum est, quòd non tenentur, qui ab Episcopo habent sibi commissam curam animarum; sed non sunt prouisi de titulo beneficij curati, ut contingit in aliquibus locis, vbi nulla sunt huiusmodi beneficia curata, ut notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. n. 1. nam Concilium non adstringit generaliter eos, qui habent, vel exercent quomodocunque curam animarum; sed specialiter solum eos, qui sunt prouisi de beneficiis talem curam habentibus, eamque exercent ex titulo beneficij.

Quod verò dicitur in eodem decreto, de iuramento obedientiae in Romana Ecclesia, ab iis Curatis praestando, intelligi debet per corporalem contactum Evangeliorum, ut patet ex ipsa forma verborum, praescripta à Pio IV. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro, sic me Deum adiuret, & haec sancta Dei Evangelia. ut notat Garzias de benef. part. 3. cap. 3. num. 71. & seqq. ex Ioan. Andr. Panorm. & aliis in cap. Ego N. de iur. iurand. & ex pluribus decisionibus Rotae Romanae, quas recenset num. 73. & ex communi doctrina, quòd iuramentum, quando deferretur à iure, necessarid requirit in ipso actu iurandi corporalem contactum Scripturarum, ut notat Glos. in cap. Vt circa. verbo, corporali, & verbo, praestito, de elect. in 6. & in Clementinam primam, §. Porro. verbo, tacta. de heret. Panorm. in cap. fin. de iuramento calumniae, n. 3. & alij.

Et hinc vterius colligit idem Garzias num. 74. non posse hanc professionem fidei, & hoc iuramentum obedientiae, praestari per procuratorem; sed necessarid debere praestari per ipsosmet beneficiarios curatos, eosque, si sint absentes ab Episcopo, aut eius Vicario generali, debere personaliter ad illos accedere, & coram illis, vel in eorum manibus profiteri, & iurare, & Scripturas corporaliter tangere; idque sepius declarauit etiam sacra Congregatio Concilij, ut videre est in declarationibus ad cap. 12. de reformat. sess. 24. num. 8. pag. mihi 451. & refert additio ad Nauar. conf. 11. de iur. iur. lib. 2. pag. mihi 93. col. 1. Zerola part. 2. verbo, fidei professio, Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. num. 7. Garzias de benef. part. 3. dub. 15. n. 51. & dubio 20. n. 74. qui etiam num. 75. & 76. refert, hoc idem sensisse

etiam Rotam in vna Carthaginensi de anno 1588. coram Plato, & in alia Toletana coram eodem, eod. anno. Et haec in priore decisione ex eo id colligit: quia Concilium non modò decernit, ut beneficiati faciant professionem, & iuramentum quomodocunque; sed etiam, ut faciant coram Episcopo, vel eius Vicario; quae tamen verba necessarid requirunt praesentiam personalem, & corporalem, quod idem etiam asserit Stephanus Gratian. discept. forens. cap. 166. num. 22. & apud Barbof. in remission ad cap. 12. de reformat. sess. 24. ver. prouisi, pag. mihi 466.

Stantibus autem huiusmodi declarationibus sacrae Congregationis, & huiusmodi decisionibus sacrae Rotae, negari non potest, quin oppositum, quòd talis professio, & iuramentum possit fieri per procuratorem, sit minus probabile, & minus tutum: quauis habeat suos Authores, eosque graues, ut Nauar. conf. 11. cit. num. 2. de iurament. Petrum de Ledefma in Summa, tom. 2. tract. 1. cap. 4. post 10. conclusionem, difficultate 6. Azor. par. 2. lib. 7. cap. 2. quest. 6. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. num. 7. sed pro parte negativa, praeter auctoritatem iam dictam sacrae Congregationis, & Sacrae Rotae, etiam facit, quod subdit Sanchez eodem num. 7. eos, qui eliguntur in Episcopos, vel transferuntur ad alium Episcopatum, & à Summo Pontifice, Episcopum aliquem habent specialiter sibi nominatum, & assignatum, ut in eius manibus professionem emittant, ne aliqui cogantur personaliter accedere ad Sedem apostolicam, & labores suscipere, & expensas facere, non posse coram illo Episcopo professionem emittere per procuratorem; sed debere comparere personaliter, & per se ipsos facere professionem, & iuramentum: si enim verba haec, quibus Pontifex alicui alteri designat certum Episcopum: Committimus Fraternitati tuae, ut admittas professionem fidei, & iuramentum Episcopi N. ne cogatur accedere personaliter ad Sedem apostolicam, &c. supponunt ex parte illius alterius obligationem, alioqui, accedendi personaliter ad Sedem apostolicam, eamque commutant in aliam obligationem leuiorem, accedendi personaliter cum minori labore, & cum paucioribus expensis ad Episcopum N. specialiter ad hoc nominatum, & designatum; satis hinc argumenti sumitur, quòd etiam alij, qui specialiter tenentur ad eandem professionem, & iuramentum, debeant illam facere personaliter, & per se ipsos; non autem possint per alium, aut per procuratorem; nam sine dubio, si id possent, quantum est ex Decretis Concilij, & ex Bullis Summorum Pontificum, beneficiati curati, & dignitates minores; potiori ratione id possent etiam Episcopi, & Dignitates maiores; neque Pontifex, dum intendit fauorem, & priuilegium illis facere, & ad hunc finem designat illis certum Episcopum, censi deberet eam potestatem illis auferre. Et contra, si Pontifex faciendo fauorem, & priuilegium Episcopis, supponit in illis obligationem accedendi personaliter ad Sedem apostolicam, eamque commutat in aliam leuiorem accedendi personaliter ad alium Episcopum, signum est, quòd ex Decretis, & Bullis, ea potestas accedendi per alium, ut per procuratorem, verè non conueniet Episcopis, & Dignitatibus maioribus; & hinc probatur à fortiori, quòd neque etiam conuenit beneficiatis curatis, & Dignitatibus minoribus.

Et ratio videtur esse: quia finis, propter quem est praecipua professio fidei, & iuramentum obedientiae, his, aut illis; omnino requirit vt personaliter,

liter, & per se ipso illam faciant; non autem per procuratorem: est enim, vt quantum potest, bene firmetur, & statuatur, tanquam basis totius ecclesiasticae, & Christianae disciplinae; ipsa integritas, & puritas catholicae fidei; & idèd maxime requirit, vt ij, quibus incumbit cura aliorum, & qui alijs dignitate praecellunt, sint in fide maxime firmi, & de hac firmitate praebant publicum testimonium, quam certissimum: quale tamen non esset, si possent praestari per procuratorem: siquidem post datum mandatum de illo praebendo, facile posset ipse mandans incidere in errorem contra fidem; imò, & à fide deficere; & tunc temporis susciperet beneficium curatum, aut dignitatem ecclesiasticam, vel munus docendi, quando in fide non esset firmus. Et qua ratione non potest confertur in abientem absolutio sacramentalis à peccatis, quando peccata sunt confessa, verbi gratia, & detectata per epistolam, aut per nuncium; quia post scriptam epistolam, aut missum nuncium, facile potest is, qui scripsit, aut misit, lapsus esse in aliud peccatum, neque amplius manere in bona dispositione ad gratiam, cum tamen ad absolutionem rectè impendendam, omnino requiratur, vt Confessarius, quantum moraliter potest, sit certissimus de actuali, & praesenti dispositione penitentis: eadem ratione ex Decretis, & Bullis non debet confertur beneficium curatum, aut dignitas, nisi Ecclesia, aut Episcopus, quantum moraliter potest, sit certissimus de actuali integritate, puritate, & firmitate catholicae fidei in eo, cui confertur; quod tamen non accidit, si professio fidei solum fiat per procuratorem. Et quemadmodum, quando eligitur specialiter industria alicuius ad aliquid agendum, non potest id committi alteri, & per alterum fieri, sine consensu eius, à quo eligitur, cap. Quoniam apostolica. §. Is autem de offic. Iud. deleg. ita, & quando in aliquo quaeritur specialiter integritas, puritas, & firmitas fidei, vt certè quaeritur in beneficiatis curatis, & in Dignitatibus; non potest talis integritas, puritas, & firmitas praestari per alterum; sed necessarid debet personaliter, & per se praestari per illum ipsum, in quo quaeritur, & non per procuratorem. Neque virget, quae in contrarium afferuntur ex iure communi, quòd regulariter, quicquid potest aliquis facere per se ipsum, etiam possit per procuratorem, l. 1. ff. de procurat. & cap. Qui per alium de reg. iur. in 6. Et specialiter, quòd iuramentum possit fieri per procuratorem, cap. final. de iuramento calumniae, in 6. & cap. 1. §. Verum de statu regul. in 6. & quòd in decretis de fidei professione nullum sit verbum, quòd ostendat, eam esse necessarid faciendam personaliter, & per se ipsum, & non per alium. Nam contra est: quia verba illa Concilij Tridentini: Coram Episcopo, aut eius Vicario, necessarid important praesentiam personalem, vt retulimus paulò ante num. 20. ex Rota in vna Carthaginensi coram Plato, de anno 1588. & ita postulat finis, propter quem emanarunt huiusmodi decreta, id est, certitudo moraliter maxima, de fidei integritate, puritate, & firmitate in iis, qui suscipiunt curam animarum, vel aliquam dignitatem in Ecclesia. Et sic est interpretata sacra Congregatio supra Concilium, vt modò diximus; & quae dicuntur ex iure communi, solum intelliguntur regulariter, & quando aliter, siue explicitè, siue implicitè, non statuitur pro aliquo casu particulari, vt contingit in re praesente.

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

Quod verò vterius dicitur in eodem Decreto Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 12. de reformat. professio fidei, & iuramentum esse faciendum à beneficiatis curatis ad minus intra duos menses à die adeptae possessionis; non significat, quòd si non fiat intra dictum tempus duorum mensium, non sit postea amplius faciendum; sed solum quòd absolute non sit ulterius differenda, & terminus duorum mensium non ponitur ad finendam obligationem; sed solum ad differendam sine culpa, & licitè executionem; vt in casu simili de communicando in Paschate docet Nauar. in Ad annuali, cap. 21. num. 45. & in casu praesenti de facienda fidei professione intra duos menses, notat idem Nauar. conf. 11. num. 1. de iur. iurand. lib. 2. pag. mihi 93. col. 3. Paris. de resignat. lib. 10. quest. 9. num. 12. & seqq. Garzias de benef. part. 3. cap. 3. n. 29. & seqq. Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. quest. 5. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. n. 5. Emman. Rodrig. in Summa, tom. 1. cap. 11. n. 7. Petr. de Ledef. in Summa, tom. 2. tract. 1. cap. 4. post conclusionem 10. diff. 3. Et facit ex Iure Canonico cap. Cum dilectis. de dote, & contum. vbi dicitur, quòd qui est citatus ad comparandum Romae certo die, si non potest comparere illo die, tenetur comparere post illum, quantum citius potest. Ex quo textu communem regulam colligit ibi Panorm. num. 12. & Doctores communiter, Et ex Iure ciuili facit L. Cel. sus. §. Idem ait. ff. de recept. arbitr. vbi dicitur, quòd si arbiter iussit pecuniam dari intra Kalendas, duo iussit, id est, pecuniam dari, & dari intra Kalendas; & idèd, si non detur intra Kalendas, & non pareatur quoad secundum, adhuc esse parendum quoad primum; & pecuniam esse simpliciter dandam: quòd idem clarius, & expressius etiam dicitur cap. Cum dilecti, citat. & ex Nauar. conf. 11. cit. de iur. iurand. rectè congruit etiam in casu praesenti: siquidem, dum praecipitur, vt fiat professio fidei intra duos menses; duo praecipiuntur; id est, vt simpliciter fiat, & vt fiat intra tale tempus: & si hoc posterius non fuit seruatum, non propterea non est seruandum illud prius.

Et ad hoc facit etiam illud, quòd tradit Panorm. in cap. Significauerunt. num. 8. de iudic. Bart. in l. Et idèd bastatur, ff. de verb. oblig. Syllu. verb. obligatio, num. 8. & alij, ad discernendam obligationem, quando est temporalis, & transit simul cum tempore, vt est, verbi gratia, recitandi Horas canonicas, vel audiendi Sacrum, aut ieiunandi tali die; & quando non est temporalis, vt est, verbi gratia, obligatio soluendi centum tali die, fodiendi vineam, aedificandi domum intra tantum tempus, faciendi hoc, aut illud opus artificiale, &c. quando enim opus, ad quòd est obligatio, non diuersificatur cum tempore; sed idem est, siue fiat hoc tempore, siue illo, vt contingit in exemplis secundo loco positis de domo aedificanda, de vinea colenda, de soluenda pecunia & similibus; obligatio non est temporalis, neque transit cum tempore; sed est per se, & manet implenda etiam alio tempore, & quandiu domus non est aedificata, semper manet aedificanda; & vinea manet colenda, & pecunia semper manet soluenda, quandiu illa non est culta; & haec non est soluta, &c. quando verò opus, aut factum, ad quòd est obligatio, solum consistit in obligatione aliqua personali, & transiente, quae transit, & diuersificatur simul cum tempore, vt contingit in alijs exemplis de auditione Sacri, de recitatione Horarum canonicarum, & de

Si professio fidei non fiat praescripto tempore, esse postea faciendam quàm primum.

10. Obligatio temporalis, & quae transit simul cum tempore, quomodo cognoscatur.

iciunio, vel abstinentia à tali comestione, est obligatio temporalis, & transit, & finitur simul cum tempore; non autem postea manet implenda, vt tradunt Authores citati.

Vnde in casu præsentis, quia certitudo de integritate, puritate, & firmitate fidei, & obedientiæ ad Sedem apostolicam, quæ intenditur per fidei professionem, & per instrumentum obedientiæ, ad quod tenentur beneficiati curati, & alij, eadem est, & eiusdem necessitatis, siue fiat hoc tempore, siue illo, non potest dici, quod sit obligatio solum temporalis, & quæ transeat, & finiat simul cum tempore duorum mensium, sed est obligatio per se ad præstandam huiusmodi certitudinem, per professionem, & per iuramentum; & semper manet præstanda, quando non est præstita: & præscriptio duorum mensium non est ad finiendam obligationem; sed solum ad licitè differendam, & producendam illius executionem, & impletionem, vt diximus.

11. Debet verò ex eodem decreto Concilij hæc professio à beneficiatis curatis fieri in manibus Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, aut Officiali: sed, si Episcopus non sit impeditus, est quidem conueniens, vt fiat coram ipso, sed non est simpliciter necessarium; & adhuc sufficit, si fiat coram Vicario, vt notat Garzias part. 3. cap. 3. cit. dub. 6. n. 2. & in casu simili de faciendò examine pro concursu ab ipso Episcopo, vel eo impedito ab eius Vicario generali, & ab alijs Examinatoribus, vt præcipitur cap. 18. de reformat. eiusdem sessionis 24. notat idem Garzias part. 9. cap. 2. n. 19. Vnde verba Concilij nullam imponunt obligationem ipsi Episcopis, vt debeant ipsum, & per se ipsos professionem admittere, quando non sunt impediti: sed totam obligationem imponunt Curatis; & de his asserunt, quod teneant illam facere in manibus Episcopi, vel coram Vicario, si Episcopus sit impeditus: & per hoc ex parte Episcopi ad summum indicant, solum conuenientiam, vt ille admittat, si non sit impeditus, non autem necessitatem.

12. Quod si contingat, prouisum de parochiali, aut de alio beneficio curato, professionem illius capere, vacante Sede episcopali, faciendâ erit professio fidei coram Vicario capitulari, penes quem est administratio iurisdictionis ex Tridentino sess. 24. cap. 16. de reformat. & qui hac de causa magis representat Episcopum; non autem erit faciendâ coram Capitulo, quod non habet per se ipsum administrationem, & exercitium iurisdictionis. Et sic notat Garzias part. 3. cap. 3. citato, dub. 8. à num. 25. ex quadam declaratione sacre Congregationis, quam postea refert part. 5. cap. 7. num. 23. vers. Octaua, pag. mibi 425. quod Vicarius capitularis in exercitio iurisdictionis possit procedere ex se, & sine adiunctis, si poterat sine illis procedere ipse Episcopus; & quod ad Vicarium capitularem spectat obire illa omnia, quæ ex Concilio pertinent ad Episcopum, occurrente vacatione parochialis, vt etiam habetur inter declarationes ad cap. 16. de reformat. sess. 24. num. 2. vers. Item, Officialem, pag. mibi 485.

14. Excusatur tamen Parochus, aut Curatus quicunque, à culpa, si omittat huiusmodi professionem ex ignorantia, aut incogitantia inculpabili, vt notat Nauar. conf. 7. num. 3. de iureiurand. lib. 2. pag. mibi 92. col. 4. & conf. 12. n. 1. eod. tit. Rodrig. in Summa, part. 1. cap. 119. n. 7. & in question. Regul. tom. 2. q. 72. art. 3. Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. q. 2. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. n. 13. & alij apud Garziam de benef. part. 3. cap. 3. n. 68. nam, quauis ignorantia iuris communiter non admittatur in foro externo; admittitur tamē, & sufficienter excusat etiam in totum à culpa in fo-

ro conscientiæ, si verè sit inuincibilis, & inculpabilis, vt fusè explicauimus, dum ageremus de voluntario, & inuoluntario, disputat. 2. 9. pag. 199.

Et si contingat, vt qui hoc modo omisit ex ignorantia, aut ex obliuione, vel ex incogitantia professionem fidei intra duos menses à die possessionis adeptæ de beneficio curato, eam postea faciat ex alio titulo, verbi gratia, ex Doctoratu; non est, quod ulterius illam iteret pro beneficio, vt notat Nauar. conf. 12. de iureiurand. Emman. Rodrig. in quest. Regul. tom. 2. quest. 72. art. 3. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. num. 6.

Et idem est, si postquam aliquis professionem fidei publicè emisit pro adepto vno beneficio curato, transferatur ad aliud similiter curatum intra eandem dioccesim, & illud prius amittat: similiter enim non est, quod amplius teneatur ad iterandam professionem pro secundo beneficio: sed sufficit pro vtroque emissâ semel, vt volunt quidam apud Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. quest. 8. & apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. num. 6. in fine. Sed oppositum docet Garzias de benef. part. 3. cap. 3. dub. 3. num. 17. & alij apud Azor. & Sanchez locis citatis: & præsertim, si beneficium secundum curatum sit in alia diocesi ab alio primo, Et quauis Azor. & Sanchez neutram sententiam possint admittere, vt probabilem; negari tamen non potest, quin sententia affirmatiua Garziaz, quod professio sit iteranda, etiam pro secundo beneficio curato, sit tutior, & probabilior, cum verba Concilij sint maximè generalia, & generaliter asserant de quibuscunque beneficiatis animarum curam habentibus, quod teneantur professionem emittere; neque distinguant, quod beneficium primò adipiscantur, vel quod transferantur ad aliud post primum adeptum, & dimissum: & in terminis sic declarauit sacra Congregatio Concilij apud eundem Garziam num. 18. & sic videtur postulare rei ipsius grauitas, & præsertim quando cura animarum de nouo suscipitur in alia diocesi, vt, scilicet, etiam in illa habeatur notitia quam certissima de integritate, puritate, & firmitate fidei ipsius curati.

DISPUTATIO XIX.

De iis, quæ spectant specialiter ad Dignitates, & Canonicos Ecclesiæ cathedralis, quoad faciendam fidei professionem.

- 1. Canonici, & Dignitates in Ecclesijs cathedralibus, tenentur emittere professionem fidei.
- 2. Etiam si sint Regulares, & exempti.
- 3. Canonici, & Dignitates in Ecclesijs collegiatis non tenentur ad professionem fidei.
- 4. Sicut nec alij beneficiati in Ecclesijs cathedralibus.
- 5. Nisi forte sint personatus, aut officia.
- 6. Si Curati, aut Canonici, qui tenentur ad professionem fidei, illam non faciunt intra duos menses, non faciunt fructus suos.
- 7. Et tenentur illos restituere in conscientia, etiam non expectata alia sententia declaratoria.
- 8. Fructus duorum mensium non sunt restituendi.
- 9. Si professio fidei omittatur ex ignorantia, aut incogitantia, fructus non sunt restituendi.

10. Et

- 10. Et idem est de iis, si per ipsum non stet, quominus faciat professionem.
- 11. Ino, et si stet per ipsum, quominus capiat possessionem.
- 12. Parua sunt, accepisse possessionem; & stetit per se, quominus illam accepit.
- 13. Professio non suffragatur ad faciendos fructus suos, nisi post factam fidei professionem.
- 14. Fructus deperditi ob non factam professionem fidei, non recuperantur postea, quando illa fit.
- 15. Quomodo sint erogandi fructus deperditi ob non factam professionem fidei.
- 16. Vtrum Capitulum possit remittere, aut condonare fructus deperditos, propter non factam fidei professionem.
- 17. Fructus deperditi non possunt remitti, aut condonari ab Ordinario.
- 18. Sed solum à Papa, vel à sacra Penitentiaria.
- 19. Qui fidei professionem non fecerunt, non habentur vt presentes.
- 20. Nec possunt sibi retinere ullam partem fructuum pro alijs seruitiis.
- 21. Non tamen amittunt quotidianas distributiones.
- 22. Qui fuerunt prouisi ante Concilium de Canonicatibus, aut Dignitatibus, vtrum debeant facere professionem.

1. Canonici, & Dignitates in Ecclesijs cathedralibus, tenentur emittere professionem fidei.

2. Etiam si sint Regulares, & exempti.

4. Canonici, & Dignitates in Ecclesijs collegiatis non tenentur ad professionem fidei.

1. Nec ferè omnia, quæ diximus de professione fidei emittenda ab illis, qui prouidentur de beneficijs habentibus curam animarum, debent dici etiam de illis, qui prouidentur de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesia cathedrali: debent enim etiam illi ex eodem decreto Concilij Tridentini sess. 24. cap. 12. de reformat. intra duos menses à die possessionis adeptæ, professionem emittere, sub obligatione peccati mortalis; eamque debent emittere, non solum coram Episcopo, vel eius generali Vicario, & Officiali; sed etiam in Capitulo, quamquam, si Episcopus, aut Vicarius forte sit in Capitulo, quando isti professionem fidei in illo faciunt, non sit opus postea iterum facere coram Episcopo, aut Vicario, vt declarauit sacra Congregatio Concilij apud Garziam de beneficijs, part. 3. cap. 3. num. 24. Quam declarationem in terminis proprijs postea subdit idem Garzias n. 51. Nam, qui professionem emittit in Capitulo, præsentè Episcopo, aut Vicario, verè dicitur, quod illam emittat in Capitulo, & coram Episcopo, aut Vicario; quod satis est ad decretum Concilij.

Neque excusantur ab hac obligatione illi Canonici, qui fortè sunt Regulares, & exempti à iurisdictione Episcopi, vt notat Nauar. conf. 9. de iureiurand. lib. 2. pag. mibi 93. Garzias part. 3. cap. 3. n. 16. & 21. Sanchez lib. 2. cap. 5. num. 2. & alij apud ipsum: nam Concilium generaliter loquitur de omnibus prouisis de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesia cathedrali; & in terminis sic declarauit sacra Congregatio apud eundem Garziam num. 16. citato. Et ratio est: quia etiam exempti subiacent Episcopis in iis, quæ pertinent ad beneficia subiecta Episcopis, vt notat Felin. in cap. Dilectus. 2. à num. 9. de re scriptis, & ex illo Nauar. & Sanchez locis citatis.

Excusantur verò, qui prouidentur de Canonicatibus, aut Dignitatibus in alijs Ecclesijs collegiatis, cum Concilium determinat loquatur de iis solis, qui prouidentur in Ecclesijs cathedralibus: & similiter sic declarauit sacra Congregatio, vt videre est in Declarationibus ad cap. 12. cit. num. 10. de reformat. sess. 24. pag. mibi 451. & apud Garziam part. 3. cap. 3. num. 12. cum quo id asserit etiam Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 5. num. 1.

Et idem est de iis, qui prouidentur in Ecclesijs cathedralibus de alijs beneficijs, qui non sunt Canonicatus, aut Dignitates, vt subdit Garzias n. 13. & Sanchez n. 1. cit. Nam, quauis alij quoque beneficiati, saltem de consuetudine, vel omnes, vel aliqui, habeant vocem in Capitulo, aut sint de Capitulo Ecclesiæ cathedralis; non tamen tenentur ad fidei professionem, cum Decretum Concilij nõ sit generaliter de iis, qui sunt de Capitulo, vel habent vocem in Capitulo Ecclesiæ cathedralis; sed determinatè solum de iis, qui prouidentur in tali Ecclesia cathedrali de Canonicatibus, aut Dignitatibus.

Et quoniam personatus, & officia, id est, illi beneficiati, qui non habent administrationem bonorum Ecclesiæ, neque iurisdictionem in Clericos, vt Dignitates, sed habent aliquem gradum honorificum, quo alijs præstant, vel saltem habent administrationem bonorum sine aliâ præminentia, vt habet Glossa in cap. Coniunctum. de consuetudine, in 6. & apud Azor. part. 2. lib. 3. cap. 1. §. Quarto, dimittitur. & cap. 13. quest. 5. in lure equiparantur Dignitatibus ratione prærogatiuæ, & præcedentiæ, quam super alios habent in Choro, in Processionibus, in ferendis suffragiis, &c. vel ratione solius administrationis bonorum; imò & aliquando in iure promiscuè appellantur, modò personatus, modò officia, & modò dignitates, vt patet ex cap. Cum accessissent. de consuet. & notant Panormit. Dec. & alij apud Azor. cap. 13. quest. 5. cit. hinc est, quod de mente Concilij per Dignitates in Ecclesijs cathedralibus videantur debere intelligi etiam personatus, & officia in iisdem cathedralibus; & etiam de illis prouisi teneantur ad fidei professionem ex Decreto Concilij, vt notat Garzias part. 3. cap. 3. n. 15.

Præter hos verò nulli alij beneficiati tenentur ex dicto Decreto, quidquid in contrarium dicat Zerola in praxi episcopali, part. 1. verb. beneficium. §. 5. dicto 4. & verb. fidei professio, & apud Garziam cap. 3. cit. num. 14. qui putat, etiam prouisos de beneficijs simplicibus in Ecclesijs cathedralibus teneri. Neque facit pro ipso id, quod habetur in Tridentino sess. 25. cap. 2. de reformat. vt enim supra retulimus num. 3. non loquitur de faciendâ professione fidei coram Episcopo intra duos menses, aut intra tempus aliud certum à die possessionis adeptæ de beneficio quocunque; sed solum de faciendâ professione fidei in prima Synodo dioccesana pro iis solis, & omnibus beneficiatis, qui ad illam Synodum debent conuenire: & idè non facit ad propositum, de quo loquimur, neque fauet sententiæ Zerolæ.

Quod si contingat, vt prouisi de beneficijs quomodocunque habentibus curam animarum, vel de Canonicatibus, aut Dignitatibus in Ecclesijs cathedralibus, non emittant modo explicato professionem fidei intra duos menses, à die adeptæ professionis, illud additur loco pœnæ in eodem Decreto Concilij sess. 24. cap. 12. cit. de reformat. vt alioqui fructus non faciant suos, neque illis professio suffragetur. Et sensus est, quod, quauis per huiusmodi omissionem non amittant titulum beneficij, vt bene aduertit Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 5. num. 8. & apud illum Petrus de Ledesma in Summa, tomo 2. tract. 1. cap. 4. post 10. conclus. diff. 4. & Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. quest. 3. impediuntur tamen, ne fructus faciant suos, eosque acquirant, vt notat Garzias de benef. part. 3. c. 3. num. 35. & per. 11. cap. 10. num. 21. Et hinc fit, vt etiam teneantur in conscientia illos restituere, tanquam non suos, & illos restituere in iustè perceptos, etiam non expectata alia sententia condemnatoria, vel declaratoria criminis, vt notat idem Garzias part. 3. cap. 1. num. 35. cit.

4. Sicut nec alij beneficiati in Ecclesijs cathedralibus.

5. Nisi forte sint personatus, aut officia.

6. Si Curati, aut Canonici, qui tenentur ad professionem fidei, illam non faciunt intra duos menses, non faciunt fructus suos.

7. Et tenentur illos restituere in conscientia, etiam non expectata

4. cit.

alia sententia
de materia, cit. Suar. disput. 1.4. de fide, sect. 6. num. 2. Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. cit. quæst. 1. §. Quæres. Petrus de Ledol. c. 4. cit. post 10. concl. diffinit. 1. Et tanquam satis probabile admittit etiam Sanchez cap. 5. cit. n. 10. Idque videtur multo tutius, & multo probabilius, quam quod asserit idem Sanchez eod. num. 10. ex Nauar. conf. 1. 2. num. 1. de iure iur. lib. 2. & Rodrig. in quæst. Regul. tom. 2. quæst. 72. art. 3. quod sit expectanda sententia, saltem declaratoria criminis, vt communiter contingit in aliis pœnis, quæ ipso facto, vel ipso iure dicuntur inferri per leges pœnales: nam, quamvis ad inducendam priuationem, & abdicationem eorum iurium, & eorum bonorum, quæ iam sunt acquisita, & propria alicuius, sit opus sententia, & opera Iudicis; neque sufficiat sola dispositio, aut præceptio legis pœnalis, vt communiter dicitur in materia de legibus, & nos fusè explicauimus lib. 5. disp. 42. ad impediendam tamen acquisitionem, & ad faciendum antecedenter, vt aliqua bona, quæ ex se sunt communia, & tam possunt fieri propria huius, quam illius, verè, & de facto non fiant huius; omnino sufficit dispositio legis, sine alia sententia, aut opera Iudicis, vt patet ex Tridentino sess. 23. cap. 1. de reformat. vbi disertè explicatur contra beneficiatos non residentes, dum asseritur, quod pro rata temporis non faciant fructus suos, nec tuta conscientia possunt illos detinere, etiam alia declaratione non secuta; sed tenentur eos erogare fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus; & ex Bulla Pij V. contra beneficiatos non recitantes Horas canonicas, dum similiter asseritur, quod non faciant fructus suos; sed tenentur eos erogare, tanquam iniuste perceptos in fabricam suorum beneficiorum, vel in eleemosynas pauperum: hæc enim posteriora verba, quæ adduntur, sunt solum declarationes, & explicationes priorum; & ostendunt, quid importetur per hoc, quod est, non facere fructus suos: hoc enim importatur, vt non possit quis tuta conscientia illos detinere; sed teneatur erogare in alios, etiam alia declaratione, aut sententia non secuta. Et per hæc clarè soluuntur, quæ obiicit Sanchez num. 10. cit. primò enim ex hoc, quod decreta, de quibus agimus, sint pœnalia, malè inferunt, quod non obligent in conscientia ante sententiam, saltem declaratoriam criminis, cum etiam per leges pœnales possint pœnæ inferri, quæ sint subcondæ in conscientia, non expectata quacunque sententia; neque hoc excedat potestatem humanæ legis, nisi quando materia est ex se nimis ardua, vt explicauimus disputat. 42. cit. Et patet in restitutione fructuum beneficij ob non residentiam, & ob non recitationem Horarum canonicarum, & in aliis similibus. Deinde, quod Tridentinum, quando intendit obligare in conscientia ad subeundam pœnam, non expectata sententia Iudicis, soleat signanter id exprimere, vt in exemplo allato de restitutione fructuum ob non residentiam, & in alio simili ex Bulla Pij V. pro restitutione eorundem fructuum ob non recitationem Horarum canonicarum, non potest ostendi, quod sit verum vniuersaliter, & quod talis expressio per actum signatum sit simpliciter necessaria ad obligandum in conscientia ante sententiam; & idè ex hoc principio non potest concludi, quod in casu præsentis non sit obligatio in conscientia ante sententiam, cum non sit huiusmodi expressio per actum signatum. Imò contrà ex eo, quod Tridentinum, & Papa aliquando explicauit per actum signatum, quid intelligi debeat per hoc, quod est non facere fructus suos; satis nos docuit, semper id esse intelligendum eodem modo; & per consequens etiam illos, qui ex non emissione

professionis fidei, dicuntur non facere fructus suos, debere intelligi, quod non possint illos retinere tuta conscientia, etiam alia declaratione non secuta. Denique, quod in pœnis benignior interpretatio sit facienda, cap. In pœnis. de reg. iur. in 6. & idè in dubio non sit præsumendus legislator voluisse obligare in conscientia ante sententiam, quod tertio loco obiicit Sanchez; non multum vrget: quia benignior interpretatio tantum eatenus est facienda in pœnis, quatenus illam admittunt, aut patiuntur verba legis. In casu vero præsentis verba hæc: Alioquin fructus non faciant suos, nullo modo admittuntur, aut patiuntur, quod possint illos habere, ac retinere, tanquam suos, vique ad sententiam; & per hæc verba non potest dici legislator relinquere dubiam suam intentionem de obligando, aut non obligando ante sententiam, cum satis clarè, & satis certè declaret, quod nolit fructus fieri suos; & per consequens, quod nolit esse, aut haberi, vel retineri, vt suos, siue ante sententiam, siue post.

Debet verò hoc ipsum intelligi solum de fructibus, qui possunt acquiri post duos menses à die capte possessionis; non autem de illis, qui acquiruntur illis ipsis duobus mensibus, vt notat Garzias part. 3. cap. 3. num. 30. & 31. quia illi verè, ac licitè acquiruntur, cum totum illud tempus concedatur ad extendendam, & producendam obligationem emittendi professionem; & intra illud non committatur culpa non emittendi; & idè nec debeat incurri pœna non faciendi fructus suos, quidquid in contrarium dicat Rodrig. in quæst. Regul. tom. 2. quæst. 72. art. 3. & apud Garziam num. 31. cit.

Et si contingat, fidei professionem omitti intra duos hos menses ex ignorantia, incogitantia, aut obliuione inculpabili; similiter non incurritur pœna non faciendi fructus suos pro toto tempore, quod durat huiusmodi ignorantia, aut incogitantia, vt notant Nauar. Rodrig. Azor. Sanchez, & alij citati disput. præcedente, n. 14. & apud Garziam de benefic. part. 3. cap. 3. m. 68. & nos alibi notauimus, dum ageremus de humanis actionibus in vniuersum, lib. 1. disput. 29. n. 5. Et hoc sine dubio est multo veriùs, & multo probabilius, quam oppositum, quod vult Petrus de Ledesma in Summa, tom. 2. tract. 1. cap. 4. difficultate 2. post 10. conclusionem. Quia, quemadmodum huiusmodi ignorantia, aut incogitantia excusat à culpa: ita, & par est, vt excuset à pœna, cum non debeant in damnum vocari, quæ carent culpa, cap. 2. de constit. nec sine culpa sit aliquis puniendus, cap. sine culpa. de reg. iur. in 6. & pœnæ, quæ statuuntur per leges, solum parentur aduersus scientes. l. fin. C. de decret. ab ordin. facien. & nos pluribus explicauimus, dum ageremus de voluntario, & inuoluntario, lib. 1. disput. 29. n. 4.

Et idem est, si quis non faciat intra tempus præscriptum professionem fidei; sed per ipsum non stet, quominus illam faciat, & sequat semel, aut sepius Episcopo, aut Vicario pro illa faciendâ; nec tamen obtineat, vt admittatur: nam etiam hic vacat culpa; & idè etiam debet vacare pœna, vt notat Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. quæst. 6. in fine, & Sanchez lib. 2. cap. 5. num. 13. Specialiter de illo, qui putans ex multorum sententia, posse illam emitti per procuratorem, id mandauit procuratori, & hic ex propria culpa, aut negligentia eam non fecit.

Imò & idem est ex Garzia de benefic. part. 3. c. 3. num. 32. si Canonicus, aut beneficiatus, qui tenetur ad professionem fidei intra duos menses à die possessionis adeptæ, sit negligens in dicta possessione adipiscenda; & multo tempore per ipsum stet, quominus

8.
Fructus duorum mensium non sunt restituendi.

9.
Si professio fidei emittatur ex ignorantia, aut incogitantia, aut obliuione, fructus non sunt restituendi.

10.
Et idem est, si per ipsum non stet, quominus faciat professionem.

11.
Imò est, si per ipsum, quominus faciat professionem.

12.
Paria sunt, accepisse possessionem; & tenuisse per se, quominus illam accepit.

13.
Possessio non suffragatur ad faciendam fructus suos, nisi post factam fidei professionem.

14.
Fructus deperditos ob non factam professionem fidei, non recuperantur, quando illa sit.

15.
Quomodo sint erogandi fructus deperditos ob non factam professionem fidei.

quominus illam adipiscatur: nam obligatio Concilij solum est pro habentibus realiter possessionem beneficij; & specialiter habet considerationem ad exercitium, & administrationem illius; quæ non potest haberi, nisi possessione iam adepta: & quando habetur, potiori ratione requirit iuxta mentem Concilij in eo, qui beneficium possidet, & administrat, certam notitiam de fidei Catholicæ integritate, & puritate; & idè specialiter exigit professionem fidei. Vnde, quomnis alioqui sint paria, possessionem beneficij te accepisse, & per te tenuisse, quominus illam accepit, cap. Commissa, de elect. in 6. & cap. licet Episcopus, de præbend. similiter in 6. in re tamen præsentis non sunt accipienda, vt paria, propter rationem iam dictam, & notat Garzias de benefic. part. 1. cap. 3. n. 32.

Quod verò additur in eodem decreto Concilij sess. 24. cap. 12. de reformat. Nec illis possessio suffragatur, solum significat, quod quacunque possessio etiam triennis, & longi temporis dictis beneficiatis, qui intra duos menses à possessione adepta non faciunt professionem, nullo modo conducit, aut suffragatur determinatè ad hunc effectum, vt faciant fructus suos, & non teneantur illos restituere; non autem significat, quod non conducatur, & suffragatur ad alios effectus, & præcipue ad titulum beneficij validandum, & reddendum legitimum, si forte sit opus, iuxta regulam Cancellariæ de trienniali possessore, vt notat Nauar. conf. 7. & 8. de iur. iur. lib. 2. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. num. 9. Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. quæst. 3. Emman. Rodrig. in Summa, tom. 1. cap. 119. num. 7. Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 9. n. 122. & lib. 10. quæst. 9. num. 6. 7. & 15. Garzias de benefic. part. 3. cap. 3. n. 33. & 34. & declarauit sacra Congregatio Concilij apud Paris. & Garziam locis citatis. Vnde possessor quicumque triennis, aut cuiusvis alterius temporis longioris, potest quidem per dictam regulam Cancellariæ validare titulum beneficij, quod possidet, etiam non facta professione fidei: non tamen potest acquirere fructus, quouisque illam non faciat; & eos solum potest facere suos, qui decurrunt post illam factam; non autem alios, qui iam decurrerunt, & fuerunt deperditi: siquidem illi per professionem non recuperantur, vt notat Sanchez lib. 2. cap. 5. citat. num. 5. & Nauar. conf. 11. de iure iur. num. 3. lib. 2. pag. mibi 93. col. 3. Et ratio est: quia quod ipso iure est semel deperditum, non reacquiritur ipso iure, cap. Quam periculosum. 7. quæst. 1. & L. qui res. §. aream. ff. de solut.

Quod si queratur, quid sit faciendum de huiusmodi fructibus, qui ob non factam professionem fidei non acquiruntur beneficiatis. Respondet Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. quæst. 3. in fine, & Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 9. n. 123. & 124. & apud illum Sarnen. de visitat. lib. 2. cap. 3. num. 4. eos esse applicandos per Superiorem ecclesiasticum fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus: quia sic præcipitur in Tridentino sess. 23. cap. 1. de reformat. §. Si quis autem, in casu simili de fructibus restituendis ob non residentiam. Sed addit Paris. in Regno Neapolitano iam esse indutum, vt incamerentur pro Camera apostolica. Et idem fuisse tentatum in aliquibus Ecclesiis Hispaniarum, refert Garzias de benefic. part. 3. cap. 3. n. 42. Et quidem si esset aliqua constitutio, quæ applicaret huiusmodi fructus Cameræ apostolicæ, non esset dubium, quod ad illam spectarent; non autè ad fabricam Ecclesiæ, vel ad pauperes: quia tamen huiusmodi Constitutio ex eodem Garzia num. 43. in fine, nulla est, non eodem modo videtur loquendum de Parochis, aut Curatis, & de Dignitatibus, vel Canonicis habentibus, aut non habentibus suos fructus distin-

ctos, & separatos à massa capitulari: nam de Parochis, aut Curatis, est valdè rationabile, vt huiusmodi fructus sibi deperditos erogent fabricæ, vel pauperibus per Superiorem ecclesiasticum, sicut præcipitur sess. 23. cap. 1. cit. de fructibus deperditis ob non residentiam: quia Concilium sess. 24. cap. 12. de reformat. specialiter nihil determinat; & eius intentio rectè colligitur per argumentum à simili ex eo, quod determinat in re simili ob non residentiam. De Canonicis verò, & Dignitatibus habentibus fructus distinctos, & separatos à massa capitulari, & recognoscentibus proprios fundos, rationabilius videtur, vt illos erogent fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, vel alteri pro loco arbitrio Ordinarij; non autem pauperibus quibuscumque: nam similiter sic præcipitur specialiter sess. 22. cap. 3. de reformat. pro Dignitatibus, & personatibus, si amittant quotidianas distributiones ob non intercessionem personalem ad diuina, easque debeant restituere, id est, illas, quæ sunt extraordinariæ, & constituantur ex redditibus particularibus ipsarum Dignitatum, & personatum pro certis diebus, si celebrent, verbi gratia, Missam solennem, vel faciant quid simile, vt notat Nauar. de orat. cap. 22. num. 50. & Sarnen. de visitat. lib. 1. cap. 15. num. 29. & ex illis Azor. part. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 8. non autem illas, quæ sunt ordinariæ, & constituantur ex fructibus communibus; & debent accrescere interuentibus, vt dicitur in Tridentino sess. 21. cap. 3. de reformat. Et denique pro iisdem Dignitatibus, & Canonicis, quando non habent fructus, nisi in mensa capitulari, est valdè rationabile, vt illos restituant eidem mensæ capitulari, vt accrescant aliis: nam sic statuuntur in Tridentino sess. 21. cap. 3. de reformat. de iis distributionibus, quæ constituantur ex fructibus communibus; non autem ex redditibus propriis ipsarum Dignitatum, aut personatum, vel officiorum, vt iam diximus ex Nau. Sarnen. & Azor. Et hæc distributiones merito dicuntur debere accrescere interuentibus, iisque esse restituendæ: quia sunt desumptæ, & assignatæ ex redditibus omnium, & communibus; & idè debent relinqui illis ipsis; non autem erogari in alios vsus, etiam pios, sicut aliæ; ergo similiter etiam fructus earundem Dignitatum, aut personatum, vel officiorum, si desumuntur ex mensa capitulari, & communi, & ipsis beneficiatis non possunt acquiri, propter non factam fidei professionem; debent reponi in eadem massa capitulari, & communij; non autè erogari in alios vsus. Et sic videtur supponere etiã Rota Romana in quadam Carthaginensi fructuum, coram Plato, de anno 1588. quam refert Garzias cap. 3. cit. num. 75. & 76. cum enim Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis ageret contra Thesaurarium pro recuperatione fructuum duorum annorum, quos ipse perreperat de mensa capitulari, non obstante, quod non fecisset professionem fidei, neque ipse Thesaurarius, neque Domini de Rota vniuersam opposuerunt, quod Capitulum non esset pars ad illos petendos; & quod absolute illi non deberentur, si Thesaurario essent amissi; sed petitionem Capituli alioqui legitimam solum reiecerunt propter specialem dispensationem, quam probauit Thesaurarius, se habuisse à Papa; etiam pro differenda, vel omittenda fidei professione. Et præterea id confirmatur ratione: quia cum fructus sint, vt supponimus, de mensa capitulari, toti sunt de proprietate Capituli, & idè eo ipso quod hic, aut ille ex quouis capite eos non facit suos, intelliguntur remanere sub priori proprietate Capituli, neque est quod illorum proprietates dicatur debere auferri à Capitulo ob culpam huius, aut illius, siue ex non facta

acta professione fidei, siue ex non praestito personali seruitio, siue ex quouis alio crimine, si Concilium, aut constitutio specialiter nihil pro illo determinet, vt certe non determinat, pro casu praesente de fidei professione omiffa.

16. Sed, quauis admittatur, hoc ita esse, & fructus amiffi beneficiato, & solum existentes in mensa capitulari, verè dicantur pertinere ad Capitulum, & remanere in illius proprietate, & esse distribuendi inter alios Capitulares; non tamen propterea ex aliquorum sententia ante factam distributionem potest Capitulum, seu personae capitulares illos condonare beneficiato, cui erant amiffi, vel super illis cum eo componere. Ita Garzias de benef. part. 3. cap. 2. num. 428. & cap. 3. num. 46. quia Capitulum, & personae capitulares ante factam distributionem, & assignatam suam partem vniciuique, non sunt domini, sed solum administratores, & veluti curatores bonorum Ecclesiae, & communium; & eorum proprietates, & dominium semper manet penes ipsam Ecclesiam, provt dicit collectionem omnium Clericorum, & ministrorum, qui ad illam pertinet, non autem provt dicit solum Capitulum, & solas personas capitulares: certum autem est de iure communi, quod administratores non possunt donare, seu remittere de bonis, quae administrant, cap. 2. de donation. L. Contra iuris. §. final. & L. Imperatores. ff. de pati. L. filiusfamilias. C. de donation. & aliis iuribus apud Garziam ibidem: & idem neque Capitulum, aut personae capitulares possunt condonare, aut remittere huiusmodi fructus, vel super illis componere: sed oppositum videtur sentire Nauar. conf. 3. n. 2. de atate, & qualis. lib. 2. pag. mibi 44. col. 2. vbi de quodam, qui ante aetatem legitimam, & sine alia dispensatione Papae fuit prouisus de Archipresbyteratu in Ecclesia cathedrali, eumque possedit, & fructus ex illo percepit per multos annos; & tandem super fructibus male perceptis, quos ex alio capite praetendebat Capitulum, se composuit; eorumque remissionem, seu condonationem magna ex parte obtinuit ab eodem Capitulo, docet, quod non tenetur ad aliam restitutionem pro ca parte fructuum, pro qua se composuit; & per consequens quod Capitulum valide potuit cum illo componere, & fructus remittere, aut condonare. Sed reuera quaestio haec facile videtur posse dirimi, & dicti Authores facile posse conciliari, si dicamus, sententiam Nauarri esse veram, largè intelligendo nomine Capituli, omnes illos, penes quos reuera est dominium bonorum Ecclesiae; non autem solos Canonicos, aut personas, quae strictè dicuntur capitulares: sententiam verò Garziae esse veram, strictè accipiendo nomen Capituli pro solis Canonicis, & aliis, qui in illo habent locum, & ius. Et quod Capitulum largè acceptum super huiusmodi fructibus sibi debitis, possit componere, & valide illos remittere, aut condonare, vt vult Nauarrus; non videtur posse dubitari, cum sit verè dominus, vt supponimus; & vnusquisque de re sua disponere possit ad libitum, L. in re mandata. C. mandati. & L. Sed est. §. consuluit. ff. de petitione hered. nisi specialiter in aliquo casu prohibeatur, quomodo in Tridentino sess. 24. cap. 12. de reformat. prohibetur omnis collusio, aut remissio super distributionibus, quae amittuntur ob non interuentum personalem ad diuina; cum tamen aliqui de iure antiquo, & praescindendo ab hac prohibitione Concilij, etiam de illis possent fieri remissio, vt notat Gloss. in cap. 1. de verb. significat. & in cap. 1. de Cler. non resid. in 6. verb. suas. & ex illa Nauar. de orat. cap. 22. num. 49. & Azor. part. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 9.

Et quod dicimus, huiusmodi fructus non posse condonari à Capitulo strictè accepto pro illis solis, qui illud intrant; dici etiam debet de ipso Episcopo, aut Ordinario, cum neque hic sit dominus, & non possit disponere, aut dispensare super decreto Concilij: sicut neque potest Legatus, ex Gloss. in cap. Dilectus. 2. de preben. & in cap. Cum dilectus. de election. & in cap. final. de filiis Presb. & notat Nau. conf. 3. num. 1. de Cler. non resid. lib. 3. pag. 102. col. 4. & alij apud Garziam part. 3. cap. 3. cit. n. 53. & saepius sic declarauit de Ordinario sacra Congregatio, vt idem subdit num. 5. & 5. quae etiam addit, pro huiusmodi condonatione recurrendum esse ad Papam, qui solet eos condonare: sicut & nomine Papae eos condonat etiam sacra Poenitentiaria, iuncta solum aliqua elemosyna, vt subdit Garzias num. 57.

Et in ordine ad fructus lucrandos non possunt Dignitates, & Canonici, qui fidei professionem non fecerunt, reputari, vt praesentes, etiam si aliqui corporaliter ab Ecclesia non abfint, vel etiam si abfint pro negotiis ipsius Capituli, aut sacrae Inquisitionis, vt ex declarationibus sacrae Congregationis videre est apud Garziam cap. 3. cit. n. 51. & 52.

Et ita integraliter, & totaliter fructus amittunt in poenam omiffae professionis fidei, vt nihil possint ex illis detrahere, sibi que accipere, aut retinere pro alio seruitio, si quod forte fecerunt, vt notat Garzias num. 63. quauis addat, non defuisse aliquos Theologos, qui oppositum senserint, sicut etiam sentiunt in re simili pro iis, qui omittunt Horas canonicas; & tamen praestant Ecclesiae alias operas, & seruitia, vt idem refert eadem part. 3. cap. 1. num. 28. Sed contra est: quia sine dubio modus loquendi, quo vtitur Concilium: Vt non faciant fructus suos, omnino tollit hanc detractionem; & satis declarat, quod omnes fructus amittant, & quod simpliciter nullos acquirant, & faciant suos; & idem nullos possint acquirere, vel retinere, vt suos, pro quauis opera, aut seruitio.

Non tamen debent appellatione fructuum comprehendere distributiones quotidianae, quando haec sunt distinctae à praebenda, & grossa, vt notat Gratian. in disceptation. forens. cap. 166. num. 22. Garzias part. 3. cap. 3. cit. n. 59. & 60. & Azor. part. 2. lib. 7. cap. 2. quest. 7. nam saepius sic declarauit sacra Congregatio apud Garziam ibidem, & apud Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proam. num. 170. & apud Barbof. in suis remiss. ad cap. 12. de reformat. sess. 24. littera L, pag. mibi 467. Et ratio est, quia ex eod. Azor. cod. lib. 7. cap. 9. huiusmodi distributiones solum dantur, tanquam stipendium, & merces quotidiani laboris; sicut & dantur de iisdem bonis Ecclesiae etiam stipendia Magistro Grammaticae, aut Musicae, & pulcherrimi campanas, aut organa; & idem proprie non veniunt appellatione fructuum beneficij, cap. licet. de preben. & tradunt Doctores communiter in cap. vniciuique. de cler. non resid. in 6. & saepius tenuit Rota apud Garz. num. 59. cit. Secus verò si omnes fructus beneficij consistant in quotidianis distributionibus, neque sit alia praebenda, aut grossa: quia in tali casu succedunt loco fructuum, & ab iis, qui non fecerunt professionem fidei, dicende sunt non acquiri, ne alioqui frustreretur dispositio Concilij, vt subdit Garzias num. 62. & Azor. quest. 7. cit.

Atque haec omnia, quae diximus de amissione fructuum pro Canonicis, & Dignitatibus, si non fecerunt professionem fidei ex declaratione eiusdem sacrae Congregationis apud Garz. par. 3. cap. 3. n. 10. & apud Barbof. in suis declarationibus ad d. cap. 12. de reformat. sess. 24. num. 6. §. Prouisi autem de beneficiis, bus, aut dignitatibus, pag. mibi 451. debent intelligi, non solum de iis, qui fuerunt

17. Fructus deperdit non possunt remitti, aut condonari ab Ordinario.

18. Sed solum à Papa, vel à sacra Poenitentiaria.

19. Qui fidei professionem non fecerunt, non habentur ut praesentes.

20. Nec possunt sibi remittere vlla partem fructuum pro aliis seruitiis.

21. Non tamen amittunt quotidianas distributiones.

22. Qui fuerunt prouisi ante Concilium de Canonici, de reformat. sess. 24. num. 6. §. Prouisi autem de beneficiis, bus, aut dignitatibus.

fuerunt prouisi de his beneficiis post Concilium Trident. sed etiam de illis, qui erant prouisi, & existerent in Cathedrali ante Concilium. Et ratio videtur esse: quia etiam illi, qui iam erant prouisi, poterunt obligari ad faciendam quamprimùm professionem fidei; & verba Concilij nihil continent, per quod illos deobligent, si bene considerentur; sed, si admittamus hanc declarationem non fuisse seruata, nisi fortasse à paucis, vt subdit Garzias num. 10. cit. non videtur negandum, quod fuerit seruanda saltem ab iis, qui erant prouisi ante Concilium, sed professionem non acceptam, nisi post Concilium, vt notat ibidem Garz. num. 8. siquidem his clarissime competunt etiam illa verba: intra duos menses à die adeptae possessionis. & obligatio Concilij non respicit prouisionem, sed possessionem, & administrationem beneficij, vt supra diximus num. 11.

DISPUTATIO XX.

De iis, quae spectant specialiter ad Praelatos, & ad Doctores, siue Magistros, quoad faciendam fidei professionem.

- 1. Praelati Ordinum regularium solum tenentur facere professionem fidei intra duos menses à die possessionis adeptae.
2. Si tamen Bulla Pij IV. in Ordinibus regularibus est in usu.
3. Praelati Ordinum regularium solum tenentur ad professionem fidei, quando sum perpetui.
4. Magistri Grammaticae, Arithmeticae, aut Musicae, debent facere professionem fidei.
5. Excommunicatio, aut censura solum sunt contra Superiores, & Promotores, non autem contra promotos, vel admissos.
6. Praedicatorum tenentur facere professionem fidei, si requirantur ab Episcopo.
7. Excommunicati, non propter haeresim, possunt valide doctorari.
8. Haeretici non possunt doctorari, aut promoveri ad gradus, apud Catholicos.

VIDE statuat in Tridentino circa fidei professionem faciendam ab Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, vel in ipsa promotione ad has praelaturas, & dignitates, vel in prima Synodo prouinciali, cui intererunt, & sub quibus poenis id statuatur, diximus supra, disput. 17. num. 2. vbi etiam indicauimus, quid postea declarauerit Gregorius XIV. in sua Bulla de forma processus, & inquisitionis faciendae super promouendis ad regimina Ecclesiarum: & num. 5. quid statuerit ante ipsum Pius IV. & quid declarauerit ex dispositione Concilij Tridentini pro iisdem Episcopis, & aliis, qui praesentantur Ecclesiis superioribus; & quomodo eandem obligationem faciendae professionis extenderit etiam ad Praelatos Religionum, & ad eos omnes, quibus prouisum fuerit quocumque nomine, vel titulo, de Monasterijs, & aliis quibuscunque locis quoruncumque Ordinum regularium, etiam militarium.

Nec pro Episcopis, & Praelatis superioribus plura occurrunt notanda ex Doctoribus, cum & Decreta Concilij, & Constitutiones Pontificum sint ex se satis clare, & stylus Curiae iam satis reduxerit illas in praxim.

Pro aliis verò Praelatis Ordinum regularium, eo-

dem modo videtur intelligenda extensio obligationis ad faciendam fidei professionem, quo in Tridentino sess. 24. cap. 12. de reformat. imponitur eadem obligatio pro Curatis, & pro Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiae cathedralis, vt, scilicet, solum teneantur illam facere intra duos menses à die adeptae possessionis, siue praelaturae: ita enim sentit Nauar. conf. 10. de iurisdictione, lib. 2. pag. mibi 93. col. 2. Paris. de resignat. lib. 10. quest. 9. n. 2. pag. mibi 130. tom. 2. Rodrig. in Summa, tom. 1. cap. 110. n. 7. & in quest. regul. tom. 2. quest. 74. art. 1. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. num. 3. Barbof. in suis remiss. ad cap. 12. de reformat. sess. 24. littera C. pag. mibi 466. Capuccinus in privilegijs Ad eundem, verb. professio iudei, §. Et est primo aduertendum. pag. mibi 339. & aperte colligitur ex verbis Bullae, quibus Pontifex ait, velle se, vt idem seruetur ab huiusmodi Praelatis Ordinum regularium quoad professionem fidei: quod Tridentinum disposuit pro Dignitatibus, & Canonicis, & pro habentibus beneficia curata; qui tamen ex eodem Concilio solum tenentur id facere intra duos menses, vt supra diximus.

Et quauis Capuccinus loco citato subdat, huiusmodi extensionem ad Praelatos Ordinum regularium non esse in usu, & sic obseruari, vt tales Praelati dictam professionem non faciant, idque sic declarasse Cardinales, & alios doctissimos viros; id tamen aliis non placet, vt subdit Sanchez num. 3. cit. & quia est quaestio solum de facto, rectè monet idem Sanchez, in iis Ordinibus, in quibus non est consuetudo, vt Praelati emittant professionem fidei, licite eam posse ab illis non emitti: quia signum est, quod extensio Pij IV. vel ab initio non fuit in usu recepta, vel quod postea per contrarium usum fuit abolita.

Et praeterea rectè monet Garzias de benef. part. 3. cap. 3. num. 7. extensionem Pij IV. solum videri intelligendam de iis Praelatis Ordinum regularium, qui habent praelaturas suas perpetuas; non autem solum ad tempus: siquidem loquitur solum de iis, quibus prouidetur de Monasterijs, aut locis Ordinum regularium: qui tamen modus loquendi videtur importare prouisionem perpetuam: & iam de facto sic praeticari à Claustralibus, testatur Capuccinus ad privilegia Mendicantium, verb. professio fidei, §. Etsi ab Episcopis. pag. mibi 340.

Similiter quid statuatur in Tridentino circa eandem professionem fidei pro iis, ad quos pertinet cura, visitatio, & reformatio Vniuersitatum, & studiorum generalium, diximus eadem disputat. 17. num. 4.

Et quid praeterea addiderit Pius IV. Extranea. in sacrosancta. pro Doctoribus, Magistris, Regentibus, & pro habentibus facultatem doctorandi, & promouendi ad gradus, & pro scholaribus doctorandis, & promouendis, & pro electoribus Superiorum in Vniuersitatibus, & pro ipsis Superioribus, si patientur aliquem admitti ad Lecturas, vel ad gradus, non facta prius professione fidei; & de poenis, quas statuit contra hos omnes, aut singulos, diximus ibidem, num. 6. & sequentibus.

Neque Doctores addunt multa; sed in regnis Hispaniarum negat Garzias part. 3. cap. 3. cit. num. 4. eam constitutionem esse in usu receptam quoad aliqua, id est, quoad Professores, & Lectores non admittendos, & quoad gradum baccalaureatus, & licentiatum non conferendum, & quoad faciendam processum, & informationem, provt ibi praecipitur, & pro iis locis, in quibus, vel in totum, vel ex parte non est in usu recepta, rectè monet Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. n. 4. in fine, quod non obliget.

Et

Praelati Ordinum regularium solum tenentur facere professionem fidei: intra duos menses à die possessionis adeptae.

Si tamen Bulla Pij IV. in Ordinibus regularibus est in usu.

Praelati Ordinum regularium solum tenentur ad professionem fidei, quando sunt perpetui.

4. Et ex declaratione Cardinalium apud Capuccinum in privilegia Mendicantium, verbo, professio fidei, §. Quarto notandum. subdit Sanchez ibidem, nomine Magistrorum, aut legentium quancunque artem liberalem, aut Facultatem, comprehendit etiam illos, qui docent prima Rudimenta Grammaticæ, aut Arithmeticæ, vel Musicæ, aut cuiuscunque alterius artis liberalis, sine doceant publicè; & in publicis scholis, sine priuatim, & in propriis domibus: & pœnam excommunicationis latæ sententiæ, aut interdictionis, quæ ibi fertur, & priuationem beneficiorum, dignitatum, officiorum, & feudorum ecclesiasticorum, & inhabilitatem ad illa, vel alia in posterum obtinenda, solum ferri contra eos, qui habuerint quomodocunque, & vndeunque facultatem doctorandi, vel promovendi ad gradus; & contra Rectores, aut Superiores Vniuersitatum, si aliquem promouerint, vel permiserint consequi, aut retinere Lecturas, & Cathedras, vel aliquem doctorari, aut promoueri ad gradus, non facta prius professione fidei, prout ibi præcipitur; non autem ferri contra eos, qui fuerint admissi ad Cathedras, vel doctorati, & promoti ad gradus. Et hos reuerà non esse excommunicatos, aut priuatos, vel inhabilitatos, quicquid in contrarium dicat Rodrig. in quest. regular. tom. 2. q. 72. art. 2. §. Ex prædictis colligitur, sed solum peccare mortaliter, & incurrere nullitatem suæ admissionis ad Cathedras, vel promotionis ad gradus.

5. Et denique dictam excommunicationem solum esse episcopalem, cum in Bulla non apponatur reseruatio absolutionis; & idèd posse absolui, tam ab Episcopo, quàm à Parocho, iuxta cap. Nuper de sententia excommunicationis; & iuxta ea, quæ communiter traduntur de absolutione à censuris, & videre est apud Suar. de censuris, disput. 7. sect. 3. dummodo tamen reseruatio non sit specialiter apposta ab Episcopo pro sua diocesi, neque sit facta aliqua alia extensio ad aliquos non comprehensos in Bulla Pij IV. quomodo ex Capuccino loco citato est facta in Diocesi Neapolitana, de anno 1576. per Synodum prouincialem ad illos, qui fuerint admissi ad Cathedras, vel ad gradus non facta fidei professione: cum tamen in Bulla non essent comprehensi, vt diximus.

6. Addit præterea idem Capuccinus, verb. professio fidei, cit. not. 4. pag. mibi 339. in fine, quòd tempore Pij V. fuit responsum à sacra Congregatione Cardinalium, vt etiam Prædicatores, quando petunt, ab Episcopo benedictionem, teneantur, si ille voluerit, & exegerit, facere professionem fidei; non obstant, quòd aliàs illam fecerint, non tantum vna, sed pluribus vicibus. Et idem est etiam de Lectoribus, quanquam non sint damnandi vllius culpæ, aut pœnæ, si de illa non requirantur, vt subdit Capuccinus ibidem, cum Bulla non sit de Prædicatoribus, aut Lectoribus sacre Scripture, qui legunt in Ecclesiis, & ad populum; sed de iis, qui legunt in scholis, & in Gymnasiis; & declaratio, vel extensio Cardinalium ad ipsos solum fuerit sub conditione, quòd sic requirerentur ab Episcopo.

Et pro hac obligatione Prædicatorum, & Lectorum regularium etiam facit id, quòd habet Rodrig. in quest. regular. tom. 2. quest. 72. art. 1. in partibus, & regnis Hispaniarum per litteras Reuerendissimi Commissarij Generalis sui Ordinis, & de mandato Cardinalis Protectoris fuisse suspensos omnes Lectores, & Prædicatores ab officio prædicandi, quousque fidem catholicam solenniter essent professi.

Ex hoc verò, quòd præcipit Pius IV. in sua Bulla, neminem posse doctorari, aut promoueri ad gra-

4. dus, nisi facta fidei professione, & præuio processu, & informatione, quantum videtur sufficere super religione, & fide catholica ipsius doctorandi, aut promovendi, intelligitur, quid sit dicendum ad questionem nuper mihi propositam, vtrum Hæretici, qui aliquando dant operam studiis in Vniuersitatibus catholicis, possint in illis doctorari, aut promoueri, quantum alij excommunicati possint validè doctorari, & promoueri, si faciant professionem fidei, & cætera requisita, vt notat Suar. de censur. disput. 16. sect. 2. num. 4. & dicitur communiter in materia de censuris: Hæretici tamen, & excommunicati ob causam hæresis nullo modo possunt, nisi deponant hæresim, & fidem catholicam ex animo recipiant, & solenniter profiteantur, sicut præcipitur in dicta Bulla, & alioqui Superiores in permittentes, & Doctores, aut alij sic promouentes, incurrunt in censuras, & pœnas ibi statutas, & doctoratus, vel promotio est planè nulla, neque potest in iudicio, vel extra quicquam suffragari.

DISPUTATIO XXI.

AN: & quomodo, & à quibus fides sit confitenda publicè, vel priuatim, per disputationem cum infidelibus, vel per prædicationem ad fideles.

1. Disputatio formalis, & materialis, quam sit.
2. Disputatio de rebus fidei non est intrinsecè mala.
3. Laicus non potest disputare de fide: & si disputet, est excommunicandus.
4. Laici aliquando veniunt appellatione illiteratorum; & Clerici appellatione litteratorum.
5. Laicus, si sit doctus, secundum aliquos potest disputare de fide.
6. Sed multo probabilius est oppositum.
7. Soli laici strictè accepti, id est, neque Clerici, neque Religiosi, prohibentur disputare de fide.
8. Laici ex speciali prohibitione inuisi potestini prædicare non possunt.
9. Prædicare sine licentia est peccatum mortale, & habet annexam excommunicationem ferendæ sententiæ.
10. Licentia prædicandi potest dari etiam à Parocho pro sua Parochia.
11. Et potest dari etiam laico.
12. Non tamen femine.
13. Licentia prædicandi potest dari etiam à Prelatis religiosis pro suis Oratorijs, aut Ecclesijs. Neque Episcopus potest contradicere, si dent laico.
14. Etiam Sacerdotes indigent facultate, vt possint concionari.
15. Et à fortiori etiam Diaconi.
16. Disputatio de fide ex dubitate illius, qui disputat, est peccatum mortale.
17. Disputatio de fide, ex qua nihil boni speratur, est peccatum veniale.
18. Nisi ex circumstantiis fiat mortale.
19. Disputatio de fide est mala, si non seruetur debitus modus.
20. Disputatio de fide non est habenda coram simplicioribus.

TAM disputatio de rebus fidei, quæ aliquando fit cum infidelibus ad eam probandam, & persuadendam, & ad redarguendos, & conuincendos errores contrarios, est quedam

quædam confessio, & professio fidei; & idèd postremo loco etiam de illa est pauca agendum.

Supponimus autem ex Caietano 2. 2. quest. 10. articulo 7. duplicem posse esse disputationem de rebus fidei, id est, formalem, & materialem: quia enim disputatio de re aliqua essentialiter, & ex propria ratione, est prolatio diuersorum; & impossibile est, quòd sit disputatio, nisi saltem proferantur rationes diuersæ contra conclusionem; tunc solum est appellanda disputatio formalis, quando intenditur ipsa diuersitas; & illi solum sunt dicendi inter se diuersa sententiæ, suamque diuersitatem pro, vel contra intendunt persuadere, & reprobare. Et contra, si intendatur non ipsa diuersitas, sed aliquid aliud, verbi gratia, ingenij exercitatio, vel ostentatio scientiæ, & doctrinæ, vt sit communiter in scholis Catholicorum; non est appellanda disputatio, nisi materialis: sicut & solum materialis appellatur detractio, per quam proferuntur de aliquo verba detractoria, cuiusque sententiæ denigratoria, non vt illi detratur, sed vt inueter, vel vt aliquid boni ipsi, vel alteri procuretur, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. questione 73. articulo 2. quia enim locutio tributa est homini ad manifestandos, & significandos animi sensus, vt patet ex Aristotele, suadet primo perhermeneias, capite 1. & primo Politicorum, cap. 2. rectè attenditur illius formalitas, & natura potius ex intentione ipsius locutis, quàm ex sono, & verbis materialiter solum prolatis: & idèd etiam disputatio, & detractio rectè dicitur tunc esse formalis, quando est ex intentione diuersitatis, & diminutionis famæ: & tunc dicitur esse materialis, quando est ex alia intentione.

Præterea est supponendum, quòd disputatio etiam formalis de rebus fidei non est intrinsecè mala: nam in Epistola ad Titum cap. 1. de Episcopo dicitur, quòd debeat amplecti fidelem sermonem, qui est secundum doctrinam, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Et 1. Petri cap. 3. de omnibus fidelibus dicitur, quòd debeant esse semper parati ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quæ in ipsis est, fide. Et Actorum 9. de Sancto Paulo recens conuersio dicitur, quòd inualefcebat, & confundebar Iudæos: & quòd loquebatur cum Gentibus, & disputabat cum Græcis, vt notat Sanctus Thomas 2. 2. quest. 10. articulo 7. in argumento, Sed contra. & in responsione ad 3. Et ratio est: quia manifestare veritatem fidei, & in ea fideles confirmare, & infideles contradicentes arguere, contraque errores confutare, non sunt intrinsecè mala, vt ex se patet; & ad illa potest esse valdè utilis, imò & necessaria disputatio: quod tamen non esset, si per se, & intrinsecè, vel ex obiecto esset mala. Et hoc idem ex alijs locis Scripture, & ex Sanctis Patribus, & ex ratione pluribus probat Suarius disputat. 20. de fide, sect. 1. num. 5. & seqq.

Quod tamen contingit communiter in alijs, quæ non sunt mala, imò, & quæ sunt bona intrinsecè, & ex obiecto, vt possint fieri, & esse mala ex circumstantiis, idem contingit etiam in disputatione de rebus fidei. Et ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 10. artic. 7. citato, duæ circumstantiæ sunt in illo præcipuè considerandæ: id est, altera ex parte disputantis, & altera ex parte audientium. Et ex Valentia 2. 2. disputat. 1. quest. 10. puncto 4. initio, & Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 6. num. 1. in disputatione tria debent specialiter expendi, id est, personæ ipsius qualitas, Baldelli Theol. Moral. Tom. I. I.

& conditio, intentio, seu finis, cuius gratia disputat, & modus, quo disputat: nam ratione qualitatis personæ, quæ disputat, potest disputatio fieri mala, & illicita, si is, qui disputat, sit purus laicus, non autem Ecclesiasticus, aut clericali saltem tonsura initiatus: sic enim habetur ex Alexandro IV. cap. Quinque. §. Inhibemus. de Hæreticis, in 6. & ex Gregorio IX. Exirauag. Excommunicamus. quæ habetur in Directorio Inquisitionum inter litteras apostolicas pro officio Sanctæ Inquisitionis, pag. 3. Inhibemus quoque, ne cuiquam laico persona liceat publicè, vel priuatim de fide catholica disputare. Qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo immodetur. Et fortasse per laicum intelligit eo loco Pontifex hominem illitteratum, sicut & aliquando in Iure appellatione hominum litteratorum intelliguntur Clerici, cap. Inutile. distinctione 88. vbi ex Sancto Gregorio epistola 30. lib. 10. dum Clerici prohibentur suscipere causas ratiociniorum, absolute dicitur, quòd inutile, & valdè laboriosum est, hominem litteratum ratiociniorum causas assumere. & ex Nauar. conf. 24. num. 2. de Hæreticis, lib. 5. pagina mibi 97. tom. 2. Sic etiam habet vsus Gallicus, secundum quem vulgus omnes litteratos, & doctos appellat Clericos, & contra Ultramontani ex Gloss. in cap. Quicunque. cir. verb. laica, appellatione litteratorum intelligunt laicos. Et hanc interpretationem ex eadem Glossa ibidem, suadet etiam ratio, ne alioqui dicamus, quòd ruralis, & rudis Clericus disputando de fide non faciat contra decretum, neque incidat in pœnam illius: faciat verò, & incidat laicus doctus, & Doctor decretorum, vel etiam sacre Theologiæ: & ex Caietano, & Bannes 2. 2. quest. 10. articulo 7. cit. & Petro Ledesma in Summa, tomo 2. tract. 1. cap. 5. conclusionem 13. & alijs apud Sanchez lib. 2. cap. 6. citato, num. 4. reuerà sub illo decreto non comprehenduntur laici, si sint docti, cum in iis cesset ratio prohibitionis, quæ est, quòd laici communiter, & vltimum solent esse indocti: & sic communiter est vsu receptum, vt laici, si sint docti non solum verbis, sed etiam scriptis de fide disputent, vt fecit Albertus Pighius, & alij: quam consuetudinem, saltem pro iis locis, in quibus Hæretici grassantur, admittit etiam Valent. 2. 2. disputat. 1. quest. 10. puncto 4. §. Alij etiam limitant. & absolute ait, quòd ille textus intelligi debet solum regulariter; non autem in casu necessitatis, vel magnæ utilitatis, idque totum probabile putat etiam Sanchez cap. 6. cir. n. 5. & 7. & Suar. disp. 20. de fide, sect. 1. n. 1. præsertim si huiusmodi laicus id faciat, non ex propria auctoritate; sed iussus, & rogatus à Clericis.

Sed reuerà multò est probabilius, quòd decretum comprehendat generaliter omnes laicos; & omnes peccent mortaliter, & sint excommunicandi, si disputent publicè, aut priuatim de rebus fidei: nam sic tandem asserit Glossa in cap. Quicunque. §. Inhibemus. citato, verbo, laica. Syluest. verb. disputatio, n. 1. Nauar. conf. 24. n. 2. de Hæreticis, lib. 5. pagina mibi 97. & in Manuali, cap. 11. num. 27. Castrus de iusta Hæreticorum punitione, lib. 1. cap. 19. Directorium Inquisitionum part. 1. quest. 20. n. 6. pag. mibi 20. col. 1. Valentia 2. 2. disputat. 1. quest. 10. puncto 4. cir. Azorius part. 1. lib. 8. cap. 26. quest. 1. Suarius de fide, disputat. 20. sect. 1. num. 9. Sanchez in Decalogum, lib. 2. cap. 6. num. 5. citato, & alij. Et ratio est: quia leges bene feruntur de iis, quæ communiter accidunt, neque habent rationem de iis, quæ raro, L. Nam ad ea. ff. de legib. Et quantum aliquando in vno aliquo ceter, aut deficiat ratio, & finis legis; non tamen potest

3. Laicus non potest disputare de fide: & si disputet, est excommunicandus.

4. Laici aliquando veniunt appellatione illiteratorum; & Clerici appellatione litteratorum.

5. Laicus, si sit doctus, secundum aliquos disputare de fide potest.

6. Sed multo probabilius est oppositum.

perere cessat lex etiam pro illo, ut communiter dicitur in materia de legibus, & nos explicauimus in libro de legibus, d. f. ut. 3. num. 17. Vnde, quia communiter accidit, ut laici sint indocti de rebus fidei, recte potuit illis praecipere, ut abstinere a disputatione de fide; neque pro illo censeri debet cessare haec lex, qui forte sit doctus, & in quo peculiariter cesset ratio legis. Et contra, quia Clerici communiter sunt periti, recte potuit illis permitti; neque fuit, quod hic, aut ille specialiter prohiberetur; qui forte esset indoctus, vel minus peritus; quia hoc non accidit, nisi raro: & qui est huiusmodi, satis prohibetur per ipsum ius naturale diuinum, ut notat Azorius part. 1. lib. 8. cap. 26. quest. 1. cit. & Sanchez lib. 2. cap. 6. cit. num. 8. ne, scilicet, exponat se periculo non bene explicandi, ac defendendi res tam difficiles, & tam graues; & consequenter exponat periculo honorem fidei; & salutem proximorum, ut addit Suarius disputatione 20. sectione 1. citata, num. 8. propter quas causas vniuersaliter asserit doctrinae sufficientiam ex ipsa rei natura requiri in quolibet disputante de fide, siue ille sit Clericus, siue laicus: quauis aliquando ex speciali Dei instinctu legantur etiam rudes, ac simplices disputasse, & ex miraculo Haereticos conuicisse, ut in Concilio Nicæno contigisse refert Nicephorus lib. 8. cap. 15. & lib. 15. cap. 23.

Atque haec prohibitio secundum aliquos est multo efficacior pro Clericis indoctis, quam illa Martiani Augusti, quae habetur in Iure civili, L. Nemo. C. de Summa Trinitate, & fide catholica, ubi dicitur, quod nemo Clericus, vel militaris, vel cuiuscunque alterius conditionis, de fide catholica publice turbis coadunatis, & audientibus tractare conetur. Nam, quauis ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 10. artic. 7. cit. in secundo argumento, sit confirmata per Canones: & ex eodem in responsione ad secundum, solum prohibeat eam disputationem publicam, quae procedit ex dubitatione fidei; non autem eam, quae est ad confirmationem: non tamen apparet, per quos Canones sit confirmata specialiter, & expressa. Et quoad confirmationem generalem, & tacitam, certum est, quod eo ipso non est confirmata: quod praecipit in specie, & expressè de Clericis, ut diximus in libro de legibus, disput. 33. num. 15. pag. mibi 1280. item, & eo ipso censenda est esse reprobata, & inoffensus nulla, ut diximus ibidem, disputat. 36. num. 2. & specialiter de hac ipsa, Lege, Nemo. notant Azorius & Sanchez locis citatis. Sed fortasse, quod Sanctus Thomas asseruit, prohibitionem Marciani fuisse confirmatam per Canones, non est, quod reiiciatur, cum fuerit facta in ipso Concilio Chalcedonensi de anno 451. sub Leone I. & à Patribus Concilij fuerit approbata, ut videre est in ipso Concilio actione 6. tom. 3. Conciliorum, pag. mibi. 104. col. 1. in fin. & in Summa Conciliorum, pag. 190. part. 2. & colligitur ex Suar. disputat. 20. de fide, sect. 1. num. 2. & 7. in fin. ubi etiam ait, credibile esse, quod illa prohibitio fuerit facta de consensu ipsius Sancti Leonis, qui prius ad Imperatorem de illa scripserat.

Sed quicquid sit de hac prohibitione Iuris positivi civilis pro Clericis, & laicis quibuscunque, siue doctis, siue indoctis, circa prohibitionem determinatè pro solis laicis paulo ante allatam ex Iure Canonico cap. Quicumque. §. Inhibemus. de Haeret. in 6. rectè notant Doctores apud Sanchez lib. 2. cap.

6. citato, num. 6. & apud Suar. disput. 20. de fide, sect. 1. num. 10. appellatione laicorum eo loco intelligi solum eos, qui neque sunt Clerici, & clericali saltem tonsura initiati, neque Ecclesiastici, & Deo dicati in aliquo Ordine religioso: nam ex cap. Dno sunt. 12. quest. 1. omnes Christiani comprehenduntur sub hac bimembri diuisione, in Clericos, & laicos; in qua tamen diuisione, Clericorum appellatione veniunt etiam illi, qui sunt Religiosi, & Deo deuoti, & conuersi, id est, de Domini sorte, quae Graecè dicitur κληρῶν, vel sorte electi; & appellatione laicorum veniunt omnes alij, qui sunt de populo, qui dicitur Graecè, λαῖοι. Et cum prohibitio allata ex cap. Quicumque. sit poenalis, strictè est accipienda appellatio laicorum, id est, solum pro illis, qui sunt proprie laici, non autem Clerici, vel Ecclesiastici. Vnde, si quis esset Religiosus, & nullum haberet Ordinem ecclesiasticum; sed esset alioquin sufficiens quoad doctrinam, non faceret contra dictam prohibitionem, si disputaret de fide; & praesertim si id faceret iussus à suo Praelato, ut notant Sanchez, & Suarius locis citatis.

Atque ex hac prohibitione, quam habent laici, ut de fide non disputent, potest intelligi etiam illa, ut non praedicent, quae habetur cap. Cum ex iniuncto. & cap. Sicut in uno. de Haeret. est enim etiam praedicatio, disputatione quaedam de rebus fidei, non quidem per modum concertationis, & cum altero quasi aduersario, & contradicente; sed per modum disputationis, institutionis, & doctrinae, vel concionis ad alterum quasi discipulum, ut loquitur Suarius disputat. 20. de fide, sect. 1. num. 8. Et cum in Ecclesia ex Christi institutione non omnes sint Apostoli, neque omnes Doctores, aut Prophetae; sed donationes, quae dantur vnicuique secundum gratiam, sint differentes, ut dicitur ad Romanos 12. & vni detur sermo sapientiae, & alteri sermo scientiae, vel interpretatio sermonum, 1. Corinthiorthum, cap. 12. & Christus ipse in caelum ascendens dederit quosdam Apostolos, & quosdam Euangelistas, & quosdam Pastores, & Doctores, ad Ephesos cap. 4. non omnes debent sibi usurpare munus docendi, & euangelizandi, seu praedicandi; sed illi tantum, qui missi fuerint, ut dicitur ad Rom. 10. & ad quos praedicatio pertinet ex officio, quales sunt Sacerdotes, cap. Adiciamus. 16. quest. 1. id est, Episcopi, & Curati, ut notat Nauar. conf. 7. num. 2. de officio Iudicis delegati, lib. 1. pag. 56. col. 4. Et quauis antiquitus in principio Ecclesiae, etiam laici, imò & feminae sibi usurparent munus praedicandi, ut notat Henriquez lib. 10. cap. 13. num. 2. littera R, & colligitur ex Concilio Carthaginensi IV. cap. 98. & 99. quod & refertur cap. Mulier. dist. 23. & ex Concil. Lateranensi sub Innocentio III. cap. 3. quod & refertur cap. Excommunicauimus. §. quia verò. C. de Haeret. vnde & Sanctus Gregorius lib. 1. Dial. cap. 4. refert, quod Equitius populo praedicaret, etiam si sacrum Ordinem nullum haberet: & de Origene, dum esset laicus, idem refert Euseb. lib. 6. Hist. cap. 2. & Nicephorus lib. 5. cap. 14. & apud Henric. lib. 10. cit. cap. 13. n. 2. littera R: & Prophetae in veteri Testamento, & in nouo Sancti Eremitae communiter praedicabant, etiam si non essent Sacerdotes, ut notat Sotus in 4. distinct. 1. quest. 5. artic. 6. §. Ex administratione, pag. mibi 65. columna 2. rectè tamen postea id fuit generaliter prohibitum omnibus, & solis Sacerdotibus reseruatam, cap. Adiciamus. 16. quest. 1. cit. & specialiter fuit prohibitum laicis,

7. *Soli laici strictè accepti, id est, neque Clerici, neque Religiosi, prohibentur disputare de fide.*

8. *Laici ex speciali prohibitione Iuris positivi praedicare non possunt.*

laicis, & feminis quantumvis doctis, & sanctis, cap. Mulier. cit. dist. 23. ex Concilio Carthaginensi IV. & cap. Cum ex iniuncto. & cap. Sicut in uno. extr. de Haeret. & cap. Excommunicauimus. 1. §. quia verò. eod. ubi praeterea additur excommunicatio ferenda sententia, & alia poenae contra omnes, qui fuerint prohibiti praedicare, vel non fuerint permisi per auctoritatem Sedis apostolicae, aut Episcopi diocesani; & tamen publicè, vel priuatim usurpare praesumpserint officium praedicationis. De qua prohibitione facta laicis, & feminis potest videri etiam Pegna in Director. Inquisit. part. 2. comm. 11. pag. 100. col. 2.

9. *Prædicare si licet laicis, non tamen habet eorum excommunicationem ferendam contra se iudicantem.*

10. *Licentia praedicandi potest dari etiam à Parocho pro sua Parochia.*

11. *Et potest dari etiam à laico.*

12. *Non tamen iurisdictionem.*

13. *Licentia praedicandi potest dari etiam à Praelato religioso pro suis Orationibus, aut Ecclesiis.*

14. *Neque Episcopus potest interdiceret, si laico.*

Et ex grauitate huius poenae rectè colligitur etiam grauitas culpae; & quod ex suo genere sit peccatum mortale, si quis praedicet sine licentia, & sine debita auctoritate, ut notat Caiet. in Summa, verb. Praedicatores, & Nauar. in Man. cap. 25. num. 141. ubi etiam addit, huiusmodi licentiam, & auctoritatem concionandi posse concedi, non solum à Papa pro toto mundo, & ab Episcopo pro sua diecesi; sed etiam à Parocho pro sua Parochia, ut communiter traditur ex Panorm. & Doctoribus in cap. Inter caetera. de offic. Ordin. & in cap. Excommunicauimus. §. Quia verò. cit. de Haeret. cum enim praedicare non sit actus iurisdictionis, sed solius iurisdictionis, ut probat Sot. in 4. distinct. 1. quest. 5. artic. 6. citat. & idem Nauar. conf. 7. num. 1. de offic. Iud. deleg. omnino potest delegari, sicut & caetera, quae sunt iurisdictionis, iuxta Glossam communiter receptam in cap. Peruenit. distinct. 95. vnde & in Trident. sess. 5. cap. 2. de reformat. non solum de Episcopo; sed etiam de Parocho dicitur, quod possit praedicare per alios idoneos, si ipsi per se sint impediti.

Et haec delegatio potest fieri non solum ad Sacerdotes; sed etiam ad Diaconos, & Subdiaconos, & ad alios constitutos in minoribus, imò & ad pueros laicos, ut probat Nauar. conf. 7. cit. num. 3. de offic. Iud. deleg. lib. 1. & habet Gloss. in cap. Adiciamus. verb. Sacerdotes. 16. quest. 1. & habetur ex Concilio Carthaginensi IV. cap. 98. cap. Mulier. dist. 23. ubi dicitur: Laici praesentibus Clericis, nisi ipsi rogantibus docere non audeat.

Et quauis Glossa in cap. Adiciamus. verb. Sacerdotes. cit. etiam addat, quod potest praedicatio committi etiam feminis: contra tamen videtur facere Concilium Carthaginense IV. cap. 99. & apud Pegnam in Directorio Inquisit. part. 2. com. 11. cit. & cap. Mulier. cit. dist. 23. & cap. Mulierem. 33. quest. 5. & cap. Mulier. de consecr. dist. 5. quibus laicis absolute dicitur, quod mulier docere non potest: neque apponitur limitatio, nisi rogantibus Clericis: quae apponitur pro laicis: ac idè absolute id illi prohibetur in qua tamen prohibitione Parochus non dispensat.

Et nomine Sacerdotis, cuius rogatu permittitur laicis praedicatio, omnis ille videtur intelligendus, qui habet iurisdictionem spirituales in loco, in quo praedicatio est facienda, quales sunt etiam Superiores religiosi pro suis Orationibus, & Ecclesiis. Vnde Episcopus non potest illis prohibere, quominus permittant aliquos laicos, alioqui sufficientes, interdum discere de rebus diuinis, & praedicare in suis Orationibus, cum haec permisso, & concessio illis competat de iure communi, cap. Mulier. cit. distinct. 23. & idè non possit Episcopus plus contradicere laico, qui praedicet in Orationibus religiosis de licentia superiorum, quam possit contradicere ipsi laico, in Orationibus Theol. Moral. Tom. 11.

met Religiosis; quauis, in rigore loquendo, tam possit exigere ab huiusmodi laicis, ut petant ab iplo benedictionem, ad hoc, ut praedicent, quam potest id exigere ab ipsis Religiosis iuxta Trident. sess. 5. cap. 2. de reformat. & sess. 24. cap. 4. de reformat. & ab vtrisque aequaliter possit exigere, ut prius faciant professionem fidei, ut supra diximus disput. 20. num. 6.

Indigent verò hac facultate, & licentia praedicandi non solum laici; sed etiam Clerici, quauis sint constituti in Ordinibus sacris, & sint Diaconi, vel etiam Sacerdotes, dummodo, ut diximus, non sint Parochi, aut Curati; & non habeant iurisdictionem spirituales, vel ab homine, vel à iure: nam, quauis cap. Adiciamus. 16. quest. 1. generaliter praecipitur, ut praeter Domini Sacerdotes nullus audeat praedicare, siue sit Monachus, siue laicus, qui cuiuscunque scientie nomine gloriatur, non tamen hinc sequitur, quod omnibus Sacerdotibus ipso iure, & quasi ex officio id competat; neque quod ipsis solis, & nullis alijs id possit competere, ut notat Sot. in 4. distinct. 1. quest. 5. art. 6. cit. §. De iure autem positivo. nam in Concilio Constantensi sess. 8. inter articulos Ioannis V. v. cleffi num. 14. hic etiam damnatur: Licet Diacono, vel Presbytero praedicare verbum Dei, absque auctoritate Sedis apostolicae, vel Episcopi catholici. & sess. 15. inter articulos Ioannis V. s. num. 17. damnatur hic alius: Sacerdos Christi vniuersum secundum legem eius, & habens notitiam Scripturae, & affectum ad edificandum populum, debet praedicare, non obstante praetensa excommunicatione. Et num. 18. Quilibet praedicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit; & illud mandatam debet exequi, non obstante excommunicatione. Et certum est, quod in ordinatione Sacerdotis nulla fit mentio praedicationis, ut notat Sotus loco citato.

Diaconis verò quauis aliquando dicatur competere ex officio, ut praedicent Euangelium, ut cap. Perleclis. distinct. 25. & cap. In sancta. distinct. 92. per id tamen solum intelligitur, ut illud cantent, vel recitent alta voce in Missa, ut notat vtrisque Glossa verb. praedicare, & verb. praedicationis, & in cap. Adiciamus. verb. Sacerdotes. 16. quest. 1. & ex illa Syluester verbo, Diaconus, num. 3. Nauar. consilio 7. citato, num. 3. & 4. de officio Iudicis delegati, lib. 1. ne alioqui id repugnet cap. Adiciamus. 16. quest. 1. ubi praedicatio reseruat solis Sacerdotibus; cui etiam consonat Sanctus Thomas in 4. distinctione 5. questione 2. articulo 1. quaestione, 2. ad 2. ubi ait, ad Diaconum pertinere praedicare Euangelium, & recitare in Ecclesia; ad Presbyterum verò illud interpretari, & exhortari; vel certe intelligitur de praedicatione quasi in habita, cum ex propria ordinatione acquirat Diaconus quasi proximam habilitatem, ut possit ei committi à Sacerdote etiam praedicatio in actu, ut ex Paludano subdit Syluester verbo, Diaconus, num. 3. citato. Et hac ratione ex Sancto Ambrosio in cap. 4. ad Ephes. in illa verba: Alios verò Euangelistas. in prima Ecclesia propter ministrorum paucitatem, & praedicatio, & multa alia committebantur Diaconis, quae alioqui non erant illorum propria, & postea melius fuerunt ordinata: & hoc modo nunc in Ecclesia, neque praedicant, neque baptizant, nisi ex commissione, & facultate, ut diximus.

Potest praeterea disputatione formalis de fide redi-

14. *Etiam Sacerdotes indigent facultate, ut possint concionari.*

15. *Et à fortiori etiam Diaconi.*

Disputatio de fide ex dubio...

di illicita ex parte intentionis, & finis, quem forte habet is, qui disputat: nam, si ipse in fide non sit bene firmus, & idem disputet, ut suas dubitates, & rationes proponat, & velit postea dissentire a fide, si rationes contrariae magis placeant, non est dubium, quod peccet mortaliter sic disputando, cum reuera sit dubius in fide; & consequenter Haereticus, ut bene aduertit Sanctus Thomas 2. 2. quae. 101. art. 7. & cum illo omnes communiter, Bannes art. 7. cit. Valen. 2. 2. disp. 1. quae. 20. puncto 4. conclus. 1. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 26. quae. 2. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 6. num. 1. Suar. disput. 20. de fide, sect. 1. num. 8. Sed recte addunt Bannes, Val. & Sanchez, id solum procedere in eo, qui iam tenetur fidem amplecti, & firmiter retinere, cum iam sit illi sufficienter propofita; nam, si quis, dum adhuc est infidelis, & intra se deliberat de fide amplectenda, aut respuenda, disputationem de illa instituat, ut suas dubitationes, & rationes proponat, licite facit; idque ex Valent. facile potest occurrere in iis, qui nati ex parentibus haereticis incipiunt primo instrui de rebus fidei, ut ad illam reducantur.

17. Disputatio de fide, ex qua nihil boni speratur, est peccatum veniale.

Ad eandem malitiam ex prauitate finis etiam pertinet, si propter perfidiam illorum, cum quibus est disputatio, vel propter infirmitatem, aut sufficientiam illius, qui disputat, nullus bonus finis sperari possit: tunc enim disputatio ad minimum est otiosa, & peccatum veniale; sicut & aliae actiones otiosae, ut notat Valen. conclus. 1. cit. in fin. & Sanchez num. 2. & Suar. num. 13. qui etiam recte monet, non esse facile, aut statim desperandum de bono aliquo fine, qui tandem sit securus ex disputatione cum infideli; sed patienter esse cum illo agendum: siquidem Dei verbum sapienter repetitum, non semper non operatur: & quauis infideles non conuertantur; facile tamen fiunt minus audaces, & magis timidi; & fideles, qui forte audiunt, magis confirmantur in fide; & vnquoque ex his potest sufficere, ut disputatio non sit otiosa, & frustra, & omnino excusetur a culpa etiam veniali; sicut e contra, si parum, aut nihil boni speretur; sed timeatur plurimum mali, ut, verbi gratia, ex insufficiencia, & infirmitate illius, qui disputat, vituperatio fidei, & fidelium rubor, vel confusio, & forte subuersio ipsius disputantis, omnino euadet ex his circumstantiis peccatum mortale.

18. Nisi ex circumstantiis fiat mortale.

Tertio potest disputatio reddi illicita ex parte disputantis, si non seruet debitum modum, & magis agat, verbi gratia, contentione verborum, quam pondere sententiarum, ac rerum; & magis agat contra personam, ut eam confundat, quam contra errorem, ut detegat, & plane tollat; & idem etiam veniat ad contumelias; quae ex se graues sunt, etiam extra disputationem; & non est dubium, quod etiam ex hoc capite potest malitia disputationis esse grauis. Videri potest Sanctus Thomas quae. 10. art. 7. cit. Valen. concl. 4. Sanchez cap. 6. cit. num. 11. Suar. sect. 1. num. 15.

20. Disputatio de fide non est habenda coram simplicioribus.

Sed praeter haec tria, quae se tenent ex parte disputantis, considerari etiam debet aliquid ex parte audientium; qui forte intersunt disputationi: si enim fuerint simpliciores, facile potest timeri, ne pariantur in fide aliquid damni, dum melius capiunt argumenta infidelium, quam solutiones fidelium; & idem coram illis non debet institui disputatio de fide, nisi forte is, qui disputat, sit adeo excellens, ut etiam solutiones possit illis bene explicare; & persuadere: quod

tamen rarissime euenit, & non est facile sperandum propter hebetudinem, & tarditatem huiusmodi rudiorum; vel etiam nisi huiusmodi rudiores sollicitentur ab aliquo ad infidelitatem, in quo casu teneatur vir aliquis doctus accurrere, ut illis succurrat, & partes fidei defendat. Et extra hos duos casus, malitia disputationis suscepta de fide coram simplicioribus, tanto erit maior, quanto fuerit maius periculum, quod potest timeri his rudioribus. Videri potest Sanctus Thom. 2. 2. quae. 10. art. 7. cit. Caiet. ibidem, & in Summa, verbo, disputare. Bannes art. 7. cit. Sylu. verb. disputare. Valen. 2. 2. disput. 1. quae. 10. puncto 4. post 3. conclus. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 26. quae. 2. Suar. disput. 20. de fide, sect. 1. num. 14. qui etiam recte monent, nomine simpliciorum, aut rudiorum, coram quibus non est disputandum de fide, eos tantum intelligi, qui prudenter non existimantur fore capaces veritatis, & satis animaduerturi errores infidelium; & contra eos, qui fuerint hoc modo capaces, debere intelligi tanquam sapientiores, & doctiores, siue aliqui sunt bene versati in studiis theologicis, siue non.

Atque ex his recte colligunt Caiet. & Sylu. locis citatis, scandalum hoc, & occasionem ruinae per vacillationem in fide, non solum dari huiusmodi simplicioribus, & rudioribus, quando ipsis praesentibus, & audientibus disputatur de rebus grauioribus, & difficilioribus fidei cum infidelibus; sed etiam quando disputatur inter fideles ad exercendum ingenium, vel etiam sine concertatione, & sine aduersario, quando disputatur ad populum in Concionibus, ut, verbi gratia, si disputetur de immortalitate animae, de mundi creatione, & inceptioe ex nihilo, & de similibus; & idem has etiam disputationes, & tractationes coram simplicioribus debere omitti; & nisi omittantur, incurri culpam, eamque esse maiorem, aut minorem pro maiore, aut minore periculo, vel damno, quod creatur simplicioribus, & rudioribus, qui intersunt.

DISPUTATIO XXII.

De iis, quae spectant ad infidelitatem in vniuersum, eiusque grauitatem, & distinctionem.

- 1. Infidelitas est peccatum.
2. Quando opponitur fidei secundum contrarietatem, non autem solum secundum puram negationem.
3. Quomodo infidelitas priuatiua, & postiuua, vel contraria inter se differant; & sint omissio, & commissio.
4. Infidelitas priuatiua quo differat ab ignorantia culpabilis verum fidei, qua potest esse in homine fidei.
5. Ignorantia culpabilis rerum fidei in homine fidei quare non excludat ab illo fidem.
6. In homine fidei potest esse error culpabilis circa res fidei, & non excludere fidem.
7. Infidelitas est peccatum grauissimum.
8. Non tamen inter illa, quae sunt contra aliam virtutem theologicam.

9. Odium

- 9. Odium Dei est grauius peccatum, quam infidelitas, siue sit odium inimicitiae, siue abominatio.
10. Peccatum desperationis est minus graue, quam infidelitas.
11. Infidelitas recte diuiditur in paganisimum, Iudaismum, & haeresim.
12. Ad haeresim reducitur, si quis admittat nouum Testamentum, & non veterem.
13. Et si quis ante Christum non crederet omnia, quae erant credenda in lege natura, vel in lege veteri.
14. Quauis haec tres species non differant essentialiter.
15. Sunt tamen necessariae exprimens in confessione.
16. Sicut, & circumstantia apostasia a fide.
17. Apostasia a fide quid proprie sit.
18. Catechumenus si in aliquo erret in fide, potest esse Haereticus.
19. Peccatum haeresis quomodo sit grauissimum inter peccata infidelitatis.
20. Circumstantia apostasia vtrum ag grauius peccatum infidelitatis in eadem specie, an in diuersa.
21. In Baptismo nullum sit votum, aut promissio proprie dicta.
22. Sicut se habet in primitiua Ecclesia.

1. Infidelitas est peccatum.

2. Quando opponitur fidei secundum contrarietatem, non autem solum secundum puram negationem.

Q UANTUM fidei, tam internum, quam externum, & vtriusque necessitatem, siue in quantum est medium ad salutem, siue in quantum cadit sub Dei praecceptum, satis explicauimus in praecedentibus: superest verò, ut paucis explicemus etiam actus contrarios, qui sunt peccata contra fidem, & communi vocabulo appellantur infidelitates. Sed quemadmodum supra monuimus disput. 1. initio, vocabulum fidei in hac tractatione non esse accipiendum pro fidelitate in seruandis promissis; sed pro credulitate, & assensu certo ad res reuelatas; ita & hoc loco vocabulum infidelitatis esse accipiendum, prout opponitur credulitati, & fidei, quae est virtus theologica circa res reuelatas.

Et quod infidelitas hoc modo accepta sit peccatum, & ex suo genere sit mortale, non est, quod probetur, cum sit certum de fide, ut notat Suar. disput. 16. sect. 1. num. 1. nam clarè habetur Marci 9. quod condemnabitur, qui non crediderit: & Ioanni. 3. quod qui non credit, iam iudicatus est; & cap. 15. Si non venissem, inquit Christus, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, id est, infidelitatis, ut exponit eo loco Sanctus Augustinus; nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et cap. 16. dicitur de Spiritu Sancto, quod cum uenerit, arguet mundum de peccato: quia non crediderunt in Christum. Et ratio est quia, cum fides sit Deo debita omni iure propter infallibilem illius veracitatem; & sit medium ad salutem, & praeccepta ab ipso Deo, non potest infidelitas non esse mala, & peccatum, quae opponitur fidei, eamque tollit, & diuinam auctoritati, & veracitati est grauius iniuriosa, cum illam habeat quasi capacem deceptionis, tam passiuam, quam actiuam, & potentem errare, & mentiri.

Sed recte monet S. Thomas 2. 2. quae. 10. art. 1. & Sanctus Antoninus part. 2. tit. 12. cap. 2. initio, id non intelligi de infidelitate, prout opponitur fidei secundum puram negationem, quomodo reperitur in illis, qui nihil audierunt de fide, eaque carent sine culpa actuali, & propria: sed solum prout opponitur fidei secundum contrarietatem, id est, vel positiuam, vel saltem priuatiuam, ut exponit Caietanus. eadem quae. 10. art. 2. & Suar. disput. 16. cit. sect. 1. num. 3. & 4. quomodo reperitur in illis, quibus res fidei sufficienter fuerunt propofitae, & vel priuatiue se habuerunt

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

circa praestandum illis assensum, quem poterant, & debebant; vel etiam se habuerunt contrarie, praestando illis positiuum dissentium.

Neque est hoc loco, quod pluribus explicemus, vtrum haec duae infidelitates, id est, illa, quae opponitur fidei priuatiue; & illa, quae opponitur contrarie, differant specie inter se; & vtrum illa pertineat ad peccatum omissionis; & haec ad peccatum commissionis: nam haec facile intelliguntur ex doctrina Sancti Thomae 1. 2. quae. 72. art. 6. & ex iis, quae circa illam tradidimus lib. 2. de vitis, & peccatis, disput. 18. pag. mibi 342. verò enim differunt specie, si loquamur de differentia specifica solum materiali, ut ibi loquitur Sanctus Thomas, id est, de illa, quae attenditur secundum esse physicum vtriusque, cum vna sit vera priuatio assensus debiti; & altera sit vera positio assensus debiti: non autem differunt specie, si loquamur de differentia specifica formali, id est, de illa, quae attenditur in ordine ad proprium finem, & obiectum, cum possit fieri, ut ex eodem fine vnus omittat praestare assensum ad res fidei, & alius praestet positiuè dissentium; verbi gratia, quia parui facit necessitatem fidei, vel auctoritatem diuinam sufficienter sibi propofitam, prout reuelantem res fidei, vel ne cogatur honestè viuere, prout praecipit fides; & rectè potest dici, quod infidelitas priuatiua sit omissio, utpote opposita praeccepto affirmatiuo de praestando assensu; & quod infidelitas contraria sit commissio, utpote opposita praeccepto negatiuo de non praestando assensu, etiam si vtriusque praecceptum sint ex eadem virtute fidei, & solum differant, in quantum pertinent ad diuersos gradus eiusdem virtutis, ut loquitur Sanctus Thomas art. 6. citato ad 2. & nos explicauimus loco citato.

3. Quomodo infidelitas priuatiua, & postiuua, vel contraria inter se differant, & sint omissio, & commissio.

4. Infidelitas priuatiua quo differat ab ignorantia culpabili rati fidei, quae potest esse in homine fidei.

5. Ignorantia culpabilis rerum fidei in homine fidei, quare non excludat a fide.

Et similiter ex eadem doctrina Sancti Thomae facile intelligitur, quo differat infidelitas priuatiua ab illo peccato omissionis, quod potest contingere in homine fidei culpabiliter ignorante res fidei; neque ponente diligentiam debitam, ut illas ad discat, & sciat; quod peccatum est similiter contra praecceptum, & contra obligationem fidei, saltem secundariam, ut patet ex dictis supra: nam, si loquamur de differentia solum materiali, non videtur differre, nisi ratione maioris, & minoris extensionis materiae, & obiecti, ut notat Suar. disput. 15. sect. 1. num. 8. & disput. 16. sect. 1. num. 3. cum infidelis simpliciter careat omni assensu fidei circa omnes res reuelatas, easque omnes negligat scire, & omnes non credat: fidelis verò solum careat assensu explicito circa aliquas, & simpliciter credat alias, neque omnes ignoret, aut omnes non credat. Si verò loquamur de differentia formali ex motiuis, & ex fine, omnino differat essentialiter, cum infidelis idem non credat, quia malè se habet ad rationem formalem fidei, quae est diuina auctoritas, & ad ipsam totam fidem non est pio, ac bene affectus: fidelis verò, quia laboris, verbi gratia, in addiscendis rebus fidei est impatiens, & parum amans, quauis aliqui sit bene affectus ad ipsam, & ad diuinam auctoritatem, ut notat Suar. disput. 15. sect. 1. num. 8. citato. Et hinc etiam sit, ut illud primum sit vera infidelitas, & fidem excludat: hoc verò non sit infidelitas, neque excludat fidem, quauis careat propria appellatione, & solum generali vocabulo possit dici culpabilis negligentia circa res fidei bene addiscendas, & explicitè credendas: quia enim, qui sic est negligens, non malè se habet circa obiectum formale fidei, & circa ipsam fidem, imò ad illo fidem.

H 3 hanc

hanc est bene, & pie affectus, non habet per huiusmodi negligentiam oppositionem ad fidem, & ideo illam non excludit.

6. Et idem est de peccato commissionis, quod similiter contra fidem potest esse in homine fideli: vt, si ignoret, verbi gratia, culpabiliter res fidei, & cum tali ignorantia eliciat actum contrarium assensui fidei, & erret posituè contra veritatem reuelatam, vel etiam cum eadem ignorantia voluntariè, & de liberate de illa dubitet; & sic erret contra illius certitudinem, & infallibilitatem; vt probat Suarez *opinat.* 15. *sect.* 2. *num.* 3. Nam, quemadmodum huiusmodi ignorantia est culpabilis, vt supponimus; ita & culpabilis est assensus contrarius fidei, qui cum illa potest esse propter aliquam apparentem rationem: & culpabilis est dubitatio, vel suspensio assensus deliberata, & voluntaria; quæ similiter potest esse simul cum illa ob ignoratam certitudinem, & infallibilitatem diuinæ reuelationis: nec tamen propterea excludit fidem, vt infidelitas propriè dicta, cum non proveniat ex mala dispositione, vel affectione ad fidem, & ad diuinam auctoritatem, prout reuelantem res fidei; sed solum ex fuga laboris, & ex negligentia in illis ad discendis.

Hæc verò infidelitas, quæ contrariè, vel priuatiuè, non autem solum, & purè per negationem opponitur fidei, vt iam diximus, non solum est peccatum mortale ex suo genere, sed etiam est absolute grauissimum inter illa, quæ opponuntur virtutibus moralibus, & contingunt in peruersitate morum; vt loquitur Sanctus Thomas 2. 2. *quest.* 10. *art.* 3. nam hæc de causa Christus Dominus *Matth.* 10. ait, tolerabilis fore in die iudicij terre Sodomorum; & Gomorrhæorum, quàm illi ciuitati, quæ Apostolos non receperit: quod tamen non esset, nisi peccatum infidelitatis esset grauius. Et Sanctus Augustinus *tract.* 89. in *Ioann.* tom. 9. & *lib.* 3. *contra duas epistolas Pelagianorum*, cap. 3. appellat peccati simpliciter prolati, & sine addito, ait intelligi peccatum infidelitatis, *Ioan.* 15. *Si non uenisset, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent.* & cap. 16. *Arguet mandum de peccato, quia non crediderunt in me.* Idque ait esse ex eo, quia infidelitas, vt ipse loquitur, magnum quoddam peccatum est, quo tenentur cuncta peccata; & dicitur absolute peccatum, quati antonomastice, vt exponit Suarez *disput.* 16. *de fide*, *sect.* 2. *n.* 2. Quia, quemadmodum hic modus loquendi in aliis omnibus communiter importat quandam excellentiam, & supereminentiam in ratione; per nomen significata, vt quando Aristotelem, verbi gratia, appellamus absolute Philosophum, & Tullium absolute Oratorem, & Virgilium absolute Poëtam; ita & significat in infidelitate excellentiam in ratione peccati, & quandam supereminentiam super alia, quæ communiter accident: eaque potest rectè explicari ex illis ipsis, ex quibus Sanctus Thomas 1. 2. *quest.* 7. *art.* 1. & *sect.* 99. explicat inæqualitatem, & excessum, vel excellentiam, quæ reperitur in vno peccato super alia, id est, ex obiecto, ad quod infidelitas deordinat, qui est Deus, vt prima Veritas, ex virtute, cui opponitur, quæ est fides, virtus theologica; & dictamen, seu præscriptum rationis, quod sit credendum Deo loquenti & reuelanti, ex nocumento, & damnis, quæ infert, & ex aliis huiusmodi, quæ sunt, & singillatim explicauimus, dum ageremus de vitis, & peccatis in vniuersu, *lib.* 2. *disp.* 27. & *leg.* & quæ hoc loco non est, quod repetantur. Et fortasse Sanctus August. *loc. cit.* hæc omnia est complexus vnico illo verbo, quod infidelitas magnum quoddam peccatum sit: quia illo tenentur

Infidelitas est peccatè grauissimum.

In homine fidei potest esse error culpabilis circa res fidei, & non exoludere fidem.

cuncta peccata: quia enim fides, ex Trident. *sess.* 6. *cap.* 6. *de iustif.* est primum fundamentum, & prima dispositio, seu preparatio ad iustificationem, & ad remissionem, seu oblationem peccatorum, & ad concipiendum odium, & detestationem aduersus illas, rectè dicitur infidelitas, quæ fidem tollit, tenet cuncta peccata, in quantum impedit, ne contra illa voluntas feratur per actum odij; & in quantum tollit veram notitiam Dei, & finis vltimi, ex qua sola possunt corrigi particulares errores, & peccata circa alia; sicut & in scientiis per solam notitiam primorum principiorum corriguntur errores circa conclusiones: & in quantum constituit hominem in eo statu, vt non possit ad Deum accedere, vt à peccatis recedat; siquidem accedentem ad Deum oportet credere, 1. ad *T. morib.* *cap.* 5. neque possit in aliquo illi placere, eam sine fide impossibile sit placere Deo, ad *Heb.* 11. & denique in quantum trahit secum plurima alia vitia, & peccata, eaque in se continet quasi semen; & nutrit, & alit quasi radix: sicut & fides est contra alit, & continet plurimas alias virtutes, & actus honestos.

Et non est dubium, quod hæc omnia quemadmodum tribuunt peccato infidelitatis specialem excessum grauitatis super alia peccata, quæ communiter accidunt contra alias virtutes morales: ita & tribuant illi specialem excellentiam, & supereminentiam in ratione peccati super alia; & faciant, vt absolute, & quasi antonomastice possit dici peccatum: & ad tollendas difficultates, quæ possent fieri circa excessum infidelitatis supra peccata, quæ sunt contra virtutes morales, sunt bene tenenda, quæ alibi explicauimus *lib.* 2. *de vitis, & peccatis in vniuersum*, *disput.* 28. præsertim *num.* 4. & 5. dum ageremus de inæqualitate peccatorum ex virtutibus oppositis: quæ hic loco huiusmodi excessum, & quasi excellentiam grauitatis non asseramus generaliter de omni peccato contra fidem; sed solum de peccato infidelitatis posituè, vel contrariè opposito fidei, verbi gratia, de peccato hæresis; & hoc solum dicamus, peccatum antonomastice super alia, siue præterea contra virtutes morales sit aliquod peccatum, quod sit grauius aliquo alio peccato contra fidem, vt, verbi gratia, homicidium, vel adulterium, negligentia illa culpabili, aut ignorantia rerum fidei, quæ potest esse in homine fideli, siue non: vt enim diximus *disp.* 28. *cit.* & notat Suarez *disp.* 16. *de infidelitate*, *sect.* 2. *num.* 6. nihil repugnat, quominus aliquod peccatum contra virtutem superiorem sit leuius alio, contra virtutem inferiorem; & ad hoc, vt peccatum contra virtutem superiorem rectè dicatur ex suo genere, & absolute esse grauius, quàm contra virtutem inferiorem, satis est, si maximum contra virtutem superiorem, sit grauius maximo contra virtutem inferiorem; non autem requiritur, vt etiam minimum contra superiorem sit grauius maximo contra inferiorem, vt subdit Suarez *n.* 7.

Quod verò addit S. Thomas 2. 2. *quest.* 10. *art.* 3. *cit.* infidelitatem esse maximum eorum peccatorum, quæ contingunt in peruersitate morum, id est, quæ sunt contra virtutes morales, ex eo est, vt idem subdit: quia absolute non est maximum omnium, & saltem aliqua ex iis, quæ sunt contra virtutes theologicas, sunt maiora, quàm infidelitas, vt patet ex eodem S. Thoma 2. 2. *quest.* 34. *art.* 2. de odio Dei, quod directè opponitur dilectioni, & ideo est omnium pessimum; sicut & dilectio Dei est omnium optima, iuxta regulam Aristotelis 8. *Ethi-cor.* *cap.* 10. *sub initium*, quod illud sit pessimum, quod opponitur optimo, vt etiam explicauimus, dum ageremus de vitis, & peccatis in vniuersum, *disput.* 28. *cit.*

8. Non tamè inter illa, quæ sunt contra alias virtutes theologicas.
9. Odium Dei est grauius peccatū, quā infidelitas, siue sit ad vniuersum, siue ad vniuersum.

28. *cit.* *num.* 4. cum præsertim maximè per se, & essentialiter sit auerſio voluntatis à Deo, in qua ratione principaliter consistit peccatum; & quæ in alio solum reperitur, quati principatiuè, & secunduam aliud, vt ibi loquitur S. Thomas; vt, verbi gratia, in fornicatione, in quantum inordinate appetit delectationem; & hæc habet annexam auerſionem à Deo, vt ipse subdit: & in ipsa infidelitate; in quantum inordinate amat iudicium proprium circa res fidei; & hoc habet adiunctam auerſionem à Deo, vt est prima Veritas, vt exponit eo loco Caietanus §. *Ad hæc dicitur.*

Et ex Suarez *disput.* 2. *de spe*, *sect.* 2. *num.* 5. idem est etiam de illo peccato, quod est contra virtutem theologiam spei, eique opponitur, in quantum est amor concupiscentiæ erga Deum, & in quantum Deum amamus, vt bonum nobis, id est, de illo actu odij Dei quod Caietanus 2. 2. *quest.* 34. *art.* 2. *cit.* appellat odium abominationis, & potest esse circa Deum, non in quantum est persona, cui volumus malum, & ad quem est odium inimicitia; sed in quantum est malum ipsum, quod nobis abominatur, & nolumus; similiter enim hoc etiam peccatum ex Suarico est grauius, quàm infidelitas, cum magis per se; & essentialiter sit auerſio voluntatis à Deo, & vltimò compleatur, & subiectetur in ipsa voluntate; & directè attingat ipsum Deum; quæ omnia maximè faciunt ad grauitatem peccati. Neque hoc est contra S. Thomam 2. 2. *quest.* 20. *art.* 3. vbi asserit, peccatum desperationis, quod propriè est contra virtutem spei, esse minus graue, quantum est ex se, & secundum rationem propriæ spei, quàm sit infidelitas, etiam si ex parte nostra sit magis periculofum: quia per spem reuocatur à malis, & ad bona inducimur; & ideo spe sublata per peccatum desperationis, irrefrenatè in vitia labimur, & à bonis retrahimur: vt enim notat ibi Suarez, & patet ex ipso *art.* non loquitur S. Thomas generaliter de quolibet peccato contra virtutem spei; sed specialiter de peccato desperationis, quod respicit Deum, non absolute, vt bonum nobis; sed vt non futurum de facto beatitudinem nostram, nobisque bonum; & solum hoc modo ab illo auerſit, non autem præterea illum abominatur, quia sit bonus nobis, & a nobis amabilis amore concupiscentiæ. Et hoc peccatum desperationis propriè dictæ rectè asserit S. Thomas esse minus graue, quàm infidelitas, & odium Dei; quia desperatio, quando non provenit ex infidelitate, quæ malè sentimus, verbi gratia, de Dei omnipotentia, & bonitate, vel misericordia, ex qua potest, & vult nos iuuare ad beatitudinem; sed ex nimia apprehensione, verbi gratia, propriæ insufficienciæ, & defectus, solum est contra Deum, in quantum à nobis est participabilis, & in quantum est bonus nobis; infidelitas verò est contra Deum, in quantum est verus in se, & prima Veritas, & odium Dei, in quantum est bonus in se, & prima bonitas: & ideo hæc duo peccata maiorem iniuriam Deo faciunt, & magis auertunt à bono Dei, quàm desperatio: quod totum verissimum est, quidquid præterea sit de alio peccato, quod possit esse contra eandem virtutem spei, vtrum sit grauius, vel minus graue, quàm eadem infidelitas. Et quemadmodum contra charitatem non omnia peccata sunt æqualia; & odium Dei, verbi gratia, est multo grauius, quàm odium proximi: ita nec omnia sunt æqualia contra spem: & ideo rectè potest contingere, vt infidelitas sit grauior vno, verbi gratia, desperatione beatitudinis, aut diuini auxiliij; non autem sit grauior alio, verbi gratia, odio abominatiouis ipsius Dei: sicut & in peccatis contra

10. Peccatum desperationis est minus graue, quàm infidelitas.

charitatem, eadem infidelitas est minus grauis, quàm odium inimicitia; erga Deum; non autem est minus grauis, quàm odium inimicitia; erga proximum, vt bene aduertit Suarez *disput.* 16. *de infidelitate*, *sect.* 2. *num.* 6.

Hæc verò ipsa infidelitas posituè, vel contrariè opposita fidei, est potissimum triplex ex eodem Sancto Thoma 2. 2. *quest.* 10. *art.* 5. & Theologis communiter, id est, paganis, Iudaïis, & hæreticis; nam, quauis ex parte errorum, quos potest admittere, & recipere, qui non admittit, & non recipit fidem, possint infidelitates multiplicari in infinitum; & hoc modo inter paganos possint distingui, qui huic, vel illi Idolo, & qui vni, vel pluribus tribuunt Diuinitatem, & cultum; & inter Iudæos, qui has, vel illas nugas nugantur; & inter Hæreticos, Ariani, & Pelagiani, & Lutherani, & Caluinistæ, & similes: ex parte tamen ipsius fidei reuelatæ, & veræ; quam non admittunt, & quam turpiter, & iniuriöse reiciunt, omnino est triplex, vt loco citato ratiocinatur S. Thomas: nam vel ex eo est aliquis infidelis, quia negat totam fidem Christianam, & tam eam, quæ est reuelata in veteri Testamento per figuras, quàm quæ in nouo per figurarum adimpletionem, & per clariorem manifestationem veritatis: vel certè ex eo, quia non negat totam, sed admittit figuras, & veterem legem; negat verò adimpletionem figurarum, & legem nouam; & hæc ipsam vel negat totam, vel negat solum partem, & partem non negat: si primum, est infidelis per paganismum; quia hoc nomine comprehenditur omnis infidelitas, quæ renititur toti fidei reuelatæ, siue in veteri lege, & per figuras, siue in noua: si secundum, est infidelis per Iudaïsmum, quia hoc nomine illa comprehenditur, quæ renititur toti Euangelio, & legi nouæ, & solum non renititur legi veteri, & figuris: si denique tertium, est infidelis per hæresim; quia hoc nomine illa infidelitas comprehenditur, quæ solum ex parte, non autem ex toto renititur legi nouæ, & Euangelio, & solum hoc modo facit iniuriam fidei, eamque reicit.

Et quoniam in lege noua etiam confirmatur, & approbatur lex vetus, & non solum credendus proponitur ipse Christus, sed etiam veteres figure, & prophetiæ de Christo, ad hæresim omnino spectaret, si quis admitteret nouum tantummodo Testamentum, & vetus negaret, vt olim fecit Faustus Manichæus, & alij, quem S. Augustinus appellat aduersarium legis, & Prophetarum: siquidem contingeretur, etiam nouum Testamentum non admittere, nisi ex parte, id est, solum ex illa, qua non approbat vetus, vt notat Suarez *disput.* 16. *de infidelitate*, *sect.* 4. *num.* 10. in qua tamen non admissio totius noui Testamenti consistit hæc infidelitas, quæ modo post Christi aduentum, & post Euangelium dicitur hæresis.

Imò, si loquimur de infidelitate, quæ potuit esse etiam ante Christum in lege naturæ, vel in lege veteri, potuit hæresis etiam tunc habere locum, si quis tantum aliqua admisisset ex reuelatis, & ex credendis pro illis statibus, non autem omnia, vt subdit Suarez *n.* 11. Et absolute tantum due videntur potuisse esse infidelitates ante Christum, id est, paganismus; qui nihil admitteret ex reuelatis: & hæresis, quæ admitteret solum aliqua, & non omnia: & Iudaïsmus, qui admitteret Christum solum in figuris, & vt venturum, non potuit pro tunc habere rationem infidelitatis, cum reuertit pro tunc Christus esset solum in figuris, & venturus; & nunc post Christi aduentum in tantum sit infidelitas, in quantum renititur aduentui Christi, & figuris iam

11. Infidelitas vel est diuidetur in paganismum, Iudaïsmum, & hæresim.

12. Ad hæresim reduitur, si quis admittat nouum Testamentum, & non vetus.

13. Et si quis ante Christum non crediderit omnia, quæ erant credenda in lege naturæ, vel in lege veteri.

impletis: & ad summum non erit quæstio nisi de nomine, si quis contendat cum Bannes 2. 2. quæst. 10. art. 5. §. *Sui quoniam argumentum.* cum Iudæum, qui ante Christi aduentum aliquod admisisset ex lege veteri, & aliquid reiecit, non futurum fuisse infidelitate hæresis; sed Iudæismi: quia reuera nihil adhuc credidisset de aduentu Christi. Et contra hunc ipsum modum loquendi maxime facit ratio facta: quia tunc Iudæismus non erat infidelitas ex hoc, quod adhuc non crederet Christi aduentum, ut iam diximus.

14. Quoniam hæreses species non differant essentialiter.

Sed vterius, quia hi omnes modi infidelitatis, & fidem reiciendi, maxime differunt penes maiorem, aut minorem extensionem obiecti materialis, quod discedunt: siquidem paganismus discedit simpliciter omnia, tam figurata in lege veteri, quam manifestata, & adimpleta in noua: & Iudæismus non discedit simpliciter omnia; sed solum manifestata in lege noua, & adimpleta per Christum: & hæresis non discedit hæc ipsa omnia; sed solum aliqua: non videntur constituere species propriè dictas, & inter se distinctas essentialiter, ut vult Caiet. 2. 2. q. 10. art. 5. cit. Bannes in Commentario ad eundem articulum, & aliqui alij ex Thomistis; sed solum constituant quasi diuersos ordines, vel status infidelium, iique à Sancto Thoma appellantur species infidelitatis solum largo modo, & impropiè, ut notat Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 10. punct. 3. §. *Et hæc quidem.* & quæst. 11. punct. 1. Suar. disp. 16. de infidelitate, sect. 4. num. 8. & recentiores communiter: quoniam non sit negandum, quod hi ipsi status, vel ordines infidelium sint specialiter exprimendi in Confessione, si forte contingat, ut quis fidelis ad illos defleat, ut notat ibidem Valent. §. *His ita constitutis.* Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 17. Suar. disp. 16. de infidelitate, sect. 4. num. 14. in fine, & sect. 5. n. 10. Bannes 2. 2. quæst. 12. art. 1. dub. 1. post solutionem ad 4. sicut & sunt exprimendi particulares errores intra eundem statum, aut ordinem hæresis, ut, verbi gratia, si quis neget mysterium Trinitatis, aut Christi Diuinitatem; & alius solum neget, quod Sanctus Paulus fuerit Ierosolymis, cum certum sit, quod saltem multum aggrauant in eadem specie, & notabiliter variant morale iudicium circa malitiam infidelitatis, ut iidem docent. Et à fortiori idem est de circumstantia apostasie: ut, si quis, verbi gratia, post receptam ex toto, & ex omni parte fidem catholicam labatur in hæresim, vel in aliam infidelitatem: nam est de fide, quod magis peccet, quam si esset semper educatus in illa eadem infidelitate, in quam labitur, ut notat Valen. punct. 3. cit. in fine, & Sanchez lib. 2. cap. 7. n. 17. cit. & alij apud ipsum: & patet ex illo 2. Petri 2. *Si resurgentes conuinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicari superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus: melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem reuersum conuertere.* Et ex illo ad Hebræos 10. *Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non reuertitur pro peccatis hostia, &c. Et quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & Sanguinem Testamenti pollutum dixerit?* Vnde, quoniam sit falsum, quod vult Caietanus loco cit. & aliqui alij ex Thomistis apud Suar. d. sp. 16. sect. 4. num. 5. art. 7. quod sit de essentia hæresis, receptis aliquando totam fidem catholicam, & ab illa defecisse solum ex parte; & de essentia Iudæismi non recepisse vnquam, nisi figuras, & vererem legem; & de essentia paganismi nihil recepisse ex reuelatis; & reuera tam sit Hæreticus, qui totam fidem aliquando recepit, & postea solum ex parte ab illa

15. Sicut tamen necessariè exprimitur in Confessione.

defecit, quam qui est natus, & educatus inter Hæreticos; & semper discredidit solum ex parte fidem catholicam; & tam sit Iudæus, qui nunquam recepit, nisi veterem legem, quam qui nouam iam prius receptam postea totam abiicit, & solum retinuit veterem; & denique tam sit paganus, qui semper ex reuelatis nihil admisit quam qui prius admisit aliqua, vel etiam omnia, & postea nihil retinuit: quoniam, inquam, hoc totum sit falsum, & hoc, quod est habuisse aliquando, aut nunquam habuisse fidem, siue ex toto, siue ex parte, sit circumstantia solum accidentaliter, verissimum tamen est, quod notabiliter auget infidelitatis malitiam; & idem in Confessione est necessariè exprimenda: & ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 12. art. 1. ad 3. talis est apostasia à fide, quæ non importat determinatam speciem infidelitatis; sed solum circumstantiam aggrauantem in vnaquaque specie; & tam potest esse, si defleatur ad hæresim, quam si ad Iudæismum, aut paganismum, ut probat Suar. disp. 16. sect. 4. num. 4. & 1. quoniam antonomastice non dicitur apostata, nisi qui totaliter deserit Christum, ut idem subdit n. 6. Neque aliud probat professio fidei, & voluntas eam seruandam, quæ habetur in Baptismate: nam propriè non est votum, cuius transgressio tribuat speciem sacrilegij, si quis forte post Baptismum à fide deficiat, ut bene probant Scholastici communiter in 4. sent. distinct. 38. Caiet. & Thomistæ 2. 2. quæst. 88. art. 2. Sect. lib. 7. de iust. quæst. 1. art. 3. versus finem. Suar. tom. 2. de relig. lib. 3. de voto, cap. 2. num. 6. Valent. 2. 2. disp. 6. quæst. 6. puncto 2. in fine. Azor. part. 1. lib. 1. cap. 13. quæst. 3. col. mibi 1379. Nau. in Man. cap. 12. num. 325. Duodecimò inferitur Bellarm. tom. 2. lib. 2. de Monachis, cap. 19. & alij: sed solum facit, ut defectio sit grauior; & alioqui tam potest esse Hæreticus, qui post Baptismum ritè susceptum defecit ad hæresim, quam qui defecit post Baptismum susceptum nulliter, vel etiam simpliciter ante susceptum: ut, si quis adhuc existens Catechumenus, & nondum baptizatus, discredat aliquid ex iis, quæ paulò antè animo credit, ut notat Suar. sect. 4. cit. n. 9. & Bannes 2. 2. quæst. 10. art. 5. §. *Est tertium argumentum.* nam reuera susceptio fidei non requirit Baptismum: sed hic est solummodo quedam externa, & solennis illius professio. Et quemadmodum Catechumenus ante Baptismum, dum credit omnia, est verè fidelis, & Christianus coram Deo: ita, etsi discredat solum aliqua, est verè Hæreticus; quoniam Ecclesia illum non excommunicat, neque puniat, ut Hæreticum: quia nondum agnoscit illum, ut subditum; & neque hic se illi adhuc tradidit, & perfectè subiecit per Baptismum, ut infra explicabimus, quando agemus de hæresi.

16. Sicut & circumstantia apostasie à fide.

Quod si quæras de speciebus infidelitatis, quoniam sit grauior per hanc ipsam grauitatem accidentaliter ex circumstantia aliàs susceptæ, vel non susceptæ catholice fidei, sic responderet S. Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 6. sub distinctione. Per comparationem, inquit, ad ipsam fidem, cui renituntur hæ omnes infidelitates, grauior est infidelitas hæresis, quam Iudæismi; & hæc est grauior, quam paganismi: sed per comparationem ad obiecta, quæ corrumpunt circa fidem, contraria ratione grauissimus est paganismus, eique proximus est Iudæismus, & tertio loco est hæresis: nam quoad primum certum est, quod Hæreticus, qui semel agnouit veritatem fidei, habet de illa maiorem notitiam, quam Iudæus, aut paganus; & idem maiorem iniuriam illi facit, dum eam abiicit iam susceptam, & magis contemnit auctoritatem diuinam, postquam illi assensum præbuit, & per consequens grauius peccat, quam

17. Apostasia à fide quid per se sit.

quàm paganus. Et quoad secundum similiter certum est, quod paganus, qui omnia discredidit ex reuelatis, plura corrumpit circa assensum fidei, & in pluribus errat, quam Iudæus; & hic corrumpit plura, & errat in pluribus, quam Hæreticus; & idem ex hoc capite paganus communiter, & regulariter grauius peccat, quam Iudæus, & hic grauius quam Hæreticus: sed absolute prior grauitas ex comparatione ad fidem, quæ abiicitur, maioris est ponderis, quam posterior ex comparatione ad plura obiecta, ut subdit eodem articulo S. Thomas: quia prior comparatio magis facit ad rationem culpæ, & ad voluntariam auersionem à fide, & à diuina auctoritate; & idem absolute, & simpliciter grauissima omnium infidelitatum est hæresis, eique proxima est Iudæismus, & tertio loco est paganismus, comprehendendo hoc nomine etiam atheismum, & Mahumetanismum, & alios, si qui sunt, qui simpliciter nihil admittunt ex reuelatis, neque per figuras, neque per veritatem rei circa Christum, ut Deum, & per Redemptorem, qualis etiam esset, si quis Philosophus vnum Deum cognosceret naturaliter, eumque coleret ex naturali notitia, neque amitteret aliquid aliud, ut notat Suar. disp. 16. sect. 4. cit. num. 2. & 15.

18. Catechumenus si in aliquo erroze à fide potest esse Hæreticus.

Vterius si quæras, vtrum grauitas maior, quæ habetur in infidelitatibus iam dictis ex circumstantia fidei prius susceptæ, & postea abiectæ, & præcipue ex circumstantia apostasie, semper sit in eadem specie; an verò aliquando sit etiam in diuersa, sub distinctione respondet Suar. disp. 16. de infidelitate, sect. 5. n. 10. nam, si fides, à qua retroceditur per apostasiam, sit solum suscepta animo, & coram Deo; non autem exterius sit illam professus per Baptismum coram Ecclesia, neque ad illam perpetuò retinendam se obligarit; certum videtur, quod solum sit in eadem specie, & siue is, qui deserit fidem, sitat solum in hæresi, siue vterius tendat ad Iudæismum, aut paganismum, malitiam semper aggrauat in eadem specie, & semper peccet contra eandem virtutem theologiam fidei; non autem contra aliam; si verò fides est suscepta non solum animo, & coram Deo; sed etiam exterius est promissa Ecclesie per actum Baptismi, probabile est, quod sit in diuersa specie; & quod baptizatus, qui deserit fidem, & transit ad Iudæismum, aut paganismum, non solum peccet contra virtutem theologiam fidei; sed etiam contra obedientiam, ex qua Ecclesia se subiecit; vel contra iustitiam, ex qua illi tribuit ius, & promissit fidelitatem: quod idem etiam asserit idem Suar. disp. 17. amittit. Et quidem si Baptismus non est solum externa, & solennis professio fidei; sed etiam sponso, & promissio obedientie, & fidelitatis facta Ecclesie, bene habet distinctio; & desertio fidei in homine baptizato verè est duplex peccatum contra virtutem theologiam fidei, & contra virtutem moralem obedientie, aut iustitiae: si verò Baptismus nihil est aliud, nisi voluntaria, externa, & solennis susceptio, & professio fidei; non autem vera sponso, aut promissio facta Ecclesie: de fide non deserenda, & ad fides non redeundo, non apparet, quomodo desertio fidei in homine baptizato sit duplex peccatum, & circumstantia apostasie sit mutans speciem. Et reuera

19. Peccatū hæresis quomodo sit grauissimū inter peccata infidelitatis.

quàm

20. Circumstantia apostasie vtrum aggrauat peccatum infidelitatis in eadem specie, an in diuersa.

Dixi verò per grauitatem secundam, & extensiuam solum communiter, & regulariter peccare grauius, & in pluribus paganos, quam Hæreticos; quia, ut notat S. Thom. q. 10. art. 6. cit. etiam Hæretici aliquando plura corrumpunt circa credibilia, quam pagani, ut patet, inquit, de Manichæis; & idem potest dici etiam de Sectariis nostri temporis ex Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 10. puncto 3. citato, in fine.

21. In Baptismo nullū sit votum, aut promissio propriè dicta.

quod talis sponso, aut promissio in Baptismo non fiat saltem explicitè, rectè probat Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 2. §. *Ad secundum verò dubium.* ex ipso ritu Baptismi, in quo toto solum tria quærentur à baptizando, id est, vtrum abrenunciet Satanæ, & omnibus operibus, & pompis eius; & vtrum credat in Deum Patrem, & in Iesum Christum Filium eius, & in Spiritum Sanctum, &c. & vtrum velit baptizari. Et ille ad hæc tria solum respondet affirmatiuè: *Abrenuncio, Credo, Volo*: quæ tamen verba nihil important de sponso, aut promissione facta Ecclesie, ut ex se patet. Et quod talis sponso, aut promissio in Baptismo neque etiam fiat implicitè, sicut fit in susceptione sacrorum Ordinum promissio castitatis, ex eo probat idem Caietanus loco citato, & Bellarm. lib. 2. de Monachis, c. 19. §. *Quarto, tom. 2.* quia talis implicatio promissionis in Baptismo, neque est ex speciali præcepto, & statuto Ecclesie, sicut est in Ordinibus saceris; neque ex ipsa rei natura, quasi ipsa assumptio status Christianitatis necessariè eam inuoluet. Nā, quoniam fortasse in primitiua Ecclesia ex mandato Pontificum, vel ex consuetudine, à Catechumenis adultis, Baptismus petentibus, & nomen suum dantibus, exigeretur votum, aut iuramentum non recedendi à fide, eamque non deserendi, ut indicat Caiet. §. *citato, in fine.* & ex illo, & aliis notat Henricus lib. 2. de Baptismo, cap. 19. num. 2. idque durat vsque ad tempora Sanctorum Ambrosij, Hieronymi, & Augustini, ut idem subdit; sicut & modò ab iis, qui dant nomen militiae, exigitur iurata promissio non deficiendi ab illa, & ex Trid. sess. 25. cap. 2. de reform. ab iis, qui eliguntur in Episcopos exigitur iuramentum obedientie ad summum Pontificem; postea tamen, neque præceptum huiusmodi, neque consuetudo amplius obtinuit, ut modò patet ex Rituali; & ad Baptismum ritè suscipiendum etiam in adulto, satis est sola voluntas, & propositum seruandi præcepta, nouamque vitam instituenti sine alia promissione, aut sponso explicita, vel implicita, quæ fiat Ecclesie. Vnde, quod dixit Magister Sentent. in 4. distinct. 38. omnes in Baptismo facere votum commune, eum spondent renunciare Diabolo, & pompis eius, Sanctus Thomas ibidem, qu. 1. art. 2. quæst. 1. ad 3. & 2. 2. q. 88. art. 2. ad 1. solum intelligit de voto largè accepto, in quantum dicitur id fieri ex voto, quod fit ex voluntate, & voluntariè; & absolute negat transgressionem talis voti facere speciale peccatum; & ait, solum addere speciale deformitatem, in quantum magis peccat eodem genere peccati, qui est baptizatus, quam non baptizatus, cum ex Sancto Paulo ad Hebræos 10. deteriora supplicia mereatur, qui conculcat Filium Dei, & polluit Sanguinem Testamenti, ut certè facit, qui est baptizatus, & habet notitiam fidei. Ex hac autem doctrina Sancti Thomæ, quod peccatum hominis baptizati sit solum grauius in eodem genere, non autem aliud, & in alio genere, quam peccatum non baptizati; non solum impugnatur, quod in Baptismo fiat votum propriè dictum ex virtute religionis; sed etiam quod fiat sponso, aut promissio specialis ex virtute obedientie, aut iustitiae; & per consequens, quod etiam infidelitas in homine baptizato sit peccatum grauius in alia specie. Et quoniam aliquando apud antiquos Patres vsurpentur in hoc proposito obligationis contra hæc ex Baptismo, vocabula sponsonis, promissionis, & pacti, ut videre est apud eundem Suarium tom. 3. in 2. partem, quæst. 71. art. 1. in Commentario versus finem, & tom. 2. de relig. lib. 3. de voto, cap. 2. num. 5. in fine, & apud Bellarm. lib. 2. de Monachis,

21. In Baptismo nullū sit votum, aut promissio propriè dicta.

22. Sicut fecit in primitiua Ecclesia.

Monachis,

Monachis, cap. 19. cit. tom. 2. ea tamen non sunt accipienda strictè, & propriè; sed solum largè, & improprie pro sola obligatione, quam inducit acceptatio, & professio Christianæ religionis, facta in Baptismo, non ratione priuatæ legis, quam sibi quasi actiue, & ex propria voluntate imponat vnusquisque spondens, aut promittens, & Baptismum suscipiens; sed ratione legis diuinæ latæ à Christo, & ratione potestatis concessæ Ecclesiæ; vt loquitur idem Suar. *quæst. 71. art. 1. citato*: & ad hanc obligationem non concurrat baptizati voluntas, nisi per actum acceptationis spontaneæ, & liberæ; non autem per actum propriæ promissionis; & sponsonis, vt idem loquitur *lib. 3. de voto, cap. 2. citato, n. 7. versus finem*; & prius indicauerat *lib. 1. de voto, cap. 19. n. 3.* Et si ulterius fiat vis in vocabulo promissionis, aut sponsonis, quod Patres vsurpant, possumus ulterius dicere cum Bellarmin. *lib. 2. de Monachis, cap. 19. citat. §. Sed conciliari possunt.* dupliciter posse aliquid à nobis promitti: primò, cum intentione contrahendi per nos ipsos nouam obligationem, eamque nobis sponte, & liberè imponendi per ipsam actum nostræ promissionis, vt communiter facimus, quando vouemus Deo res aliquas particulares: secundò, cum intentione solum acceptandi obligationem ab alio positam, eamque acceptationem testificandi, quomodo *Exodi 19.* per verba futuri temporis promiserunt Hebræi: *Cuncta, quæ locutus est Dominus, faciemus.* In Baptismo verò, si quid promittimus Deo, aut Ecclesiæ, vt Patres loquuntur; solum promittimus secundo modo; non autem primo: & idèd si promissionem transgredimur, solum facimus contra vnâ obligationem à Deo; vel ab Ecclesia nobis impositam, & à nobis in Baptismo acceptatam; non autem contra duas; & in vna tantum specie peccamus, non in duplici, siue sit peccatum apostasiæ, & contra obligationem præcepti fidei; siue aliud quodcumque, & contra obligationem alterius præcepti, quod sine dubio est probabilius.

DISPUTATIO XXIII.

Vtrum infideles non apostatæ, id est, pagani, & Iudæi, possint aliquo modo à fidelibus cogi ad fidem audiendam.

1. *In Ecclesia est ius, & facultas prædicandi fidem per totum mundum.*
2. *Et defendendi suos Prædicatores, eorumque iniurias vindicandi.*
3. *Ius, & potestas prædicandi est solum penes Pastores Ecclesiæ, & solum dependenter ab illis potest esse in aliis.*
4. *Non est fidendum internæ inspirationi, & interno instinctui de exercenda prædicatione sine licentia Prælatorum.*
5. *Prædicatio, & instructio priuata non est prohibita.*
6. *Ius defendendi Prædicatores ab iniuriis infidelium non competit Principibus laicis, nisi dependenter à Papa, & ex illius commissione.*
7. *Principes laici non debent primò bellum mouere infidelibus, vt in eorum terras inducant Prædicatores; sed solum quando infideles rogati nolunt eos admittere, vel admissos malè tractare.*
8. *Possunt tamen licitè extruere arcus, & turres in eorum confinibus, & suis sumptibus.*

9. *Expensa pro mittendis, & alendis Prædicatoribus infidelium, à quibus sint faciendæ.*
10. *Expensa Prædicatorum, in rigore loquendo, possunt repeti ab ipsis infidelibus.*
11. *Est de iurè natura, vt Prædicatores, qui mittuntur ad infideles, alantur ab ipsis infidelibus.*
12. *Infideles non possunt redigi in seruitutem à fidelibus ex hoc, quòd sint ferinis moribus.*
13. *Neque ex eo, quòd sint quasi amentes, & parum valeant mente.*
14. *Infideles non subditi non possunt cogi ad audiendos Prædicatores.*
15. *Quomodo Ecclesia cogat fideles ad audienda consilia euangelica; non autem cogat ad illa sequenda.*
16. *Obligatio consistendi peccata non inferitur ex potestate ea remittendi; sed ex potestate reinendi.*
17. *Potestas prædicandi fidem solum est ad volentes illam audire.*
18. *Infideles, si nolint audire prædicationem, non propterea illi resistunt, aut illam impediunt.*
19. *Infideles temporaliter subditi Christianis Principibus, quomodo possint cogi ad audiendos Prædicatores.*

DE infidelibus apostatis, qui aliquando catholicam fidem professi sunt, & postea ab illa defecerunt ad hæresim, vel etiam ad Iudaismum, aut paganismum, non hic agimus, quomodo corporaliter sint compellendi, vt impleant, quòd promiserunt in Baptismo, & vt teneant fidem, quam susceperunt: nam de his commodior agendi locus erit *infra*, quando specialiter agemus de hæresi, & de apostasiâ; sed solum agimus de infidelibus non apostatis, id est, de paganis, & de Iudæis cum Sancto Thoma 2. 2. *quæst. 10. articulo 8. & sequentiis.* & de his ipsis solum agimus, quando iam habent vsum rationis; non autem quando adhuc sunt infantes, & planè manent in potestate parentum: nam pro hoc statu commodius de illis agitur in materia de Baptismo; & de illis, quando habent vsum rationis, maxime agimus quoad coactionem per penas, & per supplicia corporalia, iis comminando, verbi gratia, mortem, aut seruitutem, vel priuationem honorum, nisi fidem suscipiant; & bellum iis inferendo, &c. & tam agimus, quando sunt subditi per temporalem iurisdictionem Christianis Principibus, vt sunt, verbi gratia, Iudæi in statu ecclesiastico, quàm quando non sunt subditi, & plenè sunt sui iuris, vt sunt, verbi gratia, Turcæ, aut Indi.

Atque, vt certa distinguamus à dubiis, & rem totam ordinatius explicemus.

Certum est primò, quòd Ecclesia iure; & potestate sibi facta à Christo, liberè, & licitè potest vbi que Euangelium prædicare, & fidem disseminare apud quocumque infideles: nam hoc saltem habetur Matth. ult. *Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, &c.* & Marti. ult. *Euntes in mundum vniuersum, prædicare Euangelium omni creaturæ.* Et sensus est, quòd Christus Dominus haberet ius, & potestatem in omnes, iuxta illud ex Psalmo 2. *Constitutus sum Rex ab eo. Postula à me: & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Et quia illud ius, & potestas erat maxime in ordine ad conuersionem, & ad salutem; eamque erat procuraturus non per se ipsum immediatè, & personaliter omnes docendo, & omnibus prædicando; sed per Apostolos, & per Ecclesiam; illud ipsum suum ius, & potestatem communicauit Apostolis, & Ecclesiæ, dum illos misit, vt

In Ecclesia est ius, & facultas prædicandi fidem per totum mundum.

omnes doceret; & dum illos toti mundo dedit Apostolos, & Pastores, & Doctores in ædificationem corporis Christi, vt dicitur *ad Ephesios 4.* & posuit in eis verbum reconciliationis, vt pro ipso legatione fungeretur, & omnes homines Deo reconciliaret, vt dicitur 2. *Cor. 5.* omninò voluit, vt etiam participarent de eius potestate, eumque ipsum repræsentarent: sicut & legatus missus à Principe repræsentat Principem, & participat de potestate Principis: & idèd in Ecclesia non debuit solum esse facultas, quasi facti, & permissiua ad prædicandum per totum mundum, si, scilicet, illi permittetur prædicatio, quomodo vnusquisque etiam dicitur habere facultatem ingrediendi in alienam domum, & in illa manendi, si permittatur à vero domino manere, & ingredi; non autem ab illo prohibeatur: sed etiam debuit esse facultas iuris, & vera potestas ad prædicandum, commissa sibi, & communicata à Christo, qui illam habet omninò supremam ex ipso munere Saluatoris, & Redemptoris, quod maxime erat ponendum in actu per huiusmodi prædicationem. Et idem probatur ex munere pascendi, quod Christus *Ioan. 21.* commisit Sancto Petro, vt perpetuò maneret in Ecclesia, quando dixit: *Pasco oues meas.* siquidem hoc munus necessariò importat iurisdictionem, & veram iuris potestatem, & primò, & maxime inchoatur, & exercetur per prædicationem: ac proinde sicut omnes sunt oues, & subditi Christi: ita & in Ecclesia est ius, & potestas pascendi omnes, & omnibus prædicandi: & sic docent omnes communiter cum S. Thoma 2. 2. *qu. 10. art. 8.* & cum Magistro in 2. *dist. 41. vel in 4. dist. 4.* & alij apud Suar. *disp. 18. de fide, sect. 1. num. 2.*

Secundò, hinc fit vltimò, vt Ecclesia iure possit Prædicatores suos defendere contra infideles, si forte ab illis impediatur, ne prædicent; vel si malè tractentur, vt notat S. Thomas *art. 8. cit.* & Doctores communiter apud Suar. *sect. 1. cit. num. 4.* & præcipue Maior in 2. *dist. 44. quæst. 3.* & Franc. Victoria in *relect. 1. de Indis, part. 2. num. 9.* nam iure ipso nature hoc habet vnaqueque Respublica, aut potestas, præsertim suprema in suo ordine, vt possit ius suum tueri, suâque iniurias propulsare: & idèd etiam Ecclesia potest tueri ius prædicandi, & propulsare iniurias, quas ipsa recipit in suis Prædicatoribus: & alioqui valde diminutum, & imperfectum esset ius collatum ipsi à Christo, nisi haberet etiam omnia, que sunt necessaria ad illud exercendum, & conseruandum, vt certè est necessarium ius, & facultas defendendi suos, & suorum iniurias propulsandi: & quemadmodum secundum Iura, tam ciuilia, quàm canonica, qui concedit aliquod ius, aut iurisdictionem alicui, intelligitur eo ipso concedere necessaria ad exercitium, & conseruationem illius, l. 2. *ff. de iurisdict. omni. Iud. & l. fin. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictione.* & cap. *Præterea.* & cap. *Suspensionis, de offic. Iudic. deleg. ita* & Christus per hoc ipsum, quòd concessit Ecclesiæ ius prædicandi ad omnes gentes, etiam concessit ius defendendi Prædicatores: & hoc modo Sanctus Paulus *Act. 13.* non solum verbis asperioribus redarguit; sed etiam factis durioribus, & ipsa etiam cæcitate puniuit Elimam Magum, qui resistebat prædicationi, & conabatur auertere à fide Proconsulem Sergium Paulum, virum prudentem: *Et repletus Spiritu Sancto, vt ibi dicitur, vituens in eum dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini recedat. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus non videntem Solem vsque ad tempus. Et cecidit cecidit in eum caligo, & tenebra: & circumiens quærebat, qui ei manum daret.* Et eadem

ratione plures ex Sanctis Patribus eos laudant ex viris principibus, & ex belli Ducibus, qui etiam armis hostes fidei debellarunt, vt patet ex Sancto Gregorio *epistola 72. & 73. lib. 1.* vbi ex hoc nomine laudat Gennadium Patritium, & Exarchum Africæ, vt etiam refertur cap. *Sicut excellentiam.* & cap. *Si non ex fidei. 23. quæst. 4.*

Tertiò, certum est, quòd potestas, & ius prædicandi non conuenit ex officio, & tanquam ordinaria, nisi Pastoribus, id est, suprema, & vniuersalis per totum mundum, Summo Pontifici; particularis vero, & cum dependentia ab ipso per Dioceses, & Parochias, Episcopis, & Parochis; & ex delegatione non conuenit, nisi illis, qui à Pastoribus legitime destinantur, & mittuntur, vt patet ex Tridentino *sess. 5. cap. 2. de reformat. & sess. 24. cap. 4. de reformat.* Nam, sicut Christus munus pascendi solum commisit Sancto Petro, & successoribus; ita & S. Petro, & successoribus commisit munus prædicandi; & vñus Ecclesiæ hic semper fuit, vt prædicationem non ex priuata autoritate sibi quisque acciperet, & vsurparet, sed solum ex potestate, & authoritate publica, vt patet ex Sancto Paulo ad Rom. 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* & ex illo Matth. 9. & Lucæ 10. *Rogate Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.* & ex Innocentio III. *cap. Cum ex iniuriis, de Hæres. vbi id expressè habetur.*

Et quanuis non sit negandum, quòd possit quis etiam à Deo inuisibiliter mitti per internam inspirationem, atque instinctum, eaque missio sit multò dignior, vtpote inuisibilis, & diuina; non est tamen vnique credendum, si tantum asserat, se esse missum à Deo; sed debet missionem huiusmodi inuisibilem asserere per operationem alicuius miraculi: sicut fecit Moyses *Exodi 7.* qui tanquam signum, quòd mitteretur à Deo, accepit, vt virgam egeret in serpentem; & rursus serpentem in virgam; vel saltem debet illam probare per sacram Scripturam, sicut fecit *Ioan. 1.* Sanctus Ioannes Baptista, qui suam à Deo missionem probauit per Iustitiam: *Ego vox clamantis in deserto, &c.* & sic expressè habetur cap. *Cum ex iniuriis, cit. de Hæresis.* & notat S. Thomas in illud ad Roman. 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* & ex illo Suar. *disputat. 18. de fide, sect. 1. n. 5.* Et alioqui talis instinctus, & inspiratio est reicienda, tanquam à malo Spiritu, vtpote contra vsum Ecclesiæ, & contra ipsum Spiritum Dei, qui in administranda Ecclesia, & in exercendo officio prædicationis, maxime vult subordinatorem, & obedientiam ad Pastores, vt in se simili de eo, qui vult dimittere episcopatum propter solam inspirationem internam, dicitur ex Innocentio III. *cap. Nisi cum priorem de renouat.*

Et non est dubium, quòd ita postulat pax, & concordia inter Ministros Ecclesiæ, vt non omnes sibi vsurpent officium Apostoli, & Doctoris, seu Prædicatoris, cum secundum Apostolum ad *Ephes. 4. & 1. Corinth. 12.* Christus ipse dederit in Ecclesia quosdam Apostolos, & quosdam Prophetas, & alios Euangelistas, & Doctores; non autem omnes Apostolos, aut omnes Doctores: & ita postulat doctrinæ puritas, & sinceritas fidei, ne alioqui detur occasio diffeminandi errores.

Non tamen propterea est dampnanda, aut prohibenda priuata instructio, & doctrina, quæ potest fieri ab vnoquoque ex priuata charitate, etiam ad infideles, & circa res fidei, quando occasio se se offert, cum vnique mandaret Deus de proximo suo, vt dicitur *Ecclesiasticis 17.* & studium intelligendi diuinas Scripturas, & secundum eas adhortandi; non sit reprehendendum; sed commendandum,

3. *Ius, & potestas prædicandi est solum penes Pastores Ecclesiæ, & solum dependenter ab illis potest esse in aliis.*

4. *Non est fidendum internæ inspirationi, & interno instinctui de exercenda prædicatione sine licentia Prælatorum.*

5. *Prædicatio, & instructio priuata non est prohibita.*

dum, vt habet Innocentius III. *Cum ex iniuncto. de Heret.* nec sit periculum in tali casu vlturpandæ iurisdictionis, cum id non fiat, quasi ex officio, Pastoris; sed solum ex consilio charitatis, vt notat Suar. *disput. 18. sect. 1. tit. n. 5.* Et hoc modo etiam inter Catholicos, quando ad rudes habetur instructio Christianæ doctrinæ in plateis, vel ad societates laicorum, aut ad Moniales priuatus sermo de rebus diuinis, communiter non petitur licentia, aut benedictio ab Episcopis; sicut aliqui pro Concionibus publicis præcipitur in Tridentino *sess. 5. cap. 2. de reformat. & sess. 24. cap. 4. de reformat. cit.* sed pro Monialibus petitur solum facultas ad eundem ad Monasteria, quando illa est necessaria; non autem colloquendi cum illis de rebus diuinis, easque adhortandi ad perfectionem, & ad virtutes vitæ religiosæ: quod communiter omnes Episcopi maxime oprant, & semper raturam, gratumque habent.

6. Ius defendendi Prædicatores ab iniuriis infidelium non competit Principibus laicis, nisi deperat a Papa, & ex illius commissione.

Quartò, quod diximus de iure prædicandi, aut mittendi Prædicatores per totum mundum, quod solum resideat in Summo Pontifice, qui est Pastor vniuersalis omnium ouium Christi Domini, debet intelligi etiam de iure defendendi Prædicatores, & vindicandi, aut vltiscendi iniurias, quæ ipsis inferuntur ab infidelibus: nam, quemadmodum iura Ecclesiæ vniuersalia sunt ipsi commissa, non autem laicis, quibus non competit iurisdictionis, nisi temporalis: ita & ipsi est commissa defensio huiusmodi iniuriam non autem laicis, vt ex communi sententia notat Suar. *disput. 18. sect. 1. n. 7.*

Verum, quia defensio huiusmodi iniuriam, & vindicatio, aut vltio huiusmodi iniuriarum, armis, & bellis sæpè est facienda; & hæc tractare non est Sacerdotis, aut status sacerdotalis, vel clericalis, cuius munimenta non sunt pila ferrea, aut arma; sed dolor, fletus, orationes, & lacrymæ, cap. *Non pila.* & cap. *Comenior. §. Quid ergo turbamini. 23. quest. 8.* iure potest, ac solet Summus Pontifex huiusmodi defensionem, & vltionem committere Principibus laicis, istque etiam præcipere, vt talem curam assumant, vt patet ex cap. *Igitur.* & cap. *Scire. 23. quest. 8. cit.* & ad hunc finem etiam potest prouincias infidelium inter Principes distribuere; non quidem, vt illas pro voluntate, & per vim sibi capiant; quod esset tyrannicum: sed vt eurent, Prædicatores fidei ad illas mitti, cõsque, si opus sit, etiam armis defendant, vt notat Maior in *2. disp. 4. quest. 3. concl. 3.* Franc. Victoria *relect. 1. de Indis. part. 2. n. 10.* Suar. *disput. 18. sect. 1. n. 7. cit.* Quare non debent Principes, quando hæc cura illis committitur, primò inferre infidelibus bellum, eorumque prouincias, ac terras occupare, vt facilius introducant Prædicatores, & fidem prædicent; sed debent prius rogare, quæ pacis sunt; id est, vt Principes, & capita infidelium permittant in suis terris liberè prædicari Euangelium, & Prædicatoribus securitatem promittant; vel saltem permittant, eos securè degere, & commorari in suis ditionibus; neque faciant illos occidi, aut malè tractari. Deinde verò si infideles hoc negariunt, licitè poterunt armis profectui, & exequi ius prædicandi à Christo habitum, & cum exercitu Prædicatores inducere, & ab iniuriis illos tueri, vt subdit Suar. *n. 10. & sect. 2. n. 8.* & Victoria *n. 5. & 12.* & Molina *tract. 2. de iust. disp. 10. §. At nobis. in fine. col. mibi 434. in initio.* & Paulus Layman. *lib. 2. tract. 1. cap. 17. n. 3. Cateriam. pag. mibi 215. col. 1.* & Beccanus *2. 2. tract. 5. cap. 13. quest. 4. concl. 3.* & Valent. *2. 2. disput. 1. quest. 10. punto 7. §. Nichilominus. & §. Maneat itaque.* & Reginal. in *praxi, lib. 2. n. 94. §. Attamen. vers. Quartus. pag. mibi 171. col. 1.* & alij, qui inter causas iustè bellandi, aut bellum mouendi contra infideles, non subditos tempo-

7. Principes laici non debent primò bellum mouere infidelibus, vt in eorum terras inducant Prædicatores, sed solum quando infideles humiliter rogati noluerint eos admittere, vel admittes malè tractant.

raliter Ecclesiæ, aut Principibus Christianis etiam numerant, si huiusmodi infideles impediunt prædicationem, aut fidei susceptionem, & vel nolint admittere Prædicatores, vel prohibeant eos audiri, & fidem suscipi à volentibus audire, & fidem suscipere.

Atque hoc modo licitè potuit Alexander VI. concedere Ferdinando II. Regi Hispaniarum, vt mitteret Prædicatores ad Insulas noui Orbis, cõsque, si opus esset, armato etiam milite induceret, & defenderet: & quatenus infideles, dictarum Insularum Reges, ac domini, indebitè resisterent prædicationi, ac fidei, licitè potuit vltèius concedere, vt illos de regno, ac dominio deponeret, saltem iure belli, sibi que pro bono fidei illas Insulas plenè haberet, vt de facto concessit de anno 1493, per suam Bullam, *Inter cetera.* quanquam præterea videatur concessisse etiam aliquid plus; de quo tamen in præsentia non est, quòd agamus.

Sed rectè addit Victoria in *relect. 1. de Indis. part. 2. n. 12.* & plures alij ex citatis Authoribus, quòd quanuis, per se loquendo, sit licitum, bellum inferre contra infideles, quando resistent prædicationi, eanque impediunt; sæpè tamen non expedit, & Christianæ mansuetudini magis conuenit, vt Prædicatores mittantur, tanquam oues; inter lupos, & patienter ferant exemplo Christi, si fortè alicubi non recipiantur, & solum excutiant puluerem pedum, vt dicitur *Matth. 10. & Luca 9. & 10. & Marci 6.* Et sine dubio ita est factum per ipsos Apostolos, & per alios in primitiua Ecclesia, antequam Reges, & Principes ad fidem conuerterentur: nunc verò eum Ecclesia etiam valeat armis Principum, licitè potest etiam armis se defendere, & bellum mouere, vt fidem prædicet, si alioqui, pensatis omnibus, ita expedit, vt iam diximus.

Quòd si Prædicatores nulli sint, qui infidelium linguam norint, & possint induci ad illos docendos Christianam fidem; neque infideles velint permittere, vt per Interpretem illam doceant, vel vt linguam discant in ipsis terris, licitè poterunt Christiani Principes turres, & arces extruere in confinibus suarum prouinciarum, & ad fines infidelium, vt Christiani paulatim assuecant eorum linguam, & seque habilitent ad eos docendos, vt subdit Maior *conclus. 3. cit.* & ex illo Bannes *2. 2. quest. 10. art. 10. dubit. 4. in initio.* Non tamen huiusmodi extructio erit facienda expensis infidelium, ex eo, quòd fiat in eorum vtilitatem; neque huiusmodi expensæ erunt per se ab illis repetendæ, quicquid dicat ibi Maior: siquidem extructio fit in prouinciis, & locis Christianorum, & in bonum Christianæ fidei, ad quod infideles, quando manent in infidelitate, non tenentur concurrere; sed solum poterunt repeti ex accidente, si, scilicet, infideles post huiusmodi turres extructas, & post apprehensam sufficienter à Prædicatoribus eorum linguam, adhuc nolint illos admittere, vel adhuc malè, & iniuriosè illos tractent, & idèd bellum sit ipsis mouendum, & sic postea iure belli resumantur expensæ, & quicquid potest ab illis capi, vt de expensis ipsius belli notat Mol. *tract. 2. disput. 106. in fine.*

Et idem est etiam de aliis expensis, quæ necessariò sunt faciendæ pro alendis, & mittendis Prædicatoribus ad quoscunque infideles, & præsertim non subditos: neque enim per se, & directè sunt exigendæ, aut repetendæ, vel armis, aut per vim extorquendæ ab ipsis infidelibus, ad quos, & in quorum bonum mittuntur Prædicatores; sed debent suppeditari à Summo Pontifice, & à Prælatibus quibus

8. Possunt etiam licitè extruere turres, & arces in suis finibus, & suis finibus.

9. Expensæ pro mittendis, & alendis Prædicatoribus infidelium, à quibus sunt faciendæ.

quibus incumbit cura mittendi: & si redditus ecclesiastici, quos ipsi habent, ex decimis, aut ex promentibus quibuscunque, ad hoc non sufficiant, licitè possunt subsidium petere; & exigere ab aliis fidelibus, etiam laicis, cum teneantur etiam alij, quantum possunt, & quando viget necessitas, cooperari ad fidei propagationem, & ad infidelium conuersionem, nisi forte, ipsi Prædicatores sint viri vere apostolici, & ad imitationem Apostolorum, & ex Christi præcepto *Matth. 10. & Marci 6. & Luca 10.* sint contenti non possidere aurum, vel argentum, aut pecuniam in via; & neque portare sacculum, neque peram, neque panem, omnino certi, quòd di deo sic operariis cibo suo, vt ibi dicitur, & quòd Deo sic prouidente nihil illis sit defuturum; vel etiam, nisi velint; more Apostolorum; laborare manibus suis, vt dicitur *1. Cor. 4.* & inde habere, vt subditur *1. ad Ephes. 4.* & in iis, quæ sunt optus, sibi, & aliis ministrare per se ipsos, & ne concupiscere quidem argentum, aut aurum alicuius, vt de se asserit Sanctus Paulus *Act. 20.* vel denique nisi velint pro Dei gloria, & quando opus sit, etiam viuere mendicatio. Et certum est, quòd huius spiritus homines nec deserunt huculque in Ecclesia; nec modò desunt, aut in posterum deerunt, fauente Deo, vt notat Suar. *tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 1. cap. 16. num. 12. pag. mibi 96. in initio.* & tales sunt etiam ex voto, quo solemniter se obstringunt omnes Professi nostræ Societatis, qui promittunt specialem obedientiam Summo Pontifici circa missiones, vt sine excusatione, & non petito viatico proficiantur quocunque gentium eius Sanctitas iusserit, inter fideles, vel infideles, ad res, quæ spectant ad diuinum cultum, & ad bonum Christianæ religionis, vt dicitur in *Examine, cap. 1. §. 5. & in Constitut. parte 6. cap. 2. §. 13. & part. 7. capite 1. §. 3.*

Et non est dubium, quòd modus hic non exigendi, aut extorquendi ab ipsis infidelibus huiusmodi expensæ, & non quaerendi, quæ sunt ipsorum; sed tantum ipsos, & non parcendi vllis laboribus, aut incommodis pro illorum salute; sed prompto, & alacri animo illa suscipiendi, sine vlla spe temporalis mercedis, aut retributionis, est maxime aptus ad conciliandos eorum animos, eõsque bene disponendos, ac preparandos ad fidem: sicut è contra violenta exactio, & extorsio expensarum esset illis magno scandalo, & magno impedimento, vt etiam patet ex Sancto Paulo *1. Cor. 9.* vbi asserit, ea de causa noluisse Apostolos vti iure, ac facultate communi accipiendi, & exigendi alimenta ab iis, quibus prædicabant; sed maluiffe omnia sustinere, & suis manibus laborare, ne quasi offendiculum darent Euangelio Christi, id est, ne darent aliquod scandalum, & occasionem obloquendi de Euangelio.

Sed, quanuis hæc ita sint; negari tamen non debet, quin, absolute loquendo, sit satis probabile, quòd infideles, quemadmodum tenentur Prædicatores admittere, & non malè tractare, & ad hoc possunt cogi, etiam armis, à Christianis Principibus, si Pontifex iubeat; ita & tenentur eos alere, & reficere expensas itinerum, & alias omnes, cum omnes fiant in eorum vtilitatem, & spiritalium salutem: & idèd etiam ad has possunt cogi per exactiorem alicuius tributi, vt notat Suar. *tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 1. cap. 16. num. 12. cit. pag. mibi 96. in fine.* & Fagnandez in *quintum præceptum Ecclesiæ, lib. 2. cap. 1. num. 10. & 19. pag. 809. & 811.* Et sicut licitè potest, verbi gratia, Pontifex

fex à Iudæis Roma degentibus exigere certum aliquod stipendium pro sustentando Prædicatore, qui ad illos singulis Sabbathis verba facit: ita & potest tale aliquid exigere, etiam ab aliis infidelibus, qui degunt, verbi gratia, in Indiis, si ad illos mittat Prædicatores; hoc enim videtur esse, quod asserit Christus *Matth. 10.* dum Apostolos mittit ad prædicandum; istque prohibet, ne possideant argentum, & aurum, aut pecuniam in zonis, aut peram in via; & eam reddat rationem; *Quia dignus est operarius cibo suo.* Et *Luca 10. In eadem domo manere edentes, & bibentes; quæ apud illos sunt; dignus est enim operarius mercede sua.* Nam, vt notat Sanctus Chrysostomus *homil. 33. in Matth. & apud Sanctum Thomam in Carena,* dum eos appellat operarios, & pronunciat dignos mercede, & cibo suo, aperte declarat, cum esse illis debitum, ab illis ipsis, pro quibus operantur; & vt habet Sanctus Augustinus *lib. de Bapstino parvulorum,* non propterea Prædicatores venale faciunt Euangelium: quia, si illud pro cibo venderent, magnam rem vili venderent: sed ita accipiunt sustentationem necessitatis à populo, vt expectent mercedem dispensationis à Deo. Et ex eodem Sancto Augustino *de consensu Euangelistarum, lib. 2. cap. 30.* & apud Sanctum Thomam *loco citato,* idèd Christus Dominus prohibuit ab Apostolis ferri aurum, aut pecuniam; non, quia hæc non essent necessaria sustentationi; sed, vt demonstraret eam deberi ab illis ipsis, quibus Euangelium enunciant.

Et ad hoc faciunt etiam illa, quæ congerit Sanctus Paulus *1. Cor. cap. 9.* vt ostendat, sibi, & aliis euangelizantibus deberi alimenta ab illis ipsis, quibus euangelizant; nam vtitur primò exemplo militum, quorum nemo suis stipendiis militat; & exemplo agricolarum, & pastorum, quorum nemo plantat vineam, & de fructu eius non edit; & nemo pascit gregem, & non manducat de lacte. Et deinde ex lege veteri asserit præceptum diuinum *Deuter. 25.* de ore non alligando boui trituranti: quia, nimipum, par est, vt etiam bruta laborantia comedant; & à fortiori, vt etiam euangelizantes alantur; & exemplum veterum Sacerdotum, & Levitarum, qui vivebant ex victimis, & oblationibus altaris, cui inseruebant; & tertio ex lege noua asserit Christi ordinationem ad Apostolos *Luca 10.* *In eadem domo manere edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt; dignus est enim operarius mercede sua.* Et *Matth. 10.* *Dignus est operarius cibo suo,* vt iam indicauimus; & denique asserit ius ipsius nature, ex quo omnibus laborantibus debetur merces; & inde infert, quòd non sit magnum, si etiam Apostoli, & qui seminant Euangelium, & spiritualia, ab illis alantur, & metant alimenta carnalia, quibus seminant; & tandem concludit, quòd quanuis hoc iure, & potestate accipiendi alimenta potuissent vt etiam Apostoli; maluerunt tamen non vt, sed omnia sustinuerunt, ne quod offendiculum darent Euangelio Christi: id est, omnem penuriam tolerauerunt, & omnem laborem sustinuerunt, laborando manibus suis, ne vllos offenderent, & ne occasionem præberent obloquendi de Euangelio, & de Prædicatoribus, vt iam indicauimus.

Et quidem cum hæc omnes rationes sint ex se bonæ, & efficaces; illa tamen, quæ sumitur ex iure nature, videtur magis efficax, cum ex ipso natura lumine compertum sit apud omnes, quòd dignus sit operarius mercede sua: & idèd ex Suar. *tom. 1. cit. de relig. tract. 2. lib. 1. cap. 9. n. 10.* sustentatio

11. Est de iure natura, vt Prædicatores, qui mittuntur ad infideles, alantur ab

ab ipfis infidelibus,

tatio ministrorum euangelicorum, & ecclesiasticorum ab illis ipsiis, quibus ministrant, sit de iure naturali, etiam stricto, & rigoroso, quod postea est confirmatum, & explicatum etiam a Christo, & ab Apostolis, ut idem subdit *cap. 10. num. 3. & patet ex locis iam allatis.*

Et praeterea cum sit de iure naturae, ut Deus cultu aliquo, & actione externa recognoscatur in supremum, & vniuersalem omnium Dominum, ut probat Sanctus Thomas 2. 2. *quae. 85. art. 1. eodem tamen ductu naturae ab ipso mundi initio. externa hac actio semper fuit per oblationes, & munera, ut patet de Abel, & Cain. Gen. 4. quorum hic obtulit Domino munera de fructibus terrae, & ille de primogenitis gregis sui, & de adpibus eorum, ut bene notat Sanctus Chrysostomus *homilia 18. in Genesim* quod idem fecisse credendum est etiam Adam, & Isaac, & alij iusti ex Sancto Gregorio *lib. 4. Moralium, cap. 2. paulo ante medium*, & ex Sancto Thoma 2. 2. *quae. 85. artic. 1. cit. ad 2. Et quamuis non de omnibus istorum sacrificiis fiat mentio in Scriptura, ut ibi notat Sanctus Thomas, de multis tamen ante legem scriptam saepe fit mentio, ut, verbi gratia, de Noe, de Abraham, de Iacob, de Melchisedech, nec solum fit mentio de sacrificiis vero Deo exhibitis a fidelibus, sed etiam de exhibitis a Gentilibus, & infidelibus Diis falsis: vnde *Gen. 47. fit mentio de Sacerdotibus Aegyptiorum, qui erant infideles, & de illorum immunitate a tributis. Imo & Aristoteles 8. Ethic. cap. 9. in fine, inter ea, quae spectant ad societatem civilem ponit etiam sacrificia, & contributiones, & conuentus ad exhibendum Diis honorem; & addit, praesca sacrificia fieri consueuisse post fructuum collectionem, quasi primitias quasdam: & 6. Polit. cap. ultimo, *versus finem, pag. mibi 711.* inter Magistratus, sine quibus ciuitas esse non debet, etiam ponit Sacerdotes, & Aedituos, & Sacrificulos, & Custodes sacrarum pecuniarum, & Reges sacrorum, & Pontifices Maximum: & lib. 7. cap. 8. *pag. 530. in fine, cultum circa rem diuinam ait appellari sacrificium, & esse in primis necessarium in ciuitate. Vnde: cum hic modus colendi Deum per oblationes, & munera sit antiquissimus, & ab ipso mundi exordio, & semper viguerit etiam in lege naturae, & ante legem scriptam, & etiam inter Gentiles, qui legem non habent, & solum naturaliter faciunt, quae sunt legis; aperte ex illo videtur ostendi, quod vere sit ex lege naturae, ut notat Suar. *lib. 1. cit. cap. 3. n. 4.* Et cum huiusmodi munera, & oblationes magna ex parte solum exhibeantur pro vrbibus Sacerdotum, & Ministrorum rerum sacrarum; etiam hoc aperte ostenditur esse ex lege, & iure naturae, ut Sacerdotibus, & Ministris rerum sacrarum exhibeantur, quae sunt necessaria ad vsum vitae. Atque hoc modo Innocentius III. *cap. Tua nobis. & cap. Cum non sit de decimis, asserit, decimas, quae sunt in sustentationem Sacerdotum, deberi Deo in signum vniuersalis dominij; & hoc quasi titulo speciali cum sibi illas reseruasse, in quantum, scilicet, per oblationes, & decimas specialiter voluit recognoscere, ut Dominus, hoc est, per ipsam sustentationem Ministrorum suorum; & per consequens idem iuris voluit esse, ut ipse agnosceretur, & coleretur ut Dominus, & ut Ministri sustentarentur, ut bene explicat Sotus *lib. 9. de iustitia, quae. 4. art. 4. pag. 752. initio*, id est, iuris diuini, & naturalis.*****

Et ob hanc causam Panor. *in cap. De terris. n. 5. & 6. de decimis, & apud illum Oldradus conf. 25. existimat, quod huiusmodi decimas pro Sacerdotum, & Ministrorum sustentatione tenentur solvere etiam*

infideles quicumque, sicut & tenentur Deum, ut Dominum, recognoscere; & quod licite possunt ab illis repeti etiam pro tempore, quo Ministros Euangelij non habuerunt, cum id non steterit, nisi per ipsos; itaque Ministri, quantum ex se, fuerint semper parati, ut fidem, & Euangelium, & Sacramenta illis ministrarent; & idem adhuc sint digni mercede sua, iuxta *L. Iure civili. ff. de reg. iur. & cap. Imputari. de reg. iur. in 6. Et quamuis Sot. loco citato, & Suar. tom. 1. cit. de relig. tract. 2. lib. 1. cap. 16. num. 5. & seqq. & Azor. part. 1. lib. 7. cap. 35. quae. 3. col. 866. & Layman. lib. 4. tract. 6. cap. 3. num. 1. pag. 162. & alij, id non admittant, & reuera non sit admittendum, saltem pro iis infidelibus, ad quos ministri Euangelij non accesserunt; satis tamen ostendit, quod in praesentia asserimus, teneri infideles, non modo admittere huiusmodi Ministros, & Praedicatores, quando ad illos accedunt; sed etiam alere, & sustentare: & idem expensas, quae sunt pro illis mittendis, & sustentandis, licite posse repeti ab ipso infidelibus, ut supra diximus ex eodem Suar. *cap. 16. cit. num. 12.* quod idem satis indicat etiam Sot. *art. 4. cit. ubi specialiter de hoc quare etiam negat, id esse licitum. Et clarius ex antiquis id habet Maior in 2. distinct. 44. quae. 3. conclus. 3. vbi asserit, expensas turrium pro inducendis Praedicatoribus ad infideles, posse repeti ab ipsis infidelibus, ut supra diximus num. 8.**

Si vero huiusmodi expensae ex vfu, & stylo Ecclesiae non sunt repetendae ab ipsis infidelibus,

Multo minus est admittendum illud aliud, quod asserit idem Maior *eodem loco*, aliquos infideles iure ipso naturae posse capi, & fieri seruos Christianorum, & ad hanc seruitutem inducendam posse illis bellum inferri, sumpta occasione a praedicatione fidei: quia, scilicet, sunt quasi ferae, & ferinis moribus, ut de iis, qui degunt sub Aequatore, vel ultra Aequatorem, asserit Ptolomaeus in *Quadrupartio*; & de multis, qui natura sunt ferui, asserit Aristoteles 1. Polit. cap. 3. & 4. & idem tanquam ferae possunt esse primo occupantis: nam contra est: quia, si habent vsum rationis, ut certe habent, si sunt capaces Christianae fidei, etiam habent dominium sui, & suarum actionum, & sunt participes libertatis, quantum est ex iure naturae, siue alioqui ferinis sint moribus, siue non, neque vllus potest esse, qui iure naturae debeat necessarium illis praesesse, cum sint, quoad hoc, ex ipsa natura aequales omnibus. Et quod asserit Aristoteles, quosdam esse natura seruos, & quosdam natura dominos, satis alibi explicauimus, dum ageremus de *legibus, disput. 1. num. 2. ex ipso Aristotele cap. 3. & 4. primi Polit. cit. & ex Sancto Thoma ibidem, sect. 3. & 2. 2. quae. 57. art. 3. ad 2. & satis explicat etiam Franciscus Victoria in *relect. 1. de Indis, part. 1. num. 23. s. Superest respondere, pag. mibi 309. & ex professio Molina tract. 2. disputat. 32. col. mibi 156.* id enim non intelligitur ex absoluta necessitate naturae; sed solum ex consequente vtilitate: quia, scilicet, est maxime vtile iis, qui minus pollent mente, & magis pollent viribus corporis, quales sunt, qui dicuntur natura ferui, ut regantur ab aliis, qui sunt sapientiores, & magis pollent viribus animi, quales sunt, qui dicuntur natura domini: & contra etiam his est vtile, ut in indigentis corporalibus iuuentur ab illis, & absolute vtriusque est vtile, ut hi dominantur, & imperent, & illi seruiant, & obediant: ex quo tamen non sequitur, quod, tanquam ferae, possint ab omnibus capi, & quasi per venationem in seruitutem*

12. Infideles non possunt redigi in seruitutem a fidelibus ex hoc, quod sint ferini moribus.

nitentem redigi, siue occasione praedicationis fidei, siue alia quacumque: imo si id fieret occasione fidei, esset id etiam fidei iniuriosum, siquidem infideles sibi possent persuadere, quod secundum illam liceret occupare alienas prouincias, & seruituti subiicere non prius subiectos, & impune violare quicumque iura.

Et ex eadem ratione non est admittendum id, quod disputatiue habet Victoria in *relect. 1. de Indis, part. 2. num. 18. pag. mibi 371.* & quod ipse non audeat damnare, quantum neque etiam audeat absolute affirmare; quod, scilicet, aliqui infideles valde parum ab amentibus distent, & vere non sint idonei ad constituendam, & administrandam ex se rempublicam, aut politiam, vel ciuilitatem quancumque, etiam intra terminos, & intra latitudinem administrationis humanae, & ciuilibus, ut potest ex eo colligi: quia neque habent leges conuenientes, neque Magistratus, neque artes, etiam necessariae ad vsum humanos; & idem licite possint Christiani Principes in eorum bonum, & commodum, suscipere illorum administrationem, & constituere illis, etiam inuitis, ac repugnantibus, per oppida Gubernatores, & Praefectos, imo & dominos: cum hic status quasi amentiae, & haec indigentia alienae mentis, & sapientiae, sit in illis perpetua, nec fit spes, quod vnquam debeant ipsi per se satis mente valere, sibi que ipsi sufficere: si enim id esset licitum, & maxime conueniens, imo & debitum, saltem ex charitate, Christianis Principibus in eo casu, in quo huiusmodi infideles essent omnes amentes simpliciter, vel in quo interirent inter illos omnes adulti, nec remanerent nisi infantes, & pueri, vel impuberes, qui vel simpliciter non haberent vsum rationis, vel haberent, quasi nullum, & absolute minus sufficientem ad administrationem civilem; quidni sit licitum, etiam de furto, & in casu praesenti, non quidem amentiae simpliciter, sed quasi amentiae? Et simile quid videtur asserere etiam Suar. *disput. 18. de fide, sect. 4. n. 5. vbi docet, quod si ex infidelibus non subditis temporaliter Christianis Principibus reperiantur aliqui ita rudes, vt nec in vna rempublicam conueniant, nec possint se gubernare, licite possunt compelli ad aliquam politiam, non quidem ex titulo fidei, & religionis; sed ex titulo defensionis humanae naturae, ne, scilicet, homines sinantur viuere quasi pecudes, & iniuriam facere toti naturae.*

Verum hoc etiam ex ratione iam dicta non est admittendum: quia, ut probat idem Victoria *eadem prima relectione de Indis, part. 1. num. 23. pag. mibi 308.* reuera huiusmodi infideles non sunt amentes; sed habent pro suo modo vsum rationis; cum habeant ciuitates, & leges, & Magistratus, & contractus, & rerum commutationes, & officia, & commercia: quae tamen omnia, sine ratione haberi non possunt; & vt habet Alexander VI. *in sua Bulla ad Ferdinandum Regem Hispaniarum*, etiam agnoscent, & credunt, vnum Deum Creatorem in Caelis esse; & ad fidem catholicam amplectendam, & vt bonis moribus imbuan-tur, sunt satis apti: & certum est, quod hic vsum rationis est satis, vt vere sint domini suarum actionum, & seque ipsos possint dirigere, & mouere in suos fines, non autem necessarium indigeant ab aliis dirigi, & moueri; vel, vt possint etiam inuiri, & per vim cogi ad directionem, & motum huiusmodi recipiendum ab aliis. Et quemadmodum, qui ex natura, vel ex educatione sunt maxime hebetes, & quasi amentes inter fideles, vt certe ex

Radelli Theol. Moral. Tom. II.

rusticis non raro videmus aliquos, qui à brutis vix differunt; non propterea à sapientioribus, qui alioqui in illos non habent iurisdictionem, & potestatem, reguntur, ac diriguntur per vim: ita, & potiore ratione non debent per vim regi, ac dirigi infideles, qui quoad omnia sunt plene liberi, & sui iuris, vt probat Mol. *tractat. 2. de iustit. disputatione 52. per totam, & disputatione 105. in fine.*

Quintò, potestas haec praedicationis, & inducendi Praedicatores ad infideles, eosque ab illorum iniurijs defendendi, non trahit secum potestatem eos cogendi ad audiendam praedicationem, si praesertim non sint temporaliter subditi Christianis Principibus; sed quoad omnia sint plene liberi, & sui iuris. Ita Bannes 2. 2. *quae. 10. artic. 10. dub. 4. conclus. 3.* Valent. *ibidem, disputat. 1. questione 10. puncto 6. vers. finem, §. Sed quaerit aliquis.* Suar. *disputazione 18. de infidelitate, sectione 2. n. 3. & seqq.* Nam, quemadmodum potestas docendi, vbi gratia, humanas scientias, quam aliquis habet a Principe, non trahit secum potestatem cogendi alios, vt ipsam audiant; sed, ne sit frustra, satis est, vt possit docere sponte, & libere, volentes audire, & scientias ab illo discreuita & potestas praedicationis, aut fidem docendi, quam Apostoli, & Ecclesia habent à Christo, solum est, vt possint docere volentes audire; non autem vt possint cogere ad audiendum. Atque hoc modo Christus ipse *Matth. 10. & alijs locis supra citatis*, contra eos, qui noluerunt recipere, & audire Apostolos, solum mandauit excuti puluerem de pedibus ipsorum Apostolorum; non autem malum aliquod illis inferri: imò *Luca 9.* increpauit Discipulos, Iacobum, & Ioannem, qui contra Samaritanos, eorum quod ipsam non receperant, proposuerunt, vt ignis de caelo descenderet, eosque consumeret: *Domine, vis, dicimus, ut ignis descendat de caelo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos dicens: Nescitis, cuius spiritus estis.* Et ratio est: quia infideles, cum magis tepeantur credere, & fidem recipere, quam tepeantur Praedicatores audire, siquidem obligatio audiendi solum est propter obligationem credendi, sicut & obligatio medicorum est propter obligationem finis, & semper propter quod vnquoque tale, & illud magis, *1. Posteriorum, textu 5.* quemadmodum absolute non possunt cogi, vt credant, quod est implere suam obligationem maiorem, & consequi finem praedicationis: ita nec possunt cogi, vt audiant, quod est implere suam obligationem minorem, & assumere medium ad illum finem. Et quamuis reuera ex precepto diuino supernaturali, tam habeant obligationem credendi, quam audiendi; huius tamen praeepti obseruationem pro infidelibus, & praesertim pro omnimodo non subditis, non commisit Deus Ecclesiae; sed reliquit in plena, ac libera illorum potestate: & idem tam non possunt cogi, vt audiant, quam non possunt cogi, vt credant.

Neque est simile, si quis dicat, posse ab Ecclesia cogi fideles, vt audiant consilia euangelica, & praedicationem, vel promulgationem Indulgentiarum, etiam si non possunt cogi, vt illa sequantur, vel vt illas lucrentur: & idem ex eo, quod infideles non possunt cogi, vt fidem recipiant, non recte inferri, quod neque etiam possunt cogi, vt illam audiant. Nam contra est: quia auditio consiliorum, non est necessaria solum propter opus, & propter illorum implerionem; sed etiam propter ipsam notitiam, & gratia sui, vt, nimirum, fideles certo credant, & sciant, sicut tenentur scire, & credere certitudine fidei, quod consilia euangelica

14. Infideles non subditi non possunt cogi ad audiendas Praedicatores.

15. Quomodo Ecclesia cogat fideles ad audienda consilia euangelica non autem cogat ad illa sequenda.

sunt perfectissima, & de bono simpliciter meliore, siue postea illa amplectantur, & seruentur, siue non: & ideo Ecclesie tam est commissa prædicatione consiliorum, quam præceptorum; & pro utriusque est data potestas, & iurisdicção ad fideles docendos, & cogendos, vt audiant: sicut & ipsis fidelibus est data obligatio, vt vtraque sciãt, etiam si non sit data obligatio, vt vtraque impleant, & exequantur. Contra verò auditio fidei est necessaria solum, & adæquatè propter ipsam fidem, & non propter aliud: & ideo, qui non potest cogi, vt fidem recipiat; neque etiam potest cogi, vt fidem audiat, id est, vt vltimò constituatur quasi in actu primo, vt proximè possit illam recipere. Et fortasse est eadem ratio etiam de auditione indulgentiarum, per quam vltimò, & proximè constituimur, vt illas lucremur: & ideo sicut non possumus cogi ad eas actu lucrandas; ita fortasse nec possumus cogi ad eas audiendas, & sciendas, nisi forte Ecclesia ad aliquem alium finem extrinsecum se intentum, referat huiusmodi auditionem, & specialiter illam præcipiat ex potestate, & iurisdicçãoe, quam habet in ipsos fideles.

16. Obligatio cogendi peccata, non inferuntur ex potestate ea remittendi, sed ex potestate retinendi.

Similiter non valet, si dicas, ex potestate remittendi peccata, quam habet Ecclesia, rectè inferri obligationem fidelium ad illa confitenda, & quòd possint ab eadem Ecclesia cogi, vt de facto confiteantur, ne alioqui potestas Ecclesie conuincatur esse frustrà; & ideo etiam posse inferri ex potestate, quam habet ad prædicandam infidelibus fidem, obligationem ipsorum ad illam audiendam; & quòd possint cogi, vt de facto audiant, ne similiter talis potestas sit frustrà. Nam contra est: quia, vt dicitur in materia de Penitentia, obligatio, & præceptum diuinum de confitendis peccatis, non colligitur præcisè ex potestate remittendi, aut absoluendi; sed ex potestate ligandi, & retinendi, vt bene explicat Suar. de Penit. disput. 17. sect. 2. num. 13. si enim peccata ex hoc retinentur, quòd non remittuntur, & non absoluuntur per iudicium, & per sententiam Sacerdotis, & hæc sententia non potest ferri incognita causa, apertè sequitur, quòd illorum manifestatio, & confessio tam est necessaria ex parte penitentis, quam est necessaria absolutio, & non retentio ex parte Sacerdotis: & Christus Dominus hoc ipso, quòd voluit peccata simpliciter retineri per Sacerdotem non remittentem, etiam voluit ei manifestari, quando quis ea vult non retineri, vt etiam patet ex Trident. sess. 14. cap. 1. & 5. de Sacram. Penit. & can. 3. 6. & 7. Quoad potestatem verò tantummodo remittendi peccata bene procederet argumentum ad potestatem prædicandi infidelibus: & si illa inferret necessitatem confitendi de iure diuino, & in Ecclesia vim coactiuam, vt fideles de facto confiterentur; etiam hæc posset inferre necessitatem audiendi prædicationem, & vim coactiuam, vt infideles audirent: quod tamen non ita est, cum necessitas confitendi, quantum est ex præcepto, & iure diuino, solum inferat ex potestate retinendi, vt diximus; & alia necessitas, & vis coactiua ad confitendum ex præcepto, & iure ecclesiastico, specialiter habeatur ex iurisdicçãoe, quam habet Ecclesia super fideles, & subditos: & quia huiusmodi iurisdicçãoem non habet semper in non subditos, & infideles; hinc est, quòd illis non potest præcipere, vt audiant fidem, neque super hoc exercere vim coactiuam. Neque propterea potestas Ecclesie ad prædicandum est frustrà, cum satis sit, si possit prædicare volentibus audire, vt supra diximus; non

17. potestas prædicandi fidei

autem inuitis, ac renitentibus. Et certum est, quòd moraliter nunquam deerunt, qui sponte audiant, si non desint, qui prædicent: siquidem efficacius ad id inducentur per internam Dei motionem, quam inducerentur per externam hominum coactionem; & in illis plus operabitur ostensio Spiritus, & virtutis, in qua debet esse prædicatione, i. Corinth. 2. adhibitis, quando est opus, etiam signis, & miraculis, quam intentatio quaruncunque minarum, aut illatio quoruncunque malorum.

solum est ad volentes illa audire.

Neque illi, qui ex propria cordis duritia nolunt audire prædicationem, dicendi sunt illi resistere, aut illam impedire, vt propterea iniuriam illi faciant, & digni sint, qui Principibus, & Ecclesie poenas dent: siquidem absolute vtuntur suo iure, & Prædicatores sinunt esse in sua perfecta libertate, & potestate prædicandi; quando habuerint voluntarios auditores.

18. Infideles, si nolint audire prædicationem, non propterea illi resistunt, aut illi impediuunt.

Dixi autem, infideles non posse cogi, vt fidem audiant, si temporaliter non sint subditi Christianis Principibus; sed sint plene liberi, & sui iuris; quia de Iudæis, verbis gratia, aut aliis, qui temporaliter sunt subditi Papæ, aut Christianis Principibus, alia ratio est: nam, quauis etiam hi non possint cogi, vt fidem recipiant, vt mox dicemus, bene tamen possunt cogi, vt aliquem audiant differentem de illorum erroribus; etiam contra lumen naturæ, quos habent non paucos, & de veritate religionis, & sectæ, saltem in vniuersum, quam debent sequi. Et cum hoc possit esse maxime vtile etiam temporali regimini, & bono Communitatis, vt, scilicet, omnes subditi sint inter se magis conformes, & magis viuant iisdem legibus, & iisdem moribus; bene potest ex temporali potestate à Principe præcipi, etiam si ad ipsum non spectet obligatio supernaturalis, & diuina, quam habent iidem subditi infideles, vt audiant, & determinatè recipiant fidem Christianam; neque ipsi per temporalem administrationem, & potestatem, quam solum habet in illos, commissa sit cura, vt illam impleant, & obseruent. Atque hoc modo per Bullas Summorum Pontificum, Nicolai III. quæ incipit, Vineam, & Gregorij XIII. Sancta Mater Ecclesia, coguntur Iudæi, vt saltem semel in hebdomada aliquem audiant differentem de illorum erroribus, & de Scripturis veteris Testamenti, & de Christi aduentu, & de similibus; & qui audire neglexerint, puniuntur poena commercij interdicti cum fidelibus, & aliis poenis arbitrariis, iuxta modum cõtumacia; quam habuerint semel, aut sapius in transgressione talis præcepti; idque præcipitur fieri non solum Romæ; sed etiam in aliis ciuitatibus, terris, & locis, in quibus sit competens numerus Iudæorum, qui Synagogam constituant, vt patet ex Bulla citata Gregorij XIII. Et de huiusmodi infidelibus subditis temporaliter Christianis Principibus, quòd possint cogi modo explicato ad fidem audiendam, expressè docent Bannes 2. 2. q. 10. art. 10. dub. 4. concl. 4. col. mibi 616. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 24. quest. 3. col. mibi 1206. Suar. disp. 18. de infidelitate, sect. 2. num. 3. & seqq. pag. mibi 286. Et hic n. 5. rectè addit contra Bannes loco citato, hanc coactionem ad fidem audiendam, posse fieri à Christianis Principibus, non tantum semel, vt ipse vult, ne alioqui sit, quasi virtualis coactio ad fidem recipiendam; sed etiam sapius, vt sit Romæ per totum annum hebdomadis singulis, cum alioqui vnica tantum auditio probabiliter sit futura inutilis homini infideli obdurato, & obstinato in sua infidelitate; neque propterea cogatur fidem recipere, qui solum cogitur illam audire, siue semel, siue sapius, vt ex se patet.

Neque

Neque faciunt contra hoc exempla Christi, & Apostolorum, qui neminem coegerunt ad audiendam prædicationem, sed solum puluerem de suis pedibus excusserunt, vt supra diximus num. 7. nec potestatem vllam cogendi reliquerunt in Ecclesia. Nam huiusmodi exempla solum valent pro infidelibus non subditis, cum Christus Dominus, qui vniuersaliter erat Dominus omnium, & omnes habebat subditos, noluerit vti potestate cogendi ad audiendam prædicationem, & ad maiorem Dei gloriam, & fidei dignitatem, ita fuerit conueniens pro illis temporibus, vt omnes Deo ipso trahente interius, & nullo cogente, aut compellente exteriori, illam audirent, & auditam reciperent; & potestatem cogendi pro iisdem temporibus non communicarit Apostolis, quibus temporaliter nullos subdidit: non autem valent huiusmodi exempla pro infidelibus subditis, pro quibus cogendis ad fidem audiendam potest sufficere temporalis potestas, quam modò habent huiusmodi Principes; non autem est opus speciali potestate spiritali, & supernaturali relicta à Christo, vt iam diximus, & notat Suar. disp. 18. sect. 2. num. 5.

DISPUTATIO XXIV.

Vtrum iidem infideles non apostatae possint cogi ad fidem recipiendam, siue sint subditi temporaliter Christianis Principibus, siue non sint subditi.

1. Infideles temporaliter subditi non possunt cogi directe, vt fidem recipiant.
2. Quomodo Sanctus Paulus non fuerit coactus ad fidem.
3. Infideles temporaliter subditi possunt ad fidem recipiendam cogi indirectè.
4. Quomodo Iudæi, & Mauri fuerint expulsi ex regnis Hispaniarum.
5. Infideles non subditi non possunt directe cogi ad fidem.
6. Quauis aliqui, & præsertim ex Canonistis, oppositum senserint.
7. Non omnia peccata, & Dei offensa habent vltiores ipsos homines, sed aliqua habent vltorem solum Deum.
8. Infideles non subditi possunt aliquo modo cogi ad fidem indirectè.

REMO agemus de infidelibus temporaliter subditis: & deinde de aliis, qui non sunt subditi.

3. Infideles temporaliter subditi non possunt cogi directe, vt fidem recipiant.

Siue autem cogantur infideles subditi ad fidem audiendam, siue non cogantur, certum est, quòd non possunt cogi directe ad illam recipiendam. Ita S. Thomas 2. 2. quest. 10. art. 8. & 12. Caietan. & Thomistæ communiter, eodem art. 8. Bannes loco citato, dub. 1. & 2. Valent. 2. 2. disput. 1. quest. 10. punct. 6. Sanctus Antoninus part. 2. tit. 12. cap. 2. Sot. in 4. dist. 9. quest. 1. art. 3. Henric. lib. 2. de Baptis. cap. 4. num. 8. Suar. disp. 18. sect. 3. num. 7. & omnes communiter: quauis oppositum sentiat Scotus in 4. dist. 4. quest. vlt. & apud Caiet. art. 8. cit. vbi asserit, quòd Christiani Principes non modò bene facerent, si inuitis parentibus facerent baptizari filios Iudæorum, aut infidelium, quos in regimine temporalis habent subditos, dum-

Baldelli Theol. Moral. Tom. I. l.

modo id facerent cum bona cautela, ne alioqui parentes id præuidentes futurum, eos occiderent, & dummodo postea eos facerent religiosè educari inter Christianos; sed etiam, quòd bene, & religiosè facerent; si minis, & terroribus cogere ipsos parentes ad suscipiendum Baptisimum; & postea ad conseruandum susceptum: quia esset minus malum, vt non permitterentur liberè, & impunè suam legem seruare, etiam si verè, & ex animo non essent fideles, & tandem eorum filij bene educati, saltem in tertia, aut quarta generatione, verè, & ex animo crederent, ac retinerent Christianam fidem. In qua sententia Scotum sequitur etiam Gabriel in 4. distinct. 4. quest. 2. dub. 5. in fine, & Alphonsus à Castro lib. 2. de iusta Hæret. punit. cap. 14. & apud Valent. loco citato. Sed contra est: quia cap. Maiores. §. item queritur. extr. de Baptis. Innocentius III. expressè asserit, quòd sit contrarium Christiana religione, vt quis inuitus, & penitus contradicens, compellatur ad seruandam Christianitatem. Ibi que Gloss. vers. Contrarium. vniuersaliter asserit, quòd nullus est compellendus inuitus ad fidem; & quòd ne ipse quidem Sanctus Paulus, circumfulgens eum de cælo luce, in terram cadens, vt dicitur Act. 9. & tremens, ac stupens, & apertis etiam oculis nihil videns, dici debet coactus illam suscepisse, cum in ipsa prostratione, & excaecatione per efficacitatem diuinæ illustrationis, & gratiæ, sit mutatus, & factus volens, vt habetur cap. Quis nos. 23. quest. 4. & cap. Displicet. vers. Quare Paulus. 23. quest. 4. ex Sancto Augustino epist. 204. ad Donatum. Et quauis hæc ipsa mutatio voluntatis in illo sit consecuta ex coactione antecedente, &, vt dicitur cap. Schismatici. 23. questione 6. ex eodem Sancto Augustino epist. 50. ad Bonifacium, in Paulo Christus sit agnoscendus prius cogens, & postea docens, & prius feriens, & postea consolans, & reuera ad Euangelium non intrarit, nisi coactus poena corporis, & maiore timore ad charitatem compellus, vt ibi subditur; hoc tamen à Deo ipso est factum, neque debet à nobis ad consequentiam trahi, vt notat Gloss. in cap. Maiores. cit. §. Item queritur. vers. Contrarium. de Baptis. Et quemadmodum nos mutare non possumus etiam consequenter voluntates infidelium subditorum, & ex nolentibus facere illos simpliciter, & absolute volentes; ita nec debemus antecedenter illos cogere intendendo terrores, & minas, cum postea non possimus per charitatem in corda diffusam, foras mittere ipsum terrorem, sicut requiritur, vt susceptio fidei sit voluntaria simpliciter; non autem solum secundum quid, & simul mixta ex voluntario, & inuoluntario; & sicut contigit in Sancto Paulo, ex facto Dei.

2. Quomodo S. Paulus non fuerit coactus ad fidem.

Et in specie de Iudæis temporaliter subditis, quòd non sint ad fidem cogendi, expressè habetur ex Concilio Toletano IV. cap. de Iudæis, dist. 45. quia Deus, cui vult, miseretur; & quem vult, indurat; Et quemadmodum homo ex propria voluntate serpenti obediens perit: ita & vnusquisque propriæ mentis conuersione, vocante se gratia Dei, credendo, saluandus est: non autem inuitus, & coactus, cum inuitus nemo possit esse bonus, vt etiam habet Sanctus Augustinus epistola 48. & refertur cap. Fides. 23. quest. 6. Et quauis ibidem lauderur, tanquam Princeps religiosissimus, Sifiburus, Rex Hispaniarum, qui Iudæos ad fidem coegerat: iique vltius dicantur esse cogendi, vt illam retineant, etiam vi, & necessitate susceptam, ne alioqui nomen Domini blasphemetur, & fides Christiana vilis, & contemptibilis habeatur;

I 3. non

non tamen laudatur factum ipsum cogendi; sed zelus, & intentio Principis de fide amplificanda, vt notat Caiet. 2. 2. quæst. 10. art. 8. cit. Valent. puncto 6. cit. Bannes art. 10. cit. dub. 1. ad 1. & alij communiter. Vnde & statuitur, ne in posterum tale quid fiat ex quouis zelo, aut intentione: quod etiam ex Clemente III. præcipitur, cap. Sicut Iudæi de Iudæis.

Et ad hoc facit etiam vsus antiquissimus in Ecclesia, qui est optimus Euangelij Interpres, vt notat Bannes 2. 2. quæst. 10. art. 10. dubitat. 1. §. Quod si quis dicat. & secundum quem Ecclesia nunquam cogit Iudæos subditos, & Romæ neque etiam modò cogit, vt fidem suscipiant; sed eos tantummodo iuuat prædicationibus, & rationibus, & vt dicitur cap. Quid autem. dist. 45. ex Sancto Gregorio lib. 2. epistola 52. aliàs 91. ad Ioannem Episcopum Constantinopolitanum, noua prorsus, & inaudita in Ecclesia est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem: & vt subditur cap. Qui sincera eadem dist. 45. ex eodem Sancto Gregorio lib. 11. epistola 15. qui sincera intentione extraneos à Christiana religione cupiunt ad rectam fidem perducere, blandimentis, non asperitatibus debent studere: & agendum omninò est, vt ratione potiùs, & mansuetudine prouocati, sequi nos velint, non fugere.

Et ratio est: quia, cum omnis coactio supponat potestatem cogendi, & iurisdictionem in eo, qui cogit; hæc tamen pro infidelibus etiam subditis, ad fidem cogendis, in Ecclesia, aut in Christianis Principibus nulla est: nam Sanctus Paulus 1. ad Corinth. 5. Quid mihi, inquit, de iis, qui foris sunt, iudicare? Eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Quia, scilicet, vt habetur in Tridentino sess. 14. cap. 2. de Sacramento Pœnitentiæ: Ecclesia in neminem exercet iudicium, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam sit ingressus. Et tota potestas naturalis, quam habent Principes in suos subditos, solum est ad finem naturalem, & de actibus naturalibus; & idè non se extendit ad fidem, quæ est supernaturalis, & propter finem supernaturalem: & præter hanc potestatem naturalem nulla est alia potestas supernaturalis à Christo tradita, cum neque colligatur ex Scripturis, neque habeatur ex traditionibus apostolicis, aut ex Conciliis, vel ex Patribus, qui potiùs oppositum stant, ac definiunt, vt iam retulimus. Vnde & Christus Matth. 10. Prædicatores suos solum instruxit soliditate doctrinæ, & potestate miraculorum: Euntes prædicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum celorum. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, Demones eicite. Et omnem coactionem prorsus prohibuit, siue per promissiones temporalium bonorum, siue per comminationes malorum, dum prohibuit, eos possidere aurum, & argentum, quæ solent esse instrumenta trahendi, & vim inferendi per promissionem bonorum: & præterea prohibuit eos gerere virgam, aut baculum, quæ solent esse instrumenta cogendi per metum, & vim inferendi per comminationem malorum, iuxta illud Psal. 2. Reges eos in virga ferrea. & 1. Cor. 4. Nuncquid vultis in virga veniam ad eos? vt notat eo loco Sanctus Hieronymus, & apud Suar. disput. 18. sect. 3. num. 5. Et non est dubium, quòd maximè decuit, vt potestas cogendi ad fidem, non esset in Ecclesia, ne alioqui multum detraheretur existimationi, & dignitati fidei, dum per vim, non autem propter prudens iudicium credibilitatis, & propter diuinam attestacionem susciperetur; & ma-

gna daretur occasio fidem illam suscipiendi, & non ex animo; & multa committerentur sacrilegia circa vsam Sacramentorum, & res diuinas, & plura alia sequerentur incommoda, vt notat Suar. sect. 3. cit. num. 6.

Dixi autem, infideles subditos non posse cogi directè ad fidem suscipiendam: quia, si loquamur de coactione indirecta, quæ, scilicet, iuste fiat ad aliquem alium finem legitimum, & ex legitima potestate Principis, & secundariò ordinetur, ac referatur etiam ad fidem suscipiendam; non est negandum, quòd tales infideles possint cogi ad fidem. Ita Sanctus Antoninus part. 2. tit. 12. cap. 2. cit. Valent. disput. 1. quæst. 10. puncto 6. cit. §. Ac eadem ratione. Suar. disputat. 18. sect. 3. an. 8. Nam, si Iudæi, verbi gratia, Christianis subditi, iuste possent vexari per impositionem alicuius tributi, in subsidium publicum, vel per punitionem alicuius delicti, quod commiserunt; non fiet illicitè à Christianis Principibus, si hanc vexationem secundariò referant etiam ad fidem; & iis, qui fidem susceperint, condonent pœnam, & tributum remittant; & ab aliis, qui non susceperint, rigorosè vtunque exigant, cum semper id, quod est ex se iustum, & licitum, non vitietur, eò quòd secundariò ordinetur ex intentione operantis ad aliquem alium finem, qui similiter sit ex se iustus, & licitus, vt verè est conuersio infidelium subditorum ad fidem.

Atque hoc modo cap. Iam verò. 23. quæstione 6. ex Sancto Gregorio lib. 3. epist. 26. dicitur, quòd si aliquis tanta perfidia, & obliuionis sit, vt ad Deum minime venire consentiat, tanto pœnitentiæ onere grauandus est, vt ipsa exaltationis sua pœna compellatur ad reuertendum seipsum. Et Christiani Imperatores sapidius leges tulerunt contra templa, & sacrificia paganorum, vt patet ex Lege, Placuit. & L. Nemo. & ex pluribus aliis, C. de paganis. vt grauitate pœnarum abterrerent subditos ab idololatria, quæ est contra legem naturæ, & licitè potest per potestatem ciuilem prohiberi, & puniri, sicut & alia vitia contra naturam; & vt secundariò ad fidem compellerent. Et eadem ratione in Hispania Ferdinandus, & Elisabetha, Reges Catholici, de anno 1492. & 1502. pragmaticas promulgarunt de expellendis Iudæis, & Mauris, nisi ad fidem conuerterentur: quia, cum in Concilio Toletano VI. can. 3. sub Honorio I. cautum esset, vt in posterum vnusquisque Rex, antequàm conscenderet Sedem regiam, iuraret inter cætera, quòd nullum non catholicum permetteret degere in suo regno: & si postea huius promissi, & iuramenti temerato existeret, anathema esset in conspectu sempiterni Dei, & pabulum, vt ibi dicitur, efficeretur ignis æterni; omninò potuit, ac debuit dicitur Rex Ferdinandus, cognomento, Catholicus, à tota sua ditione expellere Iudæos, & Saracenos, vt notat Bartholomæus Caranza in Summa Conciliorum, ad dist. Concilium Toletanum VI. can. 3. pag. mibi 284. Suxque pragmaticæ, seu sanctionis, eam attulit causam, vt refert Bannes 2. 2. quæst. 10. art. 10. dub. 1. §. Ad 2. quia periculum erat, ne per illos peruertentur fideles. Sicut autem propter hanc causam auertendi periculum peruersionis ab ipsis fidelibus, & consulendi securitati, & sinceritati fidei in suis regnis, & puniendi Iudæos, & Saracenos contra illam agentes, & molientes; licitè potuit illos expellere: ita & potuit ex secundaria intentione inuitandi, & impellendi aliquos ad fidem, etiam permittere, vt remanerent, qui

3. Infideles temporali subditos possunt ad fidem cogi indirectè.

6. Quamuis aliqui, præsertim ex Canonistis, oppositè senserint.

4. Quomodo Iudæi, & Mauri fuerint expulsi ex Regno Hispaniarum.

qui voluissent fidem amplecti. Quod certè, si est cogere, non est cogere nisi indirectè, vt ex se patet. Et in hac expulsiōe Saracenis, siue Mauris specialiter fuit iniunctum, vt, si per mare vellet discedere; non discederent nisi per mare Belgicum; & per terram; solum discederent per Montes Pyrenæos; quia periculum erat, ne iungerentur in mari mediterraneo aliis Saracenis Africanis, cum quibus tunc gerebatur bellum, vt subdit Bannes loco citato; quod totum similiter potuit licitè fieri.

Secundò, hoc, quod dicimus de infidelibus subditis non cogendis ad fidem, nisi indirectè, à fortiori est dicendum etiam de non subditis: si enim hi non possunt directè cogi ad fidem audiendam, vt iam probauimus n. 11. multò minùs possunt cogi ad illam recipiendam: & huiusmodi potestas, & vis coactiua reuera in Ecclesia nulla est; neque habet fundamentum in Scriptura, vel in Conciliis, aut Sanctis Patribus, vel in ratione, vt patet ex dictis. Neque ex Theologis vilis est, qui oppositum asserat, præter Maiorem in 2. dist. 44. quæst. 3. vbi docet, huiusmodi infideles non subditos esse primùm beneficiis, & humanitate alliciendos ad fidem; & idè iuxta illorum confines esse ædificandas turres, & domus, ad commercium cum illis habendum: tum verò, si res hac via non succedat, esse armis debellandos, & Christianis subiiciendos, & omninò, vel conuertendos, vel occidendos: & hac ratione Indos occidentales propter solam infidelitatem, & barbariem posse debellari. Et hoc idem de infidelibus debellandis propter solam barbariem, & propter scelera contra legem naturæ, tempore Caroli V. dicitur voluisse defendere Ginesius quidam Sepuluenda, Historiographus, & magis in humanis litteris, quàm in diuinis eruditus, vt loquitur Bannes 2. 2. quæst. 10. art. 10. dub. 4. & pluribus hoc idem asserit Augustinus Triumphus de potestate ecclesiastica, quæst. 23. & ex illo S. Antonin. part. 3. tit. 22. cap. 5. §. 8. & Syluest. verb. Papa, quæst. 7. & Castrus lib. 2. de iusta Hæretic. punit. cap. 14. Et denique ex Canonistis simile quid etiam asserit Hostien. in cap. Quod super his. de voto, & voti redempt. vbi n. 14. & 15. putat, Papam, vt Christi Vicarium, habere potestatem etiam in infideles; & Christum Dominum non futurum fuisse diligentem, ac sapientem patrem familiam, nisi Vicario suo, quem in terris relinquebat, communicasset totam suam potestatem, quam in omnes habebat, iuxta illud Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Et idè subdit n. 16. posse omnes infideles puniri à Papa propter idololatriam, & propter alia contra legem naturæ. Et n. 26. per aduentum Christi fuisse ablatum infidelibus omnem principatum, & omne dominium; & fuisse datum Sancto Petro, & successoribus eius: & idè omnes infideles de iure esse subiectos fidelibus, & solum posse ab Ecclesia tolerari, si recognoscant illius dominium, & non aliter. Quæ ferè omnia cum Hostien. etiam asserit Innoc. in idem cap. Quod super his. n. 3. 4. & 9. de voto, & voti redempt. & Panor. n. 10. & segg. & alij alij apud Couar. in reg. peccatum, part. 2. §. 10. n. 1.

5. Infideles non subditi non possunt directè cogi ad fidem.

Sed contra hæc non est, quòd pluribus agamus, cum satis possint esse, quæ in superioribus diximus, & quæ habet Couar. §. 10. cit. & alij communiter apud Suar. disp. 1. 8. cit. sect. 4. n. 3.

Neque facit pro Maiore, & Canonistis verbum illud Luca 14. in parabola de inuitatis ad cenam: Compelle intrare, vt impleatur domus mea. quod de infidelibus intra Ecclesiam, & ad fidem compellendis intelligit Sanctus Gregorius homil. 39. in Euangelia, & Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 8. in ar-

gumento, Sed contra. Nam, si id intelligatur de iis infidelibus, qui nunquam susceperunt fidem; non autem de Hæreticis, vt intelligit Sanctus Augustinus epistola 4. & 50. intelligi debet, non de compulsionem per arma, aut bella, & per mala temporalia comminata, aut illata; sed de compulsionem per efficacitatem prædicationis, & signorum, seu miraculorum, concurrente interiùs motione gratiæ, qualis compulsiō maximè erit ad finem mundi, vt impleatur numerus prædestinatorum, vt ex Sancto Chryostomo, & aliis notat Suar. disp. 19. sect. 3. n. 12. quæ tamen compulsiō, vt ex se patet, non fauet Maiori, qui non de illa loquitur; sed de compulsionem corporali per arma, & bella.

Similiter neque fauet dictæ sententiæ, quòd licitum sit, imò & debitum aliquando ex charitate, innocentes defendere, & vlcisci etiam armis illorum iniurias; & sæpè qui non depellit iniuriam à socio, quando potest, tam est in vitiò, quàm qui facit, vt loquitur Sanctus Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 26. & refertur cap. Non inferenda. 23. qu. 3. Et idè à fortiore non potest non esse licitum, imò & debitum, vlcisci bellis iniurias Dei, quas faciunt infideles, dum eius fidem sufficientissimè sibi propositam, & explicatam, obstinatè respuunt, & reiiciunt. Nam contra est: quia, vt notat Couar. in regulam, peccatum, part. 2. §. 10. num. 2. vers. Tertium. non est eadem ratio de iniuriis Dei, & de iniuriis proximi, & innocentis: nam hic sæpè opprimitur, cum non possit se defendere ab inimicis potentioribus; & idè illius defensio per legem charitatis, & iustitiæ, meritò committitur aliis, & maximè viris principibus, Psalm. 81. Eripie pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. vt notat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 40. art. 1. & Caiet. ibidem. §. in eodem art. cum tamen Deus suas iniurias facile possit vlcisci per se, & que non paucas sibi soli reseruauerit puniendas; neque omnium potestatem aduersus omnes, hominibus dederit, vt etiam notat Suar. sect. 3. cit. n. 12. & sect. 4. n. 4. Et inter cæteras talis est iniuria infidelitatis in iis, qui fidem nunquam susceperunt, vt notat Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 1. 2. art. 2. ex illo Sancti Pauli 1. ad Corinth. 5. Quid mihi de iis, qui foris sunt, iudicare? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit.

7. Non omnia peccata. & Dei offensa habent vltimos ipsos homines; sed aliqua habent vltiorem solam Deum.

Et idem est respondendum, si quis vrgeat, quòd quælibet potestas inferior potest, ac debet curare, vt seruentur leges potestatis superioris, & earum transgressores punire: & idè etiam possunt, ac debent Christiani Principes curare, vt seruentur ab omnibus leges Dei; & eos punire, qui illas non seruant, quales certè sunt infideles, quando fidem sibi sufficienter propositam non recipiunt, provt tenentur ex lege diuina. Nam similiter respondetur, id verum esse solum in ordine ad sibi subditos, & in ordine ad ea, in quibus sunt subditi; non autem absolutè in ordine ad omnia, & in ordine ad omnes, etiam non subditos: neque enim Deus curam obseruationis suarum omnium legum commisit omnibus, & in ordine ad omnes; sed solum in ordine ad sibi subditos: & in ordine ad aliquos sibi soli eam reseruauit, vt diximus.

Quod tamen supra monuimus de infidelibus temporaliter subditis, quòd possint indirectè cogi ad fidem; potest aliquo modo etiam dici de infidelibus non subditis: nam, quauis in illos Christiani Principes non habeant iurisdictionem, neque possint illos punire, aut pœnas illis remittere, nec tributa imponere, & iam imposta condonare; possunt tamen plura gratuita beneficia, & plura commoda, & fauores illis facere, ea intentione, vt ad fidem alliciant, isque beneficiis, commodis, & fauoribus

8. Infideles non subditi possunt aliquo modo cogi ad fidem indirectè.

licitè possunt illos priuare, vbi viderint, quòd non profint ad causam fidei. Et hæc etiam beneficiorum priuatio potest aliquo modo appellari coactio indirecta, vt notat Suar. *dispnat. 18. sect. 3. num. 11.* etiam si non proueniat ex potestate, aut iurisdictione propriè dicta, quæ in illos exerccatur.

DISPUTATIO XXV.

An, & quomodo infidelium ritus sint tolerandi.

1. *Ritus infidelium non subditorum sunt tolerandi, etiam si sint contra lumen nature.*
2. *Ritus infidelium subditorum Ecclesie, quomodo possint tolerari.*
3. *Permissio mali quomodo sit licita.*
4. *Ritus, qui solum sunt contra fidem, non autem contra legem nature, non possunt prohiberi infidelibus subditis.*
5. *Ritus Iudaeorum non prohibentur.*
6. *Ritus Iudaeorum permittuntur cum multis limitationibus.*
7. *Libri recentiorum Rabinorum non sunt permittendi.*
8. *Ritus infidelium subditorum aliquando possunt tolerari, etiam si sint contra legem nature.*
9. *Qui crimina aliorum non corrigi, cum possit, & debeat, perinde est, ac si illa committat.*
10. *Etiam Principes infideles tenentur non tolerare ritus, contra legem nature.*
11. *Ritus infidelium non sunt prohibendi, nisi à potestate publica.*
12. *Non est Martyr, qui priuata auctoritate frangit Idola, aut destruit templa infidelium.*
13. *Sed solum qui id facit ex legitima facultate per mandatum Principis, vel per Dei iussum.*
14. *Concilium Eliberrinum apud aliquos est dubie auctoritatis.*

1. **R**itus infidelium non subditorum sunt tolerandi, etiam si sint contra lumen nature.

RE ritibus illorum infidelium, qui temporaliter non sunt subditi Christianis Principibus, facile constat ex dictis *superius*, quid sit dicendum: quia enim in illos nulla est iurisdictione, aut potestas, non possunt cogi, per se loquendo, vt suos ritus non amplius seruent, quicumque tandem ij sint; & siue solum repugnent principiis supernaturalibus; & reuelatis; siue etiam repugnent principiis naturalibus, & sint contra legem, & lumen nature. Nam, qua ratione inter fideles non potest vnus priuatus punire alium priuatum, vel eum cogere ad aliquid faciendum, aut omittendum; neque vnus Princeps supremus, siue sit fidelis, siue infidelis, potest punire, aut cogere alium Principem supremum sibi non subditum: eadem ratione, neque Ecclesia potest punire infideles non subditos, pro malis ritibus quibuscunque, aut eos cogere, vt illos mutent. Quare non est admit-tendum, quod asserit Maior in *2. disp. 4. quest. 3.* & alij alij, præsertim ex Canonistis, quos *supra* retulimus *disp. 24. n. 6.* quòd infideles non subditi possint puniri ab Ecclesia propter idololatriam, & propter vitia, quæ habent contra lumen nature: nam, vt habetur cap. *Dominus. 2. 3. quest. 1. ex Sancto Augustino quest. 10. in librum Iosue*, tunc bella solent definiri esse iusta, quando vlciscuntur iniurias, & gens, vel ciuitas, verbi gratia, quæ bello petenda est, negligit vindicare, quod à suis est improbè gestum; vel ne-

gligit reddere, quod per iniurias est ablatum; & ideo si Ecclesia, aut fideles, nullam iniuriam passi sint ab infidelibus non subditis, non est, quòd contra illos iuste moueant bellum propter solam idololatriam, aut propter similia crimina contra legem nature, quæ nullis nocent, nisi ipsis, & pro non subditis solum Deum habent vltorem, vt *supra* diximus. Dico autem, *qua nullis nocent, nisi ipsis*: quia, si huiusmodi vitia contra naturam nocerent aliis, & aliqui infideles, verbi gratia, occiderent innocentes, vt illos immolarent Idolis, vel vt ipsi eos comederent, licitum omninò esset, imò & debitum, defendere huiusmodi innocentes, etiam armis, & bellis, si aliter non possent defendi, & armis possent: cum vniciuque mandari Deus de proximo suo, *Ecclesiastici 7.* & omni conatu sint iuuandi, & cruciendi, qui ducuntur ad mortem, *Prouerb. 24.* Neque hæc esset verè punitio criminum contra naturam, ad quam requiritur iurisdictione: sed esset solum defensio innocentum; ad quam non requiritur, nisi charitas, & vires sufficientes, vt notat Bannes *2. 2. quest. 10. artic. 10. dubio 4. conclus. 3. col. mibi 624.*

De ritibus verò aliorum infidelium, qui Ecclesie, aut Christianis Principibus sunt temporaliter subditi, affirmat similiter Sanctus Thomas *2. 2. quest. 10. artic. 11.* quòd sint tolerandi: quia etiam Deus, à cuius regimine deriuatur humanum regimen, quauis sit summè bonus, & summè potens, & nullum sit malum, quod non maximè odiat, & quòd prohibere non possit; plura tamen de facto non prohibet; sed permittit in vniverso, ne iis sub-læzias simul tollantur maiora bona, vel ne sequantur maiora mala: & hoc modo *Matth. 13.* permittuntur in agro zizania crescere, & prohibentur eradicari, ne simul cum eis eradicetur etiam triticum; quod est permittere mala, ne simul tollantur etiam bona: & ex Sancto Augustino *lib. 2. de Ordine, capite 4. tom. 1.* permittuntur, nec tolluntur meretrices de rebus humanis: quia alioqui omnia turbarentur libidinibus, quod est permittere minora mala, ne sequantur maiora: & vt rectè notat Caietanus *ad artic. 11. citat.* cum permissio mali non sit ex se, & intrinsecè mala: siquidem alioqui, nec Deo conueniret, nec vlla recta intentione posset bene fieri; si fiat ex rationabili causa potest etiam esse bona moraliter, & talis est iudicanda exemplo ipsius Dei, quando fit, ne bona maiora impediatur, vel ne mala occasioneur, aut inducantur: & qui permittunt, debent solum cauere, ne permissio sit admixta participationi, vt subdit Caietanus *ibidem*: quod tunc accideret, quando esset non solum non puniendo; sed etiam approbando id, quod permittitur; vel ad illud positiuè iuuando, & facièdo: quod sine dubio non est licitum, cum sit sociatio in re mala, capite, *Ita planè. 2. 3. questione 4.*

Quare, etiam si Christiani Principes, & alij quicumque ex temporalis potestate, quam habent in infideles sibi subditos, licitè possint, imò, per se loquendo, etiam debeant, eos ritus illis prohibere, & non permittere, qui sunt manifestè contra legem nature, vt est, verbi gratia, idololatria, & similia, vt probat Suarius *dispnat. 18. sectione 4. num. 6. & 7.* cum teneantur ex vi sui muneris, & ex temporalis potestate, quam habent, bene eos regere, ac dirigere ad finem naturalem, qui est, vt bene, & honestè viuant, secundum legem, & præscriptum nature: eos tamen ritus, qui non repugnant legi naturali: sed solum sunt contra fidem supernaturalem, & reuelatam, om-

2. **R**itus infidelium subditorum Ecclesie quomodo possint tolerari.

3. **P**ermissio mali quomodo sit licita.

4. **R**itus, qui solum sunt contra fidem, non autem contra legem nature, non possunt prohiberi infidelibus subditis.

minò possunt, ac debent permittere, vt idem subdit *n. 10.* quia contraria ratione potestas temporalis non se extendit vltra finem temporalem, qui est bonum regimen temporale, & vita benè instituta secundum virtutes naturales, & secundum legem, ac lumen nature; non autem secundum virtutes supernaturales, & secundum lumen reuelatum. Atque hoc modo Ecclesia Iudæis non prohibet, quin habeant Synagogas, & suas caeremonias in illis exerccant, & celebrent suas solennitates, vt patet ex Sancto Gregorio *lib. 1. epist. 34. & lib. 1. epist. 15. cit. & cap. Sicut, de Iudæis, ex Clemente III. & apud Syll. verb. permissio, sub initium.* Et quauis licite possent eos expellere à suis terris, & absolute non retinere; posito tamen, quòd non expellat, solum potest eos regere ex potestate ciuili, & naturali, vt diximus: quæ tamen non se extendit ad ea prohibenda, quæ solum sunt contra fidem.

Atque ex tolerantia huiusmodi rituum pro Hebræis, non vna utilitas capitur: siquidem illi admittunt promissionem Messie, & Scripturas, ex quibus probatur, quòd iam aduenerit; quauis ipsi hoc non admittant: & in illis manifestè apparet impletum, quod Prophetæ, & Christus prænu-nciarunt de illorum desertione, excecatione, & punitioe: & veritate Scripturarum etiam ab illis habemus, quauis hostibus, vt notant Sanctus Augustinus *lib. 18. de Ciuit. cap. 46.* & S. Thomas *2. 2. quest. 10. artic. 11.* & verè illorum delictum, salus est Gentium, vt loquitur Sanctus Paulus *ad Romanos 11.* & Deus, vt dicitur *Psal. 58.* tantum eos non occidit, & omninò non perdit, & non extinguit, ne homines obliuiscantur, quòd Christus ex illis originem traxit secundum carnem, eosque habuit, vt populum suum: dispergit tamen per totum Orbem in virtute, & potentia sua, cui nemo est, qui resistat; eosque deponit de altitudine gloriæ, in qua positi erant, cum essent populus Dei, & regnum, ac sacerdotium obtinerent, vt exponit Cardinalis Bellarminus in *eum locum*: quia Christus ipse ita rogauit. Et negari non potest, quin magna sit confirmatio fidei, quòd in illis hæc omnia iam sint impleta ad literam, & sic appareant quasi ad oculum.

Et, quòd facit Ecclesia, & Christiani Principes, quoad tolerandos huiusmodi ritus Iudaeorum, eosque non prohibendos, quauis sint contra fidem, & absolute illiciti, idem possunt licitè facere, etiam quoad Saracenos, & alios huiusmodi infideles, si habeant etiam illos temporaliter sibi subiectos, vt subdit Suar. *n. 10. cit.* similiter enim ex temporalis potestate solum possunt, & debent eos benè dirigere ad finem naturalem, qui est, vt benè viuant secundum præscriptum nature: & ideo eos tantum ritus possunt illis prohibere, qui sunt contra legem nature; non autem alios, qui solum sunt contra fidem, vt iam diximus.

6. **R**itus Iudaeorum permittuntur cum multis limitationibus. Possunt tamen, quoad hos etiam ritus eas moderationes præscribere, quæ fuerint conuenientes pro bono fidelium, & ne illis creetur scandalum, & perniculum: quia hoc modo etiam multa in sacris Canonibus, & legibus ciuilibus præscribuntur Iudæis, vt, verbi gratia, quòd solum possint veteres Synagogas conseruare, ac reparare: non autem nouas erigere, cap. *Iudæi.* & cap. *Consulutus, de Iudæis, & leg. final. C. eo.* quòd in die Parasceues in publicum non prodeant; imò nec portas, nec fenestras suarum domorum aperiant; sed eas per totam diem habeant clausas, cap. *Quia.* & cap. *Iam nonnullis, de Iudæis.* quòd Synagogas non habeant prope Ecclesias ex Sancto Gregorio *lib. 12. epist. 18.* quòd gestent ali-

quem habitum, per quem discernantur à Christianis; & quòd grauissimè puniantur, si Christum blasphement, vel aliquid faciant in contumeliam Creatoris, vel in contemptum Christianæ religionis, cap. *Iam nonnullis. cit. & l. Iudæis. & l. Iudæis. C. de Iudæis, & similia.*

Atque ex hoc capite negat Caietanus *2. 2. questione 10. art. 11.* & ex illo Suar. *disp. 18. sect. 4. n. 11.* *Libri recentiorum Rabinorum non sunt permittendi.* in fine, & Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 22. quest. 12. §. Item,* posse permitti eos libros Iudaeorum, qui à Rabinis recentioribus sunt conscripti ad confouendam eorum perfidiam, & contra Christi Diuinitatem, & iure merito sunt de facto prohibiti, & damnati in Indice librorum prohibitorum, & per plures Constitutiones Summorum Pontificum: & tandem de anno 1593. etiam per Constitutionem Clementis VIII. *Cum Hebræorum.* specialiter sunt prohibiti, & damnati libri Thalmudi, & alij, tanquam detestabiles, & pleni iniuriis, & contumeliis in religionem Christianam; & ex Caietano *ibidem*, longè diuersa est ratio de his libris, & de toto ritu, aut cultu Iudaeorum, cum hic sit quasi testis fidei nostræ, eamque probet, sicut figura veritatem, & umbra corpus, vt patet ex Sancto Thoma *art. 11. cit.* illi verò sint pleni mendaciis, & blasphemis contra fidem, & contra Christum. Et quemadmodum ex eodem Sancto Thoma *eadem questione 10. articulo 8.* non est ferendum, vt infideles quicumque fidem impediatur, vel blasphemis, vel malis persuasiuibus, vel etiam apertis persecutionibus; & propter hoc licitè potest à fidelibus contra illos bellum moueri: ita nec est ferendum, vt Rabbini fidem impediatur per huiusmodi libros, eosque ad hunc finem blasphemis repleant, cum præsertim Iudæi sint etiam de iure serui Ecclesie, & ex hoc iure possit hæc liberè disponere de eorum bonis, vt habet Sanctus Thomas *ibidem, articulo 10.* & ideo etiam possit ex eodem iure disponere de eorum libris, eosque comburere, vt subdit Caietanus *loco citate*, sicut & de facto iussit comburi Gregorius IX. de anno 1230. idque postea confirmauit etiam Innocentius IV. vt patet ex eius Bulla, *Impia Iudaeorum perfidia.* & iterum Iulius III. de anno 1553. & 1554. vt refert Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 22. qu. 12. §. Item, communis est opinio. colum. mibi 1014.* qui etiam rectè subdit, falsam omninò esse, & nulla ratione admittendam sententiam Petri Galatini *libro 1. de arcana catholica veritatis, cap. 6. & 7.* quòd Thalmud Iudaeorum à Christianis recipi debeat, & in Latinum conuerti, & in Scholis publicè explicari iuxta Constitutionem Concilij Viennensis, *Clementina, Inter sollicitudines, de Magistris.* & quòd libri Thalmudici rectè possint à Christianis allegoricè, & anagogicè declarari. Contra enim est: quia huiusmodi libri sunt pleni blasphemis in Christianam religionem, & à Summis Pontificibus sapius prohibiti, & damnati, vt diximus. Neque Concilium Viennense de illis loquitur; sed solum præcipit, vt in Gymnasijs publicè tradatur notitia Linguae Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicæ: & ideo libri de huiusmodi Linguis fideliter in Latinum transferantur; qui certè longè alij possunt esse, quam libri Thalmudici, aut similes absolute damnati.

Dixi autem *n. 4.* non solum posse Principes; sed etiam debere, per se loquendo, eos ritus prohibere, & non permittere infidelibus subditis, qui sunt manifestè contra legem nature: quia ex accidente etiam illos possunt permittere, & non prohibere; si, scilicet, timeant maius aliquod malum.

8. Ritus infidelium subditorum aliquando potest tolerari, etiam si sint contra legem natura.

malum, & magnum scandalum, & turbationem in suis regnis, vel in aliis fidelibus, vt subdit Suar. dispnt. 18. sect. 4. num. 9. nam de his etiam ritibus potest intelligi parabola Christi, Matth. 13. de zizaniis non eradicandis, ne simul eradicetur etiam triticum, & doctrina Sancti Thomae art. 1. de tolerandis simpliciter ritibus. fidelium, vel ex causa vitandi maioris mali, vel ex causa boni non impediendi. Et quemadmodum ex his causis licitum est permittere meretrices, etiam si, absolute loquendo, fornicatio simplex sit contra legem naturae, vt communiter dicitur in materia de matrimonio: ita & potest esse licitum ex iisdem causis permittere idololatriam, aut similes ritus contra lumen naturae: si tamen non suppetat rationabilis causa ex parte vitandi maioris mali, vel ex parte non impediendi alterius boni, omnino tenentur Principes prohibere huiusmodi ritus, & non permittere, cum ita postulet proprium munus bene illos regendi, & dirigendi ad finem naturalem, & sic illis concedat temporalis potestas, & iurisdicção, quam habent, vt iam diximus: & alioqui, si non prohibeant, grauer peccant, cum vere participant de superstitionibus, & criminibus infidelium: siquidem error hoc ipso approbatur, quod illi non resistitur: & nihil est aliud negligere deturbare poruerfos, cum possit, quam illos fouere: & non caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinorosi desinit obuiare. capite, Error. distinctione 83, & crimina recte dicatur ille committere, qui, cum possit emendare, non corrigit, capite, Præterea. 23. quæst. 8.

9. Qui crimina aliorum non corrigit, cum possit, & debeat, perinde est, ac si illa committat.

10. Etiam Principes infideles tenentur non tolerare ritus contra legem naturæ.

11. Ritus infidelium non sibi prohibent, nisi à potestate publica.

12. Nō est Martyr, qui priuata auctoritate frangit Idola, aut destruit templa infidelium.

tionis 105. num. 12. & 13, pagina 744. vbi etiam addit, contraria ratione vere esse Martyrem, si quis id faciat auctoritate publica; & tales fuisse Rodolphum Aquaiuum, & socios, nostræ Societatis Sacerdotes, qui prope Salsctum, in India orientali, fuerunt occisi à Gentilibus: quia auctoritate Regis Hispaniarum, ad quem spectabat ille pagus pleno iure, procurarunt sacra templa edificare: & num. 15. si quis à tyranno cogatur sacrificare Idolis, licite posse illa conspuere, & conculcare, & constringere ex zelo fidei; sicut etiam fecit Sancta Eulalia ex Prudentio, in hymno, quem de illa scripsit: quia in tali casu non est vsurpatio iurisdictionis non suæ; sed iusta defensio Dei, & fidei, pro qua morte appetere non solum est licitum; sed etiam est maxime gloriosum.

Neque facit contra hoc, quod in Romano Martyrologio plures recensentur, tanquam Martyres, qui templa Idolorum, vel ipsa Idola destruxerunt, aut incenderunt: & hac de causa ab infidelibus sunt occisi, vt specialiter de Sancto Euphychio videtur est die 9. Aprilis, qui solum ab euerfimo Fortunæ fanum sub Iuliano Apostata martyrium consummauit, vt etiam scribit Sozomenus lib. 5. historia, cap. 10. & Nicephorus lib. 10. cap. 10. vt enim bene notat Baronius in Annotationibus ad illum diem, non id fecerunt ex priuata auctoritate, sed ex legitima potestate accepta per ipsas leges Constantinianæ, atque Constantij, Christianorum Imperatorum, per quas infidelium templa erant vbique clausa, & sacrificia penitus interdicta; vel etiam id fecerunt ex interno Dei instinctu, & quasi impulsu, qui sine dubio multo plus potest, quam iussio legis, aut Principis cuiuscunque. Atque hoc potestius de interno instinctu, atque impulsu est multo rationabilius, & verius, quam illud prius de facultate facta per ipsas leges Christianorum Imperatorum: nam, vt patet ex L. 1. & 2. de paganis, iusserunt quidem Constantinus, & Theodosius, Imperatores, claudi templa ad sacrificandum Idolis: & hic sacrificia omnia interdixit, non tamen dedit facultatem cuique, vt illa destrueret, vel incenderet, imò L. Sicut paulo ante cit. eodem titulo, expressè subiecit, neminem sibi debere aliqua auctoritate blandiri, vt huiusmodi templa conetur destruere: & L. Christianis, neminem debere abuti auctoritate religionis, vt infidelibus quiete degentibus, & nihil tentantibus turbulentum, & contraria legibus, audeat manus inferre. Quare, etiam si admittamus id, quod habet Sanctus Augustinus epist. 50. ad Romificum, ante medium, pag. mibi 64. col. 2. quod si quis accepta legitima facultate Idola frangat, & occidat à cultoribus Idolorum, possit habere, vt ipse loquitur, qualencunque vnam nominis Martyrum: non est tamen admitendum, quod hæc facultas frangendi Idola habeatur pro omnibus, & pro singulis, quasi de iure per ipsas communes leges Imperatorum, cum hæc leges reuera nullæ sint, vel per aliquod commune præceptum ipsius Christi, vel Ecclesiæ, quod similiter nullum est; sed solum potest id locum habere, quando quis huiusmodi facultatem frangendi Idola, specialiter habet à Deo per specialem instinctum, atque impulsu, vel ab homine potente illam concedere, hoc est, à Principe potente, ac debente, vt supra diximus, non tollerare, & non permittere Idola, eorumque cultum infidelibus sibi subditis. Et extra hos casus legitimæ facultatis acceptæ ab homine per speciale mandatum, vel acceptæ à Deo per specialem instinctum, atque impulsu, seruandum est omnino decretum allatoru

13. Sed solum qui id facit ex legitima facultate per mandatum Principis, vel per Dei instinctum.

ex Concilio Elibertino, vt non recipiatur in numerum Martyrum, qui temere frangit Idola, & propter huiusmodi fractionem à paganis occiditur: nam, vt notat Baron. tom. 2. Annalium, ad annum Christi 303. v. 138. & habetur in notis ad d. Concil. Elibertinum, can. 60. cit. tom. 1. Concilior. pag. mibi 248. col. 2. tempore Diocletiani, Christiani plurimi passim proficiebant ad frangenda Idola, & à Gentibus ea de causa in ipsos furentibus necabantur, idque potissimum faciebant exemplo Sanctæ Eulaliæ Virginis, & Martyris Emeritensis, quæ sub Maximiano Imperatore, cum esset annorum duodecim, in ipsa quæstione fidei sputa iecit in oculos Imperatoris, & simulacra, quæ ipsi offerebantur adoranda, & thura incendenda, pedibus conculcauit, vt habet Prudentius supra citatus hymno tertio in laudem Martyrum Cæsariangustanorum: & hac de causa plurima tormetia perpessa est, & Martyrium nobilissimum est consecuta. Et quia Hispanis Episcopis, qui dicto Concilio Elibertino interfuerunt, id minime placuit, vt quod instinctu, atque impulsu Spiritus Sancti fecisset Eulalia, importune, ac temere vsurparetur ab omnibus, sanctæ, & prudenter constituerunt canone illo 60. vt inter Martyres non haberetur, qui temere, & indebitè fregisset Idola: per quod tamen nulla ratione censendi sunt voluisse illos excludere à veritate, & à veneratione Martyrum, qui id fecissent, vt diximus, accepta legitima facultate, vel ab homine per speciale mandatum, vel à Deo per specialem instinctum, & de quibus hoc totum sufficienter constaret, vt certè constat de Sancta Eulalia, de Sancto Euphychio, & de aliis. Et quanuis non desint vni grauilissimi, qui de auctoritate Elibertini Concilij grauer dubitent, siquidem Bellarm. lib. 2. de Imaginibus Sanctorum, cap. 9. §. 4. de postmodum, tom. 2. col. mibi 807. asserit, illud fuisse nouendecim tantum Episcoporum, & prouinciale, & non confirmatum à Papa, & in pluribus videri errasse, cum etiam in mortis articulo videatur iis negare absolutionem, qui essent lapsi à fide, vel in aliis pluribus, grauer peccassent, qui fuit error Nouatianus; & præterea negarit, in Ecclesia debere esse picturas, ne depingatur in parietibus id, quod colitur, & adoratur: & Canus lib. 5. de locis theologicis, cap. 4. dictum canonem de picturis in Ecclesia non habendis, dicit esse erroneum; & Baron. tom. 1. ad annum Christi 57. n. 119. & sequentibus, pag. 487. dicit, illud Concilium in multis esse irritum: & attigisse quasi fines Nouatianorum: & in pluribus aliis liberius, & acrius de illo loquitur. Et contra Innocentius in epistola ad Exuperium, cap. 2. exultat, (tacito tamen nomine dicti Concilij,) quæ ab ipso definiuntur circa negandam in articulo mortis reconciliationem lapsis: & idem Baron. tom. 2. ad annum Christi 305. n. 42. valde mitigat, quæ prius scripserat; & absolute negat, ea esse accusanda, quæ à Sancto Innocentio excusantur: & Vasq. disp. 105. cit. cap. 2. pag. 740. pluribus defendit auctoritatem eiusdem Concilij. Quicquid tamen de hoc sit, certum est, quod decretum, de quo loquimur ex canone 60. in nullo est damnandum, quod ij non sint habendi in numero Martyrum, qui importune, ac temere Idola frangerint; & idè à Gentilibus sint occisi, cum reuera illorum mors non sit ex odio fidei; sed ex odio commissi criminis in frangendis Idolis, vt iam diximus, illudque ex parte ipsorum verè fuerit crimen, vt pote factum ex vsurpata iurisdictione, ac potestate frangendi Idola non subditorum: & idè temere, & importune: quod tamen non esset, si id fecissent ex legitima facultate, vt loquitur Sanctus Augustinus epist. 50. cit. siquidem exercitium, &

14. Concilium Elibertinum apud aliquos est dubia auctoritatis.

executio huiusmodi facultatis verè fuisset ex parte ipsorum ex amore fidei, eorumque occisio ex parte infidelium verè fuisset ex odio fidei, quanuis palliato per odium criminis, non quidem veri; sed apprehensi ab ipsis: quod tamen non obstat veritati martyrij, vt patet ex illo Christi Ioan. 16. Venite hora; vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo: & hæc facient vobis; quia non nouerunt Patrem, neque me. Et ex illo Psalmi 43. Abstinaui sumus, sicut oves occisionis, in quantum, scilicet, qui nos occidit, putat se victimam mactare Deo; & per conscientiam erroneam, non tamen inuincibilem, & inculpabilem, putat se id facere, non ex odio erga nos, vel erga fidei veritatem; sed ex affectu diuini cultus.

DISPUTATIO XXVI.

An, & quomodo infideles non subditi temporaliter Principibus fidelibus, possint habere prælationem, aut dominium supra fideles.

- 1. Quid asserat Sanctus Thomas.
2. Infideles non sunt permittendi accipere de nouo prælationem, aut dominium supra fideles.
3. Iudæis, & paganis de iure interdicitur omnes publici honores, & publica officia.
4. Si infideles de nouo acquirant prælationem supra fideles independentem à consensu fidelium, non sunt per se, & directe impediendi.
5. Possunt tamen licite impediri indirectè.
6. Si infideles habeant ab antiquo prælationem, & dominium super fideles, sunt tolerandi.
7. Nec possunt directe priuari sua prælatione, & dominio.
8. Possunt tamen priuari indirectè.
9. Quomodo ex Sancto Thoma possit Ecclesia per sententiam, vel per ordinationem priuare infideles non subditos prælatione, & dominio super fideles.
10. Non possunt infideles priuari dominio super fideles, si illos sinant quocumque viuere secundum fidem.
11. Etiam quando Ecclesia licite potest fideles eximere ab infidelibus, de facto illos sepe non eximit, ne sequantur maiora scandala.
12. Possunt tamen ipsi fideles in tali casu licite sibi consulere per fugam, vel alio quouis modo.
13. Potestas indirectè priuandi infideles prælatione, & dominio super fideles, penes quem resideat.
14. Fideles, per se loquendo, non possunt esse famuli infidelium.

Quæ hæcenus diximus de cogendis, aut non cogendis infidelibus ad fidem audiendam, vel recipiendam, & de tolerandis, aut non tolerandis eorum ritibus, solum pertinent ad ipsos infideles, consideratos, quasi absolute, & secundum se, non autem pro vt reletos ad ipsos fideles: idè vt hoc etiam modo de illis agamus, cum Sancto Thoma 2. 2. quæst. 10. artic. 9. & 10. duo explicabimus; id est, vtrum possint, aut non possint habere prælationem, aut dominium supra fideles; & vtrum fideles possint cum illis, communicare in aliis.

Et circa primum de prælatione, aut dominio, duo asserit Sanctus Thomas quæst. 10. cit. art. 10. id est, nulla ratione permitti debere prælationem, aut dominium infidelium supra fideles, quando talis prælatio

1. Qui asserat S. Thoma.

praelatio est de nouo instituenda supra illos, qui iam sunt, & existunt fideles, & quando fides in illis iam praeexistit: & contra; per se loquendo, omni ratione debere ferri, ac tolerari huiusmodi praelationem, & dominium, quando praeexistit ante fidem; & qui modò fidem suscipiunt, verbi gratia, iam erant priùs sub potestate, aut dominio Principis, aut domini infidelis.

2. Infideles non sunt permittendi accipere de nouo praelationem, aut dominium supra fideles. Et primùm de praelatione non instituenda de nouo, ex eo probat, quia id omninò cederet in scandalum; & in periculum fidei, & peruersionis fidelium, cum subditi facile soleant immutari ab illis, quibus subsunt, vt sequantur illorum imperia, nisi ipsi subditi sint magnae virtutis, & strenuè illis resistant. Et praeterea, quia id cederet notabilitè in contemptum fidei, si Principes, & Praelati infideles cognoscerent, & iudicarent criminà; & defectus fidelium, vt bene aduertit etiam Sanctus Paulus 1. ad Cor. 6. dum reprehendit Corinthios, quòd habentes negotium aduersus alterum, auerent iudicari apud iniquos, & non apud sanctos; hoc est, vt ipse se explicat paulò post, quòd frater cum fratre in iudicio contenderet apud infideles.

3. Iudaei, & pagani de iure interdiciuntur omnibus publicis honoribus, & publicis officia. Atque has ob causas negat Sanctus Thomas, vllò modo permitti in Ecclesia, vt infideles acquirant dominium, aut praelationem super fideles, vel vt qualitercunquè illis praeficiantur in aliquo officio: nam contra, 1. final. C. de Iudaeis, quae etiam fufius refertur in Concilio Meldensi cap. 73. tom. 2. Concil. part. 1. pag. 614. omnes administrationes, & dignitates in perpetuum interdiciuntur Iudaeis; & prohibentur fungi officio etiam defensoris ciuitatis, & quencunquè patriae honorem accipere, vel quancunquè auctoritatem, aut potestatem indicandi, aut pronunciandi aduersus Christianos, ne sic quasi insultent, vt ibi dicitur, fidei nostrae. Et ex Glossa ibidem per hanc legem Codicis intelligi debet correctà Lex alia, Generaliter. §. Et is, qui. ff. de Decur. vbi statuitur, vt Iudaei permittantur adipisci honores: vñ enim notat Azor. part. 1. lib. 3. cap. 22. quæst. 10. Lex, Generaliter, fuit facta per Lucium Verum, & Antoninum, Imperatores Gentiles: Lex verò Codicis per Theodosium, & Valentinum, Imperatores Catholicos; & idèd per hanc meritò potuit illa corrigi. Et Innocentius III. in Concilio Lateranensi cap. 69. quod & refertur cap. Cùm sit nimis. extr. de Iudaeis, innouat decretum Concilij Toletani III. cap. 14. quod refertur cap. Nulla. dist. 54. vt Iudaeis officia publica non iniungantur, per quae eis tribuatur occasio pœnam aliquam inferendi Christianis: quia est nimis absurdum, vt, qui est blasphemus Christi, vim potestatis exercent in Christianos: & addit, puniri eum debere in Concilio prouinciali, qui tale aliquod officium Iudaeo commiserit; & Iudaeum officialem tandiu esse priuandum communionem Christianorum, in commerciis; & in aliis, donec conuertat in vsus pauperum Christianorum, secundum prouidentiam diocesani Episcopi, quicquid fuerit à Christianis adeptus occasione officij sic suscepti; & donec officium cum pudore dimittat, quod irriterenter assumptit: & hoc totum etiam extendit ad paganos. Et cap. Ex speciali. cod. tit. Greg. IX. ex eodem Concilio Lateranensi specialiter praecipit Regi Portugalliae, ne in officiis publicis Iudaeos Christianis praeficiat; & si fortè iura regalia, vel suos redditus Iudaeis, vel paganis venderit, praecipit, vt Christianum aliquem deputet ad eos colligendos, qui de grauaminibus inferendis Clericis, vel Ecclesiis, non sit suspensus; & per quem Iudaei, & Saraceni sine Christianorum iniuria dicta iura regalia consequantur. Et cap. Confirmis. 17. quæst. 4. ex

Concil. Tolet. IV. cap. 61. Iudaei, & qui sunt ex Iudaeis, id est, de ipsorum familia, vel qui ex illis sunt recens conuersi ad fidem, vt exponit ibi Glossa, non modò prohibentur exercere officia publica, ne sub tali occasione Christianis iniuriam faciant; sed etiam, tanquam sacrilegi, dicuntur esse excommunicandi Christiani Iudices, qui permiserint, huiusmodi officia ab ipsis exerceri: & ipsi Iudaei, qui exercuerint, dicuntur publicis eadibus esse deputandi. Et in Concilio Matifconensi I. cap. 8. dicitur Iudaei non solum non esse Iudices deputandi Christianis populis; sed etiam non esse permittendi, vt sint telonarij: ne sic Christiani videantur illis esse subiecti. Et denique ex Concilio Meldensi cap. 73. supra cit. tom. 2. Concilior. part. 1. pag. 614. per legem Theodosij, & Valentianij, Imperatorum, negatur Iudaeis etiam licentia causas agendi, aut militandi; & per aliam legem eorundem, quae in C. tit. de Iudaeis, est postrema, sed fufius refertur in Concilio Meldensi. cit. nec etiam debet praefesse custodiae carcerum, ne Christiani, vt fieri solet aliquando, obtrudantur in carcerem, custodum odiis alterum carcerem patiantur.

4. Et quoniam Sanctus Thomas expressè loquitur de praelationibus, & dominiis infidelium supra fideles, non permittendis de nouo institui; non autem loquitur simpliciter de illis non tolerandis. & non habendis de nouo; rectè notat Suar. in defensione fidei catholicae ad Regem Angliae, lib. 3. cap. 4. n. 6. quòd solum loquitur in eo casu, in quo noua praelatio infidelium supra fideles, & noua subiectio fidelium ad infideles potest pendere ex voluntate, & consensu ipsorum fidelium, siue illi sint Principes ipsi fideles, qui possint consentire, & non consentire in dictam praelationem, & subiectionem pro aliis fidelibus, siue sint ipsi subditi fideles, qui possint consentire, & non consentire in subiectionem pro se ipsis. Vnde, si noua praelatio infidelium, & noua subiectio fidelium non pendat à voluntate, & consensu ipsorum fidelium, non intrat conclusio, & doctrina Sancti Thomae, vt, verbi gratia, si Rex infidelis iusto bello occupet regnum, aut ciuitatem fidelium, vel iure legitimae successione per fidei commissum, vel per testamentum, aut alio modo illos obtineat: tunc enim admittenda omninò est, & toleranda noua subiectio fidelium ad infideles, & noua praelatio infidelium supra fideles, vt subdit Suar. n. 7. cum ita sit de iure Gentium, & hoc non tollatur per Baptismum, & per fidem Christianam.

5. Et si de facto Christianus aliquis Princeps praelationem aliquam, aut praefecturam committeret alicui Iudaeo, aut infideli supra fideles, peccaret quidem huiusmodi Princeps contra Decreta, & Sanctiones Ecclesiae iam allatas; sed fideles omninò deberent parere illi infideli in iis, quae spectarent ad ipsius officium, & donec in illo officio remaneret, vt notat Dur. in 2. dist. 44. quæst. 3. art. 2. in fine, & solum possent procurare, vt ab officio remoueretur, sicut praecipunt Decreta iam dicta.

6. Et si ex subiectione quancunquè ad Principem infidelem, timerentur pericula, & scandala grauiora fidelibus, eaque non possent aliter tolli, licet possent ipsi fideles non acceptare talem subiectionem ad nouos Principes infideles, vel ab illa se se eripere, atque eximere; & licet possent à Christianis Principibus iuari, etiam armis, vel per modum inculpatae tutelae, & defensionis, si noui Principes infideles iam intulissent iniuriam ipsi fidei, & fidelibus; vel per modum praeuentionis, si pericula, & damna iam imminerent de proximo, & essent prudenter praeuenienda per publicam potestatem spiritualem.

4. Si infideles de nouo acquirant praelationem supra fideles independentè à consensu fidelium, non sunt per se, & directè impedendi.

5. Possunt tamen licetè impediri indirectè.

& ecclesiasticam, cui specialiter est commissà cura animarum, nam, qua ratione huiusmodi defensionis, & praerentio est licita, etiam contra dominos, & Principes antiquissimos, si de nouo malè se gerant cum suis subditis, iisque praebant scandala, & creent pericula in praedictum animarum: & qua ratione in Ecclesia non deest potestas indirectè tollendi huiusmodi scandala, & pericula, vt infra dicemus ex eodem Sancto Thoma quæst. 10. art. 10. cit. eadem ratione est etiam licita contra dominos, & Principes nouos; & absolute contra quoscunquè non deest in Ecclesia potestas indirectè defendendi fideles, & consulendi eorù securitati, & saluti, vt infra cõstabit.

6. Illud verò alterum, quòd dominij, & praelatio infidelium supra fideles omninò sit tolerandum, & ferendum, si praexistat ante fidem; & qui de nouo fidem suscipiunt, si priùs sint sub tali dominio, & praelatione infidelium, ex eo probat S. Thom. eodem art. 10. q. 10. quia ius humanum, quod est ex naturali ratione, & ex quo sunt introducta dominia, & praelationes, non tollitur, sed persequitur per ips diuinum, quod est ex gratia, & ex quo est fides, & character Baptismi, & distinctio fidelis ab infideli: & idèd, siue Baptismus, & fides superueniat dominio, & praelationi in ipso Principe, qui de nouo conuertitur, siue superueniat subiectioni in ipsis subditis, nihil ex illis tollit, aut destruit; sed totum relinquit, sicut inuenit, & neque Principem priuat dominio, neque subditos eximit à subiectione, nam, si eximeret, faceret, sine dubio iure ipso diuino, & Dei ipsius auctoritate, cum certum sit, quòd non faciat iure humano, aut naturali, & ex propria auctoritate cuiusque, ex qua fides diuina, & supernaturalis nullo modo perdesse potest; ius autem diuinum, prout colligitur ex Scripturis, & ex antiquissima traditione, & vsu Ecclesiae, non modò nõ exprimit, sed è cõtra manifestè confirmat, & praecipit subiectionem ad Principes, etiam infideles: & vt habet Sanctus Augustinus in Psal. 124. Christus non fecit de seruis liberos, sed de malis seruis bonos seruos. Vnde & dicitur ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi à Deo: qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. 1. Cor. 7. Seruus vocatus es? Non sit tibi cura: qui enim in Domino vocatus est seruus, liberus est Domini: id est, non sis anxie de tua seruitute sollicitus, quasi ea sit conditio Christianitati repugnans, sed eo gaude, quòd etiam manens in seruitute, libertus Domini sis, & à miserissima seruitute peccati manumissus per Christum, & assertus in veram libertatem filiorum Dei. Et ad Ephes. 6. Serui, obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore, sicut Christo. & 1. ad Tim. 6. Quicumque sum sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Dei, & doctrina blasphemetur. Ne, scilicet, putent, per Christianismum se esse liberos, & infidelibus dominis occasione praebant malè sentiendi, & malè loquendi de Christo, eiusque doctrinae, quae seruos antea obsequentes, & morigeros Dominis, faciat cõtra eos rebelles, & seditiosos. Et ad Titum 3. Admone illos, Principibus, & Potestatibus subditos esse, dicto obedire. Et 1. Petri 2. Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, siue Regi, quasi praecellenti, siue Ducibus, tanquam ab eo missis, & c. Et ex Scriptura veteri idem habetur. Prou. 8. Per me Reges regnant. Et Sapientiae 6. Audite, Reges: quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo. Et Danielis cap. 2. ad Nabuchodonosor, Regem Babylonis, & infidelem, dicitur: Tu Rex Regum es, & Deus celi: regnum, & contumeliam, & imperiũ, & gloriam dedi tibi, & c. Et hoc habet antiquissima traditio, & vsus Ecclesiae, vt videtur et ex Sanctis Patribus, quos citat Suar. in de-

7. Non possunt directè priuari sua praelatione, & dominij. 8. Possunt tamen priuari indirectè.

7. Non possunt directè priuari sua praelatione, & dominij. 8. Possunt tamen priuari indirectè.

7. Non possunt directè priuari sua praelatione, & dominij. 8. Possunt tamen priuari indirectè.

8. Possunt tamen priuari indirectè.

7. Non possunt directè priuari sua praelatione, & dominij.

8. Possunt tamen priuari indirectè.

iuria Creatoris, & sit alteri, qui est factus fidelis, occasio, vel causa male viuendi, vt patet ex Sancto Paulo 1. Cor. 7. eadem ratione etiã potestas, vel dominium ciuile, quod potest habere Princeps infidelis supra subditos, ita non tollitur per se, & directè ex cõuersione, & Baptismo subditorum; vt tamen licitè possit, ac debeat tolli ex accidente, & indirectè, si talis Princeps sit illis causa, vel occasio male viuendi, vt bene argumentatur Dur. in 2. dist. 44. q. 3. art. 2. Val. 2. 2. dist. 1. q. 10. punct. 8. Suar. sect. 5. cit. n. 6. & in defens. lib. 3. c. 4. n. 9. & alij communiter. Et in vtroque casu bene valet ratio S. Pauli, quod seruicium non sit subiectus frater, aut soror in huiusmodi. Siquidem tam subiectio naturalis per cõtractum matrimonij, quam subiectio ciuilis per potestatem ciuilem, nõ intelligitur valere, aut locũ habere, quãdo vergit in iniuriã Creatoris, & in præiudiciũ, aut periculũ anime.

9. Quomodo ex Sancto Thoma possit Ecclesia per suã ordinatiõem, priuare infideles nõ subditos prælatione, & dominio super fideles.

Et solum de hac potestate indirecta videtur intelligendum id, quod indefinite asserit S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 10. Calet. ibid. Bannes dub. 5. concl. 4. S. Anton. p. 2. tit. 12. c. 3. §. 1. & alij, quod ius dominij, & prælationis, quam habent Principes infideles per se lupremi, & non subditi temporaliter aliis Principibus fidelibus, possit iuste tolli supra fideles per sententiam, vel ordinatiõem, aut legem Ecclesiæ, auctoritatem Dei habentis: quia infideles merito suæ infidelitatis merentur amittere potestatem super fideles, qui transferuntur in filios Dei, & vindicantur in libertatem filiorum Dei; nec decet, vt infideles potestatem exercent super fideles, ne contingat fidem contemni, si cognoscatur defectus fidelium, & ne aliter generentur scandala, & pericula fidei; quas ob causas etiam S. Paul. 1. Cor. 6. reprehendit Corinthios, quod iudicijs inter se contenderent coram Iudicibus infidelibus, idque prohibet, ne amplius faciãt: quod tamen non esset, nisi Ecclesia ex potestate sibi facta à Christo, posset tollere prælationem, & dominium infidelium supra fideles: siquidem alioqui, manente huiusmodi prælatione, & dominio, non potuissent Corinthij non recurrere ad illorũ iudicia, & ab illis nõ petere ius, & iusticiam, tanquam à veris, & legitimis Dominis, & Iudicibus. Hoc, inquam, totum nõ videtur intelligendum, nisi de potestate indirecta: vt notat Suar. in defens. lib. 3. c. 4. n. 7. in fine: siquidem solum nititur in iuribus fidei, & in cura fidelium, quæ sunt commissã Ecclesiæ, id est, ne contingat, fidem contemni ab infidelibus, & scandala, & pericula generari fidelibus. Et cum ad hæc procuranda verè sit in Ecclesia potestas directã, hæc tamen ipsa potestas nõ nisi indirectè dicitur esse ad priuandos infideles dominio, & prælatione super fideles, cum ad hoc sit solum secundariũ, & per accidens, id est, ratione ipsorum fidelium, ad quorum tantummodo securitatẽ, & regimen spirituale est primariũ, & per se, vt notat Val. 2. 2. dist. 1. q. 10. punct. 8. Nec S. Paulus reprehendit Corinthios, quod in casibus iurisdictionis necessariæ recurrerent ad Iudices infideles, sub quibus erant, siquidem huiusmodi subiectionem ipsemet sepius alibi præcipit, & commendat, vt patet ex dictis: sed solum reprehendit, quod recurrerent etiã in casibus iurisdictionis voluntariæ, cõsequenter eligerent arbitros, & amicabiles arbitratores, cum possent, ac deberent in huiusmodi casibus potius eligere aliquos ex fidelibus, vt notat S. Thom. lect. 1. in eum locum. & Dur. in 2. dist. 4. q. 3. art. 2. ad 2. & Suar. disput. 13. de fide, sect. 5. num. 13.

Et eadem ratione ad solam potestatem indirectam est reducendum, si admittamus, quod videretur asserere idem S. Thom. art. 10. cit. & probabile putat Val. q. 10. punct. 8. cit. non solum posse Ecclesiam priuare infideles prælatione, & dominio super fideles, quan-

do ipsis fidelibus imminet periculum ruinae spirituales, vel ipsi fidei imminet periculum contemptus; sed etiam id posse citra omne periculũ, ad solam defensionẽ, & cõseruationẽ dignitatis fidelium, qui transferuntur in filios Dei, & consequenter in libertatem filiorum Dei, nec debet premi iugo seruitutis sub infidelibus iuxta illud Christi Domini Mat. 17. cum ageret de soluendis, aut non soluendis tributis: Ergo liberi sunt filij. Similiter enim etiã potestas, quæ est in Ecclesia directè ad defensionem dignitatis, & libertatis fidelium; non est nisi indirectè ad ablationem prælationis, & dominij infidelium: sicut & in physicis potestã, quæ est per se, & primariõ generatiua vnus, est solũ per accidẽs, & secundariõ corruptiua alterius.

Verũ non est, quod assertiõẽ S. Thomæ de potestate Ecclesiæ ad tollendas prælationes, & dominia infidelium supra fideles, accipiamus cũ tanta præcisione, & tam dicamus id posse Ecclesiam ad solã defensionem dignitatis fidelium, etiam quando infideles sunt illos quietè viuere, & neque fidei, & neque ipsi vllam iniuriam, aut periculum faciunt; quãnam id potest, quando imminet, & vrgent pericula, & iniuriæ: sed satis est, si has omnes causas accipiamus, vt simul mixtas, & confusas ad iniuriam, sicut cõmuniter, & moraliter accidunt; & dicamus, hoc solum velle S. Thomam, quod possit Ecclesia priuare infideles prælatione, & dominio supra fideles: quia hi, cũ sint translati in Filios Dei, & in hoc statu filiationis perpetuõ debeant permanere; moraliter tamen id non possunt, si maneant sub infidelibus, à quibus cõmuniter pericula imminet frequentissima, & grauissima. Et quemadmodum propter pericula, quæ cõmunitèr accidunt vni coniugi conuerso ad fidem, si maneat, & conuiuat cum altero coniuge infideli, rectè potuit statuere Ecclesia, vt absolute non maneat, neque conuiuat, vt dicitur in materia de matr. & patet ex Conc. Tolet. IV. c. 62. quod & refertur cap. 1. de 1. 28. q. 1. ita & propter pericula, quæ cõmunitèr accidunt fidelibus subditis, si maneant sub dominis infidelibus, potest statuere, vt nõ maneant: quod est indirectè tollere eorum dominium, & prælationem; & potest sufficere etiam sine alio ad saluãdam indefinitam assertiõnem S. Thomæ de potestate Ecclesiæ. Et quemadmodũ scandala, & pericula, quæ probabiliter timentur fidelibus, si de nouo incipiant esse sub dominis infidelibus, accipiuntur ab Ecclesia, vt moraliter certat; & ex suppositione, quod certò sint euentura, absolute statuit, vt quantum fieri potest, non permittantur huiusmodi dominia, & prælationes de nouo, vt supra diximus n. 2. & disertè asserit S. Thom. hoc eod. art. 10. ita & potest eadem scandala, & pericula accipere, vt certa, & euentura moraliter ex dominis, & prælationibus etiam antiquis, & absolute statuere, vt quantum fieri potest, etiã ille tollantur.

Et quod alioqui nõ sit potestas etiam indirecta in Ecclesia ad priuandos Principes infideles prælatione, & dominio super fideles, ex sola dignitate ipsorũ fidelium, qui sunt translati in filios Dei, & posito, quod fidelibus, aut fidei nihil periculi imminet ab huiusmodi infidelibus; sed sint cõtenti sua potestate legitima, & ciuili, cõsequenter quietè viuere in fide, neque contumeliam, aut iniuriam faciãt fidei, aut Deo; rectè probat Dur. in 2. dist. 44. q. 3. art. 2. quia hæc potestas, vel esset propter peccatum, & demeritum ipsorum Principum infidelium, qui remanent in sua infidelitate: vel propter virtutem, & meritum ipsorum subditorum, qui conuertuntur ad fidem, & transferuntur in filios Dei. Non primũ, quia Principes nihil peccati committit de nouo, per hoc, quod subditi conuertantur ad fidem; & fieri potest, vt sint infideles, solum negatiue, aut priuatiue, & ignorantur

10. Non possunt infideles priuare dominium super filios, si illos siner quietè viuere secundum fidem.

11. Etiam quãdo Ecclesia licitè potest fideles eximere ab infidelibus, ad factũ illos sapere nõ eximit, nõ sequantur maiora scanda-

res fidei inuincibiliter, & omninõ sine culpa; & idẽ nõ merentur priuari dominio in suos subditos propter præcisã infidelitatem, sicut neque merentur priuari suis alijs bonis: & si in Ecclesia esset potestas eos puniendi propter præcisã infidelitatẽ, & absque eo, quod quicquam iniuriæ, aut molestiæ fidelibus facerent; ea potestas, verè, & propriè esset directã, & puniendo per se, & directè infidelitatẽ, per se, & directè cogeret illos ad fidem: quod tamẽ dici nõ potest, vt supra probauimus disp. 24. Neque secundũ: quia conuersio ad fidem, ex parte subditorum liberat quidem illos à seruitute Diaboli, & priuati, quæ est propria libertas filiorum Dei; non autẽ liberat à seruitute, & subiectione ciuili ad Principem etiã infidelẽ, cum hæc seruitus, & subiectio nullã oppositiõnem habeat ad fidẽ, neque vllam præiudiciũ ipsi faciat. Vnde & in sacris Scripturis non modò nõ tollitur, sed præcipitur, & confirmatur, vt supra diximus n. 6. & alioqui nomen Domini, & Christi doctrina multũ blasphemaretur, si serui, & subditi per conuersionem ad fidem fierent liberi; & cum antea suis dominis essent morigeri, & obsequentes, fierent postea seditiosi, & rebelles, & in potestate esset cuiusque per huiusmodi conuersionem se ipsos furari, & subripere a suis legitimis dominis, vt diximus ex Sancto Paulo 1. ad Timoth. 6.

Neque hæc potestas eximendi fideles à subiectione infidelium, quando nõ vrgent pericula, probatur ex illo Christi Mat. 17. Ergo liberi sunt filij. Solum enim id intelligitur de ipso Christo, & ad summum etiam de Apostolis, & Discipulis, qui erãt de familia Christi. Neque id potest locum vllum dubitationis habere, vt notat eo loco Maldonat. cum argumentatiõ Christi solum procedat à minori ad maius; & ex eo, quod Reges terræ nõ exigant tributa à filiis, & idẽ filij Regũ sint immunes, ac liberi à tributis, rectè inferat, quod tributum potiori ratione non esset exigẽdũ ab ipso, qui erat Filius lupremi Regis, & Christus Filius Dei viui, vt affirmauerat idem S. Petrus cap. 16. præc. & ex eo, quod Reges tributa exigãt solũ ab alienis, rectè inferat, quod etiam Apostoli deberet esse immunes; siquidem erant familiares, & domestici ipsius Christi, & Regis filij; non autem alieni.

Et eadem ratione huiusmodi facultas eximendi à subiectione ciuili, respectu Principum infidelium, nõ probatur ex eo, quia lex euãgelica sit lex perfecta libertatis, vt eam appellat S. Iacobus c. 1. sua Epist. id enim solum est, quia liberat à seruitute peccati, quæ est pessima seruitus, & à seruitute veteris legis, quæ erat grauissima, vt notat Dur. in 2. dist. 44. q. 3. art. 2. ad 1. non autẽ quia liberet à seruitute, vel subiectione ciuili; aut quia tribuat facultatẽ ab illa eximendi propter solam, ac præcisã libertatẽ Christiana legis; & præcise dẽdũ à scandalis, & iniurijs, quas domini infideles de facto inferãt fidelibus subditis; vel quæ probabiliter, & de proximo ab illis imminẽt, & timeantur saluti, & fidei eorundẽ fidelium; neque aliter possint tolli, aut impediri, vt supra diximus n. 5.

Et in his etiam casibus, in quibus scandala, & pericula certò imminet fidelibus, in quibus Ecclesia potest illos indirectè eximere à seruitute, & subiectione infidelium, rectè notat S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 10. cit. & ex illo Suar. in defens. lib. 3. c. 4. n. 9. & alij communiter, quod Ecclesia non semper vitur hac sua potestate; & quod prudenter id facit, ne alioqui sequatur maiora scandala, sicut & Christus Mat. 17. prudenter soluit tributum pro se, & pro Petro; neque est vtilis sua immunitate, ne scandalizarentur exactores tributorũ. Et S. Paulus 1. ad Timoth. 6. absolute, & sine vlla distinctione hortatur, vt serui, qui sunt sub iugo, dominos suos omni honore dignos ar-

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

bitrentur, ne alioqui nomen Domini, eiusque doctrina blasphemetur: quod sine dubio esset maius incommodum, & maius damnum pro bono fidei.

Et quia huiusmodi scandala, & maiora incõmoda contra bonum fidei, non eodem modo possunt timeri, si ipsi fideles per se singuli sibi consulant, & se subtrahant à subiectione infidelium per fugam, si vere, & despoticè sint serui, vel per mutatiõem domicilij, si sint subditi solum ciuilitèr, atque si eximãtur, & subtrahãtur simul omnes auctoritate Ecclesiæ; hinc est, vt libere, & licitè possint singuli fugere & domicilium mutare, vel alio modo cõsulere securitati animæ suæ, etiam si Ecclesia auctoritate publica illos nõ eximat, vt notat Suar. in defens. lib. 3. c. 4. n. 9. cit. & disp. 18. de fide, sect. 5. n. 7. & 11. & Filiuc. tract. 22. c. 4. n. 123. cum certum sit, quod magis tenentur cõsulere animæ suæ, quã iuri alterius, sub quo sunt; & tunc præsertim quando ab illo iniuste vexantur, & vim, & iniuriam patiuntur, neque aliter possunt se se ab illa defendere: vt contingit, quando non fiunt Christianè viuere, & à dominis, aut Principibus infidelibus inducuntur ad impietatem.

Quod si querat, penes quem resideat huiusmodi potestas indirectè eximendi fideles à subiectione infidelium. Respondet Suar. disp. 18. de fide, sect. 5. n. 9. eam nõ residere in vnoquoque priuato, nisi forte ad defensionem tantũmodo sui ipsius per fugã, vel alio simili modo, vt iam diximus; sed esse potestatem publicam, & quoad tollẽda pericula animarũ per se, & principaliter residere in Summo Pontifice, cui specialiter est commissa cura animarũ, & tota potestas spiritualis: dependenter verò ab ipso, & per ipsius commissionem potest etiam residere in Principibus laicis, si Papa velit iis vti, tanquam instrumentis à se motis, & applicatis ad hunc effectum, & per viam inculpatã defensionis innocentium, qui patiuntur continuõ vim, & iniuriã ab infidelibus, possit etiam principaliter residere in laicis, cum inculpatã defensio ab iniustis aggressoribus non sit necessariã à potestate spirituali; sed possit esse à quacunquẽ, & ex naturali charitate licitè possit vnusquisque defendere non solum se ipsum, sed etiam alios.

Atque ex his, quæ diximus de tollenda, aut non tollenda prælatione, & dominio infidelium supra fideles, faciliẽ potest intelligi, quid sit dicendum de famulatu fidelium ad infideles, & de potestate quasi domestica, vel œconomica ipsorũ infidelium super fideles, vt eã appellat Suar. disp. 18. de fide, sect. 5. n. 10. quia enim etiam ex hac possunt fidelibus imminere pericula, & possunt cogi ad multa præstanda contra fidem, & ex longa familiaritate, & cõuictu cum infidelibus, faciliẽ potest cõtingere, vt infideles cognoscant eorum vitia, & defectus, & fidem contempnant, per se loquendo, etiã famulatus nõ est permittendus, vt notat S. Anton. p. 2. tit. 12. c. 3. init. & Suar. sect. 5. cit. n. 11. Et patet ex rationibus S. Thom. supr. allatis n. 2. pro nõ admittenda de nouo prælatione, aut dominio infidelium supra fideles, quæ sine dubio etiã valent pro nõ admittẽda hac potestate domestica, vel œconomica. Et in specie, quod Christiani non se exponant assiduo seruitio Iudeorũ pro quacunquẽ mercede, grauius prohibetur c. Ad hac. de Iudæis. Et ratio subditur: Quoniam Iudeorum mores, & nostri in nullo concordant: & ipsi de facili ob continuã conuersationem, & assiduã familiaritatẽ, ad suã superstitionem, & perfidiã, simplicium animos inclinarent. Et c. Et si Iudeos eod. prohibetur, ne habeant Christianos sibi seruitentes: & Christianis prohibetur etiam sub pena excõmunicationis, ne illis seruiant. Et de iure nouo idem habetur ex Innocentio IV. Constit. Impia Iudeorum, & ex Paulo IV. Constit. Cum nimis.

12. Possunt tamẽ ipsi fideles in tali casu licite sibi cõsulere per fugã, vel alio quouẽ modo.

13. Potestas indirectè priuandi infideles prælatione, & dominio super fideles, penes quẽ residet.

14. Fideles, per se loquendo, non possunt esse famuli infidelium.

vbi etiam prohibetur, ne Iudæi à Christianis pauperibus patiantur se vocari dominos. Sed, quoniam hæc incommoda cõmuniter non timentur ex aliis obsequiis, quæ fideles possunt præstare infidelibus absque cohabitatione, & longa familiaritate, aut conuictu cum ipsis, vt, verbi gratia, si colant eorum agros, si ædificent illis domos, aut alia huiusmodi artificia faciant; hinc est, vt huiusmodi obsequia non sint censenda illicita, vt subdit Suar. *sect. 5. cit. n. 14.* Et patet ex c. *Multorum, extr. de Iudæis*, & ex Panorm. Felin. Holt. & Canonistis communiter in eum locum: & docet expressè S. Thom. 2. 2. *quest. 10. art. 10. ad 3.*

Et quamuis Azor. *par. 1. lib. 3. c. 22. q. 7.* ex aliquorum sententia neget, licere homini Christiano, vt famulatum, & obsequiũ præstet Iudæo, siue in domo, siue extra domum, & siue frequenter, siue raro: quia Ecclesia absolute vetat, ne contrahatur familiaritas cum Iudæis, & ne Iudæi videantur superiores Christianis, & filij libertæ famulentur filiis ancillæ, cap. *Et si Iudæos, de Iudæis*; quod tamen esset, si præstarent eis obsequia; & exhiberent famularum, seruam extra domum, & raro: & addat *quest. 8.* neque etiam posse Christianos suas operas locare Iudæis quacunquẽ mercede, si ipsi Iudæi sint præsentēs præstationi huiusmodi operarũ; posse verò, si sint absentes. Contra tamen videtur facere: quia c. *Iudæi, 2. de Iudæis*, solum interdicatur Christianis, ne seruiant Iudæis in eorum domibus; & cap. *Ad hæc, extr. de Iudæis*, solum prohibetur, ne Christiani Iudæorum seruituti assidue se exponant pro quacunquẽ mercede: non autem prohibetur, ne inseruiant interpolatim, vt notat ibi Glossa *vers. Assidue*, & S. Thom. 2. 2. *q. 10. art. 10. ad 3.* expressè concedit, quod infideles possint accipere à fidelibus aliquod ministerium in aliquo officio: sicut & Salomon 3. *Reg. 6.* petiit à Rege Tyri, tunc infideli, magistros operum ad ligna cædenda: nec timuit ex tali communicatione cum infidelibus subuersionem fidelium. Et præterea facit communissimus vsus in Vrbe Roma, secundum quem vectores onerum, & alij huiusmodi homines cõducunt suas operas quotidie locant Iudæis, ealque præstāt ipsis præsentibus, & videntibus, & iuuantibus, in quantum possunt.

DISPUTATIO XXVII.

Quid sit dicendum de infidelibus temporaliter subditis Ecclesiæ, vel aliis Principibus fidelibus quoad habendam prælacionem, aut dominium supra fideles.

1. Explicatur sensus questionis.
2. Vtrum Iudæi sint verè proprie serui Christianorũ.
3. Infideles temporaliter subditi possunt primari etiam directè prælacione, & dominio super fideles.
4. Fideles de iure canonico, & civili non possunt esse serui infidelium.
5. Possunt tamen esse coloni, & serui adscriptitij, & originarij; & qui tandem illi sint.

1. Explicatur sensus questionis.

NON agimus hoc loco de iis infidelibus, qui tantum spiritualiter sunt subditi Ecclesiæ, quales sunt Hæretici baptizati, qui ratione veri Baptismi, & veri characteris per illum impressi sunt verè subditi potestati spirituali Ecclesiæ; & ex alia parte sunt temporaliter sui iuris, cum sint supremi Principes, neque alium agnoscant supra se; vel saltem non sunt temporaliter sub iure Ecclesiæ, vel Principum catholicorum: de his enim, quomodo habeant, vel non habeant prælacionem, aut dominium

supra fideles, commodius infra agemus, quando agemus de hæresi, & de pœnis Hæreticorum; sed solum agimus de illis infidelibus, qui sunt temporaliter subditi, vel ipsi Ecclesiæ, vel alicui alteri catholico Principi, vt sunt, verbi gratia, Iudæi, & Paganis, vel Gentilibus, si qui sunt inter Indos Hispanis subditi, vel etiam Turcæ, & Mahometani, qui sunt serui, & mancipia Christianorum.

Neque est, quod hoc loco, dum agimus de Iudæis, strictè definiamus, ac determinemus, vtrum sint verè serui, & mancipia Christianorum, & hi liberè possint disponere de illorum bonis; & quod illi acquirunt, verè per illos acquirant sibi, vt contingit in aliis seruis propriè dictis; an verò solum sint serui improprè, & largo modo, in quantum vbique sunt iuris alterius, & nullibi habent proprium regnum, & vbique sunt tributarij; & vbique agnoscunt aliũ dominum: nã primo modo, quod sint serui strictè, & propriè, videtur asserere Archidiac. in cap. *Qui syncrea*, *dist. 45. n. 1.* vbi ait, quod Iudæi sunt serui veri nominis, iuxta illud Gen. 9. *Ableditio Chanaan: seruum sit fratrum suorum.* & Host. in cap. *Consuluit, n. 1.* & in cap. *Et si Iudæos, n. 1. extr. de Iudæis*, vbi habet, quod Constantinus Imperator contulit libertatem Ecclesiis, & Iudæos seruituti subiecit in executione illius, quod de iure est operata mors Christi. Et clarè id videtur haberi, etiã in sacris Canonibus, c. *Dispar, 23. q. 8.* vbi dicitur, quod Iudæi vbique seruire parati sunt. Et clarè cap. *Et si Iudæos, cit. extr. de Iudæis*, vbi dicitur, quod Iudæos propria culpa submisit perpetuæ seruituti, ex quo textu clarissimè id asserit S. Thom. *opusc. 21. ad Ducif. Brabant. q. 1.* sub his verbis: *Vt Iura dicunt, Iudæi merito culpa sua, perpetuam seruituti sunt addicti; & sic eorum res terrarum Domini possent accipere, tanquam suas.* Et 2. 2. *q. 10. art. 10. in corp.* Cum Iudæi, inquit, sint serui Ecclesiæ, potest Ecclesiæ disponere de rebus eorũ. Et art. 12. ad 3. & 3. *p. q. 68. art. 10. ad 2. Iudæi, inquit, sunt serui Principum seruitute civili, que non excludit ordinem iuris naturalis, & diuini.* Et ex S. Thom. hoc idem habet S. Anton. *p. 2. tit. 12. c. 2. §. 4. Caiet. 2. 2. q. 10. art. 1. 2. §. Quoad 2. & 3. p. q. 68. art. 10. Dur. in 4. dist. 4. q. 6. art. 2. Marfil. in 4. q. 4. art. 4. dub. 2. Ang. Baptisimus, 3. n. 11. & alij.*

Contra verò, quod non sint serui strictè, & propriè; sed solum in quantum vbique sunt tributarij, & nullibi habent proprium regnum, nec sunt sui iuris, asserit Sot. in 4. *dist. 5. q. vnic. art. 10. versus fin. ad 2. argum.* Cord. lib. 1. *Qu. 9. § 4. in respons. ad 3. contra 1. conclusionem, §. 2. modo ego respondeo.* Suar. *disp. 18. de fid. sect. 6. n. 10. & de Sacram. tom. 3. disp. 25. sect. 5. in fine.* Coninch de *Sacram. Baptis. q. 68. art. 1. c. n. 62.* Bonac. de *Baptis. disp. 2. q. 2. puncto 6. n. 12. §. Respondeo 6. Valq. 3. p. quest. 68. art. 10. disp. 5. cap. 5. n. 59. Riccard. in 4. dist. 6. art. 3. quest. 1. & alij.*

Sed fortasse benè possunt conciliari hæ duæ sententiæ, si dicamus cum Panorm. in c. *Et si Iudæos, n. 1. de Iudæis*, quod Iudæi propter eorum delictum in morte Christi, meruerunt subieci perpetuæ seruituti, & iure belli contra eos moti à Romanis Imperatoribus, etiam de proximo potuerunt subieci, & de facto fuerunt subiecti; sed postea fuerunt restituti, & modo ex pietate Ecclesiæ sustinentur in libertate, sicut & sustinentur in cæremoniis propter spem, vt conuertantur, cap. *Qui syncrea, dist. 45.* Et cum Syluestro, *Baptis. 4. num. 5.* quod Iudæi sunt serui, secundum Iura; sed de consuetudine non habentur vt serui, & ided nec vendi possunt, nec possunt illis auferri bona, aut aliter inferri molestiæ. Et secundum hanc distinctionem prima sententia potest admitti de seruitute, secundum Iura; & secunda de libertate ex pietate Ecclesiæ, vel ex consuetudine

2. Vtrum Iudæi sint verè & proprie serui Christianorum.

dine. Et reuerà hoc vtrunquẽ videtur velle Innoc. III. cap. *Et si Iudæos, cit.* cum disertè asserat, quod Iudæos propria culpa submisit perpetuæ seruituti; & præterea quod pietas Christiana eos receperet, & sustineat cohabitationem illorum: quod tamen non esset, si illos haberet adhuc, vt propriè seruos; cum serui non admittantur ad cohabitationem, sed semper habeantur subiecti, vt notat Valq. & Corinthius locis citatis. Et hoc idem videtur velle Sanctus Thomas *opusc. 21. ad Ducifam Brabantia*: siquidem asserit, quod Iudæi, secundum Iura, meritò suæ culpæ fuerunt addicti perpetuæ seruituti; & sic terrarum domini possunt accipere res illorum, vt suas. Et statim subdit, quod Ecclesiæ Dei hoc seruandum videtur, vt, sicut Iura determinant, ab eis caacta seruitia non exigantur, que ipsi præterito tempore facere non consueverunt. Et sic tandem monet Ducifam, vt secundum huius moderationis sententiam exactiones non faciat in Iudæos, nisi secundum consuetudinem suorum prædecessorum. Et similiter 2. 2. *quest. 10. art. 10.* solum asserit, quod Ecclesiæ rectè potuit statuere, vt serui Iudæorum statim liberentur à seruitute, quando sunt Christiani: quia, cum de Iure sint serui ipsius Ecclesiæ, licitè potuit disponere de illorum bonis: & quia, postquam sic disposuit de illorum seruis, permisit eos cohabitare quasi in libertate inter fideles; ex hoc toto, vt ex se patet solum probatur seruitus Iudæorum secundum Iura; non autem impugnatur eorum libertas ex pietate Ecclesiæ, & secundum consuetudinem. Et quemadmodum, qui in bello potuerunt iuste occidi, non amplius postea possunt occidi; sicut nec possunt occidi aggressores iniuncti, si non fuerint occisi in ipsa aggressionè actuali; ita, & qui ex pietate, vel ex consuetudine iam fuerunt libertate donati, non possunt amplius redigi in seruitutem priorem, nisi de nouo occurrat aliqua alia ratio. Atque ita, si loquamur de Iudæis, provt modò se habent inter fideles, rectè dicuntur non esse serui strictè, & propriè; sed solum large, in quantum vbique sunt tributarij, & nullibi sunt sui iuris; & quod inuenter timuerunt Ioannis 11. si Christum dimitterent, id est, quod Romani essent ab eis ablaturum locum, & gentem, iuste illis euenit ex causa contraria; & quia Christum non dimiserunt, verè amiserunt locum, & gentem; & facti sunt omnibus sub tributo, & contriuit Dominus dentes eorum in ore ipsorum, & molas leonam confregit, vt dicitur *Pf. 57.* dum illos auerunt in Christum, & super illum aperuerunt os suum, sicut leo rapiens, & rugiens, vt dicitur *Psal. 21.* Et de illorum captiuitate sub Tito Imperatore, & de tributis, quæ Romæ pendere iussi sunt, legi potest Iosephus de *bell. Iudæico, lib. 7. cap. 28.* & ex illo Baron. *tom. 1. Annalium ad annum Christi.* Sed, quicquid sit de propria, aut impropria seruitute Iudæorum, certum est, quod Ecclesiæ multò plus habet potestatis, vt priuet Iudæos, aut alios quoscunquẽ infideles temporaliter sibi subditos, prælacione, & dominio super fideles, quàm habeat super infideles non subditos; eòsque potest, non solum indirectè; sed etiam directè priuare huiusmodi prælacione, & dominio. Ita Sanctus Thomas 2. 2. *q. 10. art. 10.* Sanctus Antoninus *par. 2. tit. 12. cap. 3. §. 1.* Suar. in *defens. fidei, lib. 3. cap. 4. n. 8.* & *disp. 18. de fide, sect. 5. n. 12. & seqq.* & omnes communiter: sicut enim Principes supremi, in fauorem libertatis, & securitatis subditorum multas leges in dies ferunt, & specialiter multa postulant ex parte inferiorum Gubernatorum, & Iudicum: ita, & iure possunt, ac debent maximè postulare, vt sint fideles, & ex defectu catholice, & integritatis fidei iure possunt, ac debent quoscunquẽ excludere à regimine, &

3. Infideles temporaliter subditi possunt priuari etiam directè prælacione, & dominio super fideles.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

gubernatione fidelium, etiam si alioqui sint optimi, & quàm aptissimi: & quæ rationes demonstrant, non esse admittendas de nouo in infidelibus non subditis temporaliter, prælaciones, & dominia super fideles, vt supra indicauimus *disputatione præcedente, n. 2.* eadem etiam demonstrant, hoc idem de infidelibus subditis, cum etiam ab his imminere semper pericula contemptus fidei, & peruerfionis fidelium.

Atque has ob causas in sacris Canonibus, & Conciliis grauitè interdicuntur Iudæis, & Paganis quæcunquẽ administrationes, & officia publica super fideles, vt supra diximus *disp. præced. n. 3.* & vltèrius statuitur Iure communi, tam canonico, quàm civili, vt fideles non possint esse serui, & mancipia infidelium, l. *unica, C. ne Christianum mancipium.* & cap. *Mancipia, & cap. Nulla, dist. 54.* & cap. *Multorum.* & cap. *Iudæi, 2. de Iudæis.* Et si contingat, vt aliquis infidelis seruus alicuius infidelis temporaliter subditi, conuertatur ad fidem, eo ipso fit liber: & si infidelis subditus emat seruum fidelem, vt illum retineat, sibi que habeat in seruitute, eo ipso simul cum pretio illum amittit, vt factum liberum; & si emat ad mercaturam, tenetur intra tres menses eum vendere alteri fidei, & alioqui libertatem consequitur, l. *fin. C. de Iudæis, & l. fin. §. vltimo, C. de Episc. & Cler. & apud Sanctum Thomam 2. 2. quest. 10. art. 10. cit. & apud Azor. par. 1. lib. 8. cap. 2. q. 10. versus finem, & apud Suar. sect. 5. cit. n. 13. & 14.* Et quod hæc omnia rectè fiant, non solum ab Ecclesiâ potestatem, quam habet spirituales ad vitanda pericula animarum; & ad consulendum illarum indemnitati, & securitati, quæ potestas indirectè extenditur etiam ad temporalia, quæ sunt necessaria, & opportuna ad spiritualia, vt supra diximus; sed etiã quod rectè fiant à quocunquẽ etiam laico per potestatem temporalem, & politicam, quam habet ad bonum regimen suorum subditorũ, patet ex hoc: quia etiam potestas politica, & temporalis, quado est cõiuncta simul cum fide diuina, potest ab illa dirigi, vt præscribat, quæ absolute sunt consona bono cõmuni, quales est inter cætera, vt fideles non seruiant infidelibus: & quemadmodum potest statuere, vt hæc, vel illa res non possit vendi, vel simpliciter haberi, aut retineri; ita & potest statuere, vt fidelis non possit vendi, vel haberi, ac retineri in seruum ab infideli, vt notat Suar. *sect. 5. cit. num. 14.*

Quod verò diximus supra, *disp. præced. n. 14.* non esse illicitum, vt præstentur Iudæis, & infidelibus aliqua obsequia, & famulatus, præsertim extra domum, qui vacent periculis peruerfionis, & scandalis; debet intelligi esse verum, etiam si huiusmodi obsequia pertineant ad aliquam seruitutem: nam cap. *Multorum, de Iudæis*, ita prohibetur, ne Iudæi retineant in suo dominio Christiana mancipia; vt tamen concedantur illis ex iisdem Christianis serui adscriptitij, & originarij, id est, illi, qui glebæ, vel prædio colendo sunt perpetuò addicti; neque inde sunt vnquã recessuri; & domino prædij tenentur reddere omnes redditus, præter sumptus, & victum. Et quemadmodum hi dicuntur serui adscriptitij; quia tali seruitio sunt perpetuò adscripti, & adstricti: ita, & qui ex ipsis oriuntur, dicuntur serui originarij, vt notat Panorm. in eum locum, *not. 1.* & Sanch. *lib. 6. de matr. disp. 9. n. 1.* & tam hi, quã illi, sunt verè liberi ex d. cap. *Multorum, de Iudæis*, & *Glos. ibidem, verb. Sini liberi.* & ex L. *Definitum, C. de agr. & censib. lib. 11.* & Host. in *Summa, lib. 4. tit. de agricolis, col. mibi 1328.* & Suar. *disp. 18. de fide, sect. 5. num. 14.* quamuis teneantur determinatè ad dictas operas colendi prædium, & ided appellantur serui, imò & reputentur; tanquam pars fundi, & numerentur

4. Fideles de iure canonico, & civili non possunt esse serui infidelium.

5. Possunt tamen esse coloni, & serui adscriptitij, & originarij; & qui tandem illi sint.

K 3 inter

inter bona stabilia, L. *Iubemus nulli. C. de sacros. Eccles.* iuncta Gloss. *ibidem*, *vers. Mancipia*, & Sanchez *disp. 19. cit. num. 1.*

Et hi serui adscriptitij, vel originarij, idem permittuntur Iudæis ex S. Thom. 2. 2. *quest. 10. art. 10. ad 3.* Iquia, cum continuò degant ruri, neque possint præter agriculturam vlla alia operâ, aut obsequia ipsi iniungi, imò neque transferri ad alium agrum, vt expressè habetur cap. *Multorum. cit.* non habent necesse conuersari cum eis: & idem, neque pericula, aut scandala moraliter loquendo ipsis timentur.

DISPUTATIO XXVIII.

An, & quomodo ciuili communicatio cum infidelibus non baptizatis sit prohibita, specialiter quoad familiaritatem, & cohabitationem cum illis habendam, & quoad balnea, & conuiuia.

1. *Explicatur sensus questionis.*
2. *Communicatio ciuili cum infidelibus non est per se mala.*
3. *Licitè tamen prohiberi potest ab Ecclesia in penam infidelium, & ad securitatem fidelium.*
4. *Affidua conuersatio, & familiaritas cum Iudæis est prohibita.*
5. *Et ex suo genere est peccatum mortale.*
6. *Secundum aliquos excusantur, qui sunt firmi in fide.*
7. *Sed oppositum est probabilius.*
8. *Cohabitatio cum Iudæis, vel Saracenis, est grauiter prohibita.*
9. *Idem est de lotionibus in balneis, simul cum Iudæis.*
10. *Conuiuia cum Iudæis, & infidelibus sunt prohibita.*
11. *Non tamen sunt prohibiti illi cibi, quos ipsi respiciunt, tanquam immundos, si comedantur seorsum ab illis.*
12. *Accessus ad nuptias, vel festa, aut ludos Iudæorum, est illicitus.*
13. *Conuiuia cum infidelibus non sunt illicita Prædicatoribus, qui ad illos mittuntur.*
14. *Licitum est in communi hospitio asilere in eadem mensa cum Iudæo, aut infideli; imò & diuertere ad hospitium infidelis.*
15. *Azymia Iudæorum sunt grauiter prohibita omnibus fidelibus.*
16. *Familiaritas, cohabitatio, & conuiuia cum Iudæis sunt prohibita, etiam per Bullas pontificias.*

1. *Explicatur sensus questionis.*

ROSI TO, quòd fideles, quantum possunt, non debent habere subiectionem, aut seruitutem ad infideles, neque hi debeant habere ad illos pralationem, aut dominium, vt iam explicauimus; videndum est, vtrum saltem inter vtroque possit esse ciuili societas, & communicatio, quasi inter æquales; an verò etiam hæc sit illicita ex parte fidelium, & quatenus sit illicita: sed solum id querimus cum iis infidelibus, qui non sunt baptizati, & spiritualiter subditi potestati Ecclesiæ: quia non agimus de communicatione cum Hæreticis, cuius prohibitio specialiter pertinet ad materiam de excommunicatione: & cum his ipsis infidelibus Ecclesiæ non subditi spiritua-liter, & non baptizati, solum querimus de communicatione ciuili, & merè humana: quia de communicatione, quæ est cum illis prohibita quoad

opera infidelitatis, satis constat ex dictis *suprà* de confessione, & de negatione fidei, tam directa, quam indirecta, & de communicatione cum illis non habenda quoad opera nostræ religionis, vt, verbi gratia, de illis non admittendis ad sacrificium Missæ, vel ad participationem Sacramentorum, constare potest ex materia de Sacramentis, vel de Missa, aut de alia simili. Et de communicatione quoad opera infidelitatis, rectè monet Suar. *disp. 18. de fide, sect. 6. num. 2.* Sanch. *lib. 2. in Decal. cap. 31. n. 8. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 11. quest. 3.* eam esse vitandam, etiam quoad speciem, & apparentiam: vt, verbi gratia, si inuisantur frequenter eorum templa, & Synagoga, quando celebrant suos ritus; & detur aliis scandalum, & suspicio, quòd probentur, & placeant.

Quoad communicationem ergo ciuilem, & merè humanam cum his infidelibus non baptizatis, & nõ subditis specialiter potestati Ecclesiæ, certum est, quòd non sit per se mala, aut prohibita iure naturæ, vel diuino, vt bene notat Suar. *disp. 18. de fide, sect. 6. n. 4.* nam, quantum est ex iure diuino, permittit Sanctus Paulus 1. *Cor. 7.* omnem communicationem ciuilem, & merè humanam vnus coniugis fidelis cum alio infideli, dummodo sit ex omni alio capite sine iniuria Creatoris: & cap. 10. specialiter permittit conuiuari cum idololatriis, & cum illis manducare, quidquid apponitur, dummodo non sciatur esse immolatum idolis, vt etiã ibi notat Sanctus Chrysostomus *hom. 25. & in Epistol. ad Hebræos, similiter hom. 25. tom. 4.* qui & refertur cap. *Ad mensam. 1. 1. quest. 3.* Et quauis *Deuter. 7.* prohibeantur Iudæi inire foedus cum iis gentibus, quarum terram ingressuri erant, & sociare cum eis coniugia; id tamen non est, quia id sit intrinsecè malum, & iure diuino per se prohibitum; sed quia, cum Iudæi essent proni ad idololatriam, periculum erat, ne ex continua conuersatione cum iis gentibus, auerterentur à cultu Dei, & traherentur ad idola, vt bene notat Sanctus Thomas 2. 2. *quest. 10. art. 9. ad 1.* vnde etiam subditur *eodem cap. 7.* ratio talis prohibitionis: *Quia seducet filium tuum, ne sequatur me; & vt magis seruiat Diis alienis: irascetur quoque furor Domini, & delebit te cito.* Et sic indicatur, quòd si aliqui abesse periculum peruerfionis, id non esset prohibitum. Et sine dubio si quis in fide sit bene firmus, & ex communicatione, quam ipse habeat cum infidelibus, possit potius sperari illorum conuersio, quam timeri illius peruersio; non est, quòd particulariter prohibeatur cum illis communicare, vt notat Sanctus Thomas 2. 2. *quest. 10. art. 9. cit. in corp.* & omnes communiter apud Sanchez *lib. 20. in Decal. cap. 31. n. 2.* imò, & est multum laudandus, qui studiosè, & data opera cum illis communicat, vt ad fidem illos conuertat: habita tamen licentia ab ipsis Prælatiis, vt dicitur cap. *Quam sit laudabile de Iudæis*; & vt notatur cap. *Ad mensam. cit. 11. quest. 3.* ex Sancto Chrysostomo *hom. 25. in cap. 11. ad Hebr.* cum Sanctus Paulus 1. *Corint. 5.* grauiter prohibeat, cibum sumere cum infidelibus excommunicatis, vt exponit ibi Gloss. verb. *Ad mensam. Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruans, aut maledicus, aut ebrius, & aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Cap. tamen 10. liberè permittit cibum sumere cum infidelibus: *Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire; omne, quod vobis apponitur, manducate.* Quia, scilicet, per hanc communicationem cum infidelibus, maior spes est, vt conuertantur; & propter hanc spem non sunt prohibedi Prædicatoribus, & fideles, ne cum illis familiariter agant, vt notat Archid. *in cap. Ad mensam. cit. n. 2.* & ex illo Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 31. cit. n. 16.* Et aliqui si communicatio, & conuersatio

2. *Communicatio ciuili cum infidelibus non est per se mala.*

conuersatio cum infidelibus esset per se mala, & simpliciter prohibita iure diuino, vix vlla pateret via citra miraculum, ad illos docendos, & adducendos ad fidem, & durissimum illis esset, si statim atque fidem amplecterentur, & Baptismum susceperent, tenerentur non amplius communicare ciuiler cum domesticis, quos relinquunt in infidelitate, & statim deberent, verbi gratia, parentes separari à filiis, & filij à parentibus: cum tamen è contrâ communicando cum illis facile possent sperare, quòd suo exemplo, subque consilio, & doctrina etiam illos conuerterent.

Sed, quauis hæc ita sint, rectè tamen docet Sanctus Thomas 2. 2. *quest. 10. art. 9. cit.* quòd ex duplici capite potest Ecclesia prohibere fidelibus communicationem ciuilem cum infidelibus, id est, in penam ipsorum infidelium, quibus subtrahit talem communicationem; & præterea ad securitatem, & cautelam ipsorum fidelium, quibus facile potest impendere, & imminere periculum spiritualis ruine ex tali communicatione. Et primo modo prohibet communicationem cum Hæreticis, & cum Apostatis à fide, dum in penam sui criminis, illos excommunicat, & post extra omnem communicationem fidelium: & secundo modo pro securitate fidelium simplicium, & infirmorum in fide, multa prohibet specialiter circa nimiam familiaritatem cum infidelibus, præsertim extra casum necessitatis, vt dicemus. Et denique ex vtroque capite simul multa præcipit specialiter circa communicationem cum Iudæis, qui reuera in multis sunt iniuriosi contra religionem Christianam, & contra fidem, & meritò possunt puniri; & præterea sunt dolosi, & facile possunt, ac solent conari, vt seducant simplices: & idem meritò possunt, ac debent caueri.

3. *Licitè tamen prohiberi potest ab Ecclesia in penam infidelium, & ad securitatem fidelium.*

4. *Affidua conuersatio, & familiaritas cum Iudæis est prohibita.*

5. *Et ex suo genere est peccatum mortale.*

6. *Secundum aliquos excusantur, qui sunt firmi in fide.*

firmi in fide, ita quòd ex tali communicatione possit magis sperari conuersio infidelium, quam fidelium à fide auersio, eos non esse prohibendos communicare: & maxime si necessitas urgeat, esse verò prohibendos, si sint simplices, & infirmi in fide, de quorum subuersione probabiliter possit timere; & præcipuè ne magnam familiaritatem cum eis habeant, vel absque necessitate cum eis communicent: quod idem etiam habet Valentia 2. 2. *disp. 1. quest. 10. puncto 5. §. Certum est. 3.* Syluester verbo, *Iudæis, num. 2.* & aliqui alij.

Sed contrâ videtur facere, quia prohibitio affidua familiaritatis, & continua conuersationis cum Iudæis, d. cap. *Ad hæc.* videtur generalis pro omnibus Christianis: nam ratione illius vitandæ Alexander I I. præcipit *eo loco* Prælatiis Ecclesiarum, vt compellant, si opus est, etiam sub censuris, omnes Christianos sibi subditos, ne se exponant pro quacunque mercede affiduo seruitio Iudæorum; & ne Christianæ obstetrices, aut nutrices in eorum domibus nutriant illorum infantes. Quare, cum ratio legis in ipsa lege expressa multò magis cadat sub legem, quam alia materia, quæ propter illam rationem præcipitur, aut prohibetur in lege; & iuxta Aristotelicum dictum, semper illud sit magis tale, propter quod vnunquodque est simpliciter tale; & idem etiam illud sit magis prohibitum, propter quod est prohibitum simpliciter aliquid aliud: etiam affidua familiaritas, & continua conuersatio cum Iudæis ceteri debet generaliter esse prohibita omnibus Christianis, cum propter illam sit omnibus prohibitus simpliciter assiduus famulatus, & infan-tum nutritio in eorum domibus: & alioqui si propter periculum peruerfionis simplicium, illis tantum esset mala, & prohibita assidua conuersatio, & familiaritas cum huiusmodi infidelibus, non posset ex illa generaliter prohiberi omnibus Christianis famulatus, & nutritio iam dicta; sed solum deberet prohiberi particulariter ipsis simplicibus, quod tamen non fit. Et contrâ: quia etiam illi, qui modò sunt firmi in fide, non possunt, nec debent multum fidere suæ firmitati; sed facile possunt paulò pòt etiam ipsi fieri infirmi; rectè Ecclesia prohibet generaliter nimiam familiaritatem cum infidelibus, ne contingat ad eorum perfidiam inclinari illos fideles, siue modò sunt firmi in fide; & bene docti; siue sint infirmi, & simplices. Neque ex eo, quòd finis dictæ prohibitionis sit vitare periculum subuersionis simplicium, vt dicitur cap. *Ad hæc. cit. & sequitur*, quòd vbi cessat particulariter dictum periculum, etiam cessat dicta prohibitio, siquidem non propterea cessat lex etiam particulariter: quia cessat particulariter finis legis, vt communiter dicitur *in materia de legib.* & in re præfenti notat Suar. *disp. 18. de fide, sect. 6. n. 6. in fin.* qui etiam hæc de causa à dicta prohibitione familiaritatis, & assidua conuersationis cum infidelibus, eos tantum putat debere excipi, quibus incumbit cura eos conuertendi ad fidem, non autem alios, etiam si alioqui in fide sint bene firmi. Imò, si etiam illi, qui debent infidelibus prædicare, debent ad hoc requirere, & habere licentiam à suis Prælatiis, vt *suprà* diximus, ex cap. *Quam sit laudabile de Iudæis*; potiori ratione tenentur petere, & habere eandem licentiam, qui cum illis assidue versantur, non ad effectum prædicandi, sed ad quencunque alium finem minus bonum, quam sit prædicatio, & conuersio. Et cum plura alia in sacris Canonibus prohibeantur generaliter omnibus Christianis; ad eum maxime finem, vt vitent familiaritatem, & conuersationem assiduam cum Iudæis, vt, verbi gratia, ne cum illis cohabitent, aut simul

7. *Sed oppositum est probabilius.*

cum illis laentur in balneis, aut in infirmitatibus eos aduocent, aut medicinas ab eis accipiant, & familia, vt mox dicemus; non videtur posse dici rationabiliter, quod ipsa familiaritas, & assidua conuersatio non sit prohibita omnibus generaliter; sed specialiter solum iis, qui sunt simplices, & infirmi in fide.

Neque Sanctus Thomas art. 9. cit. absolute negat, eos esse prohibitos de iure communi communicare cum infidelibus, qui sunt firmi in fide; sed solum negat, eos esse prohibendos, & maxime si necessitas urgeat: quia, scilicet, si prohibitio specialiter, & particulariter a Prælati est faciendâ aliquibus, minime omnium est faciendâ iis, qui sunt bene firmi, & quibus periculum specialiter non timetur; & facile iis potest permitti communicatio, si occurrat aliqua necessaria: per quod tamen non tollitur, quin generaliter, & de iure, huiusmodi communicatio familiaris, & assidua sit prohibita omnibus, vt etiam patet ex Caiet. in Summa, verb. Iudæizare, §. Iudæorum conuersatio; & ex Paulo Layman. in sua Theol. moral. lib. 2. tract. 1. cap. 17. n. 1. §. Altera verò causa, qui etiam §. Alterum est, ab hac obligatione non contrahendæ familiaritatis cum infidelibus eos tantum excipit, qui incumbunt in illorum conuersionem iuxta cap. Quam sit laudabile, cit. de Iudæis: & hoc tantum ait intelligi à Sancto Thoma art. 9. cit. per firmos, aut confirmatos in fide, quibus non est prohibendum, ne communicent cum infidelibus: quod videtur etiam confirmari ex ipso Sancto Thoma in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3. in corp. vbi asserit, eos, qui sunt firmi in fide, posse conuersari corporaliter cum infidelibus excommunicatis, id est, cum Hæreticis, vt eos conuertant. Et ex eodem Sancto Thoma idem asserit etiam Reginal. in praxi, lib. 17. cap. 3. n. 37. in fine, &c. Filiuccijs tract. 2. cap. 5. n. 126. Bonac. in Precepta Decal. disp. 3. quæst. 2. puncto 6. n. 1. & alij.

8. Cohabitatio cum Iudæis, vel Saracenis, & graniter prohibita.

Et ad effectum vitandi huiusmodi familiaritatem cum Iudæis, & consequente periculum subuersionis, specialiter prohibetur Christianis omnibus, siue sint Clerici, & in sacro Ordine, siue laici, ne cum eis cohabitent, vt patet ex VI. Synodo, cap. 11. quod & refertur cap. Nullus. 28. quæst. 1. vbi etiam dicitur, quod qui aliter fecerit, si Clericus est, deponatur; & si laicus, excommunicetur: & ex Concilio Lateranensi similiter præcipitur excommunicati, qui præsumperint habitare cum Iudæis, aut cum Saracenis, vt refertur cap. Iudæi. 2. de Iudæis. Et sine dubio id debet intelligi de cohabitatione præse accepta, & in eadem domo, cum aliqui cohabitatio in eadem ciuitate, & largè accepta, non sit prohibita; & Christiana pietas eos receptet, & sustineat illorum cohabitationem, & in suam familiaritatem eos admittat, in cap. Et si Iudæos, de Iudæis. Et cum huiusmodi cohabitatio prohibeatur sub pœna depositionis, & excommunicationis, certum est, quod prohibetur sub culpa graui, vt notat Azor. parti. 1. lib. 8. cap. 2. 2. quæst. 2.

Et quauis Christianis non sit prohibitum habere seruos Iudæos, cum illi perpetuo seruire parati sint, cap. Disp. 2. 3. quæst. 8. & propria culpa illos submiserit perpetuæ seruituti, cap. Et si Iudæos, cit. de Iudæis; non tamen debent illos habere in eadem domo, nec familiariter cum illis agere, iuxta cap. Nullus. cit. 28. quæst. 1. idque est pecculare pro seruis Iudæis, vt notat Sanctus Antoninus parti. 2. tit. 12. cap. 3. in initio, Syluester verb. Iudæus, n. 5. & ex illo Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 6. non autem commune pro omnibus seruis gentilibus, aut infidelibus: quia Iudæi sunt difficiliore ad conuertendum, & peritiores ad peruertendum, quam sint gentiles,

aut alij infideles, qui hac de causa non sunt censendi esse prohibiti haberi in eadem domo tanquam serui, & de facto vbiq; habentur, vt patet ex praxi.

Quod si dicamus cum Suar. disp. 18. de fide, sect. 6. num. 7. dominum proprie non dici cohabitare cum seruo; sed seruum cum domino; & ad proprie cohabitandum cum aliquo, & ad contrahendam cum illo quasi societatem domesticam, & æconomicam, requiri, saltem ex parte illius, cum quo est cohabitatio, æqualitatem ad illum, qui cum ipso cohabitât, quomodo vxor cohabitât cum viro, vt vir cum vxore, & fratres, aut contubernales cohabitât simul, vel etiam requiri subiectionem, & inferioritatem, quomodo serui, & famuli dicuntur habitare cum dominis; non autem domini habitare cum ipsis; possumus consequenter etiam dicere cum eodem Suario, quod canonica prohibitio de non cohabitando cum Iudæis, solum intelligitur de illis non habendis in eadem domo, tanquam æqualibus, & verè contubernalibus, aut domesticis, vel etiam tanquam dominis, & superioribus; non autem de illis non habendis, tanquam seruis, vt etiã habet Bonac. in Precepta Decalogi, disp. 3. quæst. 2. puncto 6. num. 2. §. Primus casus. Et quemadmodum extensio huiusmodi prohibitionis ad Saracenos, quæ similiter sub excommunicatione habetur cap. Iudæi. 2. de Iudæis, ex ipsa praxi communiter recepta apud omnes, non intelligitur de illis non habendis in eadem domo, tanquam seruis: sed solum de non habendis, tanquam contubernalibus, & æqualibus, vel tanquam dominis, & superioribus, vt notat Sanchez lib. 2. cap. 31. cit. num. 6. ita & potest intelligi prohibitio de Iudæis.

Ad eundem effectum vitandi familiaritatem cum Iudæis, generaliter prohibetur omnibus, tam Clericis, quam laicis, & sub iisdem pœnis depositionis, vel excommunicationis, cap. Nullus. cit. 28. qu. 1. ne quis in balneo cum eis se lauet, id est, ex directa intentione essendi in balneo simul cum illis, & coniunctim se lauandi, vt notat Suar. disp. 18. sect. 8. cit. num. 8. & Sanchez lib. 2. cap. 31. num. 11. & Cosinus Philiarehus de officio Sacerdot. tom. 1. parti. 2. lib. 3. cap. 12. in fine, & Bonac. in Decalog. disp. 3. quæst. 2. puncto 6. num. 1. §. Quintus est. & Filiuccijs tract. 2. 2. cap. 5. num. 126. Vnde, si quis accedat ad balneum causa sanitatis, vel recreationis; & inueniat ibi Iudæum; non prohibetur in illud ingredi, & seque lauare; dummodo non se exhibeat familiarem Iudæo, & que non se societ in ipsa lotionem, vt iidem subdunt: neque enim verbâ Canonis absolute prohibent, ne fideles se lauent in iisdem balneis, & eodem tempore, in quibus, & quando se lauant Iudæi; sed solum, ne cum eis se lauent in balneo; quod videtur importare quandam societatem, conuentum, & coalitum, quoad ipsam lotionem. Et quemadmodum in hospitio, verbis gratia, non dicitur cœnare cum alio, qui suam cœnam cœnat per se, dum aliquis alius per se cœnat similiter suam, etiam si vterque cœnent materialiter in eadem mensa: & si forte contingat, vt eorum vnus sit excommunicatus, non dicitur alius communicare in mensa cum illo, vt communiter dicitur in materia de excommunicatione; neque is, qui furatur in aliqua domo, aut vinea, dum in eadem furatur alius, dicitur furari simul cum illo, vel esse illi socius furti: ita; nec qui se lauat in balneo, dum in eodem se lauat Iudæus, dici debet se lauare in balneo cum Iudæo.

Tertiò, ad eundem finem vitandi familiaritatem prohibetur generaliter omnibus, tam Clericis, quam laicis, ne Iudæos conuiuio accipiant, & ne admittant illorum conuiuia, cap. Omnes. 28. quæst. 1. &

9. Idem est lotione in balneo, sicut cum Iudæis.

10. Conuiuia cum Iudæis, & infidelibus sunt prohibita.

& ex Glossa ibidem, vers. Iudæorum. idem est etiam de aliis Gentilibus, cum etiam alij cibos discernant, & quoad hoc iudaicæ, vt notat Sylu. verb. Iudæus, num. 2. vers. Secundum. ex Archidiac. Innocentio, & aliis: quod idem determinatè quoad Saracenos, & Mahometanos, non autem quoad alios Gentiles, admittit Suar. disp. 18. sect. 6. num. 9. Et negari non potest, quin huiusmodi extensio sit probabilis, quauis Sanchez lib. 2. cap. 31. num. 25. eam non admittat, nisi specialiter pro illis infidelibus, & pro illis casibus, qui aliquando exprimuntur in Iure. Et quauis in textu citato, cap. Omnes. 28. quæstione 1. ea causa reddatur talis prohibitionis, quia Iudæi plures cibos discernunt, tanquam immundos, quos similiter non discernunt fideles, cum ex Sancto Paulo ad Titum 1. omnia munda mundis; nec deceat, vt Iudæi dum illos discernunt sanctiores appareant, quam fideles, qui non discernunt; ea tamen causa non est censenda esse vnica; sed præterea etiam est, vt vitetur familiaritas, quæ in epulis est multò maior, quam in colloquio, vt notat Glossa ibidem, vers. Iudæorum, cit. Hostiens. in Quam sit laudabile, num. 3. de Iudæis. Ioan. Andr. num. 5. Panorm. num. 3. & alij apud Sanchez cap. 31. cit. num. 12. Vnde, quod habet Azor. parti. 1. lib. 8. cap. 22. quæstione 3. ex Angelo, & Rosella verb. Iudæus, tunc locum esse peccatum mortale conuiuari, aut cibum sumere cum Iudæis, quando ipsi cibos discernunt; non autem si absque discrimine, aut discretionem omnes comedant, ex eo videtur mihi probandum, vt notat Syluest. verb. Iudæus, num. 2. vers. Secundum. cit. Glof. in cap. Omnes. 28. quæstione 1. vers. Iudæorum, cit. Hostiens. Panorm. Ioan. Andr. locis citatis, Sanchez num. 12. cit. Filiuccijs tract. 2. 2. cap. 5. num. 126. cit. quia ciborum discretio non est tota ratio prohibitionis; sed simul cum illa est etiam familiaritas: quauis per verba illius capituli non sit expressa: & hæc est multò maior, si Iudæi in gratiam Christianorum, quos habent conuiuias, nullos cibos discernant, cum præsertim hoc ipsum non vacet culpa ex parte fidelium conuiuiantium cum Iudæis non discernentibus cibos, quod cum iis cooperantur, & participant in peccato mortali, quod committunt per conscientiam erroneam, dum putant, cibos discernere debere, ex præscripto legis Mosâicæ; & tamen de facto non discernunt in gratiam conuiuari.

11. Non tamen sunt prohibiti illi cibi, quos ipsi respiciunt, tanquam immundos, si comedantur, solum ab illis.

Illud præterea addit Azor. quæst. 3. cit. propter rationem discretionis ciborum in textu expressam, & ne Iudæi videantur superiores Christianis, non solum esse illicitum, si cibos, quos illi discernunt, Christiani comedant, & non discernant in eorum conuiuio; sed etiam si ab illis accipiant, & postea comedant sine illo eorum consortio: quia etiam hoc modo Christiani se ostendunt inferiores Iudæis, dum comedunt, quod illi abiciunt, tanquam immundum, ex præscripto legis, hoc est, ex præcepto Dei.

Sed reuera, cum prohibitio Canonis solum sit de non conuiuando cum Iudæis, & cum infidelibus discernentibus cibos; non autem de simpliciter non comedendis, vel de non accipiendis huiusmodi cibis, quos illi discernunt; neque sit scandalum, si fideles seorsum non discernere cibos, quos discernunt Iudæi, eò quod credant esse iam abrogatam veterem legem, quæ præcipiebat discerni non videtur damnandus, si quis fidelis ab ipsis infidelibus petat, vel accipiat huiusmodi cibos, eòsque comedat per se, & seorsum more fidelium, & solum abstineat ab eorum epulis, & conuiuio, in quibus hæc comparatio est manifestior, & potest facile fieri cum ma-

iori contemptu nostrorum rituum: & non est dubium, quod si comestio, aut acceptio huiusmodi ciborum esset cum nota, & ostensione aliorum, esset illicita, vt etiam notat Sanchez lib. 2. cap. 31. n. 7. in fine. Bonac. in Decal. disp. 3. quæst. 2. puncto 6. n. 1. §. Secundus casus.

Illud est rationabilius ex eodem Azor. eadem quæst. 3. & Sanchez lib. 2. cap. 31. n. 17. per hoc, quod fidelibus prohibeantur conuiuia cum Iudæis, & cum Gentilibus, pari ratione debere intelligi esse illis prohibitum etiam accessum ad eorum nuptias, ad eorum festa, ad ludos, & ad choreas, & ex Rosella verbo, Iudæus, 1. n. 1. & Sanchez ibidem, idem est, si Iudæi inuidentur ad nuptias, ludos, aut festa Christianorum; quia etiam hæc maxime conciliant familiaritatem, eamque arguunt; quæ tamen cum illis per se est prohibita.

Excipiuntur tamen ab hac prohibitionem conuiuandi cum infidelibus Prædicatores, qui ad illos mittuntur, vt notat Syluest. verb. Iudæus, n. 2. vers. Secundum, in fine. Sanchez c. 31. cit. n. 16. & Suar. disp. 18. sect. 6. n. 7. vers. Tertio, in fin. nam c. Quauis laudabile, de Iud. expressè illis conceditur, vt possint vti omnibus cibis infidelium, alioqui licitis secundum tempora, & seruata, vt ibi dicitur, temporum qualitate, Et quemadmodum familiaritas cum iis contracta communiter à fidelibus potest esse noxia, ne fideles auocentur à fide: ita & contracta specialiter à Prædicatoribus potest esse vitiosa, vt illi vocentur, & conuertantur ad fidem, vt supra diximus n. 7. Et hoc modo specialiter de Prædicatoribus debet intelligi id, quod habetur c. Ad mensam. 11. q. 3. quod licitum sit ex S. Paulo 1. Cor. 10. liberè accedere ad mensam infidelium, vt, scilicet, ab iis, qui accedunt, facilius conuertantur, vt notat ibid. Archid. n. 2. & retulimus paulò ante, n. 7.

Sed etiam illi, qui comprehenduntur prohibitionem non conuiuandi, non sunt censendi contra illà facere, si forte accidat, vt in itinere simul cum infidelibus reperiantur in communi hospitio; & tã fidelis, quam infidelis suam cœnam cœnet per se, sine vlla intentione habendi alterum, tanquam conuiuiam, & commensalem: hæc enim tantum formalis societas, vt sic dicam, coniuualis, intenta, & volita, est prohibita, tanquam inducens, & indicans familiaritatem prohibitam; non autem societas solum materialis quoad locum, aut mensam, vt notat Philiarehus de officio Sacerd. 1. parti. 2. lib. 3. c. 12. in fine, pag. mihi 442. & Sanchez c. 31. cit. n. 13. Qui etiam rectè addit n. 15. idem esse, si forte Iudæus, aut infidelis alicubi cauponem exerceat: licite enim potest fidelis quicumque ad ipsum diuertere, suisque pecunijs cœnam, aut prandium ab illo accipere: neque propterea dicendus erit fuisse ab illo exceptus conuiuio, aut illi habuisse conuiuiam, & commensalem, vel familiaritatem cum illo exerceuisse, contra c. Omnes. cit. 28. qu. 1.

Denique ad prohibitionem conuiuiorum cum Iudæis, & infidelibus, potest reduci etiam prohibitio comedendi eorum azyma, quæ sub iisdem pœnis depositionis pro Clericis, vel excommunicationis pro laicis generaliter prohibentur manducari, cap. Nullus. 28. quæst. 1. & ex Sylu. verb. Iudæus, n. 2. vers. Tertio, & Sanchez lib. 2. cap. 31. n. 7. debet intelligi prohibitio, etiam si comedantur seorsim ab ipsis Iudæis: quia cap. Nullus. cit. non prohibetur, ne quis cum Iudæis manducet azyma, sed, ne quis manducet azyma Iudæorum: & vt dicitur cap. Omnes. 28. quæst. 1. indignum, & sacrilegum est, eorum cibos à Christianis sumi, qui apud Christianos communibus cibis non vtuntur, & vt per hoc se illis efficiant, atque ostendant inferiores, vt loquitur ibi Glof. verb. omnes. Excipiuntur tamen ab hac prohibitionem ex eodem Syluestro

12. Accessus ad nuptias, vel festa, aut ludos Iudæorum, est illicitus.

13. Conuiuia cum infidelibus non sunt illicita Prædicatoribus, quia ad illos mittuntur.

14. Licitum est in communi hospitio assistere in eadè mensa cum Iudæo, aut infideli, imò & diuertere ad hospitium infidelis.

15. Azyma Iudæorum sunt grauius prohibita omnibus fidelibus.

Syluestro *ibidem*, non solum Prædicatores iuxta cap. *Quam sit laudabile*, supra cit. de *Iudæis*, quando non haberent alios cibos; sed etiam alij omnes, si similiter virgeat extrema necessitas, & alij cibi non suppetant, vt addit Sanchez *num. 7. cir.* & Suar. *disp. 18. sect. 6. n. 7. vers. Quarto*. & omnes communiter apud Philarchum de offic. *Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 12. versus finem*: quia, quemadmodum in casu necessitatis licitum est comedere etiam idolothya, & carnes immolatas Idolis; non quidem, vt immolatas, & ex superstitione Gentilium; sed vt carnes communes, & profanas: ita & est licitum comedere azyma, dummodo similiter comedantur, vt panes simplices, & communes: siquidem necessitas facit licitum, & legi non subicitur, cap. *Licet*, & cap. *Conquestus de feriis*. Imò, si absit scandalum, & suspicio, vel periculum eos manducandi, vt azyma, & ritu Iudæico; & adfit aliqua necessitas, quanuis non extrema; non videtur prohibitum illa comedere, ex eodem Suario loco citato, & Bonac. in *præcepta Decalogi disp. 3. quest. 2. puncto 6. n. 1. §. Secundus casus*. vel saltem non videtur prohibitum sub mortali, cum necessitas non solum præcisâ, & absoluta; sed etiam opportuna, & sine qua commodè non potest fieri, excuset à lege, vt notat Glossa in cap. *Conquestus*, *cit. vers. Necessitas de feriis*; & ex illa Philarchus loco cit. & tunc solum censerî debeat materia grauis, & peccatum mortale in transgressione harum prohibitionum, quando grauius læditur illarum finis, vt notat Paulus Layman. *lib. 2. tract. 1. cap. 17. n. 1. §. Duo hoc loco*. Et cum hic finis partim sit, vt seruetur dignitas Christianæ religionis, & partim vt caueatur periculum subuersionis per azymorum manducationem; vt que grauius læderetur, si hæc fieret tempore paschali, & cum ipsis Iudæis, vt idem subdit; non autem si fieret alio tempore, & seorsim ab illis, & factò ipso ostenderetur, non tam commedi azyma Iudæorum, & in quantum comeduntur ab illis, quam azyma simpliciter, & in quantum sunt, aut possunt esse cibus communis.

16. Familiaritas, & habitatio, & conuersio cum Iudæis sunt prohibita, etiam per Bullas pontificias.

Atque hæc ferè omnia non solum sunt prohibita, & illicita de iure communi antiquo, & per sacros Canones; sed etiam de iure nouo per Bullas Summorum Pontificum: nam Paulus III. Constit. *Cum nimis*, §. 1. præcipit, vt Iudæi in omnibus locis ecclesiasticæ ditionis habitent in domibus penitus seiunctis ab habitationibus Christianorum: & §. 7. vt non præsumant cum ipsis Christianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem, seu conuersationem cum illis habere: & §. 11. ne se à pauperibus Christianis dominos vocari patiantur: & si in aliquo defecerint circa præmissa, præcipit §. 14. vt puniantur iuxta qualitatem delicti, etiam tanquam rebelles, & tanquam rei læsæ maiestatis. Et quanuis postea Pius IV. Constit. *Dudum*, quoad multa declararit, & limitarit dictam Constitutionem Pauli III. & specialiter concesserit §. 3. vt Iudæi cum Christianis conuersationem, & familiaritatem honestam habere possent; postea tamen Pius V. Constit. *Romanus*, omnes dictas limitationes sustulit, & Constitutionem Pauli III. quoad omnia restituit, & innotauit, & sub interminatione diuini Iudicij omnia, & singula seruari præcepit, non solum in terris, & dominiis status ecclesiastici; sed etiam vbique locorum: quod idem postea fecit etiam Gregorius XIII. Constit. *Alis pia memoria*, & Clemens VIII. Constit. *Cæca*.

DISPUTATIO XXIX.

Quomodo ciuilis communicatio cum infidelibus non baptizatis, sit prohibita, specialiter quoad exercitium artis medicæ, quoad nutriendos eorum infantes, & quoad testamenta.

1. Medici Iudæi, aut infideles, grauisimè prohibentur fidelibus.
2. Quomodo prohibitio aduocandi Iudæos Medicos extendatur etiam ad alios infideles Medicos.
3. Medicus infidelis non est permittendus mederi fidelibus, neque licentia medendi est illi danda.
4. Medicinæ quomodo non sint accipiendæ à Medico infideli.
5. Etiam Chirurgi, & barbitonfores Iudæi, & infideles non sunt vocandi ad agrosos fideles.
6. Excipiuntur tamen casus necessitatis.
7. Medicus fidelis quomodo possit mederi Iudæo, aut infideli agroso.
8. Communicatio cum Iudæis, quoad exercitium artis medicæ, est prohibita sub mortali.
9. Et communiter non potest in illa dispensare Episcopus.
10. Iudæi, & Saraceni non possunt habere Christianas mulieres nutrices suorum infanctium.
11. Secundum aliquos id est solum prohibitum, si illas velint habere in propriis domibus.
12. Sed oppositum est verius, & probabilius.
13. Nutrire infantes Iudæorum, etiam extra proprias ipsorum domos, est peccatum mortale.
14. Neque in hoc potest dispensare Episcopus extra casum necessitatis.
15. Infideles non possunt ex testamento habere aliquid à fidelibus.
16. Prohibitio non disponendi per testamentum in fauorem infidelium est sub mortali.
17. Et in illa communiter non dispensat Episcopus.

CAP. P. Nullus. 28. quest. 1. sub pena depositionis, si quis sit Clericus, vel excommunicationis, si sit laicus, prohibetur, ne quis in suis infirmitatibus vocet aliquem ex Iudæis, aut medicinam ab eis percipiat; & in executionem huius sanctionis, quæ est desumpta ex sexta Synodo, cap. 11. Paulus I V. Constit. *Cum nimis*, §. 10. grauius prohibet ipsis Iudæis, qui fortè sunt Medici, ne etiam vocati, & rogati, ad curam Christianorum accedant, aut illis assistant: eamque Constitutionem, quoad omnia, & singula, confirmauit, innotauit, atque restituit Pius V. Constitutione alia, *Romanus*. & quoad omnia seruari præcepit, non solum in terris, atque dominiis status ecclesiastici; sed etiam vbique locorum. Et iterum idem præstitit Gregorius XIII. Constitutione, *Alis pia memoria*. & specialiter quoad Medicos Iudæos, aut infideles non vocandos, adiunxit, multos esse, qui corporum suorum languores, illicitis medijs, & præcipue Iudæorum, & aliorum infidelium operâ, sanari cupiunt, & veræ salutis animarum suarum, & corporum simul immemores fiunt, & in damnationis æternæ discrimen incidunt, dum sunt in causa, vt Iudæis, & infidelibus ad curationem vocatis, atque adhibitis, magna detur occasio delinquendi; & vt simul negligatur salutare præceptum Innocentij III. in Lateranensi Conc. quod & refertur c. *Cum infirmitas*, de *pen. & rem.* & postea Pij V. in alia sua Const. vt Medici infirmos in lecto iacentes ante omnia moneant,

1. Medici Iudæi, aut infideles, grauisimè prohibentur fidelibus.

vt sua peccata sacramentaliter confiteantur; neque tertio die ulterius eos visitent, nisi à Confessatio intelligant, esse id ab eis præstitum, vel iuxta de causa eos indigere longiore aliquo tempore, hisque incommodis vt occurrat Sanctissimus Pontifex, non modò approbat, confirmat, & innouat consuetudines alias suorum prædecessorum, easque mandat quoad omnia inuolubiliter obseruari; sed etiam omnibus Christi fidelibus districtè prohibet, & interdicit, ne in posterum Iudæos, aut alios infideles ad Christianorum agrotantium, & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari, admittive faciant, concedant, vel permittant. Et insuper mandat omnibus Ordinarijs, & habentibus curam animarum, vt in iis locis, in quibus Hebræi, aut infideles moram trahunt, singulis annis initio Quadragesimæ denuò publicent dictam Constitutionem; & eos, qui post dictam publicationem ausi fuerint contra facere, ad Sacramenta ecclesiastica, etiam à Regularibus, & exemptis, non esse admittendos: & si defecerint, ecclesiastica sepultura esse priuandos, cuiuscunque tandem status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentie extiterint.

Ex his autem Iuribus, tã antiquis, quam nouis, ferè omnia videntur haberi, quæ possunt esse vitia ad presentem questionem de communicatione ciuili cum infidelibus non baptizatis, quoad exercitium artis medicæ: vt, verbi gratia, qui infideles non sunt vocandi, & quas ob causas sit cum illis prohibita hæc ciuilis communicatio, & in quo tandem consistat, & quibus fidelibus sit prohibita, & sub qua culpa, & sub quibus penis.

2. Quomodo prohibitio aduocandi Iudæos Medicos, extendatur etiam ad alios infideles, & generaliter interdicitur, ne Iudæi, aut alij infideles ad curationem Christianorum vocentur. Vnde, siue admittamus cum Suar. *disp. 18. sect. 6. n. 8.* leges canonicas, quæ prohibent ciuiles communicationes cum Iudæis, extendi debere etiam ad Saracenos, aut Mahometanos; siquidem hi in iure sæpius exprimitur simul cum illis, cap. *Iudæi*, 2. cap. *In nonnullis*, & cap. *Cum sit nimis, de Iudæis*; non autem debere extendi ad alios infideles, aut gentiles: siue absolute negemus, debere fieri vllam extensionem, vt vult Ant. Butr. in cap. *Cum sit n. 6. de Iudæis*, & Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 31. n. 25.* nisi fortè in aliquibus casibus particularibus, propter aliquas particulares rationes; quia, scilicet, Iudæi sunt multò odiosiores Ecclesiæ, quam alij infideles, & multò difficilius ad fidem conuertuntur, & sunt periculosiores ad subuertendos fideles, vt loquitur Sylu. *verb. Iudæus, n. 5.* & idè per leges ecclesiasticas specialius potuit prohiberi communicatio cum illis, quam cum alijs, siue, inquam, admittamus illud, siue hoc, certum est in casu presenti de arte medica, quòd tam prohibetur vocari Iudæi, quam alij infideles, cum ita exprimitur in Bulla cit. Gregorij XIII. & ita suadent rationes, quæ in illa afferuntur, quod eos vocando negligatur præceptum Concilij Lateranensis de infirmis statim monendis ad confessionem, cap. *Cum infirmitas*, *cit. de pen. & remiss.* & quòd Iudæis, & alijs infidelibus detur magna occasio delinquendi, dum, scilicet, vel ex odio in Christianos malè illis medentur, còque potius occidunt, quam sanent; vel medentur per maleficia, quæ sunt ipsis valdè familiaria: atque ita Christiani, dum illos aduocant, rectè dicuntur fieri immemores veræ salutis animarum simul, & corporum: quæ tamen rationes, vt ex se patet, sunt communes omnibus infidelibus; non

autem propriæ solis Iudæis. Et talis est etiam illa ex cap. *Nullus*, 28. quest. 1. id est, vt vitetur cum illis familiaritas: siquidem hæc tempore infirmitatis maxime contrahitur cum Medicis: & si contrahatur cum Iudæis, & infidelibus, potest esse valdè noxia, & periculosa fidelibus.

Deinde cap. *Nullus*, *cit. 28. quest. 1.* non solum prohibetur, ne quis fidelis in suis infirmitatibus aduocet aliquem ex Iudæis; sed etiam, ne medicinam ab eo percipiat: & in Bulla Gregorij XIII. non solum prohibetur, ne quis aduocet; sed etiam ne quis admittat, aut vocari, admittive faciat, concedat, vel permittat. Et per hæc postrema verba etiam prohibetur, ne Christianus Protomedicus, aut alius quicumque, medendi licentiam iis concedat: siquidem expresse ibi dicitur, quòd qui hanc licentiam dat, aperit illis viam ad delinquendum: & huic etiam malo est occurrendum, & de facto occurratur per dicta verba.

Quod verò dicitur de medicina à Medico infideli non percipiendâ ex cap. *Nullus*, *cit.* non vno modo ab omnibus intelligitur; nam Glossa *ibidem*, *vers. Percipiat*, Ang. & Rosell. apud Sylu. *verb. Iudæus, questio 1. num. 2. disto 4.* & Tabiena, & Arnilla apud Sanchez *lib. 2. cap. 31. num. 9.* existimant, illicitum esse, non solum accipere medicinas de manu Medici infidelis ab ipso exhibitas, & applicatas, vel propinatas infirmo, siue accipiantur dono, nullòque pretio illi perfoluto; siue emantur, & certum pretium pro illis soluatur; sed etiam esse illicitum illas accipere, siue dono, siue pecunia, quando ab infideli sunt iam compositæ, & præparatæ: & affirmant solum esse licitum ab infideli emere medicinalia, & simplicia, quæ postea componantur, & præparantur à fideli, & ab eodem exhibeantur, & applicentur, vel propinentur infirmo. Et quanuis Syluester loco citato addat, id esse dictum irrationabiliter, cum nulla sit ratio, quare possint à Medico infideli emi licitè medicinalia, & simplicia; non autem medicinæ iam compositæ, & præparatæ. Potest tamen pro diuersis Authoribus fortasse afforri sufficiens ratio ex Bulla Gregorij XIII. paulò antè relata, quòd accipiendo, vel emendo à Iudæis medicinas compositas, & præparatas, dent illis magnam occasionem delinquendi, dum fortasse ex odio in Christianos malè præparant, & fortasse etiam miscent maleficia: & sic Christiani emendo ab illis, & accipiendo dictas medicinas, factò ipso ostendunt, se esse immemores veræ salutis animarum simul, & corporum, vt dicitur in dicta Bulla.

Alij verò, vt Syluester loco citato, & Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 22. quest. 5.* & Filiuccius *tract. 12. cap. 5. num. 127.* solum affirmant, esse illicitum dono, accipere, non autem esse illicitum emere medicinas, etiam præparatas, & compositas ab infidelibus: quia cap. *Nullus*, 28. quest. 1. citata, dum prohibet, ab illis accipi medicinas, solum intendit prohibere cum illis familiaritatem, quæ suapte natura facile conciliatur per donationes; non autem per emptiones, & venditiones.

Alij denique, & Suar. *disp. 18. sect. 6. num. 8.* & Sanchez *lib. 2. cap. 31. num. 9.* & Bonac. in *Præcepta Decalogi, disp. 1. sect. 2. puncto 6. num. 2. §. Quartus est*, solum existimant, esse prohibitum accipere medicinas per manus, & ministerium infidelium Medicorū infirmis exhibitas, cum hoc sit quasi mederi infirmo, & maxime in hoc appareat familiaritas, quæ solet contrahi intra Medicū, & agrotum: nõ autem esse prohibitū, illas accipere dono, vel pretio, etiam compositas, & præparatas, dummodo infidelis

3. Medicus non est permittendus mederi fidelibus, neque licentia medendi est illi danda.

4. Medicina quomodo non sint accipiendæ à Medico infideli.

illas non applicet: quod idem videtur sentire etiam Archidiaconus in cap. Nullus. cit. num. 2. 28. quæst. 1. dum asserit solum prohiberi, ne sumatur medicina à Iudæo; ita, scilicet, ut Iudæus eam præparet, & exhibeat. Et cum Archidiacono idem asserit etiam Turærem, *ibidem*, num. 4. & 5. & alij apud Sanchez num. 9. cit. Et quod hic dicitur de non accipienda medicina per manus, & per ministerium Medici infidelis, potiori ratione videtur intelligendum de non accipienda ex illius consilio, & præscripto, ut notat Filiuccius *tract. 12. cap. 5. cit. num. 127.* cum in hoc maximè consistat datio, & acceptio medicinae, propterea fit à Medico; non autem in materiali applicatione, quæ fit à famulo, vel ab ancilla: & si Medicus infidelis non est vocandus ad ægrotos fideles, neque etiam est consulendus, & multo minus est rogandus, ut præscribat medicamenta, & remedia: & si præscripserit non rogatus, non sunt accipienda ex illius præscripto. Et hoc, quod dicitur cap. Nullus. cit. *Medicinam ab eis non percipiat.* videtur esse expositio illius, quod dicitur: *In suis infirmitatibus non vocet.* ut notat ibi Archidiaconus num. 2.

Et cum hæc omnia ab his omnibus Doctoribus dicantur probabiliter, negari non potest, quin sit rutilissimum vitæ quam maximè pericula omnia, quæ possunt imminere à Medicis infidelibus, & non modò illis non fidere, ut sua manu applicent medicinas, sed neque etiam, ut præscribant, imò neque ut præparent, & componant: & hæc neque donò, neque pecunia ab illis recipiantur.

Et quod dicitur in Iure de Medicis infidelibus, extendit Sanchez *lib. 2. cap. 31. num. 9. cit.* etiam ad Chirurges, & barbatores, si debeant, verbi gratia, aperire venam, vel applicare cucurbitulas, & alia huiusmodi ministeria facere, quæ spectant ad medicinam; non autem si debeant tondere capillos, & alia præstare homini sano: si enim sint infideles, vocandi non sunt ad medendum ægrotis per sua ministeria: possunt verò non illicitè vocari ad sanis inferendum; sicut etiam communiter fit in aliis eorum artificibus, cum id nullo iure inveniatur prohibendum: quantum sit optimum, ut etiam in his, & absolute in omnibus, vitetur illorum familiaritas, & communicatio, & ad nihil vocentur.

Excipiuntur tamen pro his omnibus à Doctoribus communiter casus necessitatis, ut videre est apud Archidiaconum, & Canonistas in cap. Nullus. 28. quæst. 1. S. Antoninum p. 11. 2. tit. 12. cap. 3. Syluestrum verb. *Iudæus*, qu. 1. num. 2. dicto 4. Suarez *disp. 18. sect. 6. num. 8.* Sanchez *lib. 2. cap. 31. num. 8.* Bonac. in *Præcept. Decalogi, disp. 3. quæst. 2. puncto 6. num. 2. §. Tertius casus est.* Et talis necessitas esset censenda, si nullus alius adesset Medicus, nisi Iudæus, aut infidelis; vel, si is, qui adesset, non esset sufficienter peritus pro gravitate morbi, qui tunc urgeret; vel, si Medicus Iudæus, aut infidelis, esset notabiliter doctior, aut peritior, quam fidelis; vel, si pro gravitate morbi opus esset pluribus Medicis; sique non superpetaret ex solis fidelibus, ut notant Sanchez, & Bonac.

Quod si quæras, utrum è contra sit licitum Medico fideli accedere, si vocetur, ad ægrotum Iudæum, aut infidelem, eique medicinam præscribere, aut dare, vel vendere. Respondit Archidiaconus in cap. Nullus. cit. num. 2. ex Hugone non esse licitum, nisi vendere: quia, scilicet, familiaritas, quam Iura prohibent, tam contrahitur, si Medicus infidelis medeat ægrotò fideli, quam si Medicus fidelis medeat infideli. Excipit tamen, si pietas, aut humanitas aliud postulet: quia, quemadmodum hæc sufficienter excusat à communicatione alioqui prohibita

cum excommunicatis, cap. Quoniam multos. 1. quæst. 3. ita & potest exulare à communicatione prohibita cum Iudæis: quod idem etiam asserit Turæremata, & Bellamera apud Sanchez *lib. 2. cap. 31. cit. num. 10.* Et hic rectè addit, huiusmodi casum pietatis, & humanitatis debere intelligi, quando concurrit necessitas iam explicata pro ægrotò fideli.

Sed extra huiusmodi casum necessitatis, vel pietatis, & humanitatis, grauter peccaret Christianus Medicus, si mederetur Iudæo ægrotò, sicut & peccaret Christianus ægrotus, si aduocaret Iudæum Medicum, ut patet ex pœnis depositionis, & excommunicationis, quæ apponuntur cap. Nullus. cit. 28. q. 1. & ex priuatione Sacramentorum, & sepulcræ ecclesiasticæ, quam addit Gregorius XIII. in sua Bulla; & supra indicauimus *disp. præcedente, num. 5.* ex Suariorum *disp. 18. sect. 6. num. 9.* qui etiam rectè subdit, in huiusmodi communicationibus non posse regulariter dispensare Episcopos, cum sint prohibita de iure communi, quod illis non est commissum, nisi pro aliquo casu particulari, & quando urget necessitas, & periculum est in mora, & non potest recurrere ad Summam Pontificem, ut etiam dicitur in materia de legibus.

Circa alterum, quod proposuimus de Iudæorum infantibus non nutriendis, extat decretum Alexandri III. cap. Iudæi. 2. de Iudæis, quod Iudæi, & Saraceni sub prætextu alendorum suorum puerorum, vel ex quacunque alia causa, non permittantur habere in suis domibus Christiana mancipia, & quod excommunicentur, qui cum eis consenserint habitare. Et clarius, & vniuersalius cap. Ad hæc. si militet de Iudæis idem Alexander III. statuit, quod Christianæ obstetrices, & nutrices non præsumant nutrire Iudæorum infantem in eorum domibus; idque dicitur esse illis penitus interdendum, & si necesse sit, debere etiam illas ad id compelli distinctione ecclesiastica. Et ratio redditur: quia Iudæorum mores, & nostri in nullo concordant; & ipsi de facili ob continuam conuersationem, & assiduam familiaritatem, ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium animos possunt inclinare. Et præterea extat decretum Innocentij III. cap. *Est Iudæos. eodem titulo de Iudæis*, ubi primum refert, quod Iudæi faciunt nutrices suorum filiorum Christianas mulieres; & quod cum dicuntur mulieres Christianæ in die Paschatis, & Resurrectionis Domini, & Corporis, & Sanguinis Iesu Christi, faciunt illas per triduum effundere lac in latrinas, antequam lactent eorum infantem; & quod plura alia committunt de testabilitate, & inaudita contra fidem catholicam. Et deinde distinctè inhihet, ne de cætero habeant nutrices, aut seruientes Christianos, ne filij liberæ famulentur filiis ancillæ; sed, tanquam serui à Domino reprobati, recognoscant saltem per effectum operis, se esse seruos illorum, quos Christi mors effecit liberos, & quorum ipsos effecit seruos: & si Iudæi huiusmodi nutrices, & seruientes Christianos non dimiserint, sub pœna excommunicationis mandat præcipue omnibus Christianis, ne de cætero cum Iudæis commercium aliquod audeant exercere. Et idem præcipit Innocentius I V. Constit. *Impia Iudæorum. in nono Bullario, pag. 62. tom. 1.* ubi §. 4. loquens de Iudæis, *Faciunt*, inquit, *Christianas filiorum suorum nutrices in contumeliam fidei Christianæ, cum quibus turpia multa committunt*, &c. Et §. 4. firmiter inhihet, ne de cætero nutrices, seu seruientes habeant Christianos. Et Paulus IV. Constit. *Cum nimis absurdum. pag. 271. eodem tom. 1.* *Nutrices quoque*, inquit, *seu ancillas, aut alios viri quoque sexus famulos*

3. Communis ratio cum Iudæis, quoad exercitiu ar- tis medicæ, est prohibita sub mortali.

9. Et communiter non potest in illa dispensare Episcopus.

16. Iudæi, & Saraceni non possunt habere Christianas mulieres nutrices suorum infantium.

seruientes Christianos habere, vel eorum infantem per mulieres Christianas lactari, aut nutrire facere, nullatenus presumant. Et denique Gregorius XIII. Extrau. Antiqu. inter cæteros casus, in quibus statuit, ut Iudæi possint puniri per Inquisitores, hunc etiam ponit: *Si qui nutrices Christianas contra sacrorum Canonum statuta, auerforinque Romanorum Pontificum Sanctiones reuenerint, aut eas retinens die, qua sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumperint, lac vno, vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, vel alia loca effundere coegerint.*

11. Et quoniam in xta citata, aliquando specialiter exprimitur, quod Iudæi, & Saraceni habere non debeant in suis domibus Christianas nutrices, ut patet ex cap. Iudæi. 2. & cap. Ad hæc. de Iudæis; & quando non exprimitur, dicunt aliqua, ex quibus indicant, quod eodem modo solum loquantur de illis non habendis in propriis domibus, ut, verbi gratia, cap. *Est Iudæos.* quod faciunt illas per triduum effundere lac in latrinas, & quod debeant illas dimittere: quod certè indicat imperium proximum, & immediatum, quod in illas habeant, & quod illas apud se habeant, & detineant, ut notat Panorm. in cap. *Est Iudæos.* hinc est, quod aliqui solum existimant esse prohibitum nutrire infantem Iudæorum, & infidelium in eorum domibus; non autem extra illas in propriis domibus ipsarum nutricum: cum præsertim non sit periculum contrahende cum ipsis familiaritatis, si nutrantur extra proprias domos, sicut si nutrantur in propriis domibus. Et quemadmodum alia obsequia permittuntur præstari Iudæis extra proprias domos, ut colere, verbi gratia, illorum agros, aut domos illorum ædificare, ut supra diximus *disp. 26. num. 14.* ex cap. *Ad aliorum. de Iudæis*, & ex aliis Doctoribus; quia per illa non contrahitur familiaritas: ita & videtur permissi nutritio infantum. Et in terminis sic docet Glossa in cap. *Ad hæc. verb. In eorundem. Cardin. ibidem, num. vniuerso.* Panorm. num. 2. & in cap. *Est Iudæos. cit.* Bonac. in *Præcept. Decal. disp. 3. quæst. 2. puncto 6. num. 2. §. Septimus casus est.* Filiuccius *tract. 12. cap. 5. num. 27. §. Sextus.* Et ex parte hoc idem admittunt etiam alij, qui id limitant, esse licitum, saltem in eo casu, in quo munus nutricis ita geritur extra domum Iudæi, ut vitetur frequens visitatio ipsius parentis, & frequens accessus ad domum nutricis; & omnino vitetur familiaritas cum Iudæis, ut loquitur Layman. *lib. 2. tract. 1. cap. 17. n. 5. Præterea.* & Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 31. n. 19.* ex Ang. Sylu. Tab. Armilla *verb. Iudæos.*

12. Sed negari non potest, quin oppositum sit probabile, & verius, ut vult Hoft. in cap. *Ad hæc. cit.* Ioan. And. Batr. Anan. *ibidem.* Suarez *disp. 18. sect. 6. num. 8. in sine.* Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 2. 2. quæst. 9.* Layman. Sanchez, & alij, qui absolute docent, id esse illicitum Christianis nutricibus, etiam extra domum Iudæi: & quod additur locis citatis, in eorum domibus; non addi ad limitandam, & restringendam prohibitionem; sed solum ad declarandam occasionem prohibitionis, quæ erat frequens nutritio dictorum infantum in propriis domibus Iudæorum. Et reuera Innocentius III. cap. *Est Iudæos. cit.* absolute id prohibet, nulla facta significatione, aut expressione propriarum domorum: & quod refert de lacte per triduum effundendo intra latrinas, potuit absolute contingere, etiam si nutrices degerent extra domos: siquidem Iudæi adhuc poterant id illis præcipere, & urgere, ut facerent ipsi videntibus. Et quod mandat, eas dimittere, potest intelligi Baldelli *Theol. Moral. Tom. II.*

solum à munere nutriendi; non autem simul à cohabitatione domestica: & potuit hoc totum statueri, non solum ad vitandam familiaritatem cum Iudæis; sed etiam in pœnam sceleris de lacte effundendo in latrinas: quæ pœna est subeunda à Iudæis, tam intra proprias domos, quam extra. Et clarius hoc idem constat ex Constitutione Innocentij IV. & clarissime ex Paulo III. supra relato, qui non solum prohibet Iudæis habere nutrices, aut ancillas Christianas, quod fortasse potest intelligi intra proprias domos; sed etiam facere per illas lactari, aut nutrire infantem: quod est quid amplius, & habet locum etiam extra.

Et hoc idem clarè suadet etiam ratio ipsius textus, quæ omnino est duplex, id est, ut vitetur familiaritas cum Iudæis, cap. *Ad hæc.* & ut seruetur dignitas, & existimatio Christianæ religionis, & filij liberæ non famulentur filiis ancillæ, ut dicitur cap. *Est Iudæos. cit.* & fortasse etiam punitio sceleris pro lactis effusione in latrinas, ut indicauimus. Si enim demus, ita obiri munus nutricis extra domum Iudæi, ut vitetur frequens accessus parentis ad visendum infantem, (quod tamen non videtur facile dandum;) adhuc non vitatur interna beneuolentia, & amor nutricis erga infantem alumnium, & ratione illius erga parentem, & mutua correspondentia ipsius infantis, & ipsius parentis erga nutricem: cum naturale sit nutricibus amare alumnos, & alumnorum parentes, & coniunctos; & alumnis, eorumque parentibus, & coniunctis redamare nutrices: quod tamen cum Hebræis non vacat periculo, ut ex se patet. Et similiter negari non potest, quin sit aliquo modo in contumeliam Christianæ fidei, ut loquitur Innocentius IV. quod Christianæ mulieres, quæ sunt liberæ, famulentur filiis ancillæ; & alant, & lactent infantem Hebræos, ubiunque tandem, & in quibuscunque domibus eos alant, & lactent; & quod sit maximum inconueniens, ut eos, vel non doceat rudimenta fidei, & pietatis Christianæ, sicut docet Christianam nutricem, vel, si doceat, cessurum id postea sit in contumeliam, & in contemptum Christianæ fidei; & denique, quod sit maximè conueniens, ut in pœnam grauissimi sceleris non possint ullibi habere Christianas nutrices, & neque domi, neque extra domum.

Vnde, quia vterque hic finis, id est, conseruatio Christianæ dignitatis, & vitatio familiaritatis, & beneuolentiæ erga Iudæos, grauter læditur per Christianas nutrices, si alant Iudæos, etiam extra illorum domos; certum videtur, quod grauius peccent, si alant, etiam extra domos, ut patet ex regula superioris tradita *disputatione præcedente, num. 15. in fine*, ex Paulo Layman. *lib. 2. cit. tract. 1. cap. 17. num. 2. §. Duo hoc loco adnotanda sunt.* Et solum videntur excusandæ, si urget rationabilis necessitas; & periculum sit, ne infantes intereant, nisi alantur ab ipsis, ut indicat Panorm. in cap. *Ad hæc. num. 2. cit. de Iudæis*, qui etiam rectè subdit *num. 3.* non posse quoad hoc dispensare Episcopum, cum hic non dispenset contra ius, nisi expresse, vel tacite id illi concedatur ab ipso iure; cum præsertim hæc prohibitio iuris communis sit ad fauorem, & ad conseruandum decorem Christianæ fidei, & dispensatio cessura esset de contra in dedecus fidei, & solum ad commodum priuatum ipsius Iudæi: quod idem ex multis aliis docet etiam Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 31. n. 2.*

Denique circa tertium, quod proposuimus de non communicando cum infidelibus, quoad testamenta, extat cap. *Sanè profertur. §. Multi Episcopi.*

13. Nutrire infantes Iudæorum, etiam extra proprias domos, est peccatum mortale.

14. Negare in hoc potest dispensare Episcopus extra casum necessitatis.

15. Infideles non possunt esse testatores.

5. Etiam Chirurges, & barbatores, si debeant, verbi gratia, aperire venam, vel applicare cucurbitulas, & alia huiusmodi ministeria facere, quæ spectant ad medicinam; non autem si debeant tondere capillos, & alia præstare homini sano: si enim sint infideles, vocandi non sunt ad medendum ægrotis per sua ministeria.

6. Excipiuntur tamen pro his omnibus à Doctoribus communiter casus necessitatis.

7. Medicus fidelis quomodo possit mederi Iudæo, aut infideli ægrotò.

24. *quest. 2. & cap. Si quis Episcopus. de Hæreticis*, quod si Episcopus Hæreticis, aut Paganis, etiam consanguineis, reliquerit aliquid ex testamento; excommunicetur saltem post mortem, eiusque nomen inter Dei Sacerdotes nullo modo numeretur; idque ipsum cap. *tu eos*, immediate sequente, eodem titulo de Hæreticis, & in Concilio Carthaginensi III. cap. 13. tom. 1. *Conciliorum*, pag. 544. extenditur ab Episcopis etiam ad Presbyteros, & ad reliquos Clericos, & ab Hæreticis, & Paganis ad eos omnes, qui Catholici non sunt, & à testamentis ad aliam quancunque collationem, sive in morte, sive in vita, ut notat ibi Glossa *verb. Conferantur*. & patet ex *textu*; & à Doctores vltimè extenditur à Clericis etiam ad omnes Christianos, ut patet ex Glossa *in cap. Iudæi. 2. verb. Permittantur*, de Iudæis, Felino *ibidem*, num. 2. *in fine*. Host. *in cap. Si quis Episcopus*, num. 3. §. *Tertium est casus de Hæret. Suar. disput. 18. sect. 6. n. 9. S. Anton. part. 2. tit. 12. cap. 3. §. 1. vers. Item, nullus*. Sylu. *verb. Iudæis, quest. 1. num. 2. §. Sexum*. Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 31. n. 22*. Et ratio huiusmodi extensionis ad omnes Christianos, aut Catholicos, vel est à paritate rationis, aut etiam à fortiori, ut vult Suar. *n. 9. cit.* quia, scilicet, quod prohibetur Episcopis, & Clericis in odium infidelitatis, debet intelligi à fortiori esse prohibitum etiam laicis; vel certè, quia cap. *Sanè profertur. §. Multis Episcopi. 24. quest. 2.* quod secundum vulgatam litteram apud Gratianum specialiter loquitur de Episcopis, secundum aliam litteram loquitur generaliter de omnibus, ut notat Hostiens. num. 30. *cit.* Addunt verò Syluest. & Sanchez *locis citatis*, Vniuersitati, aut Collegio Iudæorum, vel infidelium nunquam esse licitum relinquere aliquid ex testamento; posse autem esse licitum relinquere aliquid priuatis, aut singulis de Vniuersitate, aut de Collegio, si labore extrema, aut valde graui necessitate; non autem extra casum necessitatis, etiam si fuerint fratres ipsius testatoris: quia, scilicet, eo ipso, quod sunt infideles, iam non reputantur, ut fratres, & consanguinei, ut notat Glossa *in cap. Si quis Episcopus. cit. de Hæret. verb. Si quis Episcopus*, ex cap. *Legi. 2. 3. quest. 8.* ubi ex Sancto Hieronymo contra Vigilantium dicitur, non esse crudelitas, sed pietas punire pro Deo crimina, etiam in coniunctis, iuxta illud Deuter. 13. *Si frater tuus, & amicum, & vxor, quæ est in sinu tuo, deprauarit te voluerit à veritate, sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum*. Et hoc idem de Vniuersitate, aut Collegio infidelium, quod non sit capax hæreditatis, aut legati, habetur in iure ciuili, l. 1. *C. de Iudæis*. Et de singulis, aut priuatis Collegiis, quod vnusquisque sit capax, habetur l. *Cum Senatus. ff. de reb. dub.* Sed hoc postremum, quod vnusquisque priuatus de Collegio prohibito possit aliquid testamento accipere, non est intelligendum vniuersaliter de omnibus Collegiis prohibitis: nam Glossa *in cap. Iudæi. 2. verb. Permittantur*, vniuersaliter id negat de Iudæis particularibus, & Felino *ibidem*, n. 3. & Cynus in l. 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* & alij, legem citatam, *Cum Senatus. ff. de reb. dubis*, dicunt solum procedere in Collegio non prohibito, & reprobato ratione sectæ, & religionis, id est, solum de illis, quæ dicuntur communiter illicita; quia non sunt creata auctoritate publica, ut etiam notat Molina *disp. 154. inisio*. Et idem etiam particularibus Iudæis, aut infidelibus ex testamento nihil est relinquendum, nisi forte premantur extrema, aut valde graui necessitate, in quo casu tantummodo id permittunt Syluest. &

Sanchez *locis citatis*, etiam pro consanguineis, & fratribus ipsius testatoris.
 Et similiter pro hac etiam prohibitione non disponendi per testamentum, aut aliter de suis bonis in fauorem infidelium, rectè notat Suar. *disput. 18. sect. 6. num. 9. citato*, quod sit grauis, & ad mortale ex suo genere, ut etiam colligitur ex pœna, sub qua prohibetur, cap. *Si quis Episcopus. cit. de Hæret.* Quauis aliquando ex leuitate materiae possit esse solum ad veniale.
 Et quia etiam hæc prohibitio est à iure communi, non potest communiter in illa dispensare Episcopus, nisi vrgeat grauis aliqua necessitas, & periculum sit in mora, si debeat recurri ad Papam, ut idem subdit.

DISPUTATIO XXX.

Quomodo sit licita ciuilis communicatio cum Iudæis, & infidelibus non baptizatis, quoad contractus emptiois, & venditionis; & quoad societates, præsertim militares.

1. Communicatio cum infidelibus quoad contractus, non est illicita.
2. Per Bullas pontificias multa sunt constituta quoad modum ab Hebræis seruandum in suis contractibus.
3. Iudæi in die Passionis Dominica non solum prohibentur vendere, & negociari; sed etiam prodire in publicum.
4. Iudæi, & Pagani temporaliter subditi Christianis Principibus, non possunt militare.
5. Per se loquendo, non est illicitum aduocare infideles quoscumque in auxilium iusti belli.
6. In bello licitum est adhibere leones, & feras quascumque.
7. Fideles licitè possunt bellare pro infidelibus, eoque inuare in bello iusto.
8. Ex accidente non est licitum vocare infideles in auxilium belli, si ab illis timeantur scandala, & magna incommoda, præsertim contra fidem.
9. Si infideles vocentur in adhibere; omnia damna, quæ inferunt contra ius belli, sunt compensanda.
10. Infidelibus non licet vendere, quæ ab illis sunt malè usurpanda, si hæc ipsa mala usurpatio directè intendatur.
11. Licitum tamen est vendere illa, quæ ex se possunt habere bonum, & malum usum, etiam si sciantur de facto esse habitura usum malum.
12. Hoc idem clarè asserit Sanctus Thomas.
13. Idola, & res per se instituta ad malum usum, non possunt, per se loquendo, licitè vendi.
14. Possunt tamen aliquando licitè vendi solum ex accidente.
15. Imagines, & pictura exprimentes ad vinum suum proterypum, possunt licitè pingi, & vendi, etiam si sciantur ab emptoribus queri ad malum finem.
16. Etiam res indifferentes, quando sciuntur esse habitura malum usum, non possunt vendi sine aliqua rationabili causa.

PRÆTER eas communicationes cum infidelibus non baptizatis, quæ specialiter sunt prohibita in iure; & quas in superioribus iam explicauimus, certum est,

est, quod alia omnes possunt esse licita, vt est, verbi gratia, communicatio quoad contractus emptiois, & venditionis certarum mercium; quoad contractus mutui, & pignoris; & quoad similes, quæ neque sunt prohibita iure naturæ, aut diuino, neque reperiuntur prohibita vilo iure positivo humano. Ita Panorm. *in cap. Post miserabilem. num. 3. de vsur.* Syluest. *verb. Iudæis, quest. 1. num. 2. §. Septimum*. Azor. *part. 2. lib. 8. cap. 22. quest. 4.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 31. num. 23.* & apud illum omnes communiter: nam in iure solum in pœna aliquorum criminum, & transgressionum, quæ Iudæi facere possunt, præcipitur, vt Christiani in mercimoniis, aut in aliis commerciis, vel communicationem cum illis non habeant: quod signum est, quoties Iudæi non committunt huiusmodi crimina, eaque pœna non puniuntur à Iudice, licitè posse à Christianis tale commercium, & communionem illis non negari: sicut enim cap. *Etsi Iudæos. de Iudæis*, districtè, & sub pœna excommunicationis inhietur omnibus Christianis, ne cum Iudæis commercium aliquod audeant exercere, si illi Christianas nutrices, aut feruentes non dimiserint: & in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 67. & cap. *Post miserabilem. de vsur.* dicitur, quod Iudæi possunt compelli per Principes, & Potestates seculares, vt Christiani remittant vsuras; & donec remiserint, iubentur omnes Christiani sub pœna excommunicationis, tam in mercimoniis, quàm in aliis, omnem communionem illis denegare: & per alias Constitutiones pontificias plura alia sunt constituta pro Iudæis status ecclesiastici, & pro aliis vndeconque aduenientibus, ad hoc, vt possint aliqua commercia habere cum fidelibus; & plura sunt præscripta circa modum in huiusmodi commerciis, vt, verbi gratia, per Bullam Pauli IV. *Cum nimis absurdum*, de anno 1555. quod contractus fictos, aut simulatos uon possint celebrare: quod in libris rationum, & computorum, quæ pro tempore habent cum Christianis, non possint vti aliis litteris, quàm Latinis, nec alio sermone, quàm vulgari: quod non possint facere mercaturam frumenti, aut hordei, vel aliarum rerum necessariorum humano vsui; sed debeant esse contenti sola arte, quæ dicitur stracciarie, vel cenciaria: quod menses in eorum rationibus, & computis omnino sciuntur ex triginta diebus: quod pignora eis consignata pro cautione suarum pecuniarum non possint vendere, nisi transactis integris mensibus decem, & octo. Et per Bullam Clementis VIII. *Ex Apostolica*, quod Iudæi mercatores commorantes Anconæ, vel illuc ex Oriente aduenientes, possint occasione suorum creditorum accedere ad quacunque loca status ecclesiastici. Et per plures Ordinationes Cardinalium Camerariorum, iussu Gregorij XIII. Xisti V. & Clementis VIII. sæpius fuerunt indicte visitationes bancheriorum Hebræorum per Officiales Montis Pietatis de Vrbe; & sæpius fuerunt illis præscriptæ aliæ leges ad eosdem contractus cum Christianis spectantes, vt videre est in libro Senatorum, Bullarum, & priuilegiorum, facti Montis de Vrbe, vbi hæc omnia referuntur: & simul omnia clarè ostendunt, communicationem ciuilem cum Iudæis, & infidelibus non baptizatis, quoad contractus, non modò non esse illicitam, & reprobata per iura; sed etiam posituè esse permissam, & approbatam; quod solum hoc loco asserimus.

Quamquam negari non potest, quin etiam quoad contractus alioqui licitos, multa possint Baldelli *T. theol. Moral. Tom. 1. l.*

iustis de causis prohiberi Iudæis, & infidelibus, tam quoad substantiam ipsorum contractuum, quàm quoad circumstantias loci, & temporis, vt notat Azor. *lib. 8. cap. 22. quest. 4. cit.* sic enim Paulus IV. Constit. *Cum nimis absurdum. cit.* prohibuit Iudæis, ne exerceant mercaturam frumenti, aut hordei, vel aliorum, quæ sunt necessaria humano vsui; & ne artem cenciariae in publico exerceant diebus Dominicis, aut aliis festis, quæ sunt de præcepto Ecclesiæ. Et in Concilio Palentino tom. 3. *Conciliorum*, part. 2. pag. 1551. iisdem fuit prohibitum, ne diebus Dominicis, aut festiuis, sua mercimonia venderent, aut qualitercumque artificia, vel artes mechanicas exercere præsumerent. Et Alexander III. cap. *Quia super his. de Iudæis*, pro die Parasceues non modò prohibuit, ne venderent mercimonia, vel ne in publico exercebant suas artes; sed generaliter interdixit, ne ostia, vel fenestras suarum domorum aperirent; quanquam hoc tempore id videtur vsu abrogatum. Et in Concilio Aurelianensi III. sub Vigilio Papa, can. 29. tom. 2. *Concil. pag. 507.* fuit præceptum, vt à die Cœnæ Domini, vsque ad secundam Sabbathi in Pascha, hoc est, ipso quarriduo, non auderent procedere inter Christianos, neque catholicis populis se vilo in loco, vel quacunque occasione miscerent. Et in Concilio Matilconensi I. can. 14. eodem tom. 2. *Concil. pag. 698.* vt à Cœna Domini, vsque ad primam diem post Pascha, per plateas, & forum non deambulant. Et denique Innocentius III. in Concilio Lateranensi, quod & refertur cap. *In nonnullis. de Iudæis*, districtissimè prohibuit, ne in diebus Lamentationis, & Dominicæ Passionis, in publicum prodirent. Eiusque prohibitionis eam attulit causam: quia iis diebus nonnulli ex ipsis non erubescerant ornatiùs incedere; nec formidabant Christianis illudere, qui sacratissimæ Passionis memoriam tunc temporis exhibent, & lamentationis signa prætendunt. Et quoniam non debemus dissimulare opprobria illius, qui probra nostra deleuit, vltimè præcepit, vt presumptores huiusmodi condigna animaduersione punirentur: quod postea clariùs, & distinctiùs præcepit etiam Gregorius XIII. *Extr. Anghia.* vbi inter casus, in quibus mandat Iudæos puniri per Inquisitores, hunc etiam ponit: *Si quis Iudæus Christianos deriserit, & redemptionis nostræ hostiam saluarem in ara Crucis immolatam, Christum Dominum, Indubio, ac despectu habens quandoque; maximè veid in sacro Parasceues die, agnum, seu ouem, aut quid aliud Crucis affixerit, aut appenderit, & in eam conspuerit, seu quodcumque contra ipsam fecerit.* Et propter hæc, quæ videntur spectare ad circumstantiam temporis pro contractibus per Iudæos celebrandis, licitè potest iis præcipi, etiam quoad circumstantiam loci, vt pro vendendis suis mercibus non ingrediantur domos Christianorum, neque illos admittant in domos suas, quò, scilicet, meliùs vitetur cum illis familiaritas, vt notat Azor. *quest. 4. cit.* & plura alia possunt præcipi, quæ indicentur conducere ad alios fines.

Sed pro ipsis Christianis, quatenus communicant ciuilitè cum Iudæis, aut cum aliis infidelibus non baptizatis, quoad contractus, & quoad societates, quas cum illis inueniunt; duo videntur esse explicanda, quæ habent aliquid difficultatis, id est, vtrum possint cum illis inire societate belli, eoque aduocare, tanquam auxiliares copias; an verò hoc sit intrinsecè malum, aut aliter prohibitum per aliquas leges, præsertim quando bellum est contra alios Christianos.

3. Iudæi in die Passionis Dominica non solum prohibentur vendere, & negociari; sed etiam prodire in publicum.

16. Prohibitio non disponendi per testamentum in fauorem infidelium, est sub mortali.
 17. Et in illa communitè non dispensat Episcopus.

2. Per Bullas pontificias multa sunt constituta quoad modum ab Hebræis seruandam in suis contractibus.

1. Communicatio cum infidelibus non baptizatis, quæ specialiter sunt prohibita in iure; & quas in superioribus iam explicauimus, certum est,

Christianos, & fideles: & præterea verum possunt iis vendere etiam illa, quæ certè sciunt esse adhibenda ad vltus illicitos, & superstitiosos, vt, verbi gratia, vendere agnum, quem sciunt esse immolandum idolis; vendere etiam, quo sciunt esse thurificanda idola; vendere ipsas statuas, aut figuras fallorum Deorum, quas sciunt esse colendas, &c.

4. Et quoad primum, extat in primis Constitutio Theodosij, & Valentiniani, Imperatorum, quæ refertur in Concilio Meldensi cap. 73. tom. 3. Concil. part. 1. pag. 614. & per quam Iudæis, vel Paganis negatur licentia militandi; ne occasione militiæ, & militaris societatis percurrant religionem, ac fidem commilitonum, & sectam, vt ibi dicitur, venerandæ religionis immutent. Et hæc prohibitio saltem habet locum pro iis, qui sunt temporaliter subditi Christiano Imperio, & Christianis Principibus: sed præterea loquendo in vniuersum de infidelibus non baptizatis quibuscunque, certum est, non esse intrinsecè malum, nec absolutè prohibitum per vltas leges, siue diuinas, siue humanas, vt non possint aduocari in auxilium, vel subsidium belli, quando hoc est absolutè iustum; & alioqui ab ipsis non timetur scandalum, aut dampnum fidelibus quoad religionem, & fidem, quoad mores, & quoad vitam, vel res temporales, plusquam promittit, aut concedat ius belli. Ita Sanctus Antoninus part. 3. tit. 4. cap. 2. §. 11. Syluester verbo, bellum, 1. quest. 8. conclus. 3. Molin. de iust. tract. 2. disput. 112. col. 450. Valent. 2. 2. disput. 3. quest. 16. puncto 2. §. Quarto, certum est, & c. Aliqua eodem ratione, col. 776. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 25. quest. 13. col. 1034. Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 41. num. 24. Bannes 2. 2. quest. 40. art. 1. dub. 3. col. 1354. & apud illum omnes communiter; sic enim Iudas Machabæus 1. Machab. 8. iniuit fœdus cum Romanis, qui tunc erant infideles, vt se in bellis mutuo iuarent; illudque postea confirmarunt etiam Ionathas, & Simon, fratres, vt habetur eodem lib. 1. Machabæorum, cap. 12. & 14. Et ratio est: quia in bello iustum licitum est etiam adhibere feras, & bestias, verbi gratia, elephantes, & leones, vt notant Bannes, & Sanchez locis citatis, sicut & adhibentur res naturales, verbi gratia, ignes, & metalla artificiosè disposita, & applicata per sclopos, & per bombardas, & res artificiales, verbi gratia, venena, & vniuersaliter quicquid potest conducere ad hostes delendos, & profligandos, qui est finis belli: ergo etiam est licitum, per se loquendo, adhibere infideles, & barbaros. Et quemadmodum hi, quando sunt certi de iustitia belli, licitè possunt ex se accedere ad eos iuuandos, pro quibus vident stare iustitiam; & si videant eos periclitari, possintque facillè, & sine magno incommodo eos defendere; etiam tenentur ex naturali præcepto charitatis, & sub culpa mortali, vt notat Molina disput. 112. cit. initio: ita & possunt licitè aduocari, cum solum aduocentur ad rem licitam, hoc est, ad sui defensam, & ad iustam punitionem, & offensam suorum hostium.

5. In bello licitè est adhibere leones, & feras quascunque.

6. In bello licitè est adhibere leones, & feras quascunque.

7. Fideles licitè possunt bellum pro infidelibus, quæ iuuare in bello iusto.

Et confirmatur à fortiori: quia etiam infideles licitè possunt iuuari à fidelibus, si fortè habeant iustum bellum contra alios infideles, vel etiam contra fideles, vt notat Bannes dub. 3. cit. conclus. 1. vbi dicitur, sic enim etiam Abraham Gen. 14. dedit auxilium Regi Sodomorum, & pugnavit contra hostes illius: & Dauid 1. Reg. cap. 28. & 29. dedit auxilium Achis, Regi Palæstinae, & infideli contra exercitum Israël: & Ionathas 1. Machab. 11. misit De-

metrio Regi infideli tria millia virorum fortium: & certum est, quòd etiam fideles iustum bellum possunt bellare pro Principe infideli, vt patet ex cap. Iulianus, 11. quest. 3. & cap. Imperatores. §. Iulianus. eadem causa, & questione. Quidni ergo infideles possunt bellare iustum bellum pro fidelibus, & ab his aduocari ad illud bellandum, siue sit contra alios fideles, siue contra infideles?

Dixi autem, id esse licitum, si alioqui non timeatur scandalum, aut dampnum fidelibus quoad religionem, quoad mores, & c. quia ex his circumstantiis nocuenti, & mali euentus, rectè notant Anthores citati reddi illicitum, vt aduocentur infideles: quid enim mali rationabiliter non timeatur, si aduocentur, verbi gratia, Turcæ, aut Saraceni, qui Christi nomen maximè oderunt, & Christianorum sanguinem audissimè sitiunt, & Christianam religionem funditus perdere nituntur; & ad hunc finem Christianos infantes clam subripiunt, vt nutriant in infidelitate, & prauis, ac barbaris moribus imbuant; & templa, & sacra profanant omnia; & quantum possunt omnia destruunt, tam humana, quam diuina? Hac de causa 2. Paralip. cap. 16. reprehenditur Alá, Rex Iuda, quia contra Regem Israël vocauit in auxilium Regem Syriæ, eique misit argentum, & aurum de thesauris domus Domini: & per Prophetam ei dicitur iussu Dei: Sicut egisti: & propter hoc aduersum te bella consergent. Et cap. 19. reprehenditur Iosaphat, Rex Iuda, quia dedit auxilium impio Achab; eique dicitur per Iehu Prophetam: Impio probas auxilium; & his, qui oderunt Dominum, amicitia iungis: idcirco irana Dominus merebaris. Et negari non potest, quin hæc amicitia cum Rege impio fuerit scandalum populo Dei, & cum aliquo detrimento diuini honoris, vt notat Bannes dub. 3. cit. in responsione ad 1. Et idèd meritò reprehendatur, etiam si admittatur fuisse contracta ex quadam infirmitate humanæ affectionis, vt vult Sanctus Thomas 2. 2. quest. 186. art. 10. ad 2. Et fortasse ad excludenda huiusmodi scandala, & incommoda, quæ sunt contra ius naturale, & diuinum, Sanctus Antoninus part. 3. tit. 4. cap. 2. §. 11. cit. & Syluester verbo, bellum, 1. num. 9. quest. 8. conclus. 3. cit. & Ioan. And. Archidia. & alij dicunt, quòd ij tantum infideles possunt licitè vocari in subsidium belli à fidelibus, qui sunt pacifici, & nobiscum non habent guerram, neque actiue, neque passiue; & tunc solum, quando vrget necessitas; quia, scilicet, quando ex se sunt pacifici, & nobiscum non habent guerram, neque actiue, neque passiue, non est, quòd timeantur multæ hostilitates, & feritates: & quando vrget necessitas, neque regnum, aut patria potest defendi à Principe sine illis, facillè possunt excusari, si fortè sequantur ex huiusmodi infidelibus aliqua minora damna: & contra, si infideles sint ex se feri, nobisque nostræque fidei semper infensi, vt modò sunt Turcæ, & Saraceni; non possunt vocari nisi illicitè, cum nihil mali possit ab illis non timeri. Et hoc modo Principes aliqui, qui dicuntur aliquando illos vocasse contra alios Principes Christianos, dicuntur communiter non bene audiuisse, vt refert Bannes, & Valent. locis citatis.

Et si huiusmodi infideles vocati indebitè, & illicitè, damna inferant contra ius belli, certum est, quòd omnia sunt imputanda ipsis Principibus, à quibus vocantur, & ab illis sunt relinquentia, & compensanda, in quantum possunt eum enim bellum, & præcipuè aggressum sit actus

8. Ex accidenti non est licitè vocare infideles in auxilium belli, si ab illis timeantur scandala, & magna incommoda, præsertim contra fideles.

10. Infidelibus non licitè vendere, que ab illis sunt male usurpanda, si hæc ipsa male usurpata dicuntur inuendatur.

11. Licitum tamen est vendere illa, que ex se possunt habere bonum, & malum vsum, etiam si situr de facto esse habitura vsum malum.

9. Si infideles vocentur indebitè, omnia damna, que inferantur in bello, ad eos imputanda.

Actus supremus iustitiæ vindictiue, vt colligitur ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 40. art. 1. & communiter dicitur in materia de bello, necessariò debet Princeps dicere, qui illud mouet, gerere se vt iudex iustus; & vt dicitur Deuter. 25. modus plagarum solum debet esse, sicut modus delicti; neque potest plus poenæ inferre, quam mereatur delictum; neque potest in alio genere, vel in aliis rebus poenam inferre, quam in iis, quæ sunt subditæ potestati vindictiue, vt sunt bona tantum temporalia, & vita hostium, & nocentium; non autem honestas, & pudicitia feminarum, & bona, & vita innocentium, & Ecclesiæ, & res sacræ, & Deo dicatæ, & similes: & idèd omnia hæc, si cadant ab infidelibus, sunt compensanda, vt videre est apud Syluestrum verbo, bellum, 1. quest. 10. num. 11. & Sanctum Antoninum 3. part. tit. 4. cap. 2. §. 1. & apud Bannes 2. 2. quest. 40. art. 1. dub. 10. & apud Molinam tract. 2. disp. 117. & apud Franciscum Victoriam in relect. de iure belli, dub. 7. n. 50. & seqq.

Quoad alterum de vendendis, aut non vendendis iis rebus, quæ sciuntur esse adhibendæ ab infidelibus ad vltus illicitos, & superstitiosos suæ infidelitatis, certum est primò, quòd non est licitum eas vendere ea intentione, vt adhibeantur ad huiusmodi vltus illicitos, vt secundum omnes notat Sanchez lib. 1. in Decalogum, cap. 7. num. 1. Si quis enim directè intenderet sacrificari, verbi gratia, ab infidelibus agnum idolo, & ex hac intentione moueretur ad huiusmodi agnum illis vendendum; certum est, quòd peccaret, & participaret de malitia sacrificij, non modò intentio ipsa, & voluntas illius; sed etiam ipsa venditio agni, quæ ex illa fieret; & sacrificium esset illi directè volitum, tanquam obiectum suæ voluntatis, & intentionis; & directè voluntarium, tanquam causatum per voluntariam prohibitionem, & applicationem materiæ, quæ est agnus.

Si verò vltus illicitum, & superstitiosum, quem intendunt ipsi infideles emptores, non intendant similiter venditores fideles, sic distinguit Caietanus 2. 2. quest. 10. art. 4. §. In eodem 4. articulo, & quest. 169. art. 2. circa solutionem ad 4. dub. 1. & 3. Suar. disp. 18. sect. 6. num. 2. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 22. quest. 6. & cap. 24. quest. 14. & part. 2. lib. 12. cap. vlt. quest. 10. Nauar. conf. 1. n. 9. & seqq. de Iudæis, lib. 5. pag. 81. col. 3. & alij plures apud Sanchez lib. 1. in Decalogum, cap. 7. cit. num. 5. si res, quæ venduntur, nullum alium habent vltum ex se, nisi malum, & superstitiosum ipsius infidelitatis; vt sunt, verbi gratia, idola, stolæ, aut vestes sacerdotales gentilium, eorumque templa, Synagoga, &c. non est licitum eas vendere, aut alio modo infidelibus tradere: quia id esset cooperari directè illorum peccatis, tradendo illis rem, aut materiam inseparabilem habentem malum vltum; & nullum alium vltum habentem, nisi malum; & per consequens id esset causare, & velle saltem interpretatiue, & in alio, tanquam in causa, ipsum malum effectum, & malum vltum, hoc est, in ipsa venditione, & traditione materiæ. Si verò res, quæ venduntur, sint ex se differentes, & possint habere tam vltum bonum, quam malum, licitè possunt vendi; etiam si sciatur esse habituræ de facto vltum malum: quia venditio, quantum est ex se, solum est ad transferendum dominium rei; non autem ad determinandum illius vltum, siue bonum, siue malum; & quòd hic determinetur ad malum, solum est à voluntate emptoris, ad quam tamen ipse venditor non cooperatur, neque concurrat, siue directè, siue indirectè, id est, neque in quantum

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

tum est agens per actum positium venditionis, & traditionis rei, neque in quantum non est agens per negationem impeditionis huiusmodi vltus mali, iuxta ea, quæ communiter dicuntur de voluntario directo, & indirecto in vniuersum, cum Sancto Thoma 1. 2. quest. 6. art. 3. & nos explicauimus ex professo lib. 1. de humanis actionibus, disput. 5. hoc enim ipso, quòd res, quæ venditur, ex se est indifferens, non potest venditor, in quantum est agens, & faciens actum venditionis, & traditionis rei, dici potius, quòd tradat materiam ad vltum malum, quam ad vltum bonum; & quòd directè potius causet vltum malum, quam vltum bonum. Et hoc ipso, quòd nulla alia actio ex parte illius est debita ad hoc, vt impediatur, vel non sequatur huiusmodi vltus malus; non potest dici, quòd illum causet indirectè, & in quantum non est agens, seu non efficiens illam actionem.

Atque hoc ipsum clarè docet Sanctus Thomas 2. 2. quest. 169. art. 2. ad 4. vbi explicans, quomodo artes, quæ præparant ornamenta mulierum, sint licitæ, & artifices, dum illas exercent, non peccent, vniuersaliter asserit, quòd illa est ars illicita, quæ facit opera, quibus homines vti non possunt absque peccato; & quòd artifices talia faciendo, talémque artem exercent, idèd peccant, quia directè præbent aliis occasionem peccandi, vt, verbi gratia, si fabricent idola, aut ea, quæ pertinent ad cultum idololatriæ: & contra, quòd illa ars non est illicita, quæ facit opera, quibus homines possunt bene, & male vti, quales sunt gladij, sagittæ, & alij huiusmodi. Et addit, quòd si contingat, vt homines operibus huiusmodi artis vrantur sæpius male, quam bene, non propterea euadunt artes illicitæ, neque artifices peccant, dum illas exercent; sed solum pertinet ad officium Principis, vt illas prohibeat, & tollat à ciuitate. Atque ita indicat, quòd tunc artifices, neque etiam indirectè sunt causa mali vltus, cum ex parte illorum nihil sit debitum, aut requisitum ad hoc, vt ille non sequatur; possit verò ipse Princeps indirectè esse causa illius, in quantum artes illas non tollit, & in quantum non est agens, quòd est requisitum, & debitum ex parte illius, vt malus vltus non sequatur, vt etiam notat ibi Caietanus §. Ad 3. dubium.

Vnde ex ipso contextu Sancti Thomæ videtur clarè haberi, quòd non sit ad mentem illius id, quòd habet Syluest. verb. infidelium, quest. 4. num. 5. Valent. 2. 2. disput. 1. quest. 10. punct. 5. in fine, §. Ad rationem. Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 7. num. 1. quòd artifices fabricantes idola, aut ea, quæ pertinent ad cultum idololatriæ, idèd dicantur directè præbere aliis occasionem peccandi, quia fabricant ea intentione, vt inseruiant idololatriæ, cum non sit ratio, quare fabricent ex alia causa, aut ex alia intentione: nam contra est: quia Sanctus Thomas cooperationem directam ad cultum idololatriæ solum ponit in ipsa fabricatione idoli; illudque ait esse opus, quo homines vti non possunt absque peccato; spectata, scilicet, ipsius rei natura, non quidem secundum esse physicum ipsius materiæ, ex qua fit idolum, vel ipsius figuræ, aut formæ artificialis: per quam fit; sed spectata institutione hominum, qui idolum sic fabricatum ex tali materia, & ex tali forma solum destinant, & solum visant ad cultum; & alioqui si loquamur de intentione, & siue ipsorum artificum, prout potest distinguí ab intentione, & siue

12. Hoc idèd clarè asserit S. Thomas.

L 3. ipse.

ipsum artis, & operis artificiosum; certum est, quod artifices longe alia intentione possunt, ac solent fabricare idola, quam ut praebeant aliis occasionem ea colendi: siquidem communiter solum fabricant propter lucrum, & ut comparant sibi ex illis utilitatem. Et ex ipso Syluestro *num. 5. citat.* non est dubium, quod ad nostram utilitatem, & bonum; licite possumus uti peccato alterius ex se dispositi ad illud parandum; dummodo non cooperemur immediate ad aliquid, quod ex se sit peccatum, ut patet, quando ab usurario petimus, mutuum, eiusque voluntatem accipiendi vsuras, conuertimus in commodum nostrum. Possent ergo similiter etiam artifices idolorum in suum bonum, ac lucrum conuertere voluntates Gentilium, & infidelium; qui ex se illa colunt; neque per hoc a Sancto Thoma essent dicendi recte illis praebeere occasionem peccandi, si opus ipsum, & ipsum idolum non esset ex se talis occasio, & fabricatio, aut venditio; vel praebitio idoli ex parte artificum non esset actio, quae terminaretur directe ad occasionem peccandi datam Gentilibus, & per quam directe concurrerent ad illorum peccatum, ut vult Sanctus Thomas. Nam, sicut, qui occidit; verbi gratia, parentem, & caput familiae, directe causat ruinam, & damnatum ipsius familiae; etiam specialiter, & in se non illud intendat: ipsa & qui fabricat, aut praebet Gentili idolum, directe causat illius cultum, & directe concurrunt ad peccatum idololatriae, cum non minus contineatur respectu Gentilis in habitatione idoli, illius cultus, quam in occisione, & morte parentis; damnatum familiae.

Neque vrget argumentum Valentiae *puncto 5. cit. 5. Hec sententia, & Sanchez cap. 7. cit. num. 6.* quod si loquamur ex natura rei, etiam idola, & vestes sacerdotales Gentilium sint indifferentes, usque possunt homines bene, & male uti: siquidem possunt illas apud se velle, & retinere, non pro cultu, qui est vsus malus; sed pro memoria antiquitatis; vel pro theatriali, & scenica representatione; vel propter excellentiam artificis, a quo sunt factae; vel ut irideant superstitiones Gentilium; vel propter aliquid huiusmodi; qui est vsus bonus. Et si loquamur ex hominum institutione, & voluntate, etiam agni, qui venduntur Iudaeis tempore Paschatis, & rami ex myrtho, vel ex aliis arboribus, qui venduntur iisdem tempore Scenopegiae, vel pro festo tabernaculorum, sunt solum determinati ad vsus malum, neque manent amplius indifferentes ad bonum, & ad malum: & ideo est eadem ratio de vtrisque; & vel omnia dicti debent posse licite vendi, vel nulla. Hoc, inquam, argumentum non vrget: quia, ut paulo ante indicauimus, rei natura in idolis, & in operibus artis, de quibus asserit Sanctus Thomas, quod homines non possunt iis uti sine peccato, non est attendenda secundum esse physicum ipsius materiae; ex qua sunt; vel ipsius formae artificialis, quae per artem inducitur; sed maxime est attendenda ex hominum institutione, per quam ordinantur, & destinantur ad hunc, vel illum finem; & per quam habent, ut hic, vel ille vsus dicatur illis conuenire per se; & omnis alius vsus, ad quem forte adhibentur ab hoc, vel ab illo, dicatur conuenire solum per accidens: quia enim forma, & species, in iis, quae habent principium in nobis, habetur maxime ex fine, quem agens intendit, & ex quo operatur; & finis, dum determinat agens, se habet in illo, ut forma, & ut ratio agendi, ut patet ex Sancto Thoma *1. 2. q. 60. art. 1.* recte institutio, vel destinatio rei artificialis ad certum finem, dicitur in illa spectare ad ipsam naturam; & haec attendi maxime ex institutione, & de-

stinatione ad finem: ac proinde, quia idola, & vestes sacerdotales Gentilium solum sunt institutae ad finem idololatriae, recte dicitur, quod haec institutio spectat in illis ad naturam, & quod idola, & vestes ex sua natura sunt determinatae ad vsus malum, usque homines uti non possunt absque peccato, ut loquitur Sanctus Thomas; & per consequens, per se loquendo, nec possunt licite vendi; & est solum per accidens, si aliquando vendantur licite, ut, verbi gratia, si separantur ab vsu malo, & quodammodo liberentur a prima institutione, & destinatione ad illum, & solum quaerantur, ut dicitur, pro memoria antiquitatis, vel pro theatriali representatione, vel pro alio bono vsu. Et contra, quia agni, verbi gratia, qui venduntur Iudaeis tempore Paschatis, & rami ex myrtho, qui venduntur pro festo tabernaculorum, non habent, per se loquendo, vel ex natura, vel ex hominum institutione destinationem ad malum vsus; sed solum accidentaliter, & separabiliter illam recipiunt ab hoc, vel illo, vno, aut pluribus; recte dicuntur esse ex se indifferentes, & posse licite vendi, etiam si sciatur esse determinanda ab ipso emptore ad vsus malum, cum hoc sit illis omnimodo per accidens, neque directe, neque indirecte proueniat ex venditione, ut iam explicauimus.

Et huius generis videntur esse etiam picturae, aut imagines, quae ad viuum representant, & exprimunt ipsum prototypum: quia enim, per se loquendo, ad hanc tantum representationem, & expressionem sunt determinatae; non autem ad conciliandum amorem turpem, & inhonestum, licite possunt ab artificibus pingi, & vendi, etiam si sciatur quari ab emptoribus ad conciliandum, aut fouendum amorem turpem, cum hic finis sit illis merè per accidens, & neque directe, neque indirecte proueniat ex artifice: dummodo alioqui pictura ipsa, & imago non sit rei turpis, & quae siue cogitata, siue concupita, aut patrata, vel etiam expressa litteris, ut sermone, vel pictura, semper sit disconueniens, ut fundet malitiam.

Sed, quauis haec ita sint, & possint infidelibus licite vendi; quae sunt ex se indifferentia; non autem illa, quae ex propria institutione, & natura sunt destinata, & determinata solum ad vsus malum, & quibus ea de causa non possunt homines, per se loquendo, communiter uti sine peccato, ut iam diximus ex Sancto Thoma; non est negandum, quod etiam pro iis vendendis, quae sunt indifferentia, semper est opus aliqua causa ex parte venditoris, ut notat Syluester *verb. infidelitas, n. 5. cit. Valent. disp. 1. quest. 10. puncto 5.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 7. n. 10. & 11.* nam ex charitate omnes tenemur, non modo non dare actiue scandalum, & occasionem spiritualis ruinae proximo; sed etiam impedire eandem ruinam, quando commodè possumus; & tollere illius occasionem, siue ab aliis datam, siue ex ipso acceptam: & tunc solum censetur moraliter non posse illam impedire, aut tollere, quando habemus rationabilem causam non impediendi; siquidem haec causa moraliter inducit quandam moralem impotentiam impediendi, & tollendi, ut notat Sanchez *n. 11. cit.* & ideo excusat a culpa non impediendi, aut non tollendi; sed permittendi dictam ruinam spirituales: & prout se habuerit diuersimodè huiusmodi causa, & verè fuerit maioris, aut minoris necessitatis, & ponderis, huic, aut illi, est diuersimodè iudicandum de honestate, aut de malitia tradendi, aut exhibendi huiusmodi res indifferentes, quae certò sciuntur esse habiturae malum vsus, ut in plurimis casibus particularibus videre est apud Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 7. cit. n. 12. & seqq.*

14. Possunt tamen aliquando licite vendi solum ex accidente.

35. Imagines, & picturae exprimentes ad viuum suum prototypum, possunt licite pingi, & vendi, etiam si sciatur ab emptoribus quari ad malum finem.

16. Etiam res indifferentes, quando sciuntur esse habiturae malum vsus, non possunt vendi sine aliqua rationabili causa.

DISPV

DISPUTATIO XXXI.

De iis, quae specialiter spectant ad haeresim, in quantum est error voluntarius circa aliquem articulum fidei.

1. *Vocabulum, haeresis, dicitur ab electione, & electionem importat.*
2. *Non tamen competit doctrina catholica.*
3. *Sicut neque competit nomen sectae.*
4. *Quomodo haeresis in materia fidei sit electio.*
5. *Quomodo subiectetur in intellectu, etiam si sit electio.*
6. *Quomodo haeresis possit describi per actum intellectus, & per actum voluntatis.*
7. *Haeresis ex parte intellectus essentialiter est assensus erroneus.*
8. *Quomodo ad errorem intellectus reducatur adiectus in rebus fidei.*
9. *Dubietas de obiecto fidei tollit fidem.*
10. *Etiam actus opinatus, & actus fidei humana tollit fidem.*
11. *Potest aliquis in se habere malitiam haeresis, & non esse Haereticus.*
12. *Quomodo sit Haereticus, qui ex conscientia erronea putat, se in aliquo sentire contra definitionem Ecclesiae.*
13. *Assensus erroneus, qui est haeresis, necessario debet esse voluntarius.*
14. *Qui patitur tentationes contra fidem, quibus indiciis possit cognoscere, quod illis non consentiat.*

In infidelitate, & de infidelibus in vniuersum possumus sufficere, quae haecenus diximus. Ut verò agamus in specie de illius speciebus; de illa praecipue agemus, quae est frequentior, & proprie solum contingit in homine baptizato, dum fidem a Christo traditam, & in Baptismo a se receptam culpabiliter reicit, non ex toto, sicut Paganus, aut Iudaeus; sed solum ex parte, & quoad vnum tantum, vel quoad plura ex iis, quae a Christo sunt tradita in nouo Testamento: & proprio vocabulo dicitur haeresis, ut etiam supra indicauimus *disp. 22. n. 11.* Et ex illa etiam constabit, quid sit dicendum de aliis speciebus, quae ab haeresi solum differunt secundum maiorem, aut minorem extensionem obiecti materialis, quod discredund, ut etiam ibi diximus *n. 14.*

Et quidem quoad notionem, & vim vocabuli, certum est ex Sancto Hieronymo *in cap. 5. ad Gal.* qui & refertur cap. *Haeresis, 24. quest. 3.* ex S. Thoma *2. 2. quest. 111. art. 1.* quod haeresis Graecè dicitur ab electione, & electionem importat, in quantum, scilicet, vnusquisque eam disciplinam sibi eligit, quam putat meliorem, & in ea tenaciter, & obfirmatè persistit: nam deriuatur à Graeco verbo, *αἰρέω*, quod significat, eligo, volo, expeto, ut tradunt periti Linguae Graecae. Et haec deriuatio est multò aptior, multoque verior, quam illa tres, quas refert Directorium Inquisitorum *part. 2. quest. 1. pag. mihi 230.* quod deriuetur à verbo, *ελεγο*; & haeresis dicitur quasi *elesti*; & Haereticus, quasi *elestianus*, in quantum sibi eligit falsam doctrinam: vel etiam deriuetur à verbo, *haereo*, in quantum Haereticus multum haeret suae sententiae: vel denique à verbo, *ερίζω*, quod est, diuido, in quantum Haereticus se se diuidit ab Ecclesia. Et quauis has etiam omnes etymologias tradat Sanctus Isidorus *lib. 8. etymolog.*

1. Vocabulum, haeresis, dicitur ab electione, & electionem importat.

cap. 3. easque sequantur plures ex Canonistis *in cap. Firmissime. eor. de Haer.* imò & ex Scholasticis *in 4. dist. 13. cit.* sunt tamen minus aptae, & minus verae, ut ex eodem S. Isidoro *ibid.* notat Penna *in Commentariis ad Directorium Inquisitorum, comment. 26. ad primam questionem par. 2. cit.* Sed, quauis vocabulum, *haeresis*, etiam deriuatum à verbo Graeco, ex primaria impositione tam possit vsurpari in bonam, quam in malam partem; & absolute omnis opinio, aut sententia, in qua aliquis firmiter haereat; siue sit de re bona, & vera; siue de falsa, & mala, possit appellari haeresis, quomodo Marc. Tullius *in paradoxis*, ait, Catonem in ea haeresi esse, quae nullum sequatur florem orationis: & doctrina Pharisaeorum, quae ante Christi aduentum mala non erat, & quam S. Paulus *Aetor. 20.* appellat sectam certissimam; *Aetor. 15.* dicitur haeresis: communiter tamen vsus Ecclesiae iam obtinuit, ut solum accipiatur in malam partem, pro ea tantum sententia, aut doctrina, quam aliquis sibi eligit circa materiam fidei, contra doctrinam catholicam, & ab Ecclesia definitam, & receptam, ut notat Suar. *disp. 19. de fide, sect. 1. n. 2.* Et rectè notat Terull. *in lib. de praescriptionibus*, & Theophylactus *in cap. 2. ad Coloss.* & ex illis Valent. *2. 2. disp. 1. quest. 11. puncto 1.* & Suar. *disp. 19. de fide, sect. 1. n. 3.* & Penna *in Comment. 26. cit. ad Directorium Inquisitorum, part. 2. quest. 1. pag. mihi 232.* doctrinam fidei, & religionis catholicae non posse appellari haeresim, etiam secundum communem acceptionem vocabuli: quia, quauis dependeat à libera voluntate credendi; ipsa tamen doctrina fidei non est ex inuenio, & electione humana; sed ex diuina reuelatione; & ipsa voluntas credendi non est principaliter ex humano arbitrio; sed ex gratia; & ideo dicitur Ioan. *6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum.* Et cap. *15. Non vos me elegistis; sed ego elegi vos.* Vnde & Sanctus Paulus *Aet. 24.* doctrinam fidei non absolute vocauit haeresim; sed cum hoc addito: *Quam dicunt haeresim, sic deservio Patri;* & mirum, à Iudaeis eam sic appellari, sed non bene.

Secus verò est de vocabulo sectae, quod ex Sancto Isidoro *lib. 8. etymolog. cap. 3.* dicitur à sectando, id est, sequendo; & significat omnem doctrinam, aut disciplinam, quam aliquis sequitur: quauis enim iam ex vsu Ecclesiae, etiam hoc nomen solum accipiatur in malam partem, & idem significet, atque haeresis; & hoc modo Haereticos appellemus sectarios: olim tamen vocabulum hoc fuit vsurpatum secundum generalem impositionem, & tanquam indifferens, tam ad bonam, quam ad malam doctrinam, ut patet ex Sancto Paulo *Aet. 24.* *Secundum sectam, quam dicunt haeresim, sic deservio Patri;* & Deo meo, &c. & ex aliis Patribus, quos refert Suar. *sect. 1. cit. n. 4.*

Porro doctrinae humanitatis inuentae, & electae, qualis est doctrina Haereticorum, bene competit notio haeresis hoc modo acceptae pro electione, ut videre est apud Sanctum Thomam *2. 2. quest. 111. art. 1.* cum electio sit tantum eorum, quae sunt ad finem, ut patet ex Aristotcle *3. Ethic. cap. 2.* & ex eodem Sancto Thoma *1. 2. quest. 13. art. 3.* & sit quasi conclusio syllogismi practici, & operatiui, *7. Ethic. cap. 3.* in quantum, scilicet, statim sequitur ex conclusione talis syllogismi, quae proprie appellatur iudicium, aut sententia, ut exponit Sanctus Thomas *1. 2. quest. 13. cit. art. 1. ad 2.* quemadmodum voluntas credendi hoc, aut illud, quod sufficienter proponitur, ut reuelatum à Christo, est bona electio, quasi medij, ad credendum simpliciter doctrinam Christi, & ipsi Christo, tanquam ad finem: ita & voluntas non credendi hoc, aut illud, est mala electio ad eun-

2. Non tamen competit doctrina catholica.

3. Sicut neque competit nomen sectae.

4. Quomodo haeresis in materia fidei sit electio.

13. Idola, & res per se instituta ad malum vsus, non possunt, per se loquendo, licite vendi.

dem finem; & qui retinet rectitudinem fidei, quatenus dicit intentionem finis, & voluntatem credendi Christo, & admittendi eius doctrinam, & simul deficit ab eadem rectitudine credendi hoc, aut illud, recte dicitur habere hæresim, id est, malam electionem in materia fidei, & esse Hæreticus, vel malè eligens: & per hunc defectum tantummodo circa media constituit speciem infidelitatis, quæ dicitur hæresis, vt bene explicat S. Thomas 2. 2. *quest. 11. art. 1. in corp.* sicut & per defectum à fide non solum quoad media; sed etiam quoad finem, constituantur alia species, id est, Paganismus, & Iudaismus, vt idem subdit, cum Paganus simpliciter in nullo credat Christo, aut Deo; & Iudæus solum credat Deo in lege veteri, & in figuris; non autem Christo in lege noua, & figurarum adimpletionem.

Neque obstat, quod hæresis, tanquam species infidelitatis, positiuè, aut contrariè opponatur fidei; & idèd subiectetur in intellectu, sicut & fides; electio uerò, tanquam species appetitionis, id est, appetitio consultiua, vel præconsultata, vt eam appellat Aristoteles 3. *Ethic. cap. 3. in fine*, vel appetitio consultatrix, vt dicitur 6. *Ethic. cap. 2. subiectetur in voluntate*. Nam contra est; quia ex eodem Aristotele 6. *Ethic. cap. 2. cit.* electio nunquam est sine intellectu, & ratione, & necessariò simul requirit vtrunque actum; & idèd tam potest dici intellectus appetitiuus, quam appetitus intellectiuus; & ratione vtriusque potest dici, quod subiectetur in vtroque; & per consequens etiam hæresis, provt est mala electio in materia fidei, simul dicitur actum rationis, & actum voluntatis, & tam potest explicari per actum rationis, provt dependet à voluntate, quam per actum voluntatis, provt ordinat actum rationis; & ratione vtriusque potest dici, quod subiectetur in vtroque, vt de electione in vniuersum explicat Sanctus Thomas 1. 2. *quest. 13. art. 1. cit.* & de hæresi, vel mala electione circa res fidei, notat Suar. *disp. 19. sect. 1. cit. n. 5.* Et quia inter hos actus, in quantum faciunt ad infidelitatem, & ad rem ipsam infidelitatis principalius se habet actus rationis, qui per voluntatem eligitur, tanquam medium ad finem, & qui formaliter, & vltimò complet infidelitatem, & absolute est ipsa infidelitas; idèd infidelitas, quæ est hæresis, principalius dicitur subiectari in intellectu, imò, & absolute esse in intellectu, etiam si præterea dicat aliquid in voluntate, & in quantum subest vocabulo hæresis, & electionis, possit etiam dici, quod principalius illud dicat, & principalius subiectetur in voluntate, vt de electione in vniuersum concludit Sanctus Thomas 1. 2. *quest. 13. art. 1. cit.*

Atque hinc fit, vt hæc infidelitas, quæ est hæresis, cum includat vtrunque actum, per vtrunque possit describi: & si describatur, in quantum subest vocabulo hæresis, possit de illa prædicari in recto, quod sit electio; & ex Sancto Hieronymo in *cap. 5. ad Gal.* & ex *cap. Hæresis. iam cit. 2. 4. quest. 3.* possit dici, esse electio alicuius doctrine, aut disciplinæ, quam quis putat meliorem in materia fidei, contra doctrinam ab Ecclesia definitam, & traditam. Et si debeat describi secundum rem ipsam, & præscindendo ab appellatione, & vocabulo hæresis, possit de illa prædicari in recto, quod sit actus intellectus; & dici, quod sit error volutarius cum pertinacia contra aliquam veritatem Christianæ fidei ab eo habitus, qui fidem recepit, vt eam describit Canus *lib. 1. 2. de locis thelog. cap. 8.* Suar. *disp. 19. de fide, sect. 1. n. 5.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 1.* & alij communiter: & siue describatur hoc modo, siue illo, in idem recidit, cum in vtraque descriptione inuoluatur, &

5. Quomodo subiectetur in intellectu, etiam si electio.

6. Quomodo hæresis possit describi per actum intellectus, & per actum voluntatis.

explicitetur vterque actus, id est, intellectus, & voluntatis; & indicentur alia omnia, quæ ad hæresim sunt necessaria.

Atque vt clarius; & distinctius agamus de singulis, dicitur primò actus rationis, & intellectus, qui est hæresis, esse error: quia essentialiter est assensus erroneus. Et quemadmodum actus fidei necessariò est verus, neque potest illi, in quantum est fidei, subesse falsum: ita & actus infidelitatis, & hæresis, necessariò est falsus; neque potest illi, in quantum est hæresis, subesse verum; siue sit actus assensus, & positiuè contrarius dissensui fidei; siue sit actus dissensus, & positiuè contrarius assensui fidei. Et sic docent omnes communiter, tam Theologi, quam Canonistæ: imò & Sancti Patres apud Suar. *disp. 19. de fide, sect. 4. num. 2.* Et fauet *Act. 20.* etiam Sanctus Paulus, dum Hæreticos, quos ibi intelligit per lupos rapaces non patientes gregi, subdit etiam esse loquentes perueria, vt abducant Discipulos post se.

Et hoc, quod habet Sanctus Paulus de locutione, non significat, quod hæresis primò, & per se possit consistere in verbis, siue ore, & voce prolatis, siue scriptis, non autem mente, & in intellectu; sed solum quod error, & perueritas locutionis proneniat ex errore, & perueritate intellectiõis: siquidem ex Aristotele 1. *peri herm. cap. 1.* quæ sunt in voce, sunt notæ illarum, quæ sunt in anima passionum; & quæ scribuntur, sunt notæ eorum, quæ sunt in voce: & ex Sancto Hilario *lib. 1. de Trinit. initio*, & apud Magistrum in 4. *dist. 13. in fine*, hæresis non est de scriptura; sed de intelligentia, eiusque crimen non est ipse sermo, sed ipse sensus.

Et multò minùs potest hæresis consistere in solis factis, aut operibus externis: quauis etiam per hæc possit haberi illius suspicio, aut præsumptio; attentis præsertim etiam aliis circumstantiis personæ, & loci: vt, si quis, verbi gratia, inter Hæreticos ignominiosè comburat sacras Imagines; vel inter Iudæos sabbathizet, &c. vt ex communi sententia videre est apud Cordub. *lib. 1. quest. 17. §. 7. pag. 152.*

Et hoc modo ex præsumptione iuris plures criminosi in sacris Canonibus appellantur Hæretici, & in iudicium vocantur, tanquam Hæretici: vt, verbi gratia, simoniaci, infordescetes in excommunicatione, colentes Demones, &c. quauis reuera tales non sint, nisi hæc faciant ex errore mentis, vt notat Syluester *hæresis, 1. quest. 5.*

Et ad errorem mentis hoc modo acceptum debet reduci etiam dubietas, ex qua *cap. 1. de Hæres.* dicitur, quod dubius in fide sit infidelis: nam, quauis dubietas accepta formaliter, & directè pro suspensione, & quasi pendentia omnis actus, & per quam intellectus etiam expensis rationibus, tam pro assensu, quam pro dissensu, aliquando adhuc est pendulus, & neque assentit, neque dissentit, non sit infidelitas; sed pura negatio tam actus fidei, quam actus infidelitatis, vt vult Canus *lib. 12. de locis thelog. cap. 9. vers. Conuenerunt autem.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 12.* & aliqui alij apud ipsum; si tamen accipiatur, provt quasi reflexè dicit iudicium de obiecti ipsius dubietate, & incertitudine; & idèd intellectus sit dubius, & maneat suspensus, & pendulus, quia obiectum ipsum, siue materiale, siue formale, non censet posse fundare actum determinatum, siue ad vnam, siue ad alteram partem contradictionis; omnino est species infidelitatis, vt bene explicat Syluest. *verb. hæresis, quest. 3. n. 6.* Azor. *lib. 8. c. 9. quest. 6.* Reginald. *lib. 9. n. 237.* Bannes 2. 2. *quest. 11. in Commentario ad art. 2. col. 2. §. Respondeatur.* Vasq. 1. 2. *disp. 65. cap. 1. n. 4. pag. 368. col. 1.* Sanchez *cap. 7. n. 17. cit.* Valent. 2. 2. *disp. 1. quest. 11. punit.* Et t.

7. Hæresis ex parte intellectus essentialiter est assensus erroneus.

9. Dubietas de obiecto fidei tollit fidem.

8. Quomodo ad errorem intellectus inducatur dubietas fidei.

No 1. Layman. *lib. 2. tract. 1. cap. 13. num. 5.* Bonac. *de excommunicatione. disp. 2. quest. 5. puncto 1. num. 3.* & Suar. *disp. 19. sect. 4. num. 12. & 13.* Nam reuera non omnis suspensio actus circa res fidei est dubitatio, saltem positua, provt de illa hic loquimur, sed tunc solum, quãdò prouenit ex putata obiecti insufficentia ad fundandũ actum determinatum, vt patet in eo, qui angitur scrupulis, & tentationibus circa fidem; & de consilio Patrum spiritualium mentem, & cogitationem aduertit ad alia; & circa obiectum fidei, de quo tentatur, omnem actum suspendit; nec tamen propterea dicitur dubitare in fide, aut esse infidelis, vt notat Bannes 2. 2. *quest. 11. art. 2. §. Ex his sequitur.* & in eo, qui, siue urgeat præceptum de eligendo actu fidei, siue non urgeat, de facto tamen pro sua voluntate, & liberate illum non elicit, sed suspendit, & negatiuè se habet, tam circa fidem, quam circa infidelitatem. Et certum videtur, quod præscindendo ab hoc imperio voluntatis, non aliunde potest prouenire, vt aliquis dubitet, & sit pendulus circa aliquod obiectum, nisi quia motiuum, quod habet, non putat sufficiens, vt ex illo se determinet ad aliquem actum, & determinatè eliciat, siue assensum, siue dissensum; ac proinde dubitatio proprie dicta semper contingit cum aliquo iudicio de insufficentia obiecti, & motui ad aliquem actum determinandum: & hoc iudicium in materia fidei non potest contingere sine errore, cum omne reuelatum à Deo sit maximè potens fundare assensum; & diuina autoritas, etiam obscurè reuelans, quæ est afortium formale, sit maximè potens illum firmare, & constituere in summo gradu certitudinis: & idèd maximè errat, qui oppositum putat; & rectè dicitur errare in fide, & esse Hæreticus, si ex tali iudicio erroneo de insufficentia obiecti, & motui, hæreat pendulus circa assensum.

Atque hæc de causa Doctores communiter, tam Theologi, quam Canonistæ, vniuersaliter, & absolute, & sine distinctione affirmant, quod dubius in fide est infidelis, & Hæreticus: quia semper huiusmodi dubietas est cum errore; in quo tamen proprie, & formaliter consistit hæresis. Vnde, qui sic est dubius, non solum est dicendus Hæreticus fictione iuris, in quantum in iure habetur pro Hæretico; sed etiam verè, & proprie, in quantum errat positiuè in fide; & idèd verè subicitur penis Hæreticorum, vt notat Azor. *part. 1. lib. 3. cap. 9. quest. 5.*

Et hæc facit id, quod habetur ex Concilio Viennensi *Clementina 1. §. Verò, de Summa Trinitate*, quod non solum sit erronea, & veritati catholice inimica illa doctrina, seu positio, quæ temerè asserit; sed etiam illa, quæ vertit in dubium, quod substantia anima rationalis, seu intellectiua, verè, & per se humani corporis non sit forma. Et quod habet S. Augustinus *lib. 8. de Trinit. cap. 5.* quod non possint in materia fidei usurpari particule, forte, aut forte esse, vel similes, quæ important, & expriment dubietatem. Et, si potest dici, salua fidei veritate, forte esse Virginem talem faciem habuisse; non tamen potest dici, salua fide catholica, forte de Virgine natum esse Christum. Et denique id, quod habet S. Bonauentura *lib. 5. de consideratione, cap. 2.* quod fides ambiguum non habet: & si habet, si des non est. hæc enim omnia, & similia in eo fundantur, quia dubietas, & ambiguitas in intellectu semper prouenit ex dubietate, & ambiguitate obiecti, saltem putata, & apprehensa; & idèd semper habet adiunctum iudicium, quod tale obiectum non possit fundare actum determinatum; quod tamen iudicium in rebus fidei necessariò est erroneum; & idèd verè, & proprie contingit hæresim, & destruit fidem. Et ratio est: quia, quemad-

modum in scientiis non solum errat, qui assentitur contradictorio conclusionis scientificæ, & demonstratæ, sed etiam ille, qui non penetrat necessitatem principij, per quod demonstratur; & idèd putat, conclusionem non esse demonstratam, & scientificam, etiam si neque ipsi assentiatur, neque opposito: ita & in fide non solum errat, qui putat, verbi gratia, Deum non esse trinum; sed etiam, qui putat id esse dubium, & non penetrat diuinam reuelationem, eiusque vim ad fundandam, & firmandam fidem de Trinitate. Et quemadmodum ad scientiam non solum requiritur obiecti necessarium secundum rem; sed etiam secundum existimationem, vt patet ex Aristotele 1. *Poster. cap. ult. textu 44.* & idèd scientia non solum destruitur per veram contingentiam obiecti; sed etiam per cõtingentiam falsò putatam, siue simul prætertur assensus ad partem oppositam, siue non: ita, & fides requirit reuelationem diuinam, non solum secundum rem, sed etiam secundum existimationem, & putatam, siue simul habeatur assensus ad partem oppositam, siue non, vt contingit in eo, qui dubitat, & suspendit omnem actum.

Et quod dicimus de dubietate, & suspensione omnis actus iã explicata, circa fidem, videtur dicendũ etiam de actu opinatiuo per motiuum, aut medium solum probabile, & de actu fidei humanæ; & de alio quocunque, cui possit ex sua natura subesse falsum, quod, scilicet, neque etiam cum huiusmodi actibus possit fides consistere; & qui assentitur, verbi gratia, assensu opinatiuo, vel per actum fidei humanæ, quod Deus sit trinus, sit verè Hæreticus: vt etiam patet ex Aristotele 1. *Poster. textu 44. cap. ult. cit.* assensus opinatiuus, seu opinio, incertum quid est ex sua natura: & qui opinatur, verbi gratia, quod homo sit animal; ita existimat, quod sit animal, vt etiam putet, posse contingere, vt non sit animal. Atque hinc prouenit, vt opinio semper habeat annexam formidinem de opposito; siue explicitam, & actualem, quando actualiter de illo cogitatur; siue saltem implicitam, & virtualem, quando actu non cogitatur, in quantum, scilicet, qui opinatur, non habet assensum, nisi modalem, per modum de contingenti, saltem in sua existimatione: & idèd per illum est proximè dispositus, & constitutus ad actualem formidinem, si actualiter ei proponatur oppositum. Quare, si quis huiusmodi actum opinatiuum habeat, verbi gratia, de Trinitate; ita existimabit, Deum esse trinum, vt etiam existimet posse contingere, vt non sit trinus, & etiam circa materiam de Trinitate habeat in sua existimatione assensum modalem per modum de contingente: & hic assensus firmabit formidinem de opposito, si proponatur oppositum: quod tamen cum fide, eiusque infallibilitate stare non potest. Et idem est etiam de actu fidei humanæ, & de alio quocunque, cui possit ex sua natura subesse falsum, vt iam diximus. Et quauis etiam fideles in fidei predicatione vtantur medijs probabilibus; id tamen solum est, vt vt eos, quibus prædicant, quasi manducant ad rei veritatem bene percipiendam, & tandem ad immediatè credendam propter Dei autoritatem: siquidem assueti probabilibus, facilius assequimur etiam certa; & vt dicitur 1. *Topica. cap. 2.* potentes ad vtraque dubitare, facile in singulis intuemur verum, & falsum. Atque hoc modo, postquam alicui est proposita fides per rationes probabiles, retinet quidem iudicium quoddam quasi speculatiuum, quod illa rationes sint probabiles, & probabiliter ostendant veritatem fidei, vt credendam autoritate diuina; non tamen potest actualiter assentiri per assensum probabilem, & propter rationes probabiles, ita existimando.

10. Etiam actus opinatiuus, & actus fidei humanæ tollit fidem.

existimando rem esse, vt etiam existimet, posse contingere, vt non sit; sed solum assentitur propter auctoritatem diuinam; & firmissimè credit rem esse, sicut Deus reuelat. Et quemadmodum qui videt, verbi gratia, suis oculis diem esse, vel parietem esse albu, impossibile est, vt actualiter id credat per actum fidei humanæ, etiam si alioqui illum putet dignissimum fide, qui fortè id asserit, excludente, nimirum, euidentia sensus, quancunque aliam credibilitatem minorem: ita & qui intelligit, rem esse reuelatam à Deo, & per consequens non posse aliter esse, quam Deus reuelat, impossibile est, vt actu illi assentiat propter rationem probabilem, vel propter fallibilem auctoritatem cuiuscunque alterius, etiam si, quasi speculatiuè, & abstractè rationem illam putet probabilem, & dignam fide auctoritatem alterius: & si fortè adhuc retineat assensum opinatiuum, & fidem humanam; omnino putabit, rem posse aliter esse; quàm Deus reuelat, & fidem amittet. Et hoc totum etiam asserit Sanctus Thomas 1. part. quest. 3. 2. art. 4. vbi docet, circa ea, quæ sunt reuelata, & diuinitus tradita, non contingere opinari: eiusque rei reddit rationem 1. 2. quest. 67. art. 3. in corp. quia de ratione opinionis est, vt accipiat vnum cum formidine oppositi; & idèd non habet firmam inhesionem: de ratione verò fidei, vt accipiat sine formidine; & idèd habet firmam inhesionem. Et 2. 2. quest. 1. art. 5. ad 4. quia de ratione opinionis est, vt, quod est opinatum, existimetur possibile aliter se habere: & de ratione fidei, vt quod tenetur fide propter fidei certitudinem, existimetur impossibile aliter se habere. Qua ergo ratione impossibile est, vt vnus assensus contradictorius non destruat alium: ita & videtur impossibile, vt assensus fidei, & assensus opinionis non se inuicem deserant, cum essentialiter inuoluant contradictoria, id est, quòd res opinata possit aliter se habere, & quòd res credita non possit aliter se habere. vt notat etiam Castus lib. 1. de iusta Hæreticorum p. antio. v. cap. 7. & lib. 1. aduersus hæreses, cap. 10. Petr. de Arag. 2. 2. quest. 11. art. 2. dub. 2. & Azor. part. 2. lib. 8. cap. 9. qm. 6. & alij. Et quemadmodum dubitatio de rebus fidei idèd tollit fidem, & continet hæresim; quia continet positium errorem, quòd res sint dubiæ; non autem certæ, vt diximus paulò antè: ita & opinio de iisdem videtur dicenda hæresim continere, quia similiter continet errorem, quòd res reuelatæ possint aliter esse, quàm sint reuelatæ. Et cum ex S. Augustino in Enchiridio, cap. 17. & 19. non solum erret, qui approbat falsa pro veris, vel improbat verè pro falsis; sed etiam, qui habet incerta pro certis; negari non potest, quin etiam erret, qui fidei veritates omnino infallibiles, & necessarias, habet vt opinabiles, & contingentes, & per consequens fallibiles.

Atque hoc videtur multò verius, quàm quod habet Suar. disp. 19. de fide, sect. 4. num. 16. actum opinatiuum circa res fidei tunc solum esse hæreticum, & includere hæresim, quando se habet quasi exclusiuè ad actum perfectiorem, & firmiorem; & quasi reflexè dicit iudicium, quòd res illæ non sint capaces, aut dignæ alio assensu; non autem si solum se habeat quasi abstractiue, & solum essentialiter ex ratione, & motiuo probabili; siue præterea circa eandem veritatem possit esse alius assensus ex motiuo infallibili; siue non. Nam contrà est: quia actus opinatiuus essentialiter, & ex propria ratione, semper se habet exclusiuè ad actum perfectiorem, & infallibilem, cum essentialiter sit circa obiectum contingens, saltem putatum; & idèd essentialiter semper fundet formidinem, quòd res possit aliter esse, vt

iam explicauimus ex Aristotele 1. Poster. text. 44. cit. quod tamen stare non potest cum certitudine fidei: & quòd dicitur, posse aliquando actus opinionis se habere, etiam quasi arbitriue, solum est, quoad fundandum iudicium quasi speculatiuum, & in abstracto, quòd rationes illæ sint vere probabiles, & probabiliter veritatem suadeant: non autem quoad fundandum re ipsa, & practice assensum, cum impossibile sit, vt quis probabiliter, & cum formidine assentiat, quando habet rationem assentiendi omnino certam, & infallibilem, vt supra diximus de eo, qui videt per euidentiam sensus, quòd dies sit, & quòd panis sit albus; & idèd non potest id credere per fidem humanam, vel per assensum quencunque probabilem.

Hoc verò ipsum, quòd hæresis ex parte intellectus essentialiter sit error, vel assensus erroneus circa res fidei, non est intelligendum de illo, qui quomodocunque contrahit in voluntate malitiam, & culpam hæresis; sed solum de illo, qui contrahit talem malitiam per actum infidelitatis in se consummatum, & immanentem in suo intellectu: nam, si quis legendo, verbi gratia, libros hæreticos, vel familiariter agendo cum Hæreticis, & vt quocunque alio modo se constituat in morali periculo incidenti in hæresim, verè contrahit in voluntate malitiam, & culpam hæresis; non tamen præterea est dicendus habere hæresim, vel esse Hæreticus, cum per has locutiones non importetur quomodocunque malitia hæresis; sed ipsa hæresis formaliter consummata, & immanens in eo ipso, qui dicitur illam habere, & per illam esse Hæreticus. vt notat Suar. disp. 19. sect. 4. m. 18. Et idem est de illo, qui sine formali errore intellectus circa res fidei, sed solum ex imprudentia, vel ex mala voluntate inordinatè, & incautè loquitur circa res fidei; vel etiam ex proposito, & studiosè prædicat hæresim, & plures alios in illam inducit: verè enim ita contrahit malitiam hæresis, quam in aliis causat, vt ramen in se non sit Hæreticus, neque habeat hæresim, vt idem subdit m. 18. cit. & Valq. 1. 2. disp. 126. cap. 3. m. 10. & ex eodem Suar. m. 7. Hoc modo explicatur dictum Sancti Hieronymi apud Magistrum in 4. dist. 13. in fine, & apud Sanctum Thomam 2. 2. quest. 11. art. 2. quòd ex verbis inordinatè prolatis incuratur hæresis: & illud Sancti Gregorij lib. 1. epistoliarum, cap. 24. quòd incauta locutio in errore pertrahat; in quantum, scilicet, qui inordinatè, & incautè loquitur de rebus fidei, præbet aliis occasionem, & causam incurrendi in hæresim, & etiam ipse participat de malitia hæresis, etiam si verè, & propriè non sit Hæreticus, si verba illa inordinata, & incauta non profert ex vero errore, & hæresi, quam in se habeat, & ad illam exterius constituendam, vt etiam explicat Sanct. Thom. 2. 2. quest. 11. art. 2. cit. ad 2.

Et contrà, si quis per conscientiam erroneam putet, aliquid repugnare definitioni Ecclesie, quod reuerà non repugnat, eique assentiat, putans, & volens dissentire ab Ecclesia, est verè Hæreticus, vt notat Bannes 2. 2. quest. 11. art. 2. §. Ex his sequitur 3. quia, quanuis non erret reuerà, quoad illum articulum, in quo putat se dissentire ab Ecclesia; errat tamen in hoc alio, quòd putet, Ecclesiam ipsam posse errare; imò, & de facto errare in suis definitionibus, à quibus, tanquam croneis, ipse dissentit. Et quanuis si exterius prodatur primum tantum assensum, quem ipse putat repugnare definitioni Ecclesie, non incurrat penas Hæreticorum, cum reuerà ratione illius non sit Hæreticus: si tamen prodatur secundum, & quòd Ecclesia possit errare, & quòd eius definitiones sint de facto erroneæ, verè incurrit, vt notat

17. Potest aliquis in se habere malitiam hæresis, & non esse Hæreticus.

13. Assensus erroneus, qui est hæresis, necessarius debet esse voluntarius.

14. Qui patitur tentationes contra fidem, quibus iudicis possit cognoscere, quòd illis non consentiat.

12. Quomodo sit Hæreticus, qui ex conscientia erronea putat se in aliquo dissentire contra definitionem Ecclesie.

Henriquez lib. 13. de excom. cap. 17. num. 3. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 4. num. 14. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. num. 30. Suar. disp. 19. de fide, sect. 4. num. 17. & sect. 5. num. 12.

Dicitur verò præterea in descriptione hæresis, quòd huiusmodi error, siue assensus erroneus, debeat esse voluntarius: quia, quemadmodum fides omnino requirit, vt sit voluntaria, & tam quoad specificationem, quam quoad exercitium dependet à pia voluntate credendi, vt patet ex dictis supra disp. 3. ita & hæresis, quæ illi opponitur. Et alioqui, quemadmodum fides non posset dici virtus moralis, si non dependeret à voluntate; & actus fidei non esset honestus, & meritorius: ita & hæresis non posset dici vitium morale, eiusque actus non esset turpis, & peccatum; quod tamen dici non potest: imò nec posset ei tribui appellatio, & vocabulum hæresis, quòd Græcè significat electionem, vt supra retulimus ex S. Hieronymo in cap. 5. ad Gal. & ex cap. hæresis, 24. quest. 3. Et quoad hoc omnes conueniunt cum Magistro in 3. dist. 24. & 25. & in 4. dist. 13. & cum S. Thoma 2. 2. quest. 11. art. 2. vt notat Suar. disp. 19. cit. sect. 3. num. 1.

Atque ex defectu voluntarij non modò non est Hæreticus, qui ex ignorantia inuincibili errat in fide, cum talis ignorantia omnino tollat rationem voluntarij; sed neque etiam qui inuitus patitur tentationes contra fidem, & habet cogitationes turpissimas, & blasphemias contra Deum, & contra Beatissimam Virginem, & contra Sanctos. Neque est, quòd multum angatur scrupulis, ne fortè consenserit huiusmodi tentationibus: sed potest tutissimus esse, si illas contemnat, & seque reputet, vt merè passiuè ad illas habentem, & quasi nihil monti occurreret, vt ex S. Bonau. Opusculo de profectu Religiosorum, cap. 3. & ex Gerone, & aliis notat Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 7. num. 13. qui etiam rectè subdit num. 14. plura iudicia, ex quibus, qui sic tentatur, potest esse certissimus de consensu non præstito: vt, verbi gratia, si dum patitur huiusmodi cogitationes, & tentationes, reputet se Hæreticum: si quidem veri Hæretici non reputant se Hæreticos, & sentientes contra fidem: & hoc ipso, quòd aliquis per aliquos assensus iudicat se Hæreticum, iudicat falsos, & contra fidem assensus illos: & stante hoc iudicio falsitatis certissimus est, quòd illos non admittit. Et præterea, si per has ipsas cogitationes magna poena angatur: si quidem signum est, quòd illas, vt falsas, & veritati contrarias maximè abominatur: & idèd quòd non admittat, neque consensum illis præbeat, vt etiam ex Cano, & Bannes notat Reginaldus in praxi lib. 17. cap. 4. num. 49. & patet ex ipso Cano lib. 12. de locis theolog. cap. 10. & Bannes 2. 2. quest. 11. art. 2. §. Sequitur 4. quòd idem etiam notat Bonac. de excommunic. disp. 2. quest. 5. puncto 1. num. 1. & Filiucci tract. 16. cap. 2. num. 24. & 26.

Qualis autem, & de quo obiecto, & quomodo debeat esse huiusmodi voluntas, ex qua hæresis est voluntaria, melius constabit disp. sequ. de pertinacia.

DISPUTATIO XXXII.

Quomodo ad hæresim requiratur pertinacia.

1. Pertinacia omnino requiritur ad hæresim.
2. Vocabulum pertinacia vnde derivetur, & quid significet.
3. Pertinacia in hæresi in quo consistat.

4. Pertinacia in hæresi quare solum assignatur per ordinem ad definitionem Ecclesie.
5. Ad pertinaciam requiritur aliqua notitia auctoritatis, & propositionis Ecclesie.
6. Non tamen requiritur notitia specialis, explicita, & absoluta; sed potest sufficere etiam generalis, implicita, & conditionalis, dummodo non sit solum habitualis.
7. Neque requiritur vera credulitas huiusmodi auctoritatis, & propositionis Ecclesie.
8. Quæ auctoritati Ecclesie non valeat acquiescere, nisi ab aliquo viro docto conuincatur rationibus, est verè pertinax.
9. Pertinacia potest esse ex quocunque motiuo.
10. Non est necessarium, vt sit ex obstinatione, & ex duritia mentis.
11. Non requiritur diuturnitatem temporis.
12. Neque externam admonitionem per verba, aut per scripta.
13. Pertinacia non potest esse ex ignorantia antecedente definitionis Ecclesie.
14. Sed bene potest esse ex ignorantia concomitante eiusdem definitionis.
15. Et ex ignorantia antecedente diuina reuelationis, vel scripturæ.
16. Reclusus à regula fidei, & à definitione Ecclesie debet in hæresi esse voluntarius directè.
17. Quomodo sit pertinax, qui non acquiescit Episcopo, vel Inquisitori attestanti de definitione Ecclesie.
18. Protestatio, quòd quis sit paratus acquiescere Ecclesie, quomodo excuset à pertinacia, & ab hæresi.
19. Modi probandi, ac detegendi pertinaciam possunt esse plures.
20. Protestatio non excusat, quando est contraria factis.

NEQVE error in intellectu, neque electio in voluntate, de quibus egimus disputatione precedente, possunt sufficere ad perfectam, & completam rationem hæresis, nisi accedat etiam pertinacia, & sit error voluntarius, vt supra diximus in descriptione: ita enim expressè habetur cap. Dixit Apostolus. 24. quest. 3. ex S. Augustino epistola 162. vbi dicitur, quòd qui sententiam suam, quanuis falsam, atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt; querunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint; nequaquam sunt inter Hæreticos deputandi, vt etiam refert S. Th. 2. 2. q. 11. art. 2. ad 3. Et c. Qui in Ecclesia, ead. caus. & q. ex eod. S. Aug. lib. 18. cin. c. 51. dicitur, quòd qui in Ecclesia morbidum aliquid, prauumque sapiunt; tunc sunt Hæretici, quando correpti resistent contumaciter, suaque dogmata emendare nolunt. Et Clementina vnica, §. Porro, de Summa Trinitate, & fide cathol. ex Concil. Viennensi dicitur, quòd sit censendus Hæreticus, qui asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumperit, quòd anima rationalis, seu intellectiua per se, & essentialiter non sit forma corporis humani. Et Ioannes XXII. Extranaq. Cum inter, de verb. signif. assertionem, quòd Christus, & Apostoli non habuerint aliquid proprium, solum damnat, vt hæreticam, si quis in ea fuerit pertinax. Et Innocentius III. in Concilio Lateranensi, quod refertur cap. Damnamus, de Summa Trinitate, & fide cathol. post relatum, & reprobatum quandam errorem Abbatis Ioachim, circa mysterium Trinitatis, addit, eum esse vitandum, tanquam Hæreticum, qui dictum errorem defendere, vel approbare præsumperit, & ipsum Abbatem Ioachim ex eo esse excusandum ab hæresi; quia omnia

I. Pertinacia omnino requiritur ad hæresim.

nia sua scripta mandavit assignari Pontifici, approbanda, vel corrigenda iudicio Sedis apostolicæ, quo etiam modo S. Hieronymus in epistola ad Damasum, de expositione fidei, (si tamen illa epistola est S. Hieronymi,) postquam subiecit suam fidem iudicio Pontificis, addit, quod eo ipso non potest appellari Hæreticus, si forte contingat, ut erret in fide. Et hoc idem, quod pertinacia requiratur ad hæresim, omnes admittunt, tam Theologi, quam Canonistæ, ut notat Suar. disp. 19. sect. 3. n. 9. & patet ex S. Thoma 1. parti. quest. 32. art. 4. & 22. quest. 2. art. 6. ad 2. & quest. 5. art. 3. & quest. 11. art. 2. ad 3. & ex Scholasticis communiter in 4. dist. 13.

2. Vocabulum pertinacia unde derivatur, & quid significet.

Et quidem, cum pertinax ex notione vocabuli, quod componitur ex per, & tenax, vel, ut placet Varroni lib. 4. de lingua Latina, derivatur a verbo, pertendo, quod est ad finem contendere, vel perducere; cum, inquam, pertinax in vniuersum ille dicitur, qui in sententia est valde tenax, & valde firmiter in ea persistit, & sic contendit rem perficere, & ad finem perducere: specialiter tamen in materia hæresis, de qua loquimur, ille est pertinax, qui suum errorem valde tenet, & valde firmiter in eo persistit, ut vult Caltrus de iusta Hæretic. punitione, lib. 1. cap. 9. in fine, vel qui temerè id perdit in materia fidei, quod debet dimittere, ut vult Canus lib. 12. de locis theol. cap. 9. vers. At, quid pertinacia sit. & apud Pennam in Commentariis ad Directorium Inquisitionum, part. 2. quest. 32. comment. 57. pag. mibi 321. col. 1.

3. Pertinacia in hæresi in quo consistat.

Et hæc tenacitas, seu persistencia in assertionem, vel sententiam, contra fidem, non debet esse quacunque; sed cum actuali, & formali proposito, aut voluntate persistendi, etiam si Ecclesia contrarium sentiat; & obstinate, & firmiter sentendi contra sententiam Ecclesiæ: ita enim expressè habetur ex omnibus testibus paulo ante citatis, & ex communi omnium sententia notat Suar. disp. 19. sect. 3. citata. num. 8. Valent. 2. 2. disp. 9. quest. 11. puncto 1. difficultate 4. col. 443. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 2. Nam, ut patet ex S. Thoma 2. 2. quest. 5. art. 3. quandiu aliquis adheret Ecclesiæ, quæ est regula fidei à Deo tradita, & infallibilis; non potest dici, quod perfectè, & completè recedat à fide, cum non recedat ab obiecto formali fidei, quod est prima veritas, secundum quod manifestatur in Scripturis, & in doctrina Ecclesiæ: & contra tunc aliquis perfectè recedit à fide, & ab obiecto formali fidei, quando recedit à regula fidei, quæ est Ecclesia: & ab hac ipsa tunc perfectè recedit in vnoquoque assensu, quando non est paratus ab illa corrigi; & in hoc, verbi gratia, aut illo ita est tenax, & ita firmus, ut velit id credere, & tenere, etiam contra sensum, ac definitionem Ecclesiæ. Nam hoc ipso, quod ex iis, quæ tenet Ecclesia, aliqua ipse tenet, & aliqua non tenet, manifestè conuincitur, quod non inhæret Ecclesiæ, tanquam regulæ infallibili; sed inhæret proprio iudicio; & propriæ voluntati: & quod non credat propter primam veritatem, proptè manifestatam in Scripturis, & in doctrina Ecclesiæ; sed solum propter primam veritatem, proptè sibi visam, & à se approbatam: si quidem, alioqui in omnibus crederet, neque recederet in aliquibus. Quare, cum hæresis sit infidelitas positiva, & contrariè opposita fidei, & positiva recedens ab obiecto formali illius, meritò requirit pertinaciam: & hæc tunc solum contingit in vnoquoque articulo, quando contingit perfectè recedens à regula fidei, cumque articulum ita aliquis credit, ut quoad illum, si forte erret, nolit corrigi per auctoritatem Ecclesiæ, & per consequens nec velit corrigi quoad alios articulos, & absolute non habeat Ecclesiam tanquam regulam à Deo traditam in

materia fidei. Imò hoc propositum, & voluntas non acquiescendi definitioni Ecclesiæ, tam est necessaria ad pertinaciam, & ad hæresim, ut possit ad illam sufficere etiam sola, sine alio vero errore, qui habeatur in intellectu, ut notat Suar. disp. 19. sect. 3. n. 16. in fine, & plures alij apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 29. & 31. de eo, qui forte habet opinionem aliquam veram; sed in illa ita est tenax, ut positivè velit persistere, si Ecclesia oppositum definiat; & per hoc solum incidit verè in hæresim: & de illo, qui falsò putans aliquid esse definitum ab Ecclesia, tenet oppositum. Neque enim de hoc est eadem ratio, atque de illo, qui falsò putans aliquid esse Clericum, eum percutit: nam hic idè non incidit in excommunicationem; quia reuerà non percutit Clericum, sed laicum; cum tamen is, qui putans aliquid esse definitum ab Ecclesia, tenet oppositum, verè credat, Ecclesiam posse falli, & non esse regulam fidei; & idè sit verè Hæreticus, ut habet Sanch. n. 30. cit.

Et quando accidit hoc propositum non acquiescendi definitioni Ecclesiæ, recessus à fide est verè pertinax, cum sit irrevocabilis, & irreparabilis, secundum ordinarium modum, qui communiter solum est per applicationem ad regulam, & ad doctrinam Ecclesiæ: nam, quemadmodum in scientiis, qui errat circa principia, imperiosibilis est: qui autem errat circa aluatis principia, per ipsa principia renouari potest, ut loquitur S. Thomas 1. 2. quest. 72. art. 5. quia, scilicet, si contingat errari circa assensus conclusionum, potest hic error facile reparari per rectum assensum primorum principiorum: & si erretur circa ipsa prima principia, omnino erratur irreparabiliter: & ut dicitur 1. Physic. tract. 8. Geometria, vel cuiuscunque alteri scientifico particulari non est amplius ratio, aut syllogismus ad eum, qui destruit principia Geometria, vel scientiæ particularis: ita & in articulis, vel in materia fidei, si contingat, verbi gratia, errari circa Trinitatem, vel Incarnationem, facile potest is error corrigi, & reparari per doctrinam Ecclesiæ, si hæc admittatur, ut verè continens, & proponens diuinam reuelationem: si verò contingat errari circa hanc ipsam, nihil remanet, per quod ille error possit corrigi, & reparari: & idè qui sic errat nò paratus ab Ecclesia corrigi, & positivè excludens infallibilitatem Ecclesiæ, pertinaciter errat, id est, cum tenacitate, & persistentia in suo errore, quantum est ex modo ordinario, quem Deus præscripsit ad tollendos, & remouendos huiusmodi errores.

4. Pertinacia in hæresi quare solum assignetur per ordinem ad definitionem Ecclesiæ.

Atque hæc est ratio, quare pertinacia, de qua loquimur, in sacris Canonibus solum explicetur in ordine ad Ecclesiam, cui talis pertinax non vult subiaceri; non autem explicetur in ordine ad Deum, & primam veritatem, cui reuerà idem pertinax non se subiacit; neque in ordine ad diuinam Scripturam, quam similiter non verè admittit, dum solum admittit suam existimationem, suumque iudicium, tam circa Deum, quam circa Scripturam. Nam, ut & primæ veritati velit non subiaceri, & qui non admittat in vniuersum Scripturam diuinam à Deo traditam, & reuelatam, cum sit ex se euidens, quod Deus, & prima veritas, nec possit falli, nec fallere; & quod Scriptura ex hoc ipso, quod est à Deo, est verissima, & omnino dignissima, ut admittatur, ut notat Suar. disp. 19. sect. 3. cit. n. 11. hos ipsos errores, quos verè habeat Hæretici, tam circa Deum, quam circa Scripturam, dum nihil credunt aut admittunt, nisi proptè sibi visum, sedque iudicio approbatum, non habent cum pertinacia, si essent parati admittere Ecclesiam, ut magistram, & regulam verè fidei, & corrigere, & deponere omnes af-

ferentias.

ferentias, qui ab illa non probarentur, ut iam diximus, & notat Suar. disp. 19. sect. 3. cit. n. 10. Et hoc ipso dicuntur illos habere cum pertinacia, dum non admittunt hoc modo Ecclesiam, ut magistram, & regulam, etiam si dicant, paratos se esse illos corrigere, & deponere, si contrarium doceatur à Deo, & per Scripturam: quia, cum modus ordinarius à Deo præscriptus pro corrigendis, ac deponendis erroribus fidei, sit iudicium, & doctrina Ecclesiæ; non autem Deus per se ipsum immediatè loquens, ac docens, vel Scriptura, priuatè cuiusque ingenio, ac sensu intellecta, hoc ipso, quod nolunt illos deponere per modum ordinarium à Deo præscriptum, qui est auctoritas, aut doctrina Ecclesiæ, simpliciter nolunt deponere, & pertinaciter illos retinere.

5. Ad pertinaciam requiritur aliqua notitia auctoritatis, & propositio Ecclesiæ.

Ex hoc verò, quod pertinacia solum sit in ordine ad definitionem, & doctrinam Ecclesiæ, aperte sequitur, quod omnino requiratur ex parte intellectus aliquam notitiam huiusmodi auctoritatis Ecclesiæ, & quod hæc verè doceat, aut proponat oppositum illius, in quo aliquis vult esse pertinax, ut notat Suar. disp. 19. sect. 3. cit. n. 12. Nam alioqui non potest aliquis velle persistere in sua sententia contra doctrinam Ecclesiæ, vel non obstante doctrina Ecclesiæ; & absolute nolle deponere suum errorem ex auctoritate Ecclesiæ, si auctoritas, & doctrina Ecclesiæ sit illi prorsus incognita: neque potest institui delibratio de sequenda, ac retinenda sua sententia, & de abiicienda, ac contemnenda doctrina Ecclesiæ, & concludi electio vnius ex his duobus, quasi extremis, ut supra diximus disput. præcedente, n. 4. nisi aliquo modo cognoscatur vtrunque.

6. Non tamè requiritur notitia specialis explicita, & absoluta; sed potest sufficere etiam generalis implicita, & conditiualis, dummodo nò sit solum habitualis.

Dico autem, aliquo modo: quia ad pertinaciam nõ requiritur, ut specialiter, & explicitè aliquis cognoscat, quod Ecclesia docet oppositum, quam ipse sentiat circa rem aliquam particularem: sed satis est, quod generaliter, & implicitè cognoscat spectare ad ipsam, ut doceat, quid sit tenendum in rebus fidei: & tamen nihil faciens auctoritatem illius, si forte oppositum doceat circa rem illam particularem, simpliciter eligat retinere suam sententiam, & in illa persistere, non obstante quacunque doctrina, aut definitione opposita, ut notat Suar. disp. 19. sect. 3. n. 13. Sed præterea rectè monet Sanch. lib. 2. in Decal. c. 7. n. 29. & 31. ex Vasq. 1. 2. disp. 126. c. 3. n. 8. pag. 659. ad propositum hoc, & voluntatè contradicendi Ecclesiæ, si forte oppositum doceat, non sufficere, si solum habeatur aliqua dispositio habitualis, secundum quam ita aliquis sit affectus ad suam credulitatem, ut reuerà non esset ab illa recessurus, etiam si sciret eam esse contra Ecclesiam, sed necessariò debere esse propositum, & voluntatem de præsentia, vel saltè debere fuisse aliquo modo voluntatè actualem de præterito, & dispositionem habitualè, quæ fortè habeatur, debere provenisse ex prauo actu, quo quis actualiter voluit, & proposuit non recedere à sententia, si forte Ecclesia tentaret oppositum; ac proinde debere esse nõ tam habitualè, quam virtualè, & ex illo actu relictam, Nam, quemadmodum in materia aliorum peccatorum non potest imputari ad culpam actualem, quod aliquis facturus fuisset, verbi gratia, hoc, aut illud, si euenisset hæc, aut illa conditio; nec potest aliquis, verbi gratia, damnari, ut reus fornicationis, aut furti actualis, ex eo præcisè, quod esset, vel fuisset actualiter consensus in fornicatione, aut furto, si hæc, vel illa tentatio, aut occasio fornicandi, & furandi illi accidisset, vel accidisset: ita & in materia hæresis nõ potest imputari ad pertinaciã, quod quis fuisset contradicentur Ecclesiæ, & permanens in suo errore contra illius auctoritatem, si reuerà, & de facto, nihil sciuit de sensu Ecclesiæ; & reuerà non contradixit: &

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

quemadmodum futura, quæ dicuntur conditionalia, in quolibet genere entis, neque sunt absolute, neque erunt: ita nec possunt in quolibet genere absolute imputari ad aliquid.

Et similiter non est necessarium ad pertinaciam, ut ex animo, & verè credatur huiusmodi auctoritas, & infallibilitas Ecclesiæ, cui contradicatur: si quidem Hæretici hoc ipsum communiter non credunt, quod spectat ad Ecclesiam definire res fidei; & tamen sunt pertinaces: & si quis ex animo crederet huiusmodi auctoritatè, & certò cognosceret, quod ex tali auctoritate hoc, vel illud definiretur, impossibile esset, ut per actum internum assentiretur opposito, & esset Hæreticus; sed satis est, si huiusmodi auctoritas ita proponatur, ut obliget ad credendum ex animo, quod verè cõpetat Ecclesiæ; & similiter proponatur, quod Ecclesia ex tali auctoritate hoc, vel illud definiat, & proponat credendū: & in tali casu hoc ipso, quod aliquis non vult stare huiusmodi definitioni, & acquiescere auctoritati, est satis pertinax, & verè Hæreticus, ut subdit Suar. num. 14. & Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 1. puncto 1. difficultate 4. ad 2. & Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 7. num. 3.

7. Neque requiritur vera credulitas huiusmodi auctoritatis, & propositio Ecclesiæ.

Neque vitaret hæresim, & pertinaciam, si quis diceret, velle quidem se acquiescere auctoritati, & definitioni Ecclesiæ; sed cum hoc, ut ab aliquo viro docto conuincatur rationibus, & argumentis; hoc enim non est acquiescere auctoritati, & definitioni; sed rationibus, & argumentis; quæ tamen non sunt regula fidei, sicut est sola auctoritas, & definitio Ecclesiæ, ut notat Bannes 2. 2. quest. 11. art. 4. dub. 2. in solut. ad 5. contra 2. conclusionem. Vasq. 1. 2. quest. 76. art. 3. disp. 126. cap. 3. n. 9. Suar. disp. 19. sect. 3. num. 13. Sanch. lib. 1. in Decal. cap. 7. n. 6. & alij apud ipsum.

8. Qui auctoritati Ecclesiæ non vult acquiescere, nisi ab aliquo viro docto conuincatur rationibus, est verè pertinax.

Quod si quæras, ex quo motiuo debeat esse pertinacia in hæresi, Respondet ex eodem Vasq. 1. 2. disp. 126. cap. 3. cit. n. 5. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 4. & Suar. disput. 19. de fide, sect. 3. n. 22. non esse necessarium directum motiuum, & intentionè quasi finalem contradicendi Ecclesiæ; & ut aliquis idè velit persistere in suo errore, quia formaliter, & directè intendit dissentire ab Ecclesia: sicut qui peccat ex formali contemptu superioris, & per peccatum formalis inobedienciæ; & idè transgreditur illius præceptum, quia directè intendit nihil facere illius auctoritatem, eique formaliter vult non subiaceri; sed satis est motiuum quocunque, ut, v.g. ex vana gloria, vel ex cupiditate lucri, vel ex affectu vitæ liberioris, dummodo verè cognoscat, quod retinendo suum errorem, contradicat Ecclesiæ: hoc enim modo ex Sancto Gregorio lib. 31. Moral. cap. 31. & Sancto Thoma 2. 2. quest. 132. art. 5. pertinacia assignatur, ut filia vanæ gloriæ, in quantum aliquis idè potest esse pertinax in sua sententia, quia non vult alius credere, seque ostendere, ut illis minorem. Et in materia fidei ex quocunque motiuo id faciat, verè recedit à regula fidei, & à prima veritate, proptè manifestatur in doctrina Ecclesiæ; & idè suum errorem facit irreparabilem, ut supra diximus.

9. Pertinacia potest esse ex quocunque motiuo.

Et eadem ratione ad pertinaciam in hæresi non est necessarium, ut proveniat ex vera obstinatione, & duritia cordis: sed potest provenire etiam ex passione, & ex infirmitate: ut, si quis à fide aberret ex lucri cupiditate, vel ex affectu libidinis, ut subdit Sanchez cap. 7. cit. n. 5. ex Caiet. 2. 2. quest. 11. art. 2. §. Et ex hoc patet, & aliis.

10. Non est necessarium, ut sit ex obstinatione, & ex duritia morali.

Et quemadmodum alia peccata, quæ consumuntur interioribus, nõ requirunt diuturnitatem aliquã temporis; sed possunt consummari etiam momento, si aduertatur malitia, & præstetur consensus deliberatus: ita & hæresis, & pertinacia non requirunt moram temporis.

11. Non requirit diuturnitatem temporis.

poris, sed statim aliquis potest fieri, & esse pertinax, & completè Hæreticus, quando consentit hæresi, non obstante doctrina, & sensu Ecclesiæ, quam aduertit esse contrariam; vt notat Caiet. 2. 2. quæst. 1. art. 2. cit. Valent. 2. 2. disputat. 1. quæst. 1. punto 1. difficultate 4. Valq. 1. 2. disput. 126. cap. 3. num. 7. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 9. quæst. 1. Suar. disp. 19. sect. 3. n. 23. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 7. & alij apud ipsum: sic enim etiam fides momento concipitur, si habeatur voluntas credendi: neque rationabiliter potest determinari vlla certa duratio temporis, quæ sit necessaria, siue ad fidem, siue ad heresim, & ad pertinaciam; & idè simpliciter dicitur, quòd nulla certa duratio sit necessaria.

Neque oppositum docet Sylu. verb. hæresis, 1. num. 5. vbi ex doctrina Archidiaconi asserit, quòd pertinacia non est iudicanda solum in actu exteriori: vt, verbi gratia, quòd ille solum pertinax reputetur, qui verbis, aut scriptis exterius monitus, adhuc resistit; sed etiam ille, qui latenter diu in errore persistit, vel vsque ad mortem perdurat: vt enim notat Sanchez num. 7. cit. Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 11. punto 1. difficultate 4. Suar. sect. 3. cit. num. 7. & alij, solum loquitur de præsumptione ad iudicandum in foro Ecclesiæ de pertinacia, quando aliter de illa non constat; non autem loquitur de veritate ipsius rei, & proptè se habet in foro animæ; & rectè asserit, quòd si quis in errore diu persistat, vel vsque ad mortem perduret, etiam si exterius non sit admonitus, sed omninò latenter id faciat, adhuc in Ecclesiâ est præsumendus Hæreticus, idque fecisse, non ex ignorantia, sed ex pertinacia, & obstinata malitia. Neque contra illud, quòd habet de externa admonitione per verba, aut scripta, facit illud Sancti Pauli ad Titum 3. *Hæreticum hominem post primam, & secundam admonitionem deuota.* hoc enim solum probat, quòd non sit vitandus ante admonitionem; non autem quòd verè non possit esse pertinax, & Hæreticus, vt notat Suar. sect. 3. cit. num. 23. vel certè solum loquitur Sanctus Paulus de Hæretico nondum pertinaci, & formato; sed, qui erret solum ex ignorantia, & mala instructione; vel certè de illo, de quo sit dubium, vtrum sit pertinax: & hunc ait esse corripendum, & instruendum primò lenius, & secundò durius, & fortius: & si admonitus adhuc contemnat, & pertinacem se se ostendat, corripendum non amplius esse, sed vitandum: quia, scilicet, correctionis non est quòd amplius fructus speretur, cum sit iam subuersus, & proprio iudicio condemnatus, vt subdit ibi Sanctus Paulus, id est, fide, & spe, & bonis omnibus planè euersus; vt exponit Cornelius à Lapide, & suo iudicio, suaque sponte se à fidelibus, totaque Ecclesiâ per hæresim separet, extra quam tamen non est salus; sed certa damnatio, vt idem subdit ex Sancto Hieronymo, Sancto Anselmo, & alijs.

Atque ex hoc, quòd pertinacia solum sit per ordinem ad definitionem Ecclesiæ, & idè semper requirit aliquam notitiam huiusmodi autoritatis, & definitionis, potest explicari, an, & quomodo hæresis possit contingere ex ignorantia culpabili, saltem crassa, & affectata rerum fidei, non solum, provt sunt reuelata à Deo, & manifestata in Scripturis; sed etiã provt sunt definitæ, & propositæ tanquam tales ab ipsa Ecclesiâ, vt vult Sot. in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. post 5. concl. Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 11. punto 4. Sayr. lib. 3. thesauri, c. 4. n. 15. Canus lib. 12. de locis theologicis. 9. & aliqui alij apud Suar. disp. 19. de fide, sect. 3. num. 3. nam posita distinctione duplicis ignorantie, id est, antecedentis, & comitantis, de qua vtraque pluribus egimus, dum ageremus de inuoluntario, & de causis

12. Neque exteriorem admonitionem per verba, aut per scripta.

13. Pertinaciam non potest esse ex ignorantia antecedente definitionis Ecclesiæ.

peccatorum; certum videtur, quòd nullo modo potest contingere pertinacia, & per consequens neque hæresis, ex ignorantia antecedente, quantumcunque culpabili, & etiam crassa, & affectata autoritatis, & definitionis Ecclesiæ, quicquid sit de ignorantia antecedente diuinæ reuelationis, eiusque manifestationis per sacras Scripturas, & de ignorantia concomitante, etiam autoritatis, & definitionis Ecclesiæ, vt bene notat, & explicat Suar. disp. 19. sect. 3. cit. n. 16. & seqq. cum enim ex Sancto Thoma 1. 2. quæst. 6. art. 8. tunc ignorantia sit antecedens, quado est causa agendi, quòd alioqui non ageretur, si haberetur opposita scientia, & solum sit causa per accidens, & tanquam remouens prohibens, id est, in quantum tollens eam notitiam, quæ si haberetur, omninò impediret, ne id fieret, vt idem subdit 1. 2. q. 76. art. 1. impossibile omninò est, vt pertinacia contingat ex ignorantia antecedente autoritatis, & definitionis Ecclesiæ: siquidem in quantum est pertinacia, dicit propositum, & voluntatem non recedendi ab heresi, si habeatur notitia definitionis Ecclesiæ; & in quantum est ignorantia antecedens, dicit propositum, & voluntatem recedendi, si habeatur dicta notitia: quæ certè repugnant ad inuicem; & non possunt simul esse. Contrà verò nihil repugnat, quominus pertinacia, & hæresis possit contingere cum ignorantia concomitante eiusdem autoritatis, & definitionis Ecclesiæ; cum hæc ignorantia non excludat propositum, & voluntatem non recedendi ab heresi, si habeatur notitia opposita, & aliquis benè possit ignorare, quòd Ecclesiâ hoc, vel illud definit, & proponat tanquam de fide, & simul habere propositum non acquiescendi huiusmodi definitioni, & ex illa non recedendi à sua credulitate, & errore; & per consequens benè possit esse pertinax simul cum ignorantia concomitante autoritatis, & definitionis Ecclesiæ. Et qui hoc modo se habet, quantum sit pertinax ex ignoratione definitionis Ecclesiæ; verè tamen est pertinax, & verè persistit in errore, ignorans definitionem: quantum non persistat ex ignoratione illius, iuxta doctrinam, & modum loquendi Aristotelis 3. Ethic. cap. 1. pag. mibi 52.

Et contra: quia pertinacia non attenditur per ordinem ad autoritatem, & reuelationem diuinam, etiam provt manifestatur in Scripturis, vt supra diximus num. 4. nihil impedit, quominus pertinacia possit esse ex ignorantia antecedente diuinæ reuelationis, eiusque manifestationis per Scripturas. Et quantum aliquis sit paratus recedere à sua credulitate, si Deus, aut Scriptura proponat oppositum, atque adèd solum credat ex ignorantia diuinæ reuelationis; & hæc sit illi verè antecedens, & causa, vt credat; adhuc tamen potest esse pertinax, & Hæreticus, si non sit paratus recedere ex autoritate Ecclesiæ, vt patet communiter in omnibus Hæreticis, quorum nullus non profiteretur, velle se acquiescere Deo, & autoritati Scripturæ; & tamen omnes sunt, & damnantur, tanquam Hæretici: quia nolunt acquiescere autoritati Ecclesiæ.

Vnde, quantum fortasse malitia, & culpa hæresis possit contrahi per negligentiam affectatam, aut crassam, vel quouis alio modo culpabilem in addiscendis, & sciendis rebus fidei, atque adèd possit sufficere ad huiusmodi malitiam, si sit voluntaria solum indirectè, id est, à voluntate, in quantum non est agens, & in quantum culpabiliter omittit acquirere notitiam oppositam: non tamen potest contrahi per hanc negligentiam ipsa hæresis, provt includit, & dicit pertinaciam, & perfectum recessum à regula fidei, quæ est Ecclesiâ; neque ad hanc potest sufficere voluntarium indirectum per

14. Sed bene potest esse ex ignorantia concomitante eiusdem definitionis.

15. Et ex ignorantia antecedente diuinæ reuelationis, vel Scripturæ.

16. Recessus à regula fidei, & à definitione Ecclesiæ debet in hæresi esse voluntarius directus.

solum negligentiam addiscendi, & sciendi definitionem Ecclesiæ; sed requiritur aliquo modo etiam voluntas directà non acquiescendi huiusmodi definitioni, etiam in casu, quo certè cognoscatur, & sciatur, vt supra diximus, & probat Suar. disp. 19. sect. 3. cit. num. 22. imò negligentia, quantumcunque culpabilis, & etiam crassa, & affectata in addiscenda, & cognoscenda definitione Ecclesiæ, potest sufficere ad excusandam pertinaciam, & hæresim, si non habeat adiunctum propositum ab illa dissentendi, & ipsa dissentio non sit directè voluntaria modo explicato: vt, si quis, verbi gratia, idèd nolit facere diligentiam pro cognoscenda definitione Ecclesiæ, quia per illam cogere tur mutare sententiam; vel quia timet laborem in illa inuestiganda: hic enim, quantum peccet per huiusmodi negligentiam, verè culpabilem, & voluntariam; non tamen est pertinax, aut Hæreticus, cum sit paratus acquiescere Ecclesiæ, neque recedat à regula fidei, vt notat Suar. sect. 3. cit. num. 17. & 18. Neque hoc, quòd dicimus de voluntario directo circa recessum à definitione Ecclesiæ, repugnat illi alteri, quòd diximus paulò antè, num. 9. quòd pertinacia non requirit motiuum, & intentionem directam, quasi finalem, contradicendi Ecclesiæ: aliud enim est, quòd in hæresi contradicendi ad Ecclesiâ debeat esse voluntaria, etiam directè, quòd solum asserimus hoc loco: & aliud, quòd debeat esse voluntaria ex directo motiuo, & intentione quasi finali contradicendi: quòd solum ibi negauimus. Et bene potest aliquis esse pertinax, & directè velle contradicere definitioni Ecclesiæ, non ex directo motiuo contradicendi, sed ex motiuo, verbi gratia, vanæ gloriæ, aut lucri, vel ex alio quocunque, vt ibi diximus.

Dixi autem, fortasse malitiam, & culpam hæresis posse contrahi ab homine fideli per negligentiam voluntariam, & culpabilem in addiscendis rebus fidei: quia non desunt, qui affirmant, malitiam huiusmodi negligentiam, vel omissionis, esse eiusdem speciei cum malitia hæresis; & contendant solum differre, sicut imperfectum à perfecto, ratione, scilicet pertinaciæ, quæ est simul cum hæresi; non autem cum hac negligentia culpabili: idque ait esse probabile etiam Suar. disp. 19. sect. 3. cit. num. 24. & Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 11. punto 1. difficultate 4. §. Ad primum. & Bonac. de excommunicatione. disp. 2. quæst. 5. punto 1. num. 6. & 7. pag. 411. Sed multò est probabilius, quòd subdit Suar. & nos tradidimus supra, disp. 22. num. 4. quòd differant specie: siquidem hæresis malitiam sumit ex recessu à fide, eiusque obiecto formali, quòd est prima veritas, in quantum manifestata per Scripturas, & per doctrinam Ecclesiæ, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quæst. 5. art. 3. hæc verò negligentia sumit malitiam ex fuga laboris in addiscendo, vel ex alio motiuo, ex quo prouenit, & communiter non habet recessum à fide, vel eius obiecto; & qui per illam est negligens, adhuc retinet pium affectum ad fidem, & piam voluntatem credendi, & est adhuc fidelis, vt ibi diximus. Si quis tamen ex malo affectu erga fidem, & quia illam parui facit, negligeret scire, quæ ad illam pertinent, non esset negandum, quòd haberet malitiam eiusdem rationis cum malitia hæresis: siquidem etiam haberet idem motiuum, ex quo malitia deriuatur, vt notat Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 12. num. 2. Valq. 1. 2. disput. 126. cap. 2. num. 5. & Sanchez lib. 2. cap. 7. n. 23. qui etiam addit, idem fore de illo, qui negligentiam addiscendi res fidei idèd affectaret, quia vellet liberius in fide errare. Et non est dubium, quòd

etiam hic participaret malitiam hæresis, & contra fidem, ex huiusmodi sine liberius errandi; imò & esset verè Hæreticus, si esset pertinax, & non esset paratus ab Ecclesiâ corrigi, vt indicauimus numero precedente; & notat Bonac. de excommunicatione. disp. 2. quæst. 5. punto 1. num. 7. qui etiam rectè monet, in confessione sacramentali non esse satis, si solum manifestetur ignorantia rerum fidei, & negligentia in illis addiscendis; sed esse manifestandum etiam finem, & motiuum talis negligentiam, cum ex illo possit multum diuersificari malitia.

Denique ex hoc, quòd pertinacia solum contingat cum directà intentione, & proposito non acquiescendi definitioni Ecclesiæ, & idèd recedendi à regula fidei, potest explicari, quid requiratur ad hoc ipsum propositum, & vtrum censendus sit pertinax, verbi gratia, & nollet acquiescere definitioni Ecclesiæ, si quis non sit paratus acquiescere Parocho, aut Episcopo, vel alteri, qui communiter reputetur vir doctus, & pius, eoque dicat posse falli, & fallere in eo, quòd proponunt, vt definitum ab Ecclesiâ, & ex altera parte protestetur publicè, & palam, quòd sit paratus ab Ecclesiâ corrigi, eamque recipiat, vt regulam fidei. Nam, vt paucis rem hanc expediamus, de qua pluribus agunt Iuristæ cum Bart. in l. Tutor. §. Tuores. num. 1. ff. de suspens. tut. Cardin. in Clement. 1. de Summa Trinitate, & alij apud Pennam in Directorio Inquisitorum, part. 1. quæst. 12. comment. 26. & apud Farinac. de hæresi, quæst. 169. à num. 10. certum videtur, quòd tunc aliquis est verè pertinax, quando aliquid sufficienter illi proponitur, vt definitum ab Ecclesiâ; & tamen non vult acquiescere: sicut enim infidelis, verbi gratia, Iudæus, aut Paganus, tunc verè est pertinax respectu Dei, quando res fidei sufficienter illi proponuntur, vt reuelatæ à Deo, eamque sufficienter propositionis benè aduertit; & tamen adhuc persistit in Iudaismo, & non vult credere: ita & Hæreticus tunc est pertinax respectu Ecclesiæ, quando sufficienter illi proponitur definitio Ecclesiæ, & interius in Dei lumine hoc ipsum aduertit, quòd sufficienter proponitur; & tamen non vult acquiescere: & alioqui, si ad pertinaciam non esset satis prudens, & apta propositio definitionis Ecclesiæ, nullus esset verè pertinax, & verè Hæreticus: quia omnes possent dicere, paratos se esse, vt acquiescant definitioni veræ Ecclesiæ; sed sibi non constare, quòd hoc, vel illud sit definitum à vera Ecclesiâ; & idèd se non credere hoc, vel illud. Vnde, quia communiter propositio definitionis Ecclesiæ facta per Episcopum, vel per Inquisitorem, aut alium virum doctum, & pium, cui ex officio, vel ex commissione id incumbat, est verè sufficiens, & moraliter facit euidenter credibilem, & omninò credendam definitionem propositam, rectè potest censerì pertinax, qui Episcopo, vel Inquisitori, aut alteri viro docto, & pio non acquiescit: idque non solum potest rationabiliter, & prudenter præsumi in foro externo; sed etiam potest certè credi in conscientia, si etiam in conscientia verè aduertatur, quòd propositio definitionis Ecclesiæ sit sufficiens, & faciat definitionem prudenter credibilem, & credendam, idque solum vult etiam Bart. & Canonistæ communiter, quando asserunt, eum esse pertinacem, qui non credit Inquisitori: vt enim notat Penna comm. 26. cit. id solum asserunt, quando Inquisitor monet, vt Index, hoc est, re maturè considerata, & benè inspecta propositionum qualitate, & habita cum Iurisperitis, & Theologis exquisita deliberatione: & in tali casu certum videtur, quòd qui resistit Inquisitori, sit

17. Quomodo sit pertinax, qui non acquiescit Episcopo, vel Inquisitori, aut alteri de definitione Ecclesiæ.

verè pertinax. Plura de hac re possunt videri apud Iuristas citatos, & apud Rebuffum in praxi beneficiarum, in Bullam Coma, excommunicat. 1. art. 1. verb. Hæreticos, vers. Quare quis. Castro de iustia Hæret. puni. lib. 1. cap. 9. Canum de locis theologis, lib. 1. 2. cap. 9. vers. At quid pertinacia. Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 11. puncto 1. diffic. 4. Valq. 1. 2. disp. 126. cap. 3. num. 7. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 25. Suar. disp. 19. de fide, sect. 3. n. 20. & 21. Sayr. lib. 3. thes. cap. 4. n. 17.

Protestatio verò, quod quis sit paratus ab Ecclesia corrigi, eiusque definitioni acquiescere, potest quidem excusare ab hæresi, & pertinacia in foro externo, si quis exterius illam proferat; & etiam in foro interno, si proferat ex animo, & non fictè, ut patet ex cap. Hac est fides. 24. quest. 1. & ex cap. Damnamus. de Summa Trinitate, & fid. cath. & notat Suar. disp. 19. sect. 3. cit. n. 26. Quando tamen definitio Ecclesiæ sufficienter proponitur per Episcopum, vel per Inquisitorem modo explicato, & non admittitur, difficile videtur huiusmodi protestatio acquiescendi Ecclesiæ, posse esse ex animo, & non ficta, cum hoc ipsum nolle admittere, quod Ecclesia definiat hoc, vel illud, quando huiusmodi definitio sufficienter proponitur, vt admittenda, non videatur benè consistere cum hoc, quod est velle acquiescere definitioni Ecclesiæ, vt ex se patet. Si quis tamen verè esset paratus acquiescere Ecclesiæ, idque protestaretur ex animo, verè excusaretur à pertinacia, & ab hæresi, etiam si culpabiliter, & per culpam, etiam mortalem, hæc, & nunc non admitteret propositionem Episcopi, aut Inquisitoris de hac, vel illa definitione Ecclesiæ, dummodo tamen crederet, quod contradicendo Episcopo, & Inquisitori, non contradiceret Ecclesiæ, vt, verbi gratia, si existimaret, quod fallerentur ipse Episcopus, & Inquisitor, dum assererent, id esse definitum ab Ecclesiâ, vt notat Sanchez cap. 7. num. 25. cit. & Valen. diff. 4. cit. §. Secundo, sequitur. & in responsione ad 3. Valquez 1. 2. disp. 126. cap. 3. num. 7. Neque ipsis contradicendo dici deberet, quod contradiceret toti Ecclesiæ, cum ipsi hanc non contineant, neque repræsentent, sicut continet, & repræsentat ipse Summus Pontifex, & Concilium generale: quæ hac de causa habent infallibilitatem in rebus fidei definiendis; & id eò contradicere illis non potest absque eo, quod verè contradicatur toti Ecclesiæ, vt subdit Valq. ibidem.

De modis autem præsumendi in casu dubio pertinaciam, eamque probandi, aut detegendi in iudicio, non est, quod pluribus hoc loco agamus, cum magis pertineat ad forum externum, quam ad conscientiam. Videri potest Glossa in Extran. Cum inter nonnullos. verb. pertinaciter, de verb. significatione, Turrecrem. in Summa, de Ecclesia, lib. 4. part. 2. cap. 16. Simanchas de cathol. instit. tit. 48. n. 7. & seq. Albertin. tract. de agnos. assert. quest. 3. num. 13. & seq. quest. 30. Directorium Inquisitorum part. 2. quest. 32. num. 7. & S. Penna ibidem, com. 57.

Ille videtur omninò clarissimus, quem ponit idem Penna part. 1. quest. 12. com. 26. versus finem, & desinitur ex ipsis factis, quando sunt contraria protestationi, & dictis: vt, si quis, verbi gratia, protestetur, se esse Christianum, & credere omnia, quæ credit Ecclesia; & in specie quod Messias iam venerit, & sit ipse Christus; & tamen seruet ritus Iudaicos, & maeter, & comedat agnum paschalem cum laelucis aggressibus; & Sabbathum

colat, &c. quia enim rectè præsumitur vnulquisque ea sentire, quæ facit; & rectè colligitur voluntas ex factis, L. De quibus ff. de legib. & L. Reprehendenda. C. de instit. & substit. rectè creditur protestatio esse ficta, & non ex animo, quando factis contrariatur, vt notat Glossa in cap. Tua nos. verb. Mulierem, de sponsalib. & in cap. Olim causam. verb. protestatus, de censibus, & Iuristæ in L. Non solum. §. Adorte. ff. de oper. nou. nunciat. Simanchas de cathol. instit. tit. 55. num. 7. & alij.

DISPUTATIO XXXIII.

Quid sit discriminis inter hæresim, propositionem hæreticam, & propositionem erroneam.

- 1. Ratio communis propositionis damnabilis, est quasi genus.
2. Et habet sub se plures modos, & quasi species.
3. Propositio hæretica, quanam proprie sit.
4. An, & quomodo inter propositiones hæreticas dentur varij gradus.
5. Propositio erronea, quanam proprie sit.
6. Vocabulum erroris sumitur multipliciter.
7. Variâ exempla propositionis erronee in materia fidei.
8. Propositio opposita conclusioni, & assensui theologico, potest damnari, vt erronea, & aliquo modo etiam vt hæretica.
Quomodo aliquid possit indirectè esse de fide.

Si descriptio hæresis, quam supra tradidimus disputatione 31. num. 6. quod sit error voluntarius cum pertinacia contra aliquam veritatem Christianæ fidei, est benè tradita, non solum debet benè explicari, quid ipsa sit, sed etiam benè illam distinguere ab aliis omnibus, quæ non sunt ipsa: hæc enim de causa definitiones, aut descriptiones traduntur per differentias, quæ simul habent diuidere genus, & constituere species, vt patet ex Porphyrio in cap. de differentia: quia debent simul explicare de re descripta, aut definita, in quo esse constituitur, & quomodo distinguatur, vel diuidatur ab aliis, quæ fortè habent esse sub eodem genere proximo.

Cum ergo contra veritatem Christianæ fidei non solum hæresis, sed etiam plures alij assensus, & actus damnabiles possint esse, & sæpè sapius in hoc, aut illo de facto sint; hoc in præsentia explicare debemus, quomodo singuli inter se differant, & quomodo simul cum hæresi omnes constituantur sub hac ratione quasi generica assensus damnabilis contra fidem.

Et quidem ex Concilio Constantensi sess. 8. dum damnantur articuli Ioannis Vvicleffi; & sess. 15. dum similiter damnantur articuli Ioannis Hus, & ex Bullis Pij V. & Gregorij XIII. quibus damnantur de anno 1579. plures articuli Michaëlis Baij, Doctoris Louaniensis, plures modi, & quasi species recensentur huiusmodi damnabilium propositionum, dum aliquæ dicuntur esse notoriæ, & manifestè hæreticæ; aliquæ non catholicæ, sed erroneæ; aliquæ piarum aurium offensivæ, temerariæ, scandalosæ, blasphemæ, seditiosæ, usque aduatur per Doctores Theologos etiam plures alia, vt, verbi gratia, sapientes hæresim, male sonantes, infideles, vel sapientes paganisimam, per fide, vel sapientes Iudaismum, stultæ, crudelæ, periculosa,

1. Ratio communis propositionis damnabilis est quasi genus.

2. Et habet sub se plures modos, & quasi species.

riculosa, schismaticæ, iniuriosæ, vel contumeliosæ, aut irrisoria; phantasticæ, superstitiosæ, irreuerentes, derogatoriæ honoris, aut dignitatis, scrupulosæ, vanæ, & similes, vt videre est apud Turrecr. in Summa, de Ecclesia, lib. 4. part. 2. cap. 8. & sequ. Canon lib. 12. de locis theologis, cap. 8. & sequ. Corduben. lib. 1. quest. 17. Suar. disp. 19. de fide, sect. 2. & alios. Et has omnes idè appellant propositiones damnabiles; quia non solum sunt falsæ; sed etiam vltra communem rationem, aut gradum falsitatis, habent aliquid peculiare, propter quod sunt dignæ censura, & speciali qualificatione, & reprobatione, cum pertineant aliquo modo ad materiam fidei, & ad bonos mores, vt notat Suar. sect. 2. cit. n. 1.

Primo igitur, vt in præsentia agamus de propositione hæretica, & de erronea, propositio hæretica illa est, quæ absolute, & in se considerata, & quasi materialiter accepta, provt præscindit à qualibet intentione, aut proposito proferentis, est manifestè opposita alicui propositioni, quæ sit manifestè de fide. Ita Couarr. lib. 3. var. cap. 1. Turrecrem. in Summa, de Ecclesia, lib. 4. part. 2. cap. 3. Castr. lib. 1. de iustia Hæretic. puni. cap. 1. Corduben. lib. 1. quest. 17. §. 7. dub. 1. & alij communiter apud ipsam, & apud Suar. sect. 2. cit. num. 3. nam, quauis Caietan. 2. 2. quest. 11. art. 1. & Caninus lib. 12. de locis theolog. cap. 8. & Sanct. Antonin. part. 2. tit. 12. cap. 5. inuisio, propositionem hæreticam solum explicent in ordine ad proferentem, & proprie loquendo, negent propositionem posse dici hæreticam, nisi inuoluet pertinaciam, & indebitam adhesionem contra definitionem Ecclesiæ; multò tamen est probabilius, quod hæc denominatio possit illi conuenire, etiam absolute, & quasi materialiter consideratæ, quomodo Inquisitores, quando aliquis ad ipsos deserit, tanquam Hæreticis, prius examinant, & expendunt ex principiis, & regulis fidei propositionem ab ipso prolatam, & postea inquirunt ex probationibus, & iudiciis facti, quo animo sit prolata: & quauis ipsum proferentem non pronuncient, aut damnent, tanquam Hæreticum, nisi deprehendant in illo pertinaciam, & adhesionem indebitam ipsam tamen propositionem per se, & materialiter acceptam benè qualificant, & reprobant, vt hæreticam, si illam deprehendant manifestè oppositam propositioni de fide. Et ratio est: quia, quemadmodum vocabulum fidei non solum vsurpatur formaliter pro actu assensus, ex auctoritate diuina, vel pro habitu inclinante ad talem assensum; sed etiam materialiter pro obiecto, & materia talis actus, vel talis habitus, quomodo in Symbolo Sancti Athanasij post explicatum mysterium Trinitatis, & Incarnationis dicitur: Hæc est fides catholica. ita & vocabulum hæresis potest vsurpari non solum formaliter pro assensu hæretico, & pertinaci; sed etiam materialiter pro obiecto talis assensus, & ab hæresi hoc modo accepta materialiter, rectè potest denominari hæretica propositio, quæ illam continet: & si quis proferat, verbi gratia, quod Christus non sit Deus, sicut potest rectè dici, quod proferat hæresim; ita & potest dici, quod proferat propositionem hæreticam. Et quemadmodum, quando dicimus, quod aliqua sit propositio fidei, vel de fide, non significamus, quod solum id illi conueniat, quando actualiter creditur, vel profertur, vt credita per fidem diuinam; sed quod conueniat absolute; & sensus est, quod absolute sit digna, vt credatur ab omnibus, tanquam reuelata à Deo: ita & quando dicimus, quod aliqua propositio sit

3. Propositio hæretica quæ proprie sit.

4. An, & quomodo inter propositiones hæreticas adtur varij gradus.

contraria fidei, vel hæretica, non id dicimus pro eo tantum casu, quo proferatur ex animo, & ex assensu hæretico, & pertinaci; sed absolute; & sensus est, quod in se ipsa sit talis; & vere indigna, quæ ab illo credatur; imò & digna, quæ ab omnibus reprobetur, & respuatur. Neque est, quod pluribus in hoc immeremur, cum potius sit questio de vocabulo, quàm de re.

Dixi autem, propositionem hæreticam debere esse manifestè oppositam alicui alteri propositioni, quæ sit manifestè de fide: quia, si hoc vtrunque non sit manifestum, id est, quod altera propositio, cui opponitur, sit de fide, & quod illi sit verè opposita; non est qualificanda, & damnanda, vt hæretica; sed sub aliqua alia censura, vt notat Suar. disp. 19. sect. 2. num. 13. & constabit infra. Vnde & in Concilio Constantensi sess. 8. cit. articuli aliqui Ioannis Vvicleffi dicuntur fuisse reperti, vt notoriè hæretici, & idè à Patribus fuisse reprobati: & ex Caiet. 2. 2. quest. 11. art. 1. potest aliqua propositio esse contraria fidei, solum quoad se, non autem quoad nos, si scilicet, non sit nobis adhuc proposita per Ecclesiam, vt credenda de fide: & talis propositio non est damnanda, vt hæretica.

Quo autem modo intra hanc ipsam latitudinem propositionis hæreticæ sint plures gradus; sicut & sunt intra latitudinem propositionis de fide, ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 1. art. 6. ad finem, & art. 8. in corp. & quest. 2. art. 5. & quest. 11. art. 2. ubi asserit, aliqua in fide se habere per se primariò, & directè, id est, illa, per quæ homo, inuatur ad beatitudinem, & reuelantur per se; aliqua verò se habere quasi per accidens, secundariò, & indirectè, id est, illa, quæ solum occasione aliorum habentur in Scripturis, & diuinitus reuelantur, vt, verbi gratia, quod Abraham habuit duos filios, vel quod Dauid fuit filius Isai, & similia: hoc, inquam, de huiusmodi gradibus, an, & quomodo possint admitti intra latitudinem propositionis hæreticæ, videri potest in Directorio Inquisitorum part. 1. quest. 7. & 12. & apud Pennam ibidem, part. 2. com. 27. & Turrecrem. in Summa, de Ecclesia, lib. 4. part. 2. cap. 9. & 10. & Corduben. lib. 1. quest. 17. §. 7. citato, dub. 3. & Suar. disp. 19. sect. 2. n. 6. & sequ. Et certum est, quod, quemadmodum propositiones de fide ex hoc ipso, quod sunt reuelatæ à Deo, æqualiter omnes constituuntur in primo, ac summo gradu veritatis, & credibilitatis; neque Deus minori fide est dignus in hoc, quod reuelat quasi occasionaliter, & secundariò, vel per accidens, quod Abraham habuit duos filios, quàm in hoc, quod reuelat per se, & primariò, quod ipse sit trinitus: & propositiones hæreticæ, & oppositæ fidei, ex hoc ipso, quod sunt oppositæ diuinæ reuelationi, sunt in primo, ac summo gradu falsitatis, & damnabilitatis, omnes æqualiter, & parum refert, quod hæc oppositio pro aliquibus habeatur expressa in diuinis Scripturis, & pro aliquibus solum habeatur ex definitione Ecclesiæ, cum similiter etiam Ecclesia habeat veritatem infallibilem in huiusmodi definitionibus. Vnde diuersitas, quam ex his, aut similibus capitibus assignant Doctores inter propositiones hæreticas, non potest esse magni momenti, saltem in ordine ad conscientiam, cum reuera omnes sint contrariæ fidei, & ex hac contrarietate omnes sumant eandem malitiam; & si sint voluntariæ, & eoniunctæ cum pertinacia, omnes incurant eadem penas Hæreticorum.

Secundò, propositio erronea in materia fidei illa est, quæ similiter præscindendo à quacunque intentione,

5. Propositio erronea, quæ proprie sit.

tionem, aut proposito proferentis, est manifeste opposita alicui alteri veritati, aut doctrinae, vel propositioni catholicae, id est, a Catholicis communiter receptae, quavis non credita ex fide divina, & propter divinam revelationem; vel, si esse credita, vt de fide, non est illi manifeste opposita. Ita Canus lib. 12. de locis theol. cap. 11. Corduben. lib. 1. quest. 17. §. 9. Suar. disp. 19. de fide, sect. 2. n. 13. & alij apud illum. Et facit manifeste Concilium Constantiense sess. 8. cit. vbi inter articulos, seu propositiones damnabiles Iohannis Vvicleffi, non solum enumerat secundo loco articulos erroneos tanquam proximos ad primum gradum damnabilitatis in materia fidei, in quo repoluerat propositiones haereticas, & tanquam ab illis distinctas; sed praeterea eos confundit cum articulis non catholicis, id est, cum illis, qui communiter admittuntur vt certi, & indubitati ab omnibus Catholicis, etiam si non admittantur, vt reuelari, & tanquam credendi de fide divina.

6. Vnde vocabulum erroris, a quo propositio denominatur erronea, non est hoc loco sumendum latissime, pro quocumque assensu falso, per quem intellectus non adequatur obiecto, neque illud cognoscit, aut enunciat, sicuti est, quomodo ex Sancto Augustino in Enchiridio, cap. 17. & 19. omnis ille errare dicitur, qui approbat falsa pro veris, vel improbat vera pro falsis, vel incerta habet pro certis, vel certa pro incertis. Neque secundo est sumendum late pro illo tantum assensu falso, qui manifeste sit talis, & in vnaquaque Facultate repugnet principiis communiter receptis, quomodo inter Philosophos non omnis opinio falsa, & parum probabilis, dicitur error, aut denominatur erronea; sed solum illa, quae certo est falsa, & contra principia omnibus certa: vt, si quis dicat, verbi gratia, in physicis non dari materiam, aut naturam; vel non dari motum. Neque tertio est sumendum strictius pro illo assensu, qui sit falsus in materia fidei, & manifeste oppositus propositioni de fide, quo modo superiorius diximus, assensum erroneum contra veritatem Christianae fidei, si sit voluntarius, & cum pertinacia, esse haeresim: & si accipiatur solum materialiter, & prout praescindit a qualibet voluntate, aut proposito proferentis, esse propositionem haeticam; sed est sumendum strictissime pro illo assensu, qui sit falsus in materia fidei; non tamen manifeste oppositus propositioni de fide; sed propositioni catholicae, receptae communiter a Catholicis; quavis non credita, vt de fide, vel saltem si sit credita, vt de fide, non sit illi manifeste oppositus. Neque est hoc loco quaerendum ulterius, quare hic assensus absolute, & sine addito appelletur erroneus cum reuerat etiam haeresis, & propositio haeretica sint errores, & propositiones erroneae, & saepe in iure sic appellentur, cap. Ad abotendam. & cap. Excommunicamus. 2. §. Si qui autem, de Haeret. & saepe alibi: sic enim etiam in aliis Facultatibus, & scientiis nomen generis saepe tribuitur speciei minus perfectae; & nomen animalis, verbi gratia, absolute prolatum tribuitur brutis, vt notat Suar. disp. 19. sect. 2. n. 12. & idem etiam appellatur propositio erronea potuit absolute, & sine addito tribui huic assensui, qui sub genere propositionis damnabilis in materia fidei se habet, vt species minus perfecta, & minus damnabilis, quam sit haeresis, & propositio haeretica, cum praesertim modi loquendi, & vsus vocabulorum, non semper sint induci ex certa ratione, & idem non sit de illis magnopere laborandum.

Porro exempla huiusmodi assensus, vel propositio-

tionis erroneae specialiter dictae, in quantum est in materia fidei, & manifeste opposita propositioni catholicae, sed non de fide, hac possunt afferri ex Suar. disp. 19. sect. 2. cit. num. 13. si quis neget, verbi gratia, Beatissimam Virginem reuereisse post mortem, & in caelum fuisse assumptam, etiam corpore, vt communiter tenent fideles: quod enim hoc non sit de fide, expresse asserit Canus lib. 12. de locis theol. cap. 11. Sot. in 4. dist. 43. quest. 2. art. 1. versus finem, §. De sacratissima vero Virgine. Cordub. lib. 1. quest. 17. §. 1. versus finem. Suar. num. 13. cit. & idem cum maxime sit de pietate fidei, & a tota Ecclesia pie tradatur, & communiter recipiatur, merito erroris damnatur, si quis id neget: quavis reuera, & in rigore non damnetur asserat haeresis. Et idem esset ex Suar. ibidem, si quis negasset ante definitionem Concilij Tridentini sess. 6. can. 23. de iustif. quod similiter tener Ecclesia, eandem Beatissimam Virginem vultisse per totam vitam ex speciali Dei priuilegio omnia peccata venialia. Et ex Cordub. lib. 1. quest. 17. §. 1. cit. vers. Ista sunt proprie. possunt addi haec alia exempla, si quis dicat, verbi gratia, ad Consecrationem satis esse, si proferantur verba solum mentaliter; neque esse necessarium, vt proferantur vocaliter: vel charitatem, qua formaliter diligimus Deum, & proximum, non esse aliquid creatum; sed ipsam personam Spiritus Sancti, vt asseruit Magister Sententiarum in 1. dist. 17. quem Scholastici diuersimode conantur explicare, vt ab errore defendant: vel Christum in triduo mortis fuisse hominem; quia, quavis anima esset reuera separata a corpore; mansit tamen tam ipsa, quam corpus vnitum Verbo, & supposito diuino; & ad rationem hominis potest sufficere, si anima, & corpus sint vnita, vel inter se, vel in aliquo tertio: quod similiter quavis placuerit eidem Mag. in 3. dist. 22. & Doctoribus Parisiensibus, vt videre est in eorum articulis, cap. 33. communiter tamen reuocatur, vt erroneum, cum manifeste repugnet principio notissimo, quod ad constituendum compositum physicum necessarium debeant materia, & forma esse vnita inter se, tanquam potentia, & actus; neque sufficiat, si quomodocumque sint vnita in aliquo tertio: & idem omnes Catholici communiter teneant, quod Christus in triduo mortis eadem ratione non fuerit homo, qua communiter non est homo, quicumque alius, qui vere est mortuus.

Et quoniam ad propositionem haeticam proprie dictam non est satis, si quomodocumque sit opposita propositioni de fide; sed requiritur, vt illa, cui est opposita, sit manifeste de fide; & vt ipsa sit manifeste opposita, vt supra diximus num. 3. hinc est, vt possit ex hoc etiam duplici defectu contingere propositio erronea, & minus damnabilis, quam haeretica, vt subdunt Authores citati, si, scilicet, non sit opposita propositioni, quae sit certo, & manifeste de fide, vel non sit certo, & manifeste opposita: & tanquam exemplum primi, asserit Suar. num. 13. si quis neget dari habitus gratiae, & virtutum per se infusos: quia enim Clementina 1. §. Ad hoc Baptisma. de Summa Trinitate, & fide catholica. ex Concilio Viennensi solum eligitur, vt opinio probabilior, & magis consona dictis Sanctorum, & Theologorum, quod in Baptismo, tam adultis, quam paruulis, infundantur habitus gratiae, & virtutum, & huiusmodi electio facta a Concilio non facit de fide, quod dentur habitus infusi, vt notat Vasq. 1. 2. disp. 187. cap. 2. n. 5. & 13. vel saltem non est omnino certum, quod id faciat, vt de fide, vt

Paria exempla propositio erronea in materia fidei.

5. Propositio opposita conclusioni, & assensui theologico, potest damnari vt erronea, & aliquo modo etiam vt haeretica.

9. Quomodo potest induci esse de fide.

notat Suar. n. 13. cit. cit. recte dicitur propositio negans huiusmodi habitus per se infusos non esse qualificanda, & damnanda, vt haeretica, sed solum vt erronea.

Exemplum vero secundi potest afferri, quod paulo ante attulimus ex Cordub. si quis dicat cum Magistro Sententiarum, quod Christus in triduo mortis fuit homo: quavis enim certo, & manifeste sit de fide, quod Christus in cruce sit mortuus, & quod triduo manserit mortuus; huic tamen articulo fidei non est certo, & manifeste oppositum, quod etiam mortuus non fuerit homo propter vnionem veriusque patris retentam cum supposito Verbi, vt diximus ex Magistro: & idem haec propositio est solum damnanda, vt erronea, non vt haeretica.

Atque ad hunc modum propositionis erroneae propter non certam, & non manifestam oppositionem de fide, potest reduci etiam ille, quem subdit Suar. disp. 19. sect. 2. cit. num. 14. de eo, qui negat conclusionem aliquam theologiam euidenter deductam ex vna de fide, & ex altera nota lumine naturali: vt, verbi gratia, quod Christus sit risibilis: quavis enim in foro externo, & in humano iudicio, qui hoc negat, possit praesumi esse haeticus, in quantum non creditur id negare ex eo, quia neget propositionem naturalem, quod omnis homo sit risibilis; aut vim illatiam, & bonitatem consequentiam, quae ex ipsa natura est omnibus notissima; sed aliam propositionem de fide, quod Christus sit homo: & idem haec propositio: Christus non est risibilis. in eodem foro externo possit damnari, vt haeretica ex tali praesumptione, & qui illam asserit, possit puniri, vt haeticus, si in illa sit pertinax, vt notat Cordub. lib. 1. quest. 17. cit. §. 7. vers. Id etiam contingit. & Suar. n. 14. cit. & Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 7. n. 33. & cap. 8. n. 12. & Bonac. de excommunicat. disp. 2. quest. 5. punct. 1. n. 5. In conscientia tamen, & in foro interno potest etiam contingere, vt reuera talis propositio sit solum erronea, in quantum non manifeste opponitur propositioni de fide, quod Christus sit homo: & fieri potest, vt quis idem neget Christum risibilem; quia stulte putat, non omnem hominem esse risibilem; vel quia temere existimat, risibilitatem in illo fuisse sublatam per diuinam potentiam; non autem, quia putet, eum vere non esse hominem, vt notat Bannes 2. 2. quest. 11. art. 2. §. Circa hoc. Cordub. loco cit. Suar. ibidem. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 13. n. 7. cum praesertim diuina reuelatio, quod Christus sit homo, reuera non comprehendat, quod sit risibilis; & haec propositio solum habeat certitudinem theologiam, & scientificam; non autem habeat certitudinem fidei, nec credatur de fide, vt contenta in illa; sed solum habeatur, vt illata ex illa, simul cum alia propositione naturali, certo modo disposita. Et quavis ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 17. art. 2. in fine corporis, etiam illa pertineant indirecte ad fidem, ex quibus sequitur corruptio alicuius articuli fidei, & talis sit haec assertio, quod Christus non sit risibilis, cum naturaliter ex illa sequatur, quod non sit homo; non tamen sufficit haec pertinentia indirecta, vt vere illud credatur, & sit certum certitudinem fidei, & vt oppositum sit haeticum, nisi illud sit reuelatum in se, vt notat Suar. sect. 2. cit. n. 10. in fine: sed potest esse certum certitudine alia inferiore, id est, certitudine scientifica, & theologica: & haec etiam potest indirecte pertinere ad fidem, si ex illa sequitur corruptio fidei: sicut & in scientiis ex corruptione, aut negatione assensus conclusionis, potest sequi corruptio assensus principiorum, quavis ille sit certitudinis longe inferioris, vt subdit Suar. n. 14. Atque in hoc sensu potest ad-

mitti, quod aliqui asserunt cum Cano lib. 1. 2. cap. 9. circa 4. argumentum, & cum Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 11. puncto 1. diff. 3. quod etiam propositio theologica mediata, & indirecte possit dici de fide; & qui illam negat, possit dici haeticus similiter indirecte, & reductiue; in quantum, scilicet, ex tali propositione negata potest sequi negatio fidei, etiam si illius negatio vere, & proprie non sit negatio fidei, quando prouenit ex alio principio, quam ex formali, aut virtuali negatione illius propositionis de fide, ex qua inferatur.

Et per haec, quae iam explicauimus, multo rationabilius videtur distingui propositio erronea a propositione haeretica, & ab haeresi, quam si dicamus cum Turcremata, propositionem erroneam se habere, vt genus ad propositionem haeticam, & ad haeresim; & omnem propositionem haeticam, omnemque haeresim esse propositionem erroneam; non e contra; vel, si dicamus cum S. Antonino part. 2. tit. 12. cap. 5. initio; solum distingui ratione pertinaciae, quam includit ex ipsius sententia non solum haeresis, sed etiam propositio haeretica, vt supra diximus n. 3. non autem includit propositio erronea. Nam contra est: quia ex Concilio Constantiensi, & ex Bullis Pontificum supra citatis n. 2. articuli, & propositiones erroneae sunt vere contradistinctae ab articulis, & propositionibus haeticis, & vt distinctae enumerantur; quod tamen non esset, si ad illas se haberent solum vt genus: siquidem hoc non ponit in numerum cum speciebus; & animal, verbi gratia, non potest numerari simul cum homine, aut equo, aut cum illis facere numerum, & pluralitatem, sicut faciunt articuli, & propositiones erroneae cum articulis, & propositionibus haeticis: & falsum est, quod propositio haeretica includat pertinaciam, & per consequens quod ratione illius distinguatur a propositione erronea, vt patet ex dictis.

DISPUTATIO XXXIV.

Quae propositiones sint damnandae, vt sapientes haeresim, vt male sonantes, vt piarum aurium offensivae, vt scandalosae, vt temerariae.

- 1. Quae sit propositio sapiens haeresim.
2. Quae sit propositio sapiens fidem.
3. Propositio sapiens haeresim quomodo differat a propositione erronea.
4. Potest propositio sapere haeresim, etiam ab extrinseco, ratione solius subiecti, aut persona eam proferentis.
5. Non solum propositio, sed etiam opus, & factum externum, potest sapere haeresim.
6. Quae sit propositio male sonans.
7. Potest propositio esse male sonans, etiam si in terminis reperitur apud probatos Doctores, vel in sacra Scriptura.
8. Quid sit attendendum, vt propositio qualificetur, vel damnetur, vt male sonans.
9. Quae sit propositio piarum aurium offensiva.
10. Propositio pia, vel de pietate fidei, quanam sit.
11. Propositio scandalosa.
12. Propositio temeraria.
13. Propositio audax, insolens, impudens.
14. Propositio dupliciter potest esse temeraria.
15. Communia placita Sanctorum Patrum, & Scholasticorum magni sunt faciendae.
16. Varia exempla propositionis temerariae.

- 17. *Quid sit attendendum, ut propositio qualificetur, vel damnetur, ut temeraria.*
- 18. *Propositiones non sunt de facti, & temere qualificando, & censuranda.*
- 19. *Potest ab quando una propositio qualificari pluribus modis.*

1. *Qua sit propositio sapiens hæresim.*

QUAE propositiones in materia fidei, non solum qualificantur, & damnantur à Theologis, ut hæreticæ, & erroneæ modis iam explicatis disputatore præcedente; sed aliquando etiam dicuntur sapere hæresim, & solum damnantur, ut sapientes hæresim. Et quidem per hunc modum loquendi certum est; quod importetur aliquid minus, quam si dicerentur continere hæresim, & damnarentur, seu hæreticæ, & sumpto metaphora à veris saporibus, ex quibus sæpè ducimur in notitiam ipsorum corporum, quibus debentur, & quorum sunt proprii, etiam si huiusmodi corpora, eorumque natura, seu mixtiones elementorum, & primarum qualitatum, sint alioqui per se latentes, & incognitæ, tunc propositio videtur intelligi sapere hæresim, quando ex illa, vel per se sola, vel simul cum aliquo alio inferitur hæresis; & per illam veniri potest in notitiam hæresis, latentis alioqui ex se, nec se proferentis, aut sufficienter manifestantis per ipsa verba propositionis. Et quemadmodum propositio vera in materia fidei tunc intelligitur sapere fidem, quando ex illa potest inferri propositio fidei, etiam si ipsa in se non sit de fide: ita & contra propositio falsa tunc debet intelligi sapere hæresim, quando ex illa inferitur hæresis, etiam si ipsa in se non sit hæresis. Exemplum ex Cordubensi lib. 1. quæst. 17. §. 2. pag. 151. potest esse, si quis neget, verbi gratia, hostiam, quæ eleuatur à Sacerdote, vel asseruatur in pixide, esse adorandam: nam, quantum de fide sit, quod hostia ritè consecrata sit adoranda; non autem sit de fide, quod hæc, quæ modò eleuatur, vel asseruatur, sit adoranda; sicut neque est de fide, quod Sacerdos, qui eleuat, sit verus Sacerdos, & quod ritè consecravit hanc hostiam: quia tamen ex hac propositione negatiua, quod hostia, quæ eleuatur, vel asseruatur, non sit adoranda, rationabiliter potest inferri hæresim, quod etiam hostia ritè consecrata non sit adoranda, rectè dicitur, quod sapiat hæresim; sicut, & contra sapit fidem propositio affirmatiua opposita, quod hostia, quæ eleuatur, sit adoranda, in quantum ex ipsa rationabiliter potest inferri fides, quod hostia ritè consecrata sit adoranda. Atque hoc modo rectè videtur describi propositio sapiens hæresim, si dicamus cum Gabr. in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3. dub. 1. Cordub. lib. 1. quæst. 17. cit. §. 2. & 8. Suar. disp. 19. de fide, sect. 2. n. 16. & 17. & aliis, esse illam, ex qua, vel accepta per se sola, vel coassumpto aliquo alio principio, potest rationabiliter inferri hæresis; cum tamen ipsa in se non sit hæresis, nec propositio absolute hæretica: sicut, neque illud, quod sapit, verbi gratia, vinum, aut mel, in rebus materialibus, est reuera vinum, aut mel.

2. *Qua sit propositio sapiens fidem.*

QUOD si dicas, ex hac descriptione etiam propositionem erroneam posse dici, quod sapiat hæresim: siquidem etiam ex eo, quod Christus dicatur, verbi gratia, non esse risibilis, quam supra, disp. præcedente, §. 8. diximus, posse esse propositionem erroneam, potest inferri hæresis, quod Christus non sit homo: ut, si quis dicat, verbi gratia, in forma syllogistica: Quod non est risibile, non est homo: Christus non est risibilis: ergo non est homo.

3. *Propositio sapiens hæresim.*

Respondet primò, non esse absurdum, quod vni, & eidem propositioni secundum diuersas rationes simul conueniant plures notæ, & plures qualitates

damnabiles; & simul sit, verbi gratia, erronea, in quantum opponitur propositioni catholice, & communiter receptæ à Catholicis; quantum non creditur, ut de fide; & simul sit sapiens hæresim, in quantum ex illa potest rationabiliter inferri hæresis, ut contingit in exemplo posito, quod Christus non sit risibilis. Deinde respondeo ex Suar. sect. 2. cit. n. 17. propositionem, quæ sapiat hæresim, & simul non sit erronea, tunc posse esse, quando hæresis non inferitur ex illa omnino certò, & necessariò; sed solum probabiliter, & rationabiliter, ut loquuntur Authores citati: siue id contingat, quia alia propositio, quæ coassumitur ad hæresim inferendam, non sit omnino certa, & necessaria; sed solum probabilis, & rationabiliter, vel prudenter recepta: siue, quia ipsa illatio non sit euidentis: sic enim in exemplo paulò ante posito, quod hostia, quæ eleuatur, vel asseruatur, non sit adoranda, rectè dicitur, quod talis propositio sit sapiens hæresim, & propriè non sit erronea: quia ad inferendam hæresim, quod hostia ritè consecrata non sit adoranda, est opus coassumere hanc aliam propositionem, quod hostia, quæ eleuatur, vel asseruatur, sit ritè consecrata; quæ tamen solum rationabiliter, & prudenter recipitur; non autem vt necessaria, & quam non contingat aliter se habere, & totus syllogismus ad inferendam hæresim ex illa, est hoc modo formandus in tertia figura: Hostia, quæ eleuatur, vel asseruatur, non est adoranda: sed huiusmodi hostia est ritè consecrata: ergo aliqua hostia ritè consecrata non est adoranda. in quo syllogismo, vt ex se patet, minor propositio, quæ coassumitur cum maiore sapiente hæresim, solum recipitur ex ratione prudenti, & recta; non autem quia ex se habeat necessitatem, & ex illa fundet certitudinem, & infallibilitatem assensus. Et in hoc maxime differat propositio sapiens hæresim à propositione erronea, si forte contingat etiam ex erronea inferri hæresim: quia, scilicet, ex erronea inferitur hæresis cum omnimoda necessitate, & certitudine propter veram necessitatem alterius propositionis, quæ coassumitur; ex illa verò, quæ sapit hæresim, solum inferitur secundum rationabilitatem, & moralem prudentiam, propter similem rationabilitatem, & certitudinem solum prudentialem, & moralem, quam solum habet propositio alia, quæ coassumitur simul cum illa: & ratione huius minoris certitudinis, rectè assignatur propositio sapiens hæresim, vt damnabilis, distincta à propositione erronea, & vt minus damnabilis, seu existens in gradu minori damnabilitatis infra illam, & illa ex contraria ratione rectè dicitur magis damnabilis; quia minus habet excusationis, utpote proueniens ex negatione principij verè necessarij, & naturaliter noti: vt, verbi gratia, quod omnis homo sit risibilis; non autem ex negatione principij solum probabilis, & solum prudentialiter certi: vt, verbi gratia, quod hostia, quæ eleuatur, & asseruatur, sit ritè consecrata; sicut contingit in propositione, quæ sapit hæresim. Atque ex his potest intelligi, quo sensu possint admitti aliarum descriptiones propositionis sapientis hæresim, quæ ab aliis asseruntur, vt, verbi gratia, quod tunc propositio sapiat hæresim, quando proferentem reddit suspectum de hæresi; vel, quando prima facie, & ex terminis hæresim præfert, etiam si intimè considerata possit habere sensum catholicum: nam reuera hæc descriptiones, quantum conueniant propositioni hæresim sapienti, latè acceptæ, prout comprehendit etiam propositionem erroneam, siquidem etiam illa potest facere suspectum de hæresi, & etiam illa secundum terminos, & prima facie potest hæresim præ se ferre, & intus habere aliquem sensum catholicum,

sim quomodo differat à propositione erronea.

4. *Potest propositio sapere hæresim, etiam ab extrinseco, ratione subiecti, aut personæ eam proferentis.*

licum, vt videre est apud Suar. disp. 19. sect. 2. n. 16. & 17. non tamen conueniunt propositioni hæresim sapienti specialiter dictæ, & præse acceptæ, prout contradistinguitur à propositione erronea, nisi accipiatur modo explicato ratione principij, quod coassumitur prudentialiter tantummodo certum, non autem necessariò, & naturaliter, vt iam diximus.

Verum, hoc ipsum, quod illa sit propositio sapiens hæresim specialiter dictam, ex qua, coassumpto aliquo alio rationabili, & prudentiali principio inferitur hæresis, solum debet intelligi, quantum est ex parte ipsius propositionis, eiusque obiecti: nam, vt notat Cordub. lib. 1. q. 17. §. 8. vers. *Nam alio modo pag. 157.* potest etiam contingere, vt propositio sapiat hæresim ex parte subiecti, & solum ratione ipsius proferentis, qui aliunde scitur, aut creditur esse hæreticus, & quendam quasi saporem suæ propositioni communicat sensus hæretici, in quo illam profert: & quod materialiter accidit, verbi gratia, aquæ, ex diuersitate locorum per quæ transit, aut vaforum, per quæ disluit, vt contrahat, ac retineat diuersos sapes, verbi gratia, acidum, salsum amarum, sulphureum, dulcè, vinosum, aut melleum; moraliter etiam accidit propositioni ex diuersitate illorum, à quibus profertur, & à quibus assumitur ad sua sensa significanda, & per quos quodammodo transit ad nos, quasi aqua per canales: contrahit enim similitur quendam quasi saporem internæ hæresis, & per illum aliquo modo eam prodit, alioqui ex se latentem: & hoc modo propositio illa: *Pater maior me est.* quæ prolata à Sancto Ioanne in persona Christi, §. 14. *sui Euangelij*, est maxime catholica; & de fide, si profertur ab Arrio, aut alio, qui cum ipso sentiat, Filium in diuinis esse creaturam, & minorem Patre, rectè censetur sapere hæresim, non quidem ab intrinseco, & quantum est ex parte ipsius propositionis, aut obiecti; sed solum ab extrinseco ratione circumstantiæ ipsius personæ eam proferentis, vt loquitur Suar. in re simili disp. 19. sect. 2. n. 18.

5. *Non solum propositio, sed etiam opus, & factum extrinsecum potest sapere hæresim.*

Et hoc totum, quod dicimus de propositione verbi prolata, aut scriptis expressa, quod possit sapere hæresim, vel ab intrinseco, & ratione sui, sive obiecti, vel ab extrinseco ratione subiecti, & personæ eam proferentis, proportionaliter debet intelligi etiam de aliquo opere, aut facto externo: vt, si quis, verbi gratia, rebaptizet puerum, vel colat Dæmonem, vel abutatur sacramentalibus, aut Sacramentis, &c. possunt enim etiam hæc opera sapere hæresim, eamque inferunt, coassumpto aliquo alio principio, quod aliquando rationabiliter, & prudenter potest admitti; & inducunt in foro externo etiam hæc præsumptionem hæresis, vt notat Cordub. lib. 1. quæst. 17. §. 8. cit. vers. *Et nota, quod opera illa pag. 157.* & siue sit propositio, siue opus, & factum aliquod sapiens hæresim, iuste potest ab Ecclesia damnari, & puniri, si præsertim adiunctam habeat pertinaciam, vt idem subdit vers. *quæ, Ideò illa due.* & patet ex Concilio Constantiensi sess. 8. & 15. vbi inter errores, & articulos Ioannis Vuicleffi, & Ioannis Hus, etiam illi damnantur, & puniuntur, qui sapiunt hæresim.

6. *Qua sit propositio male sonans.*

A propositione hæresim sapiente non multum differat propositio male sonans, vt ex multorum sententia notat Suar. disp. 19. sect. 2. n. 18. nam sapor, qui per metaphoram illi tribuitur, quasi in ordine ad gustum, potest etiam dici sonus in ordine ad auditum, si propositio voce, & verbis proferatur; & illa ipsa, quæ gustui male sapit, male etiam sonat auditui; & quæ interius gustata sapit hæresim, etiam prolata exterius sonat hæresim. Verum, si hæc etiam nota, siue censura, & mala qualitas propositionis sit

fructu, & specialiter accipienda, prout contradistinguitur ab aliis; non autem latè, & quasi genericè, rectè dicitur propositio male sonans esse illa, quæ ex ipsis terminis habet sensum hæreticum; quantum etiam possit habere sensum catholicum, & absolute prolata communiter accipitur in sensu hæretico; siue id proueniat ex circumstantiis temporum, in quibus forte de re illa exorta sunt hæreses; siue ex circumstantiis locorum, in quibus hæreses illæ vigent; siue ex circumstantiis personarum; quæ similitur habent hæresim illam, & sensum hæreticum. Et talis est, verbi gratia, si quis dicat, quod fides iustificat: nam, quantum olim in bono sensu acciperetur, nec male sonaret; siquidem reuera fides est fundamentum, & primum initium iustificationis, & sine illa est impossibile placere Deo, vt definitur in Tridentino sess. 6. cap. 8. de iustif. & in hoc sensu sapius id affirmat etiam Sanctus Paulus ad Rom. cap. 3. & 5. & ad Galat. cap. 2. & 3. & alibi: modò tamen post ortas hæreses male sonat, & facit sensum planè hæreticum, quod sola fides iustificet impium, & nullus alius motus voluntatis requiratur ex parte illius, quo disponatur, ac præparetur magis de proximo ad consequendam gratiam, & iustificationem, in quo sensu merito damnatur in eodem Tridentino sess. 6. cit. can. 9. de iustif.

Vnde rectè notat Cordub. lib. 1. q. 17. §. 14. vers. *Ad prædicta nota primò pag. 163. col. 1. initio*, quod propterea non est damnanda, vt male sonans, aliqua propositio, quod in terminis reperitur affixa ab antiquis Doctoribus, vel etiam ab aliquo ex Sanctis Patribus, imò & in sacra Scriptura: quia fieri potest, vt processu temporis contingerit in illa variatio quoad sensum: & cum vno tempore solum acciperetur communiter, vt bene sonans, & in bono sensu, prout erat reuelata à Deo; & tradita in Scripturis, & relata, & explicata per probatos Doctores; postea tamen inceperit male sonare, & communiter accipi in malo sensu, vt patet in exemplo allato ex S. Paulo: *Iustificamur per fidem.* & in illo, quod dicitur Ecclesiastici 24. de Sapientia diuina, quod sit creata: *Ab initio, & ante sæcula creata sum.* & Isaia 45. quod Deus creet, vel faciat malum: *Ego Deus creans malum, &c.* Et idè in communi sermone huiusmodi propositiones non sunt hoc tempore proferendæ simpliciter, & sine addito; sed ita sunt limitandæ & declarandæ, vt excludatur omnis sonus, & sensus malus; vt, si dicamus, verbi gratia, hominè iustificari per fidem initiatiuè: & Sapientiam diuinam esse creatam, in quantum accipit esse à Patre ex nullo subiecto; non autem, quia accipiat per veram causalitatem, & dependentiam: & Deum creare, & facere malum peccatè; non autem culpæ; & sic de aliis.

7. *Potest propositio esse male sonans, etiam si in terminis reperitur apud probatos Doctores, vel in sacra Scriptura.*

Et vt rationabiliter qualificetur, vel damnetur propositio aliqua, vt male sonans, bene est videndum, quomodo sensum hæreticum, aut malum habeat simul cum sensu catholico, & bono: vt enim notat Suar. disp. 19. sect. 2. n. 17. si vtrunque habeat æquè proprium, & æquè communem secundum propriam, & communem significationem verborum, ac terminorum, non est absolute damnanda, vt male sonans, quasi ex se, & ratione obiecti, sed tantum æquiuoca est accipienda in bono sensu, & tolleranda; & is, qui profert, non est credendus eam proferre in malo sensu, cum possit æqualiter credi, quod eam proferat in sensu bono, & semper quando aliquis effectus potest esse ex duplici causa, non sit determinatè credendus esse ab vna, quousque id constet determinatè, vt tradunt Doctores communiter in *Clementinam primam de vsu is. Sylu. hæresis, 2. quæst.*

8. *Quid sit attendendum, ut propositio qualificetur, vel damnetur, ut male sonans.*

quæst. 5. & 6. Cordubens. quæst. 17. cit. §. 7. vers. Nota 2. pag. 155. col. 2. & alij apud ipsum: & ad summum talis prolator est solum monendus ab Inquisitoribus; aut aliis, vt in posterum loquatur cautius, neque amplius vsurpet verba æquiuoca, & ambigua, ex quibus possunt scandalizari, qui audiunt: & si forte de facto aliqui fuerint scandalizati, eamque propositionem ab eo prolata intellexerunt, & acceperunt in malo sensu, cogendus est, vt publicè, & coram illis, suam propositionem interpreteretur, & declaret in bono sensu; & sic scandalum tollat. Et si aliunde sit suspectus de hæresi, & suspicio, vel præsumptio sit: quod propositionem protulerit in malo sensu, diligentius est interrogandus de sensu, & intelligentia suorum verborum; & puniendus, vel corrigendus; si deprehendatur errasse; vel dimittendus cum sola monitione in posterum, si deprehendatur non errasse. Et in hoc casu non est cogendus ad aliam declarationem, aut interpretationem suæ propositionis, præsertim publicam, ne forte ex hac ipsa interpretatione detur aliis occasio scandali, qui prius non fuerant scandalizati ex ipsa prolata propositione. Si tamen, consideratis omnibus, adhuc maneat suspicio, quod sit prolata, & asserta in sensu malo, & hæretico, iniungenda est prolatori, & assertori purgatio canonica, cum aliqua poenitentia: & in hac si defecerit, agendum est cum illo, vt cum suspecto de hæresi, vt notat Cordubens. lib. 1. quæst. 17. §. 15. not. 5. in fine, ex Castro, Simancha, & aliis.

9. *De sit propositio piam aurium offensa.*
 A propositione malè sonante sic explicata, vel non differt villo modo illa, quæ dicitur piam aurium offensua, illas intelligendo per aures pias, quæ ad fidem sunt piè affectæ, & benè capiunt sensus fidei; & multum respuunt sensus oppositos; & idèd per illos multum offenduntur, vt vult Cordubens. quæst. 17. cit. n. 14. pag. 162. col. 2. in initio, vel certè solum differt ex eò, quia specialiter sonat aliquid indecens, & indignum in materia pietatis, & per ordinem ad virtutem religionis, ad quam propriè pertinet pietas, vt vult Suar. disp. 19. sect. 2. n. 19. ex Cano, & aliis, idque sine dubio est valdè probabile: nam, quemadmodum aliquæ propositiones, seu assensus, in materia fidei solum proponuntur, & approbantur ab Ecclesia, vt simpliciter veræ, & vt piè credendæ, & tanquam vtilis ad pietatem fouendam; quantum non proponantur, & non approbentur, vt reuelatæ, & tanquam simpliciter credendæ de fide, iique ex Cordubens. quæst. 17. cit. §. 4. & 5. pag. 52. col. 1. in initio, rectè possunt appellari assensus, vel propositiones de pietate fidei, vel piæ, vt, verbi gratia, quod hic, vel ille sanctus hunc, vel illum actum heroicum, vel hoc, aut illud miraculum fecerit; & polleat apud Deum hac, vel illa virtute iuuandi homines, siue in bonis corporalibus, siue in bonis spiritualibus; & quod Angelus custos, sique Sancti, quibus aliquis specialiter fuit deuotus in vita, specialiter iuuent etiam in morte; & c. ita & contrariæ propositiones, siue assensus rectè possunt appellari non piæ, vel contra pietatem fidei; & rectè dici, quod offendant pias aures, & rectè intelligi per assensus, aut propositiones offensiuas piam aurium: vt, si quis dicat, verbi gratia, non esse credendum iis, que dicuntur in Vitis Sanctorum circa virtutes ab ipsis exercitas, vel circa miracula ab ipsis patrata, etiamsi permittantur, imò & approbentur à Prælati Ecclesiæ in processibus Canonizationum, & sepe etiam iubeantur publicè legi, & recitari in diuinis Officiis; vel falsum esse, quod Angelus custos specialiter nobis assistat, nòsque iuuet tempore mortis, vel quod Sancta Lucia, verbi gratia, specialiter habeat apud Deum præro-

10. *Propositio pia, vel de pietate fidei, quamam sit.*
 gatiuam pro morbis oculorum curandis, & Sancta Apollonia pro morbis dentium, & sic de cæteris. Atque hæc eadem propositio malè sonans, & offensiuas piam aurium potest etiam esse, & qualificari vt scandalosa, si præterea præbeat occasionem ruinæ spiritualis, in quo propriè consistit ratio scandali: vt, si quis, verbi gratia, malitiosè, & falsè confingat graui crimina, eaque imponat, aut narret de Summis Pontificibus, aut de Prælati Ecclesiæ, vel etiam de Confessariis; & sic auocet audientes à fide, & obedientia, quæ est illis debita in iis, quæ pertinent ad illorum officium; imò, & à Sacramentis, & rebus sacris, quarum illi sunt administrati, vt videre est apud Simancham in instr. cathol. cap. 52. Cordubens. lib. 1. quæst. 17. §. 20. pag. 166. in initio. Suar. disp. 19. sect. 2. n. 19. qui etiam rectè addunt, ad hoc genus spectare, si quis dicat, verbi gratia, decimas non esse soluendas de iure diuino; sed solum esse inductas ex auaritia Clericorum: & sic præbeat occasionem eas fraudandi: secreta crimina, præsertim turpia, & grauissima, non esse fidenda, etiam Confessariis, cum aliquando etiam ab illis reperiantur fuisse prodita; Prælatorum dispensationes esse ad fouendam in illis auaritiam; elemosinas factas Religiosis esse ad fouendam in illis inertiã, & c. cum enim hæc, & similia eos, qui audiunt, auocent à virtute, & inducant ad vitia; meritò sunt reprobanda, & damnanda, vt scandalosa.

11. *Propositio scandalosa.*
 Præter has notas tunc propositio potest, ac debet qualificari, & damnari, vt temeraria, quando profertur temerè, & præcipitanter, ex audaciã, insolentia, & impudentia, & omnino ex contemptu conuenientis probationis, & regulæ, & ex superbia: cum enim ex S. Thoma 2. 2. quæst. 53. art. 3. ad 2. ea dicantur fieri temerè, quæ non reguntur ratione; siue id contingat ex impetu voluntatis, aut passionis; siue ex contemptu cuiusque regulæ dirigentis, qui maximè prouenit ex radice superbiæ; etiam propositio tunc est dicenda profertur temerè, & esse temeraria, quando profertur sine regula rationis, comprehendendo hoc nomine non solum internum aliquod, & rationale dictamen; sed etiam authoritatem Doctorum, & sapientum, cui similiter ratio ipsa interna dicit multum esse fidendum, ac tribuendum, vt notat Suar. disp. 19. sect. 2. n. 20. & cui si quis in re graui temerè, & sine causa repugnet, meritò damnatur non solum temeritatis, & imprudentiæ; sed etiam nimia audaciæ, & insolentiæ, & impudentiæ; cuiusque assertio non solum dicitur temeraria, sed etiam audax, & insolens, & impudens, & si sit circa doctrinam fidei, & morum, grauius etiam punitur ab Inquisitoribus, vt notat Cordubens. lib. 1. quæst. 17. §. 13. vers. Similiter est temeraria, pag. 161. col. 2.

12. *Propositio temeraria.*
 Modi autem temeritatis in asserenda aliqua propositione, sunt potissimum duo, & alter cum Suario ibidem, potest dici temeritas positua, & alter priuatiua, aut negatiua: nam, si quis ex proprio ingenio, & ex se aliquid asserat sine sufficienti fundamento rationis, vel authoritatis: vt, verbi gratia, quod mundus hinc ad annos quinquaginta finietur; quod tali die ex iis, qui sunt mortui, non sunt saluati nisi decem, & alij omnes sunt damnati, quod hic, aut ille sit certè prædestinatus, & ille alius sit certè reprobus, & præcitus; vel aliquid simile, quod sine diuina reuelatione, aut sine supernaturali lumine prophetiæ certè sciri, & dici non potest; temerè asserit: sed temeritas est solum priuatiua, aut negatiua, cum reuera nihil sit, cui tale dictum posituè contrarietur, & ex quo certè, & rationabiliter sciatur oppositum. Et hæc etiam temeritas, si sit in re graui, & scandalosa, vel alicui iniuriosa, vel alio modo

13. *Propositio audax, insolens, impudens.*
 14. *Propositio dupliciter potest esse temeraria.*
 15. *Quid sit attendendum, ut propositio qualificetur, vel damnatur vt temeraria.*
 16. *Variæ exempli propositionis temerariæ.*
 17. *Quid sit attendendum, ut propositio qualificetur, vel damnatur vt temeraria.*

errorem contineat, potest cognosci, & puniri ab Inquisitoribus, vt notat Cordubens, §. 13. n. Si quis vero ex proprio ingenio, & ex se aliquid asserat sine sufficienti fundamento, illudque posituè contrarietur communi sententiæ, aut doctrinæ Sanctorum Patrum, vel Scholasticorum, quæ ab omnibus, vel ferè ab omnibus communiter sit recepta, si non vt certa, & certè illata, & demonstrata ex principiis necessariis, saltem absolute, vt vera, & omnino vt probabilior, temerè asserit, & temeritas est positua, & multò grauior, quàm illa prior, & vix potest talis asseritio etiam non esse erronea, & fortasse etiam non facere suspensionem de hæresi, vt notat Canus lib. 8. de locis theolog. cap. 4. & lib. 12. cap. 11. & ex illo Cordubens, loco citato: vix enim fieri potest, vt omnes, vel ferè omnes Scholastici, & Sancti Patres conueniant; & cõspirent in aliquo asserendo, nisi agantur diuino Spiritu, illudque colligant ex sacra Scriptura, vel ex Decretis Conciliorum, & Summorum Pontificum; vel ex bonis, & firmis rationibus; & idèd nullius rationabilitatis, aut probabilitatis potest esse, quod in contrarium dicitur; sed summæ temeritatis, & summæ audaciæ, ne dicam, dementiæ. Et cum Ecclesiæ in suis definitionibus maximè adhæreat communibus placitis, & sententiis Patrum, & Scholasticorum, satis declarat, quanti sint facienda huiusmodi placita, etiam extra casus definitionum, & quam debeant haberi pro certis; siquidem aliqui, si essent dubia, non possent illis inniti definitiones Ecclesiæ, Et cum Christus in cælum ascendens hos ipsos dederit, ac reliquerit, tanquam Pastores, & Doctores, vt dicitur ad Ephes. 4. meritò debet credi etiam de illis dixisse Matth. 10. Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Et idèd meritò est reprobanda, & damnanda illa assertio, quæ posituè contrariatur eorum placitis, & sententiis, eaque spernit, & nihili facit; & qui illam asserit, meritò est notandus nimia audaciæ, & insolentiæ, & impudentiæ; & ab Inquisitoribus grauius est puniendus, cum talis temeritas vix possit carere suspitione erroris, & fortasse etiam hæresis, vt iam diximus.

Et ad hanc temeritatem posituam pertineret, si quis temerè improbaret aliquam historiam per viros sapientes, & per Prælatos Ecclesiæ communiter approbatam, & permissam, vt piè & probabiliter credendam; vel improbaret aliquem ritum aut consuetudinem alicuius Ecclesiæ; vel probaret, tanquam licitum, aliquem actum, vel contractum, quem Doctores communiter damnant tanquam illicitum; vel contra ipse damnaret tanquam illicitum, quem alij communiter probant; vel assereret, quod hic, aut ille esset sanctificatus in vtero, præter Sanctum Ioannem Baptistam; vel etiam præferuatus à culpa originali præter Beatissimam Virginem; vel quod habitus, & virtutes supernaturales in Baptismo non infundantur simul cum gratia, etiam paruulis, vel alia huiusmodi, quæ plura enumerantur, & examinantur per Canum lib. 12. de locis, cap. 11. cit. & per Cordubens. lib. 1. quæst. 17. §. 13. cit.

Et in qualificanda, & damnanda, vt temeraria, per posituam temeritatem aliqua propositione, benè est aduertendum, quod posituè repugnet communi placito, & sententiæ, vel omniũ, vel ferè omnium Sanctorum Patrum, & Scholasticorum; & quod hi omnes, vel ferè omnes eam asserat, vt absolute veram, & omnino vt magis probabile; quantum non omnino, vt certam, vel iam indicauimus. Vnde, si in aliqua asseritione non omnes conueniant; sed aliqui eam asserunt, & alij negent, non est damnanda, vt temeraria; sed liberè permittenda, vt probabilis ex Cordubens. §. 13. cit. vers. Quod etiam probat, in fine. Et si em-

nes conueniant, quod aliquid verisimiliter dictum, aut factum, verbi gratia, à Christo, vel ab aliquo Sancto, possit piè credi, & admitti ad pietatem fouendam, non autem id asserant, tanquam simpliciter verum; similiter non est dampnandus, vt temerarius, qui id non credat, vel non admittat, vel saltem humilimodi temeritas non est cognoscenda, & punienda per Inquisitores, vt idem Cordubens. Tandem nota, ex Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione, cap. 3. Simancha, & aliis.

Et præterea benè est aduertendum id, quod notat Suarius disputatione 19. sect. 2. citata, n. 21. quod nota temeritatis, sicut & alia nota iam superius explicata, non sunt temerè, & sine ratione tribuendæ alicui propositioni, & tam potest esse temerarius, qui temerè alium damnat temeritatis, quam alius quicumque, qui temerè aliquid asserit, aut pronunciat; & idèd prudens, ac timoratus Theologus, aut Inquisitor, vel Episcopus, & Prælati ecclesiastici, multum debet sibi cauere à censuris, & notis propositionum minus consideratè proferendis, cum reuera grauem culpam possit committere, & huiusmodi notæ possint esse grauius iniuriosa, & grauem infamiam asserre alteri, & generare magna scandala, & incommoda, & damna.

Et contra, si omnibus benè consideratis, res ita potest, potest, ac debet vnam propositionem pluribus notis qualificare, eamque dampnare, verbi gratia, vt erroneam, & scandalosam, vt de facto damnatur in Concilio Basileensi sess. 22. hæc propositio: Christus in quodam peccat. quæ Augustinus quidam de Roma, Archiepiscopus Nazarenus, in quodam suo libello asseruit; quantum diceret, se id non intelligere in sensu proprio de ipso Christo Deo, & homine in se considerato; in quo sensu sine dubio etiam esset hæretica; sed solum in sensu metaphorico, id est, in ipsis fidelibus, qui metaphorice dicuntur membra Christi, & ipse Christus. Et ratio est ex eodem Suario eodem num. 21. quia non omnes huiusmodi notæ includunt oppositionem inter se, vt non possint plures simul conuenire vni, & eidem propositioni, sicut includit, verbi gratia, nota propositionis hæreticæ, quæ dicit oppositionem omnino certam ad fidem; & nota propositionis erroneæ, quæ dicit oppositionem cum aliqua incertitudine, vt supra explicauimus.

DISPUTATIO XXXV.

Quæ propositiones sint damnandæ, vt blasphemæ, vt periculosæ, seditiosæ, iniuriosæ, & similibus aliis notis,

1. Quæ sit propositio blasphemia.
2. Blasphemia semper est aliquo modo contra confessionem fidei.
3. In blasphemia semper est aliqua falsitas.
4. Etiam si blasphemia profertur per modum imperatorum, aut optatum.
5. Vel per turpem, & inhonestam nominationem alicuius membri.
6. Vel per aliquod verbum irrisorium, aut debonerratum Dei.
7. Blasphemia hereticæ quænam sit.
8. Quomodo blasphemia possit esse in Sanctos.
9. Blasphemia potest esse etiam in res sacras.
10. Verum blasphemia possit consistere in factis.
11. Blasphemia cognatio, & punio ad quos pertineat.
12. Propositio periculosa quænam sit.
13. Propositio seditiosa.

- 14. *Propositio schismatica.*
- 15. *Propositio iniuriosa.*
- 16. *Predicatores non debent in concionibus taxare Prælatos.*
- 17. *Propositio arrogans, & presumptuosa.*
- 18. *Phantastica.*
- 19. *Stulta.*
- 20. *Crudelis.*

RÆTER notas, & censuras iam explicatas, quæ sunt præcipuæ in materia fidei, ponuntur à Doctoribus etiam aliæ, quæ, quanuis sint minùs præcipuæ; vsu tamen non raro venire possunt; & idè non sunt omittendæ.

Et primò ponitur propositio blasphema: & per hanc omnis illa comprehenditur, quæ continet contumeliam, aut conuicium in iniuriam Dei, vt patet ex S. Thoma 2. 2. *quæst. 13. art. 1. Valen. 2. 2. disp. 1. quæst. 13. puncto 1. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 32. n. 1. Suar. de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 1. de irreligiositate, cap. 4. Corduben. lib. 1. quæst. 17. §. 15. & aliis: importat enim ex propria etymologia nomen blasphemiam communissimè acceptum læsionem aliquam, aut derogationem famæ alterius: & ex Budæo apud Valen. loco citato *βλασφημία* idem sonat, atque nocens dictum; & fit à verbo *βλάω*, quod est lædo, & à verbo *φώνω*, quod est lædo, eique opponitur *εὐφώνω*, quod sonat dictum bonè, id est, cum laude, & cum honore alterius. Vnde ex S. Augustino *lib. 2. de moribus Manichæorum, c. 11.* blasphemia ex vi nominis non solum potest esse circa Deum; sed etiam circa homines; & vniuersaliter blasphemia est, cum aliqua mala dicuntur de bonis. Quia tamen iam obtinuit vsus, non solum Theologorum; sed etiam vulgi, & communis, vt blasphemia solum sit circa Deum, rectè subdit Sanctus Augustinus *ibidem*, quòd blasphemia non accipitur, nisi mala verba de Deo dicantur: ea, nimirum, de causa, vt idem habet, quia de hominibus potest dubitari, vtrum sint boni; & solus Deus sine controuersia bonus est; & idè solum de Deo mala locutio meritiò retinet nomen blasphemiam.*

Importat ergo nomen blasphemiam, prout communiter iam accipitur, derogationem aliquam diuini honoris, siue hæc derogatio directè intendatur, quomodo blasphemia est in damnatis ex Sancto Thoma *quæst. 13. cit. art. 4.* & in iis, qui blasphemant ex formali odio Dei; siue intendatur solum indirectè, quomodo communiter est in iis, qui blasphemant ex impetu iracundiæ, vel ex immoderato dolore, vel ex quacunque alia inordinata passione, aut affectu; & semper opponitur non solum virtuti religionis, ex qua tam verbis, quam factis debitus honor Deo exhibetur; sed aliquo modo etiam opponitur confessioni fidei, vt docet S. Thomas 2. 2. *quæst. 13. art. 1. cit. in fine corp. & art. 3. initio*, cum teneamur bonè loqui de fide, & de Deo, quando de illis loquimur; non autem possumus eo modo loqui, quo loquuntur infideles, & qui malè de illis sentiunt, vt bonè explicat Caietanus 2. 2. *quæst. 13. art. 3. cit.* & ex illo Sanchez *lib. 2. cap. 32. cit. n. 7.* Et hæc ipsa locutio mala iure possit existimari, ac reputari aliqua negatio fidei: sicut & locutio bona existimatur, ac reputatur aliqua confessio. Et fortasse ex hac oppositione ad confessionem fidei ortum habuit vulgaris illa definitio, siue descriptio blasphemiam, quam refert Sylu. *verbo blasphemiam, n. 1.* & Alexander Alensis in *Summa, part. 2. quæst. 13. n. memb. 1.* quòd blasphemia sit locutio, qua de Deo falsa dicuntur. Et communis illa diuisio, quam idem subdit *membro 2.* & San-

2. *Qua sit propositio blasphemiam.*

2. *Blasphemiam semper est aliquo modo contra confessionem fidei.*

3. *In blasphemiam semper est*

ctus Thomas 2. 2. *quæst. 13. art. 1. in 3. argum.* quòd aliqua falsitas blasphemia alia sit, qua tribuitur Deo id, quod ei non conuenit; & alia, qua remouetur à Deo, quod ei conuenit; & tertia, qua tribuitur creaturæ, quod conuenit Deo, & est proprium solius Dei: & denique ex eadem oppositione ortum habuit assertio illa, quòd semper de ratione blasphemiam sit aliqua falsitas, vt ex Sancto Thoma 2. 2. *quæst. 13. art. 1.* colligit ibi Caiet. *vers. Quoad secundum, & vers. Ex his autem, & cum Caietano tradit Simanchas de cath. in-stit. tit. 8. n. 2. Corduben. lib. 1. quæst. 17. §. 15. cit. not. 1. Valen. 2. 2. disp. 1. quæst. 13. puncto 1. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 32. n. 6. & alij apud ipsum: hæc enim omnia rectè dicuntur, si admittatur, quòd blasphemia sit aliquo modo contra confessionem fidei: siquidem confessio fidei semper est vera, & vero non potest opponi, vel contrariari, nisi falsum; & idè quod opponitur confessioni fidei, necessariò continet aliquam falsitatem.*

Idque est verum, non solum in illis blasphemiam, quæ proferuntur per verbum, & modum Indicatum: vt, si quis dicat, verbi gratia: Deus est iniustus, vel, non est prouidus, sed etiam in illis, quæ proferuntur per modum Imperatum, vel Optatum: vt, si quis dicat, Pereat Deus, vel, hoc, aut illud miseriam, aut mali Deo contingat, & in illis, quæ proferuntur per inhonestam, ac turpem nominationem aliquorum membrorum Christi, ac Dei: nam, quanuis veritas, & falsitas, sicut cognita in cognoscente, solum sit in secunda operatione intellectus, quæ exprimitur per verbum, & modum Indicatum, siquidem, vt habet Aristoteles 1. *peri herm. cap. 1.* verum, & falsum est circa compositionem, & diuisionem, in quantum, scilicet, per ipsum formale iudicium compositionum, & diuisionum, quo extrema componimus, vel diuidimus, etiam iudicamus, & assentimur, rem ita esse, & extrema reuera sic se habere, sicut enunciamus, vt bonè explicat S. Thomas 1. 1. *quæst. 16. art. 2. & Caiet. ibidem*: hanc ipsam tamen veritatem sic cognitam, & iudicatam per secundam operationem intellectus exercemus aliquo modo, & quasi in actum, & in praxim reducimus, etiam per alias locutiones, quas formamus; perinde ac si crederemus, rem ita esse, vel esse posse: quanuis reuera id non semper credamus. Et tales sunt locutiones imperatiuæ, & optatiuæ, quæ ex proprio modo significandi ita exprimentur imperari, aut optari à nobis aliquid, ac si crederemus id posse esse, & ita fore re ipsa, sicut desideramus, & imperamus. Et cum huiusmodi locutiones tam vsurpemus in iis, quæ possumus nos ipsi efficaciter ponere, quam in aliis, quæ non possumus; signum est, quòd etiam hæc apprehendimus ad modum illorum: & idè in vtrisque adhibemus eundem modum loquendi, & significandi; quia in vtrisque etiam habemus eundem modum apprehendendi, & intelligendi; & per consequens etiam in vtrisque exercemus, & in praxim reducimus aliquo modo veritatem: & hæc ex modo significandi reperitur in vtrisque, non quidem formaliter, sicut contingit in locutione per verbum, & modum Indicatum; sed virtualiter, & practicè, vt diximus.

Et idem contingit etiam in blasphemiam, qua inhonestè, & turpiter nominantur aliqua membra Christi, ac Dei: nam similiter etiam hæc nominatio ex modo significandi continet falsitatem, cum significet huiusmodi membra, tanquam aliquid turpe, & indignum, quod nominetur, sicut communiter nominantur de hominibus: quo tamen modo non sunt in Christo; sed solum prout pertinent ad integritatem

4. *Etiam si blasphemiam proferatur per modum Imperatum, aut Optatum.*

5. *Vel per turpem, & inhonestam nominationem aliquorum membrorum.*

6. *Vel per aliquod verbum irrisorium, aut à honore inuicem Dei.*

7. *Blasphemiam hæreticalem, quam sit.*

integritatem humani corporis. Et idem est, si blasphemia proferatur per aliquid irrisorium Dei, cum similiter in Deo nihil sit dignum irrisione: & hoc ipso in praxi falsitatem continet, quicquid ex modo significandi importat irrisionem, & profertur de Deo, vt irrisorium. Et à fortiori idem est, si in Deum iaciantur conuicia, aut contumelia; quæ ex sua ratione semper significant aliquid dehonoriatum; quod tamen in Deum non potest profertur sine maxima falsitate.

Si ergo propositio aliqua, aut oratio contineat modo explicato iniuriam Dei, meritiò potest, ac debet notari, & damnari, vt blasphemia; siue id contingat, quia tribuat Deo, quod illi non conuenit; siue contra, quia neget de Deo, quod verè conuenit; aut, quia tribuat creaturæ, quod est proprium Dei; aut, quia vox ipsa, quæ profertur ex se, vel ex circumstantiis, in quibus profertur, significat cum iniuria Dei, vt iam explicauimus.

Et quidem si propositio, aut locutio ita sit iniuriosa Deo, vt simpliciter contra fidem, & formaliter repugnet alicui articulo fidei, erit simul blasphemia, & hæretica, vt notat Corduben. *lib. 1. quæst. 17. §. 15. not. 1.* Et si profertur ex interno assensu contrario fidei, & habeat adiunctam pertinaciam, erit etiam propria hæresis, vt idem subdit *not. 2.* & patet ex dictis: si verò non sit formaliter, & quasi speculatiuè contra fidem, vel non profertur ex interno assensu contrario fidei, & ex pertinacia, sed ex ira, aut quouis alio prauo affectu, vt quando de Christo turpiter nominantur aliqua membra, vel ex ioco dicitur aliquid irrisorium Dei, vel ex odio optatur illi aliquid malum, quod tamen certò creditur non posse euenire; erit locutio solum blasphemia, non autem simul hæretica; vel saltem non erit hæresis propriè dicta, sed solum damnabitur, vt blasphemia hæreticalis: per hanc enim intelligitur omnis illa, & sola, quæ formaliter, & quasi speculatiuè significat aliquid contrarium fidei, vt habetur in Directorio Inquisitorum *part. 2. quæst. 41. num. 10. & 2.* & notat Pegna *ibidem, comm. 66. Bann. 2. 2. quæst. 13. art. 1. in fine. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 32. num. 36. Suar. de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 1. cit. de irreligiositate, cap. 5. num. 7.* non autem illa, quæ solum practicè, & in actu exercito, vt sic dicam, significat aliquid contra fidem, quomodo se habent vniuersaliter omnes blasphemiam. Vnde, vt blasphemiam hæreticales meritiò censentur non solum enunciationes, quæ aliquod certò affirmant, aut negant; vel etiam in dubium reuocant contra fidem: vt, si quis dicat, verbi gratia: Deus non est iustus, vel omnipotens, vel omniscius; vel est crudelis, improvidus, mendax, nec curat nostra, vel, Non credo Deum esse iustum, omnipotentem, omniscium, vel, Abnego Deum, abnego fidem, vel, si tribuat creaturæ, quod est proprium Dei, vt communiter faciunt, qui iurant per falsos Deos; & ex fidelibus, qui sunt molles, & lasciuui, & sæpè insano, & cæco peullarum amore capti, iis nominibus eas appellant, quæ non conueniunt, nisi Deo, vt notat Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 28. quæst. 4. col. 1. 134. initio.* Et contra non censetur blasphemia hæreticalis ex Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 39. num. 36.* & ex Inquisitoribus Hispaniarum apud ipsum, si quis dicat, verbi gratia: Abnego, vel renego Sanctum Petrum, aut quencunque alium Sanctum: quia per hoc nihil dicit de Sanctis contra fidem reuelatam; sed solum profertur contra illos verbum iniuriosum,

& contumeliosum. Et idem est, si turpiter nominentur membra Christi, aut irrisoriè dicatur aliquid, quod Deo conuenit, vel imprecatoriè optentur illi mala; vel dicatur aliquid esse, aut fore, quanuis Deo displiceat, & vt vulgo dicitur, *à dispetto di Dio*, &c. de quibus videri potest Couar. in *cap. Quauis pactum, de pactis, part. 1. §. 7. n. 9. Sov. lib. 8. de inst. q. 2. art. 3. Suar. cap. 5. cit. n. 7. & 8. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 32. cit. n. 1. 1. & seqq. & specialiter n. 36.*

Et quod dicimus de qualificandis, & damnandis propositionibus, vel locutionibus, tanquam blasphemiam, quando sunt in iniuriam Dei, debet intelligi etiam de iis qualificandis, & damnandis, quando sunt in iniuriam Beatissimæ Virginis, aut Sanctorum: nam similiter etiam contra illos est vera blasphemia, vt habetur *cap. Statutum, de maledictis*, & docet Sanctus Thomas 2. 2. *quæst. 13. art. 1. ad 2. Caiet. ibidem*, Couar. in *cap. Quauis pactum, part. 1. §. 7. cit. n. 8. Nauar. in Man. cap. 12. n. 81. Sylu. verb. blasphemiam, Alensis part. 2. quæst. 131. n. 1. Valen. 2. 2. disp. 1. quæst. 13. puncto 1. in fine, & puncto 2. §. Sed dicit tunc aliquis. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 28. quæst. 4. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 32. n. 1. 3. & 27. Suar. lib. 1. cit. de irreligiositate, cap. 9. num. 7. & cap. 5. n. 5. & 6. & omnes communiter: sicut enim Deus, cuiusque opera specialiter relucent in Beatissima Virgine, & in Sanctis, & hi ex proprio statu sanctitatis, & gratiæ confirmatæ, & consummatæ per gloriam, specialiter intelliguntur, vt Dei amici, & filij, & cum quadam habitudine coniunctionis, & attinentiæ specialis ad Deum: ita & conuicia, & locutiones iniuriolæ, quæ proferuntur in ipsos, indirectè redundant, & proferuntur in Deum; & sic habent veram, & propriam rationem blasphemiam, non solum quando aliquis directè considerat, verbi gratia, ipsum Deum, quasi existentem, & laudabilem, & gloriosum in Sanctis suis, & ex directa intentione vult illum iniuria afficere, & vituperare in illis, sicut & in illis laudatur à iustis, sed etiam quando considerat directè, & in se ipsos Sanctos cum dicta habitudine, & attinentia ad Deum, & in illos, vt contradistinctos à Deo, intendit proferre conuicium, & verbum iniuriosum: sic enim etiam is, qui profert maledictum in creaturam irrationalem, in quantum illam considerat vt creaturam, & aliquid Dei, verè peccat peccato blasphemiam, illudque maledictum indirectè redundat in ipsum Deum, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. *quæst. 6. art. 2. in fine corp. & art. 4. ad 2.* quanuis alioqui maledicere creaturis irrationabilibus, absolute, & in se consideratis, & prout aliquo modo præcendant ab ordine ad Deum, non sit illicitum, quia sit blasphemiam; sed solum, quia est aliquid otiosum, & vanum, vt subdit Sanctus Thomas *art. 2. cit.* Et eadem ratione maledicere Sanctis, quasi absolute, & in se consideratis, sine ordine ad Deum, & in quantum sanctitas facit illos in se honorabiles speciali honorabilitate, & adorabilitate, quæ dicitur dulcia, concedi potest non esse propriè blasphemiam; sed alia quædam irreligiositas contra virtutem dulciæ, ex qua tenemur dictis, & factis debitum honorem illis exhibere, vt notat Valentia 2. 2. *disp. 1. quæst. 13. puncto 2. §. Sed dicit tunc aliquis.* Valquez *lib. 1. de adorac. disp. 6. cap. 2. Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 32. num. 7. in fine, & num. 27. Quauis Suarius lib. 1. de irreligiositate, cap. 5. num. 6. in fine*, conuicium in Sanctos etiam hoc modo putet participare malitiam, & naturam blasphemiam, cum etiam hoc*

8. *Quomodo blasphemiam possit esse in Sanctos.*

mōdo Sanctorum dehonōratio cedat in opprobrium Dei; & sanctitas dehonōrata non solum fundet malitiam obiectiuam, & disconuenientiam contra virtutem dulcia, quæ specialiter respicit Sanctos; sed etiam contra virtutem religionis, quæ respicit Deum. Sed reuera id non videtur admittendum, si ponatur hæc ipsa malitia obiectiua contra virtutem religionis, & in ordine ad Deum, nullo modo esse cognita, vt certe supponimus, quando asserimus, sanctitatem cognosci solum vt quid absolutum ab ordine ad Deum, & solum, vt qualitatem, & excellentiam quandam, quæ facit Sanctos in se honorabiles per dulciam; neque enim malitia formalis, & actualis quæcunque potest esse in actu, nisi sit cognita in obiecto malitia obiectiua, quæ illam fundat; neque potest tunc esse, aut dici voluntaria, quando ponitur non esse cognita, vt patet ex principis communissimis de voluntario, & de peccatis. Et quauis ad veram, & propriam malitiam blasphemie non sit necessaria formalis intentio dehonōrandi Deum, & quodd illius dehonōratio verè sit volita, & intentat omninò tamen requiritur, quodd sit cognita, cum alioqui non possit esse voluntaria, & per consequens neque culpabilis, & malitia.

Et hoc idem, quod dicimus de blasphemis in Sanctos prolatis, debet intelligi etiam de illis, quæ proferuntur in Sacramenta, & in res sacras, cum similiter etiam hæ, in quantum sunt sacra, dicant attributionem, & atrinentiam specialem ad Deum, & solum cum illa concipiuntur: & idè illarum vituperatio, & conuicia sunt veræ blasphemie, cum necessariò redundent in Deum, vt notat Corduben. lib. 1. quæst. 17. §. 15. cit. Valen. 2. 2. disput. 1. quæst. 13. puncto 2. §. Sed dicit tunc aliquis. & alij.

Quod verò addit Corduben. *ibidem*, not. 1. Castr. lib. 1. de infra Hæreticorum punitione, cap. 12. & alij alij apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 32. num. 5. blasphemiam posse committi etiam factis, si quis illa assumat, vt signa Deum dehonōrantia: vt, si quis, verbi gratia, in cælum exuat, vel in Imaginem Christi, aut Sanctorum, in signum contemptus; si puluerem, aut lapides ad idem significandum in cælum proficiat; si pugnum, aut baculum erigat, quasi minitans Deo; si Crucem, aut Imaginem cædat, vel pedibus calcet; si faciat aliquid simile, & per illud intendat significare exterius, & re ipsa facere iniuriam, & vituperium, & dehonōrationem Deo: hoc, inquam, verum debeat in rigore admitti tanquam verum, an verò reiici tanquam falsum, parum refert ad præsens negotium. Reicit Suar. lib. 1. de irreligiositate, cap. 4. n. 4. & 5. & ex illo Sanchez lib. 2. cap. 32. num. 5. cit. quia blasphemia propriè opponitur laudi diuinæ; & hæc consistit in solis signis verborum, ex S. Thoma 2. 2. q. 103. art. 1. ad 3. & per hoc distinguitur ab honore, qui potest exhiberi etiam factis, & quibuscunque exterioribus signis, vt *ibi* dicitur; & quia blasphemia communiter reputatur vitium lingue; & denique, quia alioqui etiam idololatria, & alia vitia, quibus Deus dehonōratur, essent propriæ blasphemie, quod nullus dicet. Sed fortasse non est quæstio, nisi de nomine: & certissimum est, quodd blasphemia communiter non committitur, nisi verbo; siue illud sit solum mentale, vt quando quis per internam tantummodo locutionem dicit aliquid conuicium Deo; siue præterea sit vocale; siue scriptum, vt bene explicat idem Suarius cap. 4. cit. num. 2. & 4. Et ex hoc, quod communiter asseritur, quodd blasphemie, locum habent argumenta Suarij, quodd opponatur laudi diuinæ, quæ consistit in signis verborum, & quodd sit vitium lingue. Certum tamen vi-

detur præterea, quodd illius malitia, & appellatio, potest aliquando extendi etiã ad facta, vt docet Alenf. part. 2. quæst. 131. memb. 9. si quis, scilicet, ipsa facta solum assumat loco verborum, iisque solum vtatur ad significandam aliquam vituperationem alicuius actionis, vel qualitatis diuinæ: vt enim concedit etiam Suar. cap. 4. cit. n. 5. vers. Ad alteram confirmationem. negari non potest, quin talis significatio factis exhibita reducatur ad blasphemiam, & participet illius malitiam; quauis communiter, & de facto apud homines non sit in vsu alia significatio, nisi per verba; & idè absolute dicatur, quodd blasphemiam nõ committitur nisi verbis. Et quemadmodum hac eadem de causa, quia communiter inter homines vix est vllus alius vsus signorum, nisi per verba, communiter dicitur, quodd contumelia, propriè loquendo, in verbis consistit, quibus aliquis deducit in notitiã id, quod facit contra honorem alterius, quem contumelia afficit, vt patet ex S. Thoma 2. 2. q. 72. art. 1. & tamen præterea non negatur, quodd extenso nomine etiam illa appellatur contumelia, quæ consistit in factis, vt subdit S. Thom. *ibidem*, ex Glossa in illud ad Rom. 1. contumeliosos superbos. ita & potest hæc eadè extensio nominis admitti in blasphemia. Et quauis etiam hæc propriè loquendo consistat in verbis; potest tamen etiã illa dici blasphemia, quæ aliquando consistit in factis, vt loquitur Alenf. memb. 6. cit.

Neque hinc sequitur, quodd etiam idololatria, aut similia vitia sint propriè blasphemie; siquidem hæc non vsurpantur, vt signa, & loco verborum in iniuriam Dei; sed intenduntur per se, tanquam operationes externæ, ex vera infidelitate; & communiter hæc tantum malitia in illis cognoscitur, & contrahitur, nec cogitur de malitia blasphemie; sicut nec cogitur de significatione diuinæ iniuriæ, aut dehonōrationis.

Siue autem blasphemia consistat in verbis, siue etiã extendatur ad facta, certum est, quodd illius cognitio, & punitio spectat de iure communi ad solum Inquisitorem, quando est blasphemia hæreticalis, sicut & alia omnia verba, & facta, quæ sapiunt hæresim, & inducunt suspicionem de hæresi, iuxta ea, quæ dicitur cap. Ad abolendam, de Hæret. & cap. Accusatus, §. Sanct. & cap. Vt officium, eod. in 6. Quauis alia blasphemie sint mixti fori, & possint cognosci, tam à Iudice ecclesiastico, quam læculari; & inter illos, quoad hoc, detur præuentio. Videri potest Directorium Inquisitorum part. 2. q. 41. Pegna *ibid.* com. 66. Simanch. de cath. inst. tit. 8. n. 6. & 9. Cordub. lib. 1. q. 17. §. 1. not. 3. & 4. Cou. in cap. Quauis peccat. part. 1. §. 7. n. 12. Azor. part. 1. lib. 9. c. 28. q. 5. Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 32. n. 37. Et de facto Inquisitores solum procedunt contra blasphemias hæreticales, easque præcipiunt sub censuris sibi denunciari, vt de anno 1625. factum est per totum districtum Vrbis Romæ, misso edicto generali, vt specialiter omnes illi denunciarentur, qui proferrent blasphemias hæreticales contra Deum, aut Sanctos, vel contra Beatissimã Virginem. Et per illud verbum: *Qui proferunt blasphemias hæreticales contra Deum, &c.* visi sunt pluribus viris doctis esse denunciandi non solum illi, qui essent blasphemii hæreticales, quasi ex habitu; sed etiam, qui blasphemarent hæreticaliter quomodo-cunque: eaque denunciatio, quia erat iudicialis, & habebat pro fine punitioem delicti, non autem solum emendationem delinquentis, licitè potuit, ac debuit fieri non præmissa admonitione, & correctione fraterna; imò & post secutam emendationem, vt notat Azor. parte 1. lib. 9. cap. 28. cit. quæst. 8. colum. 1136. Et iure optimè Inquisitores procedunt contra huiusmodi blasphemias hæreticales,

9. Blasphemia potest esse etiã in res sacras.

10. Vitium blasphemie possit consistere in factis.

11. Blasphemia cognitio, & punitio ad quos pertinet.

12. Propositio periculosa quænam sit.

13. Propositio seditiosa.

14. Propositio schismatica.

reticales, cum sint specialiter contra fidei confessionem, & virtualiter, vel indirectè contineant externam negationem illius articuli, contra quem sunt. Et quemadmodum, qui exterius negaret talem articulum ex timore mortis, iure posset, & deberet puniri ab Inquisitoribus: ita & qui negat proferendo blasphemiam ex passione iræ, vel ex quacunque alia causa, & occasione, vt bene dicitur in Directorio Inquisitorum part. 2. quæst. 41. cit. pag. umbi 333.

Quæ autem poena sint statuta contra blasphemos, tam in iure ciuili, quam canonico, & in Constitutionibus pontificiis, videri potest cap. Statutus de maledictis, & in Concilio Lateranensi V. sub Leone X. rom. 4. Concil. sess. 9. in Bulla reformationis Curie. §. Ad abolendam, cap. 608. & in Bulla Pij V. Cum primum. §. Ad abolendam, in veteri Bullario, tom. 2. pag. 926. & apud Azor. lib. 9. cap. 28. cit. quæst. 6. col. 1134. & apud Pegnam in Directorio, part. 2. com. 66. §. Blasphemii vitium, pag. 335. & apud Couar. fusè in cap. Quauis peccat. part. 1. §. 7. n. 10. pag. 231. rom. 2. & apud Sylu. verbo, blasphemia, num. 8.

Post notam & censuram propositionis blasphemie sequitur propositio periculosa, quæ ex Corduben. lib. 1. quæst. 17. §. 21. pag. umbi 167. tunc est iudicanda, quando absolute, & vniuersaliter asserit aliquid esse verum, aut esse licitum, quod non nisi cum multis limitationibus est verum, & vix in aliquo casu, & solum aliquibus est licitum; vt, si quis dicat, verbi gratia, externas genuflexiones, aut ceremonias solum esse pro imperfectis, & eos, qui sunt perfectiores, non debere vacare, nisi internæ adorationi; quia, vt dicitur Ioan. 4. Veri adoratores adorant in spiritu, & veritate: & Pater tales querit, qui adorant eum: & spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Vel si dicat, tentationes, & malas cogitationes non esse repellendas, nec positine esse illis resistendæ, ac repugnandæ; sed satis esse, si nõ præferatur illis cõsentus: vel licitè posse aliquem familiariter agere cū mulieribus, & præcipue cum puellis, & diu cum illis posse esse solum cum solis, & afflicere ad mensam, & iocari, & cubare in eodem lecto, &c. Hæc enim, & similia, quauis, metaphysice loquendo, possint in aliquo casu, & de aliquo particulari admitti; nemo tamen non videt, quam sint periculosa, & quantum periculum moraliter generent, si absolute, & vniuersaliter pronuncietur: & idè huiusmodi propositiones non sunt admittendæ, sed improbandæ, & damnandæ ex hoc ipso capite, quodd sunt periculose, sicut & improbandæ, & damnantur, quæ sunt scandalosæ, vt patet ex dictis disput. 34. num. 11.

Propositio seditiosa tunc est censenda ex eodem Corduben. §. 22. quando parat, vel aperit viam seditionibus, & factionibus contra Principes: vt, si quis dicat, verbi gratia, non esse ferendas iniurias; nec tollerandas iniustitias, exactiones, & angarias Superiorum in subditos; sed iis de causis licitè posse contra illos rebellari: vel subditos non teneri parere Superioribus malis; & licitè posse illos abicere, & punire, si publicè, & notoriè delinquant.

Et si propositio viam aperiat diuisioni ciuium, aut popularium inter se, vel à suis Prælatibus ecclesiasticis, & præcipue à Papa, & tollat eam vniõnem, quæ est necessaria in corpore mystico, quod est Ecclesia inter membra, & Caput; etiam est reprobanda, & damnanda, vt schismatica, ex eodem Corduben. §. 23. vt si quis dicat, verbi gratia, quodd dispensationes, & beneficia ecclesiastica à Prælatibus venduntur, & solum dantur plus soluentibus; & idè ad illos non est recurrendum, vel aliquid simile.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Propositio iniuriosa tunc est, quando detrahit honori, & bonæ existimationi alicuius in dignitate constituti, vel status, & Ordinis clericali, aut Ordinis, & Familiæ religiosæ, &c. vt si quis dicat, verbi gratia, quodd de Clericis, aut de Monachis tot in Ecclesia esse debent, quot Soles sunt in cælo, id est, tantum vnus; quodd in articulo mortis cauendum est a Clericis, & a Monachis, quia rapiunt morientium bona; quodd hæc, vel illa Religio tota est perditæ, & dissoluta; quodd Prælati sunt impudici, auari, &c. Et quoniam facile potest contingere, vt in hanc notam, & censuram incurrant Predicatores, qui dum inuehantur in vitia, facile carpunt, & iniuria afficiunt etiam personas: idè specialiter in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis aternæ, & sub aliis poenis præcipitur Religiosis, Clemens, Religiosis. §. Quibus citatur, de primil. ne in suis sermonibus, aut concionibus detrahant Prælatibus, vt notat Corduben. lib. 1. quæst. 17. §. 14.

Potest præterea propositio aliqua improbari, vt arrogans, & præsumptuosa, si asserat de aliquo id, quod simpliciter est supra vires humanas, vel supra communem legem: vt, verbi gratia, quodd hic, vel ille vxoratus in actu ipso coniugali tantam vniõnem actualem cum Deo retineat, quantum habet in sacra lectione, aut oratione; quodd hic, vel ille videat secreta cordium, vel habeat apparitiones Angelorum, aut animarum Purgatorij, & diuinas reuelationes.

Potest propositio improbari, vt phantastica, si sit fundata solum per phantasiã, aut imaginationem, sine ratione vera, aut probabili: vt, verbi gratia, quodd dies Iudicij sit futura tali anno, propter talem numerum litterarum, quæ sunt in Apocalypsi.

Vt stulta, & insana, si sit ex sensu deprauato, & contra communes conceptiones: vt verbi gratia, quodd ad memoriam, & deuotionem erga Beatissimam Virginem non plus faciant illius imagines, quam visio cuiuscunque mulieris.

Vt crudelis, si sonet crudelitatem, & feritatem animi: vt, verbi gratia, quodd animabus Purgatorij non sit compatiendum, nec suffragiis sint iuandæ; sed relinquendæ diuinæ iustitiæ, vt patiantur, quantum merentur, & quantum vult Deus; vel, quodd Christo pro nobis dolenti, & patienti non sit condolendum; sed contra interitus, & exterius sit lætandum propter bona, quæ nobis euenerunt ex illius doloribus, & passionibus.

Et denique pluribus aliis notis possunt improbari, & damnari propositiones, quas prudens, & doctus Theologus bene examinabit iuxta definitiones, & decreta Conciliorum, & Canonum; & iuxta sententias, & doctrinas aliorum Doctorum, vt videre est apud Authores supra cit. & specialiter apud Corduben. lib. 1. quæst. 17. cit. §. 19. & seqq.

DISPUTATIO XXXVI.

Vtrum hæresis possit esse in eo solo, qui fidem Christi recepit.

1. Multiplix potest aliquis recepisse fidem Christi.
2. Hæresis solum est in eo, qui recepit fidem Christi.
3. Non tamen requiritur necessario, vt receperit per aliquem actum supernaturalem.
4. Qui nulliter est baptizatus, potest esse Hæreticus.
5. Ad hæresim non requiritur, vt fides fuerit recepta per receptionem habitum fidei.
6. Qui est baptizatus nulliter, non incurrit poenas Hæreticorum, si forte sint Hæreticus.

- 7. Potest tamen cogi, ut validè baptizetur.
- 8. Sacerdos, si ex aliquo accidente sit ordinatus inualidè, seque gessit, ut Sacerdotem, cogendus est, ut reordinetur.
- 9. Qui fide est baptizatus, potest puniri pro fictione.
- 10. Non tamen est verè Hæreticus in foro Dei, si fidem Christi solum fide, & simulatè admittit.
- 11. Ad hæresim non requiritur, ut fides Christi suscepta fuerit per Baptismum: sed satis est, si fuerit suscepta animo, & voluntate.
- 12. Catechumenus in foro Dei potest esse verus Hæreticus.
- 13. Non autem in foro ecclesia.
- 14. Catechumeni non sunt appellandi absolute fideles.
- 15. Nec possunt puniri ab Ecclesia, si recedant à proposito suscipiendi Baptismum.
- 16. Quando petunt Baptismum, non inveniunt pactum cum Ecclesia, neque se obligant, ad illud suscipiendum.
- 17. Possunt tamen puniri, si fide petant, & illudant Ecclesia.
- 18. Sed non possunt cogi, ut baptizentur.
- 19. Conclusio totius disputationis.

Væ hæcenus diximus de variis propositionibus damnabilibus in materia fidei, satis declarant tertiam particulam, quam supra posuimus in descriptione hæresis, quod debeat esse contra aliquam veritatem Christianæ fidei. Ut verò explicemus etiam quartam, quod debeat esse in eo, qui fidem recepit, duo sunt explicanda, id est, vtrum debeat esse solum in eo, nec possit esse in aliquo, qui non receperit fidem; & & vtrum possit esse in omni eo, nec vllus sit, qui receperit fidem, & in quo hæresis non possit esse. Et postquam hæc explicauerimus, vix aliquid desiderabitur circa hæresim: siue spectemus ea, quæ pertinent ad actum, in quo ipsa consistit, qui est error voluntarius cum pertinacia: siue quæ pertinent ad materiam huiusmodi actus, quæ est aliqua veritas Christianæ fidei: siue denique ea, quæ pertinent ad subiectum, & ad personam, in qua hæresis potest esse, quæ dicitur esse illa, quæ fidem recepit.

Atque ut clariùs, & distinctiùs procedamus, multipliciter potest contingere, ut quis dicatur recepisse fidem Christianam. Primò, quia elicit actum aliquem supernaturalem, aut etiam naturalem, quo voluit credere, & de facto credidit generaliter omnia, quæ Christianis proponuntur credenda, ut reuelata; & specialiter voluit credere, & de facto credidit hoc, vel illud, in quo postea errat, & in quo est Hæreticus. Secundo, quia recepit habitum fidei infusæ, eumque postea amisit per actum hæresis, & infidelitatis: siue priùs per illum exierit in aliquem actum credendi: siue non. Tertio, quia totam fidem, & religionem Christianam complexus est animo, & voluntate; & postea in aliquo ab illa defecit. Quarto denique, quia eandem fidem, & religionem Christianam complexus, & professus est externa aliqua cæremonia, & professione, qualis est, verbi gratia, Baptismus; siue hæc complexio, & professio fidei fuerit vera, & ex animo; siue ficta, & simulata ad aliquem alium finem.

Et quidem quod hæresis ex propria sua ratione hoc habeat, quod sit in eo, qui aliquo modo recepit fidem Christianam, prout iam est in manifestatione veritatis facta per Christum; expressè habet Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 5. & quæst. 11. art. 1. vbi infidelitatem, quæ est hæresis, in hoc distinguit

ab aliis infidelitatibus, quæ sunt Paganismus, & Iudaismus, quod illæ repugnent fidei, vel non suscipiuntur; vel suscipiuntur in vmbri, & figuris veteris Testamenti: hæc verò repugnet eidem fidei, in quantum est suscepta in manifestatione veritatis facta per Christum; & idè ad eos pertineat, qui profitentur fidem Christi, sed eius dogmata corrumpunt, ut etiam supra explicauimus disp. 22. n. 11. ex communi sententia Theologorum.

Hoc verò posito, certum est primò, quod hæresis non requirit determinatè, & necessariò, ut fides Christiana sit recepta per aliquem actum supernaturalem volendi credere, & de facto credendi; siue omnia generaliter, quæ sunt credenda; siue specialiter hoc, vel illud, de quo est hæresis. Nam, ut notat Suar. disp. 19. de fide, sect. 5. num. 1. qui nascuntur, & baptizantur, & educantur inter Hæreticos, non possunt elicere aliquem actum supernaturalem volendi credere, & de facto credendi, nisi instruuntur; & si, antequàm eliciant huiusmodi actum, instruuntur ab Hæreticis de suis erroribus, eoque credunt cum pertinacia, postquam sunt constituti in mala fide, & aliquid audierunt de opposita veritate Catholica, verè, & propriè sunt Hæretici, & incurrunt pœnas Hæreticorum: & tamen non receperunt fidem Christianam per vllum actum supernaturalem volendi credere, & de facto credendi, siue omnia generaliter, siue specialiter hoc, aut illud, in quo sunt Hæretici.

Secundò, certum videtur, quod nec requiritur ad hæresim, ut fides Christiana recepta fuerit per infusionem, & receptionem habitus fidei supernaturalis: quia, si quis sit nulliter baptizatus ex defectu aliquo substantiali circa materiam, aut formam Baptismi, vel circa intentionem Ministri; certum est, quod non recepit habitum fidei; & tamen si postea credat, se baptizatum, & viuat inter Christianos, seque gerat ut Christianum, & incidat culpabiliter in aliquem errorem contra fidem Christianam, est verè Hæreticus, ut notat Gabriel in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 1. not. 3. Castr. lib. 1. de iusta & iniusta pœna. cap. 8. dub. 3. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 9. quæst. 3. in fine. Bonacina de excommunicatione. disp. 2. quæst. 5. punct. 1. num. 2. Suar. in defens. fidei cath. ad Regem Angliæ, lib. 1. cap. 24. num. 3. & de censur. disp. 21. sect. 2. num. 4. & tract. de fide, disp. 19. sect. 5. num. 1. & 7. & alij. Et pater ex communi vtu Ecclesiæ, quæ aliquos Hæreticos de nouo baptizat, quando veniunt ad fidem, ut etiam docet Sanctus Augustinus in lib. de hæresibus, initio: quod tamen non esset, nisi etiam Hæretici possent esse baptizati nulliter; & aliqui nulliter baptizati possent esse Hæretici. Et præterea idem probatur: quia, cum huiusmodi error circa materiam fidei in homine nulliter baptizato sit aliqua infidelitas; non est tamen neque Paganismus, neque Iudaismus: & idè non est negandum, quod sit propriè hæresis.

Atque hoc est multò probabilius, quam quod asserit Vgol. de censuris Pontifici reformatis, part. 2. cap. 1. §. 1. num. 3. in fine. Sayr. lib. 3. thes. cap. 4. num. 11. Tolet. lib. 4. cap. 3. num. 2. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 36. huiusmodi hominem nulliter baptizatum non posse esse Hæreticum: quia non potest incurrere excommunicationem, & alias pœnas Hæreticorum, utpote non subiectus iudicio, & iurisdictioni Ecclesiæ, quæ solum acquiritur per verum Baptismum; & ut habetur in Tridentino sess. 14. cap. 2. de Sacramento Pœnitentiæ, in neminem exercetur, nisi priùs in ipsam ingressus fuerit per ianuam Baptismi.

Contra enim est: quia, si hoc admittatur, & benè expendatur,

Qui est baptizatus nulliter, non incurrit pœnas Hæreticorum, si forè fiat Hæreticus.

expendatur, solum probat, quod qui est baptizatus nulliter, non potest esse Hæreticus in foro Ecclesiæ visibilis, quod est forum exterius, & in ordine ad excommunicationem, & ad pœnas spirituales: non autem probat, quod non sit Hæreticus in foro Dei inuisibilis, & quod infidelitas, & error, quem habet specialiter contra aliquem articulum Christianæ fidei, non habeat malitiam hæresis: quod solum asserimus cum Gabriele, & alijs paulò antè citatis. Et hoc posterius, quod non possit esse Hæreticus in foro Ecclesiæ, & quod non incurrat pœnas Hæreticorum, qui est baptizatus nulliter, & inualidè, admittit etiam Suar. disp. 19. sect. 5. cit. n. 8. contra Gabriel. loc. cit. & contra Simancham de cathol. instit. tit. 31. num. 5. qui præterea etiam asserunt, quod incurrat, & quod ab Ecclesia possit iure puniri. Sed oppositum, & quod non incurrat, rectè probatur ex regula tradita, quod iurisdictioni spirituali in foro Ecclesiæ visibilis solum acquiritur per verum Baptismum; etiam expressè exterius per externam cæremoniam, quæ non sit verus Baptismus: nam Ecclesia non aliter intendit acquirere huiusmodi iurisdictionem, & in Tridentino non aliter declaratur acquiri, quam per verum Baptismum, & cæremonia quæcumque externa, quæ non sit verus Baptismus, non exprimit, neque declarat voluntatem veri Baptismi, qui ipsa non est, sed solum Baptismi non veri, & non validi, qui ipsa est, & per consequens voluntas veri Baptismi, si fuit habita, semper mansit mente recte, & omnino occultata: & idè non potuit aliquid operari pro subiciendo illo homine potestati Ecclesiæ, & ut Ecclesia possit in illum acquirere, & exercere iurisdictionem, & iudicare de illius infidelitate, & errore, eumque punire pœnis Hæreticorum.

Si tamen hic baptizatus inualidè verè habuit voluntatè ingrediendi Ecclesiam, seque illi subiciendi per verum Baptismum, eamque voluntatem sufficienter expressit, verbis aut scriptis; & Prælati Ecclesiæ acceptarunt huiusmodi hominem ad verum Baptismum, quamvis postea ex accidente non fuerit illi collatus, omnino potest, ac debet ab Ecclesia cogi, ut suscipiat verum Baptismum, ut notat Henricus lib. 2. de Baptismo, cap. 25. n. 6. & Sanchez cap. 7. num. 36. cit. Et probabile putat Suar. disp. 19. sect. 5. cit. num. 9. & Sayr. lib. 3. thes. cap. 4. num. 11. cit. quia consensus ille præstitus in Baptismum, & ab Ecclesia acceptatus, habuit saltem vim sponsonis, ac promissionis solennis, eumque obligauit, saltem ciuilitè, & naturaliter ad præstandum id, quod promisit, & ad verum Baptismum re ipsa suscipiendum. Et qua ratione qui ex aliquo accidente inualidè fuit ordinatus Sacerdos, seque postea gessit ut Sacerdotem, & officium Sacerdotis exercuit; cogendus est, ut reordinetur, ex Glossa in cap. vnicuique, de voto, in 6. Panorm. in cap. primum, de Presbyr. non baptizatis, & alijs Canonistis, apud Henricus cap. 25. num. 6. cit. & qui matrimonium inualidè contraxit per defectum debite intentionis, cogi debet, ut illud ratificet ex Couar. in 4. epitome quar. Decretal. par. 1. cap. 4. eadem ratione, qui ex aliquo accidente est baptizatus inualidè, cogendus est, ut rebaptizetur, ut præter Authores citatos notat Hostiensis in cap. debitum, num. 8. & 9. de Baptismo, Et quia res hæc est magni momenti, & potest grauiter cadere in iniuriam, & contemptum, & iriuriam Ecclesiæ, & fidei, ut notat Hostiensis, ibidem, cogendus omnino est sub grauibus pœnis, & ex Henricus loco cit. potest etiam cogi sub pœna mortis.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Et si Baptismi nullitas non proueniat ex aliquo defectu quoad materiam, vel formam, qui Ecclesiæ possit certè constare; sed quoad intentionem illius, qui Baptismum suscepit, vel Ministri, qui contulit, quæ intentio solum consistit in actu interno, & Ecclesiæ constare non potest; qui sic nulliter est baptizatus, non solum potest cogi modo explicato, ut validè baptizetur; sed etiam potest puniri pro delicto fictionis, cum ratione delicti sit verè subiectus iurisdictioni temporali Ecclesiæ, quamvis non sit subiectus iurisdictioni spirituali ratione Baptismi, ut notat Suar. disp. 19. sect. 5. cit. n. 11. Sayr. lib. 3. thes. c. 4. n. 11. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 35. Bonac. de excom. disp. 2. quæst. 5. puncto 1. num. 2. & idè non possit incurrere pœnam excommunicationis, aut similes pœnas Hæreticorum.

Et qui hoc modo est baptizatus per fictionem, si fidem Christianam, neque etiam animo, & voluntate complexus est, contraria ratione poterit quidem præsumi, ut Hæreticus in foro Ecclesiæ visibilis, si articulum aliquem specialiter negauerit, & præsumitur esse baptizatus, non tamen erit Hæreticus in foro Dei, neque eius infidelitas erit hæresis, ut notat Canus lib. 1. 2. de locis theol. cap. 9. Suar. sect. 5. cit. n. 12. & alij apud ipsum, cum hæresis non possit esse, nisi in eo, qui fidem Christianam verè suscepit; & talis non sit, qui illam ex toto finxit, ac simulauit; non autem animo, & voluntate est verè complexus.

Tertio, ex his colligitur, ad hæresim, eiusque malitiam in foro Dei non requiri, ut fides Christiana recepta fuerit per verum Baptismum, sed posse sufficere, si fuerit recepta solo animo, & voluntate; siue præterea externa illius professio per Baptismum fuerit facta ex animo; siue fictè, & simulatè, siue etiam nullo modo: si enim fictè, aut nulliter baptizatus potest esse verè Hæreticus in foro Dei, ut iam probauimus; impossibile est, ut ad hæresim in illo foro necessariò prærequiratur verus Baptismus. Et quod hic, neque verus, ac validus, neque fictus, & simulatus, neque vllò modo prærequiratur, expressè docet Castr. de iusta Hæreticorum punitione, lib. 1. cap. 8. Bannes 2. 2. quæst. 10. art. 5. ad 3. & quæst. 11. art. 2. Simanchas de cathol. instit. tit. 31. n. 6. Bonac. de excommunicatione. disp. 2. quæst. 5. punct. 1. n. 2. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 9. quæst. 3. Farinac. de hæresi, quæst. 178. n. 131. & 135. Suar. de censur. disp. 21. sect. 2. n. 4. & disp. 43. sect. 1. n. 1. & in defensione fidei ad Regem Angliæ, lib. 1. cap. 24. n. 3. & in tract. de fide, disp. 19. sect. 5. num. 3. Et patet argumento iam factò: quia, si quis voluntate, & animo Christum admittat in manifestatione veritatis, ut loquitur Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 5. id est, non in solis figuris, & vmbri veteribus, quomodo admittitur à Iudæis; sed prout est verè manifestatus, & prout creditur à Christianis; & in aliquo deficiat à doctrina, & fide reuelata per Christum, est verè Hæreticus, cum non sit, neque Paganus, neque Iudæus, etiam si Baptismum nullo modo receperit.

Atque ex hoc capite potest aliquis esse Hæreticus in foro Dei, etiam si in foro Ecclesiæ sit solum Catechumenus, ut docent Authores cit. Castrus, Bannes, Simanchas, Bonac. Azor. Farinacius, & Suar. quicquid in contrarium alij sentiant apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. n. 34. & apud Layman, lib. 2. tract. 1. cap. 13. num. 1. prout etiam supra retulimus num. 6. dum hoc idè assereremus de homine nulliter baptizato.

Dico autem, in foro Dei: quia alla est ratio de foro Ecclesiæ visibilis, & in ordine ad pœnas Hæreticorum, ut etiam ibi diximus, cum Ecclesia non nisi per Baptismum acquirat iurisdictionem spiritualem;

9. Qui fide est baptizatus, potest puniri pro fictione.

10. Non tamen est verè Hæreticus in foro Dei, si fidem Christi solum fide, & simulatè admittit.

11. Ad hæresim non requiritur, ut fides Christiana suscepta fuerit per Baptismum; sed satis est, si fuerit suscepta animo, & voluntate.

12. Catechumenus in foro Dei potest esse verus Hæreticus.

13. Non autem in foro Ecclesiæ.

1. Multipliciter potest aliquis recepisse fidem Christi.

2. Hæresis solè est in eo, qui recepit fidem Christi.

3. Non tamen requiritur necessariò, ut recepta fuerit per aliquem actum supernaturalem.

4. Qui nulliter est baptizatus, potest esse Hæreticus.

5. Ad hæresim non requiritur, ut fides fuerit recepta per receptionem habitus fidei.

7. Potest tamen cogi, ut validè baptizetur.

8. Sacerdos, si ex aliquo accidente sit ordinatus inualidè, seque gessit, ut Sacerdotem, cogendus est, ut reordinetur.

6.

tualem; nec possit eam exercere per actum iudicij, & punitiois; nisi in homines baptizatos, vt patet ex Tridentino sess. 14. cap. 2. de Sacramento Pœnitentiæ.

Idque est verum, non solum de iis Catechumenis, qui olim dicebantur Auditores, seu Audientes: quia audiebant conciones, & volebant fieri Christiani; nondum tamen Baptismum petebant, vt patet ex Rabano lib. 1. de instr. Cleric. & apud Bellarm. lib. 1. de Baptismo, cap. 25. initio, tom. 3. col. 293. sed etiam de illis, qui dicebantur Competentes, seu Electi: quia præterea dabant nomen, & Baptismum petebant, & pro illo instabant, eamque ob causam habebatur de illis in Ecclesia certa scrutinia, & examina; vt constaret, vtrum sincere, & firmiter crederent; & vtrum possent, ac deberent ad Baptismum admitti, vt patet ex cap. Baptizandi. 2. de consec. et. dist. 4. Nam, quicumque tandem sint Catechumeni, & cuiuscunque sint ordinis, semper manet sui iuris; neque fiunt de iure Ecclesiæ, nisi per Baptismum re ipsa susceptum, vt diximus: sicut & Nouitij, vel tyrones religiosi semper manent sui iuris, quandiu durat tyrocinium, & nouitatus: neque fiunt de iure Religionis, nisi per professionem, aut per vota religiosa re ipsa emissâ, vel expresse, vel tacite.

Et ad hoc declarandum, & confirmandum etiam facit id, quod habet Sanctus Augustinus lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2. & apud Bellarm. lib. 2. de pœnis, cap. 14. in responsione ad 6. obiectiõnem, tomo 3. col. 1002. quod Catechumeni comparentur embryonibus, & paulatim formentur, & perficiantur, quasi contenti in vtero Ecclesiæ, donec per Baptismum nascantur. Sicut enim embryones in naturalibus, quandiu sunt in vtero, & donec nascantur ad extra, non sunt proprie sub potestate parentum: ita & Catechumeni non sunt proprie sub potestate Ecclesiæ, nec possunt ab illa corripri, tanquam filij, donec sint per Baptismum regenerati, & quasi nati.

Et si contingat, vt Baptismum re ipsa suscipiant retinentes mente, & animo errorem aliquem contra fidem, eumque errorem sigtio aliquo prodant, & manifestent post Baptismum; omnino incurrent in excommunicationem, & pœnas Hæreticorum, & erunt Hæretici, etiam in foro Ecclesiæ, vt notat Sayr. lib. 3. thes. cap. 4. n. 12. quia iam sunt facti per Baptismum de foro, & de potestate Ecclesiæ.

Sed ante Baptismum, quantum in foro Dei vere credant, & actus fidei frequentius eliciant, vt auxilium supernaturale, & fidem etiam ore confiteantur, dum recitant Symbolum: communiter tamen à Sanctis Patribus, & ab Ecclesia non appellantur absolute fideles: quia non habent habitum fidei, vt notat Bellarm. lib. 1. cit. cap. 11. §. Est autem. col. 258. Et ratio potest esse: quia etiam in naturalibus non dicimur, nec denominamur absolute quales per eas qualitates, quæ solum sunt passio, & citò transeunt: neque aliquis absolute dicitur rubens, verbi gratia, aut pallidus, quia est talis ex verecundia, aut ex timore, vt patet ex Aristotele in Prædicamentis, cap. de qualitate, pag. 81. initio: sed denominatio simpliciter solum desumitur ex iis qualitatibus, quæ diu permanent, & sunt difficile mobile à subiecto: & talis est in re præsentis ipse habitus fidei infusus; non autem actus vnus, aut plures, si fortè eliciantur per auxilium supernaturale, & non per habitum: & idè nec Catechumeni ratione actuum debent dici absolute fideles. Et quia huiusmodi fides, quæ facit, & denominat absolute fidelem, communiter infunditur in Baptismo, Baptismus ex Trident. sess. 6

14. Catechumeni non sunt appellandi absolute fideles.

cap. 7. de iustif. dicitur Sacramentum fidei: & Catechumeni, dum petunt Baptismum, ex traditione Apostolorum interrogati, quid petant, dicunt, se petere fidem præstantem vitam æternam, id est, illam, quæ per dilectionem operatur, vt subditur in Tridentino ibidem: quæ tamen est ipsa fides habitualis, quæ simul cum habitu spei, & charitatis, est principium meriti, & bonæ operationis, qua mediante præstat vitam æternam.

Et qua ratione interna fides, quam fortè habent Catechumeni ante Baptismum, solum est in foro Dei: ita & voluntas Baptismi solum potest in foro Dei esse in illis. Baptismus Flaminis, & ad salutem sufficere, si in illa decedat, & non possint habere Baptismum fluminis; & solum potest in foro Dei facere illos membrum Christi, & constituere intra Ecclesiam Christi inuisibilem, quatenus dicit multitudinem omnium iustorum quomodocunque in Christo credentium, extra quam Ecclesiam certum est, quod nulli potest contingere salus: non autem potest facere illos membrum Christi in foro Ecclesiæ visibilis, & in quantum Christus est caput in tali Ecclesia, pro vdi dicit multitudinem regeneratorum tantummodo, & renatorum per Baptismum. Et hinc est, quod Catechumeni non possunt puniri in hac Ecclesia per pœnas ecclesiasticas, cum in illa non sint, quicquid in contrarium velit Archidiaconus in cap. Eos. de consec. dist. 4. & aliqui alij apud Suar. de censur. disp. 5. sect. 1. n. 25. Contra quos tamen clarissime facit regula posita ex Trident. sess. 14. cap. 2. de pœnitentiâ, & S. Paulus 1. Corinth. 3. Quisquis de istis, qui foris sunt, iudicabit?

Neque facit contra hoc Sanctus Thomas 3. part. quæst. 68. art. 3. in fine corp. dum asserit, peccare Catechumenos, si vltra tempus præscriptum ab Ecclesia differant baptizari, nisi fortè ex causa necessaria, & de licentia Prælatorum: neque enim id est, quia teneantur præceptis Ecclesiæ; & hæc specialiter illis præcipiat, vt Baptismum non differant vltra tantum tempus, vt vult Sor. in 4. dist. 5. quæst. unica, art. 3. §. Ad primum respondetur. sed, quia tenentur ex præcepto diuino baptizari quamprimum, & hoc præceptum bene potest illis Ecclesia interpretari, quando obliget, cum ad ipsam pertineat claus scientiæ, & interpretatio diuinarum legum, eique interpretationi iure ipso diuino stare debeant etiam Catechumeni, & infideles; sicut & debent stare quoad res fidei, quando ab illa proponuntur, vt bene notat, & explicat Suar. tom. 3. de hoc suscipiend. Sacram. disp. 31. sect. 2. §. Nihilominus dicendum de Baptismo. Ex quo sine dubio non sequitur, quod Ecclesia habeat in Catechumenos directam iurisdictionem, & potestatem præcipiendi, etiam determinatè circa Baptismum, & per consequens etiam puniendi, si præceptum non seruent, cum semper in Ecclesia potestas coercitiua, & coactiua sit coniuncta cum potestate directiua, & præceptiua, ne alioqui hæc sit inefficax, & contemnatur ab iis, in quos est.

Neque illud est admittendum, quod addit Sor. loco cit. ex iure ipso naturæ teneri Catechumenos parere Ecclesiæ, postquam ab illa petierunt Baptismum, suumque nomen illi dederunt, iuxta cap. Baptizandi. 2. de consec. dist. 4. quia hoc ipso iniungunt cum illa pactum, & sequuntur illi subiectionem, eique pacto tenentur stare, & subiectionem seruare: sicut & in Religionibus, qui suscipiunt habitum, hoc ipso ineunt pactum de emittenda professione iuxta leges Religionis, & quando, & quomodo illa præscripserit. Nam contra est ex eodem Suar. sect. 2. cit. §. Secundò ex hoc principio inferitur, quia tale pactum

15. Nec possunt puniri ab Ecclesia, si recedant à proponendo, vt bene notat, & explicat Suar. tom. 3. de hoc suscipiend. Sacram. disp. 31. sect. 2. §. Nihilominus dicendum de Baptismo.

16. Quando petiti Baptismus, non ineunt pactum cum Ecclesia, neque se obligant ad illi suscipiendum.

DISPUTATIO XXXVII.

Vtrum hæresis circa aliquid reuelatum possit esse in omni eo, qui fidem Christi suscepit per Baptismum; & simpliciter nullus sit, in quo esse non possit.

1. Reuelationes, etiam priuata, possunt esse materia hæresis, si non credantur ab eo, cui fiunt.
2. Quomodo is, qui non credit reuelationes priuatas, possit incurrere pœnas Hæreticorum.
3. Reuelationes priuata non ab omnibus sunt necessario credende.
4. Sed in omnibus possunt esse materia hæresis, si debeant credi, & non credantur.
5. Vtrum sit aliquis in tota Ecclesia, in quo hæresis esse non possit.
6. Papa in iis definiendis, ac proponendis, quæ pertinent ad fidem, ac bonos mores totius Ecclesiæ, non potest errare.
7. Sine definiat, & præcipiat in aliquo Concilio generali, siue extra Concilium, & per se solus.
8. Neque est rimendum ex parte Papæ de aliqua inconsiderantia, aut temeritate.
9. Papa, in quantum est priuata persona, ex multorum sententia potest esse Hæreticus.
10. Sed oppositum est valde piuum, & valde probabile, secundum alios.
11. Et probatur rationibus satis firmis.
12. Nec multum urgent rationes oppositæ.
13. Qui fuit Hæreticus, non potest validè eligi in Pontificem, vel in Cardinalem.
14. Electio Papæ facta per simoniam est nulla.
15. Debet tamen hæc crimina esse ex se notoria, & manifesta, vt possit quis propter illa excludi à Papatu, in foro Ecclesiæ.

17. Possunt tamè puniri, si fidei petant, & illudant Ecclesia.

18. Sed non possent cogi, vt baptizentur.

19. Conclusio totius disputationis.

ex nullo capite sufficienter probatur, siue in Catechumeno respectu Ecclesiæ, siue in Nouitio respectu Religionis: & quod vterque det nomen, non est in signum pacti, quod ineat, & obligationis, quam contrahat; sed solum in publicum aliquod testimonium, quod vterque extare vult de sua voluntate, ac proposito circa Baptismum, & circa Religionem; & in memoriam inceptiois Catechismi, & instructionis, & præparationis ad Baptismum pro Catechumeno, & probationis, & tyrocinij pro Nouitio: & vterque, si retrocedat à suo proposito, nullum pactum transgreditur; neque facit iniuriam, siue Ecclesiæ, siue Religioni, cum semper manserit liber, & sui iuris; & quod vterque eiiciatur, siue de numero Catechumenorum, siue de numero Nouitiorum, si non bene se gerat, non est, quia sic puniatur, quasi à Superiore, & habente in ipsum iurisdictionem, & potestatem; sed, quia leges, & iura Ecclesiæ, & Religionis sic statuunt, ne amplius retineantur, qui fuerint deprehensi tales, vel tales.

Negari tamen non debet, quin possint puniri etiam Catechumeni, si fortè fidei, & ad illudendum Ecclesiæ petant Baptismum, vt etiam supra diximus num. 9. de illo, qui fidei est baptizatus: fuit enim sufficienter subditi ratione delicti: nec vltimo pacto pati debemus, vt infideles ea perpetrent, quæ fidei nostræ confusionem inducunt, cap. Etsi Iudeos. de Iudeis. Et qua ratione censetur illudere Papæ, qui post præsentatam illi supplicationem, ab illa recedit, cap. Bona memoria. 2. de postulat. Prælat. ita & potest censeri illudere Ecclesiæ, qui post petitum ab illa Baptismum, à postulatione recedit; vt etiam notat Hostiensis in cap. Debitum. num. 9. de Baptismo: & idè potest puniri, quantum non possit simpliciter cogi ad Baptismum, aut baptizari inuitus, quicquid in contrarium dicat Marquardus tract. de Iudeis, part. 3. cap. 3. num. 1. Nam longè alia est ratio de hoc Catechumeno, & de alio nulliter baptizato, quem supra, num. 7. diximus, posse cogi, vt valide baptizetur: siquidem petitiõ facta à Catechumeno non habet vim sponsonis, & promissionis; neque vt talis acceptatur ab Ecclesia, sicut acceptatur susceptio Baptismi facta ex animo, quantum est ex parte suscipientis; sed facta nulliter ex aliquo accidente, & defectu occulto, vel saltem præsumpta, vt valida in facie, & in foro Ecclesiæ, vt contingit in eo, qui baptizatus est fidei, & non ex animo, & voluntate suscipiendi Baptismum, de quo diximus num. 9.

Atque ex his omnibus, quæ diximus de iis, qui diuersimodè recipiunt fidem Christi, satis intelligitur, quomodo hæresis rectè dicatur esse solum in eo, qui fidem Christi recepit: id enim non est, quia Hæreticus debeat illam recepisse per aliquem actum supernaturalem, vel per infusionem habitus supernaturalis, vel per veram, & realem susceptionem Baptismi; sed satis est, si quomodocunque illam receperit, saltem animo, & voluntate, & postea in aliquo pertinaciter ab illa defecerit: & qui hoc modo est infidelis, & renititur fidei, est vere Hæreticus in foro Dei, & verè peccat peccato hæresis; quantum in foro Ecclesiæ nostræ visibilis non habeatur de illo ratio, nec puniatur pœnis Hæreticorum, nisi sit baptizatus, & fidem receperit, & professus sit per Baptismum.

DOSITIO, quod hæresis non possit esse, nisi in eo, qui fidem Christi aliquo modo suscepit; siue animo, & voluntate, vt contingit in eo, qui est Hæreticus tantum in foro Dei; siue etiam per susceptionem veri Baptismi, vt contingit in eo, qui est Hæreticus in foro visibili nostræ Ecclesiæ militantis; illud est vltèrius explicandum, vtrum possit similiter esse in omni eo, qui dictam fidem suscepit; & vtrum ex iis, qui totam fidem Christi aliquo modo susceperunt, simpliciter nullus sit, in quo hæresis esse non possit. Et difficultas potest esse, tam ex parte obiecti, quam ex parte subiecti, si, scilicet, quæramus ex parte obiecti, vtrum omnis defectus fidei circa ea, quæ sunt reuelata, sit proprie hæresis, & possit esse in omni eo, qui semel admisit fidem Christianam; vel, si quæramus ex parte subiecti, vtrum possit in omni eo, qui admisit totam fidem, reperiri aliquis error, aut defectus fidei, qui sit proprie hæresis; & similiter nullus sit ex fidelibus, in quo hæresis esse non potest.

Et quidem difficultas ex parte obiecti non est quoad ea, quæ ab Ecclesia approbantur, & proponuntur, vt credenda ab omnibus in his enim certissimum est, quod omnis infidelitas, aut defectus fidei circa aliquem particularem articulum est propriissime hæresis; & omnis ille est propriissime Hæreticus, & incurrit pœnas Hæreticorum, qui ex his in aliquo deficit, nec credit omnia: sed est difficultas quoad priuatas reuelationes, quæ fortè sunt, & accidunt huic, aut illi: & de his, quando

fatis probantur esse à Deo, est explicandum, vtrum sint materia hæresis, si non credantur ab hoc, aut illo, cui fiunt, & accidunt; vel, cui proponuntur, vt accidentes, & factæ alicui alteri.

1. Reuelationes etiam priuatae, possunt esse materia hæresis, si non credantur ab eo, cui fiunt.

Et breuiter est dicendum, quod etiam priuatae reuelationes possunt esse materia fidei theologicæ, & supernaturalis, si credantur; & materia hæresis, si non credantur: nam Deus, vt prima veritas obscure reuelans, quæ ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 1. art. 1. assignatur, vt obiectum formale, & adæquatum fidei supernaturalis, eadem est, & æqualiter digna, cui credatur per assensum omnino certum, & infallibilem; siue reuelat aliquid in vtilitatem, ac bonum publicum, & vt omnibus proponatur credendum; siue reuelat solum in bonum, & vtilitatem priuatam, & vt proponatur solum huic, aut illi: & eadem iniuria illi fit, siue id non credatur, quod reuelat reuelatione publica, & communi; siue id, quod reuelat reuelatione priuata: & idem etiam malitia infidelitatis est eadem, siue sit contra reuelationem publicam, siue contra priuatam. Et quemadmodum contra illam est hæresis: ita & contra hanc. Vnde & in Scriptura sæpe referuntur priuatae reuelationes factæ à Deo priuatis personis, & reprehenduntur, qui in illis credendis, & admittendis fuerunt tardi: & contra laudantur, qui fuerunt prompti, vt patet Gen. 18. vbi reprehenditur Sara, quod risit primam, quasi incredula ad Dei reuelationem factam Abrahamo de nascituro Isaac: Habebit filium Sara, vxor tua. & ad Heb. 11. vbi contra eadem Sara laudatur, quia postea credidit: Et fide Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum, qui reuoluit. Et Luca 1. vbi Zacharias punitur impedimento lingue, quia non credidit reuelationi sibi factæ de nascituro sibi filio, Sancto Ioanne Baptista, quauis Elisabeth eius vxor esset sterilis, & ipse senex, & ambo processissent in diebus suis: vnde & dixit illi Gabriel Angelus: Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant, pro eo, quod non credidisti verbis meis, qua implebuntur in tempore suo. Et in Tridentino sess. 6. cap. 12. de iustif. & can. 16. expressè approbantur priuatae reuelationes, vt facientes certitudinem fidei, dum dicitur: ex speciali tantum reuelatione posse sciri, quod aliqui sint prædestinati; & ex eadem posse ab aliquo affirmari cum absoluta, & infallibili certitudine, quod ipse sit habiturus donum perseverantia vsque in finem. Et in Concilio Lateranensi sess. 11. sub Leone X. expressè dicitur, quod Deus aliquibus in Ecclesia reuelat futura per speciales inspirationes; idque promitti Amos 3. Non faciet Dominus Deus vobum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas. Et has reuelationes non esse spernendas, haberi ex Sancto Paulo 1. ad Thesalon. cap. 5. Prophetias nolite spernere. Et idem, qui illas habuerint, non esse connumerandos inter mendaces, & fabulosos; sed solum debere probare spiritus, si ex Deo sunt; nec de facili debere credere omni spiritui; & has etiam priuatas reuelationes, & inspirationes posse publicari, & prædicari ad populum, postquam fuerint examinatae, & approbate per Sedem apostolicam, vel saltem per Ordinarium loci, si necessitas urgeat, & in mora periculum sit.

Atque has ob causas priuatas reuelationes esse materiam fidei diuinæ, si constet sufficienter, quod sint à Deo, docet Vega libro 9. in Concilium Tridentinum, cap. ult. Bellarminus lib. 3. de iustificatione, cap. 3. tom. 4. col. 831. Suarius disp. 3. de fide, sect. 10. Layman, lib. 2. tractatum 1. cap. 13. num. 6. Aegidius

Coninch de actibus supernaturalibus, lib. 2. qui est de fide, dispensatione 9. num. 87. & dispensatione 18. num. 118. & alij apud ipsos; & consequenter etiam esse materiam hæresis, si quis pertinaciter illas non credat, quando constat sufficienter, quod sint à Deo, docet idem Suar. disp. 19. de fide, sect. 5. num. 11. Azorius part. 1. lib. 8. cap. 9. quæst. 4. Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 7. num. 32. Bonac. de excommunicat. disp. 2. quæst. 5. puncto 1. num. 4. & alij.

In eo tamen discrepant hi Doctores, quod aliqui affirmant, eum, qui non credit modo explicato priuatas reuelationes, solum esse Hæreticum in foro Dei; non autem in foro Ecclesiæ, cum non deficiat ab iis credendis, quæ vt credenda proponit Ecclesiæ: & hæc non multum curet de priuatis reuelationibus; sed solum de iis, quæ sunt reuelata per antiquos Prophetas, aut Apostolos, & continentur in Scriptura, & verbo Dei, siue scripto, siue non scripto, vt loquitur Azor. q. 4. cit. & idem putant, per huiusmodi hæresim contra priuatas reuelationes non incurri excommunicationem, aut alias pœnas Hæreticorum.

Contra verò alij cum Sanchez, & Bonac. locis cit. & Coninch disp. 18. cit. n. 120. affirmant, eum esse censendum Hæreticum, etiam in foro Ecclesiæ, & verè incurrere pœnas Hæreticorum: quia, dum non credit reuelationem priuatam sibi factam, & quam ipse benè aduertit esse à Deo, hoc ipso non credit, quod Deus sit prima veritas in dicendo: quod tamen proponitur ab Ecclesia, vt credendum ab omnibus, non tanquam reuelatum per reuelationem priuatam, & in bonum, & commodum tantum vnus, aut alterius; sed tanquam reuelatum per reuelationem maximè publicam, & in bonum omnium, cum sit quasi primum principium, & fundamentum totius fidei, etiam catholicæ, & vniuersalis.

Verum vtraque hæc sententia potest admitti, vt vera: neque est, quod altera reiiciatur, cum neutra id neget, quod asserit altera, vt etiam notat Suar. disp. 19. sect. 5. cit. n. 12. Prima enim sententia solum asserit, quod qui negat reuelationem priuatam, non est Hæreticus in foro Ecclesiæ, ex hoc præcisè, quod illam neget, cum Ecclesia de huiusmodi reuelationibus, siue credendis, siue non credendis, nihil præcipiat; sed aliquando solum examinet, vtrum discrepent à veritate catholica: & posito, quod non discrepent, liberum cuique relinquit, vt ex alijs coniecturis, ac signis ex se ipse colligat, quales sint, & vtrum credenda, vel non credenda. Neque hoc negat secunda sententia, dum addit, quod est Hæreticus in foro Ecclesiæ ex hoc alio capite: quia non credit, quod Deus sit prima veritas. Et hoc posterius, neque negat Azor. neque vllus potest negare, si reuera is, qui negat reuelationem priuatam, simul neget, quod Deus sit prima veritas, & hunc etiam errorem exterius prodatur, sicut requiritur ad incurrandam excommunicationem, & pœnas Hæreticorum: vt enim in simili de illo, qui ex conscientia erronea putat, se in aliquo dissentire ab eo, quod sentit, & credit Ecclesiæ; cum tamen reuera non dissentiat, diximus supra, disp. 31. n. 12. quod sit Hæreticus, & incurrat pœnas Hæreticorum, si simul existimet, quod Ecclesia in iis, quæ credit, possit errare, & quod non in omnibus sit sentiendum cum illa, & hunc etiam errorem prodatur exterius: ita & est dicendum in casu presenti de illo, qui negat reuelationes priuatas: si enim simul existimet, quod Deus in illis possit mentiri, & huius etiam erroris det signa exterius, est verè Hæreticus in foro Ecclesiæ: & contra non est Hæreticus in tali foro, si solum cogitet de non credendis reuelationibus priuatis; neque veniat illi in mentem, quod hinc sequatur, Deum posse mentiri, & non esse primam

2. Quomodo in qui non credit reuelationes priuatas, possit incurrere pœnas Hæreticorum.

veritatem in dicendo. Et non est dubium, quod talis incogitantia de prima veritate neganda, potest facile accidere in eo, qui negat reuelationes priuatas: sicut & communiter accidit in alijs, qui negant alios articulos veritatis catholicæ, sufficienter sibi propostos, vt reuelatos a Deo. Et quemadmodum hi non propterea putant, se etiam negare, quod Deus sit prima veritas: ita & qui negat reuelationes priuatas, non propterea necessariò negat primam veritatem, & ratione illius nõ est necessarium censendus Hæreticus in foro Ecclesiæ, & in ordine ad pœnas Hæreticorum.

Illud verò non est omittendum circa huiusmodi reuelationes priuatas, quod notat Suar. disp. 3. de fide, sect. 10. n. 7. communiter eos tantum esse Hæreticos in foro Dei, si illis non credant, quibus ipsæ reuelationes sunt directæ, & immediate; non autem alios, qui fortè habent postea illarum notitiam: quia enim communiter huiusmodi reuelationes solum sunt ad directionem, & instructionem priuatam huius, aut illius, cui fiunt, & que soli sufficienter proponuntur, vt factæ à Deo, cum solum obligant, non autem alios: quauis negari non debeat, quod etiam alij rationaliter, & pie sint facturi, si illas recipiant, & credant, postquam tales sunt approbatae, & permissæ per Prælatos Ecclesiæ: quod contra facti fuerint irrationabiliter, & temerè, si illas reiiciant, vel non admittant, vt etiam supra diximus disput. 34. n. 16. de iis, qui improbant visiones, & historias, quæ habentur in Vitis Sanctorum, & ab Ecclesia approbantur, & permittuntur.

Atque hæc omnia, quod possit quis esse Hæreticus coram Deo, si non credat reuelationes priuatas, & quod habitus fidei theologicæ se extendat etiam ad illas credendas propter diuinam autoritatem; non autem solum ad credenda illa, quæ ab Ecclesia omnibus proponuntur sub præcepto, & obligatione fidei, & in ordine ad quæ fides appellatur catholica, & vniuersalis; & quod assensus ipsi, siue circa reuelationes particulares, & priuatas, siue circa vniuersales, & publicas non differant specie, & formaliter, sed solum accidentaliter, & materialiter; & idem sint ab eodem habitu supernaturali; & alia his similia fusè explicantur à Suar. disp. 3. de fide, sect. 10. cit. & sunt multo probabiliora, quam quod asserit Sot. lib. 1. de natura, & gratia, cap. 1. in 3. argumento, & alij alij apud eundem Suar. loc. cit. n. 1. & apud Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 7. n. 32. quod priuatae reuelationes non credantur per habitum fidei catholicæ, & communis; sed per alium habitum fidei particularis, similiter certum, & infallibilem. Contra enim est: quia nulla est necessitas multiplicandi habitus, & diuina authoritas obscurè reuelans potest esse ratio formalis specificatiua vnus, qui se extendat, tam ad ea, quæ reuelantur priuatis, quam ad ea, quæ reuelantur pro omnibus, etiam si non appelletur fides catholica, provt se extendit ad illa; sed solum provt se extendit ad hæc.

Et quemadmodum illis omnibus, qui per Baptismum, & ex animo receperunt fidem catholicam, possunt accidere priuatae reuelationes: ita & omnibus potest contingere peccatum hæresis coram Deo, si pertinaciter illas non credant; sicut & potest contingere idem peccatum in foro Ecclesiæ, si desinant aliquid credere ex iis, quæ creduntur communiter per fidem catholicam.

Altera verò pars difficultatis propositæ ex parte subiecti, in hoc consistit, vtrum simpliciter nullus sit ex Christi fidelibus baptizatus, in quo hæresis esse non possit: & maximè id proponitur propter Summum Pontificem, qui ex vna parte, cum sit Caput Ecclesiæ, & in despondendis, ac proponendis rebus

4. sed in omnibus possit esse materia hæresis, si debent credi, & non credantur.

5. Vtrum sit aliquis in tota Ecclesia, in quo hæresis esse non possit.

dei habeat assistentiam Spiritus Sancti, nes possit errare, omnino videtur non posse in illum cadere hæresis; siue circa ea, quæ sunt iam definita de fide catholica, vel in dies ab ipso met definitur, ac proponuntur toti Ecclesiæ; siue circa alia, quæ specialiter, & priuatim possunt ipsi, vel alteri reuelari, ac proponi credenda. Et ex altera parte cum fides etiam in ipso sit voluntaria, & libera; & possit etiam ipse, tanquam priuata persona, in alijs multis errare, etiam videtur posse in aliquo errare circa fidem, & fidem abiciere, & esse Hæreticus.

Sed breuiter, si loquamur de Summo Pontifice, in quantum est Caput totius Ecclesiæ, eamque totam docet, & instruit, de fide est, quod in ea docenda, & instruenda non potest errare: nam hoc est, quod pro Sancto Petro, & successoribus, in quantum sunt tales, orauit Dominus Luca 22. Simon, ecce Satanas expetuit vos, vt erubares sicut triticum: ego autem rogauis pro te, vt non deficiat fides tua: & in aliquando conuersum confirma fratres tuos. Et hoc idem promisit Matth. 16. Super hanc petram edificabo Ecclesiam: & porta Inferi non proualebunt aduersus eam. De quibus locis videri potest Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 3. tom. 1. col. 795. Suar. disp. 5. de fide, sect. 8. n. 4. Canus lib. 6. de locis theologicis, præcipue à cap. 3. vsque ad 7. Albertus Pighius lib. 4. de ecclesiastica hierarchia, à cap. 2. Caiet. Opusculo de Primatu Romana Ecclesiæ, cap. 12. & seqq. & alij communiter apud Bannes 2. 2. quæst. 1. art. 10. dub. 2. conclus. 4. col. 137. Et idem est de præceptis morum, quæ præscribuntur toti Ecclesiæ, & sunt de rebus necessarijs ad salutem, vel de actibus per se bonis, aut malis, vt probat Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice, cit. cap. 5. tom. 1. col. 804. hoc enim similiter est, quod promisit Dominus Ioan. 16. Cum venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et alioqui non esset Ecclesiæ sufficienter prouisum, si teneretur credere, & parere Pontifici in iis, quæ præcipit circa fidem, & circa salutem, & Pontifex permitteretur errare; neque posset absolute dici sancta, sicut appellatur in Symbolo, si possent illius leges præcipere vitia, & prohibere virtutes: & si hoc modo erraret in moribus, hoc ipso conuinceretur etiam errare in fide, cum ex hac sit certissimum, quod omne vitium est malum, & fugiendum; & omnis virtus est bona, & prosequenda. Vnde, quauis fortasse Pontifex possit errare circa iudicia, aut præcepta, quæ respiciunt particulares personas: vt, verbi gratia, iudicando, quod hic, aut ille sit irregularis; & prohibendo, ne exerceat Ordines, vel ne faciat hoc, vel illud, sequendo, scilicet, in his falsas in formationes, & depositiones testium, vel etiam inordinatum affectum ad aliquem, & contra aliquem, vt loquitur S. Antoninus part. 3. tit. 12. cap. 8. §. 2. ex S. Thoma quodlib. 9. quæst. ult. art. ult. Quomodo etiam dicitur cap. A nobis. 2. de sent. excom. quod iudicium Ecclesiæ sæpe sequitur opinionem, quam, & fallere contingit, & falli; & solum Dei iudicium semper innititur veritati, quæ nec fallit, nec fallitur: quod idem etiam concedunt Doctores communiter apud Bonac. de excomm. disp. 2. quæst. 5. puncto 1. n. 9. tom. 1. pag. 411. col. 2. Et præterea, quauis Papa circa alia materia possit ferre leges fortè superfluas, aut minus discretas, & minus prudentes, vt notat Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 5. cit. & Suar. disp. 5. de fide, sect. 8. cit. n. 7. verbi gratia, nimis illas multiplicando, vel nimias pœnas addendo, earumque obseruationem rigore nimio procurando; non tamen potest errare in iis, quæ respiciunt totam Ecclesiam, & sunt de necessarijs simpliciter ad salutem, vel de iis, quæ sunt per se bona, aut mala: idque esse de fide patet ex Concilio Viennensi in Clauentina

6. Pars in iis de fideiis, ac proponendis, quæ pertinent ad fidem, & ad bonos mores totius Ecclesiæ, non potest errare.

vnica;

unica, de Summa Trinitate, & ex Concilio Florentino...

7. Sicut definitur, & precipiat in aliquo Concilio...

8. Neque est iri- onendum ex parte...

9. Papa, in qua- titate est priuata...

Primatu Ecclesia Romana. Turrecremata in Summa, de Ecclesia lib. 2. cap. 93, & 112. Cuius lib. 6. de locis...

Et confirmatur: quia non repugnat, ut quis sit occultus Hæreticus; & tamen ex publica ignorantia...

Neque ex eo, quod Papa possit esse Hæreticus, tanquam priuata persona, sequeretur, quod etiam possit esse Hæreticus...

debeat illud statuere iuxta suos mores, & legem ferre similiter prauam: & Deus bene potest per sua...

10. Sed his, & similibus non obstantibus, non est negandum, quod oppositum sit valde pium, & sit valde probabile...

11. Et probatur rationibus rationibus firmis.

Omnes vos scandalum patimini in me in ista nocte. Et deinde, tanquam remedium, aut praesidium commune omnibus...

Hoc verò priuilegium indefectibile, ac firmissimæ fidei ad confirmandos in fide etiam ceteros, non ita fuit impetratum a Christo Domino...

Cumque id sit certum de fide, si loquamur de successoribus S. Petri, in quantum sunt Caput, & Magistri totius Ecclesiae...

ad alium; & ab vna ciuitate, vel pronincia ad aliam, maximè, & facillimè serperet, si ipse Papa, tanquam priuata persona, esset Hæreticus, suaque authoritate, & dignitate vim serpendi, & virus foueret. Et cum Hæreticus ex eodem S. Paulo ad Titum 3. quando est incorrigibilis, & pertinax, iure ipso diuino sit maximè vitandus, suoque iudicio, quoad hoc, vt vitetur, sit iam damnatus, vt ibi dicitur; in quantum, scilicet, per ipsam hæresim sponte se separauit à fidelibus, & ab Ecclesia, vt exponunt S. Hieronymus, S. Anselmus, & alij in eum locum, & in quantum hæresis omnem hominem ab Ecclesia separat, cap. Conuentibus. 1. quæst. 7. & cum ex S. Ioanne in 2. sua Epistola, qui non permanet in doctrina Christi, non sit recipiendus, nec aue sit illi dicendum, ne alioqui communicetur operibus illius malignis; etiam Pontifex maximè esset vitandus, si esset Hæreticus, tanquam priuata persona; neque esset recipiendus: quod tamen ex altera parte esse non potest, cum totum regimen, & tota Ecclesiæ administratio ab illo dependeat; nec possit Ecclesia non recipere Papam, aut illum vitare, quando est Papa: sicut nec possunt membra corporis vitare, vel non recipere caput; & impossibile sit, vt vitetur, vel non recipiatur, tanquam priuata persona; & simul non vitetur, & recipiatur tanquam Papa, vt notat Bellarm. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 30. §. Quarta opinio, col. 691. tom. 1. Quare, ne in Ecclesia contingat tantum periculum, & tanta perplexitas; & ne hæresis ab ipso capite, quasi inuitabiliter serpat ad membra; & ne membra per summam monstruositatem teneantur simul vitare, & non vitare communicationem cum capite; ad diuinam prouidentiam omnino spectat, non permittere, vt Papa labatur in hæresim, saltem cum pertinacia, & culpabiliter; non autem solum ex aliqua ignorantia, & sine culpa: quod fortè si admittatur, non habet tantam absurditatem; & minus piè sentit de Deo, & de paternam illius cura, & prouidentia erga Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo, & erga singulos de Ecclesia, quos congregauit de nationibus ad confitendum nomini eius, & vt essent illi in populum acceptabilem, & omnes ipsum agnoscerent, vt verum Deum, si quis asserat, permisit illi hucusque, & permisurum etiam esse in posterum, vt Papa labatur in hæresim, tanquam priuata persona; hoc est, vt Summus Pastor, & Princeps Pastorum euadat lupus, & vt Caput Ecclesiæ, quæ est corpus maximè sanum, & maximè sanctum, labore cancro, eoque pessimo, ac turpissimo, hoc est, hæresi, eamque à capite sinat prosperere ad singula membra: & denique, vt ab illo dependeat Dei oracula, & omnes ad illum accurrant, vt ad Vicarium Dei, & ad interpretem veritatis, ac legis diuinæ, quem omnes debent maximè omnium vitare, ac fugere, tanquam hostem acerrimum Dei, & legis, ac veritatis.

Et quia hæc omnia indigna sunt, quæ dicantur, aut cogitentur de prouidentia, & sapientia, ac bonitate diuina erga Ecclesiam, piissimè, & sanctissimè faciunt Authores citati n. 10. Pighius, Baronius, Hofius, Bellarm. & alij, qui Pontifices hæcenus imputatos de hæresi ex historiis, & Patribus, clarè ostendunt à solis Hæreticis, & solum ex odio catholice veritatis, & fidei fuisse imputatos; & reuera ad hæc vsque tempora nullum fuisse verum Pontificem, & verum successorem Petri, qui simul fuerit verus Hæreticus. Et hinc vterius optimè colligunt, neque etiam id futurum in posterum, imò & absolute non posse Papam errare in fide, aut esse Hæreticum; non solum vt Papam, sed etiam vt priuatam personam: quia sic etiam Aristoteles 1. Celi, text. 2. ex eo probat, celum

in posterum non esse corrumendum, imò & absolute non posse corrumpi, & esse simpliciter incorruptibile: Quia in omni præterito tempore, vt ipse loquitur, & secundum irradiam inuicem memoriam, nihil est transmutatum, neque secundum totum, neque secundum ullam illius partem.

Neque Canones, & Concilia oppositum asserunt, dum asserunt, posse Pontificem iudicari, & redargui, si deprehendatur à fide deuius: siquidem propositiones conditionales, & hypotheticæ nihil ponunt in esse, vt dicitur in Summulis, & possunt esse veræ etiam in materia impossibilibus. Et quemadmodum, si quis dicat, hominem esse insensibilem, si sit lapis, verum dicit; nec tamen dicit, quod sit insensibilis; vel, quod sit lapis: ita & qui dicit, Papam posse iudicari, & redargui, si sit Hæreticus, vel deprehendatur à fide deuius, verum dicit; nec tamen propter eam dicit, quod absolute possit iudicari, vel quod possit esse Hæreticus. Et solum in eodem sensu conditionali, & hypothetico disputant Canonistæ, & Doctores communiter, dum disputant, quo modo Pontifex possit deponi in casu hæresis: & ad summum, si qui asserant, etiam absolute, (vt certè plures asserunt,) quod Papa possit esse Hæreticus, tanquam priuata persona; solum potest probari ex illorum authoritate, & asserione, quod hæc res sit opinabilis, & pro vtraque parte non desint Doctores; non autem quod absolute sit certa pars illorum affirmatiua, & aliorum pars negatiua non sit valde pia, & rationabilis, vt notat Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 7. initio, col. 805. & iam explicauimus.

Quo verò modo conuincantur falsitatis historiæ omnes, quæ asserunt, de facto plures Pontifices fuisse Hæreticos, videri potest apud Authores citatos, Pighium, Bellarm. Baronium, Hofium; & quod aliquando fuerint admixti à Conciliis, & Pontificibus querelæ, & accusationes contra aliquos, solum probat, quod crimen non reputaretur certè, & simpliciter impossibile; non autem quod non reputaretur impossibile piè, & rationabiliter; & quod non esset simpliciter improbabile.

Et quia fides est principium simpliciter primum totius Christianæ disciplinæ; & est quasi caput Christiani hominis, vt habet S. Chrysostomus hom. 34. in Matth. in illa verba: *Esote prudentes, sicut serpentes.* eamque præcipue tentat Diabolus; hinc est, quod Christus Luca 22. specialiter fidem firmavit in S. Petro; non autem charitatem, aut cæteras virtutes: *Roganti pro te, vt non deficiat fides tua.* vt ibi notat Maldonatus ex S. Chrysostomo loco citato, & specialiter fidem confirmet etiam in successoribus S. Petri, quando illos ad id munus assumit, etiamsi non confirmet in illis specialiter gratiam, aut charitatem: quia, scilicet, ex fide maximè pendunt cætera omnes virtutes, sicut & pendent ex capite cætera membra in animali, & ex primis principiis pendent conclusiones in scientiis, ac disciplinis. Et quemadmodum in scientiis, si principia mancant, facile possunt ex illis corrigi omnes errores, ac reparari omnes defectus, qui fortè contingunt circa conclusiones; & illa, si corrumpantur, fiunt defectus, & errores omnino irreparabiles: ita, etsi maneat fides in capite Ecclesiæ, qui est Papa, facile possunt errores corrigi circa alios fideles, sique sunt incorrigibiles, si fides deficiat: & ideo specialiter debet Deus ex prouidentia, quam habet erga Ecclesiam, non permittere, vt Papa labatur in crimen hæresis, etiamsi permittat, vt ex humana fragilitate labatur in alia crimina.

Et eadem ratione non debet permittere, vt occultus Hæreticus eligatur in Papam, vel, si permittat, debet illum per auxilium efficacæ ad fidem reducere:

12. Nec multum vrgent rationes oppositæ.

13. Quis sit Hæreticus, non potest validè dici in Pontifice, vel in Cardinali.

ducere: neque id erit miraculum, cum non excedat communem ordinem prouidentie supernaturalis; & si excedat, non gratis asseritur, & sine necessitate, vt patet ex dictis.

Et ne contingat huiusmodi electio Hæretici in summum Pontificem, bene Deus prouidit, etiam per Bullam Pauli IV. 42. *Cum ex Apostolatus officio.* quæ in veteri Bullario habetur tom. 1. pag. 630. vbi de anno 1558. statuitur inter cætera, quod si vilo vquam tempore apparuerit, aliquem Episcopum, Cardinalem, aut Romanum Pontificem ante eius promotionem, vel in Cardinalem; vel in Pontificem, à fide catholica denuisse, vel in hæresim incidisse, illius promotio, vel assumptio etiam facta de vnanimi consensu omnium Cardinalium sit nulla, & irrita; nec per susceptionem muneris, & consecrationis, aut per subsecutam possessionem regiminis, & administrationis, vel per inthronizationem, adorationem, & præstitam ei obedientiam, & per cuiusvis temporis cursum possit conualescere, aut pro legitima haberi; sed omnia per eum sic electi dicta, facta, gesta, aut inde secuta quæcunque, viribus careant, & nullam prorsus firmitatem, aut ius alicui tribuant; & ipse sic electus, aut assumptus eo ipso, absque aliqua desuper facienda declaratione, sit priuatus omni dignitate, officio, aut potestate; & omnibus, & singulis etiam Cardinalibus, qui prius electioni interfuerint, aut consenserint, & obedientiam illi præstiterint, eumque adorauerint, liceat quodocunque impune recedere ab illius obedientia, & deuotione, eumque, vt magni Ethnici, Publicani, & Hæresarchæ habere, & euitare, inuocato ad hoc, si opus fuerit, etiam auxilio brachij sæcularis, nõ obstantibus quibuscunque aliis constitutionibus, aut ordinationibus, etiam clausis in corpore iuris: quia, nimirum, tanti refert ad bonum commune totius Ecclesiæ, vt Papa, qui est illius Caput, omni ex parte sit fidei rectæ, & orthodoxæ, vt qui ab illa quomodocunque deuiat, hoc ipso sit effectus inhabilis ad Papatum.

Et simile quid statutum fuerat etiam prius, id est, de anno 1505. per Bullam Iulij II. *Cum iam diuino.* & in veteri Bullario tom. 1. pag. 149. contra Papam electum, quomodocunque per simoniam, quod, scilicet, talis electio esset irrita, eique posset sepe opponi, & contra sic electum posset semper excipi: sicut de vera, & indubitata hæresi; & ipse ab omnibus esset semper habendus, tanquam Hæresarchæ; & ideo ipso iure esset priuatus etiam Cardinalatu, & omnibus aliis dignitatibus, & beneficiis, & officiis, & honoribus, & ad omnia perpetuo esset inhabilis, neque electio posset conualescere per subsequentem inthronizationem, aut adorationem, & obedientiam Cardinalium, aut per quæcunque temporis cursum, quod idem de anno 1621. etiam decreuit Gregorius XV. contra Papam aliter electum, quam ipse præscribat Constitutione: *Eterni Patris.* non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus aliis quibuscunque, etiam editis in Conciliis generalibus.

Et per hæc clausulam derogatoriam, quæ apponitur, tam in hac Constitutione contra Papam simoniacum, qui dicitur esse habendus tanquam Hæresarchæ, & esse notandus, sicut de vera, & indubitata hæresi, quam in alia Pauli IV. contra Papam verè notatum de hæresi, videtur derogari decreto illo, quod habetur Clementina 2. *Ne Romani.* §. *Cæterum de elect.* ex Concilio Viennensi anno Domini 1310. quod Cardinales non debeant repelli ab electione Pontificis, siue actiua, siue passiva, per quæcunque exceptionem excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, vt etiam explicat Suarius de cens. disp. 14. sect. 2. num. 19. pag. 269. & Concilio III. Theol. Moral. Tom. II.

stitutioni Alexandri III. in Concilio Lateranensi de anno 1180. quæ etiam refertur cap. *Licer. de elect.* quod electus in Pontificem à duabus partibus Cardinalium, nulla exceptione obstante sit habendus à tota Ecclesia, vt verus Papa: & denique Constitutioni Pij IV. *In eligendis.* de anno 1562. & Gregorij XV. *Eterni Patris.* de anno 1621. quod Cardinales non possint excludi ab electione actiua, vel passiva, prætextu quarumcunque censurarum; & quod omnes excommunicationes, & censuræ ad effectum huiusmodi electionis sint suspensæ. His, inquam, Constitutionibus, & Decretis, & aliis quibuscunque similibus, si quæ sunt, satis derogatur per clausulas derogatorias Constitutionum Iulij II. & Pauli IV. & Gregorij XV. siquidem per vtrasque derogatur generaliter quibuscunque aliis Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam clausis in corpore iuris, & editis in Conciliis generalibus, & per Constit. Iulij II. & Greg. XV. specialiter, & expressè derogatur Constitutioni Alexand. III. & c. *Licer. de elect.* quod loquitur magis generaliter de quacunque exceptione; non autem solum de exceptione excommunicationum, & censurarum, de quibus loquuntur alia Constitutiones; & ideo quidquid sit aliis exceptionibus, exceptio propter hæresim, & propter simoniam, quæ est habenda, tanquam vera, & indubitata hæresis, semper potest, ac debet habere locum; & Hæreticus, vel simoniacus semper est incapax, qui eligatur in Papam; & semper est repellendus, vt bene notat Azorius part. 2. lib. 4. cap. 5. quæst. 7. pag. 259. contra aliquos ex Canonibus, qui oppositum sentiunt. Vnde & inter Bullas, quæ post obitum Papæ in prima Congregatione Cardinalium leguntur, & iurantur seruanda, etiam legitur, & iuratur Constitutio allata Iulij II. vt patet ex Bulla citata Pij IV. *In eligendis.* quod signum est, per nullam aliam esse illi derogatum; sed semper manere in sua vi: & si est incapax simoniacus, tanquam suspectus, & de iure præsumptus Hæreticus, multo magis est incapax, qui est, & fuit Hæreticus verus.

Et quanuis Papa non ex eo, quod esset in se Hæreticus, necessario definiret pro tota Ecclesia suam hæresim, vt credendam de fide; & Deus ex speciali prouidentia bene posset id non permittere, & ipse Papa quoad hoc bene posset sibi cauere, etiã ex humana prudentia, ne contra se, & contra suas definitiones excitaret in Ecclesia turbas, & sequeretur periculo depositionis, & punitiois; moraliter tamen loquendo vix posset accidere, vt in priuatis colloquiis, & sermonibus non effunderet virus suæ infidelitatis, & absolute non posset confirmare Fratres in fide opposita, vt tenetur ex Christi institutione, & præcepto, Lucæ 22. *Confirma Fratres tuos.* & esset miraculum omnino maximè, & supra totum ordinem prouidentie naturalis, si Deus non permetteret, Papam Hæreticum vquam loqui de sua hæresi, & cancerum hæresis in ipso solo consistere, eumque solè depasci, quasi interiùs, & nullo modo prodire exteriùs, & ab ipso ad alios, saltem singulos, quasi à capite ad membra, proferpere; quod tamen miraculum ab iis omnibus, qui piè, & in bonitate de Deo sentiunt, non admittitur; & ne admittatur, valde piè, & valde rationabiliter negatur, quod Papa possit esse Hæreticus, etiam vt priuatam personam, vt iam probauimus.

Quo autem modo res esset gerenda, si foiret contingeret, iuxta oppositam sententiam, vel etiam per impossibile, quod Papa esset Hæreticus; & vtrum esset ipso facto depositus à Papatu, an verò esset deponendus à Cardinalibus, vel à Cœcilio, & quomodo hoc esset cogendū, & quid posset, aut deberet statuere

14. Electio Papa facta per simoniam, est nulla.

tuere in certis casibus particularibus; videri potest apud Suar. disp. 10. de fide, sect. 6. fore per totam, & apud Bellarm. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 30. tom. 1. col. 690.

15. Sed ulterius circa hæc omnia non est omniten- dum id, quod notat Augustinus Triumphus de po- hæc crimina test. Ecclesia, quest. 2. art. 5. & Azor. part. 2. lib. 4. cap. esse ex se no- 5. quest. 7. pag. 259. electionem Pontificis, tunc lo- rioria, & ma- nifesta, & ma- nifesta, ut possit quis propter illa excludi à Papatu in fo- ro Ecclesia.

- 12. Quomodo Hæretici reuerti ab hæresi recipian- tur ab Ecclesia.
- 13. Hæretici obstinati, & impenitentes traduntur bra- chio seculari: & quinam illi sint.
- 14. Hæretici relapsi traduntur brachio seculari: & quinam illi sint.
- 15. Vtrum sit censendum relapsus, qui post abiuratum in specie vnam hæresim, incidit in aliam.
- 16. Non potest quis censeri relapsus, nisi abiurauerit iudicialiter.
- 17. Neque est satis, si abiurauit solum, ut suspectus de leui; sed debet abiurasse saltem ut suspectus de vehemens.
- 18. Qui est solum relapsus in fantoriam Hæreticorum, vtrum sit puniendus, tanquam relapsus simpli- citer.
- 19. Si fantoria solum fuit in re leui, non potest quis censeri ut relapsus simpliciter.
- 20. Et idem est, si fuit in re graui.
- 21. Si relapsus sponte compareat, & verè poeniteat, vtrum sit audiendus, & poena mortis sit illi con- donanda.
- 22. Ex Constitutionibus pontificiis sunt aliqui punien- di, tanquam relapsi, etiam post primum lapsus.
- 23. Prælati ecclesiastici, & Principes laici, si incidant in hæresim, vel in schisma, sunt statim habendi tanquam relapsi.
- 24. Hæresiarcha, & Dogmatizantes, vtrum sint habendi tanquam relapsi: & quinam illi sint.
- 25. Hæresiarcha non sunt recipiendi de facili, & sine magna consideratione.
- 26. Qui Reges, & Principes inducunt in hæresim, non sunt recipiendi.
- 27. Propter immanitatem facinorum licitum est ali- quando in poenis recedere à communibus le- gibus.
- 28. Certiora signa vera conversionis pro Hæresiar- chis sunt illa ipsa, qua sunt signa verè humi- litatis.

1. Quid explicata cum Sancto Thoma 2. 2. quest. 11. art. 1. & 2. ea, quæ pertinent ad naturam, & causas hæresis, agendum est cum eodem art. 3. de tolerandis, vel non tolerandis, sed puniendis Hæreticis. Et breuiter con- clusio est, quod quantum est ex crimine heresis, cuius- que malitia, & grauitate, dignissimi sunt Hæretici, vt non modò statim puniantur per poenas spiritua- les, & per excommunicationem ab Ecclesia sepa- rentur; sed etiam vt puniantur per poenas tempora- les, & corporales, & per mortem de mundo tollan- tur; quantum verò est ex parte Ecclesiæ, cuiusque mi- sericordiæ, quam habet communiter ad conuersio- nem errantium, dignissimi sunt, vt etiam illorum mi- fereatur, & non statim illos condemnet: sed semel atque iterum, prius benignè admoneat, & corripiat; & tunc deinde per excommunicationem separet à communione fidelium, & insuper tradat Iudicio sæ- culari totaliter separandos à mundo per mortem, quando illos adhuc inuenerit pertinaces, & obstina- tos in crimine: si enim fallarij, qui fallant pecunias, per quas subuenitur vsibus vitæ, & alij malefactores, & criminosi statim per Iudices, & Principes sæcu- lares morti traduntur; multò magis Hæretici, qui fallant fidem, per quam habetur vita animæ, pos- sunt statim puniri, & occidi, quando de hæresi conuincuntur. Et quantum Ecclesiæ pro communi misericordia erga errantes, non statim illos condem- net; quando tamen post vnam, aut alteram admoni- tionem, & correptionem, non amplius sperat de il- lorum conuersione, iuste prouidet periculo aliorum,

1. Hæretici pos- sunt iuste pu- niri, etiã po- na mortis.

DISPUTATIO XXXVIII.

De iis, quæ pertinent in vniuersum ad punitionem Hæreticorum.

- 1. Hæretici possunt iuste puniri etiam poena mortis.
- 2. Neque in contrarium facit parabola de zizaniis non eradicandis.
- 3. Crimen hæresis est maximè noxium bono communi.
- 4. Punio Hæreticorum est utilis alijs.
- 5. Et ipsi etiam Hæretici, qui puniuntur.
- 6. Etiam coactio Hæreticorum ad fidem resumen- dam, & retinendam, est licita.
- 7. Neque propter eam fides non est libera libertate phy- sica, & naturali.
- 8. Quomodo præcepta, & obligationes humana pos- sint esse de supernaturalibus, qua dependent à li- bera, & gratuita voluntate Dei.
- 9. Punio Hæreticorum est licita per quasunque poenas, etiam per mortem corporalem.
- 10. Et Christus Dominus non negauit Ecclesiæ pote- statem occidendi Hæreticos.
- 11. Quantum Ecclesiæ non semper sit usatali pote- state.

etiamque punit, etiam tradendo brachio seculari oc- cidendos, vt sic refecentur carnes putridæ, & to- tum corpus non putrescat; & sic repellantur à cau- lis oues scabiosæ, & non corrumpatur totus grex; & sic opprimatur statim scintilla, & non ardeat tota domus, totamque ciuitatem, aut totum Orbem flamma populetur, vt dicitur cap. Refecandis. 24. quest. 3. ex Sancto Hieronymo ad Gal. 5. in illa verba: Medicum fermentum totam massam corrumpit.

2. Neque obstat id, quod habetur Matth. 13. quod zizania non sunt eradicanda, sed sinenda sunt cres- cere vsque ad messem, ne alioqui eradicetur cum eis etiam triticum: si enim per zizania intelli- gantur Hæretici, vt volunt multi ex Patribus apud Suar. disp. 23. de fide, sect. 1. num. 1. tunc solum non sunt eradicandi totaliter per mortem, quando periculum est, ne simul eradicetur etiam triticum, & subuertantur plures ex fidelibus, vt habet Sanctus Chrysostomus hom. 47. in Matth. tom. 2. id est, quando hæresis tales habet defen- sores, vt probabiliter possit per illòs schisma contin- gere, vt habet Sanctus Augustinus contra episto- lam Parmeniani, lib. 3. cap. 2. tom. 7. & apud Sanctum Thomam 2. 2. quest. 10. art. 8. ad 1. Si verò alicuius hæresis ita sit nota, vt omnibus simul appareat execrabilis; vel si non habeat tales defen- sores, ex quibus schisma, aut graue aliud malum potest timeri in Ecclesia; & idè non sit pericu- lum, ne simul cum zizania eradicetur etiam tri- ticum; optimum est, vt puniantur, & etiam per mortem profus tollantur, & eradicentur Hæretici, vt habet Sanctus Augustinus, & Sanctus Thomas locis citatis, & quest. 11. art. 3. ad 3. Et in hoc sen- su est interpretandum id, quod habet Sanctus Chrysostomus homil. 47. cit. in Matth. & quod olim tenuit idem Sanctus Augustinus, vt ipse refert epi- stola 48. ad Vincentium, non longe ab initio, tom. 2. per illam parabolam, & responsum Christi Do- mini non esse prohibitam quancunque punitionem Hæreticorum, verbi gratia, per excommunicationem, qua reuera non est eradicatio sed correptio, & disciplina, cap. Notandum. 24. quest. 3. vt, scilicet, spiritus saluus fiat in die Domini, vt loquitur Sanctus Paulus 1. Corinth. 5. sed esse prohibitam occisionem, qua est totalis eradicatio: vt enim di- ximus, hæc etiam eradicatio tunc solum debet cen- feri esse prohibita, quando est periculum, ne simul cum zizania eradicetur etiam triticum, non autem si eorò sit spes, quod illius eradicatio sit futura solum purgatio, & liberatio, & assecuratio tritici. Et reuera in hac parabola intentio Christi non est, vt solum loquatur de Hæreticis; sed loquitur vniuer- saliter de peccatoribus, & de malis hominibus, qui in hac vita sunt permixti cum bonis: & quod ibi allerit de colligendis tempore messis zizanijs, iisque alligandis in fasciculos ad comburendum, & de tritico congregando in horreum, declarat ipsemet eodem cap. 13. dum subdit: Agrus est mundus: ziza- nia sunt filij nequam; messis est consummatio sæcu- li: messores sunt Angeli. Et sicut colliguntur ziza- nia, & igni comburuntur: sic mittet Filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scan- dalosa, & eos, qui faciunt iniquitatem; & mittent eos in caminum ignis. Vnde, quemadmodum ex hac parabola non potest probari vniuersaliter, quod om- nes mali sint tolerandi, & nulli sint puniendi: sic nec potest id probari de Hæreticis, vt notat Suar. disp. 23. sect. 1. num. 8.

2. Neque in contrarium facit parabola de zizaniis non eradicandis.

Quare, nullo modo sunt admittendi, imò & cum modo sunt damnandi errores illi, quos refert Beatus Theobaldus, Moral. Tom. 11.

Suar. disp. 20. sect. 3. num. 1. & 3. quod vnusquis- que sit relinquendus, vt viuat in sua fide, & ne ra- tionibus quidem, aut argumentis sit agendum cum aliquo, dummodo dicat se credere in Christum, & saltem Symbolum, & Scripturam admittat, vt vo- luit quidam Apelles apud Eusebium lib. 5. Histo- ricæ, cap. 13. & apud Nicephorum lib. 4. cap. 29. & quod saltem non sit aliquis poenis cogendus, siue spiritalibus, siue temporalibus, vt fidem retineat: sicut nec cogitur, vt primò illam recipiat, & admit- tats; sed fides semper debet esse libera, & nunquam coacta, vt olim voluerunt Donatistæ apud Sanctum Augustinum lib. 1. contra ep. Parmen. cap. 7. & episto- la 50. ad Bonifacium, & pluribus alijs locis; & postea voluerunt Vicleffus, & Ioannes Hus in Concilio Constantiensi sess. 8. & 15. & Lutherus apud Roffen. art. 33. contra Lutherum. Et contra hos errores pluri- bus agunt Roffen. loco citato. Castr. lib. 2. de iustis Hæreticorum punitione. Bellarm. tom. 2. lib. 3. de laicis, cap. 21. & 22. Farinac. de hæresi, quest. 189. Suar. disp. 20. de fide, sect. 3. citata, & alij: licitum enim sine dubio est in omni Republica bene instituta punire delicta, & ea præsertim, quæ sunt noxia bono publico. Vnde & 2. Petri cap. 1. dicuntur Principes maxime esse ad vindictam malefactorum: & ad Rom. 13. esse Dei Ministri, & vindices iis, qui malè agunt: & talis est maxi- mè hæresis, per quam non solum peccatur in Deum, cuius authoritati non creditur; sed etiam in totam Ecclesiam, quæ oppositum assertens, erra- re ab ipsis dicitur, & mentiri, & à qua per hæresim fit separatio: & denique peccatur contra omnes fide- les propter easdem rationes: vnde & in Iure civili L. Manichæos. C. de Hæret. vniuersaliter dicitur, quod in omnium fertur iniuriarum id, quod com- mittitur in Religionem diuinam: & à Christo Do- mino Ioannis 10. Hæretici dicuntur esse fures, & latrones, vt ibi exponit Sanctus Augustinus tract. 45. & Altorum 20. & Matth. 7. dicitur esse lupi rapaces, vt exponit S. Ambrós. lib. 7. in Lucam, cap. 10. & idè qua ratione latrones, & fures licitè puniuntur, & lupi licitè occiduntur, & arcentur à grege; ita & Hæretici.

3. Crimen hære- sis est maxi- mè noxiu bono communi.

Cum præsertim id maximè postulet illa etiam ratio, quæ desumitur ex bono aliorum: nam alio- qui impunitas Hæreticorum faciliè præbet similem audaciam sectandi hæresim etiam alijs, siquidem id, quod dicitur generaliter cap. Vt fama. de sentent. excommunicat. quod maximè interfit publicæ utili- tatis, vt crimina non remaneant impunita: quia alioqui, qui sunt nequam, facile sunt nequiores propter audaciam impunitatis, specialiter valet in crimine hæresis, quæ 2. ad Timotheum cap. 2. dicitur serpere, vt cancer, qui citò inficit; & corrumpit to- tum corpus, nisi carnes putridæ refecentur: & ex S. Hieronymo ad Gal. 5. est vt scintilla, quæ flammam concipit; & nisi opprimatur, & extingatur, faci- lè omnia depopulatur, vt diximus paulo ante ex cap. Refecandis. 24. quest. 3.

4. Punio Hæreticorum est utilis alijs.

Et denique id etiam postulat Christiana charitas erga ipsos Hæreticos, qui metu poenæ sæpè reuertuntur, & retinentur ab hæresi; & sæpè vexatio dat illis intellectum, vt resipiscant: & idè ex Sancto Augustino epistola 50. ad Bonifacium, & epistola 48. ad Vincentium, tom. 2. leges Catholi- corum contra Hæreticos sunt magis pro illis, quam contra illos: quia multi per illas correcti sunt, & quotidie corriguntur: & vt habet idem Sanctus Augustinus lib. 2. retr. etar. cap. 5. idè quondam ipsi non placuerunt, compulsionem, & punitionem Hæreticorum, & Schismaticorum: quia nondum erat expertus;

5. Et ipsi etiam Hæretici, qui puniuntur.

expertus, quantum mali operaretur in aliis eorum impunitas, & quantum boni pro eis mutandis in melius, possit conferre diligentia disciplinæ.

Atque ex his potest intelligi, quemodo sit licita etiam coactio Hæreticorum per pœnas, vt ad fidem redeant, & in illa permanent: quia enim eadem actio materialiter est simul punitio commissi criminis, & simul coactio, ne amplius committatur, & solum distinguuntur ratione finis, qui in punitioe est vindicta peccati iam commissi, & quasi præteriti, & in coactione est emendatio, & resipiscencia in futurum, impossibile est, vt non sit licita Hæreticorum coactio, quando est licita Hæreticorum punitio, vt notat Suar. *disp. 20. sect. 3. num. 9.* cum hæc circumstantia noui finis, id est, emendationis, & resipiscencie in futurum, quæ vltierus intenditur per illam actionem, vt est coactio, non sit in se mala; & idem non possit reddere malam, & vitare eandem actionem, vt est punitio.

Et quanuis fides, tam quoad primam receptionem, quam quoad retentionem, & perseverantiam, vel etiam quoad resumptionem, & resipiscenciam debeat esse libera per libertatem physicam, & naturalem, quæ solum tollitur per physicam violentiam, & per necessitatem agendi inductam extrinsecus, passio ipso nihil conferente, vt patet ex *3. Ethic. cap. 1.* & explicatur in materia de voluntario, & inuoluntario; non tamen requiritur, vt sit libera per libertatem moralem, quæ etiam tollitur in aliquo sensu per obligationem præcepti, & legis superioris, & præsertim si fiat sub comminatione grauioris pœnæ, vt bene notat Suar. *disp. 20. sect. 3. cit. num. 17.* Et cum humana voluntas non possit pati physicam violentiam, & coactionem primo modo; bene tamen potest pati violentiam, & coactionem moralem secundo modo: & quod infideles eam non patiantur ab Ecclesia, vel per vllas leges humanas quoad primam receptionem fidei; sed solum per leges diuinas, quibus statuitur Marc. 16. *Qui non crediderit, condemnabitur.* solum est, quia in illos ante Baptismum, & ante fidei receptionem non habetur potestas, & iurisdicctio humana, nisi ad prædicandum; cum tamen post fidem, & post Baptismum susceptum, etiam habeatur ad obligandum, & ad puniendum; & sic obligentur, & puniantur Hæretici, vt in fide permanent, & vt fidem reallumant. Neque obstat, quod non videatur posse cadere sub humanam obligationem, & coactionem, quod solum est donum Dei, & quid supernaturalis, & solum dependens à gratuita illius voluntate: quia enim Dei gratia, & auxilium ad credendum paratum est omnibus, & solum per ipsos stat, si desint gratiæ, & nolint credere; idem rectè cadit sub humanam obligationem, & coactionem, vt omnes credant, hoc est, vt Dei gratiæ non resistant, vt subdit Suar. *n. 17. cit. in fine.*

Et hæc punitio Hæreticorum non solum potest esse per pœnas spirituales, quales sunt, verbi gratia, censure, & irregularitates, & priuationes beneficiorum, & inhabilitates ad honores, & ad munera ecclesiastica; sed etiam per temporales, quales sunt, confiscatio bonorum fortunæ, & inhabilitatio ad honores temporales; & etiam per corporales, qualis est, verbi gratia, carcer, quando imponitur per sententiam, & post cognitam causam, & crimen probatum; non autem quando solum adhibetur ante sententiam, vt medium necessarium ad causam examinationem, & cognitionem, & solum ad custodiam præsentis rei;

exilium, & relegatio, vel deportatio, quæ dicuntur mors ciuili, & æquiparantur in quamplurimis morti naturali, damnatio ad trêmes, fustigatio, seu flagellatio, & ipsum etiam supplicium vltimum, quæ est pœna mortis; nam, quemadmodum alia crimina licet puniuntur his omnibus pœnis, prout respectiue meruerit cuiusque grauitas, & ratio pœnæ in vniuersum potest consistere in qualibet priuatione cuiuscunque boni, quæ potest alicui inferri extrinsecus, & contra ipsius voluntatem; non autem est necessariò determinata ad vnum aliquod genus bonorum: ita & crimen hæresis, quod est maximum, & grauissimum, licet potest puniri his omnibus pœnis.

Et quanuis in Euangelio Christus Dominus nihil expresserit de Hæreticis occidendis; satis tamen est, si contra id non prohibuit: & præterea dum illos appellauit fures, & latrones, *Ioann. 10.* & lupos rapaces, *Matth. 7.* & *Luca 20.* satis indicauit, eodem modo eos esse tractandos, & puniendos, quo in ciuitatibus bene constitutis tractantur, & puniuntur fures, & latrones; & quo à pastribus, & custodibus omnium tractantur lupi, id est, etiam morte, & vltimo supplicio. Et cum ita postulet conseruatio totius corporis Ecclesiæ, ne aliqui tanquam cancer continuò serpent, & alios inficiant, & corrumpant, tollendi omninò sunt etiam per mortem de mundo, neque Christus, qui suæ Ecclesiæ non deficit in aliis necessariis, dici debet defuisse in hoc, & potestatem tollendi, & occidendi Hæreticos illi non reliquisse, vt notat Suar. *disp. 23. sect. 1. n. 3. & 8.*

Et cum Ecclesia hanc potestatem semper habuerit; primis tamen temporibus non consuevit punire Hæreticos pœna mortis; vel, quia Imperatores, & Iudices, qui illam exequerentur, non habuit sibi satis addictos; vel, quia voluit mitius cum illis agere: quovsq; tandem experientia didicit, mansuetudinem, & bonitatem Hæreticis minus prodesse; & pœnas spirituales, aut leuiore temporales non sufficere: & idem esse opus corporalibus, & grauioribus, vt idem subdit *n. 9.* Et in hoc sensu locuti sunt etiam aliqui ex Sanctis Patribus, dum reprehenderunt punitioem Hæreticorum per mortem, vt *suprà* diximus *num. 1.* de Sancto Chrylostomo, & *num. 5.* de Sancto Augustino.

Quo autem modo agat Ecclesia cum Hæreticis; si resipiscant, & reuertantur ab hæresi, rectè explicat Sanctus Thomas 2. 2. *quæst. 11. art. 4.* & quod pto est extendenda, non solum ad amicos; sed etiam ad inimicos, vt persequentres; usque bonum non solum est volendum; sed etiam operandum bonum spirituale, & salus animæ, quam per se, & principaliter respicit charitas: nunquam Ecclesia non impendit Hæreticis ad fidem resipiscantibus, & reuertentibus, & quantumcunque relapsi fuerint, semper recipit illos ad penitentiam, usque impendit viam salutis, & semper illos absoluit sacramentaliter: & hoc est satis, vt Ecclesia verè dicatur nunquam claudere suum gremium ad se redeuntibus, cap. *Si quis omnem. 1. quæst. 7.* & *l. fin. Cod. de Summa Trinitate, & fide catholica,* vt bene explicatur cap. *Super eo. de Hæret. in 6.* & notat ibi Glossa, & ex illa Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 14. quæst. 7.* bonum vero temporale, & corporale, quod charitas solum respicit secundariò, & in ordine ad salutem, & ad bonum spirituale, tunc non impendit, quando potest impedimento esse ad salutem, vel ipsorum Hæreticorum resipiscenciam, vel aliorum: quia in tali casu non modò non tenetur Ecclesia ex charitate talis boni illis impendere, sed contra tenetur

10. Et Christus Dominus non negauit Ecclesie potestatem occidendi Hæreticos.

11. Quanuis Ecclesia non sit per se vltima potestatis.

12. Quomodo Hæretici reuertentes ab hæresi recipiuntur ab Ecclesia.

netur postiuè non impendere, sicut & tenetur postiuè præferre bonum spirituale bono temporali, & bonam publicum bono priuato. Atque hoc modo præcipitur cap. *Ad abolendam. de Hæret.* vt non solum tradantur, aut relinquuntur brachio sæculari, debita animaduersione puniendi illi Hæretici, qui sunt obstinati in sua hæresi, eamque publicè non abiurant; sed etiam, qui post hæresim abiuratam deprehendantur in illam recidisse: quia, scilicet, rectè Ecclesia habet suspectam illum conuersionem; & satis habet, si semel per primam fuerit decepta, vt dicitur in Concilio Narbonen. *cap. 12.* Et cum, qui secundò labitur, rectè præsumit, quod priùs non fuerit verè conuersus; & ex lure communi *L. Nemo. §. His ergo. C. de Episcop. audien. remissionem veniæ non habent crimina, si plusquam semel sint commissi:* & ita postulat commune bonum, ne alioqui per huiusmodi Hæreticos obstinatos, aut relapsos alij inficiantur, usque detur occasio securius labendi in hæresim, dum vident etiam relapsos euadere sine pœna, cum sit verissimum id, quod dicitur Ecclesiasticis *cap. 8.* quod *filij hominum absque timore peperunt mala, quando non profertur cito sententia contra malos.* Et idem habetur cap. *Excommunicamus. §. Damna. eod. tit.* ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. & *cap. Super eo. & cap. Accusatus. eod. tit. 6.* Vtrum etiam in aliquo casu recipi possint, aut debeant relapsi, & saltem pœna mortis possit illis condonari, id est, saltem quando sponte veniunt, & comparent post relapsum, & verè penitentem iterum implorant misericordiam, & charitatem Ecclesiæ, dicitur *infra* *n. 21.*

Pro Hæreticis verò non relapsis, quod debeant misericorditer recipi, si ex animo conuertantur, expressè facit idem cap. *Ad abolendam. de Hæretic. & cap. De officium. eod. in 6.* & perpetua consuetudo, & traditio Ecclesiæ ex Concilio Nicæno *cap. 8.* & ex aliis Conciliis antiquissimis apud Sarnacium *tracl. de hæresi. quæst. 1. 92. n. 2.* & apud Azor. *disp. 23. sect. 2. cit. n. 13.* qui etiam *numeris sequentibus* rectè explicat, quomodo sit faciendâ hæc receptio, & quæ pœnæ sint imponendæ huiusmodi Hæreticis reuertentibus, & penitentibus.

Neque ex eo, quod in foro, & iudicio Dei semper Hæretici recipiantur, & quantumcunque relapsi semper ad penitentiam admittantur, & pœna iustè commerita illis remittatur, sequitur, quod idem semper sit faciendum etiam in foro, & iudicio Ecclesiæ, quod similiter *Deiur. 1.* dicitur esse iudicium Dei: vt enim notat Sanctus Thomas 2. 2. *quæst. 11. art. 4. cit. ad 1.* forum Ecclesiæ idem non potest, quoad hoc, imitari iudicium Dei; quia Deus scrutator est cordium, & bene cognoscit, qui verè, & ex animo ad fidem redeant, & hæresim deponant: & his tantum in suo iudicio verè ignoscit, non autem aliis, cum tamen Ecclesiæ id non possit certò constare: & idem sæpè nitatur præsumptionibus, & secundum illas iudicium ferat, etiam de relapsis, quos ex hoc ipso, quod deprehendit esse relapsos, & hæresim semel depositam, & abiuratam, iterum suscepisse, præsumit, quod non ex animo reuertantur ad fidem; & hanc habet tantquam præsumptionem iuris, & de iure, contra quam regulariter non admittit probationem, vt notat Pagna in *Directorium Inquisit. part. 2. com. 83. §. Altera.* ex cap. *Afferre. de præsumpt. & com. 80. §. Nec contra hanc.* ex cap. *Is, qui. de sponsal. & cap. Quanto. de præsumpt.*

Quod si quæras, quis Hæreticus sit censendus obstinatus, aut relapsus; & idem tradendus brachio Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

sæculari, iuxta cap. *Ad abolendam. de Hæret. Respondeo,* non solum illum, qui impudenter confitetur, se dissentire ab Ecclesia in articulis fidei, & ab Inquisitoribus sufficienter admonitus, & instructus semper est pertinax, vt omnes docent apud Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 13. §. Vltima pœna.* & apud Suar. *disp. 23. sect. 2. num. 3.* & apud Pagnam in *Directorio Inquisit. part. 2. com. 65.* sed etiam illum, qui hæresim non confitetur, de qua est conuictus, & non vult resipiscere, & abiurare, & Ecclesiæ satisfacere: qui propriè dicitur Hæreticus impœnitens, vt subdit Suar. *num. 5.* Et illum, qui est diminutus in confitendis suis erroribus, & aliquos cõfiteatur, & aliquos negat; cum tamen de omnibus sit conuictus, vt subdit *num. 60.* Et denique illum, qui confitetur suos; sed negat alios, & non vult detegere complices, & socios criminis, de quibus similiter est conuictus, quod illos sciat, cum etiam hic præsumatur impœnitens, & non bene conuersus, dum fouet hæreses, & fauet Hæreticis in causa hæresis; & idem ex Ilyo, & præxi Inquisitorum meritò traditur brachio sæculari ex eodem Suar. *n. 6. cit.*

Relapsus verò, qui similiter traditur brachio sæculari iuxta cap. *Accusatus. de Hæret. in 6.* is est, qui conuictus de errore contra fidem, vel de illo vehementer suspectus, eum semel abiurauit; & postea in illum recidit: & qui generaliter abiurauit omnes errores contra fidem, & postea in aliquem recidit, vt subdit Suar. *n. 8.* ex cap. *Accusatus.* cit. vbi hæc expressè habentur: *Et qui post hæresim abiuratam, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur factio, aut verbis communicat eum Hæreticis, eosque recipiat, deducit, visitat, siue associat, aut donat, vel munera is donat, vel mittit, siue fauorem eum impendit, qui excusari non possit.* Qui enim hæc facit, meritò iudicatur relapsus: quia non est dubium, quod faciat ex consequentia erroris prius à se approbati, vt expressè habetur cap. *Accusatus.* cit. §. *Ille quoque.* Atque ita in tribus casibus potest quis esse relapsus, id est, quando crimine hæresis non plenè probato, hæresim in iudicio abiurauit, tanquam de illa vehementer suspectus, cap. *Accusatus.* cit. *initio.* Quando incidit specialiter, & determinatè in vnam hæresim; & tamen generaliter, & simpliciter hæresim abiurauit, & postea recidit in quancunque aliam, cap. *Accusatus.* §. *Eum verò.* Et quando conuictus de vna hæresi, eam abiurauit, & postea dicto, vel facto cum Hæreticis communicauit, usque fauit modo explicato, ex cap. *Accusatus.* cit. §. *Ille quoque.* de quibus videri potest Directorium Inquisitorum *part. 2. quæst. 40. n. 3. & seqq. & quæst. 58. per totam.* & Pagna *ibidem.* *com. 65. & com. 83.* & Azor. *part. 1. lib. 8. cap. quæst. 2.* Vtrum autem sit censendus relapsus etiam ille, qui post abiuram non in specie vnam hæresim, incidit in aliam; non constat apud Doctores: & aliqui affirmant, & alii qui negant, vt videre est in Directorio Inquisit. *part. 2. quæst. 40. cit. num. 5.* & apud Suar. *eod. num. 8.* & apud Azor. *part. 1. cap. 14. quæst. 1.* Et pro parte affirmatiua facit ratio: quia omnes hæreses, in quantum sunt infidelitates, & habent malitiam contra fidem, & sunt iniuriosæ Ecclesiæ, non differunt, nisi numero: & idem est crimen, siue reincidatur in vnam, & eandem materialiter, siue in diuersam; & tam est censendus incorrigibilis in materia fidei, qui non corrigitur circa omnes articulos, quam qui non corrigitur solum circa vnum determinatum. Et quemadmodum abiuratio vnius erroris est virtualiter abiuratio omnium, & generalis promissio non amplius recedendi ab Ecclesia: ita & lapsus in alium

Hæretici obstinati, & impœnitentes traduntur brachio sæculari: & quinam illi sint.

14. Hæretici relapsi traduntur brachio sæculari: & quinam illi sint.

15. Vtrum sit censendus relapsus, qui post abiuram incidit in aliam.

6. Etia coactio Hæreticorum ad fidem reasumendâ, & retinendâ, est licita.

7. Neque potest fieri à fides non est libera libertate physica, & naturali.

8. Quomodo præcepta, & obligationes humana possint esse de supernaturalibus, que dependent à libera, & gratuita voluntate Dei.

9. Punitio Hæreticorum est licita per quascunque pœnas, etiâ per mortem corporalem.

13.

errorem; est quasi relapsus, & reincidentia in eundem, & iteratus recessus ab Ecclesia. Pro parte verò negatiua facit textus cit. ex cap. *Accusatus. de Hæret. in 6.* vbi dicitur, quod *accusatus de hæresi, vel suspectus, contra quem de hoc crimine orta est magna, & vehemens suspicio, quadam iurii fisione censeri debet relapsus, si hæresim in iudicio abiurauit, & postea commisit in ipsa, etiamsi ante abiurationem non sit crimen plene probatum contra ipsum.* Et §. *Eum verò.* statim subditur, quod, *qui in una hæresi specie, vel secta commisit, vel in uno fidei articulo, aut Sacramento Ecclesia errauit, & postmodum hæresim simpliciter, vel generaliter abiurauit, si ex tunc in aliam hæresim speciem, siue sectam, aut in alio articulo, seu Sacramento committat, est indicandus, tanquam relapsus.* Nam ex §. 1. notandum est illud verbum, *si postea commisit in ipsa;* per quod significatur determinatè ille esse relapsus, qui recidit in eandem hæresim; neque esse satis, si incidit in aliam. Et ex §. 2. notandum est illud aliud: *Si hæresim simpliciter, vel generaliter abiurauit.* per quod significatur, quod non est satis, si solum in specie, & determinatè abiurauit hanc hæresim; non autem simpliciter hæresim, vel generaliter omnem hæresim. Et primam opinionem nimis rigorosam appellat Directorium Inquisitorum *part. 2. quest. 40. cit. n. 5. & Pegna ibidem, com. 65. in fine,* perspecta verborum proprietate ait, eam esse minus veram, etiamsi alio, qui debeat præualere considerata æquitate, & natura hæresim, quæ inuicem sunt connexæ. Et quanuis habeant diuersas facies; habent tamen caudas ad inuicem colligatas, & semper de vanitate conueniunt in id ipsum, id est, in destructionem fidei, & autoritatis Ecclesiæ, cap. *Excommunicauimus. 1. & 2. de Hæret.* & idem asserit etiam Suar. *sect. 3. num. 8. cit.* quod, scilicet, sit standum verbis textus, & absolute sequenda secunda opinio; etiamsi attenda ratione sit valde probabilis etiam prima. Sed rectè addit ex eodem Pegna, quod de hac re non est magnoperè laborandum, cum in praxi hæc questio non habeat locum; siquidem hoc tempore, qui ab hæresi reuertuntur, abiurant generaliter omnem hæresim; non autem specialiter, & determinatè illam solum, in qua fortè specialiter deliquerunt, vt etiam notat Simanchas *de cathol. instr. tit. 1. num. 12. & Suar. disp. 23. sect. 3. n. 8. cit. & Azor. part. 1. lib. 8. cap. 14. quest. 2.*

16. Ex his verò omnibus potest intelligi, quod ad hoc, vt quis dicatur relapsus in hæresim, & sit tradendus brachio seculari absque vlla penitus audientia, non est satis, si in eandem, vel in diuersas hæreses iterum, ac sæpius sit relapsus quomodocunque, & iterum, ac sæpius priuatim respicit, ac penituerit; sed requiritur, vt inter huiusmodi lapsus intercesserit abiuratio, vel solennis aliqua penitentia, aut purgatio canonica iudicialiter facta, vt patet ex cap. *Accusatus. cit. de Hæret. in 5.* vbi semper fit mentio de abiuratione: & sic notat ibi Anchar. & Castr. *lib. 2. de iusta Hæreticorum punit. cap. 2. & Simanchas de cathol. instr. tit. 57. num. 2. & seqq. & Pegna in Directorio Inquisitorum, part. 2. com. 83. §. Obseruandum est autem. & Azor. part. 1. lib. 8. cap. 14. quest. 1.* Et certè subdit contra eundem Anchar. *ibidem,* & contra aliquos alios, non esse satis, si abiuratio intercesserit ex suspicione tantummodo leui, aut modica; sed requirit, vt intercesserit saltem ex suspicione de vehementi, cum id expressè habeatur cap. *Accusatus. cit. vers. Si autem leuis.* & patet ex Bulla Alexandri IV. *Quod super nonnullis.* ex qua est desumptum dictum cap. *Accusatus.* & ita postu-

17. Neque est satis, si abiurauit solum vt suspectus de leui, sed debet abiurasse saltem vt suspectus de vehementi.

let Ecclesiæ charitas, & misericordia, & sic habeat vsus sacræ Inquisitionis, vt non eodem modo agatur cum eo, qui abiurauit solum de leui. Et quanuis hic grauius possit puniri; non est tamen puniendus tanquam relapsus; & statim tradendus brachio seculari, vt etiam dicitur in Directorio Inquisit. *quest. 58. num. 3. in fine.*

Vtrum autem hæc, quæ dicuntur de relapsis in hæresim, intelligi debeant etiam de relapsis in fauoriam Hæreticorum, siue eandem, siue diuersam, id est, de illis, qui fauerunt Hæreticis, vel impediuerunt sanctum Officium, ne contra illos procederet, & propter huiusmodi fauoriam fuerunt etiam ipsi vehementer suspecti de hæresi, & dictam fauoriam iudicialiter abiurauerunt; & postea iterum in eandem, vel in diuersam reincidit; non est clarum, & expressum in iure, vt dicitur in Direct. Inquisit. *part. 2. quest. 58. num. 7.* & idè si casus occurrat, consulendus est Papa, vt ibi subditur; nam cap. *Accusatus. §. Ille quoque. de Hæret. in 6.* vbi statuitur etiam ille esse habendus, & puniendus, tanquam relapsus, qui factò, vel verbo communicat cum Hæreticis, eisque fauet; expressè loquitur in eo casu, in quo huiusmodi fautor est lapsus, etiam ipse, in aliquam hæresim, eamque particulariter abiurauit; non autem si abiurauit propter solam fauoriam, neque aliter constitit contra illum de lapsu in hæresim, vt notat Pegna *ad questionem 58. cit. com. 83. §. Qui ergo fauoriam, pag. 387. & Azor. lib. 8. cap. 14. cit. quest. 3. & patet ex Bulla cit. Alexandri IV. & diximus paulò ante, num. 14.*

19. Et si loquamur in casu solius, & paræ fauoriam certum est ex eodem *ibidem,* quod non est habendus, & puniendus quis vt relapsus, si solum leuiter, & in re non magni momenti fauit Hæreticis; sed questio est solum de illo, qui fauit insigniter, & iuxta modos enumeratos in Concilio Narbonensi *cap. 14. 15. & 16. & relatos ab eodem Pegna part. 2. com. 78. ad quest. 53. §. Lam si nosse capis, pag. 375. in fine.* Et de hoc quanuis sint diuersæ sententiæ; tutior tamen ex eodem Pegna *com. 83. cit. pag. 388.* est illa ipsa, quæ est mitior, & quæ absolute negat, cum esse habendum, & puniendum, vt absolute relapsus; & pro hac sententia expressè facit Concilium Tarraconense, ex quo excepta aliqua pro Officio sacræ Inquisitionis habentur in Directorio *part. 2. pag. 220.* Et inter cætera pro relapsis in fauoriam; statuuntur certæ penitentia solennes, ac publicæ: non autem fit mentio de illis tradendis brachio seculari, vt videtur in Directorio *cit. pag. 222. initio.* Et præterea facit ratio: quia fauoria, quanuis faciat vehementer suspectum de hæresi, non tamen probat hæresim, aut de illa certò conuincit, cum possit provenire ex affectu ad personam; non autem ad hæresim: imò & cum expressa detestatione hæresis; vt si quis faueat, verbi gratia, filio, aut amico Hæretico. Et generaliter certum est ex l. *Absentem. ff. de penis.* quod ex solis suspitionibus non debet quis damnari, cum satis sit relinquitur facinus impunitum nocenti, quam damnari innocentem; & idè ex Bart. *ibidem,* & Doctoribus communiter apud Less. *lib. 2. cap. 29. n. 169.* delicta, vt puniantur, debent esse omninò clara, & luce ipsa meridiana clariora; & per consequens etiã relapsus, vel reincidentia in hæresim, vt puniatur, debet esse omninò probata. Et tamen, certum est, quod non potest certò probari, esse relapsus in hæresim, qui non est certò probatus fuisse in illa semel lapsus, vt tradunt Doctores cõmuniter in cap. *Accusatus. §. cit. ille quoque. de Hæret. in 6. & Castr. lib. 2. de iusta Hæret. punitioe,*

18. Qui est solum relapsus in fauoriam Hæreticorum, vt sit puniendus tanquam relapsus, citat.

20. Si fauoria solum fuit in re leui, nõ potest quis censeri vt relapsus simpliciter.

21. Et idem est, si fuit in re graui.

punitioe, cap. 1. & Pegna loco citato. Et hæc ratio non solum probat id esse verum de eo, qui tantum semel sit relapsus, & reinciderit in fauoriam Hæreticorum, siue eandem, siue diuersam; sed etiam de illo, qui reinciderit iterum, ac sæpius, quanuis Penna *com. 83. cit. §. Hoc vnum postremo.* oppositum sentiat, cum hæc etiam reincidentia reiterata, ac repetita potuerit esse ex solo affectu ad personam, & non ad hæresim: & idè etiam repetita non probet hæresim, & multò minus relapsum in hæresim, & solum confirmet, vel etiam augeat suspicionem; ex qua tamen non debet aliquis vnquam damnari, aut puniri pœna ordinaria.

Quod si contingat, vt aliquis non deprehendatur iudicialiter per denunciationem, vel per accusationem esse relapsus in hæresim; sed ipsemet sponte compareat, & suam reincidentiam, aut relapsum sponte confiteatur, & Ecclesiæ implore misericordiam, verè, & ex animo penitens; non constat inter Doctores, vtrum sit puniendus tanquam relapsus, & brachio seculari omninò tradendus sine audientia, vt dicitur cap. *Ad abolendam. de Hæret.* an verò benigniùs sit cum illo agendum, & saltem pœna mortis sit illi condonanda: nam Hostien. *ibidem, n. 11.* de rigore iuris verius putat, quod etiam in tali casu non sit audiendus, nec pœna mortis sit condonanda: quia ex quo abusus est prima absolute, & condonatione pœnæ per se alioqui Hæreticis debita, indignum se reddidit, qui audiatur pro secunda: siquidem, qui abutitur priuilegio, aut potestate sibi facta, dignus est, qui illud amittat, cap. *Gratum. de postulat. Prelat. & cap. Priuilegium. 1. 1. quest. 3.* nec remissionem veniæ habent crimina, nisi tantum semel commissa: nec in eos liberalitatis angustæ est referenda humanitas, qui impunitatem veteris criminis potius deputauerunt consuetudini, quam emendationi. L. *Nemo. §. His ergo. C. de Episc. audien.* Et idem asserit etiam Glof. in cap. *Ad abolendam. cit. verb. Audientia. de Hæret.* vbi ait, quod contradicit littera textus, ne audiantur: & Simanchas *de cathol. instr. tit. 57. n. 21. & seqq. & Azor. part. 1. lib. 8. cap. 14. quest. 7.* qui absolute negant, eos esse audiendos. Et facit ratio supra allata *n. 13. in fine,* quod ipse relapsus fundat præsumptionem iuris, & de iure, quod conuersio non sit ex animo, sed simulata, & facta, in quo casu certissimum est, quod non est recipiendus.

Contra verò, quod impunitas, saltem mortis, sit concedenda relapsis bene conuersis, & sponte venientibus, expressè videtur docere Concilium Biterrense *cap. 2. & apud Pegnam in Direct. Inquisitorum, part. 3. com. 12. pag. 412. initio;* quanquam hoc potius fuit Conciliabulum per Atrianus Episcopos celebratum, vt patet ex tom. 1. *Concilior. pag. 474. & ex Baronio ad annum Christi 356. n. 105. & seqq. & idè non magni sit faciendum. Facit etiam Glossa paulò ante citata in cap. *Ad abolendam.* quæ postquam deseruit, quasi dubitantiè, quod debeant audiri, & iterum recipi ad penitentiam; siquidem Ecclesia non claudit gremium suæ misericordiæ volentibus redire ad ipsam, cap. *Si quis omnem. 1. quest. 7. & l. Interclaras. circa finem, C. de summa Trinitate;* & delicti venia non negatur petenti, L. *Manichæos. C. eod. & cap. *Adhuc instans. de penis. dist. 3. & Dominus non vult mortem peccatoris; sed, vt conuertatur, & viuat, cap. *Agnoimus. 2. 6. quest. 6.* Et satis est, si relapsus non audiantur quoad confessionem bonorum, etiamsi audiantur quoad penam mortis; & in homine peccatore ita est profequenda iniquitas, vt semper sit miseranda, & subleuanda communis natura, cap. *Duo ista. 2. 3. quest. 4. tandem concludit, quod hodie seruandum sit, sicut statuitur cap. *Excommunicauimus. 2. §. Si qui autem. de Hæret. vt, scilicet, ad agen-*****

dam condignam penitentiam sui relapsus detrudatur in perpetuum carcerem. Et eodem ferè modo fauet Hostien. in cap. *Ad abolendam. cit. de Hæret.* vbi post propositam *n. 9.* hanc quæstionem, eamque probabiliter disputatam, *n. 10.* pro parte affirmatiua ex sententia aliquorum, & ex motiuis, & rationibus iam allatis, & post relatum *n. 11.* aliorum sententiam pro parte negatiua, eamque approbatam, vt verioem, de rigore iuris, & iuxta mentem illius cap. *Ad abolendam.* tandem concludit eodem *n. 11.* quod etiam prima opinio affirmatiua potest tolerari de æquitate, & benignitate vberanti, & quod hoc totum finaliter est redigendum ad arbitrium boni Iudicis, iuxta ea, quæ habentur cap. *Ex parte. in fine, de transacti.* vbi tamen statuitur, vt in his, in quibus non reperitur ius expressum, procedat Iudex æquitate seruata, semper declinando in partem humaniorem, prout videtur postulare personas, & causas, & loca, & tempora. Et eandem sententiã affirmatiuam, & quod huiusmodi relapsi sponte venientes sint audiendi, & mitiùs sit cum illis agendum, & saltem pœna mortis sit condonanda, etiam tenet Alphonsus à Castro *lib. 2. de iusta Hæret. punitioe, cap. 2. & Pegna in Direct. Inquisit. part. 3. com. 12. pag. 412. initio,* & alij apud ipsum. Et fauet etiam ratio: quia in tali casu cessat suspicio, quod prima conuersio fuerit ficta, & quod Ecclesia, quæ talem Hæreticum, & penitentem primò recepit, fuerit ab illo decepta, siquidem modò se ipse defert, & veræ penitentia: dat signa; neque est censendus incorrigibilis, qui, vt corrigatur, sponte fateatur suum crimen, & sequè ipsum sponte tradit, vt corrigatur à Iudice: & cum iura, quæ negant, audiri relapsos, expressè loquantur de relapsis deprehensis; non videtur posse dici deprehensus, qui à nullo est delatus, nisi à se ipso, nec à Iudice est interrogatus, aut conuictus de relapsu; sed ipsemet vltro, & sponte est illum confessus: & idè nec videtur eodem iure agendum esse cum illo, atque cum aliis, qui in suo relapsu sunt deprehensi à Iudice. Et fieri potest, vt in tali relapsu non deprehensio, sed sponte veniente, etiam cesset periculum aliorum, si scilicet casus talis reincidentia, & relapsus sit occultus, vt specialiter requiritur Authores citati apud Pegnam in eo, quem dicunt posse audiri, & non tradi brachio seculari: & idè non sit periculum, vt etiam alij illius exemplo sumant occasionem sæpiùs, & securius relabendi in hæresim. Neque primus relapsus ex se, & simpliciter fundat præsumptionem iuris, & de iure, quod conuersio sit simulata, & non ex animo; sed tunc solum, quando deprehenditur ab ipso Iudice, & probatur iudicialiter; non autem quando sponte detegitur ab ipso relapsu, hoc est, ipsa deprehensio iudicialis in relapsu, fundat præsumptionem; non autem ipse relapsus ex se, & quomodocunque: prout etiam in re simili habetur L. *Si qui adulteris. C. ad L. Jul. de adulter.* & idè in tali casu bene potest admitti probatio pro veritate conuersionis: & si de illa constet sufficienter, bene potest recipi talis relapsus.

Sed, vt hanc rem vnico verbo expediamus, optimum, & tutissimum est, vt de hoc, & similibus casibus, in quibus non habetur ius expressum, consultetur ipse Papa, vel saltem recuratur ad supremum Tribunal sanctæ, & generalis Inquisitionis, vt subdit Pegna *com. 12. cit.*

Atque hæc de relapsis propriè dictis. Sunt tamen præterea ex Constitutionibus pontificiis habendi aliqui, & puniendi, tanquam relapsi, & statim tradendi brachio seculari; etiamsi non sint deprehensi esse lapsi in hæresim, nisi semel, vt patet ex Bulla Pauli IV. *Cum quorundam.* & apud Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 14. quest. 8.* de iis, qui post dictam Constitutio-

22. Ex Constitutionibus pontificiis sunt aliqui puniendi, tanquam relapsi, etiam post primum lapsum.

nem negarint Trinitatem, & simplicissimam Vnitatem naturæ in diuinis Personis; aut in Christo Domino verissimam Diuinitatem, aut eius conceptionem de Spiritu Sancto; aut eius mortem, vt nos redimeret; aut veram maternitatem, & semper integram, & incorruptam virginitatem Beatissimæ Virginis.

Et de his omnibus statuitur in dicta Bulla, vt cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis existant, si fuerint deprehensi in huiusmodi erroribus tam grauibus, & tam nefandis, habeantur statim pro relapsis, & tanquam relapsi tradantur Curie seculari, & puniantur iis pœnis, quæ relapsis sunt debitæ.

Et idem habetur ex alia Bulla eiusdem Pauli IV. *Cum ex Apostolatus*. specialiter contra Prælatos ecclesiasticos, Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, Primates, Cardinales, Legatos, & contra Principes laicos, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, Imperatores, si fuerint deprehensi, confessi, vel conuicti, quod in hæresim, vel in schismata incidissent, illudve excitarint, aut commiserint: & hi omnes dicuntur in omnibus, & per omnia esse habendi tanquam relapsi, perinde ac si prius illam hæresim publicè in iudicio abiurassent, & esse relinquendi arbitrio potestatis secularis debita animaduersione puniendi, nisi apparentibus in eis veræ pœnitentiæ indicia ex Sedis apostolicæ benignitate, & clementia fuerint detrudendi in aliquo Monasterio, aut alio regulari loco, ad peragendam perpetuam pœnitentiam in pane doloris, & aqua mœstitiæ.

23. Prælati Ecclesiastici, & Principes laici, si incidant in hæresim, vel in schismata, sunt statim habendi tanquam relapsi.

24. Hæresiarcha, & dogmatizans, utriusque sint habendi tanquam relapsi, & qui-stam illi sint.

Et ex Farinacio *tract. de hæresi, quæst. 192.* Simanacha *de catholico, in lib. tit. 47. n. 54.* Suar. *disp. 23. sect. 2. n. 9. & 10.* & aliis apud ipsum, idem est etiam de Hæresiarcho, qui primi errores inueniunt, & disseminant, vt fuit Arrius, Lutherus, & similes: & de dogmatizantibus, qui errores ab aliis inuentos docent, & prædicant, quasi ex officio, & ex consuetudine; & qui in Iure appellantur etiam ipsi Hæresiarchæ, cap. *Qui aliorum. 24. quæst. 3.* tanquam Principes, scilicet, Hæreticorum, sicut & Patriarchæ dicuntur, quasi Principes Patrum, vt habetur in Directorio Inquisitorum *part. 2. quæst. 39. pag. 328. in fine:* debent enim etiam hi statim tradi brachio seculari, ac si essent relapsi, non obstante, quod forte illos pœniteat commissi criminis, & respiciant: nam L. *Quicumque. §. Eos verò. C. de Hæresi.* expressè dicitur, quod qui illicita docere tentauerint, vltimo supplicio sunt coercendi: & L. *fin. §. Quisquis ipitur. vers. Cernat præterea. C. de Iudeis,* dicitur, quod pœnæ sanguinis est destinandus, qui fidem alterius expugnauit peruersa doctrina. Et L. *Eum, qui. C. de Apostat.* dicitur, quod capite est puniendus, qui seruum, aut ingenuum ex cultu religionis Christianæ in nefariam sectam, ritumve reduxit. Neque ea, quæ contrà habentur in Iure canonico, cap. *Ad abolendam. de Hæresi.* & aliis textibus *suprà* citat. de recipiendis Hæreticis pœnitentibus, & non relapsis, & de pœna sanguinis illis condonanda, possunt corrigere dictas leges ciuiles, cum generaliter verba legis concedentis indulgentiam alicui delicto, non extendantur ad delictum specialiter qualificatum, & cum quo concurrunt plura delicta, & circumstantiæ aggravantes, L. *Nunquam plura. ff. de primat. delicti. L. Si adulterium cum incestu. L. V. in passam. ff. ad L. Jul. de adult. & tradunt Iuristæ communiter, & tale sit delictum hæresis in Hæresiarcha, & dogmatizante: quod ex se patet, & expressè habetur cap. *Qui aliorum. cit. 24. quæst. 3.* vbi dicitur, quod qui aliorum defendit errorem, multò est damnabilior, quàm illi, qui errant: quia præparat, & confirmat etiam aliis offendicula erroris;*

& cum sit magister erroris, non tantum Hæreticus, sed etiam Hæresiarcha dicendus est.

Contrà verò, esse recipiendos etiam Hæresiarchas, & dogmatizantes, si verè pœniteant, & ex animo respiciant, expressè habetur in Directorio Inquisitorum *part. 3. n. 136. & 137. & 188.* in forma citandi Hæreticum fugitiuum; & apud Pegnam *ibidem, n. 2. com. 64.* Et facit cap. *Ad abolendam. cit. de Hæresi.* vbi in specie etiam illi dicuntur esse recipiendi, qui aliter sentire, aut docere non metuunt, quàm prædicet, & obseruet Ecclesia; & etiam illi, qui manifestè fuerint deprehensi in hæresi, id est, qui publicè hæresim prædicauerint, vt exponit *ibi* Glossa, *verbo, deprehensi.* Atque ita quoad receptionem non videtur fieri discrimen inter docentes hæresim, quos appellamus Hæresiarchas; & inter credentes, qui simpliciter dicuntur Hæretici, pro quo etiam facit ex Iure ciuili, *L. Culpa. C. de malef. & Matrem.* quod tam docere, quam discere illicita, similis culpa sit, vt notat *Gloss. in cap. Excommunicamus. v. vers. Puniendi. de Hæresi.* Et clariùs id habetur in Concilio Biterrensi *cap. 16.* & in Concilio Tarraconensi apud Directorium Inquisitorum *pag. 221.* vbi de illis Hæreticis, qui inter Hæreticos Valdenfes dicebantur perfecti, & erant dogmatizantes, dicitur, quod sint recipiendi, si conuerti voluerint; & quod abiuratione, & absolutione facta, sint detrudendi perpetuo carceri, vt notat Pegna *in Directorio Inquisitorum, part. 2. com. 25. vers. Perfecti verò Hæretici. pag. 229. & com. 64. pag. 329. in fine.* Eiusque rei illa afferitur ratio in dicto Concilio Biterrensi: quia per receptionem huiusmodi dogmatizantium multum illuminatur, & promouetur negotium fidei; in quantum, scilicet, Hæresiarchæ, & Dogmatistæ, si retractent suos errores, & contra illos prædicent, facillè illos reducent, quos seduxerunt, suòsque errores scripto, & verbo meliùs possunt confutare, quàm alij; sicut & meliùs illos intelligunt; & si ex animo conuertantur, & in operibus pœnitentiæ, & humilitatis exerceantur, multum possunt suo exemplo prodesse toti Ecclesiæ: Et denique ad hoc idem facit cap. *Ego Berengarius. de consecr. dist. 2.* vbi Berengarius, quem constat fuisse Hæresiarcham, & plures hæreses adinuenisse, & disseminasse circa venerabile Sacramentum Eucharistiæ, admittitur Romæ ad abiurationem, coram centum, & tredecim Episcopis, eamque abiurationem Nicolai Papa dicitur misisse per vrbes Italiæ, Germaniæ, & Galliæ, & ad omnia loca, ad quæ perueniret fama eius prauitatis, vt Ecclesiæ, quæ prius doluerant de illo auerso, atque peruerso, postea gauderent de reuerso, atque conuerso, vt dicitur eodem cap. *Ego Berengarius. cit. in fine.*

Neque illa, quæ asseruntur ex Iure ciuili pro Hæresiarcho non admittendis; sed brachio seculari omnino tradendis, multum vrgent contra allata ex Iure canonico, vt notat Pegna *com. 64. cit. §. Iam leges ciuiles.* nam crimen hæresis est hoc tempore merè ecclesiasticum; & ideo est iudicandum secundum Canones; neque Inquisitores, & Ministri Ecclesiæ, quando agitur de hominis vita, quicquam debent ex se definire, aut facere, nisi sit expressum in Iure canonico: in quo tamen non est expressum, quod Hæresiarchæ in nullo casu sint recipiendi; sed semper, & omnino sint tradendi brachio seculari.

Et propter has rationes etiam Suar. *disp. 23. sect. 2. cit. n. 11.* primam sententiam solum ait esse admittendam cum aliqua moderatione; ita, scilicet, vt non communiter, & de facili admittantur Hæresiarchæ; sed solum in aliquo raro casu, & interueniente auctoritate supremi Senatus; & quando magna, & ferè euidenti in eis apparent signa diuinæ illuminati-

25. Hæresiarchæ non sunt recipiendi de facili, & sine magna consideratione.

nationis; & quando speratur magna vtilitas aliorum fideium, & negotium fidei multum illuminatur, & promouetur, vt *pano ante* retulimus ex Concilio Biterrensi.

Et reuera si hæc non concurrant, neque etiam Authores secunda sententiæ dicant esse parcendum Hæresiarcho; siquidem Pegna *com. 64. cit. §. Hac sententia.* expresse asserit, quod suo iudicio, spectata horum temporum conditione, in quibus Hæretici nihil non audent, abique vilo errore potest communitate praticari prima sententia; & omnis Hæresiarcha potest puniri vltimo supplicio, etiam si ostendat conuersionem non fictam. Et *pano post, §. Hoc verò.* Decretum Concilij Biterrensis, de Hæresiarcho perpetuo carceri mancipandis, tunc ait, posse præcipue obseruari, quando Hæresiarcha est magnæ auctoritatis, doctrinæ, aut dignitatis; & facile speratur, multos esse conuersus sua auctoritate. Et *respon. §. Item hæc in contr.* addit, quod tunc maxime potest habere locum, quando Hæresiarcha sponte, non inquisitus, nec nominatim citatus, aut vocatus accedit ad confitendum suum delictum, & ad misericordiam implorandam, cum semper agatur mitius eum sponte venientibus, & confessis, quàm cum reuocatis, & conuictis, vt notat *Glossa in cap. Ad abolendam. vers. Puniendi.* Et denique *§. Tametsi autem.* concludit, quod prudentissimi debent esse Inquisitores in recipiendis Hæresiarcho, cum eorum conuersiones maior ex parte sint fictæ, & simulatæ; & plerumque ideo simulent respicere, vt in errore diutius perueiant, & plures decipiant; & addit, quod grauissime pœnitentiæ sunt illis iniungendæ, & equè non sunt mitigandæ, nisi post longum tempus, & post exhibita manifestissima signa veræ pœnitentiæ, & humilitatis; & quod simpliciter illi non videtur recipiendi, qui diu resistunt admonitioni, & cohortationi; & solum conuertuntur, quando instat eorum traditio potestati, & brachio seculari; quia, scilicet, in tali casu potest de illis esse suspicio valde probabilis, quod solum conuertantur ex metu mortis, vt motum effugiant. Et denique, quod illis nullo modo est parcendum, qui Regibus, aut Principibus, Reginis, vel filiis Regum hæreses per-suasent, aut persuadere conati sunt; quia, præter crimen hæresis, sunt etiam rei læsæ maiestatis; & qui Principem tentat corrumpere, aut deprauare, in totam Reipublicam peccat, cum communiter tales sint subditi, quales sunt Principes, & Magistratus; & licitum sit aliquando propter immanitatem facinorum recedere in pœnis a communibus regulis, & transgredi leges, vt notant Innocentius, & Hostien. *1. cap. 1. de co. su. & alij* communiter apud Tiraq. *1. de pœn. tempor. ut. emitt. causa 49. n. 16. & 26.* & ideo non sit periculum, vt in his puniendis peccetur contra clementiam, & benignitatem Ecclesiæ.

26. Qui hæresim prædicant in hæresim, non sunt recipiendi.

27. Per hæresim immanitate facinorosa licet in alio quodam peccato recedere a communibus legibus.

Et cum his omnibus limitationibus, & moderationibus vtriusque sententiæ, nemo non videt, vix vllam inter ipsas remanere diuersitatem, & licitè posse Hæresiarchas, & Dogmatizantes non recipi sed omnino tradi potestati, & brachio seculari; & quoad hoc haberi tanquam relapsos, quando ex aliquo capite potest rationabiliter timeri, quod eorum conuersio sit ficta, & simulata; & non potest ex eorum vita rationabiliter sperari magna conuersio aliorum; & ipsi Hæresiarchæ non sponte accedunt, sed citati, & vocati; & multum resistunt exhortationi, & monitioni; vel suam hæresim persuadent, vel tentant persuadere Principi, aut Regi, vel Reginæ, &c. Et contra licitè posse etiam recipi, & non tradi brachio seculari, & non haberi, tanquam relapsos, si res, & circumstantiæ iam explicatæ opposito mo-

do se habeant. Et quod *suprà* diximus de veris relapsis *n. 21.* ex Hostien. *in cap. Ad abolendam. n. 1. de Hæresi.* & ex aliis pluribus, quod possunt etiam ipsi aliquando recipi, si sponte veniant, & dent euidenti signa veræ, & non fictæ conuersionis: & quod hoc sit relinquendum arbitrio Iudicis, iuxta cap. *Ex parte. de nuptiis.* potiori ratione videtur dicendum, etiam de Hæresiarcho, & Dogmatistis. Et in his præcipue est attendendum, quod verè, & ex animo conuertantur; non autem fictè, & simulatè. Et veræ conuersionis illa possunt accipi, vt signa certiora, quæ fuerint signa veræ humilitatis; vt, verbi gratia, si prompto animo acceptent gestare habitum pœnitentialem, cum solitis crucibus, ex panno alterius coloris, ante pectus, & postterius inter spatulas, & stare in celebrioribus Festiuitatibus ante fores Ecclesiæ, suisque culpas publicè audire recitatas per Notarium, aut alium quencunque ex suggestu, vel ex loco præalto, & alia huiusmodi, de quibus præcipitur in Directorio Inquisitorum *part. 3. n. 175. pag. 495. in fine,* & apud Pegnam *ibidem, com. 42. pag. 498.* & Farinacium *tract. de hæresi, quæst. 193. n. 91.* & Suar. *disp. put. 23. sect. 2. n. 17. in fine:* quia enim communiter Hæresiarchæ ad hæreses inueniendas, & prædicandas maxime mouentur, & inducuntur ex motiuo superbiæ, & vanæ gloriæ, & vt aliis appareant sapientiores, & meliores, vt patet ex S. August. *lib. de vilitate credendi, initio, tom. 6.* & apud Sanctum Thomam *2. 2. quæst. 11. art. 1. in argumenta 2.* quandiu hanc superbiam non planè abiecerint, & oppositam humilitatem non appareant ex animo amplexi esse, semper potest rationabiliter timeri, quod fictè, & simulatè; non autem verè, & ex animo conuertantur.

28. Certiora signa veræ conuersionis pro Hæresiarcho, sunt illa ipsa, quæ sunt signa veræ humilitatis.

DISPUTATIO XXXIX.

De excommunicatione, quæ est prima, & maxima inter pœnas spirituales Hæreticorum.

1. Hæretici sunt excommunicati.
2. Per excommunicationem lata sententia.
3. Excommunicatio contra Hæreticos quomodo possit dici de iure diuino, aut de iure ecclesiastico.
4. Hæreticus purè externus non est excommunicatus.
5. Nec eius peccatum de iure communi est reservatum.
6. Hæreticus purè internus non est excommunicatus.
7. Ecclesia non indicat de occultis.
8. Iurisdictio Ecclesiæ in actus merè internos est solum pro foro interno, vel solum est voluntaria.
9. Non desunt, qui putent, Hæreticum purè internum esse excommunicatum.
10. Credentes Hæreticorum quædam sint, & quomodo incurant excommunicationem.
11. Hæresis merè interna non est reservata.
12. Actus merè interni non sunt intelligendi esse reservati.
13. Omnis, & solum Hæreticus internus simul, & externus est excommunicatus.
14. Quomodo ad iurisditionem, aut eius usum, vel exercitium requiratur cognitio actualis delicti, aut causæ.
15. Quare Ecclesia possit punire per excommunicationem Hæreticos occultos per accidens, non autem occultos per se.
16. Potestas directæ in actus merè internos potest absoluitè communicari Ecclesiæ; sed de facto non est communicata à Christo.

T dicitur dicitur explicari ut p. nas Hæretici... & aliqui dicitur de singulis, ab illis incipit, ut quæ priuam bonis spiritualibus, & idem dicitur de spiritualibus, inter quas priuata est excommunicatio, ut pote etiam p. narum maxima, & quæ in Iure Canonico morti æquiparatur, ut notat Panorm. in cap. Qui furatur. n. 14. de furti.

1. Et hanc ab Hæreticis verè incurri, quando saltem discredunt articulos fidei propofitos generaliter ab Ecclesia, vt credendos ab omnibus; non autem solùm discredunt reuelationes priuatas, de quibus diximus f. præ d. f. p. 1. 37. num. 2. non solùm patet quotannis ex Bulla Cœnæ, num. 1. sed etiam ex Iure communi cap. Archid. 24. q. 1. & cap. Ad abolendam. & cap. Excommunicamus. n. 1. & 2. de Hæret. & cap. Nouerit. de sententia excommunicationis, & cap. Quicumque. de Hæreticis, in 6. Et excommunicatio merito fertur, prima inter alias pœnas, cum possit esse medicinalis ipsis Hæreticis, & aliis fidelibus sic maxime necessaria, & salutatis, ne inficiantur, & corruptantur etiam ipsi illorum consortio. Et rectè ab Ecclesia, cuiusque Sacramentis, & suffragiis, & omni alia communicatione fidelium excludantur, & exiciantur per sententiam, qui sponte se ab illa separant, & excludunt per hæresim.

2. Et quod hæc pœna sit lata sententiæ, non autem solùm ferendæ, patet manifestè ex citatis Canonibus, & ex communi sententia notat Suar. disp. 2. 1. de fide, s. 1. n. 7.

Neque facit in contrarium Sanctus Thomas 2. 2. q. 11. art. 3. quando ait, Ecclesiam ex misericordia, quam habet ad conuersionem errantium, non statim damnare Hæreticos, sed solùm post primam, & secundam correptionem, vt Apostolus monet ad Titum 3. & postmodum si illi adhuc sint pertinaces, non amplius sperare de illorum conuersione, sed providere aliorum salutem, eos separando per sententiam excommunicationis, & ulterius relinquendo Iudicio seculari exterminandos de mundo. Nam sensus Sancti Thomæ est ille ipse, qui est Sancti Pauli, id est, quod Hæreticus non statim, atque habet errorem in intellectu contra fidem, damnatur, & punitur ab Ecclesia, etiam per excommunicationem; sed tunc solùm quando in illo est pertinax, & semel, aut iterum de illo admonitus, & correptus, adhuc persistit, vt supra diximus, dum ageremus de pertinacia: & si pertinacia adhuc ulterius perseueret, etiam Ecclesia progreditur ulterius, relinquendo talem Hæreticum Iudicio seculari exterminandum de mundo. Et hunc esse sensum Sancti Pauli expressè habet Sanctus Chrysostomus homilia 6. in eum locum, & Cornelius à Lapide ibidem, & Canus lib. 12. de locis theolog. cap. 9. in fine. & apud Suar. disp. 2. 1. s. 1. n. 7. Et huic sensui etiam insistere Sanctum Thomam, clarè patet ex ipso contextu.

Et hæc expositio videtur multò aptior, quàm illa eiusdem Suar. num. 7. cit. initio, quod Sanctus Thomas solùm attendit ad Iura antiquiora, secundum quæ excommunicatio contra Hæreticos nondum erat lata sententiæ, sed solùm ferendæ. Nam contrà est, vt notat Bannes in commentario ad illum articulum, §. Notandum est iamen quia cap. Ad abolendam. de Hæret. vbi fertur excommunicatio lata sententiæ, dicitur emanasse à Lucio Papa; & cap. Excommunicamus. n. 1. emanasse ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi; & cap. Excommunicamus. 2. à Greg. IX. qui tamen Pontifices fuerunt antiquiores S. Thomæ; & idem non potest hic ignorasse huiusmodi decreta, & adhuc putasse, quod excommunicatio Hæreticorum esset solùm ferendæ sententiæ.

3. Utum autem huiusmodi excommunicatio contra Hæreticos sit dicenda de Iure diuino, vt volunt aliqui apud Suar. s. 2. 1. s. 1. n. 1. & apud Marium Alterium lib. 1. de natura excommunicationis, disp. 3. cap. 2. §. Tertio, s. ceteri quis postulat. & apud Azor. part. 1. lib. 8. cap. 10. q. 1. 2. & apud Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 9. num. 2. an verò solùm de Iure ecclesiastico, potius videtur quæstio de nomine, quàm de re: nam reuerà prohibitio communicandi cum Hæreticis, & obligatio eos vitandi per se, & directè cadens in ipsos fideles, est de Iure diuino naturali, ex quo vnusquisque tenetur non communicare cum infidelibus in eorum doctrina, & ritibus; neque tantam familiaritatem cum illis habere, vt veniat in suspensionem, quod illis consentiat etiam circa fidem: liquidem hæc etiam suspicio voluntariè, & aduertenter causata, est aliquo modo contra confessionem fidei, vt notat Suar. s. 1. n. 4. ex Sancto Leone serm. 18. de Passione. Vnde & familiaritas cum Hæreticis, ex qua oritur huiusmodi suspicio, punitur in Iure canonico per suspensionem ab officio, & beneficio ecclesiastico, donec de illa fiat purgatio canonica, cap. Inter sollicitudines, de purgat. canon. Et eadem ratione vnusquisque tenetur ex eodem præcepto diuino naturali vitare scandalum, & periculum subuersionis in fide, tam proprium, quàm alienum; ne scilicet, ex consortio cum Hæreticis ipsemet perueratur, & eius exemplo etiam alij in eandem familiaritatem, & in idè periculum inducantur, & ne ipsi Hæretici fiant audaciores, & obstinatioris in sua hæresi, dum ea minimè obstante familiariter, & perhumaniter tractantur à Catholicis. Atque hæc obligatio diuina, & naturalis, sapissimè memoratur, & declaratur in sacris Litteris, vt patet ex Sancto Ioanne Epistola 2. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non afferit, nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit illi, aue, communicat operibus eius malis. Et ex Sancto Paulo ad Roman. 16. Rogo vos, vt obseruetis eos, qui faciunt dispersiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis: & declinate ab illis: & 1. ad Thesalon. 3. Denunciamus vobis in nomine Domini Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Et ad Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit, præter id, quod accepistis, anathema sit. id est, à vobis quàm maxime sepositus, & separatus, & execrationi, & abominationi, quàm maxime habitus, vt ibi notat Sanctus Hieronymus, & videre est apud Toletum in cap. 9. Epistola ad Roman. annot. 3.

Contra verò excommunicatio, quæ est censura, & pœna ecclesiastica, de qua loquimur, cadit directè supra ipsos Hæreticos, eoque priuat Sacramentis, & suffragiis, & communicatione fidelium, etiam ciuili, vt communiter dicitur in materia de censuris. Et quauis potestas, quæ est in Ecclesia ad institutendam, & ferendam hanc pœnam spirituales, & ad puniendos peccatores inobedientes, & contumaces, sit de Iure diuino, & immediatè sit habita ab ipso Christo, vt patet ex Sancto Paulo 2. ad Corinth. cap. 10. Secundum potestatem, quam dedit nobis Dominus in edificationem, & non in destructionem. & cap. 13. Absens scribo, vt non presens diuini agam secundam potestatem, quam dedit mihi Dominus. Vnus tamen illius potestatis, & specialis institutio excommunicationis, & censurarum, quod habeant hos, vel illos effectus, est solùm ab ipsa Ecclesia, & multò magis applicatio, vt sic dicam, vel impofitio actualis excommunicationis, vel alterius censuræ iam institutæ ad hanc, vel illam personam, & propter hoc, vel illud delictum, vt videre est apud Suar. de censur. disp.

3. Excommunicatio contra Hæreticos quomodo possit dici de Iure diuino, an de Iure ecclesiastico.

disp. 2. s. 1. & in casu præfenti de excommunicatione contra Hæreticos, disp. 2. de fide, s. 1. n. 4. & 5. ex communi sententia Scholasticorum.

Vnde, si per excommunicationem Hæreticorum intelligamus prohibitionem factam fidelibus, ne cum illis communicent, per eas omnes communicationes, quæ possunt ipsis fidelibus creare periculum incidendi in hæresim, & suspicionem probabilem, quod etiam ipsi cum Hæreticis sentiant, rectè potest dici, quod sit de Iure diuino; & in hoc sensu possumus interpretari eos omnes Doctores, qui hoc asserunt, & solùm hoc probant ea omnia loca Scripturæ, quæ ipsi asserunt, & ea loca antiquorum Conciliorum, & Patrum, quæ ipsi inducunt, vt videre est apud Suar. disp. 2. 1. s. 1. n. 1. & 2. Si verò illam intelligamus, quæ verè, & propriè est excommunicatio, & directè fertur in ipsos Hæreticos, & delinquentes, & in illis producit eas priuationes bonorum spiritualium, quæ ab Ecclesia sunt institutæ, vt inducendæ per talem sententiam, & censuram, omninò est de Iure ecclesiastico, & positiuo: & in hoc sensu loquuntur Scholastici, qui communiter hoc asserunt.

Vt verò explicemus, quinam Hæretici sint ipso facto excommunicati, & puniti ab Ecclesia per hanc pœnam spirituales:

Primo certum est, quod si quis sit Hæreticus solùm externus, & hæresim proferat, vel profiteatur, aut fidem neget solùm exterius, verbi gratia, ex metu, vel ex cupiditate; non autem interius consensum præbeat infidelitati, & mente, & animo verè fidem retineat; non incurrit excommunicationem, aut pœnas Hæreticorum. Ita S. Antoninus part. 2. tit. 18. cap. 5. §. 6. Simanchas de carbol. instit. tit. 17. n. 36. Pegna ad Directoria Inquisitor. part. 1. q. 1. §. 9. com. 24. pag. 66. & part. 2. com. 66. Syluest. verb. Apostasi. 1. q. 1. & verb. hæresis, q. 1. §. 6. & 9. Nauar. in Manuali. c. 11. n. 27. & cap. 27. n. 56. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 5. n. 8. Suar. de relig. tom. 1. lib. 2. de superstit. c. 4. n. 1. & disp. 1. 4. de fide, s. 1. n. 4. & disp. 2. 1. s. 1. n. 1. & de censur. disp. 4. s. 1. n. 1. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 9. q. 1. §. 9. & cap. 2. q. 1. §. 6. & alij apud ipsos, vt etiam supra indicauimus, dum ageremus de confessione fidei, disp. 1. 1. n. 3. quauis oppositum sentiat Caiet. 2. 2. q. 1. n. 1. nam reuèta, qui solùm exterius fidem negat, eumque retinet mente, & animo, non est Hæreticus, nisi fictus, & simulatus; & idem nec comprehenditur legibus latis contra Hæreticos, cum illæ sint odiose, & idem strictè intelligendæ de solis Hæreticis veris, qui verè perseuerant, & consummarunt delictum, & crimen hæresis; non autem sint extendendæ ad Hæreticos falsos, & simulatos. Vnde, quauis hoc crimen simulandi hæresim, & fidem negandi, grauissimum sit, & grauissimè puniendum, & semper solitum puniti grauissimè ab Ecclesia, vt patet ex Concilio Ancyran. & Eliberitano I. & II. & apud Suar. disp. 1. 4. de fide, s. 1. n. 3. non tamen est punitum ipso iure pœna excommunicationis, qua punitur ipsa hæresis vera, nec vlla alia censura, cum nullum tale ius reperitur: & idem nec est de iure reseruatum Papæ, vt notat Suar. ibidem, n. 5. cum communiter nullum peccatum sit Papæ reseruatum, quod non habeat annexam censuram, vt communiter dicitur in materia de casibus reseruatibus.

Dixi tamen, huiusmodi Hæreticum purè externum non incurrere excommunicationem, aut pœnas Hæreticorum: quia, si alioqui fidem negando exterius, & hæresim simulando, Hæreticis faueat, aut eos defendat, bene potest incurrere excommunicationem, & pœnas fautorum, aut defensorum, vt notat

4. Hæreticus purè externus non est excommunicatus.

5. Nec eius peccatum de iure communi est reseruatum.

Nauar. in Manuali, cap. 1. n. 27. & subdit Suar. disp. 2. 1. de fide, s. 1. n. 1. & quibus tamen in præfentia non agimus.

Atque hoc est multò probabilius, quàm oppositum, quod asserit Caiet. 2. 2. q. 1. n. 1. 2. in fine, vbi de idololatra, & Hæretico caprùm externo asserit, quod quauis non sit idololatra, aut Hæreticus secundum mentem, est tamen subiectus iuribus Dei, & hominum, contra idololatras; & Hæreticos; quauis hæc iura mitius contra ipsum sint exercenda.

Neque facit pro Caietano cap. Contra Christianos, de Hæret. in 6. vbi statuitur, quod qui redeunt ad ritus infidelium, sunt puniendi, tanquam Hæretici: quod idem statuitur etiam per Extrauagantes Nicolai IV. & Gregorij II. apud Directorium Inquisitorum part. 2. q. 1. §. 44. & 45. nam, vt diximus, huiusmodi leges, cum sint pœnales, & odiose, sunt strictè interpretandæ de reatu perfecto, & consummato; qui tamen simul includit actum internum, & externam significationem, seu expressionem illius; non autem solam externam simulationem: & si forte, etiam hæc in foro externo puniatur iisdem pœnis, quibus punitur verus reatus ad ritus infidelium, hoc idem est, quia non scitur, nec creditur solùm esse simulatio reatus; sed præsumitur esse reatus verus, & ex animo recedendi à fide, & redeundi ad infidelitatem: & idem etiam impenditur absolutio à censuris, saltem ad cautelam; quæ tamen præsumptio in foro conscientie non habet locum: & si probeatur sufficienter, etiam in foro externo, quod sit falsa, neque etiam in foro externo inducet pœnam, quam alioqui inducit pro delicto præsumpto.

Secundò, certum est, quod si quis sit Hæreticus solùm internus, & mente, & animo verè præfetur sensum hæresi, & infidelitati; sed illum retineat solùm interius, non autem prodatur exterius, verbo, aut signo; non incurrit excommunicationem, & pœnas Hæreticorum. Ita S. Antoninus part. 3. tit. 24. cap. 4. initio. Palud. in 4. dist. 13. q. 1. art. 1. conclus. 8. Mar. in 3. dist. 25. q. 1. in fine. Caiet. 2. 2. q. 1. n. 1. art. 3. in fine, & in Summa, verb. hæresis, in fine. Soc. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. vers. Hoc autem suppositio. & art. 3. post 5. conclus. casu 1. Castr. lib. 2. de inst. Hæreticorum punitione, cap. 18. & lib. 2. de lege pœn. cap. 15. Valent. 2. 2. disput. 1. q. 1. puncto 3. in fine. Suar. de censur. disput. 4. s. 1. n. 1. & lib. 4. de legibus, cap. 12. & disp. 2. 1. de fide, s. 1. n. 4. & segg. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 10. q. 1. §. 3. Auila de censuris, part. 1. dub. 10. conclus. 1. Valq. 1. 2. disp. 160. cap. 5. n. 22. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 8. n. 2. Sayrus de censuris, lib. 3. cap. 4. n. 21. Syluest. excommunicatio, 7. n. 4. not. 2. in fine, Couar. in reg. peccatum, part. 2. initio, n. 7. Nauar. in Man. cap. 11. n. 22. Simanchas de carbol. instit. tit. 42. n. 3. & segg. Iul. Clarus in pract. crim. lib. 5. §. Hæresis, num. 23. & omnes communiter tam Theologi, quàm Canonistæ apud Sanchez, & apud Suar. loc. cit. Et ratio est, quia Ecclesia in foro externo, & in ordine ad externam administrationem, & disciplinam ecclesiasticam, ad quam certè pertinet excommunicatio, & pœnæ, quæ feruntur contra delicta, nec indicat, nec potest indicare de occultis; sicut nec potest modo humano illa cognoscere. Et quemadmodum Ecclesia pro externo regimine solùm est data potestas iudicandi de manifestis, cap. Sicut ius. & cap. Tundanos. de simonia, & cap. Erubescit. de distinctione 23. & iudicium de occultis soli Deo est reseruatum, de quo dicitur 1. Reg. 16. quod intuetur cor, & 1. Corinth. 14. quod in die Iudicij illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: ita & Ecclesiæ pro eodem externo regimine est solùm data

6. Hæreticus purè internus non est excommunicatus.

7. Ecclesia non indicat de occultis.

data potestas puniendi crimina, quae sunt per se manifesta; non autem illa, quae sunt per se occulta, ut certe est haeresis merè interna. Unde & cap. *Christiana*. 32. *questione* 5. absolute dicitur, quod peccata latentia non habent vindictam: & cap. *Cogitationis de poenit. distinctione* 1. quod cogitationis poenam nemo patitur.

8. Dico autem, pro externo regimine: quia, si loquamur de potestate Ecclesiae, in tota sua latitudine sumpta, ea est non solum de manifestis; sed etiam de occultis: quia est non solum pro foro externo, & pro externo regimine, & bono totius Communitatis; sed etiam pro foro interno, & pro interno regimine, & bono spiritali cuiusque particularis, & privati; & non solum est iurisdic-tio, quae appellatur inuoluntaria, & exercetur in subditum, siue consentientem, & volentem, siue inuitum, ac repugnantem; sed etiam est iurisdic-tio voluntaria, quae solum exercetur in subditum ex illius consensu, & voluntate, ut bene explicat Suarez lib. 4. de legibus, cap. 12. citato, num. 9. & disputatione 21. de fide, sect. 2. citata, num. 5. & idem verè potest pro foro interno, & in iudicio confessionis sacramentalis cognoscere, & iudicare, & punire etiam actus, & peccata merè interna, quando haec sponte subiiciuntur tali iudicio ab ipsis reis, & per iurisdictionem voluntariam iam dictam, verè potest per indulgentias remittere poenas peccatis debitas, & relaxare, & commutare obligationes votorum, etiam internorum, quando sic postulant ipsi uolentes, & Praelatis Ecclesiae sunt saltem cognita sub conditione: ut, si dicant, verbi gratia: Dispenso tecum in tali voto merè interno, si emisisti, ut notat Vasquez 1. 2. disputatione 160. cap. 4. num. 17. & 18. Non tamen potest haec facere pro foro externo, & in externo iudicio per iurisdictionem inuoluntariam: & cum Christus illi dederit omnem potestatem pro illo foro; non tamen dedit pro hoc: & bene sic distinguit has potestates ex Sancto Thoma in 4. distinctione 18. *questione* 2. *articulo* 2. *quasi-sunt* 1. quia in foro conscientiae, & interno causa erat agenda inter hominem, & Deum: & idem opus fuit facultate soluendi ea, quae ligant hominem quoad Deum, quales sunt sine dubio etiam actus merè interni, & reatus poenarum, quae manent soluendae in Purgatorio, & hominem adhuc retinent obstrictum Deo, & diuinæ iustitiae: ac verò in foro externo non erat causa agenda, nisi hominis ad hominem; & idem satis fuit facultas soluendi illa, quae homines ligant in comparatione ad homines, quales sunt soli actus externi: & similiter quia potestas, & iurisdic-tio voluntaria debebat solum esse in bonum, & commodum cuiusque privati; potestas verò, & iurisdic-tio inuoluntaria in bonum Communitatis; rectè illa est tributa pro actibus merè internis, ut sunt dispensationes, & commutationes votorum, quando haec sunt merè interna, & remissiones, vel condonationes poenarum per Indulgentias: haec verò est solum tributa pro externis: & si haec vtraque, & tota potestas intelligatur generaliter fuisse concessa, generalissima illa concessione Matthaei 16. *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis.* omnino debet intelligi fuisse concessa cum distributione accommodata, iuxta finem cuiusque facultatis, & iuxta exigentiam cuiusque fori, id est, potestas, & iurisdic-tio voluntaria, & pro foro interno, cum extensione ad actus merè internos; & potestas, & iurisdic-tio inuoluntaria, & pro foro externo, cum restrictione ad solos actus externos: quia sic postu-

labat finis cuiusque. Et idem quia excommunicatio ex propria sua ratione maxime pertinet ad forum externum, utpote separans a communione fidelium, ut notat Sanctus Thomas in 4. *distinctione* 18. *quasi* 2. *art.* 2. *quasi-sunt* 1. citata, non potest aliter esse, aut aliter ferri, nisi ex iurisdictione inuoluntaria, quae sola exercetur in foro externo contra inuitos, ac repugnantes; ac proinde non potest incurrì per actus merè internos, qualis est haeresis sola mente concepta, ac retenta, cum ad huiusmodi actus non se extendat huiusmodi iurisdic-tio, ut diximus.

Atque hoc est multò verius, quam quod asserit Glossa 24. *quasi* 1. *initio*, *verb.* *Qui verò*, & in cap. *Cogitationis*, *verb.* *Patitur*, de poenit. *dist.* 1. & in *Clementinam* 1. §. *Verum*, *verb.* *Et ipso*, de *Haereticis*. & in cap. *unicum*, §. *Omnem*, de *Schismaticis*, in 6. *Felin.* in caput primum de *presumptione*, num. 7. & apud ipsum plures alij Canonistae, & ex Theologis Adrianus in 4. in materia de *Confessione*, *quasi* 2. §. *Alij probant*, & quoad lib. 8. *quasi* 1. & aliqui alij apud Sanchez lib. 2. in *Decalogum*, cap. 8. num. 1. excommunicationem latam contra Haereticos, incurrunt etiam ab illis, qui sunt Haeretici purè mentales, & per se occulti, cum etiam illi sint perfectè Haeretici, & crimen haeresis perfectè consummatur sola mente, & solo assensu cum pertinacia contra definitionem Ecclesiae.

Sed contra est: quia, ut diximus, non sic consummatur in ordine ad potestatem punitiuam, quam habet Ecclesia in foro externo, & pro externo regimine; quanuis sic consummatur in ordine ad Deum, & in ordine ad potestatem Ecclesiae pro foro interno, & pro bono cuiusque privati.

Et quod dicimus de huiusmodi Haereticis purè mentalibus, est etiam intelligendum de illis, qui dicuntur credentes Haeticorum, vel credentes Haeticis, si hoc nomine illi intelligantur, qui non sunt per se ipsi haeresim inuentores, & Magistri: sed Magistri, & inuentoribus voluntariè adhaerent, & credunt haereses, quasi in fide illorum; neque aliter sciunt illas distinguere, & explicare, sicut & credentes Ecclesiae illi dicuntur, qui solum confusè, & indistinctè id credunt, quod credit Ecclesia; neque aliter sciunt rationem reddere suae fidei, ut bene explicat Suarez *disp.* 21. de *fide*, *sect.* 2. n. 7. & *disput.* 24. *sect.* 1. n. 1. vel etiam illi, qui specialiter, & explicitè nulli haeresi adhaerent; sed solum implicite, & generaliter credunt, Haeticos habere bonam fidem, & esse bonos homines, ut exponit Palud. in 4. *dist.* 13. *quasi* 3. *conclus.* 7. & Pegna ad *Directorium Inquisitorum*, part. 2. com. 75. Nam, quanuis in iure canonico excommunicatio lata contra Haeticos, etiam extendatur ad credentes Haeticorum, cap. *Excommunicamus* 1. §. *Credentes de Haeret.* debent tamen etiam ipsi non esse credentes purè interni, & purè mentales; sed debent suam credulitatem aliquo modo declarasse, & expressis se exteriùs; & aliqui non cadunt sub hanc potestatem punitiuam Ecclesiae, neque incurrunt excommunicationem iam latam, ut patet ex dictis, & notat Suarez *disp.* 21. *sect.* 2. n. 7. cit. & de *confur.* *disp.* 4. *sect.* 2. n. 10. & alij, de quibus *infra*, *disp.* 44.

Atque hinc fit, ut huiusmodi haeresis, vel credulitas purè interna nulli sit referuata; sed liberè, & licitè possit absolui à quocumque Confessario approbato, ut etiam *supra* diximus n. 5. de haeresi purè externa; & ex communi sententia notat Sanchez lib. 2. in *Decalog.* cap. 8. cit. n. 3. & Suarez de *confur.* *disp.* 21. *sect.* 2. n. 2.

Et quanuis, absolute loquendo, non sit negandum,

9. Non desunt, qui putant, Haeticum purè internum esse excommunicatum.

10. Creditus Haeticorum quoniam sit, & quomodo incurrant excommunicationem.

11. Haeresis merè interna non est referuata.

12. Haeresis merè interna non est referuata.

13. Omnia, & solum Haereticum internum simul est externum, est excommunicatum.

14. Quomodo ad iurisdictionem, aut eius vim, vel exercitium requiritur cognitio actualis delicti, aut causa.

nam, quod potestas referuandi peccata, quam habent Superiores, & Praelati Ecclesiae, se extendat etiam ad haeresim, & ad peccata merè interna, cum reuera referuatio, per se loquendo, non sit poena; sed sola negatio, vel ablatio iurisdictionis pro foro interno: quia tamen ex communi sententia est valde alienum à prudenti, & suauiter gubernatione, quam tenet Ecclesia, ut de facto referuatur peccata merè interna, ut notat Sanchez cap. 8. cit. num. 4. & esset error, si referuarentur, & intolerabile esset, si semper esset recurrendum ad Papam pro peccatis internis, quae sunt ex se occultissima, & frequentissima; & vix potest aliquis secum ipse discernere, vtrum illis consentierit, necne, ut loquitur Sotus in 4. *distinctione* 18. *quasi* 2. *art.* 5. *verf.* *Verum verò*, pag. mibi 486. imò & esset culpa, ut tradit Bartholomaeus Ledesma in *Summa*, de *Sacrament.* *dub.* 16. de *Confessione*, *fundamento* 2. in fine, nunquam debent intelligi sub quacumque referuatiōe peccatorum esse comprehensa peccata purè interna, nisi clarissimis, & expressissimis verbis id declararetur: & subdit Sanchez num. 4. cit. ne alioqui temerè intelligantur Superiores, & Praelati sic referuantes, recederet à communi vlti Ecclesiae, & agere imprudenter; & errorem, & culpam committere, ut loquantur Authores citati.

Tertiò, & ex his colligitur, per eum omnem, & solum Haeticum incurrì excommunicationem, & poenas spirituales latas in iure contra Haeticos, qui neque sit Haeticus purè externus, neque Haeticus purè internus; sed simul sit internus, & externus; & ita in animo habeat haeresim per verum assensum, quem illi praestitit cum pertinacia, ut etiam exteriùs signo aliquo illam prodiderit, id est, siue verbis, siue factis. Ita omnes communiter, tam Theologi, quam Canonistae, apud Suarez *disp.* 21. de *fide*, *sect.* 2. cit. num. 6. & apud Sanchez lib. 2. in *Decal.* cap. 8. num. 6. nam eo ipso, quod haeresis est prodita exteriùs, & facta sensibilis, cadit, per se loquendo, sub potestate punitiuam Ecclesiae, & atque adeò comprehenditur lege, puniente ipso facto omnem haeticum, dictae iurisdictioni, & potestati subiectum.

Quòd si dicas, posse accidere, ut quis exteriùs prodiderit suam haeresim, verbo, aut signo; sed neminem proliùs id aduertisse; & idcirco esse impossibile naturaliter, ut tale crimen cognoscatur ab Ecclesia, vel ut veniat in illius notitiam; & per consequens nec posse cadere sub illius iurisdictionem, & potestatem punitiuam, & de facto puniri, sicut nec potest cadere, aut puniri delictum merè internum, ut *supra* diximus, cum vtriusque sic eadem ratio, & semper pro actuali punitiōe delicti requiratur actualis illius cognitio.

Respondeo cum Suariorum *disputatione* 21. *sect.* 2. num. 6. cit. ad iurisdictionem, seu potestatem punitiuam delicti, quasi in actu primo non requiri cognitionem actualem illius, sed solum potentialem passiuam, quae appellatur cognoscibilitas: haec autem sine dubio non desideratur in haeresi, quando iam est expressa exteriùs, & facta sensibilis, cum hoc ipso sit ex se apta mouere potentiam, & cognosci, & non contingat, nisi per accidens, quod de facto non moueat, & de facto non cognoscatur: quia potentia cognoscitiua non est illi approximata. Et hac de causa, quae sic se habent, dicuntur communiter à Doctoribus solum per accidens esse occulta, & per se esse publica, aut manifesta: quia est illis merè

Palud. Theol. Moral. Tom. I.

accidentarium, ut testibus careant; & quantum ex se, bene possent illos habere, & venire in notitiam publicam.

Ad vsum verò, aut exercitium talis iurisdictionis, aut potestatis punitiuae, neque etiam semper requiritur actualis cognitio; sed tunc solum, quando talis vltus est ab homine per sententiam particularem; non autem quando est à iure per sententiam generalem; nam bene potest conditor Iuris punire generaliter per suum lus eos omnes, qui fecerint hoc, vel illud, etiam si non cognoscat particulariter, & in specie, quòd hic, vel ille id fecerit; & talis lex, vel sententia si intelligatur quasi secundariò lata ad singulos, & quasi singulos puniens, debet resolui, quasi in conditionalem: Punio te, si hoc feceris. Et eo ipso deinde, quòd constat vnicuique per propriam conscientiam, quòd legis conditio sit impleta, & quòd reuera id fecerit, etiam constat, quòd sit punitus per legem, & quòd poenam incurrerit.

Atque hinc patet, diuersam esse rationem de iis, quae sunt occulta per se, qualis est haeresis, vel actus quicumque merè internus; & de iis, quae sunt occulta solum per accidens, qualis est haeresis, vel actus quicumque sensibilis, & externus; sed carens testibus: nam occultata per se omnino sunt extra potestatem, & iurisdictionem, quam habet Ecclesia inuoluntariam, & pro foro externo, cum impossibile sit, ut naturaliter veniant in notitiam, & cognoscantur particulariter; & Christus Dominus de facto non communicauit Ecclesiae hanc potestatem, ut diximus: occulta verò solum per accidens omnino cadunt sub talem potestatem, & iurisdictionem, cum ex se sint cognoscibilia, & solum ex accidente non cognoscantur.

Et quanuis, absolute loquendo, potuerit Christus communicare Ecclesiae directam potestatem, & iurisdictionem inuoluntariam, etiam in actus merè internos, ut notat Suarez lib. 4. de legibus, cap. 12. num. 6. & in tali casu potuisset Ecclesia per suas leges etiam illos directè prohibere, & punire, eaque leges satis efficaciter potuissent habere ex conscientia cuiusque, sicut & modò habent, dum puniunt actus occultos per accidens, qui ex defectu testium non potest cognosci, & puniri à iudice per sententiam particularem; de facto tamen non communicauit huiusmodi potestatem, ut subdit Suarez *ibidem*, cum nihil tale habeatur in Scriptura: imò, & habeatur oppositum, quando dicitur, quòd secreta cordium Deus ipse sibi referuauit cognoscenda, & manifestanda suo tempore, & punienda; neque Ecclesia, & Summi Pontifices sibi vnquam attribuerint, aut agnouerint potestatem directam super merè internis, imò & expressè eam negarint, dum negarunt vniuersaliter, quòd Ecclesia iudicet de occultis; neque fuerit ratio, ut Christus eam deberet communicare, nisi pro foro interno, & per iurisdictionem solum voluntariam: siquidem actus merè interni solum possunt pertinere ad causam hominis cum Deo; non autem ad causam hominis cum homine, ut *supra* diximus num. 7. ex Sancto Thoma in 4. *distinctione* 18. *questione* 2. *articulo* 2. *quasi-sunt* 1. Et ex hoc defectu potestatis directae communicata à Christo super internis, clarissimè patet, quare Ecclesia non possit punire

15. Quare Ecclesia possit punire per excommunicationem Haeticos occultos per accidens, non autem occultos per se.

16. Potestas directae in actus merè internos potuit absolute communiari Ecclesiae sed de facto, non est communis causa à Christo.

P Haeticos

Hæreticos merè internos, & occultos per se; siue per sententiam latam ab homine ex actuali cognitione, & probatione delicti; siue per sententiam latam à Iure, & quasi sub conditione, dicendo, verbi gratia: Punito te, si consenseris. possit autem punire externos, etiam per accidens occultissimos: & quare possit ex potestate, & iurisdictione voluntaria dispensare in votis merè internis, aut illa commutare, & relaxare sub conditione, dicendo, verbi gratia: Dispensio tecum, aut tibi commuto, vel relaxo hoc, vel illud votum internum, si emisisti. vt supra diximus ex Vasquez 1. 2. disp. 160. cap. 4. num. 17. & 18. pag. mibi 81. col. 1. non autem possit quicquam facere super actibus merè internis ex potestate, & iurisdictione inuoluntaria.

DISPUTATIO XL.

Quibus modis Hæretici ad incurrendam excommunicationem debeant exterius verbis, aut factis prodidisse, & manifestasse suam hæresim.

- 1. Hæresis non proditur exterius, nisi verbis, aut factis.
2. Tam verba, quam facta, debent completè, & determinatè ducere in notitiam hæresis, & esse ex se peccatum graue contra fidem.
3. Qui ex sensu hæretico profert verba mutila, & orationes imperfectas, non est censendus Hæreticus exterius.
4. Qui cistris hæresim scribit.
5. Qui hæresim profert per verba æquiuoca, & ambigua.
6. Qui profert blasphemiam etiam hæreticalem per modum tantummodo Imperatiuum, aut Optatiuum.
7. Qui exterius solum negat propositionem theologiam verbi gratia, quod Christus sit visibilis.
8. Qui dicit, se dubitare de aliquo articulo fidei. Qui solum in genere dicit, se habere assensum hæreticum.
9. Qui cogitans hæresim, annuit capite, aut plaudit manibus.
10. Qui credens hæresim, operatur exterius, quod per illam putat licere.
11. Qui credens fornicatione licere, fornicatur de facto.
12. Credens Hæreticorum per quas actiones, aut facta externa probentur.
13. Interna hæresis proditur etiam per omissiones.
14. Qui manifestat internam hæresim in confessione sacramentali.
15. Vel ad petendum consilium à Confessario.
16. Non autem id facit ad malum finem, & idè simulat confessionem.
17. Qui manifestat quomodocumque ad bonum consilium petendum.
18. Secus autem si manifestet ad petendum consilium malum.
19. Qui Indici constitetur, se de præterito consensisse in hæresim.
20. Qui inter iocandum fatetur se consensisse in hæresim, & de hoc sibi complacet, vt de præterito.
21. Qui dicit, se habere propositum consentiendi in hæresim, vel apostatandi.
22. Qui legendo, aut transcribendo alienum librum, vel etiam disputando, aut narrando, profert suam ipsam hæresim, quam habet in mente.

- 23. Qui profert hæresim tempore somni, aut ebrietatis.
24. Næquè est eadem ratio, si percutiat, aut occidat; idè, prouidit, vt securum.
25. Si tamen manifestato hæresis non solum fuit præiurata, sed etiam fuit intentata, vt securus ex somno, vel ex ebrietate, omnino sufficit ad incurrendam censuram.
26. Facta externa, per que hæresis manifestatur, debent esse mala mortaliter.
27. Simonia purè mentalis non inducit excommunicationem, etiam donatione, & receptione exterius facta, & completa.
28. Censura non potest imponi pro actu externo, non ex se malo; & qui merè accidentaliter, & occultè procedat ab actu interno malo.
29. Censura potest imponi pro actu externo, qui sit ex se malus, cum restrictione tamen, quod procedat à certo actu interno.

OSITO, quodd Hæreticus non incurrat excommunicationem, & penas Hæreticorum, nisi prodat, & manifestet exterius suam hæresim, hoc ipsum est explicandum, quibus modis contingere debeat, vt postea hinc iudicemus in casibus particularibus, vtrum hic, vel ille Hæreticus sit excommunicatus, & penas incurrerit.

Sed breuiter est dicendū, quod solum dupliciter potest proditur exterius interna hæresis, id est, verbis, aut factis; neque vllū posse censi externum Hæreticum, & incurrisse penas Ecclesiæ, nisi hæresim sufficienter manifestarit, saltem altero ex his modis, vel simul vtroque, vt videre est apud Farin. tract. de hæresib. q. 187. n. 16. & in re simili de creditibus Hæreticorum, videri potest in Directorio Inquisitorum par. 2. q. 50. & apud Pegnam ibid. com. 75. pag. mibi 367. & apud Suar. disp. 21. de fide, sect. 2. n. 8. & Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 8. n. 6. & seqq. nam verba ex propria institutione hoc habent, vt sint signa conceptuum; & earum, quæ sunt in anima, passionum nota, vt patet ex Aristotele 1. peri herm. cap. 1. & potentia locutiua idè homini est tributa, vt possit per illam communicare alteri suas intellectiones, & sic supplere suam indigentiam, quoad operationes animæ intellectiua, & fructum capere ex sociabilitate humana, vt patet ex 1. Polit. cap. 2. Et per verba, non solum illa debent intelligi, quæ profertur voce; sed etiam illa, quæ exarantur scripto, cum etiam hæc sint sensibilia, & faciant re cognosci per sensus externos: facta verò hoc habent maximè, vt tanquā externi effectus ducant in notitiam affectus, & voluntatis internæ, tanquā causæ, L. Dolus. C. de dolo malo. & cap. Nuper. in sine, de bigamia. Nec refert, quod quis voluntatem suā exprimat verbis, aut factis, L. Contra legem. ff. de legib. & notat Gloss. in cap. Quem progenitores. 20. q. 1. imò plus est, quod exprimat factis, cap. Dilecti. de appell. & ex Christo Domino Ioann. 5. opera ipsa, quæ facimus, testimonium perhibent de nobis: & quando non credimus verbis, operibus credimus, vt subdit cap. 10. Atque hac de causa si quis ore, aut verbis dicat, se esse Catholicum; factis verò se ostendat Hæreticum; magis contra illum est credendū factis, quam verbis; nec verba illū exculant sufficienter, vt notat Farinac. tract. de hæresib. q. 187. n. 17. & 18. pag. mibi 189. ex Host. in rubr. de Summa Trinitate, & fide cathol. n. 19. Ioan. Andr. Butrio, Imola, & aliis; & argumento capituli, Existimant. 11. quest. 2. vbi ex Sancto Hieronymo in cap. 1. Epistola ad Titum, vniuersaliter dicitur, quod non is tantum negat Christum, qui à Gentilibus comprehensus, negat se esse Christianum; sed etiam ille, qui facit peruerfa, sicut

Hæresis non proditur exterius, nisi verbis, aut factis.

hinc & contra eundem Christum semper confiteatur, quoties benè agimus. Et contra hanc præsumptionem Iuris, quæ desumitur ex factis hæreticibus, vix potest afferri probatio, quæ sit sufficientis, vt notat Pegna ad Directorium Inquisitorum, part. 2. com. 59. vers. lam hoc. & Farinac. quest. 189. cit. n. 19. & alij apud ipsum.

Siue autem hæresis interna prodatur verbis, siue factis, duo præcipue debent concurrere ad hoc, vt censentur sufficienter illam prodere, & manifestare exterius. Primò, vt completè, & determinatè illam significet, & præter sui notitiam, determinatè etiam ducant in notitiam illius; & deinde, vt sint ex se ipsi peccatum mortale contra fidem, id est, externa confessio, aut professio hæresis, & infidelitatis: quādiū enim deest prima conditio, & verba, vel facta, siue ex se, siue ex circumstantiis loci, & temporis, & ex antecedentibus, & consequentibus nõ ducunt determinatè, & completè in notitiam interni erroris contra fidem; semper ille manet interius, & occultus per se, & idè extra iurisdictionem, & potestatem Ecclesiæ; nec crimen hæresis est adhuc factum exterius, vt notat Vasq. 1. 2. disp. 160. cap. 5. n. 21. & apud illum Alphons. à Castro lib. 2. de iustis Hæreticis, punit. c. 18. sub initium. Et quādiū deest secunda conditio, & externa declaratio, & manifestatio hæresis, est actus bonus, non autem malus mortaliter; non est dignus, qui puniatur per excommunicationem, vel per aliam quancumque pœnam, & tota malitia hæresis totaliter, & purè manet interius, vt notat Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 14. n. 6. & Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 8. num. 70. Quo tamen modo non cadit sub potestatem, & punitionem Ecclesiæ.

Et ex his duabus conditionibus possunt explicari plurimi casus particulares. Nam ex defectu primæ conditionis, & ex significatione non completa, & non determinata, non est censendus externus Hæreticus, qui secum ipse cogitans, & reuoluens internum assensum hæreticum, verbi gratia, quod in diuinis non sint tres Personæ cum vnitare naturæ, exterius solum profert hæc verba, quæ nullum faciunt sensum perfectum, & in nullo constituunt intellectum: Est impossibile. Nõ ita est, & similia. Neque ille, qui exterius profert propositionem catholicam, v. g. quod in Christo sint due naturæ cum vnitare Personæ; quam tamen ipse per conscientiam ertoncam putat esse hæreticam, non autem profert vterius, quod illam credat, tanquā hæreticam, neque ille, qui profert propositionem ex se non hæreticam, & non damnatam; sed cum interno proposito eam credendi, etiam si Ecclesiā illam damnet; neque hoc propositum aliter explicat, aut significat, quia in his omnibus casibus malitia hæresis non sit exterior, & verba omnia, quæ dicuntur, quāuis sint mala, vt pote dicta ex malo, & hæretico animo, non sunt tamen sufficientia, vt alios ducant completè, & determinatè in illius notitiam, vt notat Suar. disp. 21. sect. 2. citata, n. 10. Vasq. part. 2. disp. 160. cap. 5. n. 21. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 9. quest. vlt. Sayr. lib. 3. Theol. cap. 4. n. 1. Sanchez lib. 2. cap. 8. n. 7. cit. & n. 11. & alij apud ipsum.

Oppositum tamen quoad verba, & locutiones mutilas, & quoad actus quoscumque externos, qui fiât ex interno affectu hæretico, & verè ab illo participent malitiam contra fidem, docet Garzias de beneficiis, part. 11. cap. 10. num. 105. & 106. pag. mibi 341. col. 2. quia Ecclesiā habet potestatem in omnes actus externos, cõique omnes potest præcipere, si sint boni, & conuenientes ad finem; vel prohibere, & punire, si sint mali, & disconuenientes; & hoc modo

Bul. lelli, Theol. Moral. Tom. 11.

generaliter prohibet, & punit per excommunicationem omnem externā hæresim, & omnem actum externum, qui sit malus per malitiam hæresis. Sed contra est non solum communis sententia Theologorum, vt iam diximus; sed, quia est falsum, quod omnis actus externus sit de foro, & de potestate Ecclesiæ, si solum sit malus per actum internum merè accidentalē, à quo emanat, eaque emanatio sit planè occulta, nec vllò modo prodatur exterius, vt infra à constabit n. 26. & seqq.

Et idem est ex eodem Sanchez ibid. n. 10. si quis scribat internam hæresim notis, & characteribus, siue cistris à se tantum inuentis, & nulli alteri cognitis, nisi sibi: si enim reuerà ex huiusmodi cistris nullus est, qui possit venire in notitiam hæresis, non potest dici, quod per illas sit facta exterior: quod idem ex Farinacio tractatu de hæresib. quest. 187. n. 10. in fin. etiam est, si quis suam hæresim ita scribat communibus characteribus; vt tamen à nullo legi; aut intelligi possint: quia in tali casu habenda est pro non scripta, si, scilicet, per se verè non possit legi; non autem solum per accidens. Et contra si cistræ, per quas hæresis scribitur, sint communicatæ, & notæ alicui alteri, sique possit per illas dici in notitiam interni erroris; rectè dicitur, quod sit facta exterior, & solum per accidens sit occulta, etiam si ille alius de facto cistras non viderit, & statim fuerint laceratæ, aut deletæ: nam certum est, quod huiusmodi cistræ, etiam scriptæ tantum semel, & statim deletæ; & laceratæ, non habent minorem efficaciam, aut vim ad significandam exterius hæresim, quā habeant verba, & soni verborum, qui simul euanescent, dum proferuntur, sicut & motus, & alia etiam successiua, quorum esse solum consistit in successione, & transitu partium ad non esse. Et idè quemadmodum hæresis verbis prolata etiam semel, & nemine audiente verè dicitur esse facta exterior, & esse occulta solum per accidens: ita & scripta semel per cistras, per se loquendo, alicui notas; sed ex accidente, & de facto à nullo visas, verè est facta exterior, & per se manifesta.

Et simile quid etiam accideret, si quis exprimeret internam hæresim per verba amphibologica, & æquiuoca: neque enim per hæc satis haberet subterfugij ad vitandam censuram, vt notat Suar. de censur. disp. 4. sect. 3. n. 17. & disp. 21. de fide, sect. 2. n. 10. cit. & Sanch. lib. 2. cap. 8. n. 26. & Farinacius de hæresib. quest. 187. n. 12. & alij apud ipsum: quia eò ipso, quod verba, secundum aliquam propriam significationem accepta, possunt alterum ducere in notitiam hæresis, satis illam produunt exterius, etiam si per aliam significationem possint illam etiam occultare. Et quemadmodum hæc duplex significatio, altera ad alteram se habet per accidens, & neque tollunt se mutud: ita & effectus vtriusque alter ad alterū se habent per accidens, neque tollit se mutud: & hoc, quod est, hæresim esse occultā per vnā significationem, nõ tollit, quod per alteram non sit manifesta, & quod simpliciter, & absolutè non possit dici manifesta, cū bonum sit semper ex integra causa, & malum ex singulis defectibus. Et quemadmodum si quis post hæresim verè prolata ex animo, & affectu hæretico, & post illā factam externam, & per se manifestam, conaretur, fictione aliqua eam iterum occultare, dicendo, verbi gratia, quod non ex animo verba illa protulerit; sed solum materialiter, aut ioco, vt Hæreticū se simularer, & amicis, verbi gratia, audientibus, eumque obiurgantibus, illuderet; non propterea censuram euaderet, nec possit facere, vt sua hæresis iam non esset per se manifesta, vt benè Suar. de censur. disp.

Qui cistris hæresim scribit.

Qui hæresim profert per verba æquiuoca, & ambigua.

pro actu externo, qui sit ex se malus...

intentione, aut dispositione interna, vt quando si- gnanter dicit: Sit excommunicatus, qui hoc, vel illud...

Neque pro iltorum sententia multum facit id, quod habetur Clementina 1. §. Quia verò, vers. Quod si de stat. Monach. quod Monachi sint ipso facto excommunicati...

Quod verò additur de Inquisitoribus, & Iudici- bus fidei, non facit ad rem, si ponantur ex odio, vel ex alio prauo affectu...

Ecclesie; & cum sit ex se malus, potest ab illa puniri per suspensionem, & per excommunicationem...

DISPUTATIO XLII.

Vtrum Hæretici externi, & excommuni- cati, sint eo ipso vitandi.

- 1. Quæstio solùm intelligitur de Iure nouo, & stante Constitutione, Ad euitanda.
2. Ex sententia Soti omnes Hæretici sunt habendi tanquam nominatim excommunicati, & denunciati.
3. Sed est falsum.
4. Propter paritatem rationis non est facienda exten- sio à notariis percussoribus Clericorum ad alios excommunicatos notorios.
5. Ex Concilio Basileensi omnes excommunicati noto- rij sunt vitandi.
6. Sed oppositum est communi vsu receptum.
7. Pro vitandis excommunicatis non suppletur de- nunciatio Iudicis per euidenciam facti.
8. Pro vitandis excommunicatis vtrum sufficiat de- nunciatio criminis; an verò requiratur specialis, & expressa denunciatio excommunicationis.
9. Si quis denunciatur incurrisse in hæresim, & gene- raliter in omnes pœnas, & censuras Hæreticorum, vtrum sit vitandus.
10. Si denunciatur excommunicati omnes Lutherani, aut Caluinistæ, non propterea est vitandus hic, aut illo particularis Lutheranus, aut Caluinista.
11. Nominatim excommunicatus, & non denunciatus, non est vitandus.
12. Quid requiratur ad hoc, vt aliquis sit excommuni- catus nominatim.
13. Si vnus aliquis nominatim denunciatur excommuni- catus, & simul cum illo denunciatur etiam alij generaliter, ille solus est vitandus; non autem alij.
14. Si vna aliqua Communitas nominatim denuncia- tur suspensa, vel interdicta, eo ipso vitandi sunt singuli de illa Communitate.

NON querimus de Iure diuino naturali, ex quo, vt diximus disp. 39. num. 3. omnes fi- deles debent illos vitare non communi- cando in eorum ritibus, & doctrina, nec tantam fa- miliaritatem cum illis habendo...

non querimus secundum Iura antiqua, cum secun- dum illa sint vitandi non solum Hæretici; sed etiam omnes excommunicati, cap. Si Episcopus. & cap. Si quis Episcopus. 2. & cap. Sicut Apostoli. & alio se- quentibus, 11. qu. 3. & occultè sunt vitandi, qui sunt excommunicati occultè; & publicè, qui sunt publici, cap. Cum non ab homine. de sent. excom. & notat Co- uar. in cap. Alma mater. part. 1. §. 2. n. 3. & Suar. disp. 21. de fide, sect. 3. n. 1. sed querimus secundum iura magis noua, & stante constitutione, aut decreto Concilij Constantiensis, confirmato per Marti- num V. & postea etiam in Concilio Basileensi sess. 20. in fine, vt refert Sylluester. Excommunicatio. §. n. 7. & Sanctus Antonin. part. 3. tit. 2. §. cap. 3. & apud Sotum in 4. dist. 1. quest. 5. art. 6. conclus. 4. §. In trans-itu autem. & apud Toletum lib. 1. cap. 12. n. 2. & apud Suar. de cens. disp. 9. sect. 2. in quo ad euitanda scanda- la, & multa pericula; & ad subueniendum conscien- tiis timoratis, statuitur, vt nemo deinceps tenea- tur abstinere à communione alicuius in Sacramen- torum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscumque diuinis, vel extra, prætextu cuiuscumque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ ab ho- mine, vel à Iure generaliter promulgatæ, nisi sen- tentiæ, vel censura huiusmodi, fuerit à Iudice pro- mulgata, vel denunciata specialiter, & expresse, saluo, si quein pro sacralegæ manu iniectione in Clericum, sententiam latam à Canone adeo noto- riè constitit incidisse, quod factum non possit ali- qua tergiversatione celari, aut aliquo suffragio ex- culari. Et stante hac constitutione, seu decreto, ra- tio dubitandi potest esse, quia Sotus in 4. dist. 20. quest. 1. art. 5. conclus. 2. pag. 555. & dist. 25. quest. 1. art. 1. post 3. conclusionem, vers. Hic tamen. pag. 64. & art. 3. vers. In ordinat. pag. 654. absolute asserit, inter excommunicatos nominatim, & denunciatos esse habendos etiam Hæreticos, & Schismaticos, & Apostatas à fide, idque saltem videtur admittendum, si sint hæresis, aut schismatici, vel apostasie condem- nati, vt ipse prius se explicauerat dist. 1. quest. 5. art. 6. concl. 8. §. At verò animaduertendum est. pag. mibi 68. vbi etiam hoc idem docuerat de simoniaciis, & vniuersaliter de omnibus, qui per sententiam sint damnati alicuius criminis, quod habeat annexam excommunicationem.

Verum, quod Sotus asserit dist. 20. & 25. cit. in- definite, & absolute de Hæreticis, quod sint haben- di eo ipso, vt nominatim excommunicati, & de- nunciati à Iudice; & idè quod sint vitandi, etiam stante constitutione, & decreto cit. Concilij Con- stantienfis; ab omnibus communiter reiicitur, tan- quam dictum gratis, & voluntariè, & tanquam re- pugnans satis expresse dictæ Constitutioni, in qua generaliter indulgetur, vt nullus excommunicatus sit vitandus, nisi illius sententiæ, vel excommuni- catio specialiter, & expresse sit promulgata, vel de- nunciata à Iudice: quo tamen modo certissimum est, quod non semper sunt specialiter, & expresse promulgatæ, & denunciata sententiæ, & excom- municationes Hæreticorum: & cum in eodem In- dulto, & concessione generali nulla alia subdatiur exceptio, aut limitatio, nisi quoad notorios percussor- es Clericorum; certissimum debet esse, quod per hanc ipsam exceptionem firmetur regula pro aliis omnibus non exceptis, & per consequens etiam pro Hæreticis, vt notat Suar. tom. 3. de Sacramen. disp. 18. sect. 1. §. Tertio est obseruandum. pag. mibi 203. & tom. 5. de censuris, disp. 9. sect. 2. n. 6. pag. 188. in fine, & disp. 21. de fide, sect. 3. n. 2. pag. 319. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 13. quest. 7. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 9. n. 3. & om- nes communiter.

Neque ex eo, quod Concilium Constantiense subiunxerit exceptionem de notorio percussore Cle- rici, valet inferre, quod idem voluerit intelligi etiam de quocunque alio excommunicato notorio, & spe- cialiter de Hæretico, cum de omnibus sit eadem ra- tio, & de Hæretico sit etiam maior: & per conse- quens etiam de omnibus debeat esse eadem disposi- tio Iuris, L. Illud. ff. ad legem Aquiliam nam in iis, quæ solum pendent ex voluntate Principis, & ex Iure positiuo, non valet argumentum à sola parita- te, vel maioritate rationis, nisi etiam, accedat simi- liter ipsa voluntas, & ipsum Ius, vt in casu præsentis notat Suar. de cens. disp. 9. sect. 2. num. 6. & fuse pro- bat lib. 6. de legib. cap. 3. ius autem, & voluntas Prin- cipis non accedit similiter ad vitandos alios excom- municatos notorios propter alia crimina, sicut accé- dit ad vitandos notorios persecutores Clericorum: & de his rectè potuit ius, & Princeps specialiter id statuere, cum tale crimen sit maxime scandalosum, & facile possit esse notorium: & quando est huius- modi, facile possit vitari, qui illud commisit; quod tamen non accidit in crimine hæresis, quauis sit grauius, cum hoc in iis locis, vbi fides, & religio catholica viget, vix vnquam sit notorium, & aliqua tergiversatione semper possit celari, & vbi grassatur hæresis, & infidelitas, non possit vitari Hæreticus notorius sine maximo incommodo, & sine maximis animarum periculis; quæ tamen dictum Concilium Constantiense; & Martinus V. tollere voluit, non autem fouere, aut retinere.

Et quauis in Concilio Basileensi, quod fuit po- sterius ad Constantiense, & in quo reperitur, & in- nouatur dictum decretum de non vitandis excom- municatis, nisi denunciatis, loco alterius exceptio- nis de notoriis percussoribus Clericorum ponatur generalis exceptio de omnibus excommunicatis manifestis, qui nullo modo possunt occultari, aut per aliquod Iuris remedium exculari: & hi omnes di- cantur esse vitandi, etiam si à Iudice non sint specia- liter denunciati: & ex Nauarr. in Man. cap. 17. num. 34. & 35. hoc modo idem decretum sit postea ite- rum confirmatum, & innouatum in Concilio Late- ranensi sub Leone X. sess. 11. & in concordatis in- ter dictum Leonem, & Franciscum I. & sic referat- ur etiam in Statutis Ecclesiæ Gallicanæ tit. de ex- communicatis non vitandis, & sic approbetur à pluri- bus Theologis, & Canonistis, vt videre est apud Sua- rium de censur. disp. 9. sect. 2. cit. num. 4. & apud Azor. part. 1. lib. 8. cap. 11. quest. 1. col. 957. Quia tamen communis vsu totius Ecclesiæ dictum decretum est iam receptum iuxta formam Concilij Constantien- sis, & cum exceptione solum speciali de notoriis percussoribus Clericorum; non autem cum excep- tione generali de omnibus excommunicatis ma- nifestis, vt notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 9. n. 5. & Martinus V. sic illud confirmauit, & perpetuo du- rare voluit, vt ex testibus fide dignis refert S. An- tonin. part. 3. tit. 2. §. cap. 3. & alij apud Suar. de censur. disp. 9. sect. 2. cit. n. 5. non est, quod curemus, saltem in praxi, quoad hoc decretum de Concilio Basileen- si, quod non potuit reuocare, aut moderari, quod erat statutum in Concilio Constantienfi, nec quoad hoc est confirmatum, aut approbatum ab vilo Pon- tifice. Et idem est ex Suario n. 5. cit. etiam de Con- cilio Lateranensi; quod non intendit legem ferrè pro tota Ecclesia; sed solum concordare cum Gal- lis, qui tunc fuerunt contenti dicta forma Concilij Basileensis; imò, & postea communi vsu receperunt formam aliam Concilij Constantiensis. Et iuxta hunc vsum non sunt damnandi, qui apud illos pu- blicè, & palam communicant cum Hæreticis publi- cis;

Propter pari- tatem ratio- nis non est fa- cienda exten- sio à notoria percussoribus Clericorum ad alios excom- municatos notorios.

Ex Concilio Basileensi omnes excom- municati not- orij sunt vit- andi.

Sed oppositum est communi vsu receptum.

Quæstio solùm intelligitur de Iure nouo, & stante Constitutione, Ad euitanda.

cis, vt notat Sotus in 4. dist. 2. quest. 1. art. 4. Nau. in Manu. cap. 27. n. 35. cit. & conf. 1. de constit. n. 9. & 60. quest. 24. lib. 1. & conf. 10. n. 2. de Hæret. lib. 5. & apud Suar. de censur. disp. 9. sect. 2. num. 5. cit. & disp. 21. de fide, sect. 3. num. 4.

Neque facit contra hæc, quæ diximus specialiter de Hæreticis non denunciatis, id, quod habetur cap. Sicut. de Hæret. quod Hæretici non possint domo recipi, vel teneri in suis terris, neque vlla negociatio possit cum eis exerceri; ex cap. Si quem forte. 24. quest. 1. quod Sacramenta ab illis non possint accipi, nisi forte in extrema necessitate, & quando non possunt haberi à Catholico: hæc enim, & similia solum intelliguntur de Iure antiquo, & ante Decretum, vel Constitutionem iam dictam Concilij Constantiensis, vt notat Sanchez lib. 2. in Lictal. cap. 9. n. 3. quo etiam modo loquitur S. Thomas 3. part. quest. 82. art. 9. vbi similiter negat, posse accipi Sacramenta ab Hæretico, vel Schismatico, aut excommunicato quocunque: siquidem Decretum iam dictum Concilij Constantiensis tempore S. Thomæ nondum emanauerat, vt notat ibi Caiet. & Sot. in 4. dist. 13. q. n. art. 9. §. Per unum pag. 348. & Suar. disp. 21. sect. 3. n. 5. cit. & Sanchez lib. 2. cap. 9. cit. n. 10. in fin.

7. Pro vitandis excommunicatis non suppletur denunciatio Iudicis per eundem facti.

Quod si dicas, denunciationem Hæretici, vel excommunicati, factam à Iudice, posse suppleri per ipsam facti, aut censuræ notorietatem, & euidentiam: siquidem ad eum tantummodo finem denunciatur delictum, aut pœna, vt innotescat; neque est opus denunciatione, si iam innotuit: & qua ratione suppletur denunciatio Iudicis per notorietatem facti in percussione Clerici, eadem potest suppleri etiam in Hæretico, & in alijs delinquentibus.

Contra est: quia, si lex ad aliquem effectum specialiter requirat certum modum notitiæ, eumque velit esse quasi de forma, non potest suppleri per æquipollens: & ita res se habet in casu presenti, vt notat Simanchas de cathol. instit. tit. 9. n. 166. & apud Suar. sect. 3. cit. n. 4. in fin. cum lex, & decretum iam dictum Concilij Constantiensis ad inducendam obligationem vitandi excommunicatos quocunque, specialiter, & expressè requirat denunciationem factam à Iudice; neque admittat, vt sufficientem, solum notorietatem; nisi in percussore Clerici.

8. Pro vitandis excommunicatis vtrum sufficiat denunciatio criminis, & expressa denunciatio excommunicationis.

Quod verò præterea retulimus supra n. 2. ex eodem Soto in 4. dist. 1. quest. 3. art. 8. quod Hæretici, Schismatici, A postatæ, simoniaci, & alij quicunque criminosi, excommunicati, tunc saltem sunt reputandi, vt nominatim excommunicati, & denunciati; & vitandi, quando à Iudice sunt damnati illius criminis; quod habet annexam excommunicationem: quod idem etiam repetit idem Sotus infra, dist. 13. quest. 1. art. 9. §. Per unum. & dist. 22. qu. 1. art. 4. pag. 595. col. 1. sub initium: hoc, inquam, petit aliam difficultatem, vtrum denunciatio facta à Iudice, debeat esse specialiter, & expressè ipsius excommunicationis, aut censuræ, propter quam immediatè, & proximè aliquis est vitandus, an verò sufficiat, si sit ipsius criminis, propter quod incurritur excommunicatio, & censura, ex qua deinde consequitur, quod sit vitandus: & vtrum, si quis denunciatur, verbi gratia, incidisse in hæresim, neque fiat alia mentio, quod per hæresim etiam incidit in excommunicationem, sit eo ipso vitandus, tanquam excommunicatus denunciatus. Pro qua difficultate partem affirmatiuam simul cum Soto tenet Henric. lib. 9. de Missa, cap. 15. n. 4. in commentar. littera A, & lib. 13. de excommunicatione, cap. 5. in n. 4. Suarius de censuris, disp. 9. sect. 2. num. 10. & disp. 21. de fide, sect. 3. num. 6. & sequentibus,

& alij apud Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 9. num. 4. quo loco etiam ipse ait, id esse probabilissimum. Et ratio potest esse: quia, quando est ex se manifestum, quod aliquod crimen habeat ipse iure annexam excommunicationem, in idem recidit, quod aliquis, declaratur à Iudice incurrisse in illud crimen; & quod declaratur incurrisse in excommunicationem. Et hanc declarationem commissi criminis posse sufficere ad hoc, vt aliquis sit vitandus, videntur etiam satis habere verba ipsa Concilij Constantiensis, quæ solum sub distinctione requirunt denunciationem sententiæ, vel censuræ, aut prohibitionis; non autem determinatè denunciationem censuræ, pro vt contradistinguitur à sententiâ, si forte hæc sit lata de solo crimine.

Sed partem negatiuam, vt magis probabilem, & magis conformem intentioni, & verbis Concilij Constantiensis, tenet Sanchez cap. 9. num. 4. cit. & apud illum Nauar. de oratione, cap. 22. num. 6. pag. mibi 299. col. 3. & Graff. in suis decis. part. 1. lib. 4. cap. 11. num. 5. in fin. quanuis hic num. 6. in fin. sit sibi contrarius, & sentiat cum Soto. Et ratio potest esse: quia verba Concilij Constantiensis: Nisi sententiâ, vel censurâ, aut prohibitio contra personam certam à Iudice promulgata, & denunciata fuerit specialiter, & expressè videntur pro eodem accipere tria illa, sententiâ, censuram, & prohibitionem: & hæc duo posteriora solum addere ad maiorem declarationem primi; non autem ad omnia contradistinguenta ab inuicem. Et mens, aut sensus Concilij videtur esse, quod criminofus quicunque non sit vitandus, nisi probato crimine coram Iudice promulgetur, & denunciatur incidisse in sententiâ Canonis, hoc est, in censuram, & in prohibitionem communicandam cum alijs, & vt alij communicent cum ipso. Et quod dicta sententiâ, censura, aut prohibitio, tunc solum operetur in alijs, quod teneantur vitare criminofum, quando fuerit promulgata, & denunciata à Iudice; & quod hic sensus sit legitimus, & verè intentus à Concilio, clarè confirmatur ex verbis sequentibus de percussione Clerici: neque enim Concilium asserit, quod percussor tunc sit vitandus, quando percussio constat ita notoriè, vt non possit aliqua tergiversatione celari, aut aliquo suffragio excusari; sed quando notoriè constat pro sacrilega manuum iniectione in Clericum, eum incidisse in sententiâ latam à Canone, &c. Quibus verbis certissimè, & clarissimè constat, quod nomine sententiæ non intelligit Concilium ipsam declarationem commissæ percussoris; sed ipsam censuram, quæ est pœna, & sententiâ lata per Canonem contra percussorem: & cum pro vitandis alijs excommunicatis illud idem requirit Concilium promulgari, & denunciari à Iudice, quod pro vitando percussore Clerici requirit notorium in facto; certum videtur, quod à Iudice debeant etiam promulgari, & denunciari omnes alij vitandi, incidisse in sententiâ latam à Canone, hoc est, in censuram, & in prohibitionem communicandi; non autem sufficiat, si solum denunciatur incidisse in crimen, propter quod est lata sententiâ, & censura à Canone. Et sic videtur postulare etiam fauor animarum, & euitatio scandalorum, & periculorum pro conscientijs timoratis, qui est finis per se intentus à Concilio in dicto decreto: certum enim est, quod multò meliùs euitantur scandala, & pericula, si excommunicati sint solum vitandi, quando ipsa excommunicatio, & censura est denunciata specialiter, & expressè, quam si præterea sint vitandi, quando est denunciatum solum ipsum delictum: imò, nec euitantur sufficienter dicta pericula, si non est expectanda denunciatio

expressa

expressa ipsius censuræ, cum facile possit accidere, vt qui denunciatur incurrisse delictum, verbi gratia, hæresim; adhuc ignoretur incurrisse excommunicationem; & multò magis adhuc ignoretur esse vitandus, cum non sit eodem modo notorium notorietate facti, quod excommunicatio sit per se annexa, verbi gratia, crimini hæresis, sicut est notorium notorietate iuris, vt notat Nauar. de orat. cap. 22. n. 6. cit. & multò minùs sit omnibus notum, quod denunciati Hæretici sint eo ipso denunciati excommunicati, & vitandi; & plures sint, non modò ex rudibus, & ex fœminis; sed etiam ex mediâ conditionis hominibus, qui hæc ignorant, vt Confessarii, & Doctoribus est in dies notissimum, dum frequentissime de his consuluntur. Et hæc de causa Concilium Constantiense, vt euitentur scandala, & pericula animarum quoad vitandos excommunicatos, non solum decernit, vt expectetur denunciatio censuræ; sed etiam addit, vt expectetur denunciatio prohibitionis, vt iam retulimus: quia, scilicet, non aliter euitantur sufficienter pericula, & scandala, nisi omnibus, & præcipuè fœminis, & radoribus specialiter, & expressè denunciatur prohibitio communicandi cum his, aut illis, vel obligatio eos vitandi.

Et quanuis communiter, & in praxi non soleant Iudices in declarandis, ac denunciandis delictis per suas sententiâs, esse ita breues, vt declarent, atque denuncient solum delictum, non autem simul declarent censuram, & pœnam, qua illud punitur, siue ab homine, siue à iure, & non addant prohibitionem, si quæ inde consequitur quoad alios, vt notat Simanchas de cathol. instit. tit. 9. n. 164. & ex illo Suar. disp. 21. de fide, sect. 3. n. 8. negari tamen non potest, quin sint inter se separabiles huiusmodi denunciations, & absolutè possit denunciari delictum, & non denunciari censurâ, & prohibitio quoad alios; siue id fiat scienter, & aduertenter à Iudice; siue inaduertenter, & per errorem: & in tali casu, secundum mentem Concilij Constantiensis, talis delinquens denunciatus non videtur vitandus, cum ex denunciatione delicti non valeat inferre denunciationem censuræ, & prohibitionis quoad alios; & generaliter non rectè fiat illatio in separatis, argumento L. Papinianus. ff. de minor. & præsertim in pœnis, quæ asperandæ, & extendendæ, cap. Pœna. de pœnit. dist. 1. & L. Interpretatione. ff. de pœnis, & potest videri apud Suar. lib. 6. de leg. cap. 2. & seqq. vbi tractat de extensione legis, siue fauorabilis, siue pœnalis ultra proprietatem verborum propter similitudinem, vel identitatem rationis; vel propter aliquid huiusmodi: & ex regulis, & doctrinis, quas ibi tradit, videtur clarè haberi, quod etiam in decreto, ac lege Concilij Constantiensis pro vitandis excommunicatis, in qua requiritur specialis, & expressa denunciatio censuræ, & prohibitionis, non est faciendâ extensio ad denunciationem solius delicti.

Et negari non potest, quin sit valde extorta, & violenta illa interpretatio verborum Concilij, quam habet Suar. disp. 21. de fide, sect. 3. n. 8. vbi asserit, quod illa aduerbia, specialiter, & expressè, possunt referri non ad censuram, aut prohibitionem, quæ dicitur, specialiter, & expressè, id est, per proprios terminos suæ naturæ, & suæ speciei esse denunciandâ; non autem solum generaliter, aut solum tacitè esse insinuandâ, & indicandâ; sed ad personam, Collegium, Vniuersitatem, aut locum certum, contra quam non generaliter; sed specialiter, & non implicite, aut tacitè, sed expressè, & explicitè dicatur esse faciendâ publicatio, & denunciatio, dicendo,

verbi gratia, per nomina substantiuâ, & propria, aut per æquivalentia substantiuâ, & propriis: Titius, aut Caius denunciatur excommunicatus, & vitandus. non autem dicendo solum per terminos generales: Quicumque hoc fecerit, denunciatur excommunicatus. Quod enim hæc interpretatio sit extorta, & violenta, & vim inferat ipsi verbis Concilij, patet manifestè ex contextu verborum, quem omnes referunt ex dicto Concilio; & inter ceteros etiam ipse Suar. de censur. disp. 9. sect. 2. n. 2. neque enim habent, quod contra personam certam, specialiter, & in individuo, & contra personam expressam per suos terminos, aut condiciones individuales sit faciendâ denunciatio, & publicatio censuræ: sed habent, quod censura, & prohibitio contra personam certam sit publicandâ, & denunciandâ specialiter, & expressè: qui certè contextus clarè sonat, quod postrema aduerbia, specialiter, & expressè, solum referuntur ad censuram denunciandâ; non autem ad personam, contra quam est denunciandâ, vt patet vnicuique per se; vel saltem, si admittantur posse referri ad personam, non sunt negandâ, quod etiam referantur ad censuram, & principaliter cadant super illam.

Atque ex hoc, quod censura sit denunciandâ specialiter, & expressè; non autem sufficiat, si denunciatur solum generaliter, & implicite, colligit vltimè Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 9. n. 4. cit. in pre, non esse satis, ad hoc vt aliquis sit vitandus, tanquam excommunicatus Hæreticus, si solum denunciatur incurrisse in hæresim, & in omnes illius pœnas, & censuras: neque aliter declaretur per terminos speciales, & expressos incurrisse in excommunicationem, & esse vitandus: quia excommunicatio per huiusmodi generalem appellationem pœnarum, & censurarum, non potest dici, quod sit denunciata specialiter, & expressè, sicut requiritur ad hoc, vt aliquis sit vitandus; neque sufficienter consulitur conscientijs timoratis, & sufficienter vitantur pericula, & scandala animarum, cum rudes, & fœminæ per huiusmodi denunciationem pœnarum, & censurarum solum in genere nondum intelligant, quod ille sit excommunicatus, & vitandus; & idè illorum conscientijs, & periculis, siue scandalis, non sit sufficienter consultum. Et quanuis Suar. disp. 21. de fide, sect. 3. n. 8. cit. id non probet, & excedere illum assermet, qui neget, eum esse vitandum, qui solum denunciatur incurrisse in pœnas, & in censuras Hæreticorum, cum ex se sit notissimum, quod censura Hæreticorum maximè sit excommunicatio, & inter fideles hæc maximè intelligatur appellatione censuræ; negari tamen non potest, quin sit valde probabile, tum propter auctoritatem ipsius Sanchez, tum propter rationes paulò antè allatas: & quia etiam admissò, quod nomine censuræ in tali denunciatione Hæretici omnes intelligant excommunicationem; & hæc per talem denunciationem aliquo modo omnibus insinuetur, & innotescat, (quod tamen, vt diximus, pro rudibus, & pro fœminis non potest admitti;) adhuc tamen non potest dici, quod excommunicatio sit denunciata specialiter, & expressè, sicut requiritur, vt quis sit vitandus.

Et qua ratione requiritur, vt denunciatio sit specialiter, & expressè ipsius excommunicationis: ita & requiritur, vt sit contra personam certam in specie, & in particulari; non autem sufficiat, si sit quasi in genere contra illos, qui sunt huius, aut illius sectæ, verbi gratia, contra Lutheranos, contra Caluinistas, & similes. Et si quis ad hoc probandum, contendat, duo illa aduerbia Concilij Constantiensis, specialiter, & expressè, posse referri non solum ad censuram, sed etiam ad personam certam, contra quam debet esse

9. Si quis denunciatur incurrisse in hæresim, & generaliter in omnes pœnas, & censuras Hæreticorum, vitandus sit vitandus.

10. Si denunciatur excommunicari omnes Lutherani, aut Calvinista, non propter eam est vitandus hic, aut ille particularis Lutheranus, aut Calvinista.

11. Flaminium excommunicatus, & non denunciatus non est vitandus.

12. Quid requiratur ad hoc, ut aliquis sit excommunicatus nominatim.

esse denunciatio censuræ, non est contra illum magno periculis laborandum, ut paulo ante indicavimus. Et ex hoc rectè potest ulterius intelligi, quod non propterea est vitandus hic, aut ille Hæreticus Lutheranus, aut Calvinista: quia quotannis in Bulla Cœnæ denunciatur excommunicari Lutherani, & Calvinista; & omnes, & singuli alij Hæretici, cuiuscunque nominis, & sectæ existant: hæc enim denunciatio non est contra personam certam; sed generalis, ut notat Sayr. lib. 3. T. besauri, cap. 4. num. 31. Bonac. de excommunicat. disp. 2. quest. 5. punct. 2. num. 9. Filiucc. tract. 16. cap. 2. num. 6. Sanchez lib. 2. cap. 9. num. 3. in fine, & alij apud ipsum; & idem non facit, ut sint vitandi hic, aut ille particularis Lutheranus, aut Calvinista, qui specialiter, & tanquam persona certa, & particularis, non sunt denunciati.

Imò, etiam si aliquis sit nominatim excommunicatus; non autem sit nominatim denunciatus, ut excommunicatus, non est vitandus, ut bene notat Couarr. in cap. Alma mater, part. 1. §. 2. num. 7. & Tolet. lib. 1. cap. 12. num. 2. versus finem, ut, si Iudex, verbi gratia, alicui particulari aliquid præcipiat sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, si quæ transgressor præcepti existat, & excommunicationem ipso facto incurrat: quovis enim ulterius à Iudice declaratur, illam incurrisse, & nominatim declaratur esse excommunicatus, non est vitandus, etiam si reuera sit nominatim excommunicatus, id est, per expressionem proprii nominis, aut per eas cõditiones individuantes; & per ea signa, quæ certò, & indubitanter eum significant, & demonstrant in individuo, L. Nominatum. ff. de condit. & demonstr. & L. Certum. ff. si certum petatur. & cap. Licet. 2. de testibus, & notat Couarr. in cap. Alma mater, part. 1. §. 2. cit. n. 8. Tolet. c. 12. n. 2. cit. Graff. par. 1. decis. lib. 4. cap. 11. num. 6. pag. mibi 451. col. 3. & alij apud ipsum. Et quanvis Glossa in cap. A nobis. 1. verb. Quisquis. de sententia excommunicationis, affirmet, quod possunt dici excommunicati nominatim etiam illi, qui sunt excommunicati generaliter, & per verba generalia: ut, si quis dicat, verbi gratia: Quisquis furtum fecerit, sit excommunicatus. in quantum, scilicet, in propositione generali continentur propositiones particulares; & hæc quodammodo vniificantur in illa, sicut & species vniificantur in genere, & individua vniificantur in specie, & vniuersale ita continet sua inferiora, ut vnunquodque illorum sit ipsum vniuersale, ut docet Arist. 5. Metaph. textu 3. id tamen communiter non probatur, ut notant Couar. & Tolet. locis citatis. Cum reuera aliud sit, esse excommunicatum generaliter, quod fit per terminos generales, & per propositionem vniuersalem; & aliud esse excommunicatum nominatim, quod fit per expressionem proprii nominis, vel per ea signa, quæ individualiter, & indubitanter personam demonstrant. Neque pro Glossa faciunt textus, quos ibi allegat: nam, quod posthumus dicitur nominatim exheredatus à patre, si solum exheredetur per hæc verba: Quicumque mihi filius genitus fuerit, exheredes esto. Infit. §. Posthumi. vers. M. asculos. de exheredat. liberorum. non probat, quod sit exheredatus per verba generalia; sed per demonstrationem individualem certissimam, qualis est, ut ille filius intelligatur exheredatus à patre, sic disponente per illa verba, qui fuerit illi posthumus, & natus post eius mortem: qui certè per hoc ipsum maximè individualiter demonstratur, ut patet clarissimè ex alio textu, quem similiter Glossa pro se allegat ex L. Nominatum. ff. de liberis, & posthumis. vbi dicitur, quod filius nominatim exheredatur etiam per hæc verba: Filius meus exheredes esto. Et quanvis eius nomen

non sit expressum; dummodo tamen vnicus sit, quia in tali casu maximè certò, & indubitanter demonstratur per solam appellationem filij: & contra, si non sit vnicus, sed filij exheredatis sint plures, per illa verba nullus censeri debet exheredatus, ut ibi subditur, & notat Glossa in Clementinam vnicam, verb. nominatum. de vita, & honestate Cler. & Graff. part. 1. lib. 4. cap. 11. n. 6. cit. qui etiam subdit, idem esse, si quis certò, & individualiter demonstratur per nomen officij, aut dignitatis; ut, si dicatur, verbi gratia: Sit excommunicatus Prætor, aut Comes talis ciuitas. quia, ut dicitur L. Nominatum. ff. de condit. & demonstr. nihil interest, quod demonstratio corporis, & personæ fiat per proprium nomen, vel per nomen officij, officij, necessitudinis, vel affinitatis: & plerunque demonstratio per hæc alia, vice nominis fungitur. Imò, nec interest, vtrum illa, per quæ fit demonstratio, sint vera, vel falsa, dummodo certò constet de persona, quæ demonstratur.

Atque hæc denunciatio specialis, & expressa quoad personam certam in individuo, est ita necessaria, ad hoc, ut aliquis sit vitandus, tanquam excommunicatus, ut, si Papa, verbi gratia, excommunicet, & denunciât Titium, & eius fautores, solus Titius sit vitandus: quia nominatim, & specialiter fuit denunciatus; non autem fautores, qui sunt denunciati solum generaliter, ut notat Sylu. Excommunicatio, §. n. 8. & apud illum Astenfis lib. 7.

Et quod dicimus de excommunicatione, quæ non cadit nisi in personas particulares, proportionaliter est dicendum etiam de suspensione, & interdictione, quæ possunt cadere etiam in Communitates, & Congregationes plurium; nam ex decreto citato Concilij Constantiensis, in his etiam sententiis, & censuris requiritur specialis, & expressa denunciatio, ad hoc, ut aliquis ratione illarum sit vitandus: sed hæc denunciatio satis est, si nominatim, & specialiter, & expressè fiat de ipsa Communitate, aut ciuitate, in quam primariò, & principaliter cadit suspensio, aut interdictum; non autem est necessarium, ut fiat nominatim de singulis, qui sunt de Communitate, aut de ciuitate: & eo ipso, quod nominatim denunciatur suspensum, verbi gratia, tale Capitulum, vel interdicta talis ciuitas, debent intelligi esse denunciati, & vitandi, in iis, quæ pertinent ad suspensionem, aut interdictum, etiam singuli de Capitulo, vel de Ciuitate, ut notat Syluest. Excommunicatio, §. n. 8. cit. quia denunciatio Communitatis non aliter facit, ut sit vitanda ipsa Communitas, nisi faciendò, ut sint vitandi etiam singuli, in quantum sunt membra Communitatis, & participant de potestate, aut bonis illius, quæ prohibentur, aut impediuntur per huiusmodi censuras.

DISPUTATIO XLII.

De aliquibus casibus particularibus, in quibus Hæretici externi, non denunciati, non sunt vitandi, tam in diuinis, quam in humanis.

- 1. Non peccant, qui liberè tractant cum Hæreticis, etiam notoriis, quantum est ratione excommunicationis, dummodo non sint denunciati.
2. Neque qui orant simul cum illis, vel concionem, aut Missam audiant, vel eorum funus comitantur. Dummodo sepultura non fiat in loco sacro.
3. Per sepulturam Hæretici excommunicati non vitandi, non execratur, nec profanatur Ecclesia, aut locus sacer.
4. Licitum

13. Si vnus aliquis nominatim denunciatur excommunicatus, & simul cum illo denunciatur etiam alij generaliter, ille vitandus non est, autem alij.

14. Si vna aliqua Communitas nominatim denunciatur suspensa, vel interdicta, eo ipso vitandi sunt singuli de illa Communitate.

- 1. Licitum est orare in Ecclesiis Hæreticorum.
2. Matrimonium Catholicum cum Hæretico quomodo sit illicitum.
3. Pericula, & occasiones peccati possunt aliquando licite contemni, quando vrgat necessitas maioris boni.
4. Palla, ut filij, vel omnes, vel aliqui educantur in hæresi, sunt semper illicita, & irrita.
5. Vtrum sit licitum accipere, & petere Sacramenta ab Hæretico excommunicato non vitando.
6. Quid liceat quoad Sacramenta in casu necessitatis, etiam ab Hæretico excommunicato vitando.
7. Filium Hæretici quomodo possit licite suscipi à Catholico in Baptismo, & hic posuit esse illius patrinus.
8. Hæreticus vtrum possit in Baptismo esse patrinus Catholicus.
9. Filij Hæreticorum licite possunt admitti ad scholas Catholicorum.
10. Non tamen filij Catholicorum debent frequentare scholas Hæreticorum.

1. Non peccant, qui liberè tractant cum Hæreticis etiam notoriis, quantum est ratione excommunicationis, dummodo non sint denunciati.

2. Neque qui orant simul cum illis, vel concionem, aut Missam audiant, vel eorum funus comitantur.

Hoc, quod Hæretici non sunt vitandi, nisi quando à Iudice sunt denunciati, rectè colligitur generaliter, quod non peccat, qui cum illis liberè tractat, & conuersatur, etiam si certò sciant eos esse Hæreticos excommunicatos, imò, etiam si id sit notorium, & publica voce circumferatur; & siue id accidat in iis locis, in quibus hæreses impune grassantur, v.g. in Anglia, & in Germania; siue in aliis quibuscunque. Ita Azor. part. 1. lib. 8. cap. 1. §. 1. Sanchez lib. 2. in Decret. §. 9. n. 5. & 6. & alij apud ipsum: & quanvis Henric. lib. 9. de Missa, cap. 1. §. 1. littera A. aliter sentiat de Hæresiarcho, v.g. Caluino, & Brenio, & de iis, qui publica voce sunt omnibus notis; tamen semel dicamus, iuxta Concilium Constantiense, requiri denunciationem factam à Iudice, eamque esse quasi de forma, & necessariò requisitam, ad hoc, ut aliquis excommunicatus, siue ex hæresi, siue ex quocunque alio crimine, sit vitandus; non est, quod excipiantur Hæresiarcho, aut ij, qui publica voce sunt noti, ut notat Sanchez n. 6. cit. sed omnes vniuersaliter dici debent non esse vitandi, quantum est ratione excommunicationis, quanuis vitandi omninò sint iure ipso diuino, & naturali, propter pericula, & propter scandala, & propter alias causas, ut supra diximus disp. 39. n. 3. & disp. 41. in ius.

Deinde, ex eodem principio colligitur specialiter, quod non peccat, qui cum Hæreticis quibuscumque non denunciatis simul orant, vel concionem sacram, aut Missam audiunt, more, & ritu verè catholico, vel eorum funus comitantur, eosque ad sepulturam deducunt, quando sepeliuntur more Hæreticorum. Ita Nauar. conf. 10. n. 2. & 4. de Hæret. lib. 5. pag. 90. col. 4. in fine, & conf. 12. n. 6. eodem titulo, pag. 92. col. 1. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 11. §. 2. col. 958. Sanchez lib. 2. in Decret. cap. 9. n. 7. quia hæc communicationes, cum sint in rebus licitis, licitæ omninò sunt, quantum est ex rei natura, neque fiunt illicitæ ratione excommunicationis, & censuræ, cum hæc non operetur obligationem vitandi, etiam in diuinis, nisi secuta denunciatio. Et quemadmodum licitum est comitari excommunicatum viuentem, non denunciatum, eumque deducere quocunque voluerit: ita & est licitum comitari iam mortuum, eiusque funeri adesse, eumque deducere ad sepulturam, cum vniuersaliter licitum sit in iis omnibus communicare defunctis, in quibus est licitum communicare viuus, cap. Sacris. de sepult. & cap. Ad hæc. de priuil. & notat Nauar. conf. 10. n. 4. cit. de Hæret.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Debet tamen quoad hæc omnia bene aduertiri, ut propterea non faueamus Hæreticis, in quantum Hæretici sunt; quia id esset intrinsecè malum, & sufficeret ad incurrendam excommunicationem specialem contra fautores Hæreticorum; neque ut illis comunicemus quoad ritus, & ceremonias proprias Hæreticorum; quia similiter id esset quædam protestatio, aut confessio hæresis, & aliis Catholicis generaret magnum scandalum, & magnam offensionem. Et denique ut sepultura Hæretici, quem comitamur, nõ fiat in loco sacro, sed solum in loco profano: quia aliqui consentiremus peccato Hæreticorum sepelientium, eosque comitemur in re illicita, & aliquo modo illis cooperarermur, ut notat Nau. conf. 12. cit. n. 3. de Hæret. & Säch. c. 9. n. 7. cit. quia enim c. 2. de Hæret. in 6. grauitur, & sub pœna excommunicationis lata sententiæ prohibetur, ne quis scienter præsumat tradere ecclesiasticæ sepulturæ Hæreticos, aut credentes, receptatores, defensores, & fautores Hæreticorum; illicitum omninò est, comitari Hæreticum ad hanc ecclesiasticam sepulturam; non quia de iis, qui comitantur, possit dici, quod sepeliant; & idem ex hoc capite excommunicationem incurrant, ut bene notat Nauar. conf. 12. cit. n. 5. & 8. & apud illum Cardin. in Clement. 1. de sepulturis, §. 25. quidquid in contrarium dicat Gloss. ibid. verb. Sepelire, & Ioan. de Imola apud eundem Nauar. n. 5. cit. sed, quia potest dici, quod consentiant sepelientibus, eorumque factum approbent, suaque præsentia cohonestent, quod non potest non esse illicitum, sicut si approbaretur, aut cohonestaretur quodcunque aliud peccatum, aut male factum. Vnde, etiam si excommunicatus quicumque non denunciatus, non sit vitandus in sepultura, aut in funere, quando est mortuus; sicut, nec fit vitandus, siue in diuinis, siue in humanis, cum esset viuus, ut paulo ante diximus ex cap. Sacris. de sepult. & cap. Ad hæc. de priuil. vitandus tamen omninò est, quando funus & sepultura fit in Ecclesia, aut loco sacro; non, quia hæc obligatio inducatur per excommunicationem non denunciati à Iudice; sed quia inducitur ex ipsa rei natura, ex qua malitiam contrahunt, & digni sunt morte, non solum qui mala faciunt; sed etiam qui consentiunt facientibus, ut patet ex Sancto Paulo ad Roman. 1. quod certè est verum etiam præscindendo ab excommunicatione, & siue illa sit denunciata, siue non.

Et contra, quia execratio, vel profanatio Ecclesiæ, aut loci sacri per sepulturam excommunicati, ea tantum de causa inducitur in sacris Canonibus; quia non debemus communicare mortuo, cui non communicauimus viuus, cap. Sacris. & cap. Ad hæc. cit. & idem nec debemus celebrare Missas, & diuina Officia, vbi ille iacet mortuus, & tumulatus; sicut nec debuimus celebrare, vbi ille extitit viuus; rectè colligit idem Nauar. conf. 10. num. 4. cit. de Hæret. pag. 91. & ex illo Azor. part. 1. lib. 8. cap. 11. quest. 3. col. 958. & Victoria in Summa, in materia de Euchar. quest. 92. de Suar. tom. 3. de Sacrament. disp. 81. sect. 4. §. Quarto, violatur, & tom. 5. de censur. disp. 12. sect. 4. num. 5. & tom. 1. de relig. lib. 3. de reuerent. debita locis sacris, cap. 2. num. 3. & aliis communiter, quod non inducitur dicta execratio, vel profanatio Ecclesiæ, aut loci sacri, nisi per sepulturam excommunicati vitandi, cum quo solo ratione excommunicationis prohibemur modò communicare in diuinis, post Extrauag. Ad euuand. quanuis de Iure antiquo, & ante illam tenezeretur vitare omnes indifferenter, ut notat Suarius de censur. loco citato.

Atque hinc ulterius colligitur, non esse illicitum,

3. Dummodo sepultura non fiat in loco sacro.

4. Hæretici excommunicati non vitandi, non execrantur, nec profanatur Ecclesia, aut locus sacer.

Licitum est
braro in ec-
clesiis Hære-
ticorum.

tum, vt Hæreticos non denunciatis non vitemus in suis ecclesiis; & qua ratione possumus inibi esse simul cum illis occasione funeris, eadem simus & quacunq; alia occasione, verbi gratia, audiendi illorum conciones, ex curiositate, vel spectandi illorum ritus, &c. dūmodo ex parte nostra ab sit periculum, ne peruertamur; & ex parte illorum ab sit scandalum, vt etiam supra diximus disp. 16. n. 7. Imò ex Nauar. conf. 10. n. 4. de Hæret. lib. 5. cit. & Azor. parte 2. lib. 8. cap. 11. quæst. 4. col. 95 & licitum etiam est in huiusmodi ecclesiis Hæreticorum priuatim orare, dummodo ab sit periculum scandalum; quauis non liceat dicere Missas, aut diuina celebrare, non quidem ratione excommunicationis, quæ faciat illicitam in huiusmodi locis communicationem in diuinis, vel diuinorum celebrationem; sed, quia sunt loca profana, vel profanata; non autem sacra; & ratione profanitatis sunt specialiter prohibita in illis exerceri diuina.

6.
Matrimonium
Catholicum cum
Hæretico
quomodo sit
licitum.

Tertio, ex eo, quod soli Hæretici excommunicati denunciati sint vitandi, tam in diuinis, quam in humanis, colligitur, quod si cum illis Catholicus aliquis matrimonium contrahat, vt communiter fit in iis Regnis, aut Prouinciis, in quibus Catholicus promiscue degunt, & ciuilitate tractant cum Hæreticis, non facit illicitè ratione excommunicationis, in qua sit ille Hæreticus: siquidem ratione huius non est vitandus, sed solum ratione specialium præceptorum Ecclesiæ, quibus huiusmodi matrimonia grauius sunt prohibita, cap. Cane. & cap. Non oportet. 28. quæst. 1. & pluribus aliis Conciliis apud Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 72. num. 4. vbi etiam asserit ex Soto in 4. dist. 39. quæst. vn. art. 2. ad vltimum, & Scholasticis communiter, & ex Nauar. in Man. cap. 22. n. 49. huiusmodi præcepta obligare ex se ad mortale, saltem ratione scandalum, & periculi incidenti in hæresim, & deficiendi à fide, cui probabiliter se exponit coniux hæretico: quæ ratio non solum ostendit huiusmodi matrimonia rationabiliter esse prohibita iure ecclesiastico, vt iam diximus; sed etiam esse illicita iure ipso diuino, & naturali, vt bene expendit Basil. Pontius in appendice de matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 2. num. 2. & seq. ex quo, scilicet, vnusquisque tenetur vitare pericula, & præcipue infidelitatis, & subuersionis in fide, ne in illis pereat. Rectè tamen subdit Sanch. disp. 72. cit. n. 5. & lib. 2. in Dec. cap. 9. num. 9. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 11. q. 5. Regim. tom. 2. lib. 31. n. 169. Coninch. disp. 31. dub. 3. n. 45. Cornelia Lapide in illud 1. ad Corinth. 7. Qui vult nub. it. tantum in Domino. Bened. Iustin. ibid. Basil. Pontius de matr. lib. 7. c. 46. n. 8. & c. 48. n. 18. in fine, & in appendice citata, cap. 2. n. 11. Hurtandus de matr. disp. 24. difficultate 2. n. 6. Nau. conf. 1. de constit. n. 69. lib. 1. & apud illum plures viri doctissimi, & piensissimi, & plures Academia, eaq; celeberrimæ, Parisiensis, Tolosana, Liguoricensis; id non intelligi in iis regionibus, in quibus Catholici promiscue viuunt cum Hæreticis, & sinuntur liberè exercere suam fidem catholicam; quia in his præcepta ecclesiastica sunt abrogata per contrariam consuetudinem iam præscriptam, etiam sciente, & non repugnante Papa, & pericula subuersionis in fide, pro illarum gentium moribus, & ingeniis, & facilitate, facile cessant, cum sinant vnunquenque viuere sua fide, suaq; lege, nec multum curent de hac, vel illa religione, & secta. Et quauis aliqui ex Doctoribus citatis existiment in praxi difficile, posse cessare huiusmodi pericula subuersionis; & dicant bonos Catholicos semper scandalizari de huiusmodi con-

iugiis; & idè illa non approbent, nisi fiant ex maxima, & vrgentissima causa, & cum probabili spe, quod coniuu hæreticus sit conuertendus: hæ tamen rationes potiùs respiciunt factum, quàm ius; & eo ipso, quod hæc consuetudo contrahendi cum Hæretico est communiter inducta in huiusmodi regionibus, & vnusquisque sinitur viuere sua fide, ac religione; potest rationabiliter credi, quod communiter cessent scādala, & pericula subuersionis. Et certissimum est, quod si hæc non cessent, non possunt matrimonia esse licita, etiam stante consuetudine, cum per hanc non possit abrogari obligatio Iuris naturalis, & diuini, sicut abrogatur obligatio Iuris ecclesiastici, & positiuus, vt notat Pontius in appendice, cap. 2. n. 11. cit. Quanquam non est negandum, quod si vrgat grauis causa, aut necessitas, siue publica, siue priuata, ex qua hic, & nunc persuadetur, debere iniri matrimonium aliquod alicuius Catholicum cum Hæretico, licitè possit iniri etiam stante aliquo periculo subuersionis in fide, vt fuscè probat idem Pontius in eadem appendice, cap. 6. quia enim hoc periculum non potest esse tale, vt inducat necessitatem assensus, & adimat libertatem voluntatis, & semper cum Dei auxilio potest vitari, vt notat Caietanus in Summa, verb. Periculum, temeritas quidem est, & peccatum, si quis se illi exponat, seque in illud ingerat sine magna, & rationabili causa: & rectè dicitur periculum quærere, aut amare, & idè esse periturus in illo: si quis tamen solum ex causa, & ex vrgente necessitate maioris boni id faciat, non est dicendus amare periculum; sed amare bonum maius; & periculum inuitus patitur; & idè ad Dei prouidentiam debet spectare, vt vberioribus auxiliis illum inuet, ac seruet, vt notat Sanctus Basilius de constit. monast. cap. 4. & apud Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 8. n. 3. Atque hoc modo licitè potuit castissima Iuditha exponere se periculo amittendæ castitatis, dum induta vestimentis, & ornamentis iuuentutis, accessit ad Holophernem, cuiusque exercitum, pro liberanda Bethulia, vt patet ex libro Iudithæ; & Esther, cum esset Iudæa, & Dei cultrix, licitè nupsit Assæro idololatræ pro iuuandis Iudæis, seque exposuit periculo colendi Idola, cum esset semper stipata, & circumdata puellis, & famulabus, & eunuchis gentilibus, vt patet ex libro Esther; & tamen de his omnibus liberauit eam Dominus: & Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 9. in corp. de iis, qui sunt in fide bene firmi, expressè docet, quod si necessitas vrgat, non solum non sunt prohibendi communicare cum infidelibus propter periculum, ne ab illis peruertantur; sed potiùs est sperandum, quod ipsi debeant illos conuertere: & ex diuersis Authoribus in pluribus aliis casibus particularibus idem notat Pontius in appendice, cap. 6. cit. & generaliter in omni periculo, vel occasione peccandi notat Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 8. num. 3. citato.

7.
Pericula, &
occasions,
peccati pos-
sunt aliquā-
do licitè con-
temni, quādo
vrget necessi-
tas maioris
boni.

Siue autem in contrahendis coniugijs cum Hæreticis non vitandis, adhuc remaneat probabile periculum subuersionis in fide, & lapsus in hæresim, siue non maneat; semper debent censi illicita, & esse vitanda pacta illa, quæ aliquando contingit fieri, vt aliqui ex filiis procreandis debeant educari in fide catholica, & aliqui in hæresi: id enim omninò pugnat cum Iure diuino, & naturali, ex quo parentes tenentur præbere filiis Sacramentum Baptismi, & ea, quæ ad salutem sunt necessaria, quādiu ipsi filij paruuli sunt, & carent vsu rationis; & quoad omnia sunt in fide, & cura parentum. Et hæc de causa in sacris Canonibus statuitur, vt possint, & debeant baptizari, qui faciunt

8.
Pacta, vt so-
lij, vel om-
nes, vel ali-
qui educantur
in hæresim, sunt
semper illicita,
et irrita.

nati ex altero parente Christiano, & Catholico, cuiusque fidem sequantur, quicumque tandem ille sit: & siue sit pater, siue mater, cap. Iudæi. 28. quæst. 1. & cap. Ex litteris. de conuers. in fin. quia, scilicet, vnusquisque ex parentibus, sicut tenetur Iure nature curam habere de filio paruulo; & tenetur Iure diuino consuleri illi quoad necessaria ad salutem. Et huiusmodi pacta de filiis educandis, vel omnibus, vel aliquibus, non in fide catholica, esse turpia, & illicita, & planè irrita, nullamq; inducere obligationem, expressè habet Nauar. conf. 1. num. 68. de constit. lib. 1. Sanchez lib. 7. de matr. disp. 72. n. 6. & lib. 2. in Decal. cap. 9. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 11. quæst. 6. & alij; & quod sint irrita, clarè probatur ex L. Iuris gentium. §. Prætor ait. ff. de pactis; & L. Generaliter. ff. de verb. obligat. & cap. fin. de condit. apposit. vbi dicitur, quod conditiones, aut pacta apposita in contractu matrimonij eo ipso, quod sunt turpia, debent haberi pro non appositis, & pro nullis.

9.
Vtrum sit li-
citur accipe-
re, & petere
Sacramenta
ab Hæretico
excommunicato
non vitando.

Quarto colligitur, quod si Hæreticus sit excommunicatus, sed non denunciatus, & non vitandus, licitum etiam est ab illo accipere, & petere omnia alia Sacramenta, quæ alioqui possunt ab illo conferri validè; supponendo, verbi gratia, quod sit alioqui verus Parochus, & verus Episcopus, & prudenter credatur, quod sit illa validè collaturus, neque aliquid omittens ex iis, quæ sunt substantialia cuiusque Sacramento. Ita Nauar. conf. 10. n. 2. de Hæreticis, lib. 5. pag. 91. in initio. Suar. tom. 3. de Sacramentis, disp. 18. sect. 1. §. Tertio est obseruandum pag. 203. col. 2. & disp. 72. sect. 4. in fine, pag. 921. & tract. de fid. disp. 21. sect. 3. n. 5. pag. 349. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 9. n. 10. & alij; idque est valdè rationale, quauis de illo valdè dubitet Azor. part. 1. lib. 8. cap. 11. quæst. 7. col. 959. & oppositum asserat determinatè cap. 13. similiter quæst. 7. col. 968. Dum autem hoc asserimus de huiusmodi Parocho, aut Episcopo hæretico excommunicato non vitando, solum asserimus, quod non est illicitum, quantum est ex parte hæresis, & ex parte excommunicationis, petere ab illo, & accipere Sacramenta. Et ratio est: quia prohibitio, quæ potest haberi ratione excommunicationis, satis tollitur, aut suspenditur in fauorem aliorum per decretum Concilij Constantiensis de vitandis solis excommunicatis denunciatis à Iudice, & notorijs persecutoribus Clericorum; & ratione hæresis nulla est specialis prohibitio in Iure, de non petendis, aut accipiendis Sacramentis ab Hæreticis. Vnde, quauis reuertà id possit esse illicitum ex pluribus alijs capitibus: vt, verbi gratia, si inde generetur alijs scandalum: si ad sit illi ipsi, qui petit, vel accipit Sacramenta, periculum subuersionis, & lapsus in hæresim: si Sacramenta ipsa sint ministranda ritu hæretico, vel aliter male tractanda, &c. & ex his omnibus, & similibus grauius possit peccare contra Ius ipsum naturale, & diuinum, qui petit, vel accipit Sacramenta ab homine hæretico excommunicato, sicut & qui accipit, vel petit à quouis alio manifestè indigno, quando concurrunt eadem scandala, aut pericula, & eadem malè circumstantiæ, vt communiter dicitur in materia de Sacramentis. Et quantum propter hæc ipsa tantò grauius possit peccare, qui petit, & accipit ab homine hæretico, quantum est maior huius indignitas super alias indignitates aliorum ministrorum; satis tamen est in presentia, si id non sit illicitum ratione excommunicationis, & ratione hæresis, cum pro hac nihil speciale habeatur in Iure, & pro illa satis canetur per decretum Concilij Constantiensis, vt diximus.

Neque vrgent loca aliqua ex Sancto Thoma, ex
Basilicis Theol. Moral. Tom. 11.

quibus Azor. quæst. 7. cit. proficetur, habere se valdè dubiam sententiam Nauarri, & aliorum; vt verbi gratia, quia asserat 2. 2. quæst. 19. art. 3. in fine corporis, quod in Hæreticis, & Schismaticis nulla manet iurisdictio: & idè nec possunt absoluerè, nec excommunicare, nec Indulgentias facere, aut aliquid huiusmodi; & si faciant, nulliter faciunt. Et 3. part. quæst. 82. art. 7. ad 2. quod Hæretici, & Schismatici neque Eucharistiam, neque alia Sacramenta possunt licitè conferre, præter solum Baptisimum in casu necessitatis: pro quo etiam facit cap. Si quem forte. 24. quæst. 1. quod Sacramenta non possunt accipi ab Hæreticis, nisi in extrema necessitate: & cap. Audiuimus. eadem causa, quæst. quod excommunicatus non possit excommunicare, aut absoluerè, & similia: vel enim hæc intelliguntur solum de Iure antiquo, & ante Concilium Constantiense, vt etiam supra diximus disp. 41. n. 6. siquidem tempore Sancti Thomæ nondum emanarat decretum dicti Concilij; vel certè intelliguntur, quantum est ex parte ipsorum Hæreticorum, & pensatis omnibus, quæ possunt facere ad illorum indignitatem, & vt Sacramenta possint conferre, non solum validè, sed etiam licitè, vt expressè dicitur 3. part. quæst. 82. art. 7. ad 2. cit. non autem quantum est ex parte aliorum, qui fortè ex rationabili causa possunt ab illis licitè, & validè petere, & accipere Sacramenta; & in quorum fauorem tantummodo emanauit dictum decretum Concilij Constantiensis. Vnde post hoc decretum falsum est, quod Episcopus, Parochus, aut Confessarius, Hæreticus, excommunicatus; sed non denunciatus, & non vitandus, careat eo ipso omni iurisdictione, & ex defectu illius inualidè absoluat, si fortè ab aliquo sibi subdito rogetur de Sacramento penitentia, & sacramentaliter eum absoluat: nam, quicquid in contrarium velit Azor. part. 1. lib. 6. cap. 11. cit. quæst. 7. & cap. 13. similiter quæst. 7. col. 968. neque per hæresim quasi per se, & formaliter acceptam tollitur illi iurisdictio, cum nullum sit Ius, quod ita statuatur; neque tollitur omni ex parte per excommunicationem, nisi quando est declarata, & denunciata à Iudice, cum saltem remaneat in fauorem, & commodum aliorum, vt notat Suar. disp. 21. de fide, sect. 3. num. 5. cit. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 9. num. 10. & pluribus explicatur in materia de excommunicatione. Atque ex hac ratione, quæ necessitas potest sufficere, vt Sacramenta licitè petantur à Ministro indigno, & peccatore, & vt validè ab illo conferantur, quando est excommunicatus propter alia crimina, sed non denunciatus, & non vitandus; eadem potest proportionaliter etiam sufficere, vt petantur à Ministro hæretico, & non vitando; eadem potest proportionaliter etiam sufficere, vt petantur à Ministro hæretico, & non vitando; eadem potest proportionaliter etiam sufficere, vt petantur à Ministro hæretico, & non vitando; eadem potest proportionaliter etiam sufficere, vt petantur à Ministro hæretico, & non vitando.

10.
Quid liceat
quoad Sacra-
menta in ca-
su necessitatis,
etiam ab Hæ-
retico excom-
municato vi-
tando.

Imò, si necessitas vrgat, licitum est, Sacramenta accipere, etiam ab excommunicato denunciato, & vitando: vt, si quis, verbi gratia, sit in articulo mortis, & nullus sit alius, à quo Baptisimum, vel absoluitioem sacramentalem accipiat, nisi Sacerdos hæreticus, & excommunicatus vitandus: quia enim in articulo mortis omnes Sacerdotes possunt absoluerè à quibuscunq; peccatis, & censuris, vt dicitur in Tridentino sess. 14. cap. 7. de Sacramento penitent. & hoc privilegium est in fauorem eorum, qui sunt constituti in tali articulo, & ne pereat illorū tantummodo Sacerdotes, qui non fuerint hæretici, vel excommunicati, vel non denunciati, & non vitandi; sed est ampliandum ad omnes simpliciter,

qui in tali articulo possunt esse adiumento per administrationem veri, & validi Sacramenti, ne aliquis pereat, vt communiter dicitur in materia de excommunicatione, & videri potest apud Suar. tom. 5. de censuris, disp. 11. sect. 1.

Quinto, ex eodem principio de non vitandis Hæreticis, nisi denunciatis, colligitur, quomodo sit licitum, aut illicitum, quod Catholicus de sacro Fonte suscipiat filium Hæretici, eique enadat patrinus; vel e contra, quod Hæreticus suscipiat filium Catholicum, & sit illi patrinus: quæ difficultas maximè potest habere locum in iis regionibus, in quibus Hæretici, & Catholici promiscuè viuunt, vt notat Azor. part. 1. lib. 8. cap. 11. n. 9. & Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 9. n. 12.

Et quidem ex parte Catholici omnes conueniunt, quod possit licitè suscipere in Baptismo filium Hæretici, & esse illius patrinus, quando Baptismus confertur ritu catholico; non autem ritu hæretico, aut schismatico; vel saltem quando confertur ritu licito, & permissio pro illis regionibus; vt, verbi gratia, si confertur inter Græcos ritu Græco. Ita Nau. conf. 1. n. 66. de consuet. lib. 1. pag. 7. col. 4. Azor. & Sanchez locis citatis, & omnes communiter: quia enim manus patrini hoc est, vt tanquam nutritius quidam spiritalis suscipiat baptizatum, quasi recens natum in suam curam, eumque educet, atque instituat in fide, ac moribus; & ideo à Sancto Dionysio cap. 2. de ecclesiastica Hierar. patrinus appellatur diuinus pater, & educationis sanctæ susceptor; & à Sancto Aug. epistola 23. fidei Doctor; & Serm. 163. de tempore, fidei iussor; & à Tertulliano lib. de Baptismo, cap. 18. sponsor, in quantum, scilicet, pro illo quodammodo spondet, ac fidei iubet Ecclesiam, eamque facit securam de illius fide, quem suscipit in suam curam, & patrocinium: quia, inquam, hoc est munus patrini, maximè aptus ad totum hoc munus est homo catholicus, qui & potest rectam fidem docere, & rectos mores, vt dicitur cap. 7. os ante. de consecrat. disp. 4.

Dico autem, id esse licitum, quando Baptismus saltem non confertur ritu illicito: quia alioqui id esset cooperari sacrilegio; & male administrationi Baptismi, eamque facto ipso approbare, vel etiam facto ipso hæresim profiteri: quod non potest non esse illicitum.

Et si parentes illius, qui baptizatur, essent hæretici, & excommunicati denunciati, & vitandi; curandum præterea esset, vt ad Baptismum non conueniret; sed tota solemnitas perageretur sine illis, ne Catholicus, & patrinus cum illis communicaret in diuinis contra prohibitionem, & obligationem censuræ.

Contra verò, ex parte Hæretici similiter omnes conueniunt, quod non possit aduocari in susceptorem, & patrinum filij alicuius Catholicum: quia contraria ratio, cum ipse non teneat rectam fidem, & Ecclesiam sit desertor, & rebellis, non potest rectam fidem docere eum, quem suscipit, & pro illo se præbere fidei iussorem, & ob fidem: & qua ratione peccaret ipse Hæreticus, si de facto susciperet in Baptismo cum intentione docendi hæresim, & in hæresi educandi susceptum; eadem ratione etiam peccaret, qui ad hoc illum aduocaret, eique præberet occasionem, & materiam peccandi. Ita Glossa in cap. 7. os ante. cit. v. b. fidei iussor, de consecrat. disp. 4. Catech. Rom. tract. de Baptismo, Sot. in 4. dist. 4. art. 5. Suar. tom. 3. de Sacram. in comment. ad art. 7. q. 67. Valent. in 3. part. disp. 4. q. 2. puncto 3. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 11. n. 9. Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 9. n. 12. Nau. conf. 1. n. 66. de consuet. Bonac. de excomm. disp. 2. quest. 5. punct. 2. n. 10. pag. 413. initio, tom. 1.

Quod verò addit Sotus loco citato, s. Contra secun-

dam, ita Hæreticum non esse idoneum, qui assumatur in patrinum baptizati Catholicum, vt tamen, absolute loquendo, id non sit in iure prohibitum, cum in factis. Canonibus solum prohibeatur à munere susceptoris ille infidelis, qui non est baptizatus, cap. In Baptismo, de consecrat. disp. 4. & de Hæretico nulla alia fiat mentio, neque iura sint amplianda, quando sunt odiosa: hoc, inquam, ex eo non placet Valentia loco citato: quia, si Hæreticus non est prohibitus iure canonico, ne suscipiat, & exerceat munus patrini, est prohibitus, quod plus est, iure diuino, & naturali, ne doceat hæresim, & falsam religionem; & per consequens ne munus assumat eam docendi, vt certè assumeret, per se loquendo, si assumeret munus patrini. Et potest addi ex Azor. quest. 9. cit. esse prohibitum, saltem tacitè etiam iure canonico, si non est prohibitus expresse, quia dum dicitur cap. In Baptismo, de consecrat. disp. 4. non posse alium suscipere in Baptismo, qui per se non est baptizatus: quia, vt exponit ibi Glossa verb. Baptizatus, non potest alium instruere in Symbolo fidei, qui per se non est in illo instructus. Et dum additur cap. Vos ante. eodem titulo, & distinctione, quod qui alios in Baptismo suscipiunt, sunt pro illis fidei iussores ad Deum, & semper debent eos monere, vt castitatem custodiant, iustitiam diligant, & teneant charitatem; & præterea debent illos ante omnia docere Symbolum, & Orationem Dominicam; satis præcipitur, vt qui Symbolum, eiusque articulos non bene tenent, & castitatem; & iustitiam, & charitatem, reliquasque virtutes non custodiunt, & non diligunt, & non possunt pro aliis fidei iubere ad Deum quoad rectam fidem, rectosque mores, vt sunt Hæretici, nullo modo aduocentur, vel admittantur ad munus patrini: sed reuerà si quis Hæreticus ita sit affectus ad hæresim, & ita auersus à fide catholica, vt certè credatur illam esse docturus baptizatum, quem suscipit, non autè hanc, omnino est censendum esse prohibitum, vt aduocetur, vel admittatur in patrinum: & nullo modo videtur esse admittenda sententia Soti propter rationes allatas: si verò credatur in gratiam parentis catholici non esse docturus hæresim, sed fidem ipsam catholicam, cuius terminos bene tenet, etiam si non bene animo capiat, nec bene credat, vel saltem credatur esse illum relicurus parenti instruendum in fide, & moribus, vt communiter fit etiam inter patrinus catholicos, ex S. Thoma 3. part. q. 67. art. 8. in corp. & ex aliqua rationabili causa, vel ipse Hæreticus se se ingerat ad munus patrini, & non possit repelli; vel certè à parente catholico non possit non aduocari, potest non improbari sententia Soti, & ceteri non esse prohibitum, vt solum admittatur ad solennitatem Baptismi, quasi materialiter, patrinus hæreticus, quando neque Baptismo, neque paruulo baptizato potest timeri aliquid mali: nam, quemadmodum ad munus patrini, & ad officium docendi fidem sapissimè admittuntur rudes, & rustici, qui fidem per se ipsi non tenent, vt patet ex Sancto Thoma 3. part. q. 67. art. 8. cit. ad 1. quia, scilicet, quantum actu ignorent Symbolum, & articulos fidei, facile possunt illos addiscere, & postea, si opus sit, docere paruulos à se susceptos, vel certè facile possunt lenari hac cura, & obligatione docendi per hoc, quod doceant ipsi parentes: siquidem hæc obligatio est ex præcepto affirmatiuo, & non est ad semper, sed solum in casu, quo parentes ipsi non doceant, vel aliter qui est baptizatus, sit in necessitate, vt doceatur: ita & possunt in aliquo casu admitti Hæretici, cum similiter etiam possit accidere, vt nihil mali timeatur, & etiam illi, simpliciter loquendo, possunt docere rectam fidem,

fidem, rectosque mores, si opus sit, etiam illam non teneant ipsi per se, & hos non seruent, neque id sit specialiter in iure prohibitum.

Sextò denique, ex dicto principio de non vitandis Hæreticis excommunicatis, sed non denunciatis à Iudice; colligitur, non esse illicitum, vt filij Hæreticorum admittantur ad scholas Catholicorum, & ab illis doceantur Grammaticam, & alias huiusmodi disciplinas, & sinantur familiariter agere cum aliis pueris, & scholasticis catholicis. Ita Nauar. conf. 1. de consuet. q. 27. n. 64. lib. 1. pag. 7. col. 3. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 11. q. 8. col. 959. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 9. n. 11. pag. 12. nam quantum est ex parte magistrorum, qua ratione licite possunt suscipere in Baptismo filios Hæreticorum, vt ea occasione illos instruant in recta fide; ita & possunt eos admittere ad suas scholas: & quantum est ex parte aliorum puero-rum catholicorum, moraliter loquendo, magis videtur esse sperandum, vt ipsi profint pueris hæreticis quoad fidem, quam timendum, ne pueri hæretici ipsis obstant: & absolute cum vitari non debeant, nisi Hæretici denunciati, non est, quòd, per se loquendo, dicantur esse vitandi in scholis catholicis pueri hæretici. Verùm autem id expediat ex alio capite, id est, ne arma nostram disciplinam suppeditemus hostibus fidei, illisque postea contra nos vtantur, viderint illi, ad quos spectat cura, & regimen Gymnasiorum. Qua verò de causa non possint Hæretici doctorari, aut promoueri ad gradus in scholis Catholicorum, nisi deponant hæresim, & faciant professionem fidei, diximus supra, disputatione 20. n. 8.

Contraria verò ratione negant Authores citati esse licitum, vt filij Catholicorum mittantur ad scholas Hæreticorum: quia cõtraria ratione est magis timendum, moraliter loquendo, ne occasione discendi Grammaticam, aut alias huiusmodi Facultates, & familiariter, & diu agendo cum Magistris, & con-discipulis hæreticis, dediscant fidem, & trahantur ad hæresim, quam sperandum, vt sint se ipsi seruaturi in fide, & solum Grammaticam, aut alias huiusmodi Facultates ab Hæreticis apprehensuri: si tamen aliquis ita esset firmus in fide, vt prudenti iudicio crederetur, nihil periculi illi imminere ex frequentatione scholarum, & Magistorum hæreticorum, facile posset id illi permitti, cum reuerà nihil sit aliud nisi communicatio ciuilibis, & in humanis: hæc ratione censura non sit prohibita, aut illicita cum Hæreticis excommunicatis, nisi quando sunt declarati, & denunciati.

DISPUTATIO XLIII.

Quomodo in odium hæresis sint excommunicati etiam credentes, receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum.

1. Credentes, receptatores, fautores, defensores Hæreticorum, sunt excommunicati.
2. Dummodo hæc faciant propter hæresim, & formaliter, in quantum illi sunt Hæretici.
3. Quomodo intelligatur, quòd receptator, fautor, aut defensor Hæreticorum debet fieri propter hæresim.
4. Defensores, fautores, & receptatores eorum, qui sunt suspecti de hæresi, non sunt excommunicati.
5. Magistri non sunt Hæretici, non sunt excommunicati in Bulla Cœna.
6. Hæretici non sunt receptandi, etiam quando non sunt excommunicati denunciati, & vitandi.
7. Potest tamen denunciatio esse necessaria, ad hoc vt Baldelli Theol. Moral. Tom. II,

receptatores non se excusent per ignorantiam. Receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum non sunt excommunicati, si effectus receptionis, verbi gratia, non est factus, & Hæreticus adhuc est captus.

9. Quid, si receptator, aut fautor Hæretici sit ipse pater respectu filij, aut filius respectu patris, vel coniux respectu coniugis.
10. Receptatores affinis, vel consanguinei Hæretici, sunt mitius puniendi, quoad alias penas ab excommunicatione.
11. Receptatores magni amici in causa hæresis sunt mitius puniendi.
12. Qui ex metu graui receptat Hæreticum, non est excommunicatus.
13. Hæretici multum perniciosi non sunt receptandi, etiam à consanguineis, & conuictis.

In odium, & pœnam hæresis, præter ipsos Hæreticos, quotannis excommunicantur in Bulla Cœna etiam alij, qui dicunt habitudinem, & quasi attributionem ad hæresim, eamque approbant, & aliquo modo promouent; non autem, vt par est, detestantur: & tales sunt, qui dicuntur credentes, receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum. Et hæc excommunicatio contra hos omnes etiam habetur ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. Excommunicati. s. 1. §. Credentes præterea, de Hæret. & ex Honorio III. cap. Non erit, de sentent. excommunicati. Et de illa possunt videri Archidiaconus Ioan. And. Anchar. & alij in cap. Quicumque, §. 1. de Hæret. in 6. vbi excommunicantur, qui hos omnes tradunt sepulture ecclesiasticæ: & §. Hæretici autem, vbi hi omnes, & eorum filij vique ad secundam generationem dicuntur non esse admittendi ad vllum ecclesiasticum beneficium, aut officium publicum. Simanghas de cathol. instit. tit. 15. Alphonsus à Castro lib. 2. de iusta Hæret. puni. cap. 17. Directorium Inquisitorum part. 2. quest. 50. & §. 99. Sylu. Hæresis, 1. quest. 10. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 15. Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 10. Suar. de censur. disp. 21. sect. 2. n. 5. & seqq. Sayr. lib. 1. Theol. cap. 5. Tol. lib. 1. cap. 19. Graff. lib. 4. decis. cap. 18. Bonac. tom. 1. disp. 2. de excommunicatione, quest. 5. puncto 3. pag. 413. Marius Alter. de excommunicationibus Bulla Cœna, disp. 2. lib. 5. cap. 3. & seqq. Zanchinus de Hæret. cap. 3. Farinac. de hæresi, quest. 182.

Ex hoc verò, quod hi omnes excommunicantur in odium, & pœnam hæresis, & ratione habitudinis, & attributionis, quam ad illam dicunt, rectè colligunt Doctores communiter, quod non incurrunt in hanc excommunicationem, si hæc omnia faciant ex aliquo alio motiuo, quam amore, & gratia hæresis, vel vt fauant hæresi in hoc, aut illo Hæretico: nam certum est, quod non est excommunicatus, si quis credat personæ huius, aut illius Hæretici, quoad ea, quæ spectant ad Facultates, aut scientias naturales: quia scit illum esse valdè peritum, & doctum in dictis Facultatibus, aut scientiis; vel quoad ea, quæ spectant ad naturalem veritatem, & fidelitatem: quia nouit ex longa consuetudine cum illo habita, quod semper dicta conformet menti, & in dictis sit verax; & quod facta conformet dictis, & sit fidelis in præstantis promissis. Sed solum ille est excommunicatus, qui credit Hæretico, in quantum est Hæreticus, id est, quoad ea, quæ ille sentit contra fidem catholicam; siue specialiter, & explicitè credendo, v. g. quòd Christus non sit Deus, vel quòd realiter, & substantialiter non sit in Eucharistia, sicut ille credit; siue quasi in genere, & implicitè credendo omnia, quæ credit, quauis non sciat, neque capiat distinctè, & in specie, qua

Credentes, receptatores, fautores, defensores Hæreticorum sunt excommunicati.

Dummodo hæc faciant propter hæresim, & formaliter in quantum illi sunt Hæretici.

illa sint, ut etiam *supra* diximus *disp. 39. num. 10.* Et similiter non est excommunicatus, qui domi recipit personam Hæretici, non amore, & gratia hæresis in illo protegenda, & promovenda; sed ratione consanguinitatis, & amicitiae, quam cum illo habet, vel ne ille cogatur noctu esse sub dio, contra charitatem naturalem, quæ est omnibus debita, in quantum sunt homines. Et idem est de illo, qui fauet, aut defendit Hæreticum, eique patrocinatur in causa tantum civili, vel criminali, v.g. de homicidio, vel de furto, vel ne veniat in manus latronum; non autem in causa fidei, & ne veniat in manus Inquisitorum: nam hoc modo in pluribus regionibus, in quibus Catholici vivunt promiscue cum Hæreticis, tam hi, quam illi, credunt sibi invicem in humanis, & in civilibus; seque invicem hospitio recipiunt, sibi que fauent, & se defendunt; neque est, qui huiusmodi Catholicos arguat criminis, aut putet esse excommunicatos. Imò quod dicitur cap. *Dno sunt. 23. quest. 4.* ex Sancto Augustino, & ex Glossa ordinaria in illud Psalm. 32. *Diligite misericordiam, & iudicium.* quod duo hæc nomina, homo, peccator, non frustra dicuntur; sed in quantum quis est peccator, est illi impendenda correptio, & in quantum est homo, est illi exhibenda misericordia; & quod sicuti nulli peccatori est relaxanda impunitas; ita & nulli homini est claudenda, vel neganda misericordia; hoc, inquam, totum dici debet etiam de homine hæretico, ut notat Navar. in *Manu. cap. 27. n. 5.* & Suar. de *consur. disp. 2. i. sect. 2. n. 8.* & idem ita debemus cooperari ad correptionem Hæretici, ut etiam teneamur operari misericordiam erga hominem, & non possumus propter hoc incurere excommunicationem, aut ullam penam mereri. Et si præterea contingat, ut homo hæreticus, vel propter peritiam, & doctrinam, vel propter virtutem bellicam, & rem aliquam fortiter gestam, sit dignus laude, & præmio, non est, quod hæc illi negentur propter hæresim, vel quod timeatur de excommunicatione, si non negentur, stante hæresi, ut patet communiter ex eo, quod faciunt supremi Reges, ac Principes, dum humaniter, & liberaliter in bello tractant eos duces, ac milites, quos vident fortes, & strenuos, siue sint Catholici, siue Hæretici; nec propterea ullus est, qui eos reprehendat. Atque hæc omnia ita notat Palud. in 4. *dist. 13. quest. 3. art. 1. Caiet. in Summa, verb. Excommunicatio, cap. 1.* Navar. in *Man. cap. 27. n. 5. cit. Sot. in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. post 5. conclusionem. §. Primus eius casus est.* Suar. de *cons. disp. 2. i. sect. 2. n. 8. cit. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 15. q. 2. & 3. Sayr. lib. 3. Theol. cap. 5. n. 3.* Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 10. n. 2. & 4.* Laym. lib. 2. *tract. 1. c. 14. n. 5.* Bonac. *disp. 2. de excommunicat. q. 5. punct. 3. n. 2.* Max. Alterius *disp. 12. de excommunicat. Bullæ Cœnæ, lib. 5. cap. 3. & seqq.* Farinac. de *beves. q. 182. §. 1. n. 12.* Graff. lib. 4. *suarum decis. cap. 18. n. 23.* & omnes communiter, qui asserunt, non incurri hanc excommunicationem, nisi receptio, fauor, & defensio præstetur Hæretico, ut Hæreticus est; vel e ratione, qua Hæreticus est, vel habita ratione hæresis, vel animo fauendi illi, quatenus est Hæreticus, vel quatenus proficitur talem doctrinam, & in ordine ad docendam, vel defendendam suam hæresim; vel, quia est Hæreticus, &c. ut specialiter videre est apud Sanchez *cap. 10. cit. n. 5.*

30
Quomodo intelligatur, quid receptio, fauor, aut defensio Hæreticorum debeat fieri propter hæresim.

Quod verò asserit idem Sanchez *eodem n. 5.* hos omnes modos loquendi, quibus communiter utuntur Doctores, hunc facere sensum, ut non sufficiat ad incurrendam excommunicationem, de qua loquimur, si receptio, fauor, aut defensio Hæretici fiant in causa hæresis, & in casu, verbi gratia, quo Hæreticus quaritur ab Inquisitoribus, domi recipiatur; &

abscondatur, ne veniat in illorum manus; & ne puniatur de hæresi; neque sufficiat, si fauor, aut defensio illi præstetur, ut illum iudicium, & sententiam fugiat: sed requiratur, ut hæc fiant formaliter propter hæresim, id est, ex formali intentione fauendi hæresi; & quia ille Hæreticus est; non autem ex intentione fauendi amico, & consanguineo; & quia ille est consanguineus, & amicus: hoc, inquam, totum non ab omnibus admittitur; & multa sunt, quæ illud reddunt valde difficile, & nisi benè intelligatur, videtur falsum, & non est admitendum. Nam expressè, ut falsum, id negat Layman. lib. 2. *tract. 1. cap. 14. n. 5.* Tolet. lib. 1. *cap. 19. n. 8.* Sayr. lib. 3. *Theol. cap. 5. n. 3.* Alter. de *excommunicat. Bullæ Cœnæ, lib. 5. cap. 4. §. Controversia tamen est. in fine.* Et contra illud primò facit: quia secundum iura ille dicitur, & puniatur, ut receptor, aut receptor reorum, qui illos clam recipit, & celat, ut euadant manus Iudicis, L. 1. ff. de receptor. & L. Congruit. §. 1. ff. de offic. Præs. & L. final. C. de his, qui latr. occid. & notant Graff. lib. 4. *decis. 18. n. 31.* & Azor. part. 1. lib. 8. cap. 15. *quasi. 2.* & Alter. de *excommuni. Bullæ Cœnæ, lib. 5. cap. 4.* Dum ergo per sacros Canones excommunicantur, & puniuntur receptatores Hæreticorum, ij omnes censeri debent excommunicari, & puniri, qui sunt receptatores, id est, qui illos recipiunt, & celant, ut euadant manus Inquisitorum, siue id faciant formaliter propter hæresim, & ex formali intentione fauendi hæresi; siue ex quavis alia. Vnde & Bulla Cœnæ, quam refert Caietan. in *Summa, verb. Excommunicatio, cap. 1. cit. sub initium,* post excommunicatos generaliter omnes Hæreticos, & specialiter loquentes hæresim Martini Lutheri, subdit: *Ipsique Martino quomodolibet fauentes, quomodo possint puniri.* Quibus verbis aperte declarat, fauorem Hæreticorum, qui prohibetur, & puniatur eadem poena excommunicationis, hunc ipsum esse, qui illis præstatur, ne puniantur ex causa hæresis, vel tanquam Hæretici, ex quocunque tandem motivo illis præstetur. Et deinde facit: quia usus ipse, qui est optimus legum interpres, in omnibus ecclesiasticis Tribunalibus ita habet, ut solum respiciatur ad factum ipsum celandi, & occultandi reos, ne veniant in manus Iudicis; neque curetur de vlla alia intentione fauendi, aut non fauendi criminibus; dummodo constet de intentione immediata, & proxima occultandi, & celandi; & idem etiã in foro conscientie sic est iudicandum, quando constat de hac intentione, cum hæc duo fora tunc solum discrepent, quando veritas non constat æqualiter in utroque. Et tertio facit: quia alioqui in hominem catholicum vix posset cadere hoc crimen receptationis, & fauoris, & defensionis hominis hæretici, & vix unquam incurreret hanc excommunicationem, de qua loquimur: nam, quando aliquis retinet piã affectionem ad fidem Catholicam, impossibile est, ut ad hæresim illi contrariam sit benè affectus, & ut formaliter velit fauere hæresi, vel homini hæretico: quia hæreticus est. Et denique facit: quia in odium, & poenam ipsius hæresis benè potuit, ac debuit puniri, & excommunicari etiam receptio, & fauor, & defensio hominis hæretici ex quacunque intentione, & mortuo contingat. Et re ipsa sic est factum, clarè patet ex verbis sacrorum Canonum, & Bullæ Cœnæ, quæ nihil distinguunt de intentione, & de motivo, ut indicauimus. Dum verò lex, & Princeps ecclesiasticus intendit hæresim persequi, & punire in omni Hæretico; non est dubium, quod maxime aduersatur huic intentioni legis, & Principis, qui occultando hunc, aut illum Hæreticum, impedit,

et, ne hæresis in hoc, aut illo deprehendatur, & puniatur; siue id faciat ex formali intentione fauendi hæresi, quasi simpliciter, & per se acceptæ; siue ex alia, ac proinde secundum hanc intentionem legislatoris, ac legis, dicendi sunt omnes receptatores, & fautores, & defensores Hæreticorum esse excommunicati, & etiam illi, qui recipient, fauent, aut defendunt ex quavis alia intentione, quam ut formaliter fauant hæresi, vel homini hæretico, quia hæreticus est, cum etiam illi maxime aduersentur intentioni legislatoris, & legis de hæresi persequenda, ac punienda in omni Hæretico, camque intentionem impediunt, ne habeat effectum in hoc, aut illo, quem domi occultant.

Sed forte asserit Sanchez de *receptatione, fauore, & defensione Hæretici*, quia est Hæreticus, & ex formali intentione fauendi hæresi, potest intelligi in hoc alio sensu, quod tunc solum hæc præstentur ex tali intentione homini hæretico, & tunc solum incurritur hæc excommunicatio, quando ille non indignetur nostra receptatione, aut fauore, nisi in quantum Hæreticus est, & ad effectum, ut euadat manus Curie, & Inquisitorum, qui propter hæresim illum quaerunt, & persequuntur; vel probabile est, quod sint quaesituri, & persecuturi: tunc enim si receptetur ex tali intentione receptari immediatè, & proximè, quia est Hæreticus, & receptatio cedere in fauorem hæresis, & esse ex intentione fauendi hæresi, cum ex parte illius nulla sit alia indigentia nostræ receptationis, neque ad alium finem de illa nos roget, neque aliud nos intendamus immediatè, & proximè ex parte nostra, nisi ut illum iuuenius in causa hæresis, ne propter hæresim veniat in manus Curie, & puniatur, etiam si ad hæc ipsa præstanda etiam moueamur remotè, & primò, quia est consanguineus, vel amicus; & idem verè facimus contra legem, quæ prohibet receptationem Hæretici, id est, occultationem illius, ne veniat in manus Iudicis; & verè incurrimus poenam legis, quæ est excommunicatio. Et in hoc sensu debere intelligi modos loquendi iam dictos, expresse habet Filiucius *trakt. 16. cap. 2. quest. 5. n. 36.* Et contra, si quis Hæreticus extra periculum veniendi in manus Curie propter hæresim, & quia Hæreticus est, domi nostræ recipiatur, & occultetur, verbi gratia, ne veniat in manus hostium, aut latronum, qui illum quaerunt ad priuatam ultionem iniuriarum, & ad necem; vel etiam ne veniat in manus Iudicis, qui illum quaerit ad poenam furti, vel homicidij; quemadmodum non recipitur, quia est Hæreticus; ita nec violatur formaliter lex de non receptando, & per consequens neque incurritur excommunicatio, ut notat Tolet. lib. 1. *cap. 19.* Sayr. lib. 3. *Theol. cap. 5. n. 10.* Azor. part. 1. lib. 8. cap. 15. *quasi. 6.* Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 10. n. 20.*

Neque ad fauendum Hæretico in causa hæresis, vel quia Hæreticus est modo explicato, requiritur affectio voluntatis ad ipsam hæresim, quasi per se, & formaliter acceptam, quæ affectio sine dubio non potest esse in homine catholico, & simul consistere cum pia affectione ad fidem; sed satis est affectio ad ipsam personam Hæretici, tanquam ad finem, qui dicitur, cui, & ad illius non punitionem ex quocunque delicto, tanquam ad finem, cuius gratia: & hæc affectio benè potest deinde extendi quasi secundariò etiam ad non punitionem ex causa hæresis, & causare occultationem Hæretici, quia Hæreticus est, eisque fauorem, aut defensionem in causa hæresis. Et sine dubio hoc solum important modi loquendi *supra* relati *n. 2. in fine*, quod hæc excommunicatio non incurritur, nisi receptetur, aut defendatur, verbi gratia, Hæreticus, quia est Hæreticus, vel ratione

hæresis, &c. Et hoc solum probat ratio, quam asserunt iidem Doctores, quod secundum iura non distinguantur maleficia, nisi ex intentione, & proposito; & idem hoc solum dicendus est voluisse etiam Sanchez, non autem quod requiratur formalis intentio fauendi hæresi ex affectione ad ipsam hæresim, quasi simpliciter, & per se acceptam; & reuera qui recepat Hæreticum ea occasione, & intentione, ut eum occultet solum ab hostibus, aut latronibus, certum est, quod non committit maleficia receptandi Hæreticum, quia Hæreticus est, vel fauendi Hæretico in causa hæresis: & si contingat, quod dum Hæreticus est receptus, & domi tenetur, vt occultetur ab hostibus, vel à latronibus perquiratur ex causa hæresis, etiam ab Inquisitoribus, & etiam ab his occultetur, nec sinatur venire in illorum manus; tunc ad summum incipiet esse illicita occultatio, & poterit sufficere ad incurrendam excommunicationem; quanvis initio fuerit licita: quia tunc incipiet esse retentio Hæretici, in quantum est Hæreticus, vel ratione ipsius hæresis, cum pericula hostium, vel latronum iam cessauerint; & iam ille solum indigeat, & postulet occultari, in quantum Hæreticus, & quicquid opis illi impenditur in talibus circumstantiis, totum sit in fauorem hæresis, & in præiudicium fidei, quam Inquisitores defendunt, dum hæresim, & Hæreticos ex officio persequuntur. Rectè tamen addit Graff. lib. 4. *decis. cap. 18. n. 32.* quod si quis Hæreticum domi receptum, & occultatum, non ut Hæreticum, & ex causa hæresis; sed ut amicum, pergat domi tenere, & occultare etiam contra Inquisitores; quia sibi timet, ne etiam ipse capiatur, & puniatur, ut receptor; non incurrit excommunicationem: quia reuera hæc etiam occultatio non ex causa hæresis, & ad occultandum Hæreticum, ut Hæreticus est; sed ex metu mali proprii, & propriæ punitionis, quam videt sibi imminere, si non occultet.

Illud rationabiliùs aduertit idem Sanchez lib. 2. in *Decalog. cap. 10. cit. num. 14.* ex Suar. *disp. 21. de consur. sect. 2. num. 14.* censuram hanc, quæ incurritur à receptoribus, fautoribus, & defensoribus Hæreticorum, non incurri à receptoribus, fautoribus, & defensoribus aliorum quoruncunque, qui ex aliis criminibus possunt esse suspecti de hæresi, & perquiruntur, & puniuntur per Inquisitores, ut sunt, verbi gratia, infordefcentes per annum in excommunicatione, habentes pactum cum Dæmone, abutentes ad maleficia sacramentalibus, aut Sacramentis, &c. dum enim verba Canonis, & Bullæ Cœnæ expresse loquuntur de solis fautoribus, defensoribus, & receptoribus Hæreticorum, non est facienda extensio ad fautores, defensores, & receptatores aliorum, qui non probantur esse Hæretici; sed solum sunt suspecti de hæresi, ut patet ex communi regula, quod poenæ sunt restringendæ; non autem extendendæ, & ampliandæ ab vno casu ad alium, vel ab vna persona ad aliam, cap. *Panc. de panis. dist. 1.* & L. penult. ff. de panis, & ex Glossa in *Clementinam primam, de sepult.* & in *Clement. 1. de consur. & ex omnibus communiter notat Navar. in Man. cap. 27. n. 51.* qui etiam hæc de causa *num. 55.* rectè monet, excommunicatione prima in Bulla Cœnæ, quæ est contra Hæreticos, non comprehendit Magos, si reuera non sint Hæretici, quanvis sint suspecti de hæresi; & idem tempore Pij V. in eadem Bulla faciliùs fuisse specialiter expressos, ut etiam illi excommunicarentur: quod tamen postea fuit omissum. Vnde minus coherenter idem Navar. *conf. 14. de Hæret. num. 3. lib. 5. pag. 93. col. 2.* videtur dixisse de quodam Gubernatore, qui negligens fuit in capien-

4
Defensores, fautores, & receptatores eorum, qui sunt suspecti de hæresi, ut sunt excommunicati.

5
Magi, si non sint Hæretici, non sunt excommunicati in Bulla Cœnæ.

do ad instantiam Episcopi quodam excommunicato per annum, eoque iam capto, tradendo, & consignando ipsi Episcopo; & de quodam Carcerario, qui postea permisit dictum excommunicatum auferre de carcere; dixisse, inquam, quod essent excommunicati in Bulla Cœnæ, quia fauissent suspecto de heresi, propter dictam infordescientiam in excommunicatione: si enim Magus suspectus de heresi ex eodem Nauar. non est excommunicatus in Bulla Cœnæ, & sine dubio idem est de infordescente per annum in excommunicatione: quia reuera suspecti de heresi non sunt Hæretici: quomodo possunt dici fautores Hæreticorum, qui solum sunt fautores suspectorum de heresi.

6. Hæretici non sicut receptantes, etiam quando non sunt excommunicati denunciati, & vitandi.

Et quia receptatio, fauor, & defensio Hæreticorum non prohibetur, & non punitur in sacris Canonibus, & in Bulla Cœnæ, quia sit communicatio quedam cum excommunicatis; sed quia est per se in præiudicium fidei, & in fauorem heresis, quam non sinit iudicialiter cognosci, & extirpari ab Inquisitoribus; hinc est, ut non requiratur, per se loquendo, excommunicationem in ipso Hæretico, cui præstat receptatio, fauor, aut defensio; & multo minus requiratur denunciationem talis excommunicationis factam à Iudice, & quod talis Hæreticus sit excommunicatus vitandus; sed satis habeat, si reuera sit Hæreticus, & cognoscatur esse Hæreticus, ut notat Suar. disp. 21. de censuris, sect. 2. cit. n. 9. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 6. Bonac. de excomm. disp. 2. qu. 5. punct. 3. n. 3. Filiuccius tract. 16. cap. 2. quest. 5. n. 36. & 39. & alij, contra Vgolinum de censuris Pape reseruat. par. 2. cap. 1. verb. Receptatores, §. 2. in fine, ubi ait, requiri denunciationem à Iudice, ad hoc, ut Hæreticus non sit receptandus, sicut requiritur ad hoc, ut sit vitandus quoad alias communicationes alioqui prohibitas, & non permissas per decretum Concilij Constantiensis, Ad euitanda. & alioqui non incurri excommunicationem, quæ est contra receptatores. Sed contra est: quia, sicut potest contingere, ut in receptando Hæretico peccetur contra præceptum excommunicationis, & non contra præceptum vitandus; & tamen receptetur, ut consanguineus, vel ut amicus, quando non vrget causa heresis; neque Inquisitores illum persequuntur: ita & potest contingere, ut peccetur contra præceptum heresis, & non contra præceptum excommunicationis; ut, verbi gratia, si non sit excommunicatus vitandus; & tamen receptetur, ut Hæreticus; id est, quando vrget causa heresis, & Inquisitores illum inquirunt. Et sine dubio hoc potest sufficere ad incurrendam excommunicationem receptatorum, & etiam si non sufficiat ad incurrendam excommunicationem minorem communicantium, & participantium eum excommunicato vitando.

7. Potest tamen denunciatio esse necessaria ad hoc, ut receptatores non se excuset per ignorantiam.

Potest tamen ex alio capite requiri denunciatio, saltem heresis, & criminis, propter quod est excommunicatus, id est, ut omnes sciant, cum, ut Hæreticum non esse receptandum, neque in vilo possit præsumi, vel admitti ignorantia: quia enim in hac causa nemo dicitur receptare Hæreticum, nisi sciat eum esse Hæreticum, L. 1. ff. de receptor. & L. 1. & 2. ff. de offic. Præs. & si quis affectat, se id nescisse, stari debet illius dicto, & iuramento, & illi incumbit onus probandi, quod scierit, qui contra illum allegat scientiam, & hæc communiter non præsumitur, nisi alioqui sit res publica, & notoria, ut ex Bart. & alijs in L. primam cit. §. vit. ff. de receptor. notat Simancha de cathol. instit. tit. 15. n. 18. & Pegna in Directorium Inquisitorum, par. 2. com. 76. pag. 369. col. 1. & Alter. lib. 5. de excommunicat. Bulla Cœ-

na, cap. 4. §. Sed si ex ignorantia, pag. 466. potest omnino requiri denunciatio, & publicatio, quod aliquis sit Hæreticus, ad hoc, ut omnes præsumantur id scire, & nullus possit se excusare per ignorantiam: & in tali casu post factam denunciationem, etiam nauar, & tabularij, & caupones, qui alioqui non tenentur percutari, aut scire mores ad se venientium, L. 1. ff. de furt. aduersus nauar. conferentur id scire, & tenerentur pœnis receptorum, si forte admitterent aliquem tali modo denunciatum, tanquam Hæreticum, ut subdit Alter. loco cit. & Grass. lib. 4. decis. cap. 18. n. 33. & Pegna com. 76. cit.

Sed siue Hæreticus sit denunciatus, siue non, probabilissimum est ex eodem Sanchez lib. 2. cap. 10. cit. n. 9. Layman lib. 2. tract. 1. cap. 14. n. 5. §. Id vero. Bonac. de excomm. disp. 2. quest. 5. punct. 3. n. 3. quod non incuratur excommunicatio per ipsos receptatores, & fautores, si effectus, ad quem receptant, illique fauent, re ipsa non sequatur: ut, verbi gratia, si quis receptet, & occultet Hæreticum, ne capiatur à Curia; & illi faueat, ut liberius, & commodius disseminet heresim, & tamen capiatur, occultatione non obstante; & heresim non disseminet, stante fauore: quia enim, tam in Iure communi, cap. Excommunicatus. 1. §. Credentes. de Hæret. & cap. Noverit. de sentent. excommunicat. quam in Bulla Cœnæ, huiusmodi receptatores, fautores, & defensores solum excommunicantur quasi accessorie ad ipsos Hæreticos; & in odium, & in pœnam ipsius heresis; non autem uti principales, ut supra diximus n. 1. & notat Suar. disp. 21. sect. 2. cit. n. 8. & Sanchez n. 9. cit. & Bonac. n. 3. cit. & patet manifestè ex ipso contextu verborum Bullæ, & Canonum; non sunt censendi incurere dictam excommunicationem, nisi effectu secuto suæ receptionis, fauoris, & defensionis, ut communiter dicitur in materia de censuris, pro iis omnibus, qui excommunicantur solum accessorie ad alios principales, quales communiter sunt, qui dant consilium, auxilium, & fauorem, ut patet in eo, qui dat consilium de percutiendo Clerico, verbi gratia, vel de patrandò homicidio; & non incurrit excommunicationem, nisi secuta percussione; neque irregularitatem, nisi secuto homicidio. Idque sine dubio est probabilissimum, quàm oppositum, quod docet Grass. lib. 4. decis. cap. 18. n. 34. & quod propter contrariam rationem valdè probabile putat Sayr. lib. 3. Theol. cap. 5. n. 4. quia putat, eos excommunicari ut principales ex odio, quo Ecclesia prosequitur has ipsas actiones, etiam propter se; non autem solum propter heresim, & tanquam accessorias.

8. Receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum non sunt excommunicati, si effectus receptionis, v. g. non est secutus, & Hæreticus adhuc est captivus.

Quod si quæras, vtrum excommunicationem, & pœnas receptorum, & fautorum incurrat, verbi gratia, pater, si receptet filium hereticum, eique faueat in causa heresis; vel filius, si receptet, & faueat patri, vel vxor viro, &c. Negat Sanchez lib. 2. cap. 10. cit. n. 8. posse quoscumque excusari quocumque vinculo, aut iure sanguinis, etiam archissimo, saltem in foro conscientie: quia fauere Hæretico ratione heresis, & ex intentione fauendi heresi, est intrinsecè malum, & in nullo euentu potest esse licitum. Et negari non potest, quin hoc sit verissimum, si receptatio, & fauor fiat ex affectu voluntatis ad ipsam heresim. Verum, quia id supra reieciimus n. 3. & non ea tantum receptatio, aut fauor Hæretici est prohibita, quæ fit ex affectu ad heresim; sed etiam illa, quæ fit ex solo affectu ad personam, & ad effectum vitandi manus Curie, & punitionem, ut ibi diximus; adhuc manet explicandum, vtrum hæc receptatio, & fauor, qui est solum prohibitus Iure canonico, & positiuo, possit excusari per Iura sanguinis, quæ sunt Iura ipsius nature. Et dicendum videtur

9. Quid si receptor, aut fautor Hæretici sit ipse parens respectu filij, aut filius respectu patris, vel coniugis.

cum Simancha de cathol. instit. tit. 15. num. 21. Tiraqu. tract. de pœnis tempor. aut remitt. cau. 4. 20. & 21. Alter. disp. 2. de excomm. Bulla Cœnæ, lib. 5. cap. 4. §. Controuersia tamen est. Grass. lib. 4. decis. cap. 18. num. 35. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 15. quest. 4. & alijs apud ipsum, omnino excusari, vel in totum, vel saltem magna ex parte: & idè patrem, si receptet filium hereticum, eumque occultet, ne veniat in manus Inquisitorum, vel nullo modo esse puniendum pœnis receptorum, vel saltem esse puniendum longè mitius, quàm puniretur, si receptasset quencumque alium sibi sanguine non coniunctum: sic enim in Iure communi, ff. de receptoribus, cum dixisset Paulus Iuriconsultus L. 1. genus receptorum esse pessimum, cum sine illis nemo possit diu latere, & idè perinde esse puniendos, atque ipsi latrones, quos receptant; subdit L. 2. eos, apud quos affinis, vel cognatus laico conseruatus est, neque absolucndos, neque seuerè admodum puniendos: quia non est par eorum delictum, & eorum, qui nihil ad se pertinenter laironem recipiunt. Quod totum potest valere proportionaliter, etiam in receptoribus Hæreticorum, si sint affines, vel cognati, & consanguinei, & arcto aliquo gradu ad illos pertineant. Et ratio est: quia Iura sanguinis, & nature, vel nullo modo, vel non nisi difficile possunt exui, & sunt communiter supra potestatem humanæ legis, quæ solum debet esse de re possibili, intelligendo hoc nomine non solum illam, quæ est impossibilis physice; sed etiam illam, quæ est impossibilis moraliter, id est, non multum difficilis, spectata etiam conditione humanæ nature, & consuetudine patriæ, & alijs huiusmodi circumstantijs, ut alibi diximus, dum ageremus de legibus, lib. 5. disp. 26. n. 7. ex Valq. i. 2. disp. 155. n. 8. & Salas de legibus, disp. 1. sect. 9. n. 56. Et quauis humanæ leges pro bono communi, & quando hoc grauius periclitatur, possint etiam præcipere, ut quis se exponat periculo vite, quod sine dubio est quid amplius, quàm ut aliquis exuat Iura sanguinis, & liberè linat puniri à Iudice delicta affinis, aut consanguinei; communitè tamen prinata heresis alienius, qui alioqui non curat illam disseminare, aut plures alios ad illam protrahere; non est admodum noxia bono communi, sicut esset, verbi gratia, proditio patriæ, ut notat Azor. lib. 8. cap. 15. quest. 4. cit. & idè non est, quod propter illam humanæ leges grauius obligent, ut quis exuat Iura sanguinis, & pater, verbi gratia, non occultet filium contra Inquisitorem, nec filius patrem, nec coniux coniugem, &c.

10. Receptatores affinis, vel consanguinei Hæretici sunt mitius puniendi quoad alias pœnas ab excommunicatione. Et si admittatur de receptoribus Hæreticorum id, quod retulimus paulò ante, ex L. 2. ff. de receptoribus, quod qui recipit hominem hereticum sibi affinem, aut consanguineum, & neque omnino sit absolucndus, neque seuerè sit puniendus, (quod tamen aliqui negant debere admitti propter specialem heresis enormitatem, ut videre est apud Alterum cap. 2. cit. & apud Pegnam in Direct. Inquisit. part. 2. com. 81. pag. 382. col. 2.) rectè monet Pegna ibidem, & Grass. lib. 4. decis. cap. 18. cit. num. 36. in hac ipsa punitione leuiore habendam esse rationem arctioris, aut minus arctæ coniunctionis, & gradus, quo fortè coniunguntur receptatores cum Hæreticis, quos receptant, & patrem receptatorem filij, si puniatur, mitius, ac leuius puniri debere, quàm auum, verbi gratia, receptatorem nepotis, & sic de alijs. Et quauis fortè in foro exteriori punio huiusmodi mitior, ac leuior pro gradibus coniunctionis, solum sit futura, quoad alias pœnas temporales; non autem quoad excommunicationem, & hæc quasi inseparabiliter censerit debet, semper incurri à quouis receptorè, neque vllum excusari per quencumque

gradum coniunctionis, quem habeat cum Hæretico receptato, ut notat Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 14. num. 5. & Filiuccius tract. 16. cap. 2. quest. 5. num. 35. ex Glossa in cap. Excommunicatus. 1. §. Credentes vetero. de Hæret. pro quo etiam facit cap. Si quis Episcopus. eod. tit. ubi dicitur, quod Episcopus etiam post mortem sit denunciandus excommunicatus, si Hæreticum consanguineum instituerit heredem: & licet in foro conscientie tutissimum sit, ut quis pro tali receptione procuret absolutionem, saltem ad cautelam, ut notat Alterius cap. 4. cit. si quis tamen ex eodem dictamine receperit filium hereticum, verbi gratia, alioqui non noxium bono communi, quia putat, se id posse, ac debere iure ipso sanguinis, & nature, & contra hoc in his, aut illis circumstantijs non præualere ius ecclesiasticum; potest etiam se habere pro non excommunicato; neque est, quod peccat absolutionem, ut patet ex communibus regulis, quæ traduntur de conscientia; & quia coniunctio potest tanta esse, ut faciat reputari vnam, & eandem personam; & idè per legem humanam non possit esse obligatio non occultandi personam sic coniunctam, sicut non potest esse obligatio non occultandi se ipsum; & de facto talis est coniunctio patris, & filij, inter quos hac de causa non est iustitia, sicut nec inter se ipsum, suamque manum, aut membrum quocumque, i. magnorum Moralium, cap. 31. pag. 308. & lib. 5. Moralium, cap. 6. pag. 125. Et coniunctio ipsorum coniugum, qui non sunt duo, sed vna caro Matth. 19. & coniunctio fratrum, qui cum ab iisdem parentibus originem ducant, quemadmodum vniuntur cum illis, & sunt quasi vnum: ita & vniuntur inter se, 8. Ethic. cap. 12. pag. 208. Et propter hanc causam addit Layman. cap. 14. n. 5. cit. §. Tertio loco. in fine, valdè probabiliter docere aliquos cum Simancha de cathol. instit. tit. 15. n. 21. Vivaldo in explanatione Bulla Cœnæ, causa 1. n. 8. & alijs, quod personæ inter se coniunctissimæ, quales sunt personæ iam dictæ, non incurrant excommunicationem, si receperit se intuem, & seque occultent, ne veniant propter heresim in manus Inquisitorum, etiam si fortè aliquando peccent, in quam sententiam multum inclinatur etiam Azor. part. 1. lib. 8. cap. 15. quest. 5. ubi asserit, huiusmodi coniunctos vel nullo modo esse puniendos, vel solum leuissimè.

Et quod dicimus hoc loco de receptoribus Hæreticorum affinium, aut consanguineorum, idem asserit Tiraq. tract. de pœnis temporandis, aut remittendis, causa 4. & 22. & Pegna in Direct. Inquisit. part. 2. com. 81. pag. 382. col. 2. in fine, & Grass. lib. 4. cap. 18. cit. n. 36. de receptoribus amicorum, si amicitia non sit communis, & vulgaris; sed valdè magna, cum in Iure etiam hæc sit quædam fraternitas, L. Verum. ff. pro socio, & notat Iason in L. Quæ datus. ff. soluto matrim. & Socinus con. 263. & ex Valerio Maximo lib. 14. cap. 7. etiam amicitia sit vinculum potens, & præualidum, neque vlla ex parte sit inferius iuribus sanguinis. Et si contingat dubitari de aliquo qui reuera sit consanguineus, vel affinis, vel magnus amicus Hæretici, vtrum illum receperit, quia est consanguineus, affinis, aut amicus; an verò quia est Hæreticus, & ex affectu ad heresim, rectè notat idem Grass. cap. 14. cit. n. 35. in tali dubio non esse aliquem dammandum, & puniendum quasi receptet, tanquam Hæreticum, cum sit in promptu aliud motium, illudque ex se valdè efficax consanguinitatis, affinitatis, & amicitie, ex quo licet, vel saltem minù illicitè receperit, & delicta, vel simpliciter, vel maiora præsumi non debeant.

Addit Sanchez lib. 2. cap. 10. n. 8. cit. qua ratione non potest excusari receptatio Hæretici, ut Hæreti-

11. Receptatores magni amici in causa heresis sunt mitius puniendi.

Qui ex metu graui reco- ptus Hæretic- um, non est excommunic- atus.

cus est, ratione consanguinitatis, aut affinitatis cuiuscunque; quia fauere hæresi est intrinsecè malum: eadem ratione, neque etiam posse excusari ratione cuiuscunque metus, & etiam illum incurrere excommunicationem, & pœnas receptorum, qui metu aliquo graui inducatur ad volendum receptare, & fauere Hæretico in causa hæresis, etiam si fortasse ipsa exterior receptatio, & occultatio, si extorqueatur per vim, & metum, & non sit voluntaria, possit in foro conscientie vacare culpa.

Sed etiam hoc non est admittendum, si receptatio ex affectu solius personæ, & solum ad effectum, ne illa veniat in manus Iudicis, non autem ex affectu ipsius hæresis, est solum prohibita Iure canonico, & positio, vt iam diximus; & eum, qui ex metu graui cogatur receptare Hæreticum, non incurrere excommunicationem, & pœnas receptorum, expressè asserit Graff. lib. 4. decis. cap. 18. n. 33. & Azor. pari. 1. lib. 8. cap. 15. quæst. 5. & Alter. de excommunicat. Bulla Cæne, lib. 5. cap. 4. in fine: & patet ex Baldo in L. In delictis, ff. de noxal. & Socino seniore conf. 262. vbi de illo, qui coactè recipit banditum, expressè asserunt, quod non sit puniendus. Et facile probatur ex eo, quod alibi diximus, dum ageremus de metu lib. 1. de humanis actionibus in vniuersum, disp. 15. n. 10. quod metus graui communitè excuset à culpa in iis, quæ sunt de Iure positio, & dum ageremus de legibus, lib. 5. disp. 16. n. 7. quod leges humanæ communitè non obligent cum periculo vitæ; & quod potestas legislatoris communitè non se extendat ad obligandum cum tanto periculo. Et ratio est: quia in tali casu receptatio non est ad fauendum Hæretico in causa hæresis, & ex affectu ad personam Hæretici; sed ad vitandum sibi ipsi graue malum, quod comminatur, qui incutit metum, & ex affectu erga se ipsum, vt etiam supra diximus n. 3. ex Graff. lib. 4. cap. 7. n. 32. de illo, qui postquam domi recepit Hæreticum, tanquam amicum, vt eum occultaret ab hostibus, vel à Iudice in causa furti, aut homicidij, pergit occultare etiam ab Inquisitore in causa hæresis ex metu, ne etiam ipse capiat, & puniatur, vt receptor.

13. Hæretici multum perniciosi non sūt receptandi, etiam à consanguineis, & coniunctis.

Debent tamen hæc omnia intelligi maximè in eo casu, in quo hæresis consanguinei, aut amici sit tantum priuata, nec multum noxia bono publico, vt supra diximus n. 9. in fine: contra enim, si sit publica, & valde noxia, & publicè, & palam disseminetur, & plures alij in illam pertrahantur, ceteri possunt iura sanguinis, aut amicitie nulla esse; & tota coniunctio, siue animorum, siue corporum, potest reputari, vt dissoluta; vel saltem, vt notabiliter diminuta iuxta doctrinam Aristotelis 8. Ethic. cap. 7. pag. 200. & S. Thomæ 2. 2. quæst. 26. art. 10. quod amicitia etiam arctissimæ, & ex supereminentiâ, quales sunt ad parentes, possunt dissolui, aut notabiliter minui per excessum vitij, quod fortè est in aliquo amico, & ratione cuius est planè indignus, vt ad illum habeat, & retineat amicitiam is, qui est probus, vt etiam dicemus infra. disputat. 2. 1. n. 20. in eo casu, in quo parentes sint valde crudelès, aut iniqui in filios, aut filij in parentes, & idè minus se diligant, quam alioqui deberent secundum ordinem charitatis. Quare, si parentes, & coniuncti excusentur aliqua ex parte à pœnis receptorum, quando receptant Hæreticum priuatum, & minimè noxium; non tamen videntur excusandi, si receptent Hæreticum publicum, & maximè noxium, ad quem coniunctio sit iam dissoluta, vel notabiliter diminuta, vt iam diximus.

DISPUTATIO XLIV.

De aliquibus casibus in particulari, in quibus credentes, receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum, non sunt excommunicati.

1. Credentes Hæreticorum qui dicantur. Sunt verè Hæretici.
2. Et verè excommunicati.
3. Si suam credulitatem exterius prodant.
4. Credentes personis, non autem erroribus Hæreticorum, possunt esse excommunicati, tanquam fautores.
5. Et esse suspecti de hæresi.
6. Receptatores sunt excommunicati, etiamsi recipiant Hæreticum tantum semel.
7. Et siue recipiant domi sue, siue aliene, vel etiam in ciuitate, prouincia, aut regno, vel ruri, in agro, in sylua, &c.
8. Et est illis indicenda abiuratio tanquam suspectis de hæresi.
9. Et sunt puniendi alijs pœnis, etiamsi huiusmodi receptatores sint Iudæi, aut infideles.
10. Iudæi, & infideles receptando Hæreticos, aut Apostatas, sum de iure Ecclesia.
11. Fautores Hæreticorum sunt excommunicati, siue faueant per actionem aliquam positiuam, siue per omissionem actionis.
12. Idè, potest contingere, etiam in ipsis Episcopis, & Inquisitoribus, & eorum Ministris.
13. Secus verò de alijs primarijs, nisi aliquo modo teneantur ad aliquid positiuè agendum contra Hæreticos.
14. Quæ sint positiuè actiones in fauorem Hæreticorum.
15. Vtrum Patronus catholicus in locis Hæreticorum licitè possit præsentare Hæreticum ad beneficium ecclesiasticum.
16. Licitum est dare consilium de malo minore ad effectum vitandè malum maius.
17. Hæreticis, etiam mortuis, aut emendatis, non est fauendum in causa hæresis.
18. Defensores quo differant à fautoribus Hæreticorum.
19. Sunt etiam illi excommunicati.
20. Aduocati quomodo possint licitè patrocinari in causa hæresis.
21. Etiam Iudæi, & infideles sunt puniendi, si defendant Hæreticos.
22. Dummodo defendant contra Inquisitores, & personas publicas; non autem solum contra priuatas.



Væ hæcenus diximus disp. præcedente, sunt communia pro his omnibus, qui in odium, & in pœnam hæresis, & propter illam, vel causâ illius excommunicantur, quasi accessoriè, & secundariò: vt verò magis in particulari consistet de singulis, quo modo incurrant in certis casibus dictam excommunicationem;

Primò, ex dictis supra, disp. 39. num. 10. satis constat, qui proprie sint, & dicantur credentes Hæreticorum: sunt enim illi, qui credunt hæreses, quasi in fide aliorum, & ipsi per se illas non capiunt, neque sciunt aliter explicare, aut aliam rationem de illis reddere, nisi quia sic asserunt ab alijs Hæreticis, quibus adherent, quasi magistris, & fortasse in fide illorum: neque etiam credunt specialiter, & distin-

I. Credentes Hæreticorum qui dicantur.

ctè hoc, vel illud; sed solum generaliter, & confusè quicquid credunt, verbis gratia, Lutherani, aut Calvinistæ, & denique illi, qui tantum fidem habent Hæreticorum, non autem vitam, vt ex libro quodam peruetusto de rebus spectantibus ad Officium Inquisitionis refert Pegna in Direc. Inquisit. part. 2. com. 75. sic enim etiam Catholicos rectè illos appellamus credentes Catholicorum, qui solam tenent illorum fidem; non autem viuunt illorum vitam, nec habent mores Catholicorum. Et ex dictis disp. præcedente, n. 2. similiter constat, quod hæc credulitas, quam isti habent Hæreticos, vt ad magistros, non debet esse, vt ad magistros scientiarum, aut Facultatum naturalium, vel tanquam ad assertores alicuius veritatis ciuilibis, aut dicti purè humani; sed tanquam ad magistros fidei diuinæ, & quoad res reuelatas, in quibus differunt à Catholicis, & orthodoxis, hoc est, debere illos esse credentes, aut fidem adhibentes ipsis erroribus; non autem quomodocunque ipsis personis Hæreticorum.

De his verò, qui sunt credentes erroribus Hæreticorum modo explicato, rectè asserunt Doctores communitè, quod etiam ipsi sint verè Hæretici, & tam in Iure communi, cap. Excommunicamus. 1. §. Credentes de Hæret. & cap. Non erit. de sent. excommunicat. quam in Bulla Cæne, solum addantur, & nominantur post Hæreticos, gratia maioris expressio- nis, & declarationis; & vt vnusquisque intelligat, non eos tantum Hæreticos damnari, & puniri, qui profitentur, se esse magistros, & docent hæresim; sed etiam alios, qui solum profitentur, se esse credentes dictis magistris, & ex se nihil capiunt. Ita Directorum Inquisitorum part. 2. quæst. 50. n. 1. Nauar. in Man. cap. 27. n. 55. Suar. de censur. disp. 2. 1. sect. 2. n. 8. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 2. & alij: & expressè habetur cap. Excommunicamus. 2. §. Si qui autem de Hæret. Nam, quemadmodum, qui sunt rudiores inter Catholicos, & solum confusè, & generaliter credunt id, quod credit Ecclesia, verè, & proprie sunt fideles; neque ad hoc est necessarium, vt quis capiat, & valeat explicare id, quod credit, & de illo rationem reddere: ita & possunt esse verè infideles, & Hæretici, qui solum confusè, & generaliter discredunt, quæ credit Ecclesia; & credunt, quæ credit, verbis gratia, Lutherus, aut Calvinus.

Atque hinc fit, vt sint etiam ipsi excommunicati, tanquam principales; non autem vt accessorij ad Hæreticos: nisi fortè per accessorios intelligamus non solum illos, qui dicunt ordinem, & attributionem ad hæresim, quasi extrinsecè; sed etiam illos, qui eam habent intrinsecè, sed in illa sunt minùs culpabiles, vt certè sunt, qui sunt rudiores; & cum sint cæci, sequuntur alios duces cæcorum; non autem vllis alijs ducatur præstant.

Sed quod diximus disp. 39. cit. n. 11. de Hæreticis quibuscunque, quod non incurrant excommunicationem, si suam hæresim sola mente contineant; non autem exterius prodant; hoc idem est dicendum de credentibus Hæreticorum, quod, scilicet, ad incurrandam excommunicationem debeant etiam ipsi suam credulitatem aliquo modo exterius prodere, & significare; non autem sufficiat, si illam habeant solum interius, vt etiam diximus disput. cit. n. 10.

De alijs, qui solum sunt credentes personis Hæreticorum, non autem erroribus, rectè addit Suar. de personis, non cens. disp. 2. 1. sect. 2. cit. n. 7. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 3. quod, quantum non sint Hæretici, nec possunt esse excommunicati, vt credentes; possunt tamen, vt fautores, si, scilicet, magna credulitas, & adherentia, quam habent ad illorum personas ratione scientiæ, aut ratione alicuius alterius tituli

2. Sicut verè Hæretici.

1. Et verè excommunicati.

4. Si suam credulitatem exterius prodant.

5. Credentes personis, non autem erroribus Hæreticorum, possunt esse excommunicati.

merè naturalis, & humani, augeat illis existimationem, & auctoritatem, & fidem conciliet quoad hæresim disseminandam, & prædicandam. Et præterea rectè addit Directorium Inquisitorum part. 2. quæst. 50. cit. n. 4. & 5. & Pegna ibidem, com. 75. quod possunt etiam esse suspecti de hæresi, suspicione leui, aut vehementi, provt maiora, vel minora iudicia dederint, quod credendo personis, simul etiam credant erroribus: & idè est illis indicenda abiuratio, & purgatio, provt præcipitur cap. Excommunicamus. 1. §. Qui autem, & §. Credentes de Hæret. & cap. Accusatus de Hæret. in 6.

Et pro foro externo, quæ indicia soleant fundare huiusmodi suspensionem de hæresi, possunt videri in eodem Directorio quæst. 50. cit. & ex Concil. Narbonensi cap. 29. & apud Pegnam com. 75. cit. & quæ supra retulimus disp. 40. n. 12. & possunt addi etiam illa, quæ habentur cap. Super quibusdam, de verb. significat. & apud Glof. in cap. Ad abolenda, §. Præsent. verb. Deprehensi: de Hæret.

Secundò, receptatores Hæreticorum, id est, illi, qui clam eos recipiunt, & occultant, ne veniant in manus Inquisitorum, vt iam diximus disput. præcedente, num. 3. proprie loquendo, ex vi nominis tunc dicuntur, quando id faciunt, non semel, aut bis; sed frequenter, suamque domum habent, vt receptaculum pro illis celandis, & abscondendis, quando- cunque occurrat, vt notat Directorium Inquisitorum part. 2. quæst. 51.

Sed quidquid sit de proprietate vocabuli, quod secundum Grammaticos est à verbo frequentatio, & importat frequentationem receptionis; communis sententia est, quod etiam illi sint excommunicati, tanquam receptatores, qui tantum semel scienter recipiunt, & occultant Hæreticum; scientes, nimirum, & non ignorantes, quod sit Hæreticus; & ad hunc ipsum finem eum recipientes, & occultantes, quia est Hæreticus, & ne veniat in manus Iudicum. Ita Directorium qu. 51. cit. num. 5. & 6. Pegna comm. 76. Palud. in 4. dist. 13. quæst. 3. art. 1. num. 13. Graff. lib. 4. decis. cap. 18. num. 31. Azor. lib. 8. cap. 15. qu. 2. Alter. lib. 5. in Bullam Cæne, cap. 4. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 10. num. 10. & alij apud ipsum: nam in Iure, tam ciuili, quam canonico, vocabulum receptoris facile confunditur cum vocabulo receptoris, aut recipientis; & promiscuè vsurpatur, tam pro illo, qui sæpius Hæreticum recepit, & occultauit; quam pro illo, qui tantum semel; & etiam hic punitur pœna receptoris, vt notat Archid. in cap. Quicumque de Hæretic. in 6. Azor. & Alter. loc. cit. & idè etiam hic est censendus excommunicatus. Et parum refert, siue talis recipiens sit persona priuata, & recipiat in suam domum; siue sit Princeps, & persona publica, & recipiat in suam ciuitatem, prouinciã, aut regnum; & siue recipiat in domum, aut locum suum, siue in alienum; & siue hic locus sit muris munitus, siue sit ager, aut sylua, & cælo apertus, vt notat Palud. num. 15. cit. Pegna, & Sanchez locis citatis, & iuxta modum receptionis, vt notat ibi Pegna com. 76. cit. & præterea etiam incurrunt alias pœnas, de quibus cap. Excommunicamus. 1. §. Credentes de Hæret. & Authen. Credentes. C. de Hæret. & apud Pegnam loc. cit. qui etiam addit ex Bulla Gregorij XIII.

ti, tanquam fautores.

6. Et esse suspecti de hæresi.

7. Receptatores sunt excommunicati, etiamsi recipiant Hæreticum tantum semel.

8. Et siue recipiant domi sue, siue aliene, vel etiam in ciuitate, prouincia, aut regno, vel ruri, in agro, in sylua, &c.

9. Et est illis indicenda abiuratio tanquam suspectis de hæresi.

10. Et sunt puniendi alii poenis, etiam si huiusmodi receptatores sint Iudaei, aut infideles.

11. Iudaei, & infideles receptatores Haereticos, aut Apostatas, sunt de iure Ecclesiae.

12. Fautores Haereticorum sunt excommunicati, siue faciant per actionem aliquam positivam, siue per omissionem actionis.

13. Idque potest contingere, etiam in ipsi Episcopis, & Inquisitoribus, & eorum ministris.

Antiqua Iudaorum. §. Si quis iudicio Inquisitorum puniri debere etiam Iudaeos, aut infideles, si deliquerint contra fidem, receptando, occultando; aut defendendo Haereticos; aut Apostatas a fide; vel consilium, auxilium, aut fauorem quomodolibet illis praestando: quod etiam contra omnes receptatores, aut fautores Haereticorum, quicumque tandem illi sint, generaliter habetur cap. Contra Christianos. de Haer. in 6. & specialiter contra Iudaeos, receptatores, aut fautores eorum, qui deficiunt ad Iudaeismum, habetur in Bulla Nicolae I V, Turbato corde. quam refert Directorium Inquisitorum part. 2. qu. 44. pag. 348. Idque est intelligendum, non solum de Iudaeis, aut infidelibus, temporaliter subditis potestati Ecclesiae, aut Principum Christianorum; sed absolute de omnibus, cum sic receptando; aut fauendo Haereticis, vel Apostatis, verè delinquant in Ecclesiam; & ratione delicti verè subiciantur illius iudicio, & potestati, vt ex Anchar. conf. 15. incipien. Spiritus Indes. Zabarel. in Clement. 2. §. 1. de Haer. & ex communi sententia Canonistarum, & aliorum notat Pegna in quast. 44. cit. com. 44. §. Tertium est. pag. 350.

Tertio, fautores Haereticorum, qui similiter accesserunt ad haeresim, & in odium, & in penam ipsius haeresis excommunicantur, sunt omnes illi, qui fauore, gratia, opibus, aut quomodocumque fauent Haereticis in causa haeresis, vt illam tueatur, disseminet, doceat; vel vt ex illa non puniatur; idque praestant, vel actione aliqua positiva, vel negatione, & omissione actionis, vt bene explicat Directorium Inquisitorum part. 2. quast. 53. Pegna ibidem, com. 78. Sayr. lib. 3. Theol. cap. 5. n. 7. Gualt. lib. 4. decif. cap. 18. n. 20. & seqq. Alter. in Bullam Coena, lib. 5. cap. 5. Azor. part. 2. lib. 8. cap. 15. quast. 7. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 1. & alij: nam si is, qui fauet, sit persona publica, & fungatur publica potestate, vt sunt Domini temporales, & eorum Ministri, & Officiales in administranda iustitia, & ab Episcopo; vel ab Inquisitore requiratur, vt Haereticum quaerat, vel capiat, vel captum bene custodiat, vel ad certum locum deducat, vel vt sententiam, & penam circa illum exequatur, & haec omittat, fauet Haereticis in causa haeresis per omissionem, & negationem actionis: si verò Haereticum captum, & detentum in carcere, inscio, & inuito Inquisitore, & Indice ecclesiastico è carcere liberet; vel impediat, ne contra illum fiat processus; vel testes examinentur, vel ne pronuncietur sententia, &c. fauet per actionem positivam, & tam agendo, quam omittendo incurrit ipso facto excommunicationem, cap. Vt Inquisitionis, de Haer. in 6. & fufius Extrau. Innocentij IV. & Clementis IV. Ad extirpanda. & Alexandri IV. Cum auctoritate, quae habentur in Directorio Inquisitorum in fine, pag. 6. 19. & 43.

Et quia non solum domini temporales excommunicantur, si Haereticis faueant; sed etiam alij quicumque, cap. Excommunicamus. 1. §. Credentes. de Haer. & in Bulla Coena, n. 1. vbi praeterea in fine declaratur, quod oranes comprehendatur, cuiuscumque praerogative, & dignitatis, siue mundanae, siue ecclesiasticae: hinc est, quod etiam Praelati ecclesiastici, & ipsi etiam Episcopi, & Inquisitores sint excommunicati, si Haereticis faueant per omissionem actionis, ad quam tenentur ratione officij; vt, verbi gratia, si omittant Haereticos inquirere, capere, custodire in carcere, torquere, punire; & multò magis Ministri alij inferiores sanctae Inquisitionis, si debent similiter suo muneri, vt videre est apud Sanchez lib. 2. cap. 10. citato, num. 12. & 13. Si-

mancham, Sayrum, Pegnam ab ipsos relatos. Alij verò priuati, ad quos ex officio, & ex iustitia non pertinet Haereticos persequi, non dicuntur illis fauere, si omittant eos manifestare, vel accusare, inquirere, capere, custodire, cum alioqui non debeant, &c. vt ex communi sententia subdit Sanchez n. 15. quia id totum non tam est fauor, quam pura negatio agendi aliquid contra Haereticos, quae ex se non potest esse mala, nisi sit debita actio opposita, vt patet ex dictis alibi de peccatis in vniuersum; & de malitia, quae in peccatis omissionis essentialiter est carentia actus debiti: secus verò si quis priuatus iubeatur ab Inquisitore, vel ab alio potestatem habente, vt aliquid faciat, & auxilium praestet, verbi gratia, ad capiendum Haereticum; vel vt testimonium iuridicè ferat contra illum; vel vt denunciaret etiam non requisitus, quos nouit, vt communiter iubent Inquisitores per sua edicta; vel aliquid simile, idque omittat: sicut enim huiusmodi omiffio est culpabilis, & contra iustitiam, saltem legalem: ita & est fauor Haereticis praestitus in causa haeresis, & inducit excommunicationem. Et idem est, si quis sponte promiserit, verbi gratia, vel iurauit Inquisitori, aut Episcopo, quod eum iuuabit in persequendis Haereticis; & haec, vel illa contra illos praestabit: similiter enim, si talis promiffio, aut iuramentum fuit acceptatum, & promittentem, aut iuramentem obligauit ex iustitia ipsi Inquisitori, aut Episcopo; & postea culpabiliter non praestentur, quae fuerunt promiffa, aut iurata; fauetur similiter per talem omissionem Haereticis in causa haeresis, & quatenus Haeretici sunt; & incurritur excommunicatio: quantum Sanchez n. 15. cit. rectè addat, id solum intelligi, quando promiffio, aut iuramentum est factum Inquisitori, aut alteri, ad quem spectat causa fidei; non autem si sit factum soli Deo, & solum in Dei honorem, in quo casu solum obligat ex virtute religionis; non autem ex iustitia propria dicta, aut legali.

Actione verò positua censeri debet fauere Haereticis, & excommunicationem incurere, tam Magistratus, & personae publicae, quam alij priuati, si eos commendent, ac laudent in sua haeresi; si excusent, aut verbis dolosis fallant Inquisitores, ne eos capiant; si falsum testimonium pro illis ferant; si consilio iuuent, & viam doceant, qua possint effugere manus Iudicium; si defendant illorum causam; si pro illis intercedant, ne puniantur; si reuelent illis denunciatores, accusatores, aut testes; si pecuniam, aut arma subministrant; si auxilientur; si afficiunt, aut comitentur ad fugam; si testes impediant, aut corrumpant, ne contra illos verum deponant; si processum falsificent, aut lacerent, vel abscondant; si beneficium ecclesiasticum, aut quantum aliam dignitatem, aut honorem illis conferant, &c. vt videre est apud Sayrum lib. 3. Theol. cap. 5. num. 8. & apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. num. 16. Et quoad postremum de conferendis honoribus, aut dignitatibus, rectè monet ibidem Sayr. ex Nauar. cap. 27. n. 5. §. Quarta. quod tunc solum censetur quis fauere Haereticis, deferendo illi aliquem honorem, aut dignitatem, quando id facit sine rationabili causa, propter quam excusetur: & idè non esse damnandos, vt Haereticorum fautores, eos Catholicos, qui in Anglia, verbi gratia, aut Germania, & alijs huiusmodi regionibus, quae haeresibus sunt infectae, honores, & dignitates Haereticis deferunt, & rationabiliter excusantur ex timore maioris mali, vel ex necessitate, utilitate, &c.

Et eadem ratione videntur excusandi, qui in iisdem regionibus praesentant aliquem Haereticum

14. Secus verò de alijs priuatis, nisi aliquo modo renouantur ad aliquid quod possunt agendum contra Haereticos.

15. Quae sint posituae actiones in fauorem Haereticorum prohibite.

16. Vtrum Patronus catholicus

licium in locis Haereticorum licitè possit praesentari Haereticum ad beneficium ecclesiasticum.

cum ad beneficia ecclesiastica, quae illi sunt conferenda ab Episcopo similiter Haereticis: quantum negari non possit, quin de hoc sint longè plures, & longè maiores difficultates: nam Haereticus, qui praesentatur, non modò non est capax huius passus praesentationis, quia est Haereticus, vt notat Pegna in Directorium Inquisitorum, part. 3. com. 162. pag. 667. col. 2. §. Nec modò Episcopus, ex Lambertino de iure patron. lib. 2. part. 1. quast. 9. art. 6. & quia est excommunicatus propter haeresim, ex qua excommunicatione specialiter inhabilitatur ad beneficia de nouo obtinenda, cap. Positasti, de Cler. excom. ministri. sed etiam quia fortasse est purus laicus, & non verus Clericus, vt pote ordinatus à non vero Episcopo, qualiter communitè sunt Episcopi Haereticorum. Et idem est etiam de Episcopo haeretico, cui praesentatur, cum fortasse etiam ipse sit purus laicus, vt pote habens episcopatum, non à Papa, & non ritè consecratus à veris Episcopis; & praeterea sit etiam ipse excommunicatus propter haeresim, & specialiter priuatus iurisdictione, & facultate conferendi beneficia ecclesiastica, vt communiter dicitur in materia de excommunicatione; & videre est apud Suar. de cens. disp. 14. sect. 2. & idè tam praesentatio, quam acceptatio praesentationis, & collatio beneficij sit plane nulla.

Quòd tamen, his non obstantibus, Patronus catholicus, qui in dictis regionibus praesentat Haereticum ad beneficium ecclesiasticum, possit rationabiliter excusari à culpa, & ab excommunicatione, si id faciat ex necessitate, vel ex metu maioris mali, vel ex alia rationabili causa, probatur ex eo, quia, dum praesentat falsum, & malum Clericum ex se paratum recipere beneficium, cumque praesentat falso, & malo Episcopo, similiter ex se parato illud conferre, reuera solum proponit materiam minoris mali, quando ex malitia aliorum certò imminet malum maius: cum enim certissimus sit, quod si praesentet bonum, & catholicum Clericum, praesentatio non acceptabitur, & beneficium conferetur alteri Haereticis deteriori, & ipse Patronus amittet ius praesentandi perinde facit, ac si dicat Episcopo falso, & malo: Si viste gerere loco Episcopi, & beneficia conferentis, beneficium confer huic, quem nomino, volenti se gerere loco Clerici, & beneficium recipientis. & ad Clericum similiter falsum, & malum; Si viste gerere loco Clerici, & beneficium recipere, recipit ab hoc, volente se gerere loco Episcopi, & beneficia conferre. Sicut autem à tyranno iniuste occupante, ac detinente regnum, & iustitiam administrante, licitum est petere gratiam, & iustitiam; quia id solum sit ex tacita conditione, quod de facto velit se gerere loco Principis, & ad effectum, ne grauius peccet praetermittendo iustitiam, dum illam administrat, & praetermittendo distributionem gratiarum, & bonorum, dum vult esse loco Principis, vt notat Caiet. in Summa, verbo, Tyrannus. Nauar. in Man. cap. 14. n. 41. Less. lib. 2. cap. 29. n. 72. Salas de legibus, disp. 10. sect. 3. n. 14. & nos alibi diximus lib. 5. de leg. disp. 12. n. 5. & 6. Et similiter sicut meretricij ex se parata ad fornicandum cum homine libero, ac soluto, & ad adulterandum cum homine coniugato, licitum est dare consilium, vt solum fornicetur, vt notat Caiet. ibidem; & vniuersaliter licitum est dare consilium de malo minore, vt vitetur malum maius, ad quod alius est iam paratus, vt videre est apud Sanchez lib. 7. de matrimonio, disp. 11. n. 14. & seqq. & apud Henric. lib. 14. qui est de irregul. cap. 16. §. 4. ita & à falso, & malo Episcopo ex se parato conferre beneficium Clericis falsis, & malis, licitum est petere, & proponere, vt conferat vni minis malo simili-

17. Licetum est dare consilium de malo minore, ad effectum vitandi malum maius.

Balelli Theol. Moral. Tom. II.

liter iam parato illud accipere. Atque ita quantum collatio ex parte talis Episcopi, & acceptio ex parte talis Clerici, verè sit mala, & irrita; praesentatio tamen ex parte Patroni non erit mala; sed bona, & licita.

Et potest addi, quòd talis praesentatio falsi Clerici, & haeretici ad falsum Episcopum, & haereticum, si bene consideretur, prout est, & procedit à Patrono catholico, potest non esse praesentatio ad officium, & titulum ecclesiasticum, in quo proprie consistit ratio, & essentia, vt sic dicam, beneficij ecclesiastici, cuius tam conferendi, quam recipiendi, est plane incapax, qui est haereticus, & non verus Episcopus, nec verus Clericus; sed potest esse praesentatio ad solos redditus, & fructus beneficij materialiter, & de facto percipiendos; non autem de iure, & ex vero titulo; & potest potius esse simplex permissio, quam vera confessio, aut concessio, quod sine dubio respectu Patroni catholici non est illicitum; siquidem hic quando non potest defendere dictos fructus sui beneficij, ne indebitè percipiantur à quocumque Haereticis, & non vero Clerico, licitè facit, si illos defendat solum ab Haereticis, & non Clerico deteriore, & permittat alteri minus malo: & sic de duobus malis eligat minus.

Atque ex his rationibus censui annis superioribus, cum rogatus de hac re pro Catholicis in Anglia, & in Germania sententiam dicerem, non esse damnandos eos Patronos, qui in illis regionibus praesentarent haereticis Episcopis haereticos Clericos, eò quia si praesentassent Catholicos, praesentatio non fuisset admiffa; & ipsi amiffissent ius praesentandi, & beneficium fuisset collatum Haereticis alteri deteriori.

Quae verò hic dicimus de non praestando fauore homini haeretico, non solum debet intelligi, quando Haereticus viuus, & est superstes, & persistit obstinatus in haeresi; sed etiam quando est mortuus, vel emendatus ab haeresi, vt notat Vgolinus de censuris Papa reseruat, part. 2. cap. 1. verb. Fautores. §. 1. num. 1. & Sanchez lib. 2. cap. 10. cit. num. 17. vt, si quis, verbi gratia, sepeliat Haereticum in loco sacro, vel rogatus in testem contra illum iam mortuum, neget de illo haeresim, vel aliter impediat, ne Inquisitor contra illum procedat, cumque exhumet; & alia faciat, quae praescribuntur per sacros Canones, Et idem est, si haec eadem faciat in fauorem Haeretici iam emendati, quando similiter contra illum procedunt Inquisitores propter haeresim iam praeteritam, vt subdit Vgolinus num. 18. & Sanchez num. 17. cit.

Denique ex his, quae communiter dicuntur de fautoribus Haereticorum, facile potest intelligi, quid sit dicendum de defensoribus: sunt enim etiam hi verè fautores, & ab illis solum differunt, tantquam inferius à superiore, cum omnis defensor sit fautor; non autem è contrà, omnis fautor sit defensor, vt notat Vgolinus de censuris Papa reseruat, part. 2. cap. 1. cit. vers. Et generaliter quoslibet defensores. & Sanchez cap. 10. cit. num. 18. Incidunt ergo, vt defensores, in excommunicationem omnem omnes illi, qui quouis arte, aut quouis modo tuentur Haereticos in causa haeresis, & quatenus sunt Haeretici; vt, verbi gratia, Aduocati, si illis indebitè patrocinentur; Notarij, si pro illis instrumenta conficiant; & alij quicumque, si quomodocumque eos defendunt à manibus Inquisitorum, vt videre est in Bullis Innocentij IV. & Clementis IV. Ad extirpanda, quarum meminimus paulò ante, num. 12. in fine, & in quibus exprimuntur plurimi casus.

18. Haereticus, etià mortuus, aut emendatus, non est fauendum in causa haeresis.

19. Defensores quo differunt à fautoribus Haereticorum.

20. Sunt etiam illi excommunicati.

casus, & modi defensionum, & ille inter ceteros, quod quis non Hæreticus substituat se pro Hæretico in manibus Curiae, & sic faciat illum fugere. Non autem sunt excommunicati illi, qui defendunt in aliis causis diuersis ab hæresi, verbi gratia, in causa furti, aut homicidij, vt diximus paulo ante disp. 43. num. 3.

Et illi omnes, qui defendunt personam Hæretici; non autem illius hæresim, & errores; sunt prætereà suspecti de hæresi; & suspicio potest esse etiam vehemens, provt se habuerit ipse modus defensionis, vt, verbi gratia, si quis armis defendit, vel per vim eripuit de manibus Curiae, &c. & abiuratio, vel purgatio est illis indicenda per cap. *Accusatus, de Hæres. in 6.* & notat Directorium Inquisitorum *part. 2. quest. 52.* Pagna *ibidem, tom. 77. Graff. lib. 4. decis. cap. 18. num. 38.*

^{21.} Sed pro Aduocatis non est omittendum, quod subdit Graff. n. 39. ex stylo, & consuetudine sacre Inquisitionis, tunc solum esse illicitum, & damnatum patrocinium, quod præstant Hæreticis in causa hæresis, quando est iam certum, & probatum, quod sunt Hæretici, & obstinati: quia, si sit res dubia, vtrum verba, vel facta alicuius hæresim sapiant, & contineant, & nondum constet sufficienter de hæresi, siue per testes, siue per alias probationes; licitum est patrocinari, præsertim prius solenni iuramento ipsi Inquisitoribus de iusta tantummodo defensione præstanda, & de abstinendo ab omni defensione, quando primum constitutum erit de hæresi; & quod ille, cui præstabatur defensio, sit verus Hæreticus, vt refert Simanchas *de catholice. instit. tit. 5. de Aduocatis*, & Graff. *loco citato.*

^{22.} Et quod diximus paulo ante, num. 10. & 11. quod etiam Iudæi, & infideles sunt puniendi per Iudices ecclesiasticos, & sunt de foro Ecclesie, si contra dictos Iudices receperint Hæreticos, idem notat Pagna *comm. 77. cit. ad questionem 53. in fine*, debere intelligi de iisdem Iudæis, & infidelibus, si defendant quomodocumque eosdem Hæreticos; idque ita haberi in Bulla Gregorij XIII. *Antiqua Indaeorum*, cuius ibi meminimus.

^{23.} Et denique ex Syluest. *verb. hæresis*, 1. §. 30. & Alterio *lib. 5. in Bullam Cæna, cap. 5. §. Notandum 3. pag. 468. col. 2.* hæc omnia debent intelligi de defensoribus contra Iudices ecclesiasticos; non autem contra priuatas personas, si forte ex zelo non secundum scientiam, vim, & iniuriam Hæreticis faciant ex causa hæresis, & quia Hæretici sunt; cum tamen ad ipsos non pertineat punitio Hæreticorum, & cognitio hæresis.

DISPUTATIO XLV.

Quomodo in odium hæresis prohibeantur libri Hæreticorum, & sub qua censura.

1. Libri Hæreticorum sunt prohibiti in Bulla Cæna sub excommunicatione lata sententia.
2. Et in iure canonico.
3. Et in iure civili.
4. Et prohibitio sumpsit initium ex Actis Apostolorum.
5. De fide est, quod libri Hæreticorum possint prohiberi ab Ecclesia.
6. Singula ferè verba, qua ponuntur in Bulla

Cæna circa hos libros, habent suas difficultates.

7. Libri Hæreticorum, etiam manuscripti, sunt prohibiti, si contineant hæresim, aut tractent de religione.
8. Et prohibitio non solum est pro libris integris, sed etiam pro partibus quibuscunque.
9. Etiam si commoditatis gratia sint consuta per se, & seorsim ab aliis partibus.
10. Non tamen est prohibitio pro omnibus voluminibus, aut tomis eiusdem Authoris.
11. Etiam simul consutis, si uerè non faciunt unum librum.
12. Inter partes prohibitas est numeranda etiam epistola ad lectorem, præfatio, sine proemio, & ipse Index.
13. Epistola, aut concio Hæretici continens hæresim, nullique alteri libro inserta, vtrum sit prohibita in Bulla Cæna.
14. Leuitas materia quomodo excuset in legendis libris damnatis in Bulla Cæna.
15. Non est censendus aliquis liber esse damnatus in Bulla Cæna, nisi sit Authoris hæretici.
16. Intelligendo hoc nomine etiam Apostatas à tota fide.
17. Et Schismaticos, si in aliquo sint verè Hæretici.
18. Si schisma sit sine hæresi, libri schismaticorum non sunt damnati in Bulla Cæna.
19. Libri Hæreticorum sunt prohibiti in Bulla Cæna, etiam si ipsi Authores non sint damnati, aut denunciati tanquam Hæretici.
20. Si liber sit equaliter Authoris hæretici, & Authoris catholici, est censendus prohibitus.
21. Liber Hæretici cum fragmentis, aut Scholæi Authoris catholici, est prohibitus.
22. Nisi forte Commentaria Authoris catholici sint tam copiosa, vt tribuant libro denominationem simpliciter, eumque faciant Authoris catholici.
23. Liber Catholici cum Annotationibus, & fragmentis Authoris hæretici, non est prohibitus in Bulla Cæna.
24. Nisi Annotationes, & Commentaria Authoris hæretici sint copiosa, & tribuant libro denominationem simpliciter ab Authore hæretico.
25. Qui ex intentione addiscendi hæreses, legit fragmenta Hæreticorum in libro Authoris catholici, non est excommunicatus.
26. Liber Catholici ex sola inaduerentia, aut ignorantia Authoris, continens hæresim, non est prohibitus in Bulla Cæna.

IN Bulla Cæna n. 1. post excommunicatos omnes Hæreticos, quocumque nomine censentur, & cuiuscumque sectæ existant, & post excommunicatos in eorum prenam, & odium etiam exedentes, receptatores, fautores, & defensores quoscunque Hæreticorum, de quibus egimus duabus disputationibus præcedentibus; extenditur eadem excommunicatio similiter in poenam, & in odium Hæreticorum, in eos omnes, qui illorum libros hæresim continentes, vel de religione tractantes legerint, aut retinuerint, vel impreflerint, vel quomodolibet defenderint ex quavis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore.

Et tale aliquid etiam indicatur in antiquis Canonibus, cap. *Sancta Romana, dist. 15.* vbi ex Gelasio Papa post enumeratos plurimos libros Sanctorum Patrum, vel Authorum probatorum, quos Ecclesia recipit, etiam plures enumerantur conscripti ab Hæreticis,

^{1.} Libri Hæreticorum sunt prohibiti in Bulla Cæna sub excommunicatione lata sententia.

^{2.} Et in iure canonico.

Hæreticis, sique dicuntur à Catholicis esse vitandi, eoque Catholica, & Apostolica Ecclesia Romana nullatenus recipere, sed repudiare, & eliminare; & cum suis Authoribus, & Authorum sequacibus, sub anathematis indissolubili vinculo in æternum damnare. Et clarius hæc eadem prohibitio habendi, & legendi libros Hæreticorum, habetur in iure civili, L. *Damnato, §. Nec verò. C. de Hæret.* vbi de libris Nestorij contra sectam orthodoxam, & contra Concilium Ephesinum conscriptis, præcipitur sub poena publicationis bonorum, vt nemo audeat illos habere, aut legere, aut describere, imò vt diligenter conquisiti, publicè comburantur; & vt nemo in disputatione religionis mentionem aliquam de illis faciat; L. *Qui nauque, §. Nulli. & §. Omnes. C. eod.* vbi sub poena perpetuæ deponationis similiter præcipitur de libris Eutyctetis, & Apollinaris Hæretici, contra Concilium Chalcedonense, vt nemo audeat huiusmodi libros habere, aut seruare, vel aliquid ex illis dicere, aut scribere, vel edere, emittere, aut proficere; & vt omnes huiusmodi chartæ, ac libri, qui dictioni Eutyctetis, & Apollinaris dogma complexi fuerint, incendiis concrementur. Et L. *Mathematicos. C. de episcopali audien.* vbi de libris diuinatoris, & improbatæ fidei, dicitur, quod sub oculis Episcoporum sunt concremandi. Nimirum, ita de cuius primis illis temporibus per leges imperatorias id grauer prohiberi, vt prohibitio maiorem efficaciam, & promptiorem haberet executionem, vt notat Suar. *dist. 20. de fide, sect. 2. num. 8.* & simul etiam accesserunt plura decreta sacrorum Conciliorum, & plures sanctiones Summorum Pontificum, & sanctorum Patrum, vt idem refert n. 6. & videre est apud Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 16. quest. 9. col. 979. in fine*, & apud Layman. *lib. 2. tract. 1. cap. 15. num. 9. pag. 212.* Et omnia videntur sumpsisse initium ex eo, quod habetur *Actuum 19.* quod multi eorum, qui fuerant curiosa seclari, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus. Ita, scilicet, edocti interius per Dei inspirationem, vel exterius ab iis, per quos instruebantur in rebus fidei, vt notat Euleb. *lib. 3. de demonstr. euangelic. cap. 8.* & apud Suar. *disp. 20. sect. 2. cit. n. 5.* vt hoc etiam darent veræ penitentis signum; & morale periculum relabendi in pristinos errores, bene, & permanentiter auferrent; & toti Ecclesie, quoad hoc; satisfacerent; & bonum exemplum præberent etiam aliis ad idem præstandum.

^{3.} Et in iure civili.

^{4.} Et prohibitio sumpsit initium ex Actis Apostolorum.

^{5.} De fide est, quod libri Hæreticorum possint prohiberi ab Ecclesia.

Et quod in Ecclesia sit potestas prohibendi libros Hæreticorum, & quod maxime rationabiliter illos prohibeat, etiam sub censuris, & poenis grauissimis, nemini potest esse dubium, cum sit de fide; vt notat Suarius *sect. 2. cit. num. 4.* Sicut enim potest punire Hæreticos aliis poenis: ita & potest eos punire prohibitione librorum, qua sine dubio est maxima punitio, & execratio illorum doctrinæ. Et sicut potest per excommunicationem eos priuare communione fidelium in humanis, & per verba: ita & potest priuare communione per scripta & per libros. Et contra, quemadmodum potest, ac debet tueri fideles, ne per sermones Hæreticorum trahantur ad hæresim: ita & potest, ac debet tueri, ne trahantur per libros, aut per scripta, qua sine dubio quoad multa sunt longè peiora, quam sermones, cum possint extendi ad plura loca, & per consequens etiam inficere longè plures, & ab iisdem possint etiam legi, ac relegi læpius, & peniculiùs considerari, & expendi: & sic etiam possint intemè penetrare, & illabi in animum ea, qua continent, & commu-

Haldell: Theol. Moral. Tom. II.

niter plura contineant studiosè congesta ad magis nocendum; & verbis aptè compositis sæpè oblectent, vt rerum, atque errorum venenum propinere dulcius, & certius fidem interimant, & planè tollant. Vnde, quemadmodum est de fide, quod in Ecclesia sit potestas ad puniendos Hæreticos, & ad præseruandos, & defendendos fideles: ita & est de fide, quod sit potestas ad prohibendos libros Hæreticorum, cum hæc prohibitio tam sit ad punitiorem illorum, quam ad horum præseruationem, & defensionem. Et quantum ad priorem effectum punitiorem potestas hæc non se extendat, nisi ad libros eorum qui sunt verè Hæretici, & Ecclesie subditi per susceptionem Baptismi: ad alterum tamen effectum præseruationis, ac defensionis fidelium, potest Ecclesia prohibere etiã libros Gentilium, & Iudaeorum, & infidelium quoruncunque, si eos aduertat esse noxios, & contra bonos mores fidelium: si enim hoc ipsum ex solo lumine naturæ antiquitus fecerunt etiam plures Respublice infidelium, & eos libros suis interdixerunt, & etiam flammis cremarunt, quos putarunt esse noxios, vt videre est apud Simancham *de cathol. instit. tit. 38.* & apud Bellarm. *lib. 3. de laicis, cap. 20. tom. 2. col. 493.* ex Valerio Maximo *lib. 1. cap. 1.* vbi refert, autoritate Senatus à Prætoribus urbane fuisse Romæ in conspectu populi crematos aliquos libros, qui religionem aliquantulum soluere videbantur. Et ex Marco Tullio *lib. 1. de natura Deorum*, vbi similiter refert, Atheniensium iussu fuisse in concione combustos libros quosdam Protægoræ Abderitis, noxios religioni, eumque vrbe, atque agro fuisse exterminatum, vt etiam videre est apud Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 16. cit. quest. 9. col. 979.* potiori ratione ex lumine fidei potest, ac debet hoc ipsum facere Ecclesia, & facit de facto in Indice librorum prohibitorum.

Et quantum ad alterum effectum præseruationis, ac defensionis fidelium, potest Ecclesia prohibere etiam libros Gentilium, & Iudaeorum, & infidelium quoruncunque, si eos aduertat esse noxios, & contra bonos mores fidelium: si enim hoc ipsum ex solo lumine naturæ antiquitus fecerunt etiam plures Respublice infidelium, & eos libros suis interdixerunt, & etiam flammis cremarunt, quos putarunt esse noxios, vt videre est apud Simancham *de cathol. instit. tit. 38.* & apud Bellarm. *lib. 3. de laicis, cap. 20. tom. 2. col. 493.* ex Valerio Maximo *lib. 1. cap. 1.* vbi refert, autoritate Senatus à Prætoribus urbane fuisse Romæ in conspectu populi crematos aliquos libros, qui religionem aliquantulum soluere videbantur. Et ex Marco Tullio *lib. 1. de natura Deorum*, vbi similiter refert, Atheniensium iussu fuisse in concione combustos libros quosdam Protægoræ Abderitis, noxios religioni, eumque vrbe, atque agro fuisse exterminatum, vt etiam videre est apud Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 16. cit. quest. 9. col. 979.* potiori ratione ex lumine fidei potest, ac debet hoc ipsum facere Ecclesia, & facit de facto in Indice librorum prohibitorum.

Et quantum ad alterum effectum præseruationis, ac defensionis fidelium, potest Ecclesia prohibere etiam libros Gentilium, & Iudaeorum, & infidelium quoruncunque, si eos aduertat esse noxios, & contra bonos mores fidelium: si enim hoc ipsum ex solo lumine naturæ antiquitus fecerunt etiam plures Respublice infidelium, & eos libros suis interdixerunt, & etiam flammis cremarunt, quos putarunt esse noxios, vt videre est apud Simancham *de cathol. instit. tit. 38.* & apud Bellarm. *lib. 3. de laicis, cap. 20. tom. 2. col. 493.* ex Valerio Maximo *lib. 1. cap. 1.* vbi refert, autoritate Senatus à Prætoribus urbane fuisse Romæ in conspectu populi crematos aliquos libros, qui religionem aliquantulum soluere videbantur. Et ex Marco Tullio *lib. 1. de natura Deorum*, vbi similiter refert, Atheniensium iussu fuisse in concione combustos libros quosdam Protægoræ Abderitis, noxios religioni, eumque vrbe, atque agro fuisse exterminatum, vt etiam videre est apud Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 16. cit. quest. 9. col. 979.* potiori ratione ex lumine fidei potest, ac debet hoc ipsum facere Ecclesia, & facit de facto in Indice librorum prohibitorum.

Et quantum ad alterum effectum præseruationis, ac defensionis fidelium, potest Ecclesia prohibere etiam libros Gentilium, & Iudaeorum, & infidelium quoruncunque, si eos aduertat esse noxios, & contra bonos mores fidelium: si enim hoc ipsum ex solo lumine naturæ antiquitus fecerunt etiam plures Respublice infidelium, & eos libros suis interdixerunt, & etiam flammis cremarunt, quos putarunt esse noxios, vt videre est apud Simancham *de cathol. instit. tit. 38.* & apud Bellarm. *lib. 3. de laicis, cap. 20. tom. 2. col. 493.* ex Valerio Maximo *lib. 1. cap. 1.* vbi refert, autoritate Senatus à Prætoribus urbane fuisse Romæ in conspectu populi crematos aliquos libros, qui religionem aliquantulum soluere videbantur. Et ex Marco Tullio *lib. 1. de natura Deorum*, vbi similiter refert, Atheniensium iussu fuisse in concione combustos libros quosdam Protægoræ Abderitis, noxios religioni, eumque vrbe, atque agro fuisse exterminatum, vt etiam videre est apud Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 16. cit. quest. 9. col. 979.* potiori ratione ex lumine fidei potest, ac debet hoc ipsum facere Ecclesia, & facit de facto in Indice librorum prohibitorum.

Et quantum ad alterum effectum præseruationis, ac defensionis fidelium, potest Ecclesia prohibere etiam libros Gentilium, & Iudaeorum, & infidelium quoruncunque, si eos aduertat esse noxios, & contra bonos mores fidelium: si enim hoc ipsum ex solo lumine naturæ antiquitus fecerunt etiam plures Respublice infidelium, & eos libros suis interdixerunt, & etiam flammis cremarunt, quos putarunt esse noxios, vt videre est apud Simancham *de cathol. instit. tit. 38.* & apud Bellarm. *lib. 3. de laicis, cap. 20. tom. 2. col. 493.* ex Valerio Maximo *lib. 1. cap. 1.* vbi refert, autoritate Senatus à Prætoribus urbane fuisse Romæ in conspectu populi crematos aliquos libros, qui religionem aliquantulum soluere videbantur. Et ex Marco Tullio *lib. 1. de natura Deorum*, vbi similiter refert, Atheniensium iussu fuisse in concione combustos libros quosdam Protægoræ Abderitis, noxios religioni, eumque vrbe, atque agro fuisse exterminatum, vt etiam videre est apud Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 16. cit. quest. 9. col. 979.* potiori ratione ex lumine fidei potest, ac debet hoc ipsum facere Ecclesia, & facit de facto in Indice librorum prohibitorum.

R. 2

& ex alia parte iidem libri sunt valde vtilis: quod tamen communiter alio modo se habet in aliis libris Hæreticorum.

6. Singula fore verba, que ponuntur in Bulla Cœne circa hos libros, habent suas difficultates.

His autem positis, vt distinctius explicemus, quomodo in odium hæresis, & in poenam Hæreticorum prohibeantur in Bulla Cœne illorum libri, est agendum de singulis penè verbis, quæ contra illos ponuntur in dicta Bulla: vt, verbi gratia, circa dictionem, libros, vtrum appellatione librorum veniant illi solum, qui sunt impressi; an verò etiam illi, qui sunt manuscripti: vtrum illi, qui conscribit iustum volumen; an verò etiam illi, qui sunt pauca- rum tantummodo paginarum: vt, verbi gratia, vna tantum oratio, vna epistola, vna concio: & in illis, qui sunt prohibiti, vtrum censerentur sub eadem excommunicatione esse prohibita simpliciter omnia, & quasi indiuisibiliter, etiam titulus, & epistola dedicatoria, & præfatio, siue proœmium, & epilógus, & ipse etiam Index: & circa dictionem, eorum, id est, Hæreticorum, vtrum appellatione Hæreticorum, quorum libri damnantur, & prohibentur, veniant libri omnium infidelium, qui aliquid continent contra fidem catholicam, aut fidei iniuriosum; vel certè eorum tantummodo, qui defecerunt ex toto, vel ex parte à fide catholica prius suscepta; siue illam essent prius solenniter professi per externam susceptionem Baptismi, vt communiter sunt Hæretici; siue illam suscepissent solo animo, & voluntate, vt sunt Catechumeni; & vtrum in his ipsis requiratur, quòd sint damnati de hæresi, aut denunciati, tanquam Hæretici; an verò sufficiat, quòd sciantur quomodocunque, etiam per scientiam priuata, quòd sint Hæretici, &c. Et sic deinceps de vnaquaque aliarum dictionum consequentium, pro quibus singulis non desunt suæ difficultates.

7. Libri Hæreticorum, etiam manuscripti, sunt prohibiti, si contineant hæresim, aut tractent de religione.

Primo igitur appellatione librorum, qui prohibentur sub excommunicatione in Bulla Cœne, communis sententia est, quòd debeant intelligi, tam illi, qui sunt impressi, quam alij manuscripti. Ita Vgol. de casibus Papa reseruariis, part. 2. cap. 1. Suar. disp. 21. de fide, sect. 2. num. 10. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. num. 28. Nam etiam Tridentinum sess. 4. in decreto, de editione, & vsu sacrorum librorum, ad coercenda petulantia ingenia præcipit, vt nemo suæ prudentiæ innixus, in iis, quæ pertinent ad fidem, & ad mores, sacram Scripturam detorqueat contra eum sensum, quem tenuit, & tenet ipsa Ecclesia, & contra vniuersam consensum Patrum, etiam si huiusmodi interpretationes nunquam essent in lucem edendæ. Et paulò post non solum prohibet, ne imprimantur libri de rebus sacris, sine nomine Authoris, & sine approbatione Superiorum, sub pœna excommunicationis, & sub aliis pœnis Concilij Lateranensis sub Leone X. sess. 10. de impressione librorum; sed etiam prohibet sub iisdem pœnis, ne euulgentur: atque ita prohibet libros non solum impressos; sed etiam scriptos. Et in Bulla Pij IV. pro Indice librorum prohibitorum, & in regula 10. ipsius Indicis, sub excommunicatione latæ sententiæ similiter damnantur, & prohibentur, non solum libri, sed etiam scripta cuiusvis Authoris ob falsi dogmatis suspicionem damnata. Et ratio est: quia reuera etiam liber scriptus, & non impressus, sub omni vocis proprietate est liber, & etiam in illo est periculum, ne infideles inficiantur, & trahantur ad hæresim, quæ est præcipua ratio prohibitionis legis, & alioqui facile possent Hæretici ex se ipsis eludere totam vim & efficaciam legis, si solum prohiberentur typis mandate

suos libros, & licet possent illos communicare, & euulgare scripto.

Neque solum censerentur debent esse prohibiti sub dicta censura libri integri, siue impressi, siue scripti; sed etiam quælibet illorum partes, vt ex communi sententia notat Suar. sect. 2. cit. n. 9. & tom. 5. de cens. disp. 21. sect. 2. n. 10. Vgol. de censuris Papa reseruariis part. 2. cap. 1. Sanchez lib. 2. cap. 10. cit. n. 5. quia in prohibitione totius, necessarid includitur prohibitio partium; & potest contingere periculum fidelibus etiam in lectione partium quaruncunque, dum lectione, v.g. vnus possunt bene affici erga Authorem, & allici ad legendas etiam alias, & totum volumen; & quatenus fortasse tale periculù non contingat in singulis partibus, certè ipse Author hæreticus ex hoc ipso, quòd huic libro, v.g. inseruit hæresim, dignissimus est, qui in omnibus illius partibus puniatur. Vnde, etiam si tota hæresis, quam inseruit, sit deleta ex libro, adhuc tamè manent prohibita omnes partes, & totus liber, nec potest legi, aut haberi, vel imprimi sine licentia: & si partes vnus libri totalis sint etiam per se singula integri libri, quomodo organum Aristotelis, verbi gratia, integratur ex libro prædicamentorum, ex libris de interpretatione, ex analyticis, &c. non solum ille liber est prohibitus, qui immediatè, & proximè hæresim continet; sed etiam alij, qui simul cum illo sunt compartes totius Operis, aut libri totalis, etiam si fortasse commoditatis gratia, & ne faciant magnam molem, sint consuti per se, & seorsim ab illo. Et contra si eiusdè Authoris hæretici sint plures libri, sique singuli sint totales, neque conscribantur vnus vnus, qui possit dici vnus liber, & cuius illi omnes sint partes, solus ille censendus est esse prohibitus simul cum omnibus suis partibus, qui hæresim continet, vel tractat de religione; non autem alij, qui ab illo sunt disparati, & neque continent hæresim, neque sunt de religione; siue sint consuti per se, & seorsim ab illo; siue etiam simul, cum hoc non faciat, vt reuera sint vnus liber: sicut neque faceret, si conserentur simul plures libri diuersorum Authorum, & de rebus planè diuersis, sed hæc futurata sit merè per accidens ad vnitatem, & pluralitatem librorum, acceptorum formaliter, & per se. Ita Vgol. cap. 1. cit. de censuris Papa reseruariis, §. 1. num. 2. Sanchez lib. 2. cap. 10. cit. num. 36. Bonac. de censur. disp. 2. quest. 5. puncto 4. num. 20. in fine, Suar. disp. 21. de fide, sect. 2. cit. num. 9. quanquam hic non admittat id generaliter de quacunque pluralitate tomorum eiusdè Authoris; sed solum specialiter, quando sunt de rebus diuersis, & disparatis; & quæ ad inuicem nullam habent connexionem, vel attinentiam: nam, quando secundus tomus est de eadem re, de qua est primus; & prosequitur eandem tractationem, existimat, quòd simul vterque est vnus liber, & quòd solum commoditatis gratia, & ad vitandam magnitudinem molis, hoc est, solum materialiter, non autem formaliter, est diuisus in duos. Et addit in tali casu, si primus tomus, verbi gratia, contineat hæresim, non illum solum censendum esse prohibitum; sed etiam secundum: sicut & paulò antè diximus de pluribus libris partialibus. Sed, quantis hoc sit probabiliter dictum; negari non potest, quin oppositum sit probabilius, & verè plures tomus vnus Authoris, quando etiam persequuntur eandem tractationem, sint plures libri, & cõmuniter reputentur vt plures, & à nemine dicatur esse vnus; & idèd si contingat, quòd primus tantummodo contineat hæresim, solus ille potest, ac debet censerentur prohibitus; non autem alij, qui reuera non sunt liber,

8. Et prohibiti non solum est pro libris integris, sed etiam pro partibus quibuslibet.

9. Etiam si, commoditatis gratia, sint consute per se, & seorsim ab aliis partibus.

10. Non tamè est prohibitio pro omnibus voluminibus, aut tomis eiusdè Authoris.

11. Etiam simul consuti si reuera non faciunt vnus librum.

liber, qui continet hæresim. Et quanuis simul cum illo possint dici, quòd compleant vnus vnus opus, & vnus vnus tractationem; non tamen possunt dici, quòd compleant vnus librum, aut vnus volumen, de quo solo loquuntur verba Bullæ.

12. Inter partes prohibitas est numeranda etiam epistola ad lectorem, præfatio, siue proœmium, & ipse Index.

Quòd si quæras, vtrum inter partes alicuius libri prohibitas sub censura, debeant numerari etiam illæ, quæ sunt extra tractationem, quam liber continet, vt, verbi gratia, epistola, si qua est ad lectorem, præfatio, siue proœmium totius Operis, & ipse Index. Affirmatiuè respondet Vgolinus cap. 1. citato, num. 1. vers. 8. & ex illo Sanchez lib. 2. cap. 10. num. 30. & Bonac. de cens. in disp. 2. quest. 5. puncto 4. num. 19. pag. 415. col. 1. tom. 1. & Layman lib. 1. tract. 2. cap. 15. num. 5. Denique, quia reuera etiam hæ sunt partes libri: & epistola ad lectorem, & præfatio, siue proœmium explanant mentem Authoris; & titulus aliquantò fusior est quasi compendium totius Operis, & Index omnia colligit, quæ sunt magis notatu digna. Et potiori ratione idem videtur dicendum de iis partibus, quas aliquis fortasse excerpit, & notat ex vno, vel pluribus libris prohibitis, quorum habet licentiam ad certum aliquod tempus, eoque refert in vnus, aut plures quinterinos, vt postea sint vsui post elapsum tempus licentiæ: verè enim huiusmodi partes non videntur posse haberi, aut legi sine noua licentia, cū reuera sint partes prohibita in vno, aut pluribus libris; & ipsi toti quinterini nihil sint aliud, nisi partes prohibita diuersorum librorum. Et parum refert, quòd in quinterino non sint descriptæ continuatè, & cum eodem ordine, quo sunt in libro, aut libris; sed interruptæ, & ordine immutato, cum hoc idem etiam contingat in toto Indice: Secus verò esset, si quis referret huiusmodi partes in alios libros à se compositos, vel etiam in alios Indices, aut Repertoria, qualia solent habere Iurisperiti; quia in tali casu non dicerentur amplius partes librorum prohibitorum, sed solum partes libri, aut Repertorij catholici, sicut & dicuntur ipsæ hæreses, quando referuntur, aut inseruntur in librum catholicum.

13. Epistola, aut concio Hæretici continens hæresim, nullique alteri libro inserta, curâ sit prohibita in Bulla Cœne.

Imò Suar. disp. 21. de fide, sect. 2. num. 10. ex Vgol. loco cit. num. 2. etiam illa existimat comprehendi prohibitionem librorum, quæ, quanuis actu non sint partes alicuius libri; sunt tamen partes saltem aptitudinè, & in potentia, verbi gratia, vna epistola, vna concio, vna quæstio, vnus tractatulus, vna oratio, & quæuis alia breuis scriptura, quæ sit Authoris hæretici, & contineat hæresim, vel tractet de religione: quod idem etiam placet Filiucio tract. 16. cap. 2. num. 45. vers. Secundum, & Layman lib. 2. tract. 1. cap. 1 §. num. 3. pag. 210. hanc enim prohibitionem Bullæ Cœne magis existimat esse fauorabilem, quam odiosam, cum principaliter sit in fauorem fidei, & in defensionem fidelium; non autem solum in odium, & in punitionem Hæreticorum; & idèd putat magis esse ampliandam, quam restringendam: & verba Bullæ idèd exprimunt librum; quia hæreses frequentius explicantur libris; quando autem legislator exprimit vnus de pluribus propter vsum frequentiorum, non censetur propterea excludere alia, sed ponit speciem principalem pro genere, eiusque nomine comprehendit simpliciter omnia: & certum est, quòd fidelibus maius periculum potest creati per huiusmodi breuiore tractatulos, qui facilius communicantur, & citius, & facilius leguntur, & intelliguntur ab omnibus, quam per alios longiores, & subtiliores: & idèd non minus debuerunt prohiberi, imò & magis: & sic in re simili de interpretationibus sacræ Scripturæ contra communem sensum Ecclesiæ, & San-

ctorum Patrum, quæ prohibentur in Tridentino sess. 4. vt paulò ante retulimus num. 7. dicitur declarasse sacra Cardinalium Congregatio, quòd, scilicet, intelligi debeant esse prohibita, non solum quando sunt collectæ in volumen, aut illi insertæ; sed etiam quando sunt quasi per se, & in vna tantum epistola, vel in vna concione.

Sed oppositum sentit Sanchez lib. 1. cap. 10. cit. n. 29. & Bonac. num. 19. cit. quia reuera communi, & vtitato modo loquendi, vna, aut altera charta, quibus communiter continetur vna epistola, aut vna concio, non appellantur nomina libri: neque fuit eadem ratio, aut necessitas prohibendi sub eadem censura quacunque chartas, & prohibendi libros, cum libri amplius diuulgentur, & diutius asseruentur; & chartæ facillimè disperdantur. Et potest addi ex Iure communi L. 1. librorum, ff. de legat. 3. quòd appellatione librorum solum veniunt ipsa volumina; non autem libri numerales, in quos diuiditur, verbi gratia, hoc, vel illud volumen, vt subditur ibidem, §. si cui centum. & idèd multò minus veniunt chartæ per se scriptæ, & dissolutæ; non autem in volumen, aut tractatum redactæ. Et eandem ob causam ex alio §. Quod tamen Casim. ibidem, dicitur, quòd legato librorum non veniunt puræ chartæ, nec legato chartarum veniunt libri, nisi aliter constet de mente legantis: quod signum est, appellatione librorum, etiam in Iure, non venire chartas. Vnde & in Bulla Pij IV. ad Indicem librorum prohibitorum, & in regula 10. ipsius Indicis, in fine, præter libros Hæreticorum, vel cuiusvis Authoris ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnatos, qui ibi prohibentur sub excommunicatione latæ sententiæ, specialiter exprimuntur etiam scripta ob similem causam damnata, eaque similiter prohibentur specialiter sub eadem censura: quia alioqui non fuissent satis comprehensa generali appellatione, & prohibitionem librorum; & negari non potest, quin etiam hæc sit satis tutum in conscientia, & reuera sit probabilius.

Neque illud, quod asserit Suar. de partibus libri aptitudinalibus, & in potentia, videtur admittendum: id enim si esset, nulla essent scripta, quæ in Bulla Cœne non essent prohibita; sicut & nulla sunt, quæ ab eodem Authore non possunt inferri, tanquam partes, alicui libro, & postea contineat hæresim in aliqua alia ex suis partibus; & per consequens quæ aptitudinè, & potentia non possunt dici esse partes libri contentis hæresim, ac proinde esse prohibita in Bulla Cœne, si in hac tam sunt prohibita partes actuales, quam potentiales, & aptitudinales, vt vult Suarius; quod tamen non est admittendum.

Et quanuis lex prohibens libros Hæreticorum continentes hæresim, eosque puniens, qui illos legerint, habuerint, aut impresserint, quoad finem remotum, & secundarium, sit fauorabilis, & principaliter intendat defensionem fidelium, & fidei conseruationem, vt patet ex ipsa proœmio Bullæ Cœne: ex fine proximo, & ex propria materia, & obiecto, ex quo maximè desumitur species, & natura legis, negari non potest, quin sit odiosa, cum solum sit punitiua, & illatiua censuræ, sicut & lex de suspendendis furibus, & latronibus, est solum punitiua, & illatiua suspendij, quanuis vt finem vltimum intendat etiam ipsa publicam pacem, & publicam securitatem. Et quatenus admittatur ipsa lex Bullæ Cœne, vt fauorabilis, esse amplianda; certum est, quòd non est amplianda ultra totam significationem verborum: & idèd nec censura, quam infert legentibus

libros, est extendenda ad legentes epistolam, aut pauculas chartas, quae non sunt liber.

Et quod fidelibus manus periculum aliquando creetur per huiusmodi epistolas, aut tractatulos, quam per integros libros, non probat, quod propterea sint comprehensi de facto appellatione librorum in Bulla Coenae: sicut nec sunt comprehensa alia omnia, quae non sunt libri; & ex quibus periculum potest creari: & pro his omnibus est satis promissum extra Bullam Coenae, per Bullam Pij IV. *part. 1. ante* citatam, ad Indicem librorum prohibitorum, & per regulam Indicis decimam, ubi in fine excommunicantur, qui legerint, aut habuerint scripta quaecumque ob haeresim, vel ob falsi dogmatis suspitionem damnata.

Nec declaratio sacrae Congregationis Concilij super interpretationibus sacrae Scripturae facit vim in casu praesentis: nam illae recte declarantur damnatae, siue sint insertae in libros, siue sint scriptae solum in chartis; quia verba Concilij non sunt de libris interpretationum; sed de ipsis interpretationibus, quaeque sine dubio eadem sunt, & semper damnandae, siue in libris, siue in chartis, & extra libros.

Illud rationabilius asserit idem Suar. *disp. 21. sect. 2. cit. n. 28.* ex Castro libro 2. de iusta Haereticorum punitione. *cap. 17.* Et potest addi etiam Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 16. quae. 3.* Sayrus lib. 3. *Theol. cap. 5. n. 2.* Sanch. lib. 2. in *Decal. cap. 10. n. 30.* Marius Alterius lib. 5. in Bull. Coenae, *cap. 6. versus finem.* Grassi lib. 4. *de off. cap. 18. n. 45.* Reginal. lib. 9. *n. 254.* Bonac. *de censur. disp. 2. q. 5. puncto 4. n. 13. pag. 414. tom. 1.* Layman. lib. 2. *tract. 1. cap. 15. n. 5.* & alij, censuram Bullae Coenae non incurri, si quis legat paucas tantum lineas alicuius libri continentis haeresim, aut de religione tractantis: quia leuitas materiae generaliter excusat a culpa mortali in aliis praecipuis; & consequenter etiam a censuris, quae in transgressores sunt latae: neque est ratio, quare haec regula non debeat valere etiam in libris Haereticorum damnatis in Bulla Coenae. Et quantum haec leuitas prudenti iudicio sit ponderanda, nec extendenda ex sententia Suarj ad multas lineas; & ex sententia Sayri non ultra decem; & ex Azor. non ultra pauca verba, aut unum, vel alterum vericulum; & ex sententia Alterij lib. 5. in Bull. Coenae, *cap. 6. versus finem*, non ultra unam, vel alteram lineam: Sanchez tamen *num. 30. cit.* ex sententia aliorum eam extendit etiam ad unam integram paginam maioris voluminis, quae vulgo dicitur, de *marcha maior*; nec putat, censuram tam grauem, qualis est excommunicatio in Bulla Coenae, incurri, nisi legatur de huiusmodi libris plusquam vnica pagina ex maioribus iam dictis. Et pro hac sententia videtur aliquo modo facere etiam verba Bullae, quae solum excommunicant eos, qui legunt libros Haereticorum; non autem eos, qui legunt aliquid ex libris Haereticorum, vt notat Sayrus *cap. 5. n. 12. cit.* & per hoc videtur innuere, requiri ad censuram lectionem tantam, quae absolute possit dici lectio libri. Sed, quantum propter auctoritatem tanti Doctoris non sit damnandus, si quis legendo integram paginam ex huiusmodi libris, putet se legere solum aliquid modicum; absolute tamen non videtur de hoc esse dandum consilium, cum reuera vnica pagina multum periculi possit asserere, si praesertim sit grandior, vt loquitur Bonac. *num. 13. cit.* quae est praecipua ratio prohibendi tam grauer huiusmodi libros. Et haec limitatio Bullae ad unam paginam grandiozem, sit nimis magna, vt loquitur Layman. lib. 2. *tract. 1. cap. 15. num. 5.* quantum post factam possit haec sententia inferre Confessario, vt aliquando iudicat aliquem non incurrisse in censu-

14. Leuitas materiae quomodo excuset in legendis libris damnatis in Bulla Coenae.

ram, si ad aliquem bonum finem legerit ex libro haeretico vniam integram paginam, vt idem subdit ex Sayro lib. 3. *Theol. cap. 5. num. 12.* Imò nec caret omni probabilitate id, quod docuit Vgol. *de censuris Papae reseruat. part. 2. cap. 1.* & Tollet. lib. 1. *cap. 19. n. 9.* non esse admittendum in hac prohibitione leuitatem materiae, & siue paucae lineae, siue multae legantur, semper incurri censuram Bullae: quia ratio periculi quasi indiuisibiliter afficit totos libros, & quasi liber carum partes, siue magnas, siue paruas: & eo ipso, quod quis non potest scire, vtrum ab sit periculum ab hac parte, quam modò legit, rationabiliter potest, ac debet timere, imò & credere, quod non absit, & Bulla Coenae rationabiliter potest praecipere, vt omnino absteat vnusquisque à legenda qualibet, & per censuram punire, si non absteat. Et quidem si esset certum, quod ratio grauis periculi, quae per Bullam vitari intenditur, & per se primò tribuit transgressioni malitiam grauem, & cõdignitatem censuræ, indiuisibiliter esset in qualibet parte, siue parua, siue magna, sicut est in toto libro; certissimum esset, quod in dicta prohibitionem non daretur materia leuitas, sicut nec datur in ipsa haeresi, & in aliis multis, vt explicauimus, dum ageremus de vitis capitalibus. *disp. 14. num. 12. & 13.* quia tamen hoc ipsum est, quod deserit negant Auctores citati: & reuera in paucis lineis, & in modica parte, vel nullo est periculum, vel non est graue: & communiter ratio grauis periculi solum est in toto libro, & in parte notabili; idè potest rationabiliter admitti, vt valde probabilis, sententia allata, quod in dicta prohibitionem deur materiae paruitas, & leuitas, & quod per illam non incurritur censura, & excommunicatio Bulla Coenae, quantum è contrà non est negandum, quod si aduertatur graue periculum, etiam in paucis lineis, & in illis continetur, verbi gratia, tota doctrina, & fundamentum haeresis, quae explicatur in toto libro, possit incurri excommunicatio, & censura, etiam legendo paucas lineas, vt notat Reginal. lib. 9. *n. 254. cit.* & Filiucc. *tract. 16. cap. 1. n. 45.*

Alterum verbum, quod est expendendum in dicta prohibitionem est, quod liber sit, Auctoris haeretici: non enim sufficit, si sit alterius cuiuscunque fidelis, verbi gratia, Iudaei, aut Gentilis, vel etiam Catechumini, qui quantum in foro Dei possit esse Haereticus, si recedat a fide, quam animo, & voluntate prius suscepit; non tamen potest esse Haereticus, & vt talis puniri in foro Ecclesiae, vt etiam supra diximus *disp. 22. n. 18. & disp. 36. n. 11. & 12.* Ita Vgol. *de censuris Papae reseruat. part. 2. cap. 1. §. 1. n. 3.* Sanchez lib. 2. *cap. 10. n. 2.* Suar. *disp. 21. de fide. sect. 2. n. 11.* Vnde libri aliorum infidelium, si forte contineant aliquid contra fidem catholicam, possunt quidem esse prohibiti, etiam sub excommunicatione, & sub censura per Bullam Pij IV. ad Indicem librorum prohibitorum, & per regulam 10. eiusdem Indicis, in fine, non tamen sunt prohibiti in Bulla Coenae, vt notant Auctores citati. Et quia nomine Haereticorum in foro Ecclesiae, & in ordine ad poenas, comprehenduntur non solum illi, qui à Christi fide defecerunt solum ex parte; sed etiam illi, qui defecerunt ex toto, & transferunt ad alias species infidelitatis, quae sunt Iudaismus, & paganismus; & proprio nomine appellantur Apostatae; hinc est, quod etiam libri Apostatarum, si contineant haeresim, vel tractent de religione, censeri debeant esse prohibiti in Bulla Coenae.

Et idem est ex Suar. *sect. 2. cit. num. 12.* de libris Graecorum Schismaticorum, quos scribunt de suis ritibus: quia enim etiam hi communiter sunt Haeretici,

15. Non est censendus aliquis liber esse damnatus in Bulla Coenae, nisi sit Auctoris haeretici.

16. Intelligendo hoc nomine etiam Apostatas à tota fide.

17. Et Schismaticos, siue alios, quo sine eis non sunt Haeretici.

Haeretici, id est, verè, & validè baptizati; & tamen deficientes à fide alicuius articuli, verbi gratia, circa Spiritum Sanctum, aut circa Incarnationem, aut circa primatum Romani Pontificis, vel circa aliquid simile; eorum libri, qui tractant de ritibus, verè sunt libri Haeretici, tractantes de religione: & idè verè comprehenduntur in Bulla Coenae, cum praesertim communiter contineant etiam haeresim, dum alios ritus Ecclesiae Catholicae, & Romanae damnant, vt malos: si tamen contingat, vt Schismatici non sint simul etiam Haeretici, contraria ratione videtur dicendum, quod libri Schismaticorum etiam continentes haeresim, vel tractantes de religione, non sint damnati in Bulla Coenae; sicut nec sunt damnati libri Catholicorum, si forte per ignorantiam, vel per inaduertentiam contineant haeresim, vel etiam tractent de religione. Et in hoc casu est admittendum id, quod asserit Sanchez lib. 1. in *Decal. ap. 10. num. 27.* & Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 16. quae. 8.* quod qui legunt libros Graecorum, & Armenorum, tractantes de eorum ritibus, non incurrant excommunicationem in Bulla Coenae: quia enim ex S. Augustino lib. 20. *contra Faustum, cap. 3. tom. 6.* hoc est discrimen inter schisma, & haeresim, quod illud eadem credit, & opinetur, quae ceteri, & Deum colat eodem ritu: sed solo congregationis dissidio delectetur: haec verò diuersa credit, & opinetur: & idè ex S. Thoma 2. 2. *quae. 39. art. 1. n. 3.* haereticus per se opponitur fidei, & schisma vnitati ecclesiasticae charitatis; & schisma, & haeresis tam sunt inter se diuersae virtutes, quam fides, & charitas sunt inter se diuersae virtutes; facile potest accidere, vt schisma sit in aliquo sine haeresi, sicut & contrà potest haeresis esse in aliquo sine schismate: & in tali casu libri schismaticorum verè sunt libri Catholicorum, nec sunt damnati in Bulla Coenae.

18. Si schisma sit sine haeresi, libri schismaticorum non sunt damnati in Bulla Coenae.

19. Libri Haereticorum sunt prohibiti in Bulla Coenae, etiamsi ipsi Auctores non sint damnati, aut denuntiati, tanquam haeretici.

probetur, & declaretur malus; & solum in hoc casu Haeretici dubij addit Sanchez, posse admitti sententiam Grassij lib. 4. *de off. cap. 18. n. 40. & 42.* quod Author libri prohibiti in Bulla Coenae debeat esse damnatus de haeresi, quando, scilicet, non aliter certò constat, quod sit Haereticus, & quod illius liber sit liber Haeretici.

Quod si quaeras, quid sit dicendum de iis libris, qui non sunt vnus tantum Auctoris, sed plurium, quorum aliqui sunt haeretici, & aliqui sunt catholici. Respondet Suar. *disp. 21. de fide. sect. 2. cit. n. 13.* multipliciter id posse contingere. Primò, vt Author libri sit tota aliqua multitudo, verbi gratia, tota Academia, aut totum Collegium simul constans ex Catholicis, & Haereticis. Secundò, vt Author sit verè Haereticus; sed multa interlerat ex Catholicis, & plura fragmenta ex illis referat, vel etiam vt liber habeat Scholia, & Commentaria Auctoris catholici, quantum sit Auctoris haeretici. Tertio denique, vt Author sit verè Catholicus, sed contra interferat multa ex Haereticis, vel plura fragmenta ex illis referat, vel Scholia, & Glossas, & Commentaria habeat ab Authore haeretico.

Et si contingat primo modo, certò affirmat, huiusmodi librum a qualiter compositum ab Haeretico, & a Catholico vno, vel pluribus, & haeresim continentem, vel de religione tractantem, habendum esse tanquam prohibitum in Bulla Coenae: quia reuera est liber Haeretici, & defectus etiam vnicus potest sufficere, vt liber sit malus: siquidem bonum ex integra causa, & malum ex singulis defectibus: & Author catholicus ex hoc ipso, quod communicat in doctrina, & in libro scribendo cum Authore haeretico, potest esse suspectus. Et Author haereticus potest iuste puniri in suis libris, non solum quando illos scribit ipse per se, & ex proprio ingenio; sed etiam quando scribit collato studio cum Authore catholico.

Et idem est, si res contingat secundo modo, & Author libri sit verè haereticus; sed habeat multa ex Authore catholico, & Scholia, & Glossas, & Commentaria, &c. nam, quantum hoc manet, vt sic, & dicatur liber Haeretici, & haeresim continens, vel tractans de religione, semper manet sub prohibitionem, & sub censura Bullae; & fragmenta, quae forte continet ex Authore catholico, solum continent ad impugnandum, vel ad alium malum finem, ac proinde etiam ipsa ex vicinitate, vt sic dicam, haeresis, & veneni, possunt, ac debent in tali libro censeri prohibita: & Author catholicus ex hoc ipso, quod scribit Commentaria, aut Glossas, & Scholia in librum Haeretici, potest esse suspectus, & eius Glossae, & Commentaria iuste possunt esse prohibita, saltem per accidens, seu per aliud, id est, ratione ipsius libri. Et quod dicimus de huiusmodi Scholiis, & Commentariis Auctoris catholici ad librum Haeretici; à fortiori est dicendum de sola paraphrasi, aut versione in aliud idioma, quam forte faciat Author catholicus ad talem aliquem librum Haeretici: similiter enim, huiusmodi liber, etiam quantum stat, & prodit sub tali paraphrasi, aut versione, censendus est esse prohibitus, & damnatus, cum reuera sit liber Haeretici, neque paraphrasis, aut sola verborum variatio, & circumlocutio faciat illum esse alium librum, quam antea esset sub prioribus verbis à proprio Authore conscriptis. Atque hoc modo, dum haec scriberem, censui libros Nicolai Macchiauelli, damnati Auctoris in prima classe librorum Indicis, à nescio quo alio verbis traductos, & retentis quoad omnia iisdem sententiis, & eadem libri textura, & structura, & sola facta va-

20. Si liber sit aequaliter Auctoris haeretici, & Auctoris catholici, est censendus prohibitus.

21. Liber Haeretici cum fragmentis, aut Scholiis Auctoris catholici, est prohibitus.

riatione verborum, esse eodem modo prohibitos, atque essent, si efferrentur, & haberentur sub propriis verbis ipsius Authoris: quia reuera adhuc sunt libri ipsius Machiavellineque idem sunt prohibiti; quia sunt sub illis verbis, quasi materialiter acceptis; sed, quia continent illas sententias eo modo contextas, & explicatas; quæ tamen omnia eadem sunt etiam sub aliis verbis: sicut & liber quicumque est semper idem, siue ex hoc idiomate traducatur, & transferatur in illud, siue ex illo in hoc, vel in aliud quocumque. Et eadem ratione Reginald. in *praxi lib. 9. num. 255. vers. Adverte postremò*. negat, eum incurtere censuram Bullæ, qui legit sacra Biblia sub aliqua versione facta ab aliquo Hæretico: quia reuera adhuc manent libri Bibliorum; non autem sunt facti libri Authoris hæretici, continentes hæresim, vel de religione tractantes; nec possunt ratione solius versionis dici tales, nisi valde improprie, & per magnam ampliacionem, aut extensionem, vel distractionem; quæ tamen in penis non est faciendâ, cap. *Pœnæ de pœnit. dist. 1.*

22. Si tamen Scholia, & Commentaria Authoris catholici in librum Hæretici essent tam copiosa, ut ipsa per se implerent volumen, & denominationem libro tribuerent, quo modo se habent, verbi gratia, Iurisprædici, dum scribunt in libros Iuris, & Scholasticis, dum scribunt in libros Magistri Sententiarum, vel in Summam theologiam S. Thomæ; & scripturales, dum scribunt in hunc, vel illum librum sacre Scripturæ; & essent plane digna Authore catholico; & nihil continerent in fauorem Authoris, vel doctrinæ hæreticæ, (quod tamen vix videtur posse contingere;) non viderentur in tali casu esse prohibita: quia reuera ille liber simpliciter esset, & diceretur liber Commentariorum, & Authoris catholici; non autem liber hæretici, & textus, quem contineret ex Authore hæretico, esset, ut supponimus, minima pars; nec nomen tribueret toti libro. Et quemadmodum libri illi, in quibus Hæretici pauca addunt de suo, ut sunt Lexica, Concordantiæ, Apophthegmata, Indices, & similes, ex regula quinta librorum Indicis permitti possunt, sublatis, aut emendatis iis, quæ forte continent emendanda: quia reuera non sunt libri Hæreticorum, de quibus agitur in Indice, *regula secunda*; sed sunt libri Catholicorum: quauis prodant opera Hæreticorum; & idem non sunt prohibiti in Bulla Cœnæ; & si forte contineant hæresim, non incurritur excommunicatio, si legantur, ut notat Reginald. in *praxi, lib. 9. num. 250.* ita & libri Catholicorum, in quibus commentantur textum aliquem Authoris hæretici, si alioqui nihil continent non dignum Catholico, non videntur prohibiti, aut damnati in Bulla Cœnæ, ut, verbi gratia, si textus ipse Authoris hæretici contineat incidenter vnam tantum, aut alteram hæresim; & quoad reliqua sit bonus, & utilis, & Commentator catholicus suis locis illas reprobet, & refellat, ut hæreses, & reliquum contrarium doctè, & piè, & prudenter illustret. Et qua ratione libri Catholicici, si habeat Commentaria Authoris hæretici tam ampla, & copiosa, ut ipsa per se librum impliant, & conficiant, eique tribuant denominationem, & nomen, merito censetur esse prohibitus in Bulla Cœnæ, si dicta Commentaria contineant hæresim, vel tractent de religione, ut notat Suar. de *cenfura, disp. 21. sect. 2. n. 11. & dist. 21. de fide, sect. 2. n. 13.* & Mar. Alex. lib. 5. in *Bullam Cœnæ, cap. 6. dubitat. 1. pag. 470. col. 2.* ita & liber Hæretici contraria ratione non videtur censendus prohibitus, si habeat Commentaria Authoris catholici similiter ampla, & copiosa, quæ per se impliant, & con-

ficiant, & simpliciter demominent librum Authoris catholici.

Neque est hoc loco pluribus explicandum, quid requiratur ad hoc, ut liber denominetur simpliciter à Commentatore, & Glossatore; non autem ab Authore textus; & quare scripta Scholasticorum, verbi gratia, S. Thomæ, Scoti, Durandi, & aliorum, in libros Magistri Sententiarum, non dicantur simpliciter ipsius Magistri, cum illorum Commentariis; sed Commentaria illorum cum textu Magistri; & contra Commentaria Caietani in Summam S. Thomæ non tribuant libro propriam denominationem à Caietano Commentatore, etiam si maiore ex parte librum impliant; sed relinquunt priorem denominationem à S. Thoma; & liber dicitur simpliciter Summa S. Thomæ, cum Commentariis Caietani; sed satis nobis est, quod quando liber simpliciter denominatur à Commentatore catholico, non est censendus prohibitus, & damnatus propter textum Hæretici, quocumque tandem modo, & ex quocumque capite id contingat.

Si verò accidat, ut aliquis liber sit Authoris catholici; sed multa interserat ex Hæreticis, ut sunt libri controuersiarum, imò & Conciliorum, quibus hæreses refelluntur, vel ut contineat Scholia, & Glossas, & Commentaria Authoris hæretici; similiter non est censendus prohibitus in Bulla Cœnæ, cum reuera sit liber Catholici; non autem Hæretici, ut iam indicauimus ex Suario, & Alterio *locis citatis*, & expressè habet Nauar. in *Manu. cap. 27. n. 56.* Vgol. de *cenfura Papa reseruatis, part. 2. cap. 1. §. 1. n. 3.* Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 15. n. 2. Grassi. in *deis. lib. 4. cap. 18. n. 43.* Reginald. lib. 9. n. 253. Sayr. lib. 3. *Thef. cap. 5. num. 13.* Azor. part. 1. lib. 8. cap. 16. *quæst. 2.* Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 10. n. 23. & 25.* & omnes communiter. Atque hoc modo, si totus aliquis liber hæreticus insereretur libro catholico ad effectum eum refutandi, adhuc censura Bullæ non incurreretur ab eo, qui legeret illum totum in tali libro catholico, ut subdit Reginald. n. 253. cit. quia reuera non legeretur, nisi liber catholicus, referens, ac refellens librum Hæretici. Et quauis Sanchez n. 25. cit. non admittat limitationem, & exceptionem Suarij, & Alterij paulò antè allatam, si commentaria Authoris hæretici sint tam ampla, & copiosa, ut ipsa per se impliant librum, cumque simpliciter denominent librum Commentariorum Authoris hæretici, quia semper ex communi, & vitato modo loquendi huiusmodi liber non appellatur simpliciter Commentatoris hæretici, sed Authoris catholici, à quo est primò compositus, & in lucem editus, quod idem asserit etiam Bonac. de *cenfura, disp. 2. quæst. 5. puncto 4. n. 6. pag. 474. tom. 1.* quia Summam Diui Thomæ non appellamus librum Caietani, etiam si maiori ex parte contineat Commentarios illius; negari tamen non potest, quin dicta limitatio, & exceptio sit valde rationalis, si reuera contingat, ut liber denominetur à Commentatore hæretico propter amplitudinem, & copiam Scholiorum, & Commentariorum; non autem amplius retineat nomen Authoris catholici, ut paulò antè diximus ad librum Hæretici.

Et quoniam huiusmodi liber Authoris catholici cum fragmentis, Scholiis, aut Commentariis Authoris hæretici simpliciter non est prohibitus, rectè addunt Nauar. in *Man. cap. 27. n. 56. cit.* Azor. lib. 8. cap. 16. *quæst. 2. citata*, Reginald. lib. 9. n. 253. Bonac. de *cenfura, disputat. 2. quæst. 5. puncto 4. n. 19. pag. 474. col. 2. tom. 1.* Sanchez cap. 10. n. 25. cit. & alij apud ipsum, nullam censuram, aut penam ecclesiasticam incur-

23. *Liber Catholicus cum Annotationibus, & fragmentis Authoris hæretici non est prohibitus in Bulla Cœnæ.*

24. *Nisi Annotationes, & Commentaria Authoris hæretici sint copiosa, & tribuant libro denominationem simpliciter ab Authore.*

25. *Qui ex intentione addidit hæreses locis fragmenta Hæreticorum in libro Authoris catholici, non est excommunicatus.*

ri ab eo, qui illum legerit, etiam ex directa, & formali intentione cognoscendi, & addicendi hæreses, & errores Hæreticorum, eorumque rationes, & argumenta; quibus illos nituntur probare: quia censuræ, & penæ solum puniunt factum ipsum habendi, aut legendi librum prohibitum Authoris hæretici; non autem intentionem, & voluntatem cognoscendi, & addicendi errores, & hæreses ex libro non prohibito Authoris catholici, sicut contingit in casu præfenti. Imò ex Reginaldo *ibidem*, legendo in libro non prohibito huiusmodi fragmenta Hæreticorum, neque etiam incurritur excommunicatio Indicis contra legentes scripta cuiusvis Authoris damnati ob falsi dogmatis suspicionem; quia reuera non leguntur scripta Authoris damnati, sed Catholici, & probati, referentis alia scripta Authoris damnati, eaque refellentis in communem utilitatem, & bonum.

26. *Liber catholici ex sola inaduertentia, aut ignorantia Authoris assertas, & libro insertas, sine obtinatione, & pertinacia nam similiter non est excommunicatus, qui legerit, habueritve huiusmodi librum, cum reuera non sit liber Hæretici, continens hæresim; sed Catholici, ut notat Vgolinus de cenfura Papa reseruatis, part. 2. cap. 1. §. 1. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 10. n. 24. Suar. disputat. 20. de fide, sect. 2. n. 14. qui etiam rectè monet, in tali casu seruandas esse regulas Indicis, & huiusmodi librum Authoris catholici, nisi iam sit notatus erroris, & propter illum prohibitus, esse deferendum ad Inquisitorem, ut expurgetur, & si de nouo error notetur, ab ipso legente, esse denunciandum, ut emendetur, & aliorum periculo caueatur.*

DISPUTATIO XLVI.

Qui libri Hæreticorum sint prohibiti, & quomodo non sint legendi sine auctoritate Papæ, & Sedis apostolicæ.

1. Omnes libri Hæreticorum sunt prohibiti sub excommunicatione lata in Indice; non autem omnes in Bulla Cœnæ Domini.
2. Quomodo damnato Authore, libri quoque, & scripta illius sint damnata.
3. Si liber Hæretici etiam obiter, & non ex professo contineat hæresim, est prohibitus in Bulla Cœnæ. Non tamen est prohibitus in eadem Bulla, si solum obiter aliquid dicat de religione.
4. Qui sint libri tractantes de religione.
5. Etiam libri de Magia sunt prohibiti in Bulla Cœnæ, si sint scripti ab Authore hæretico, cum etiam illi sint de religione.
6. Etiam Hæreticus, qui est Author alicuius libri damnati in Bulla Cœnæ, est excommunicatus, si legat, aut retineat sumum librum.
7. Qui legit, aut retinet ad bonum finem, adhuc est excommunicatus.
8. Etiam si legat, aut retineat in locis Hæreticorum, dummodo in illis Bulla Cœnæ sit promulgata, & usû recepta.
9. Et satis est, si legat solis oculis, sine prolacione, & sono verborum.
10. Non autem est satis, si memoriter recitet, quæ prius legit.
11. Qui legit librum Hæretici, quem non intelligit, vitium incurrit censuram Bullæ.
12. Qui mandat sibi legi librum Hæretici, & legens-

- tem audit, vitium incurrit censuram Bullæ.
14. Censura, quæ fertur contra facientem aliquid, non comprehendit mandantem, aut consentientem, nisi specialiter exprimitur.
 15. Qui solum audit legentem librum Hæretici, & nullo modo est causa, ut legat, vitium incurrit censuram Bullæ.
 16. Episcopus non potest dare licentiam legendi librum Hæretici damnatum in Bulla Cœnæ.
 17. Nisi forte aliquando vergeat gratis necessitas, & non possit adiri Papa.
 18. Inquisitores non possunt dare licentiam legendi libros damnatos in Bulla Cœnæ.
 19. Possunt tamen ipsi per se legere, ac retinere libros hæreticos.
 20. Licentia legendi libros prohibitos in Indice, per quos possit concedi.
 21. Cardinales, Sede vacante, non possunt dare facultatem legendi libros prohibitos.
 22. Cardinalis Legatus à latere non potest dare licentiam pro libris prohibitis.
 23. Etiam si veniat appellatione Sedis apostolicæ.
 24. Si quis ignoret librum esse Hæretici, aut hæresim continere, eumque legat, non incurrit censuram Bullæ.
 25. Quales ignorantia possit excusare à censura Bullæ, vitium etiam crassa, & affectata.

ERTIVM verbum, quod est explicandum ex Bulla Cœnæ circa libros Hæreticorum, qui in Bulla prohibentur in odium hæresis sub excommunicatione soli Pontifici referuata, est, ut libri contineant hæresim, vel tractent ex professo de religione. nam, quauis in Bulla Pij IV. ad Indicem librorum prohibitorum, & in regula 10. eiusdem Indicis generaliter prohibeantur sub excommunicatione omnes libri Hæreticorum, & omnia scripta cuiusvis Authoris propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata; ea tamen excommunicatio solum est contra legentes, aut habentes huiusmodi libros, non autem contra imprimentes, aut defendentes; & nulli est reueruata; & eodem modo incurritur, siue libri Hæreticorum contineant hæresim, vel tractent de religione, siue non; & ad illam vitandam potest sufficere licentia Episcopi, vel Inquisitoris, quantum est ex regulis Indicis, ut patet ex regula 2. & 3. q. 99. quauis ex Bullis Pontificum iam non sufficiat, ut infra dicemus n. 20. cum tamen in Bulla Cœnæ specialiter solum prohibeantur libri Hæreticorum, qui continent hæresim, vel tractant de religione, & præter legentes, ac retinentes huiusmodi libros, etiam excommunicantur, qui illos imprimunt, vel quomodolibet defendunt; & excommunicatio non possit vitari, nisi habeatur pro illis licentia Papæ, & Sedis apostolicæ; & postquam est incurfa non possit absolui, nisi ab ipso Papa, ut bene notat Marius Alterius de excommunicatione Bullæ Cœnæ, libro 5. disp. 2. cap. 6. & Bonac. de *cenfura, disp. 2. quæst. 5. puncto 4. n. 2. pag. 473. tom. 1.*

Vt ergo bene dignoscantur, & non confundantur ad iuicem, excommunicatio lata in Bulla Cœnæ, & lata in Indice, bene est considerandum, vitium liber Hæretici, de quo agitur, contineat hæresim, vel tractet de religione: nam alterum ex his omnino requiritur, & omnino sufficit ad excommunicationem in Bulla Cœnæ, & neutrum requiritur ad excommunicationem latam in Indice. Et quauis ex Sancto Gregorio libro 7. *Registr. epistol. 47.* qui refertur cap. *Præternitatis de Hæreticis*, & ex communi Authorum sententia apud Azor. par. 1. lib. 8. cap. 16. *quæst. 14.*

Omnes libri Hæreticorum sunt prohibiti sub excommunicatione lata in Indice; & non autem omnes in Bulla Cœnæ.

Quomodo damnato Authore, libri quoque, & scripta illius sint damnata.

quæst. 14. col. 981. damnato Authore, tanquam hæretico, libri quoque, & scripta illius cenferi debeant esse damnata. Vnde & Gelafius Papa in cap. *Sancta Romana, §. Cæterum, dist. 15.* generaliter asserit, quod quæ ab Hæreticis sunt conscripta, nullatenus recipiuntur ab Ecclesia catholica, & apostolica Romana, non tamen hinc sequitur, quod debeant cenferi damnata determinatè in Bulla Cœnæ, nisi fortè sint libri, & scripta Authoris hæretici damnati de hæresi; & ab illo sunt scripta, vt sic dicam, formaliter, in quantum est damnatus, vt loquitur Suar. *disp. 20. de fide, sect. 2. n. 15. pag. 326.* id est, in quantum est Hæreticus; non autem solum materialiter, & in quantum est, verbi gratia, Grammaticus, vel Philosophus, aut Iurisperitus, quomodo sine dubio etiam libri, & scripta hæresim continebunt, & erunt damnata in Bulla Cœnæ; cum tamen alioqui satis habeant, si sint damnata generaliter per regulas Indicis, & per alios sacros Canones, non obstante, quod alioqui non sint libri, aut scripta noxia, vel inutilia; sed contineant multa bona, vt notat Hostiensis in cap. *Fraternitatis, cu. de Hæret. & ex illo Marius Alterius cap. 6. cit. §. Quarto, in Indice, pag. 469.* Et hac ratione ex regula 2. *Indicis*, etiam libri catholicè conscripti, ab illis, qui post lapsum redierunt ad gremium Ecclesiæ, & ad fidem, cenferi debent damnati, tanquam libri Hæreticorum, nisi approbentur à Facultate theologica alicuius Vniuersitatis catholice, vel ab Inquisitione generali, & sic permittantur, vt dicitur in eadem regula, & notat Bonac. *de censuris, disp. 2. quæst. 5. puncto 4. n. 3. pag. 413. tom. 1.*

3. Dum verò dicitur, ad excommunicationem in Bulla Cœnæ sufficere, vt liber Hæretici contineat hæresim, non est sensus, quod debeat ex professo totus esse de hæresi, vel hæresim ex professo docere, vt vult Grassius *lib. 4. decis. cap. 18. n. 40. & 42. & Sayr. lib. 3. thes. cap. 5. n. 10. & Reginal. in praxi lib. 9. n. 249. pag. 446.* sed satis est, si contineat etiam obiter vnam tantum hæresim, aut propositionem hæreticam: quia reuerà est liber Hæretici continens hæresim. Et hoc solum requirunt verba Bullæ; non autem vt ex professo illam doceat, vt notat Suar. *de censur. disp. 21. sect. 2. n. 10. & de fide, disp. 20. sect. 2. n. 16. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 5. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 34. Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. n. 20. pag. 415. tom. 1.*

4. Neque est eodem modo accipiendum, quod contineat hæresim, & quod tractet de religione: neque enim verè dicitur de religione tractare aliquis liber, si solum obiter aliquid dicat, ad illam spectans; sed debet, vel totus esse de illa, vel in aliqua sui parte ita differere, vt non obiter; sed ex instituto, & ex professo de illa agat, vt notant Suar. Azor. Sanchez & Bonac. *loc. cit.*

5. Et nomine religionis ea omnia debent intelligi ex Suar. *disp. 20. de fide, sect. 2. n. 16. cit.* & aliis communiter, quæ pertinent ad cultum Dei, aut Sanctorum, vel ad salutem animarum, vt sunt conciones, expositio factæ Scripturæ, Doctrina theologica, scholastica, vel moralis, casus conscientie, & similes: imò & illi etiam libri qui tractant ex professo de rebus contrariis diuino cultui, & animarum salutari, vt sunt libri de superstitionibus, & de artibus magicis, quibus Dæmoni exhibetur cultus indebitus, & debitus cultus negatur Deo, cenferi debent prohibiti in Bulla Cœnæ, si sint scripti ab Authore hæretico, cum etiam illi sint libri Hæreticorum, tractantes de religione, vt subdit Suar. *n. 16. cit.* & Bonac. *puncto 4. cit. n. 4. & contraxiorum sic eadem ra-*

6. Etiam libri de Magia sūt prohibiti in Bulla Cœnæ, si sint scripti ab Authore hæretico, cum etiam illi sint de religione.

7. Etiam Hæreticus, qui est Author alius libri damnati in Bulla Cœnæ, si legat, aut retineat suum librum.

7. Etiam Hæreticus, qui est Author alius libri damnati in Bulla Cœnæ, si legat, aut retineat suum librum.

8. Qui legit, aut retinet ad bonum finem, ad hoc est excommunicatus.

9. Etiam si legat, aut retineat in loco Hæreticorum, dummodo in illis Bulla Cœnæ sit promulgata, & vsu recepta.

10. Etiam si legat, aut retineat in loco Hæreticorum, dummodo in illis Bulla Cœnæ sit promulgata, & vsu recepta.

10. Etiam si legat, aut retineat in loco Hæreticorum, dummodo in illis Bulla Cœnæ sit promulgata, & vsu recepta.

10. Etiam si legat, aut retineat in loco Hæreticorum, dummodo in illis Bulla Cœnæ sit promulgata, & vsu recepta.

11. Non autem est satis, si memoriter recitet, quæ prius legit.

11. Non autem est satis, si memoriter recitet, quæ prius legit.

12. Illud videtur rationabilius, quod habet Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. cit. n. 14. quod non est necessarium ad incurrendam censuram Bullæ Cœnæ, vt is, qui legit, legat formaliter, & intelligat ea, quæ legit; sed potest sufficere, si etiam legat solum materialiter, & nihil intelligat: quia Ecclesia absolute prohibet, & punit lectionem, quæcunque tandem illa sit; & nullo modo distinguit, siue lectio sit formalis, siue solum materialis, & in odium hæresis; & in poenam Hæreticorum, vult omnino eorum libros nulla ratione legi: & quauis lectio solum materialiter non possit nocere ipsi legenti, qui nihil intelligit; multum tamen potest nocere alicui alteri, qui fortè audit talem legentem. Et quauis hoc, si fortè contingat, possit dici contingere solum per accidens; Ecclesia tamen per suas leges cenferi debet, quantum patiuntur illarum verba, non solum

12. Illud videtur rationabilius, quod habet Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. cit. n. 14. quod non est necessarium ad incurrendam censuram Bullæ Cœnæ, vt is, qui legit, legat formaliter, & intelligat ea, quæ legit; sed potest sufficere, si etiam legat solum materialiter, & nihil intelligat: quia Ecclesia absolute prohibet, & punit lectionem, quæcunque tandem illa sit; & nullo modo distinguit, siue lectio sit formalis, siue solum materialis, & in odium hæresis; & in poenam Hæreticorum, vult omnino eorum libros nulla ratione legi: & quauis lectio solum materialiter non possit nocere ipsi legenti, qui nihil intelligit; multum tamen potest nocere alicui alteri, qui fortè audit talem legentem. Et quauis hoc, si fortè contingat, possit dici contingere solum per accidens; Ecclesia tamen per suas leges cenferi debet, quantum patiuntur illarum verba, non solum

12. Illud videtur rationabilius, quod habet Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. cit. n. 14. quod non est necessarium ad incurrendam censuram Bullæ Cœnæ, vt is, qui legit, legat formaliter, & intelligat ea, quæ legit; sed potest sufficere, si etiam legat solum materialiter, & nihil intelligat: quia Ecclesia absolute prohibet, & punit lectionem, quæcunque tandem illa sit; & nullo modo distinguit, siue lectio sit formalis, siue solum materialis, & in odium hæresis; & in poenam Hæreticorum, vult omnino eorum libros nulla ratione legi: & quauis lectio solum materialiter non possit nocere ipsi legenti, qui nihil intelligit; multum tamen potest nocere alicui alteri, qui fortè audit talem legentem. Et quauis hoc, si fortè contingat, possit dici contingere solum per accidens; Ecclesia tamen per suas leges cenferi debet, quantum patiuntur illarum verba, non solum

12. Illud videtur rationabilius, quod habet Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. cit. n. 14. quod non est necessarium ad incurrendam censuram Bullæ Cœnæ, vt is, qui legit, legat formaliter, & intelligat ea, quæ legit; sed potest sufficere, si etiam legat solum materialiter, & nihil intelligat: quia Ecclesia absolute prohibet, & punit lectionem, quæcunque tandem illa sit; & nullo modo distinguit, siue lectio sit formalis, siue solum materialis, & in odium hæresis; & in poenam Hæreticorum, vult omnino eorum libros nulla ratione legi: & quauis lectio solum materialiter non possit nocere ipsi legenti, qui nihil intelligit; multum tamen potest nocere alicui alteri, qui fortè audit talem legentem. Et quauis hoc, si fortè contingat, possit dici contingere solum per accidens; Ecclesia tamen per suas leges cenferi debet, quantum patiuntur illarum verba, non solum

12. Illud videtur rationabilius, quod habet Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. cit. n. 14. quod non est necessarium ad incurrendam censuram Bullæ Cœnæ, vt is, qui legit, legat formaliter, & intelligat ea, quæ legit; sed potest sufficere, si etiam legat solum materialiter, & nihil intelligat: quia Ecclesia absolute prohibet, & punit lectionem, quæcunque tandem illa sit; & nullo modo distinguit, siue lectio sit formalis, siue solum materialis, & in odium hæresis; & in poenam Hæreticorum, vult omnino eorum libros nulla ratione legi: & quauis lectio solum materialiter non possit nocere ipsi legenti, qui nihil intelligit; multum tamen potest nocere alicui alteri, qui fortè audit talem legentem. Et quauis hoc, si fortè contingat, possit dici contingere solum per accidens; Ecclesia tamen per suas leges cenferi debet, quantum patiuntur illarum verba, non solum

12. Illud videtur rationabilius, quod habet Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. cit. n. 14. quod non est necessarium ad incurrendam censuram Bullæ Cœnæ, vt is, qui legit, legat formaliter, & intelligat ea, quæ legit; sed potest sufficere, si etiam legat solum materialiter, & nihil intelligat: quia Ecclesia absolute prohibet, & punit lectionem, quæcunque tandem illa sit; & nullo modo distinguit, siue lectio sit formalis, siue solum materialis, & in odium hæresis; & in poenam Hæreticorum, vult omnino eorum libros nulla ratione legi: & quauis lectio solum materialiter non possit nocere ipsi legenti, qui nihil intelligit; multum tamen potest nocere alicui alteri, qui fortè audit talem legentem. Et quauis hoc, si fortè contingat, possit dici contingere solum per accidens; Ecclesia tamen per suas leges cenferi debet, quantum patiuntur illarum verba, non solum

Scriptura est postea excogitata ad perficiendam eandem sociabilitatem humanam, & ad suppleendum defectum potentia locutionis, eamque quali extendendam ad absentes loco, & tempore, cum locutio per voces non posset esse nisi ad praesentes: atque ita is, qui scribit, perinde se habet, ac si alterum alloquatur, sui que animi sensa illi communicet, & aperiat: & is, qui legit, perinde se habet, ac si loquentem audiat, cuiusque sensa percipiat. Sicut ergo locutio solum materialis per voces, inter praesentes loco, & tempore, & ex qua ipsi loquentes non se intelligunt, non est verè locutio, cum non sit manifestatio conceptuum, vel communicatio ad inuicem in conceptibus; & idèd prohibitio locutionis non censetur comprehendere locutionem solum materialem per voces: ita & scriptio, aut lectio solum materialis, quae est locutio per litteras inter absentes, non est verè scriptio, aut lectio, cum similiter, qui sic loquuntur ad inuicem per scripturam, nihil manifestent sibi inuicem, & alter ab altero nihil intelligat.

Et negari non potest, quin utraque haec sententia sit probabilis, & tuta sufficienter in conscientia; quantum prima sit tutior, & libri Haereticorum absolūtè non sint legendi, neque formaliter, neque materialiter.

Illud etiam est controuersum inter Doctores circa huiusmodi lectionem librorum haereticorum, utrum is, qui non legit per se, sed mandat legi per alium, verbi gratia, per famulum, eumque audit legentem, censeri debeat in censuram Bullae: nam Vgol. de censuris Papa reseruat, part. 2. cap. 1. & Sanchez lib. 2. cap. 10. num. 48. & sequentibus, & Bonac. de cens. disp. 2. quæstione 5. puncto 4. num. 11. pag. 414. & Filiucius tract. 16. cap. 2. num. 45. absolūtè negant, eum incurrere: quia, quando censura fertur in facientem aliquid, non comprehendit mandantem, aut consulentem, nisi specialiter illos exprimat, vt docet Syluester. Excommunicatio, ult. quæstione 4. dicto 3. Caietanus in Summa, verb. Excommunicatio, sub inuitum, vers. Et personas quidem. Nauar. in Man. cap. 27. num. 51. & alij apud eundem Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 49. num. 2. ubi ex professo id probat.

Contra verò Suar. disp. 20. de fide, sect. 2. n. 19. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 4. Sayr. lib. 3. Theol. cap. 5. n. 14. Grassi lib. 4. decis. cap. 18. n. 45. Reginal. in praxi, lib. 9. n. 251. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 15. n. 6. Alterius lib. 5. disput. 2. in Bullam Cœnae, cap. 6. §. Secundò, dubitari potest. pag. 470. col. 2. & alij communiter absolūtè affirmant, eum incurrere, non quidem in quantum absolūtè, & præcisè est mandans legi huiusmodi librum, vel in quantum præcisè est audiens aliquem alium legentem; sed in quantum verè, & realiter ipsemet est illum legens per alium, cui mandat, & quem audit legentem mandanti. Vnde, si quis ad aliquem alium finem mandaret legi, quàm vt ipse audiret; vel, si casu audiret legentem aliquem, cui tamen ipse de legendo nec dedisset mandatum, nec consiliū; verè non incurreret censuram Bullae, vt rectè probat argumentum factum pro Authoribus primo loco citatis, eum in Bulla non exprimitur mandantes, vel dantes consiliū de legendo; sed solum excommunicentur ipsi legentes: si quis tamen det mandatum, vel consiliū alicui alteri, vt legat sibi ipsi mandanti, vel danti consiliū, & ad effectum, vt ipse audiat, & cognoscat, quid contineatur in libro haeretico, verè ipsemet legit per illum alterum, tanquam per administrum, aut instrumentum suum separatim; ac proinde incurrat censuram, tanquam legens, cum verba

13. Qui mandat sibi legi librum Haereticum, & legentem audit, verum incurrit censuram Bullae.

14. Censura, quae fertur contra facientem aliquid, non comprehendit mandantem, aut consulentem, nisi specialiter exprimat.

Bullae ex interpretatione Doctorum maximè rationabili non excommunicent determinatè, & solum legentem per se, suisque oculis; sed indeterminatè, & absolūtè legentem, hoc est, omnem illum, qui legit quomodocunque; & per consequens tam illum, qui legit per se, suisque oculis, quam illum, qui legit per alium, & oculis alienis. Et alioqui nisi hoc modo intelligatur verbum, legentes, facillimè poterit vnusquisque frustrare Bullam suam intentione, suoque fine, & poenam Bullae effugere, si, nimirum, legat per alium libros haereticos; non autem per se ipsum; quod tamen non est admitendum. Et cum ex Bart. in l. 1. §. Sed etsi. ff. de ventre in possess. mitten. num. 3. & apud Suar. lib. 6. de leg. cap. 3. num. 3. sermo indefinitus, si in lege ponatur, debeat accipi pro vniuersali, vt etiam nos docuimus, dum ageremus de legibus, lib. 5. disputatione 47. num. 8. §. Similiter, pag. 593. & verba omnia cuiuscunque legis maximè debeant accommodari intentioni, & menti legislatoris, cum non intentio debeat deseruire verbis; sed verba intentioni, cap. Humana aures. 2. 2. quæst. 5. vt etiam sibi docuimus num. 9. omnino verbum, legentes, quod ponitur quasi indefinitè, in Bulla Cœnae est accipiendum, & intelligendum vniuersaliter pro omnibus, & quibuscunque legentibus, & siue sint legentes per se, siue per alium: & ita postulari mens, & intentio ipsius Bullae, vt fideles sint maximè tuti & firmi in fide, nec facillè seducantur, vel trahantur ad haeresim per libros, & scripta Haereticorum; quod tamen non esset, si huiusmodi libros, & scripta solum prohiberentur legere ipsi per se, & liberè, & sine censura permitterentur illos legere per aliquem alium. Et negari non potest, quin hoc sit multò tutius, & multò probabilius, quàm oppositum.

Et propter eandem rationem ex intentione, & sine legis de tollendis periculis labendi in haeresim, & de fidelibus, quantum fieri potest, assicurandis in fide, subdit Suar. eodem n. 19. etiam illum incidere in censuram Bullae, qui casu audit legentem aliquem, librum Haereticum, etiam si nec dedit illi mandatum, nec consiliū; nec alio modo illum induxit ad sibi legendum: quia reuerà etiam auditus est sensus, & organum disciplinae, & idèd ea tantum animalia, quae sonos percipiunt, sunt disciplinae capaci, vt habet Arist. 1. Met. init. Et eandem ob causam in homine sensus auditus plurimum confert ad prudentiam: quia sermo audibilis existens, est causa disciplinae, vt idem habet de sensu, & sensu, cap. 1. in fine, pag. 643. Vnde, quia fideles, etiam per auditum possunt incurrere periculum haeresis ex libris Haereticorum, dicenda est in Bulla Cœnae esse prohibita etiam auditio sub eadem appellazione lectionis. Et ne videatur nimis extorta, & violenta interpretatio vocis, legentes, si absque fundamento, & ratione dicatur comprehendere etiam illum, qui solum audit legentem alterum, & nullo modo concurrit ad illius lectionem, nec potest dici per illum legere, monet Suar. num. 19. cit. quòd lectio in tali calu complectitur duo, id est, prolationem verborum ex parte legentis, & perceptionem eorum, quae proferuntur ex parte audientis: & addit, quòd maximè consummatur in perceptione: & idèd is, qui audit, rectè dicitur consummare actionem legentis; & ratione huius consummationis etiam ipse dicitur legens.

Sed contra alij omnes communiter negant, eum, qui tantummodo audit legentem, & nullo modo est illi causa, vt legat, facere contra Bullam, aut incurrere illius censuram, ita Sanchez, Sayr. Grassius, Bonac. Azor.

15. Qui solum audit legentem librum Haereticum, & nullo modo est causa, vt legat, vtrum incurrit censuram Bullae.

Azor. Reginal. Alterius, Filiucius, Layman. loc. supra citatis: quia reuerà non est legens, qui solum ex accidente audit legentem. Et si quis dicat, verbum legendi idem significare, atque verbum colligendi, iuxta illud Virgilij ecloga 3.

Qui legitis flores, & huius nascentia fragra.

& idèd non eum tantummodo esse legentem; qui litteras, & characteres oculis colligit in dictiones; sed etiam illum, qui dictiones voce prolatas colligit auribus in orationes, & sententias integras: contra est, quia in Bulla Cœnae non in hac significatione ponitur verbum, legentes; sed strictè pro solis legentibus librum, hoc est, pro solis colligentibus litteras, & characteres descriptos in libro; quae tamen collectio non fit auribus; sed solis oculis, vel suis, vel alienis. Et si demus Suario, quòd lectio maximè consummatur perceptione eorum, quae leguntur ex libro; id tamen non est intelligendum de perceptione respectu cuiuscunque, qui fortè mere per accidens, & casu audiat, & percipiat, quae leguntur; sed solum respectu illius, cui leguntur, id est, vel respectu ipsius legentis, si legat sibi, suisque oculis sibi colligat litteras; vel respectu illius alterius determinatè, cui legit, & qui per ipsum immediatè legentem dicitur legere. Neque ad perfectionem, & consummationem lectionis potest requiri illa perceptio, quae se habet mere per accidens, qualis est respectu illius, qui nullo modo est causa lectionis; sed solum illa, quae se habet per se, qualis est solum respectu illius, cui fit lectio.

Atque vt tota haec res paucis colligatur, certum videtur, quòd si quis librum Haereticum damnatum in Bulla, legat per alterum, tam ipse, quàm ille alter, per quem legit, censuram incurrit, modò ille alter non legat solum materialiter, sed formaliter; & intelligat etiam ipse, quae legit; neque excusetur ex metu graui, qui fortè ipsi incurrat is, cui legit: non autem incurrit dictam censuram is, qui tantummodo audit talem legentem, & nullo modo est illi causa, vt legat: quantum etiam hic non excusetur à graui culpa, si audiendo hoc modo librum Haereticum exponat se periculo deficiendi à fide, & labendi in haeresim, idèd aduertat.

Quia tamen in Bulla Cœnae pro licentiam casibus excommunicantur huiusmodi legentes libros Haereticorum, quando illos legunt sine autoritate Summi Pontificis, & Sedis apostolicae, & quando illos legunt scienter, vt patet ex verbis Bullae; duo sunt, quae possunt excusare ab illius censura, id est, facultas, & licentia debite obtenta, & ignorantia.

Et quoad licentiam certum est, quòd neque ab Episcopo, neque ab vlllo alio potest haberi, nisi à Papa, & à Sede apostolica, cum ipse Papa quotannis sibi illam expressè referuet in ipsa Bulla, vt notat Suar. disp. 20. de fide, sect. 2. n. 27. Nauar. conf. 1. quæst. 36. de constit. n. 75. lib. 1. pag. 9. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 7. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. num. 43. Reginal. in praxi, lib. 9. num. 255. Marius Alterius lib. 5. de excommunicat. Bulla Cœnae, disput. 2. cap. 6. §. Respondeo Episcopum. pag. 471. col. 1. Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. num. 10. pag. 414. tom. 1. Grassius lib. 4. decis. cap. 18. n. 46.

Quod tamen communiter dicitur in materia de legibus, quòd in casibus urgentis necessitatis, & quando non potest adiri Papa, possit Episcopus praesumere facultatem dispensandi in legibus Papae, etiam non obstante quacunque strictissima referuntione, vt videre est apud Suarium lib. 6. de legibus, cap. 14. num. 10. Sanchez lib. 2. de matrim. disput. 40. num. 3. & lib. 8. disp. 9. num. 22. Sayr. lib. 3. clau. reg. cap. 10. num. 3. & nos etiam diximus lib. 5. de legi-

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

16. Episcopus non potest dare licentiam legendi librum haereticum damnatum in Bulla Cœnae.

17. Nisi forte ali quando urgentis necessitatis, & non possit adiri Papa.

bus, disputat. 49. num. 7. & seqq. pag. 599. hoc idem est etiam dicendum in hac lege de non legendis libris Haereticorum, vt specialiter notat Bonac. num. 10. cit. vt, verbi gratia, si in regionibus Haereticorum ad repellendos aliquos errores, & ad fideles in fide firmandos, qui fortè sunt in graui periculo; committat Episcopus alicui viro docto, & probò, vt legat aliquem ex huiusmodi libris, eumque refellat, & populum doceat de illius falsitate; nec possit interim Papa adiri pro facultate.

Et quòd dicimus de Episcopo, quòd communiter non possit concedere facultatem legendi huiusmodi libros damnatos in Bulla Cœnae, idem est etiam dicendum de Inquisitoribus, vt notant iidem Authores; & Pegna in Directorium Inquisitorum, part. 2. com. 3. §. Nunquid autem Inquisitores, pagina 92. col. 1. cum enim certissimum sit, quòd talis facultas soli Papae, & Sedi apostolicae referuatur, & generaliter omnibus inferioribus denegatur, vt patet quotannis ex Bulla Cœnae, & ex constitutione Iulij III. Cum meditatio cordis, de anno 1550: quae habetur ad finem Directorij Inquisitorum, pagina 115. & alia Pauli IV. Cum in futurorum. & Pij IV. Cum pro munere, & apud Azor. par. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 13. & in Directorio Inquisitorum, cit. pag. 129. nec vquam alibi reperitur specialiter concessa Inquisitoribus, omniad debet censeri etiam illis esse negata; & per consequens non posse illam concedere.

Et ex Bullis citatis Iulij III. Pauli IV. & Pij IV. hoc solum specialiter indulgetur Inquisitoribus, & specialiter negatur Episcopis, Archiepiscopis, & aliis quibuscunque maiori dignitate fulgentibus, siue ecclesiastica, siue seculari, vt notant Pegna in Directorium Inquisitorum, part. 2. commentario 3. cit. §. Jam haec prohibitio. pag. 91. & Grassius lib. 4. decisum; cap. 18. num. 45. & Azor. lib. 8. cap. 16. quæst. 13. quòd tam ipsi, quàm eorum Commissarij super haeretica prauitate ab apostolica Sede, vel eius auctoritate deputati, liberè possint legere, & tenere libros Lutheranos, aut alios haereticos, vel de fide suspectos, quando durauerit eorum deputatio: & idèd quoad hoc plus possunt Inquisitores, quàm Episcopi, aut Ordinarij quicunque, vt subdit Pegna ibidem. Nec videtur magni momenti, quòd in dictis Bullis nihil indulgetur specialiter Inquisitoribus quoad habendos, & legendos libros haereticos; sed solum non reuocetur pro illis talis concessio, quatenus aliqui illam habeant à Summo Pontifice, vt notat Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 10. num. 46. & idèd etiam Inquisitores non possunt illos legere, aut habere, si reuerà non habeant à Papa specialiter facultatem illos legendi, aut habendi, vt idem subdit. Nam contra est: quia in dictis Bullis, dum absolūtè non reuocatur Inquisitoribus omnibus dicta facultas; non autem sub conditione, si illam habent, vel quatenus illam habent, clarè supponitur, quòd illam habeant, & quatenus opus sit, omnino efficitur, vt de facto habeant, ne alioqui illorum exceptio à reuocatione licentiae tam specialiter expressa in Bullis, sit planè inepta; & illi excipiantur à regula reuocationis, qui etiam non excepti non fuissent sub illa. Et quatenus aliunde non constet, quòd illam habeant; dici debent illam habere ex ipsa deputatione ad cognoscendas causas Haereticorum in materia fidei, pro qua sine dubio, vel est simpliciter necessaria, vel saltem est maximè opportuna dicta facultas: & idèd in dictis Bullis specialiter dicitur, quòd illam habeant solum durante deputatione.

18.

Inquisitores non possunt dare licentiam legendi libros damnatos in Bulla Cœnae.

19.

Possunt tamè ipsi per se legere, ac reuocare libros Haereticorum.

20. Licentia legendi libros prohibitos in Indice, per quos possit concedi.

Quoad alios vero libros, qui solum prohibentur in Indice, licite potest, tam Episcopus, quam Inquisitor, dare facultatem, ut habeantur, & legantur, quantum est ex regulis Indicis, ut notat Reginal. in praxi, lib. 9. n. 249. & 255. & Bonac. de censur. disp. 2. qu. 5. puncto 4. n. 10. siquidem hæc facultas in Bulla Pij IV. non referatur Sedi apostolicæ, & in regulis Indicis Episcopis, & Inquisitoribus lapsius committitur, ut libros prohibitos, vel suspectos tradant examinandos, & expurgandos, vel corrigendos Theologis, & doctis viris, ut patet ex regula 2. 3. 5. & aliis.

Dico autem, quantum est ex regulis Indicis; quia ex Bulla Gregorij XV. Apostolatus officium, de anno 1623, & ex alia prorsus simili Urbani VIII. quæ similiter incipit: Apostolatus officium, de anno 1631. non solum reuocantur omnes licentiæ quibuscunque personis, tam laicis, quam ecclesiasticis concessæ ad habendos, ac legendos libros quomodocunque prohibitos; sed ut in posterum huiusmodi licentiæ, quam cautissime concedantur, statuitur, ut solum possint concedi à Congregatione sancti Officii, dum singulis hebdomadis habetur coram Sanctissimo, vel ab aliis specialiter deputandis in eadem Congregatione per eundem Sanctissimum: atque ita, tam Episcopis, quam Inquisitoribus, reuocatur potestas, si quam habebant, ad easdem licentiæ concedendas. Neque habet amplius locum quæstio illa Nau. emf. 6. de privileg. lib. 5. pag. mibi 141. col. 3. & apud Reginal. lib. 9. cit. n. 255. utrum habens licentiam à suo Episcopo ad habendum, & legendum librum prohibitum, possit illum habere, & legere extra diocesim, & territorium Episcopi concedentis: siquidem iam talem licentiam nemo potest habere ab Episcopo, neque etiam pro diocesi.

21. Cardinales, Sede vacante, non possunt dare facultatem legendi libros prohibitos.

Et idem est de Cardinalibus, non modò singulis, & viuentibus Pontifice, sed etiam vniuersis, & vacante Sede: neque enim potest totum Collegium Cardinalium, Sede vacante, cum aliquo dispensare in hac prohibitione legendi, aut habendi libros prohibitos in Bulla Cœnæ, aut in Indice, ut notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 44. pag. 126. contra Vgol. de censuris Papa referuntis, part. 2. cap. 1. vers. Ac eorundem libros. §. 1. n. 1. ubi oppositum asserit. Et contra Henriquez lib. 14. de irregular. cap. 18. n. 2. in fine, & aliquos alios apud Glossam in cap. Vicium. ver. Sede de schismat. in 6. qui absolute asserunt, Collegium Cardinalium, Sede vacante, gaudere omni iurisdictione Pontificis, sicut & Capitulum Canonicorum gaudet omni iurisdictione Episcopi: nam contra hos manifestè facit cap. Vbi periculum de elect. in 6. ubi ex Gregorio X. in generali Concilio Lugdunensi statuitur, ut Cardinales, vacante Sede, sic vacent soli electioni Pontificis, ut nunquam se intromittant de villo alio negotio, nisi fortè incideret tam vrgens necessitas, aut tam grande, & tam culdens periculum immineret, ut omnibus, & singulis Cardinalibus presentibus concorditer videretur esse illi celeriter occurrendum: & in Clementina, Ne Romani. §. 1. de elect. additur, quodd erit irritum, & inane, si Cardinales exercuerint aliquid potestatis pertinentis ad ipsum Pontificem, nisi quatenus illis conceditur cap. cit. Vbi periculum. Et clariùs id habetur in Bulla Pij IV. In eligendis, quam edidit super electione Pontificis, de anno 1560. in qua declarat, quodd Collegium Cardinalium, durante Sedis vacatione, nihil habet potestatis, aut iurisdictionis in iis, quæ pertinent ad Papam, dum viuit; & quodd neque gratiam, neque iustitiam facere potest, aut illam mandare executioni, si iam erat facta per Pontificem mortuum; & in hoc solum moderatur decretum Gregorij X. Et cap. Vbi periculum. cit. quodd

pro casibus vrgentis necessitatis, & grandis periculi, non requirat consensum omnium, & singulorum Cardinalium presentium; sed velit sufficere etiam consensum maioris partis per secreta suffragia. Et magis in specie circa potestatem Summi Pœnitentiarij addit, quodd ea tantum potest facere, & expedire, quæ pertinent ad forum conscientiarum; & in reliquis omnibus illius officium debet consistere; & omnino abstinere ab omnibus dispensationibus, aut absolutionibus, aut declarationibus, aut explicationibus, quæ mixtim, vel separatim respiciunt forum fori, ut etiam alibi retulimus, dum ageremus de legibus, lib. 5. disp. 7. num. 9. pag. 446. Certum autem videtur ex his omnibus, quodd dispensatio legendi, aut habendi libros hæreticos, aut prohibitos, de qua loquimur, non potest, Sede vacante, haberi à Collegio Cardinalium, eum etiam illa pertineat ad Papam, dum viuit; & non pertineat ad forum conscientiarum, sicut est absolutio à peccatis, & à censura etiam referuntis.

De Cardinalibus Legatis à latere potest specialiter dubitari, utrum possint durante legatione, & viuentis Pontifice, dare facultatem legendi, aut habendi libros prohibitos: siquidem talis licentia in Bulla Cœnæ videtur referri auctoritati Sedis apostolicæ: & veniunt etiam ipsi appellatione Sedis apostolicæ, ut notat Glossa marginalis in cap. Si Abbatem. de elect. in 6. & apud illum Philippus, & Archidiaconus, & Cardin. in Clementinam 2. de relig. domib. initio, & Gratif. lib. 4. decis. cap. 27. num. 27. & non tardè in Bullis Pontificiis pro eodem videtur sumi Sedes apostolica, & eius Legati, præsertim à latere, ut patet ex Bulla Iulij III. Cum meditatione cordis. paulò ante cit. & ex Bulla Pij IV. Cum pro munere. & aliis. Verum hoc tempore videtur dicendum, quodd non possint, cum ex Bullis iam relatatis Gregorij XV. & Urbani VIII. sola Congregatio sancti Officii, quæ singulis hebdomadis habetur coram Sanctissimo, & qui in eadem Congregatione ab eodem Sancto fuerint specialiter ad id deputati, possint illam concedere. Et videntur facere etiam verba Bullæ Cœnæ, quæ pro legendis, aut habendis libris hæreticis, ibi prohibitis, non requirunt quomodocunque auctoritatem Sedis apostolicæ; sed requirunt eam copulatiuè cum auctoritate ipsius Papæ: Sine auctoritate nostra, & Sedis apostolicæ. atque ita indicant, quodd si licentia concedatur ab aliquo alio, qui fortè veniat illa appellatione; debeat tamen etiam approbari, & confirmari à Papa; & alioqui non valcat.

Quoad alterum verò, per quodd diximus n. 15. in fine, posse excusari à censura Bullæ eos, qui legunt sine auctoritate Papæ, & Sedis apostolicæ libros hæreticos, id est, quoad ignorantiam; certum est, quodd excusatur, si quis ignoret librum esse auctoris hæretici, aut hæresim continere, vel ex professo tractare de religione: sicut enim ad incurrendam censuram requiritur copulatiuè vtrunque, id est, ut sit liber auctoris hæretici, & ut contineat hæresim, vel ex professo tractet de religione: ita ad illam vitandam satis est, si alterum ignoretur, ut notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 39. ex Vgolin. de censur. Papa referuntis, part. 2. cap. 1. vers. Ac eorundem libros. §. 1. n. 1. quanuis rectè addat, quoad ignorantiam auctoris requiri, ut non solum ignoretur esse hic, aut ille in specie, vel in indiuiduo, verbi gratia, Lutherus, aut Calvinus; sed etiam in genere, esse hæreticus.

Qualis autem esse debeat hæc ignorantia, ut vitetur censura Bullæ, & utrum sufficiat, si sit crassa, & affectata, non constat inter Doctores: nam Reginal. in praxi, lib. 9. n. 254. expressè id negat, ut, si quis, v. g. ingressus

22. Cardinalis Legatus à latere non potest dare licentiam pro libris prohibitis.

23. Nisi iam sit vniuersa appellatio Sedis apostolicæ.

24. Si quis ignorat librum esse hæretici, aut hæresim continere, etiamque legat, non incurrit censuram Bullæ.

25. Qualis ignorantia possit excusare à censura Bullæ, utrum etiam crassa, & affectata.

ingressus Musæum, aut Bibliothecam Ministri Caluiniani absque circumspicione vlla, & delectu, legat quoscuque libros, qui forte incurrit primi in manus. Et quemadmodum ignorantia crassa, & affectata non excusat à culpa mortali contra Bullam: ita neque excusat à pœna, & à censura per illum lata: quodd idem etiam asserit Marius Alter. lib. 5. disp. 2. cap. 6. dubit. 4. pag. 471. col. 2. dum requirit, quodd ignorantia sit probabilis.

Contra verò Suar. disp. 20. de fide, sect. 2. n. 17. ad vitandam censuram Bullæ putat sufficere ignorantiam, etiam crassam, & supinam, pro qua nulla adhibetur diligentia: negat autem sufficere ignorantiam affectatam, per quam aliquis, v. g. positiuè vult, & affectat ignorasse, cuius auctoris sit liber; & utrum contineat hæresim, vel ex professo tractet de religione: tamen de hoc vtroque rationabiliter, & probabiliter dubitet. Et pro ignorantia crassa, & supina, quam admittit etiam Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 1. §. 4. §. Tertia conditio. cam asserit rationem: quia, quando ad censuram in lege ipsa requiritur, & exprimitur, ut crimen committatur scienter; ad illam vitandam potest sufficere omnis verus defectus scientiæ, qualis est ignorantia etiam crassa, & supina, pro qua tollenda nulla adhibetur diligentia, ut probat idem Suar. de censuris, disp. 4. sect. 3. a num. 9. & lib. 5. de legib. cap. 12. n. 14. Pro ignorantia verò affectata addit contra: quia qui vult, & affectat id ignorare, de quo habet probabilem notitiam, aut dubitationem, moraliter dicitur operari scienter, atque ita scienter committit contra legem, & incurrit illius censuram.

Et denique Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 38. & Bonacin. de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. n. 8. & 9. pag. 414. putant sufficere etiam ignorantiam affectatam, dummodo non sit coniuncta cum ingenti temeritate, qualis esset, verbi gratia, si quis haberet vehementem suspicionem de malitia libri; & adhuc veller, & affectaret eam nescire: quia tunc etiam ignorantia affectata est ignorantia: & qui vult, & affectat non scire, quodd hic liber, verbi gratia, sit auctoris hæretici, & contineat hæresim, & sit prohibitus in Bulla Cœnæ; verò id non scit, & scit hæc nescientia, vel ignorantia nõ potest dici, quodd illum legat, vel habeat scienter, sicut requiritur ad incurrendam censuram: & semper quando ad censuram requiritur scientia in committendo crimine, quælibet ignorantia ab illa excusat, ut communiter dicitur in materia de censuris, & probat idem Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 32. n. 36. & 39.

Sed fortasse inter has duas postremas sententias de ignorantia affectata, non est diuersitas, nisi quoad modum loquendi, & quam Suar. appellat absolute, & simpliciter affectatam, appellat Sanchez coniunctam cum ingenti temeritate, & ex præsupposita vehementi suspicionem de malitia, quæ affectatur ignorari, & ut diximus lib. 5. de legibus, disp. 45. n. 3. pag. 588. col. 2. certum esse debet, quodd quando per legem punitur non tam culpa aliqua, vel delictum simpliciter, & absolute commissum, quam certus aliquis modus, & specialis aliqua grauitas delicti, & culpæ; v. g. quodd sit commissum scienter, & temerè, rectè excusat à tali pœna non solum illa ignorantia, quæ excusat à culpa simpliciter, qualis est omnis ignorantia probabilis, & nõ culpabilis, saltem mortaliter; sed etiam illa, quæ excusat à tali grauitate, & modo culpæ, qualis est etiam ignorantia crassa, & omnis illa, quæ est mortaliter culpabilis; sed non equiparatur scientiæ: & quia ex Glossa in cap. Eos, qui. vers. Affectata. de temporibus ordinat. in 6. ignorantia affectata committit equipollet scientiæ: & cap. Eos, Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

qui. cit. pro eodem sumitur, ordinare scienter alienæ Parochiæ Clericos, & ordinare ex ignorantia affectata: & cap. Cum inhibito. §. Si quis vero, de clandestina desponsar. affectatores ignorantia dicuntur communiter non esse expertes scientiæ, multò rationabiliùs videretur dici, quodd committit non excuset ignorantia affectata, sicut neque excusat scientia, cui illa æquiparatur: negari tamen non debet, quin aliquando possit excusare etiam aliqua ignorantia affectata, intelligendo hoc nomine illam omninè, quæ est directè volita, ut alibi diximus, dum ageremus de humanis actionibus in vniuersum lib. 2. disp. 25. n. 10. pag. 91. Si quis enim, v. g. non habeat nisi leuem suspicionem de malitia libri, & itante tali suspicionem velit directè eam ignorare, vel non habere de illa notitiam certiore; certum videtur, quodd in tali casu possit excusari à censura Bullæ per talem ignorantiam affectatam: sicut & excusatur à grauitate culpæ, & fortasse etiam à culpa simpliciter, cum per huiusmodi leuem suspicionem non multum constituitur in mala fide. Idque solum fortasse voluit Sanchez, dum asseruit, tunc æquiparari scientiæ ignorantiam affectatam, & non excusari à censura Bullæ, quando est ex vehementi suspicionem, & cum ingenti temeritate: quia, scilicet, si sit ex leui tantum suspicionem, & sine magna temeritate, bene potest etiam ipsa excusare, cum nondum æquiparetur scientiæ.

DISPUTATIO XLVII.

Quomodo iidem libri Hæreticorum sine eadem auctoritate Papæ, & Sedis apostolicæ, non sint habendi, nec imprimendi, nec quomodolibet defendendi.

1. Libri damnati in Bulla Cœna non possunt retineri, imprimi, aut defendi.
2. Si quis retineat domi alienæ, ut suos, vel domi suæ, ut alienos, incurrit censuram.
3. Bibliopla, si retineat ad vendendum.
4. Sutores librorum, si retineant ad consuevendum.
5. Quicumque alij, si retineant ad quoscunque fines.
6. Etiam ad involuendas carnes, aut merces, vilissimas.
7. Etiam si nihil intelligant ex libro, quem retinent.
8. Ex libro damnato in Bulla, neque etiam possunt retineri vlla partes.
9. Nisi fortè sint partes minima, & infra integrum folium.
10. Qui retinet librum Hæretici solum ad breue tempus, verbi gratia, ad vnam, aut alteram diem, potest excusari à censura Bullæ.
11. Libri Hæreticorum non possunt comburi priuata auctoritate; sed debent realiter tradi Inquisitoribus, aut Episcopis.
12. Si tamen comburantur, non incurritur excommunicatio Bullæ.
13. Qui retinet libros hæreticos, eosque non consignat Inquisitoribus, est suspectus de hæresi.
14. Et præter excommunicationem Bullæ Cœna etiam incurrit excommunicationem Indicis librorum.
15. Et potest etiam haberi tanquam fautor Hæreticorum.
16. Imagines Hæreticorum non sunt habenda.
17. In aliis libris Hæreticorum, qui permittuntur, delenda sunt nomina, & expurgandi errores per ipsos Episcopos, & Inquisitores.
18. Imprimentes libros hæreticos sunt excommunicati.

in Bulla Coena: & quinam intelligantur per imprimentes.

19. Quis defendunt libros Hæreticorum, sunt excommunicati in Bulla Coena.

1. Libri damnati in Bulla Coena non possunt retineri, imprimi, aut defendi.



In eadem Bulla Coenæ num. 1. præter eos, qui legunt libros Hæreticorum continentes hæresim, vel de religione trahentes, sine auctoritate Papæ, & Sedis apostolicæ, ut iam explicauimus, excommunicantur etiam illi, qui eisdem libros retinent, & qui imprimunt, & qui quomodolibet illos defendunt: & pro his etiam omnibus apponitur limitatio, ut retineant, imprimant, & defendant scienter, ac proinde bene excusantur a censura etiam hi, si hæc faciant ex auctoritate, & licentia Papæ, & Sedis apostolicæ; vel si faciant ex ignorantia, etiam contra crassa, & affectata, quæ non æquiparetur scientiæ, & non sit cum ingenti temeritate, ut iam diximus. Et hæc excommunicatio, cum in multis differat ab excommunicatione, quæ habetur in Indice, præcipuè tamen differt in eo; quia comprehendit etiam imprimentes, & defendentes, cum illa non comprehendat nisi legentes, & habentes, seu retinentes, ut patet ex Bulla Pij IV. & ex regula 10. ipsius Indicis.

2. Si quis retinet domi aliena, ut suos, vel domi sua, ut alienos, incurret censuram.

Sed magis in specie circa retinentes bene notant Authores communitè, quòd tam incurrunt censuram Bullæ, qui retinent huiusmodi libros domi suæ, & apud se, & tanquam suos, suoque nomine, quam qui retinet domi alienæ, & apud alios; & ipsi etiam alij, qui illos retinent non ut suos, sed ut alienos, & nomine alieno. Ita Vgol. de censuris Papæ servatis, part. 2. cap. 1. vers. Aut retinemes. Graff. lib. 4. decis. cap. 1. 8. n. 48. Sayr. lib. 3. Thef. cap. 5. num. 13. Suar. de fide, disp. 20. sect. 2. n. 21. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 52. Bonac. de cens. disp. 2. quest. 5. puncto 4. num. 15. pag. 414. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 15. num. 7. pag. 211. Reginal. in praxi, lib. 9. num. 256. pag. 448. quia reuera hi omnes retinent: quod tamen absolute, & simpliciter, & omni modo prohibetur per Bullam, cum verbum indefinitum, retinentes, quod in illa ponitur, debeat accipi vniuersaliter, sicut & verbum, legentes, ut supra diximus disp. 46. n. 14.

3. Bibliopola, si retineant ad vendendum.

Atque ex hoc capite, quòd dictos libros retineant nomine alieno, possunt incurrere dictam censuram Bibliopola, si illos retineant ab alio sibi traditos ad effectum vendendi; & qui libros consunt, & compungunt, si retineant, ut alieni consuunt, & compungant, ut notat Vgolinus, Sanchez & Layman. locis citatis.

4. Sutores librarium, si retineant ad censurandum.

Neque excusantur, qui retinent quomodocunque, si dicant, se retinere non ex affectu ad hæresim; sed ex curiositate, vel ad ornatum suæ Bibliothecæ, vel ad permutandum cum libris catholicis, vel ad consultandos errores Hæreticorum, vel ad quencunque alium finem, ut subdit Sanchez n. 53. Vgol. Suar. Bonac. Layman. locis citatis, cum reuera retineant contra Bullam. Et ex hoc capite neque etiam excusantur aromatarij, laniones, & qui carnes in carnario vendunt, aut qui res alias, etiam vilissimas, seruant, & distrahunt, si aliquem ex his libris apud se habeant ad effectum lacerandi, eiusque folijs inuoluendi aromata, carnes, aut merces quascunque, ex Vgolino, Sanchez, & Bonac.

5. Quicunque alij se retineant ad quoscunque fines.

Et idem est, si liber sit scriptus quocunque alieno, maximè que ignoto idioma; & qui retinet, nihil ex illo intelligat: quia non eodè modo requiritur intelligentia ad retentionem, sicut requiritur ad lectionem formaliter acceptam, ut supra diximus disp. præcedente, n. 12. sed retentio omnino completur sine vllo ordine ad intelligentiam, ut notat Sanch, cap. 10. cit.

6. Etiam ad inuoluendas carnes, aut merces vilissimas.

7. Etiam si nihil intelligat ex libro, quem retinet.

n. 52. & Bulla præcipit huiusmodi libros nullo modo haberi; & quantum potest, maximè vult, ut nullo modo in mundo existant, siue apud eos, qui intelligunt, siue apud quoscunque.

Neque solum incurretur censura Bullæ, si retineant libri integri; sed etiam si retineantur quæcunque partes: nec solum illæ, quæ continent hæresim; sed etiam aliæ, ut notat Suar. de fide, disp. 20. sect. 2. n. 22. & Sanchez n. 54. ex Vgolino loco cit. quia in prohibitione totius necessariò includitur etiam prohibitio partium; & etiam singulæ partes possunt multùm obesse fidelibus; & Author hæreticus, eo ipso, quòd suo libro inseruit hæresim, dignissimus est, qui in omnibus alijs partibus eiusdem libri puniatur, ut supra diximus disp. 45. n. 2.

8. Ex libro dato in Bulla, neque eia possunt retineri vlla partes.

Quod tamen ibidem subiicimus n. 14. ex communi sententia, quòd à censura lata contra legentes, potest aliquis excusari ex leuitate materiæ; ut, v. g. si legat tantummodo pocas lineas; & quòd saltem post factum potest excusari etiam ille, qui fortè legit integram paginam ex grandioribus, cum id absolute admittat Sanchez eodem c. 10. n. 30. hoc idem est asserendum etiam de censura lata contra retinentes, ut vult Vgol. & Sanch. n. 54. & idè qui retinet, v. g. partem minorem integro folio, non est, quòd credatur incurrisse censuram Bullæ, cum solum retineat partem minimam, vel ad summam partem modicam; non autem partem notabilem, ut etia docet Bonac. puncto 4. cit. n. 16. Imò ex Sanch. ibidem, neque etiam incurrit, qui retinet integrum folium, quidquid in contrarium asserant Vgolinus, & Bonac. cum retentio libri hæretici, sit minus delictum, quam lectio; & idèd faciliùs possit non incurri censura ex hoc delicto, quam ex illo; ac proinde si integrum folium potest censori materia leuis, aut modica pro legente, potiori ratione potest reputari leuis, aut modica pro retinente: quanquam, moraliter loquendo, non videtur posse multùm contingere, ut quis excusetur à censura ex leuitate materiæ sic accepta, cum communitè nemo retineat nisi integrum librum, aut partem notabilem, in qua continèatur tota aliqua tractatio, aut doctrina, ut notat Suar. n. 22. cit. & Reginal. in praxi, lib. 9. num. 256.

9. Nisi forte sint partes minima, & infra integrum folium.

Multò faciliùs, & frequentius potest accidere, ut quis excusetur ex leuitate, aut modicitate materiæ alio modo accepta, id est, ex breuitate temporis, quo continuatur retentio; ut, verbè gratia, si liber retineatur solum ad pocas horas, vel ad vnam, aut alteram diem. Ita enim asserit Vgolinus loco citato, Graff. lib. 4. decis. cap. 1. 8. n. 47. Sayr. lib. 3. Thef. c. 5. n. 16. Sanch. lib. 2. in Dec. c. 10. n. 55. Suar. n. 22. cit. Bonac. de censur. disp. 2. q. 5. puncto 4. n. 15. Reginal. num. 256. cit. Laym. lib. 2. tract. 1. c. 15. n. 7. & omnes communitè: quia reuera si quis habeat voluntatem non retinendi absolute huiusmodi librum; sed differendi tantummodo ad breue tempus illius traditionem, vel negligentè se gerat in illo tradendo; nò grauitè committit in Bullam, neque grauitè transgreditur illius præceptum; & idèd rationabiliter censori potest non incurrere illius censuram. Et fieri potest, ut aliquando quis excusetur etiam ab omni culpa, quando diu retineat huiusmodi librum, ut, v. g. si id faciat ex rationabili causa, & ut expectet opportunitatem, & commoditatem tradendi, ut notat Suar, & Sanchez locis cit. Quia, quemadmodum non dicitur quis retinere alienum, inuito domino; & grauitè peccare contra præceptum, & obligationem restituendi, si solum retinet, nec commodiùs, & opportuniùs illud restituat: ita nec dicitur inuito Pontifice, & Sede apostolica retinere librum hæreticum, qui solum retinet, quia expectat commoditatem, & opportunitatem

10. Qui retinet librum Hæretici solum ad breue tempus, verbè gratia, ad vnam, aut alteram diem, potest excusari à censura Bulla.

tem tradendi. Et quod dicunt Doctores de leuitate materiæ ex breuitate, aut modicitate tēporis, maximè dicunt pro excusanda censura, quando adest oportunitas, & commoditas tradendi librum: quia, scilicet, nò est magna transgressio, si solum ad breue tempus differat traditio. Et quemadmodum vna, aut altera tantum dies, quæ fortè retinetur res aliena, inuito domino, non facit retentionem notabilem, neque tribuit notabilem malitiam, qualis requiritur ad censuram: ita nec facit notabilem retentionem libri, cuique non tribuit sufficientem malitiam ad incurrandam censuram. Imò, si quis fortè apud se statuat absolute retinere librum hæreticum, & absolute nò traderet; sed paulò post, mutata voluntate, illu re ipsa tradat, & solum breui tempore illum retineat; dicendus quidem est peccare mortaliter, ut notat Suar. n. 22. cit. cum ad contrahendam mortalem malitiam, circa transgressionem alicuius legis, non requiratur diuturnitas, aut mora tēporis; sed sufficiat solus contentus delibetatus voluntatis, ilque possit perfectè haberi momento temporis, vel tempore quam breuissimo: adhuc tamen non est dicendus censuram incurrere, cum ipsa externa retentio, propter quam est lata censura, non sit notabilis, & mortalis; & semper ad illam incurrendam, præter actum voluntatis internum, requiratur etiam externa actio mortaliter gravis, ut dicitur in materia de censuris, & videre est apud Suar. de cens. disp. 4. sect. 4. n. 2.

11. Libri Hæreticorum nò possunt comburi priuata auctoritate; sed debet realiter trahi Inquisitoribus, aut Episcopis.

Debent verd hi libri Hæreticorum, qui sub censura prohibentur, retineri realiter, & cum effectu deferri ad Inquisitores ciuitatum, in quibus libri existunt, itaque consignari, neque possunt ab vnoquoque priuata auctoritate comburi: nam sic præcipitur in Constitutione Iulij II. Cum meditatio cordis, de anno 1550. quæ habetur in Directorio Inquisitorum ad finem pag. 115. vbi etiam additur, quòd qui realiter, & cum effectu, illos non consignerint, possint publicari tanquam Hæretici; quia, scilicet, ex hoc ipso possunt esse suspecti de hæresi. Et in Constitutione Pij IV. Cum prouidere, de anno 1564. quæ similiter habetur in eodem Directorio ad finem pag. 129. in virtute sancte obedientiæ, & sub pœna incurrus criminis hæresis, & sub alijs sententijs, & pœnis, tam ecclesiasticis, quam temporalibus à iure inflictis, & rogatis contra Hæreticos, præcipitur, ut qui habuerint libros Lutheranos, aut alioru Hæreticorum, vel suspectos de hæresi; intra duos menses illos tradat, atque consignet Inquisitoribus ciuitatum, in quibus libri existunt. Et ex Bulla Pauli IV. apud Sanchez lib. 2. in Dec. cap. 1. n. 11. pag. 137. col. 2. sub pœna excommunicationis Põntifici, vel Inquisitori generali reseruata, nò possunt Cõfessores absoluerè eos, qui habuerint libros Hæreticoru, vel prohibitos ab Inquisitoribus, nisi priùs eos tradiderint Inquisitoribus.

Et similè præceptum pro tradendis, & consignandis omnibus libris prohibitis etiam habetur in Bullis Gregorij XV. & Urbani VIII. quarum supra meminimus disp. 46. num. 20. vbi dicitur, quòd qui illos habuerint, tenentur illos deferre ad Episcopum, vel ad Inquisitorem, qui illos quantociùs comburere debeat: idque præcipitur sub pœnis contentis in sacris Canonibus, & Constitutionibus apostolicis, & Indicibus librorum prohibitorum, contra eos, qui legerint, aut habuerint libros prohibitos. Vnde, quantum aliqui apud Azor. part. 1. lib. 8. c. 16. q. 11. col. 987. in fine, & apud Sanch. lib. 2. in Dec. c. 10. n. 56. & apud Suar. disp. 20. de fide, sect. 2. n. 23. & apud Bonac. de cens. disp. 2. q. 5. puncto 4. n. 21. existimant, licitè possit ab vnoquoque comburi priuata auctoritate, & ex Suario ibidè, in Repertorio Inquisitorum, verb. liber, solum dicatur sub disunctione, quòd qui habent hu-

iusmodi libros, vel debent illos comburere, vel Inquisitori, aut Episcopo tradere:stantibus tamen dictis Constitutionibus Iulij III. Pij IV. Gregorij XV. & Urbani VIII. non sunt comburendi priuata auctoritate; sed omninò tradendi Episcopo, vel Inquisitori, ut quantò citius ab illo comburantur. Quamquam, si quis ex se, & priuata auctoritate illos combureret, non propterea incurreret excommunicationem Bullæ Coenæ. ut subdit Sanchez n. 56. cit. quia, scilicet, ex vi illius solum est obligatio illos non retinendi; non autem præscribitur certus modus illos abiciendi, aut à se remouendi, ut subdit Suar. n. 13. cit. quantum ex intentione, & mente Pontificis certum sit, quòd debeant omninò destrui; non autem possint integri conseruari, nisi fortè apud illum, qui a Papa, & à Sede Apostolica habeat specialem facultatem ad illos habendos, ac retinendos.

Et quòd ea tantum fuerit mens antiquoru Pontificum, ut libri prohibiti non retinerentur, nec haberentur; sed possent comburi etiam priuata auctoritate ab vnoquoque, patet ex Extrauag. Super illius specula. Ioannis XXII. contra Magos, & magicas superstitiones, quæ refertur in Directorio Inquisitorum part. 2. q. 43. pag. 341. Et in fine, de libris, & scriptis huiusmodi artis sic habet: Præcipimus, quòd quicunque de scripturis præfatis, vel libellis quicquam habuerint, infra octo dierum spatium ab huius nostri edicti notitia computandum, totum, & in totum, & in qualibet sua parte abolere, & comburere teneantur: alij qui voluerint, ut incurrant sententiam excommunicationis ipso factò, &c. Postea tamen alij Pontifices pro maiori securitate præceperunt comburi, non ab his, qui illos haberent; sed ab Inquisitoribus, & Iudicibus fidei, ut patet ex dictis.

Et quod habet Iulius III. Constitut. citata, Cum meditatio cordis, quòd qui realiter, & cù effectu non consignat Inquisitori libros hæreticos, possit publicari, tanquam Hæreticus; & Pius IV. Constitut. Cum prouidere, quòd omninò sint consignandi sub pœna incurrus criminis hæresis, & sub alijs omnibus pœnis à iure latis contra Hæreticos; non significat, quòd qui retinet, & nò consignat huiusmodi libros, sit verd Hæreticus; & hoc ipso possit haberi, & puniri, ut conuictus de hæresi, ut volunt plures ex Canonistis apud Pegnam in Directorio Inquisitorum, part. 2. com. 3. §. Ac priuam. Archidiacon. pag. 92. col. 2. & apud Azor. part. 1. lib. 8. c. 16. q. 10. col. 980. sed solum quòd possit, & debeat eo ipso esse suspectus de hæresi, eaque suspicio possit etiam esse de vehementia, si prudenti iudicio ita ferant, ac possent circumstantiæ personæ, & loci, & temporis, & modi, quò dicti libri fuerunt retenti, ut notat Pegna, & Azor. locis citatis, & Graff. lib. 4. dec. c. 18. n. 49. ita enim declarat ipsemet Pius IV. Extrauag. alia, Dominici gregis, quæ habetur ad Indicem librorum prohibitoru, & ad finem Directorij Inquisitorum, pag. 131. vbi de iis, qui legerint, aut habuerint libros, vel scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, non solum asserit, quòd incidunt ipso iure in penam excommunicationis; sed etiam quòd eam ob causam possit in illos inquiri, & procedi tanquam in suspectos de hæresi. Et sine dubio si ipsa positium habitio, & retentio huiusmodi librorum non facit verd Hæreticum, aut conuictum de hæresi; sed solum suspectum, ut asserit Pius IV. Extrauag. cit. potiori ratione id non faciet sola nò facta traditio, & non facta consignatio Inquisitori, aut Episcopo. Et ratio est: quia, ut dicitur cap. Literas. de presumption. sola presumptiones, & coniecturæ, aut indicia, quantum magna, & vehementia, non faciunt hominem verd criminiosum, vel damnabilem, ut crimi-

12. Si tamen comburantur, ne incurrent excommunicatione Bulla.

13. Quæ retinet libros hæreticos, eoque vò consignat Inquisitoribus, est suspectus de hæresi.

14. Et præter excommunicationem Bulla Coenæ etiam incurrent excommunicatione Indicis librorum.

nosum, donec ex illis causa sit melius cognita, & crimen verius deprehendatur. Imò fieri potest, vt huiusmodi libri apud aliquem reperiantur, qui tamen propterea non veniat vlllo modo in suspitionem de hæresi, vt notat Pegna *com. 3. tit. 5. An autem hæc suspicio. pag. 93. vt*, verbi gratia, si quis sit planè imperitus etiã legendi; si libros accepit ex hæreditate, vel oculos simul cum mercibus, easque nondum exsoluit; si sit moribus quoad omnia probatissimis, & in quem nullius suspicio vnquam cadat de aliqua improbitate, &c. qua enim ratione si res furina reperiat apud aliquem, qui alioqui sit optimæ famæ, & nunquam alias sit furatus, nõ propterea facit illum præsumi furem, vt scripserunt Baldus, & Imola *in l. fin. ff. de hered. instir.* & apud Pegnam *loco cit.* ita & libri hæretici, si fortè reperiantur apud aliquem, qui alioqui opinione omnium sit bonus Catholicus, non propterea facient illum præsumi Hæreticum, & multò minùs iustè puniri, & publicari, tanquam Hæreticum. Vnde, quod asserunt dicti Pontifices Iulius III. & Pius IV. Constitutionibus iam citatis, solum de iis intelligi debet, qui verè sunt criminosi, & culpabiles in retinendis libris hæreticis, iisque non tradendis, & consignandis Inquisitoribus, aut Episcopis: & ex hoc crimine rectè potest vterius contra illos procedi, & inquiri de hæresi: & quando hæc fuerit in illis sufficienter probata, & deprehensa, rectè possunt, ac debent publicari tanquam Hæretici; & declarari, quòd verè incurrerint omnes sententias, & omnes pœnas Hæreticorum, sicut præcipitur in dictis Constitutionibus.

15. Et si fortasse ipsa hæresis non satis in illis deprehendatur, poterit haud difficilè deprehendi crimen aliud hæresi proximum; quòd, scilicet, sint fautores Hæreticorum, si, nimirum, hæc librorum habitio, & retentio cedat illis in fauorem, in quantum Hæretici sunt, vt subdit Pegna *in Directio. Inquisitorum, part. 2. com. 3. tit. 5. Illud non omitiam. pag. 93.* nam in Concilio Constantiensi *sess. 15.* simile quid statuitur pro conquirendis, & comburendis per Ordinarios Opusculis, & Tractatibus Ioannis Hus, dñi præcipitur, vt diligentissimè conquireantur, non modò per censuram ecclesiasticam, sed etiam per adiectionem pœnæ fautoris ipsius hæresis: quia, scilicet, qui illos obstinatè retinent, & tradere, & consignare omninò renuunt, rationabiliter possunt præsumi, quòd illi faueant, & per consequens etiam puniri, vt fautores Authoris hæretici.

16. Et eandem ob causam, neque etiam possunt fingi Hæreticorum imagines, aut erigi illorum statue, nisi fortè ad ignominiam, & infamiam: vt si quis, verbi gratia, pingat Lutherum in Inferno ardentem, aut ventri, & crapulæ indulgentè; & præ nimio cibo, & potu animam exhalantem; & alioqui si quis pingat, vel apud se habeat quasi in honorem huiusmodi imagines, poterit esse suspectus de hæresi, & reputari tanquam fautor, aut credens Hæreticorum, vt notat Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 16. in fine.*

17. Quoad alios verò libros Hæreticorum, qui permittuntur, duo monet idem Azor. *enact. cap. 1. d. 9.* id est, vsu esse inductum, vt deleantur Authorum nomina, vel saltem addatur, quòd sint libri Authoris damnati; & præterea quæ in illis sunt expurganda, & corrigenda, non esse expurganda, & expurganda ab vnoquoque authoritate priuata; sed solum ab Inquisitoribus, aut Episcopis opera, aut consilio Catholicorù Theologorum prout præferibitur *in regulis Indici;* vel saltem si ab his sit facta expurgatio, & correctio legitima in aliquibus exemplaribus, ad modum, & formam illorum esse postea faciendam etiam in aliis. Et hæc eadem etiam habet

Alter. *de excommun. Bulla Cœna, cap. 6. §. Rursus præstulabit quis. pag. 471. col. 1. in fine:* hoc enim ipso, quòd quis est Hæreticus, iustè punitur, vt eius nomen, vel nullo modo legatur, etiam in iis, quæ scripsit alioqui bona, & vtilia; vel solum legatur cum nota hæresis, & damnationis.

Excommunicantur præterea in eadem Bulla Cœna etiam imprimentes scilicet, & sine autoritate Papæ, & Sedis apostolicæ libros Hæreticorum hæresim continententes, vel de religione tractantes, & nomine imprimentium omnes comprehenduntur, qui proximè ad impressionem cooperantur, vt notat Sanchez *lib. 2. c. 10. n. 57.* Suar. *de fide, disp. 2. o. sect. 2. n. 24.* Sayr. *lib. 3. Theol. c. 5. n. 17.* Bonac. *de censuris, disp. 2. q. 5. puncto 4. n. 17.* Vgol. *de censur. Papa referuatis, part. 2. c. 1. vers. Imprimentes.* Graff. *lib. 4. decis. cap. 18. n. 50.* Et tales sunt ipse dominus, seu patronus Typographiæ, cuius mandato, & voluntate sunt omnes impressiones; typorum compositores; qui typos compositos atramento attingunt; qui chartas madefaciunt; qui madefactas torculari supponunt; qui torcularia premunt, & similes. De Authore ipsius libri, vel de eo, qui tradit imprimendum, & curat imprimi, negat Vgolinus, esse certum, quòd comprehendatur: sed affirmat Suar. & Sanchez: quia reuerà est quasi primus motor, & primum principium, vnde impressio. De eo, qui facit expensas impressionis, affirmat Sayrus; sed negat Suar. & Sanchez: quia nimis remotè concurrat, & reuerà non dicitur imprimere. Et sicut non comprehenduntur, qui vendunt typos, chartas, atramentum, & similia: ita nec qui tradunt pecunias pro illis emendis. Et reuerà si huiusmodi expensæ solum in hoc consistere, vt quis mutaret pecunias, verbi gratia, domino Typographiæ, vel alicui alteri, qui procuraret impressionem, rectè diceretur concurrere solum remotè, & non incurreret in censuram: si quis tamen eidem domino Typographiæ, vel alteri daret pecunias, quasi in societatem negotiationis, & lucri, probabilissimè videtur, quòd incurreret, sicut & ipse dominus, aut alius, qui librum traderet, & faceret imprimi; siquidè verè esset illius socius etiam in impressione mandanda, vel procuranda, & exequenda, vt ex se patet. De Correctore librorum affirmant Sayrus, & Graff. sed negat Vgol. Suar. & Sanchez: quia hic non imprimit; sed legit, & corrigi, quod impressum est: si tamen talis Corrector excusetur ex hoc, quòd non imprimit, non excusatur ex hoc alio, quòd legit librum Hæretici iam impressum, vt subdit Suar. & tam ipse, quam alij, qui faciunt expensas, qui vendunt chartam, atramentum, &c. possunt non excusari ex hoc alio capite, quòd sint fautores Hæreticorum, si, scilicet, ea omnia præstent in fauorem Authoris hæretici, & vt imprimatur, & prodeat eius liber, continens hæresim, aut tractans ex professo de religione, vt subdit Sanchez, *codem n. 57. in fine.*

Denique excommunicantur in eadem Bulla Cœna, qui libros Hæreticorum iam dictos quomodolibet defendunt ex quavis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore, vt ibi dicitur, si, scilicet, factò aliquo illos defendant, ne veniant in manus Inquisitorum, vel ne comburantur; vel si defendant verbo; & asserant, & contendant, eos esse libros bonos, & vtilis, & nequaquam prohibendos, aut igni tradendos; vel si defendant scripto, & apologiam pro illis componant, etiam si postea, & apud illum retineant, & occultent; non autem in lucem, & in publicum edant; vel si defendant solum ad exercendum ingenium, disputatiuè, & probabiliter, vel etiam problematicè; vel ad finem meliùs, & profundiùs

18. Imprimentes libros hæreticos sunt excommunicati in Bulla Cœna: & quomò intelligantur per imprimentes.

19. Qui defendit libros Hæreticorum, sunt excommunicati in Bulla Cœna.

diùs examinandi, & discutendi rationes Hæreticorum; & ex intentione eas tandem reiciendi, & dubitationes tollendi, quæ possunt esse contra articulum fidei, & totam doctrinam erroris, & falsitatis redarguendi, & conuincendi: hæc enim omnia importantur particulis illis, quomodolibet, ex quavis causa, publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore, vt videre est apud Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 10. n. 58.* & apud Suar. *disp. 20. de fide, sect. 2. n. 25.* & apud alios. Non tamen incurreret censuram Bullæ ex Vgolino *de censur. Papa referuat. part. 2. cap. 1. vers. Defendentes. n. 2.* & Sanchez *ibidem*, qui solum diceret: *Dempta hæresi, hic liber est optimus.* quia hæc simplex laudatio, non est defensio. Nec qui laudaret, verbi gratia, stylum, aut ingenium Authoris, aut rerum dispositionem, aut acumen sententiarum, aut aliquid huiusmodi; dummodo tamen laudatio non esset tanta, vt redundaret simpliciter in ipsum Authorem, in quantum est Author totius doctrinæ, quæ continetur in libro; & in quantum Hæreticus est: vel etiam ita redundaret in totum librum, vt indicaret, vel inferret, eum esse simpliciter bonum, & non prohibendum, vel comburendum, vt notat Suar. *n. 25. cit.* quia in tali casu etiam laudatio esset defensio contra Inquisitores, & Prælatos Ecclesiæ, qui illum simpliciter damnant, vt malum; & prohibent, & comburunt vt noxium. Similiter ex eodem Sanchez *n. 58. cit.* non incurreret, qui solum diceret, se velle defendere hunc, aut illum librum Hæretici; nec dum tamen aggredere defensionem: quia reuerà nondum defenderet, & censura Bullæ solum est contra defendentes, Si tamen iactaret, se paratum ad defendendum contra quoscunque, eosque quodammodo prouocaret, qui contra assererent, eum esse damnandum, verè incurreret: quia moraliter verè defenderet, sicut & miles, aut fortis armatus defendit castrum, quando illud custodit contra quoscunque volentes inuadere, etiam si contra neminem actu pugnet, & simpliciter nullum repellat, vt subdit Sanchez *ibidem.*

DISPUTATIO XLVIII.

Quomodo in Tridentino Episcopis committatur facultas absoluendi ab hæresi: & qui veniant in tali decreto appellatione Episcopi.

1. De fide est, quòd in Ecclesia sit potestas absoluendi ab hæresi.
2. Sed hæc potestas est reseruatã soli Papæ.
3. Et reseruatã est solum ratione excommunicationis, & censuræ; non autem ratione solum culpe per se acceptæ.
4. Reseruatã excommunicationis trahit secum reseruationem etiam culpe.
5. Excommunicatus per excommunicationem non reseruatã potest validè absolui à culpa, antequàm absoluat ab excommunicatione, non autem si sit excommunicatus per excommunicationem reseruatã.
6. Peccatum hæresis non est reseruatã, si per illud ex aliquo accidente non sit incursa excommunicatio. Vel si reseruatã excommunicationis sit sublata.
7. Decretum Concilij Tridentini, quòd Episcopi possint absoluerè ab hæresi.
8. Episcopi titulares, & qui actualiter non habent episcopatum, & titulos, non gaudent facultate Concilij.

10. Qui habent episcopatum, in quo Tridentinum non est receptum, non gaudent privilegiis, & facultate Concilij.
11. Si Tridentinum alicubi quoad vnum, aut alterum decretum tantummodo non sit receptum; si verò receptum quoad alia, valent ibi illius fauores, & privilegia.
12. Si Tridentinum, postquam alicubi est receptum, abrogetur paulatim quoad onera; adhuc possunt ibi valere ipsius fauores, & privilegia.
13. Episcopus tantum electus, & confirmatus, non autem consecratus, gaudet facultate Concilij.
14. Etiam si non sit Sacerdos.
15. Forum conscientie, & forum penitentia non est idem: & quid sit aliquem absolui solum in foro conscientie.
16. Archiepiscopus, dum visitat dioceses Suffraganeorum, potest pro illis gaudere facultate Concilij.
17. Archiepiscopus quando possit visitare dioceses Suffraganeorum.
18. Quid possit Archiepiscopus cum subditis Suffraganeorum, quando illos visitat.
19. Potest gaudere eadem facultate pro iisdem subditis Suffraganeorum in causis appellationis.
20. Archiepiscopus potest absoluerè ab hæresi iuxta facultatem Concilij, etiam Episcopos Suffraganeos, cum illorum sit Index ordinarius.
21. Capitulum, Sede vacante, vtrum gaudeat facultate Concilij quoad absoluendum ab hæresi.
22. Capitulum, Sede vacante, succedit Episcopo, etiam in iis, quæ illi conueniunt iure speciali ordinario, & non delegato.
23. Collegium Cardinalium, vacante Sede apostolica, non gaudet facultate Concilij quoad absoluendum, aut dispensandum in casibus occultis.
24. Neque Cardinales singuli in suis titulis.
25. Abbates, & qui habent diocesium, & iurisdictionem quasi episcopalem, vtrum gaudeant facultate Concilij concessa Episcopis.
26. Prælati regulares, qui habent iurisdictionem quasi episcopalem, non gaudent facultate Concilij.
27. Possunt tamen ex aliis concessionibus Summarum Pontificum absoluerè etiam ab hæresi, nisi dictæ concessionis renouentur quotannis in Bulla Cœna.

NON est dubitandum, quòd in Ecclesia sit potestas absoluendi ab hæresi, cum sit de fide, quòd Christus Dominus indefinitè, & sine vlla limitatione facultatem concesserit remittendi peccata, id est, omnia, & singula, quantumuis plurima, & quantumuis grauissima, quando dixit Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* vt patet ex Tridentino *sess. 14. cap. 3. de Sacramento Penitentia.* Neque in vlu huius potestatis sit vlla iniuria ipsi Christo, vt putarunt Nouariani apud S. Ambrosium *lib. 1. de Penit. cap. 2.* & hoc tempore asserunt Caluinistæ apud Maldonatum *in locum citatum Ioan. 20.* dum ex eo negant, esse in Ecclesia potestatem remittendi peccata per Sacramentum Penitentia; & specialiter Apostatas penitentes non esse ab Ecclesia recipiendos, quia potestas hæc est propria ipsius Christi, de quo dicitur Matthæi 9. *Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.* Contrà enim est ex Sancto Ambrosio loco citato: quia nullam iniuriam facit Christo, qui obedit illius mandato, & exequitur munus ab ipso commissum; imò contrà, maximam iniuriam illi facit, qui eius mandata rescindit, & commissum ab illo munus, ad illum ipsam refundit, vt faciunt Hæretici, qui non accipiunt Christi mandatum, nec

1. De fide est, quòd in Ecclesia sit potestas absoluendi ab hæresi.

nec exequantur munus commissum de remittendis peccatis; & ut patet ex Sancto Thoma 3. par. quest. 64. art. 3. & 4. bene potest causa principalis ad remittenda peccata in Sacramentis esse Deus, in quo est potestas autoritatis omnino independens ab omni alio; & causa instrumentalis per modum instrumenti coniuncti cum tali causa principali esse humanitas Christi, vel Christus, ut homo, in quo est potestas excellentiæ, & ministerium principale; & simul causa instrumentalis per modum instrumenti separati possunt esse etiam ipsi homines, qui habent potestatem ministerialem, & in virtute Christi Dei, & hominis, Sacramenta consuevit, & dispensant, ut bene explicat Bellarm. lib. 1. de Sacram. cap. 23. nom. 3. & idem etiam possunt per eandem potestatem ministerialem peccata remittere, quantumvis maxima, & grauiissima, absque eo, quod Christo, aut Deo iniuriam faciant, sibi que usurpent, vel potestatem autoritatis, quæ est propria Dei; vel potestatem excellentiæ, quæ est propria Christi.

2. Spd. hac potestas est referuata soli Papa.

3. Et referuatio est solum ratione excommunicationis, & censuræ; non autem ratione solius culpe, per se acceptæ.

4. Referuatio excommunicationis, & censuræ, ut habet Suar. ibid. n. 10. nam excommunicationem, quando non est referuata, soli prohibet absolui

Posito autem, quod in Ecclesia sit potestas absoluedi ab hæresi, adhuc vterius certissimum est, quod hæc potestas non potest liberè exerceri ab vnoquoque ex Confessariis approbatis, cum saltem in Bulla Cœna hæc absolutio strictissime referretur soli Papa; & nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, possit absolui, ut ibi dicitur, nisi in mortis articulo.

Sed hæc referuatio non est intelligenda ratione ipsius culpæ quasi per se, & præcisè acceptæ; sed simul tantummodo cum excommunicatione, & censura, quam habet annexam, ut notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 8. n. 5. & cap. 11. n. 1. & Suar. disp. 21. de fide, s. 4. n. 2. & fusè, & ex professo tom. 4. de Penit. disp. 2. 9. sect. 2. n. 6. & seqq. Vnde, quantumvis reuera, tam culpa, quam censura sit referuata, & iurisdicatio tam sit sublata pro foro penitentia, & pro absolute sacramento, per quam solam absoluitur culpa; quam pro foro externo, quod etiam potest sufficere ad absoluedam censuram, vtraque tamen non est referuata nisi coniunctim: & sublata, vel non incurta referuatioue censuræ, verè intelligitur etiam sublata, vel non incurta referuatio culpæ; non quidem quia ita postulet ipsa rei natura; & culpa non possit referuari, non referuata censura; vel censura non possit referuari, non referuata culpa: siquidem iurisdicatio pro vno, & pro altero foro est verè diuersa, & vnaque que ab altera est separabilis; & de facto Episcopi, & Prælati inferiores sæpè referuant culpas sine censuris, & censuras sine referuatioue culparum, ut habet Nauar. in An. cap. 27. n. 261. 5. Decimo dico: Sed, quia ita fuit hucusque communitè seruatum à Summis Pontificibus, ut pro supremo animarum regimine, quod ipsi habent, non referuarint nisi crimina grauiora, & habentia censuras annexas; & culpas non referuarint, nisi coniunctim cum ipsis censuris, & quasi dependenter ab illis. Et hic vltus iam ita inualuit quasi pro lege, ut quamuis verba Pontificis solum exprimant, verbi gratia, referuatiouem censuræ; adhuc tamen censori debeant trahere secum referuatiouem culpæ, ut notat Suar. de penit. disp. 2. 9. sect. 2. cir. n. 1. pag. 438. & idem tam hæc, quam illa, absoluetur omnino nulliter, si fortè absoluetur, siue ex ignorantia, & bona fide; siue ex malitia, & mala fide, à non habente iurisdiccionem, & facultatem. Et in hac re bene est aduertenda diuersitas inter excommunicationem, v. g. & censuram non referuata, & inter referuata, ut habet Suar. ibid. n. 10. nam excommunicationem, quando non est referuata, soli prohibet absolui

culpam, antequam absoluetur excommunicatio; non tamen irritat absolutionem culpæ, si fortè detur à Confessario quomodocunque, & siue ex bona, siue ex mala fide ante absolutionem excommunicationis, & bona fide recipiatur à penitente: & idem, qui bona fide est sic absoluitus, quando postea aduertit erratum Confessarii, solum tenetur procurare absolutionem ab excommunicatione, si illam non habuit; non autem tenetur iterum confiteri illud peccatum, ut communiter dicitur in materia de excommunicatione: & subdit Suar. eodem n. 10. at verò excommunicatio, quando est referuata, non solum prohibet; sed etiam irritat absolutionem culpæ, si fortè detur ex ignorantia, & bona fide à Confessario, & bona fide recipiatur à penitente ante absolutionem excommunicationis; & qui est sic absoluitus, omnino tenetur iterum confiteri, & iterum absolui. Eiusque discriminis illa est ratio: quia referuatio censuræ ex communi vlti Ecclesiæ, qui iam, ut diximus, habet vim legis, trahit secum referuatiouem etiam culpæ, pro qua est incurta censura, & ablatio iurisdiccionis pro foro censuræ est simul ablatio iurisdiccionis pro foro culpæ.

Atque ex hoc, quod communiter referuatio culpæ per Bullas, aut per Canones pontificios semper est simul cum referuatioue censuræ, rectè inferunt Suar. & Sanchez locis citatis, ex communi sententia, quod si censura in aliquo casu non incurrat, vel quomodocunque tollatur illius referuatio, & datur facultas alicui pro illa absolueda, eo ipso peccatum, quod alioqui habet illam annexam, non est referuatum; & potest absolui à quolibet, vel saltem illi non est referuatum, cui referuatio censuræ est ablata, & cui est data facultas ad illam absoluedam. Et hæc ratio si quis incedat, verbi gratia, in culpam hæresis, sed ignoret, quod ipso iure habeat annexam excommunicationem, & idem ex hac ignorantia verè excusetur, ne illam incurrat, culpa hæresis non est in illo censenda referuata, & liberè: & licet potest absolui à Confessariis quibuscunque, & si quis incidat simul in culpam hæresis, & in censuram, sed tollatur pro illo referuatio censuræ, & huic Confessario, verbi gratia, datur facultas, ut cum absoluat à censura incurta per culpam hæresis, hoc ipso censori debet etiam sublata pro illo referuatio culpæ hæresis; & hic Confessarius potest illum absolue etiam à culpa. Et ratio est ex iisdem Authoribus: quia, quemadmodum referuatio culpæ ab ipso initio, & sic dicam, in primo fieri, solum fuit coniunctim cum referuatioue censuræ, non autem per se, & seorsim ab illa: ita & postea quando durat, & est, ut sic dicam, in conseruari, solum durat, & conseruatur coniunctim cum illa; & eo ipso, quod illa tollitur, & non ampliùs durat, hæc etiam tollitur, & non ampliùs durat.

Stante igitur strictissima referuatioue peccati hæresis, & excommunicationis pro illud incurta ad solum Papam, ut paulò ante retulimus ex Bulla Cœnæ, illud hoc loco explicandū proponimus, quomodo, & quibus, & cum quibus limitationibus in Tridentino, hoc est, ab ipso Pontifice, cuius auctoritate illud est celebratū, & confirmatū, & promulgatum, concedatur facultas absoluedi ab hæresi; & postea quaeremus, vtrū hæc facultas adhuc vigeat, & licitè valeat vsurpari, & exerceri ab iis, quibus cõceditur; an verò reuocetur quotannis per iteratam referuatiouem in Bulla Cœnæ; & per expressam derogatiouem ad qualis alias concessiones, quibuscunque, & quomodocunque, & exerceri ab iis, quibus factas, etiam per ipsos Summos Pontifices, & per Sedem apostolicam, & per decreta cuiusvis Concilij, ut ibi dicitur.

seruatiouem etiam culpa. 5. Excommunicatio per excommunicationem non referuatur, potest validè absolui à culpa, antequam absoluetur absolutione non referuatioue; non autem si sit excommunicatus per excommunicationem referuatioue.

6. Peccatum hæresis non est referuatum, sed per illud ex aliquo accidente, non sit incurta excommunicatione.

7. Vel si referuatio excommunicationis sit sublata.

8. Decretis Concilij Tridentini, quod Episcopi possint absolue ab hæresi.

9. Episcopi titularis, & qui actualiter non habent episcopatum, & subditos, non gaudent facultate Concilij.

10. Qui habet episcopatum, in quo Tridentinum non est receptum, non gaudet privilegio facultate Concilij.

11. Si Tridentinum alicubi quoad vñ, aut alterum decretum inueniuntur receptum, & sit receptum, & quoad alios

Et quidem Tridentinum / sess. 24. cap. 6. de reformatione, dar primò facultatem Episcopis dispensandi in omnibus irregularitatibus, & suspensibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis, quæ sunt deductæ ad forum contentiosum. Et deinde dat facultatem iisdem Episcopis absoluedi in foro conscientia, & imposita salutarè penitentia in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi apostolicæ referuatis; quoscuque delinquentes sibi subditos in diocesi sua per se ipsos, aut per Vicarium ad id specialiter deputandum; & præterea idem permittit in crimine hæresis in eodem foro conscientia, ipsis tantum Episcopis; non autem illorum Vicariis. In quo decreto singula fere particula indigent explicatione: ut, verbi gratia, qui sunt intelligendi nomine Episcoporum, quibus facultas conceditur; & qui nomine subditorum; & quid sit absolutionem illis impendi in foro conscientia, & in diocesi sua; & quid delictum hæresis debere esse occultum; & quid, debere absolui per ipsum Episcopum, & non per Vicarium.

Primò igitur, nomine Episcoporum certum est, quod veniunt omnes illi, quantumvis non solum consecrati, dummodo habeant episcopatum, & subditos. Ita Suar. tom. 5. de censuris, disp. 41. sect. 2. n. 7. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 3. quia facultas non conceditur ratione solius gradus, & dignitatis; vel in ordine ad omnes fideles; sed solum in ordine ad proprios subditos, ut patet manifestè ex textu. Atque ita excluduntur Episcopi titularis, & qui renunciauerunt episcopatum, & actualiter non habent subditos.

Et præterea rectè addit Garzias pari. 7. de beneficiis, cap. 11. n. 23. & Suar. loc. cit. n. 6. ex declaratione sacrae Congregationis Concilij, quæ etiam habetur in impressis ad illud caput 6. sess. 24. non gaudere hac facultate illos Episcopos, in quorum episcopatibus non est promulgatum, & receptum Tridentinum: quia per ratio debet esse fauorabilis, & onerum; & idem ubi onera, & decreta Concilij non sunt recepta, nec habent locum; neque etiam censori debent habere locum ipsi fauores, quos sine dubio ab ipso initio non aliter voluit, & intendit concedere ipsum Concilium, & ipse Pontifex approbator, & confirmator Concilij.

Si tamen alicubi Concilium esset receptum communiter quoad omnia; sed solum quoad aliquod onus, aut decretum speciale non esset receptum; adhuc posset censori, quod in illo loco valerent fauores; & quod Episcopus illius loci posset gaudere hac facultate absoluedi ab hæresi, ut subdit Sanchez cap. 11. n. 3. cir. quia etiam in aliis potest contingere, ut alicubi lex aliqua non recipiatur quoad vnam, aut alteram partem; recipiatur verò quoad alias: & in tali casu potest ibi valere etiam quoad fauores, ipso, scilicet, legislatore, & Principe suspendente, ac reuocante suam legem quoad eas partes, quas vider non esse receptas à subditis; & relinquire quoad alias partes, inter quas numerantur etiam privilegia, & fauores, ut communiter dicitur in materia de legibus.

Et idem esset ex eodem Sanchez ibidem, si Tridentinum, postquam esset alicubi simpliciter receptum quoad omnia, postea tamen processu temporis solum abrogaretur quoad onera, per contrariam consuetudinem legitime continuatam, & præscriptam; non autem abrogaretur quoad fauores: quia enim ad illos iam fuit semel ius acquisitum per receptionem totius Concilij; & consuetudo contraria non est inducta circa illos; sed solum circa onera;

omnino videntur debere manere in sua vi, & non esse abrogati etiam ipsi per consuetudinem inductam, cum per hanc illud solum abrogetur, circa quod, vel de quo ipsa inducitur. Et cum abrogatio, vel derogatio legis per contrariam consuetudinem solum efficiatur, & habeat vim ab ipso legislatore, & Principe, quo scientè, & tacite approbante illa inducitur, & lex tollitur, ut videre est apud Suar. lib. 7. de legibus, cap. 18. n. 3. & seqq. & apud omnes communiter in materia de legibus, & nos etiam diximus lib. 5. disp. 39. num. 15. omnino est dicendum, quod possint manere fauores alicuius legis, aut Concilij, sublatis, & abrogatis oneribus eiusdem legis, aut Concilij per consuetudinem, si hæc est inducta scientè, & approbante Principe, & Pontifice solis abrogandis oneribus, & non pro fauoribus.

Neque ex eo, quod ab initio promulgationis Concilij in aliqua diocesi non possint recipi, & valere soli fauores, nisi simul recipiantur, & valeant etiam onera, & hæc sit æquissima, & iustissima mens, & intentio ipsius Concilij, & Papa illud promulgantis, & proponentis, ut simul vtraque valeant, si simul recipiantur; vel ut vtraque simul non valeant, si non simul recipiantur, ut paulò ante diximus n. 10. potest inferri, quod necessariò debeat idem censori etiam in casu abrogationis post receptum, & seruatum alicubi per aliquod tempus totum Concilium, & post admissa æqualiter tam onera, quam fauores: nam eo ipso, quod ponitur scientè, & approbante, vel permittente Pontifice esse inducta consuetudo pro abrogandis solis oneribus; & eodem scientè, & approbante, vel permittente ponuntur esse relicti fauores in sua vi, (in quo tantum casu nunc loquimur,) clarissimè constat, quod mens, & intentio Pontificis pro casu abrogationis non fuit æqualiter, & simul pro vtriusque, vel abrogandis, vel relinquendis, cum verè permiserit abrogari onera, & relinqui fauores, dum permittit induci, continuari, & legitime præscribi consuetudinem contra illa; & nihil significauit, aut innovauit circa hos; sed illos reliquit in suo esse, suaque vi, quam primò obtinuerunt, & habuerunt ab ipso initio promulgationis, & receptionis: secus verò esset, si, dum onera abrogantur per consuetudinem, sternerentur, & innouaretur aliquid à Papa etiam circa fauores: quia in tali casu standum omnino esset huiusmodi innouatiõni; & si declararentur per Constitutiõnem, vel aliquo alio modo reuocari fauores à Papa, eo ipso, quod abrogarentur obligationes per contrariam consuetudinem; negari non posse, quin declaratio esset iusta, & rationalis, eaque posita non possent censori manere fauores in sua vi, quando obligationes, & onera iam cessassent, & essent sublata, & abrogata per contrariam consuetudinem.

Posito verò, quod Episcopus habeat diocesim, & episcopatum, & in illo sit promulgatum, & receptum Concilium Tridentinum, ut diximus, satis est ad hoc, ut gaudeat facultate absoluedi ab hæresi, si solum sit electus, & confirmatus; non autem requiritur, ut sit consecratus, ut notat Suar. tom. 4. de penit. disp. 30. sect. 2. n. 4. & tom. 5. de censuris, disp. 41. sect. 2. n. 7. & Sanchez lib. 8. de matrimonio, disp. 2. n. 11. & lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 3. quia reuera etiam Episcopus electus, & confirmatus, & nondum consecratus habet ea, quæ sunt iurisdiccionis in suos subditos, iuxta cap. Transmissam de elect. Et certum est, quod facultas absoluedi ab hæresi, de qua loquimur, & tollendi censuram, & simul cum illa referuatiouem culpæ, non est ordinis episcopalis, sed solum iurisdiccionis.

Imò ex eodem Sanchez lib. 3. in Decal. cap. 11. n. 3. 14. ci.

valent ibi illius fauores, & privilegia.

12. Si Tridentinum, postquam alicubi est receptum, abrogatur paulatim, quoad onera, adhuc possit ibi valere ipsius fauores, & privilegia.

13. Episcopus electus, & confirmatus; non autem consecratus, gaudet facultate Concilij.

præterea, quia huiusmodi Abbates sola consecratione ab Episcopis differunt, & in suis diocæsi- bus plenam habent iurisdictionem, & etiam approbant Confessarios, quavis in Tridentino sess. 23. cap. 1. s. de reformat. huiusmodi approbatio committitur Episcopis, & idem etiam possunt absoluerè, & dispensare iuxta facultatem Concilij: quavis etiam hæc sess. 24. cap. 6. de reformat. signanter concedatur ipsis Episcopis. Et negari non potest, quin etiam hæc sententia sit probabilis, tum propter auctoritatem Doctorum, qui illam asserunt; tum propter rationes, quibus confirmantur; sed maxime illi obstat declaratio sacre Congregationis, quæ primo loco habetur inter impressas ad cap. 6. cit. & disertissime habet, quod illo decreto non comprehendantur Prælati inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi episcopalem, sed soli Episcopi privative quoad alios. Et certum est, quod talis declaratio maxime est faciendâ, quavis non sit promulgata tanquam iuridica, & ex intentione per illam obligandi, tanquam per legem; & qua ratione maxime obstat huic sententiæ de Abbatibus, & Prælatibus inferioribus; eadem ratione etiam maxime obstat priori sententiæ de Capitulo, Sede vacante: & idem tutissimum est, ut eam Capitulum, quàm Abbates omnino abstinuant ab usu talis facultatis.

Noque propterea subditi huiusmodi Prælatorum sunt prioris conditionis, quàm subditi Episcoporum, quoad huiusmodi absolutiones, & dispensationes concessas Episcopis, & negatas Prælatibus inferioribus, ut putarunt aliqui apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 5. cit. & expressè habet Garzias part. 7. cit. de benef. cap. 11. n. 19. ubi ait, huiusmodi subditos, si indigeant absolutione, aut dispensatione, debere recurrere ad Papam: nam contra est: quia territorium huiusmodi exemptorum, quavis non sit de diocesi; est tamen semper in diocesi alicuius Episcopi, ut loquitur Rota dec. 207. part. 2. dicitur, eique tales exempti censentur subditi quoad huiusmodi dispensationes, & absolutiones: sicut & omnes, qui ibi habitant, & sicut subduntur quoad sacramenta Confirmationis, & Ordinis, & quoad litteras dimissorias, ut habetur in Tridentino sess. 23. cap. 10. de reformat. quavis quoad iurisdictionem ordinariam, & quoad reliqua, habeant alium Prælatum ordinarium, ut bene notat Suar. disp. 41. de censuris, sect. 2. n. 7. cit. & tom. 4. de penit. disp. 30. sect. 2. n. 6.

26. Prælati regulares, qui habent iurisdictionem quasi episcopalem, non gaudent facultate Concilij.

De aliis Prælatibus regularibus, qui habent iurisdictionem quasi episcopalem in suas Religiones exemptas, quales sunt Præpositi Generales, & Provinciales, similiter non desunt, qui asserant, eos gaudere hac facultate Concilij, ut videre est apud Rodrig. in quest. regular. tom. 1. quest. 61. art. 9. ubi etiam ait, hanc sententiam communiter teneri: sed reuera est multò certius, quod non gaudeant: siquidem ab illa excluduntur, non solum per declarationem allatam sacre Congregationis, quod comprehendantur soli Episcopi, privative quoad omnes alios Prælatos inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi episcopalem, ex quo capite illos excludit Suar. de penit. disp. 30. sect. 2. n. 7. sed etiam excluduntur per ipsa verba Concilij, quæ expressè requirunt diocesim, quam tamen non habent huiusmodi Prælati religionum, ut notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 7.

Et quavis ex quadam concessione Pij V. facta eidem Priori Provinciali Provincie Hispanie Ordinis Prædicatorum, quam refert Rodriq. in quest. regular. tom. 1. quest. 61. art. 9. cit. & Suar. disput. 30. de penit. sect. 2. n. 7. & Henric. lib. 3.

cap. 14. n. 7. littera M. Priores conventuales, & superiores Prælati dicti Ordinis idem possunt per se ipsos in Fratres, & Moniales eiusdem Ordinis, & sibi subditos, quoad facultatem absolvendi, & dispensandi, quod possunt Episcopi ex concessione Concilij sess. 24. cap. 6. de reformat. & per communicationem, aut participationem privilegiorum, idem possunt etiam Prælati aliarum Religionum, ut subdit ibid. Suar. & tom. 4. de relig. lib. 2. cap. 20. n. 9. non tamen propterea censeantur debent posse absoluerè specialiter ab hæresi, de qua in præsentia loquimur, ut notat Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 11. n. 7. cit. & alij apud ipsum, cum in dicta concessione Pij V. non fiat de illa mentio expressa, & specialis; sed solum generaliter extendatur ad Prælatos regulares facultas absolvendi, & dispensandi concessa Episcopis in Tridentino loco citato; & certum sit, quod absoluti ab hæresi non comprehenduntur in vlla generali concessione; sed semper requiritur expressio specialis, ut communitè dicitur in materia de casibus reservatis. Fecit tamen postea hanc expressioem specialem Gregorius XIII quando concessit viarum vocis oraculo nostræ Societati, ut omnes, qui vivunt sub illius obedientia, etiam in Hispania, possent absolvi ab hæresi, & a relapsu in hæresim, si forte (quod Deus avertat) in illam incidere, aut reinciderent, ut habetur in nostro Compendio privilegiorum, verbo, Absolutio, §. 7. Et ex vi huius concessioem posse Religiosos etiam aliorum Ordinum, qui habent communicationem privilegiorum, absolvi ab hæresi per suos Superiores, affirmat Suar. tom. 4. de relig. lib. 2. c. 21. n. 2. pag. 159.

Sed neque hæc concessio potest modò suffragari, cum postea Gregorius XV. de anno 1622. revocavit omnia, & singula privilegia, & indulgentias spectantia ad forum interius, quàm ad exterius, quæ sunt concessa à Sede apostolica per viarum vocis oraculum, & eamque revocationem iterum confirmavit, & extenderit Urbanus VIII. de anno 1631. & iterum declaravit de anno 1636.

Pro absolvendis Religiosis Ultramontanis, si labantur, aut relabantur in hæresim, vel in apostasiam à fide, facit concessio Alexandri VI. quæ refertur in Compendio privilegiorum Fratrum Minorum, verb. Absolutio quoad fratres, §. 18. pag. 14. & in nostro Compendio, verb. Absolutio, §. 8. siquidem dictus Pontifex concessit Generali, Provincialibus, & Custodibus Ultramontanis Ordinis Minorum Obedientiam plenariam facultatem, & auctoritatem absolvendi in illis regionibus quoscumque subditos, etiam Tertiaros viri utque sexus, quoties opus fuerit, à crimine hæresis, aut apostasie, usque commutandi penas à Iure statutas, augendo, aggravando, aut minuendo illas, prout secundum Deum viderint expedire, dummodo huiusmodi crimina non essent ita publica, & notoria, ut possit ex illis oriri scandalum. Et similiter ex hac concessione Religiosos Ultramontanos etiam aliorum Ordinum posse absolvi ab hæresi, & ab apostasia per suos Superiores, affirmat idem Suar. tom. 4. de relig. lib. 2. cap. 21. num. 2. cit.

Et generaliter pro absolutione ab hæresi Prælatibus omnibus regularibus sanet concessio Sixti I V. in eod. Comp. Frat. Minorum, eodem verbo, Absolutio quoad Frat. §. 13. pag. 11. & in nostro Compendio, verb. Absolutio, §. 6. & apud Rodriq. in quest. regularibus, tom. 1. quest. 61. art. 9. quod, scilicet, Ministri, Vicarij, & Custodes Fratrum Minorum, solum teneantur recurrere ad Sedem apostolicam pro suis subditis in quatuor casibus, id est, in

27. Possunt tamen ex aliis concessionibus Summorum Pontificum absoluerè, etiam ab hæresi, nisi dicta concessiones revocentur quotannis in Bulla Cœna.

calu relapsus in hæresim, & in casu schismatis, & falsificationis litterarum apostolicarum, & delationis prohibitorum ad infideles: ut enim notat Suar. tom. 4. de relig. lib. 2. c. 21. n. 1. expressio horum tantummodo quatuor casuum firmat regulam, & concessioem generalem pro aliis omnibus, etiam contentis in Bulla Cœnæ, cum illi quatuor sint ex contentis in dicta Bulla; & specialis exceptio relapsus in hæresim firmat concessioem pro absolvendis primis lapsibus, cum soli relapsus non concedantur. Et quia hoc etiam privilegium per communicationem extenditur ad alios regulares, idem possunt etiam alij Prælati regulares pro suis subditis.

Et denique pro absolvendis quibuscunque ab hæresi, & ab aliis casibus contra fidem, & à censuris quibuscunque inde consequentibus in foro conscientie, facit concessio Iulij III. facta de anno 1552. Sancto Ignatio, Fundatori nostræ Societatis, & primo Generali adhuc superstiti, ut posset per se, & per suos successores pro tempore existentes, & per alios eiusdem Societatis Professos idoneos ad id deputandos absoluerè, & quatenus opus esset in foro conscientie dispensare, &c. ut patet ex litteris eiusdem Iulij III. sub die 22. Octobris anni ià dicti 1552. & ex nostro Comp. privileg. verbo, Absolutio, §. 3.

Verum hæc quoque concessiones Alexandri VI. & Sixti IV. & Iulij III. fortasse hoc tempore non suffragantur, cum quotannis in Bulla Cœnæ reuocentur omnia privilegia etiam Regularibus quomodocunque concessa, ut notat Collector Privilegiorum Fratrum Minorum, ad §. 13. & 18. cit. verb. Absolutio quoad Fratres. de qua tamen revocatione pluribus infra disp. 51.

Sed, quatenus hæc privilegia, & concessiones specialiter factæ Prælatibus regularibus reuocentur quotannis in Bulla Cœnæ, vel alio modo non suffragentur, non propterea subditi regulares quoad huiusmodi absolutiones sunt conditionis deterioris, quàm laici, autculares, siquidem possunt etiam ipsi illas recipere de licentia suorum Superiorum ab Episcopis, sub quorum diocæsi bus commorantur, & quoad hoc veniunt etiam ipsi appellatione subditorum, ut diximus paulò ante n. 25. in fine, de subditis aliorum Abbatum, aut Prælatorum infra Episcopos, & specialiter notat Suar. de penit. disp. 30. sect. 2. n. 7. in fine, & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 10. & lib. 4. cap. 39. n. 27. & seqq. & constabit infra, disputatione sequente.

DISPUTATIO XLIX.

Qui veniant in eodem decreto Concilij appellatione subditorum; & quid sit, eos absolvi in foro conscientie.

1. Subditi Episcoporum, quoad facultatem Concilij, non solum intelliguntur, qui habent domicilium, sed etiam vagi, advena, iter agentes, &c.
2. Non tamen hi omnes possunt gaudere beneficio dispensationis, sicut possunt absolutionis.
3. Religiosi quomodocunque possunt se subdere Episcopis, ut absolvantur, aut dispensentur, iuxta facultatem Concilij.
4. Per se loquendo, non possunt se subdere sine licentia sui Superioris.
5. Ex aliquo accidente potest non requiri dicta licentia.
6. Si Superior indebitè illam neget, potest haberi pro concessa.
7. Etiam ipsi Superiores religiosi possunt se subdere Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

8. Licentia Superioris immediati aliquando non sufficit.
9. Religiosi, etiam advena, & iter agentes per aliquam diocesim, possunt absolvi ab Episcopo illius diocesis, iuxta facultatem Concilij, si habeant licentiam debitam sui Superioris.
10. Neque est opus dispensatione, aut licentia Papæ.
11. Moniales, qui sunt sub Episcopo, possunt ab illo absolvi, iuxta facultatem Concilij, sine alia facultate.
12. Ipsi Episcopi quomodocunque possunt absolvi, aut dispensari ex facultate Concilij, si forte indigeant.
13. Si Episcopus invalidè obtineat Episcopatum, non potest in sui fauorem uti facultate Concilij.
14. Quomodocunque hi omnes subditi possunt solum absolvi in foro conscientie.
15. Possunt autem dispensari etiam in foro externo.
16. Secundum aliquos non est idem, quod quis absolvarur in foro conscientie, & quod absolvarur quoad forum conscientie.
17. Forum est omnino triplex, conscientiosum, penitentiale, & quasi penitentiale, quod est medium inter utrunque, & appellatur forum conscientie.
18. Littera sacra Penitentiarum possunt expediri, etiam sine confessione sacramentali.

H I AM Episcopis in Trident. sess. 24. c. 6. cit. de reformat. non conceditur facultas dispensandi, & absolvendi, nisi pro suis subditis, & in foro conscientie: & idem hæc etiam sunt explicanda, qui veniant appellatione subditorum, & quid sit eos absolvi in foro conscientie.

Et breviter primum illud rectè videtur explicare idem Concilium, dum subdit: *In diocesi sua*. nam sensus est, quod illi omnes possint, ac debeant quoad hoc reputari tanquam subditi alicuius Episcopi, qui fuerint, aut extiterint quomodocunque in illius diocesi, & ratione talis existentie potuerint sub illo recipere aliqua sacramenta, saltem Penitentia, aut Eucharistia, ut notat Suar. disp. 30. de penit. sect. 2. n. 3. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. cit. n. 17.

Atque hoc modo possunt absolvi ex dicta facultate Concilij ab vnoquoque Episcopo, non solum illi, qui in eius diocesi habent domicilium, aut quasi domicilium, ut scholastici, & mercatores; aut qui habent duplex domicilium in duplici diocesi, & in vna morantur per hyemem, & in altera per æstatem; sed etiam vagi, qui nullibi habent domicilium fixum, & advena, & peregrini, & iter agentes, qui ex decreto Eugenij IV. apud Caietanum in Summa, verbo, Absolutio, 2. quoad sacramenta Penitentia, & Eucharistia debent censeari peninde, ac si in vnaquoque diocesi, in qua fortè reperiantur, adepti essent inco-latum: & idem possunt, ac debent confiteri, & communicare in Paschate, vbiçunque fuerint, & possunt, ac debent vbiçunque absolvi sacramentaliter iuxta facultatem Confessarij absolventis, & iuxta ritum Episcopatus, aut diocesis, in qua absoluantur, ut videre est apud Suar. de penit. disp. 30. sect. 1. n. 4. & patet ex communi usu totius Ecclesie apud Sanc. lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 9. Qui etiam rectè monet, non eandem subiectionem requiri pro obtinenda ab Episcopo absolutione, etiam ab hæresi, iuxta decretum, & facultatem Concilij, atque pro obtinenda ab illo dispensatione iuxta idem decretum, & facultatem; sed pro dispensatione requiri subiectionem per domicilium, aut per habitationem in diocesi ad maiorem anni partem, ut idem probavit lib. 3.

1. Subditi Episcoporum quoad facultatem Concilij, non solum intelliguntur, qui habent domicilium, sed etiam vagi, advena, iter agentes, &c.

2. Non tamen hi omnes possunt gaudere beneficio dispensationis, sicut possunt absolutionis.

de matr. disp. 23. n. 12. Et si q. pro absolutione verò posse sufficere quancunque habitatione, aut existentiam in diocesi, etiam si bicui sit relinquenda, & faciendus sit reditus ad propriam diocesim: sicut enim hæc subiectio per quancunque existentiam est sufficiens pro Sacramento Pœnitentię, vt iam diximus ex decreto Eugenij IV. & ex consuetudine communiter recepta in tota Ecclesia; ita & debet esse sufficiens pro absolutione ab excommunicatione, præsertim reseruata, quæ præxigitur ad absolutionem sacramentalem. Et contrà, quemadmodum dispensatio, v. g. ab irregularitate non præxigitur, neque pertinet ad Sacramentum Pœnitentię: ita & potest ad illam non sufficere quancunque subiectio, quæ sufficit ad illud; sed requiri aliqua certa, & diuturnior, per existentiam, & moram in diocesi, saltem ad maiorem anni partem. Et pro hoc faciunt etiam verba decreti, de quo agimus ex Tridentino sess. 24. c. 6. de reform. siquidem subiectionem in diocesi, id est, ample acceptam, & quancunque, non apponunt in prima parte decreti, quæ est de dispensationibus; sed solum in secunda, de absolutionibus à reseruatis occultis: quia, scilicet, Concilium non eandem requirebat pro vtriusque; sed maiorem pro illis, quàm pro his, vt notat Suar. de censur. disp. 4. 1. sect. 2. n. 10. Et 12. & ex illo Sanchez cap. 11. cit. n. 9.

3. Religiosi quocumque possunt se subdere Episcopis, vt absoluantur, vt ne dispensentur iuxta facultatem Cœcilij.

imperandi, vel ordinationem aliquam faciat, etiam leuissimam, nisi fortè rogatus ab ipso Abbate, ad hoc, scilicet, vt Monachi semper maneant in potestate suorum Abbatum, & remotis vexationibus, & grauaminibus, vt ibi dicitur, diuinum opus summa animi deuotione perficiant. Non ergo debet huiusmodi exemptio conuerti in eorum damnum, & contra eorum quietem spirituales, si fortè interius agantur stimulis conscientia propter hæresim, vel propter aliquod aliud tale crimen incursum, à quo non possint absolui per suos Prælatos. Et hæc exceptio à potestate Episcopi quoad forum conscientia, & interius, est longè diuersa ab alia exemptione à foro laico, & multò faciliùs potest renunciari. Et quemadmodum rogatu Abbatis potest Episcopus quoad alia exercere iurisdictionem in Cœnobij, vt iam retulimus ex capit. Luminoso. cit. ita & potest illam exercere quoad absolutionem ab hæresi, vel ab aliis delictis occultis, & grauioribus: & tota Religio, vel totus Ordo religiosus merito censetur per epicheiã ita esse contentus, ne aliqui particulares Religiosi in huiusmodi casibus cogantur cum magnis expensis vagari extra Monasteria, & pro absolutionibus se transferre ad Vibem. Et quatenus hæc res ex parte ipsorum Pontificum eximentium, vel ex aliquo alio capite adhuc posset manere dubia, clarè illam desunt priuilegia à pluribus Pontificibus de hoc concessa pluribus Ordinibus, vt de licentia Superiorum possint Religiosi absolui ab Episcopis, & Prælati superioribus, vt refert Corduba in Annotation. cit. de Gregorio IX. Clemente IV. Sixto IV. Leone X. & Innocentio VIII. & patet ex Compendio priuilegiorum Fratrum Minorum, verbo cit. Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 22. Et 36. Et verb. Exemptio. §. 5. quibus priuilegiis possunt vt etiam alij Ordines, qui gaudent priuilegio Mendicantium, vt notat Sanchez lib. 4. cap. 39. n. 22. cit.

Debent verò Religiosi omnes benè aduertere, vt non recurrant ad Episcopos pro absolutionibus sine licentia suorum Superiorum: quia sine hac non habent Episcopi in illos iurisdictionem, vt patet ex c. Luminoso. cit. 18. q. 2. & priuilegia à Põtificibus concessa expresse loquuntur supposita dicta licentia. Et quemadmodum, stãte exemptione ab aliis omnibus, & subiectione ad suos tantum Superiores, non possunt Religiosi sibi eligere Confessarios: ita nec possunt recurrere ad Episcopos. Et contrà licentia Superioris semper tribuit sufficientem subiectionem ad Episcopum: siquidem, si admittatur Superior ipse per se posse absoluerè, delegat quodammodo suam potestatem Episcopo, aut cuiuscunque alteri, pro quo dat licentiam, vt notat Molina tom. 4. de iust. disp. 61. n. 3. & ex Sanc. c. 39. cit. n. 28. si verò dicatur, non posse absoluerè, cedit saltem iuri exemptionis, cui potest rationabiliter cedere quoad forum interius, & quoad bonum anime ipsius subditi. Et quemadmodum potest concedere, vt laus subditi Religiosus eligat Confessarium, à quo absoluat, iuxta ipsius Confessarij potestatem: ita & potest concedere, vt eligat sibi Episcopum, à quo similiter absoluat iuxta facultatem ipsi concessam in Triditina.

Non est tamen negandum, quòd in aliquo casu possit religiosus adire Episcopum pro absolutione, aut dispensatione, de qua loquimur, etiam sine licentia Superioris, vt, v. g. si Superior sit excommunicatus, denunciatus, & vitandus, si longè absit, si obiit, nec sit alius, ad quem eius loco possit recurri, vt notat S. Antonin. p. 3. tit. 24. c. ult. §. 1. versu. Et nota. Sylu. verb. Apostasia, quest. 8. n. 1. in fine. Henric. lib. 6. de pœn. c. 16. n. 8. Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 39. n. 35. in tali enim casu benè præsumitur licentia tacita totius

4. Per se loquendo, non possunt se subdere sine licentia sui Superioris.

5. Ex aliquo accidente potest non requiri dicta licentia.

totius Religionis, & ex illa benè potest adiri Episcopus, minimè obstante exemptione.

6. Idè ex Molina tom. 4. de iust. disp. 61. n. 5. & Sanc. lib. 4. de iust. disp. 61. n. 5. idem potest accedere etiam presente Superiore, vt, verbi gratia, si iniuste, & indebitè negat subdito, vt possit adire Episcopum pro huiusmodi absolutione: nam similiter etiam in hoc casu potest præsumi licentia tacita, & interpretatiua totius Religionis, & ipsius Summi Pontificis, cum eius intentio non possit rationabiliter esse, aut præsumi, quòd talis Religiosus cogatur dici esse sine absolutione, vel certè diu vagari extra Monasterium, quòd habetur pro inconuenienti, c. Religioso. de sententia excommunicationis, in 6. Et saltem in Monialibus est per se euident, quòd sit maximum inconueniens: & ex hoc capite ipsemet Pontifex c. Religioso. cit. dat facultatem Episcopo, vt absoluat Religiosum, si fortè iniiciat manus violentas in Clericum, ne, scilicet, eo prætextu habeat occasionem vagandi, vt ibi dicitur. Secus verò esset, si Superior iuste negaret dictam licentiam, & rationabiliter crederet expedire, vt subditus adiret Pontificem; vel certè si res esset dubia, quia tunc non posset subditus sibi accipere licentiam tacitam, & in dubio deberet se conformare iudicio Superioris, vt subdunt Authores citati.

7. Etiam ipsi Superiores religiosi possunt se subdere Episcopo. Sed, tam pro Religiosis particularibus, quàm pro Superioribus immediatis, & non supremis rectè id limitat Molin. tom. 4. de iust. comm. disp. 61. n. 3. §. 11. lud autem. col. 2153. & Sanc. lib. 4. in Decal. cap. 39. quando non n. 38. pag. 325. vt solum sit verum, quando in nullo ex Prælati maioribus ipsius Religionis exempta reperitur potestas absoluedi, aut dispensandi cum suis subditis, & absolutio, aut dispensatio est necessaria querenda extra religionem: si enim Superior immediatus, v. g. Prior, Guardianus, Præpositus, aut Rector certi Conuentus, Collegij, aut Domus religiosæ, non habeat facultatem absoluedi ab hæresi, habeat verò Prouincialis, aut Generalis, & absolutio possit haberi intra Religionem; non potest queri ab Episcopo, & extra illam de sola licentia Superioris immediati; sed est opus licentia illius, qui potest absoluerè, & cui absolutio intra Religionem est commissæ, & reseruata, vel certè ab illo ipso est danda absolutio, & non ab Episcopo: nam exemptio Monasterij, aut Religionis à potestate Episcopi, nõ est in solum fauorem cuiusque Religiosi particularis; sed in fauorè totius Religionis, aut Monasterij, vt, scilicet, Religiosi semper maneant in potestate suorum Superiorum, vt dicitur c. Luminoso. 18. q. 2. & magis ab illis dependant: & idè iuri exemptionis non potest in quolibet casu renunciare, aut cedere quilibet Superiori; sed vnusquisque solum potest in eo casu, qui est ipsi commissus; qualis tamen respectu Superioris immediati non est casus, v. g. absolutionis ab hæresi, quando hæc, vel à Papa, vel à Religione est specialiter commissæ, & reseruata soli Prouinciali, aut Generali, vt supponimus. Vnde, quauis cõmunitè possit Prælati immediatus dare facultatem suo subdito,

8. Licentia Superioris immediati aliter quando non sufficit.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

vt eligat sibi Cõfessarium, etiam extra Religionem, & Confessarius sic electus possit illud absoluerè iuxta facultates, quas ipse habet in sua diocesi; non tamen potest dare hanc facultatem in preiudicium illorum iurium, quæ tribuit exemptio Prælati superioribus, & maioribus. Et quemadmodum subditus, quando petit à suo Prælato immediato facultatem eligendi sibi Confessarium, debet simul explicare, ac petere, vt possit ab illo absolui à reseruatis ipsi Prælato immediato, si fortè illis tenetur; & alioqui absolutio ab illis esset nulla, vt communiter dicitur in materia de pœnitentiã: ita & debet petere, vt possit absolui à reseruatis Prouinciali, aut Generali, si etiam illis tenetur: & certum est, quòd Prælati immediatus id non potest concedere; & si concedat, concedit nulliter, & absolutio est nulla. Et omninò ita postulat ratio discipline religiosæ, & natura reseruationis, vt, scilicet, ille tantum Superior in illa dispenset, eaque tollat, respectu cuius est reseruatio, vel aliquis alius illo maior; nõ autem ille, qui sit minor, & alioqui inanis esset, solòque nomine reseruatio respectu Superioris maioris, si alius minor posset in illa dare licentiam suo subdito, aut sibi ipsi illam accipere, & sic eludere totam reseruationem Superioris, & Prælati maioris.

Quod tamen diximus n. 5. de licentia Superioris immediati, quòd possit aliquando adiri Episcopus, etiã sine illa, si talis Superior est impeditus, nec potest cõueniri à subdito, & in tali casu per epicheiã potest præsumi consensus ipsius Pontificis, aut Religionis; idè addunt Authores citati, Molina, & Sanc. etiam de licentia Superioris maioris: & etiam hæc potest præsumi per epicheiã, quando ille non potest adiri; & aliquando potest contingere, vt neque etiam per epicheiã sit opus præsumere, si, scilicet, ita ferat communis vsus Religionis, vt tota potestas sit penes Superiorem immediatum, & hic liberè mitrat ad Episcopum in quolibet casu.

Habita autem dicta licentia à Prælato religioso, eodem modo potest Episcopus Religiosus impedere absolutionem, aut dispensationem iuxta facultatem Concilij, quo potest illam impendere secularibus: & quemadmodum pro his absoluedis, etiam ab hæresi, potest sufficere quælibet existentia in diocesi, etiam per solum transitum, vt diximus sup. n. 1. de adueni, & iter agentibus, & pro iisdem dispensandis requiritur existentia longior, & diuturnior, vt ibi explicauimus: ita & pro absoluedis Religiosis de licentia suorum Superiorum potest sufficere eadem existentia in diocesi solum per transitum, & pro iisdem dispensandis requiritur existentia longior, vel saltem animus diutius permanendi, & existendi, vt notat Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 39. cit. n. 39.

Nec præter licentiam Prælati religiosi est opus licentia Pape, quasi exèptio sit in bonum, & in fauorem etiã ipsius Pontificis eximentis; & idè nõ possit renunciari independèter ab ipso, vt ex sententiã aliquorum Canonistarum indicauimus paulò antè n. 3. verè enim exèptio est principaliter in fauorè Religionis, & particularium Religiosorũ, vt magis sint sub potestate suorum Prælatorum, & non cogantur vagi, & non vexentur variis ordinationibus Episcoporũ, & turbètur à diuino seruitio, vt diximus ex c. Luminoso. 18. q. 2. & ex c. Religioso. de sent. excom. in 6. & cessante hoc fine, tam ipse Põtifex, quàm tota Religio tacitè cõsentit, & est cõtenta, vt Prælati ipsi Religiosi possint dispensare in exèptione, illique cedere, subòque subditos subdere Episcopis pro specialibus, & particularibus casibus, & necessitatibus suarũ animarũ.

Neque facit cõtra hoc, quòd ipsemet Pontifex c. Religioso. cit. de sent. excom. in 6. non autem Prælati Religiosus concedat Episcopo, vt possit absol-

9. Religiosi, etiam aduena, & iter agentes per aliquam diocesim, possunt absolui ab Episcopo illius diocesis iuxta facultatem Cœcilij, si habeant licentiam debitam sui Superioris.

10. Neque est opus dispensatione, aut licentia Pape.

T 2 vere

uere Monachum, si forte percipiat Clericum sacularum : & Clementina, *Cum ex. de sententia excomm.* similiter ipse Pontifex concedat Episcopis, vt auctoritate apostolica absoluant Fratres Minores, si tempore interdicti recipiant ad diuina in suis Ecclesiis Fratres, & Sorores tertij Ordinis : vt enim notat Panormit. in cap. Significasti. n. 1. de foro competenti. & Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 39. cit. n. 40. id solum est : quia tam percussio Clerici, quam illa admissio ad diuina, erat specialiter reseruata ipsi Papae, vt patet ex cap. Si quis suadente. 17. quae. 4. & ex Clementina, *Cum ex. cit. de sententia excommunicat.* & idem specialiter indigebat facultate Papae; neque aliter absolui poterat, nisi auctoritate apostolica. Et praeterea non esset mirandum, si forte Papa aliquando concederet auctoritate apostolica id, quod posset concedere Praelatus Religiosus auctoritate, & potestate sua ordinaria, cum Papa sit omnium Praelatorum, & Superiorum supremus, & semper is, qui est maior, possit id totum, quod potest minor.

Denique haec, quae diximus de Religiosis exemptis a potestate Episcopi, potiori ratione debent intelligi de Monialibus, quae sunt subiectae Episcopo, etiam si profiteantur Regulam Religionis exemptae; & de aliis quibuscunque Religiosis, si qui sint aliquando non exempti : verum enim sunt illi subditi; & vere Episcopus potest in illos exercere suas facultates, vt notat Sanc. lib. 2. in Decal. c. 11. n. 10. neque indiget licentia, aut consensu cuiusuis alterius.

De ipsis Episcopis, quibus in Tridentino committitur facultas absoluendi, & dispensandi pro suis subditis, est magna difficultas, an, & quomodo possint vti eadem facultate, etiam erga seipfos, si forte etiam ipsi illa indigeant, & incidant, verbi gratia, etiam ipsi in haeresim, aut in aliud delictum occultum, & ex illo fiant irregulares : nata ex vna parte non videntur debere esse deterioris conditionis, quam ipsi subditi, vt certe essent, si tenerentur pro absoluitone, & aut dispensatione solum recurrere ad Pontificem, vel saltem ad Metropolitanum, & Archiepiscopum, vt sup. diximus disp. praeced. n. 20. neque haberent praesens remedium intra diocesim, vt habeant subditi. Ex alia vero parte, cum facultas expressè dicatur concedi pro subditis, nec Episcopi possint esse, aut dici subditi, ipsi sibi, nulla ratione videtur concedi pro ipsis; idque videtur ex se manifestum in absoluitone ab haeresi, quae solum dicitur esse praestanda per ipsum Episcopum, & non per Vicarium : qua enim ratione non potest Episcopus se ipse absoluitone, siue a culpa, siue ab excommunicatione, & censura, cum haec absoluitio essentialiter sit actus iudicialis, & idem essentialiter requirat distinctionem personae, quae absoluit, & quae absoluitur : eadem ratione non potest pro se, vel in se exercere facultatem absoluendi ab haeresi.

Sed breuiter ex declaratione sacrae Congregationis Concilij ad c. 6. de reform. sess. 24. de quo agimus, & apud Suar. de i. o. n. disp. 30. sect. 2. n. 15. & de cens. disp. 41. sect. 2. n. 9. certum est, quod Episcopo prolapsio in aliquod delictorum, de quibus illud capitulum licitum est, ad se absoluitone, depurare proprium Confessarium eam eadem auctoritate, quam ipse potest ex eodem capitulo in suos subditos exercere. Quod si quaeras de hoc ipso Confessario ad talem absoluitonem deputato ab Episcopo, vnde habeat iurisdictionem, & facultatem eum absoluendi; & vtrum habeat ab ipso Papa, an vero etiam ab ipso Episcopo : Respondent Doctores, quod potest illum habere ab utroque : nam Suar. disp. 30. de poen. sect. 2. n. 15. cit. ex eo declarat, quod habeat a Papa, quia eo ipso, quod Episcopus de iure communi, hoc est, ex concessione Pa-

11. Moniales, quae sunt sub Episcopo, possunt ab illo absolui iuxta facultatem Concilij, si sine alia facultate.

12. Ipsi Episcopi quomodo possint absolui, aut dispensari ex facultate Concilij, si forte indigent.

pa, a quo est ius commune, potest sibi eligere Confessarium, c. fin. de poen. & remiss. & reseruatio Papalis ex ipso Tridentino sess. 24. c. 6. de reform. hoc est, similiter ex concessione, & approbatione Papae, est seclata pro Episcopo ab huiusmodi delictis occultis, merito haec non reputantur amplius, vt reseruata respectu Episcopi, sed vt comprehensa sub facultate generali eligendi ac deputandi sibi Confessarium pro absoluitone a non reseruatissimis quod tamen vtrumque solum est ex concessione Papae, cum solum sit ex concessione iuris a Papa lati, & approbati; & dum Papa c. fin. cit. de poen. & remiss. concedit Episcopis, & Praelatis, vt sine alia licentia aliorum Superiorum possint sibi eligere prouidum Confessorem, vt ibi dicitur, ne pro dilatione poenitentiae immineat periculum animarum; aperte indicat, quod per hunc Confessarium intendat prospicere dictis Episcopis, & Praelatis in iis omnibus, quae concernunt pro ipsis periculum animarum, atque adeo quod ipse Papa det illi facultatem ad absoluendum talem Praelatum, posito solum, quod ab ipso eligitur, aut deputatur in suum Confessarium. Et quod Confessarius sic electus, & deputatus a Praelato exempto recipiat facultatem non ab ipso eligente, & deputante; sed a dante priuilegium eligendi, & deputandi, hoc est, a Papa, expressè asserit Palud. in 4. dist. 3. q. 2. art. 3. dub. 2. in intro. Sanctus Antoninus part. 3. tit. 17. c. 2. §. 2. Syluest. Confessor. 2. q. 9. Maiolus de irregularitate, lib. 2. c. 2. n. 12. & lib. 5. c. 51. n. 7. Grassi. de casibus reseruatissimis, lib. 1. c. 10. n. 17. Sayr. lib. 7. q. 4. h. c. 14. n. 15. Henric. lib. 6. de poen. c. 4. n. 3. & c. 7. n. 5. & plures alij apud Sanc. lib. 8. de matr. disp. 3. n. 3.

Quod vero Confessarius sic electus, & deputatus ab Episcopo, habeat iurisdictionem ab ipso Episcopo eligente, ac deputante, ex eo declarat, & probat Sanc. lib. 8. cit. de matr. & lib. 2. in Decal. c. 11. n. 11. quia non repugnat, vt quis saltem secundario exerceat iurisdictionem in se ipsum, exercendo illam, scilicet, prius in alium, eique tribuendo, & concedendo facultatem, quam postea quasi reflectat in ipsum tribuentem, & concedentem, & quam exerceat erga ipsum : sic enim accidit in Confessario Papae, qui ab ipso Papa, quem absoluit, recipit iurisdictionem, & facultatem, vt eum absoluit. Et potest addi id, quod diximus lib. 5. de legib. disp. 48. n. 6. quod iurisdictione voluntaria, & gratuita, quae exercetur sine contentione, & non contra aliquem ius perentem, non semper requirit realem, & actualem distinctionem personarum : sed in pluribus casibus potest pro illa sufficere etiam distinctio virtualis, secundum quam vna, & eadem persona ratione diuersorum munerum, quae exercet, est quasi duplex, & duabus aequualet, vt ibi explicauimus : quia enim etiam Papa, & Episcopus, aut Praelatus, v. g. est quasi duplex virtualiter, & in quantum Papa, & Episcopus, est alius a seipso, in quantum peccator, & poenitens, & indiget absoluitone, aut dispensatione; bene potest, in quantum Papa, aut Episcopus, exercere aliquo modo iurisdictionem in se ipsum, communicando, & concedendo illam alteri, qui postea illam exerceat circa ipsum communicantem, & concedentem. Nec multum refert, si quis dicat, posse hinc inferri, quod etiam exerceat in seipsum superioritatem, sicut exerceat in alios, dum pro aliis concedit, & communicat eandem facultatem, vt possint absolui : nam, vt ibi notauimus n. 8. & 10. non est facienda vis in vocabulis; & non est quaestio nisi de nomine, si facultas, quam exerceat, appellatur vocabulo relatiuo superioritatis, vt certe appellatur, quatenus exercetur pro aliis, vel appellatur vocabulo absoluto simpliciter facultatis, & potestatis, quo modo est appellanda, quatenus exercetur in seipsum : & qua ratione Christus Do-

13. Si Episcopus inualidus obtinet Episcopatum, non potest in sui facultate Concilij.

14. Quomodo si omnes subditi possint solum absolui in foro conscientiae.

minus Praelatis Ecclesiae dedit potestatem ligandi, atque soluendi nexus, & vincula aliorum; ita & debuit relinquere modum, quo possent etiam soluere nexus proprios, & propria vincula; id est, saltem id committendo vice, ac nomine Iptius Christi, alicui alteri, vt iam diximus.

Et hoc totum est intelligendum de iis omnibus, qui in decreto Concilij, de quo agimus, veniunt appellatione Episcopi, & esset intelligendum etiam de Praelatis regularibus, qui habent propriam diocesim, & iurisdictionem quasi episcopalem; si etiam illi comprehenduntur sub illa appellatione, vt multi volunt: quod tamen probabilius negauimus disp. praecedentis, n. 23. propter declarationem sacrae Congregationis Concilij.

Sed praeterea est intelligendum solum de iis Episcopis, qui inciderunt in casus reseruatissimos, vel in censuras, aut in irregularitates post Episcopatum legitime, & valide adeptum; non autem de iis, qui Episcopatum adepti sunt nulliter, & nulliter tenent in foro conscientiae, & cum iam essent excommunicati, vel irregulares, mala fide ad illum sunt promoti; quamuis enim in tali casu valeant eorum acta pro iuris subditis, iuxta l. Barbarus. ff. de offic. Praetoris, & valide possint vti facultate Concilij quoad illos absoluitone, & dispensandos; non tamen valent pro se ipsis, neque possunt valide vti hac facultate, vt faciant ipsimet se absolui, aut dispensari per Confessarium ad id alioqui non habentem iurisdictionem, & multo minus vt faciant sibi reualidari titulum Episcopatus; & condonari fructus male perceptos, & rehabilitari ad beneficia, & ad dignitates, & c. de quibus Concilium Tridentinum non dat facultatem etiam veris Episcopis, & Episcopatum legitime obtinentibus. Et ratio est: quia dolus, & fraus nemini debet patrocinari: & idem qui se indebitè, & per dolum immisit in Episcopatum, non debet ex hoc reportare lucrum, aut commodum, quale esset, si pro se acquireret priuilegia in iure concessa veris Episcopis. Et hoc modo fuit Roma responsum de anno 1539. in sacra Poenitentia, enidam Episcopo, qui cum esset iam suspensus ob suscepcionem sacrorum Ordinum ante legitimum aetatem, & postea irregularis ob exercitium Ordinum in dicta suscepcionem, tandem obtinuit Episcopatum, & ex praesentia facultate Concilij voluit absolui, & dispensari a suo Confessario, & c. dictum enim illi est ex communi sententia Illustrissimorum Praelatorum, & Patrum doctissimorum, quod absoluitio, & dispensatio eo modo obtema non esset valida: & de nouo est illi data facultas ab ipsa sacra Poenitentia, vt posset absolui, & dispensari, eique posset conualidari titulus Episcopatus, & condonari fructus male perceptos, & rehabilitari ad beneficia, & dignitates, & c.

Quid vero sit, hos omnes subditos Episcoporum ex facultate Concilij posse ab illis absolui solum in foro conscientiae, quae erat altera pars explicanda praesenti disp. satis indicauimus sup. disp. praeced. n. 15. neque est, quod in illa pluribus immoremur: & satis est, si vnico verbo dicamus, absoluitonem ex facultate Concilij, siue praestetur in confessione sacramentali, siue extra illam, semper praestari in foro conscientiae tantum, dum ita praestatur, vt non possit suffragari in foro externo; & in hoc ita se habeat, ac si non esset simpliciter praestata. Et quamuis Concilium loquatur de absoluitone etiam in foro sacramentali, & poenitentiae, vt declarat sacra Congregatio Cardinalium, quae ibid. refertur n. 4. & satis colligitur ex aliis verbis eiusdem Concilij: Imposita poenitentia. quae ex Suar. de cens. disp. 41. sect. 2. n. 10. importat forum sacramentale: id tamen ex Sanc.

lib. 8. de matr. disp. 34. n. 29. solum est propter absoluitonem a culpa, quae non potest haberi, nisi in foro poenitentiae, & per confessionem sacramentalem; non autem propter absoluitonem ab excommunicatione, & censura, quae potest haberi etiam extra.

Imò ex eodem Sanc. lib. 2. in Decal. c. 11. n. 12. bene est aduertendum, quod verba illa, in foro conscientiae, non ponitur c. illo 6. sess. 24. pro facultate ad dispensandum in irregularitatibus; sed solum pro facultate ad absoluitonem in casibus occultis, & delictis occultis proueniens; sed solum pro facultate ad absoluitonem in casibus occultis, & delictis apostolicae reseruatissimis: & idem dispensatio potest valere etiam in foro externo, & sine restrictione ad forum conscientiae; quamuis absoluitio non possit valere, nisi in hoc, vt rectè notat Sanc. n. 2. cit. & Suar. de cens. disp. 41. sect. 2. n. 2. in fin. & Garzias de beneficiis, part. 1. cap. 10. num. 139.

Neque videtur magni facienda distinctio illa eiusdem Garzias n. 139. cit. quod aliud sit concedere Episcopis, vt absoluant in foro conscientiae; & aliud, vt absoluant quoad forum conscientiae; & illud primum importet confessionem sacramentalem; & idem sit atque in foro poenitentiae; quamuis hoc secundum stringat effectum absoluitonis, vt non valeat in foro externo: nam contra est: quia hoc ipsum esset probandum, de quo est quaestio, quod scilicet, confessio ad absoluitonem in foro conscientiae, non solum sit ad absoluitonem quoad forum conscientiae, & non quoad forum exterius, sed etiam quoad absoluitonem tantummodo in foro Poenitentiae, & in confessione sacramentali, & non extra illam; quod tamen Garzias non probat: & certum est, quod absoluitio pro solo foro conscientiae, vel quoad forum conscientiae, non praestatur in foro externo; sed solum in foro conscientiae: ac prouide Concilium, dum concessit facultatem absoluitonem pro foro conscientiae, vel quoad forum conscientiae, bene potuit dicere, quod concederet facultatem absoluitonem in foro conscientiae, cum dicta facultas ad hoc forum conscientiae possit spectare, non autem solum ad forum poenitentiae, quod est ab illo distinctum, vt sup. diximus disp. 48. n. 15.

Neque vrgent pro necessitate confessionis sacramentalis declarationes sacrae Congregationis, quas refert Garzias part. 1. c. 10. n. 139. cit. solum enim probant, quod facultas Concilij possit exerceri etiam in foro poenitentiae, & per confessionem sacramentalem; non autem probant, quod possit exerceri solum in illo, & non in foro conscientiae, prout est distinctum a foro poenitentiae, nisi forte sit exercenda pro absoluitone a culpa, quae necessario debet esse in confessione sacramentali, vt diximus paulo ante, n. 13.

Atque hoc modo verisimile est, quod si ipse Episcopus indigeat absoluitone, potest deputare suum Confessarium cum eadem auctoritate, quam ipse habet ex decreto Concilij in suos subditos; & quod in Sacramento Poenitentiae potest absoluitone forenses, & externos, qui comorantur in ciuitate, aut diocesi, & ibi percipiunt Sacramenta: haec enim, & similia, quae Garzias refert fuisse saepius declarata a sacra Congregatione, & approbata a Greg. XIII. cum non continent particula, dumtaxat, vel solum, aut tantum, non probant, quod, absolute loquedo, decretum Concilij ex declaratione sacrae Congregationis non extendatur etiam extra forum poenitentiae ad forum conscientiae, & ad omnes illius fines. Et cum forum sit omnino triplex, id est, contentiosum, poenitentiale, & quasi poenitentiale, seu medium inter vtrumque, quod etiam appellatur forum conscientiae, vt notat Praep. in c. vtrumque, & Praeterea, 2. de spons. & apud Sanc. lib. 8. de matr. disp. 34. n. 29. & Confessarius solum in foro contentioso non possit esse Iudex, possit autem in aliis duobus

15. Possunt autem dispensari etiam in foro externo.

16. Secundum aliquos non est idem, quod quis absoluitur in foro conscientiae, & quod absoluitur quoad forum conscientiae.

17. Fortè est omnino triplex, contentiosum, poenitentiale, & quasi poenitentiale, quod est medium inter vtrumque, & appellatur forum conscientiae, vt notat Praep. in c. vtrumque, & Praeterea, 2. de spons. & apud Sanc. lib. 8. de matr. disp. 34. n. 29. & Confessarius solum in foro contentioso non possit esse Iudex, possit autem in aliis duobus

foris, rectè potuit sacra Congregatio declarare, quòd facultas concessa à Concilio pro foro conscientia, possit exerceri in foro pœnitentiæ, & à Confessario; nec tamen propterea dicenda est declarasse, quòd solum in illo possit exerceri, & quòd sacra Congregatio restrinxerit forum conscientia ad solum forum pœnitentiæ, & trimembrem fori diuisionem iam allatam ex Præposito reduxerit ad solum bimembrem.

Et ex eodem principio, quòd forum conscientia latius pateat, quam forum pœnitentiæ, & non sit idem cum illo, valde probabiliter colligit Sanchez lib. 8. de matrim. disputat. 34. n. 29. quòd etiam litteræ sacrae Pœnitentiariæ, quibus committuntur discretis viris dispensationes certorum votorum, aut absolutiones à censuris, possunt executioni mandari etiam sine confessione sacramentali, & extra forum pœnitentiæ: & num. 30. idem asserit etiam de priuilegiis Religiosorum, quæ similiter habent ad absoluedum, aut dispensandum in foro conscientia; & de Bullis Cruciatæ, aut Iubilæi, quibus in dies conceduntur similes facultates absoluedi, aut dispensandi in foro conscientia. Sed hæc, & similia non sunt huius loci: & specialiter quoad priuilegia Religiosorum à multis negantur, & habent plures difficultates.

DISPUTATIO L.

De aliis limitationibus, sub quibus in Tridentino conceditur Episcopis facultas absoluedi, & dispensandi.

- 1. Dispensatio ex facultate Concilij potest concedi ab Episcopo, etiam extra diocesim.
2. Absolutio ex facultate Concilij non requirit, ut tam Episcopus, quam subditus sit in diocesi.
3. Neque ut in illa sit ipse Episcopus.
4. Neque ut sit ipse subditus.
5. Quis sit verus sensus verborum Concilij: In diocesi sua.
6. Quomodo delicta, à quibus Episcopi possunt absoluerè, aut dispensare ex facultate Concilij, debeant esse occulta.
7. Occultum in iure illud proprie dicitur, quod non potest probari in iudicio.
8. Occultum in Breuibus sacrae Pœnitentiariæ sumitur pro non publico.
9. Si casus, aut delictum, quod est occultum in vno loco, non sit occultum in alio, virum possit ab Episcopo absolui in eo loco, in quo est occultum.
10. Si quis teneatur aliquibus casibus occultis, & aliis quibus non occultis, quomodo possit absolui ex facultate Concilij.
11. Quomodo delictum dicatur deductum ad forum contentiosum.
12. Si reus absoluetur à crimine, potest crimen adhuc esse, & reputari occultum.
13. Si crimen vnius socij deferatur ad Iudicem, & fiat publicum, adhuc potest manere occultum crimen socij.
14. Si crimen in vno loco sit delatum ad forum contentiosum, non potest in vno alio loco absolui, aut dispensari.
15. Crimen, aut delictum completè indicatum, & puniuntur à Iudice, virum bene absoluetur, & dispensetur ab Episcopo.
16. Quomodo Episcopus non possit absoluerè ab hæresi per Vicarium, sed solum per se ipsum.
17. Casus reseruari papales sunt episcopales, si iure

communi concedantur Episcopis.

- 18. Inhabilitas ad beneficium, super quo est commissio simonia, non potest tolli ab Episcopo per facultatem Concilij.
19. Sed solum per priuilegia absoluedi à pœnis ecclesiasticis.



ALIA limitatio, sub qua in Tridentino sess. 24. cap. 6. cit. de reformat. conceditur Episcopis facultas absoluedi in foro conscientia quoscunque sibi subditos in casibus quibuscunque occultis, etiam Sedi apostolicæ reseruat, continetur illis verbis: In diocesi sua. Et bene est aduertendum cum Suario de censuris, disp. 41. sect. 2. n. 10. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 12. quòd hæc etiam limitatio solum additur facultati absoluedi; non autem facultati dispensandi, vt etiam paulò ante notauimus disput. precedente, in fine, de alia particula, in foro conscientia, atque ita dispensatio ex citatis Authoribus liberè potest exerceri, etiam si Episcopus, à quo exercetur, aut subditus, cum quo exercetur, vel etiam simul vterque sit extra diocesim: quia, nimirum, iurisdicctio voluntaria, ad quam illa pertinet, & quæ solum exercetur volentibus, non autem inuitis, & contradicentibus; vel etiam exercetur sine cognitione causæ, & sine depositione testium; potest exerceri etiam extra territorium, vt probat idem Sanc. lib. 3. de matrim. disp. 19. n. 8. ex Couar. lib. 3. var. c. 20. n. 8. & ex l. Omnes Praconsules ff. de offic. Praecon. & ex cap. Nouit. de officio Legat.

De facultate autem absoluedi, cui additur dicta limitatio, est difficultas, quomodo intelligi debeat, quòd ab Episcopo sit exercenda circa quoscunque sibi subditos in diocesi sua, vt habent verba Concilij, vtrum, scilicet, requiratur, quòd tam Episcopus, quam subditus, simul sint in diocesi; an verò sufficiat, quòd saltem Episcopus in illa sit, vbi quæ tandem sit subditus extra illam, vel è contrà; vtrum sufficiat, quòd subditus sit in diocesi, vbi quæ tandem existat Episcopus extra illam. Neque est difficultas ex ipsa natura absoluedionis, quasi hæc non possit dari pro foro conscientia, & per iurisdictionem voluntariam extra diocesim, & ab absente, & in absentem, cum ex communi sententia absolutio ab excommunicatione quacunque non requirit presentiam; sed validè, & licitè possit conferri etiam in absentem, vt communiter dicitur in materia de censuris. Sed difficultas solum est ex decreto, & verbis Concilij, quæ videntur determinare territorium; & facultatem absoluedi videntur restringere ad solos fines diocesis Episcopi absoluetis, vel subditorum, qui absoluetur, vel vtrorunque, vt indicauimus.

Sed hoc postremum, quòd tam Episcopus, qui absoluit, quam subditus, qui absoluitur, debeant simul esse in diocesi, ex eo reuocatur Suar. de censuris, disp. 41. sect. 2. n. 11. in fin. & Sanc. lib. 2. in Decal. c. 11. n. 15. quia verba Concilij id non significant: neque concessio gratuita est restringenda plusquam cogant ipsa verba: dum enim asserunt, quòd Episcopus possit absoluerè sibi subditos in diocesi sua; satis est, si intelligantur ad summum de altero; non autem cogunt, vt intelligantur simul de vtriusque.

Quòd verò neque etiam requiratur, vt ipse Episcopus sit in diocesi, vt vult Henricus lib. 14. de irreg. c. 20. n. 5. & Rodrig. in summa, tomo 2. cap. 69. n. 1. in fine, expressè habet idem Suar. num. 11. cit. & tomo 4. de pœnit. disput. 30. sect. 2. n. 3. in fin. & Sanc. c. 11. cit. n. 16. & aliqui alij apud ipsum. Et suadet ex eo: quia iurisdicctio voluntaria, ad quam pertinet absolutio, iure ipso communi potest exerceri

Dispensatio ex facultate Concilij potest concedi ab Episcopo etiam extra diocesim.

Absolutio ex facultate Concilij non requirit, ut tam Episcopus, quam subditus sit in diocesi.

Neque ut in illa sit ipse Episcopus.

extra territorium, vt iam indicauimus: & nulla est ratio, quare Concilium pro hac absolutione debuerit derogare huic iuri communi: neque vllum est verbum, quòd nos cogat asserere, derogasse de facto, vt mox constabit ex magis probabili interpretatione illius particulae, in diocesi sua.

Denique quòd neque etiam requiritur, vt ipse subditus, qui absoluitur, sit in diocesi, vt vult Suar. locis citatis; sed possit absolui, etiam si tam ipse, quam Episcopus sit extra diocesim, ex eo probat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. cit. n. 17. quia similiter iurisdicctio voluntaria, tam ex parte Superioris, tam exercentis, quam ex parte subditi, in quem exercet, potest liberè, & licitè exerceri extra territorium. Neque est ratio, quare Concilium debuerit derogare, aut derogari de facto huic iuri communi: & verba illa, in diocesi sua, rationabiliter explicantur, si dicamus, solum apponi ad subditos ipsos determinandos, ac declarandos, pro quibus datur facultas; & sensum esse, quòd Episcopus liceat absoluerè quoscunque delinquentes sibi subditos in diocesi sua; id est, quòd eos omnes possit, ac debeant quoad huiusmodi absolutionem reputare, vt sibi subditos, quos habuerit aliquo modo in sua diocesi, vt etiam ex Suar. disp. 30. de pœnit. sect. 2. n. 3. cit. indicauimus supra, disp. 49. n. 1. Si autem verba Concilij hunc sensum, & hanc interpretationem admittunt, vt rationabilem; non est, quòd illa trahamus ad derogandum iuri communi, & ad facultatem tam fauorabilem restringendam: & negari non potest, quin hæc sententia sit valde probabilis.

Neque ut sit ipse subditus.

Quis sit verus sensus verborum Concilij, in diocesi sua.

ALIA limitatio, sub qua Concilium concedit Episcopis facultatem dispensandi in irregularitatibus, & suspensionibus, est, quòd dictæ irregularitates, & suspensiones proueniant ex delicto occulto: & sub eadem etiam concedit facultatem absoluedi delinquentes, dum ait, eos posse absoluerè in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi apostolicæ reseruat. Et breuiter ex declaratione sacrae Congregationis Cardinalium apud Garziam de benefic. part. 7. cap. 11. n. 47. pag. 82. occultum debet accipi, prout opponitur probabili, id est, illi, quod in iudicio probari non potest, & caret testibus: & hac de causa ab aliis dicitur occultum per accidens: debent enim verba Concilij intelligi secundum terminos iuris, & secundum proprietatem; secundum quam tamen illud proprie est occultum, quòd probari non potest, & soli Deo reseruetur iudicandum, vt notat Panorm. in cap. Vltra. n. 10. de cohabit. Cler. & probat ex cap. Erubescant. dist. 32. vbi dicitur, secretorum, id est, occultorum cognitor, & Iudex esse Deus: & ex cap. Si omnia. 6. q. 1. vbi dicitur, quòd diuina iudicia locum non habent, si omnia in hoc sæculo vindicata essent: quia, scilicet, neque etiam occulta illi reseruentur, vt notat ibi Glossa, verbo, si omnia. Atque hoc modo ex alia declaratione eiusdem sacrae Congregationis apud eundem Garziam eodem n. 47. qui est absolutus, vel dispensatus à proprio Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus; quòd tamen non fuit notorium; non est tutus in conscientia: quia Concilium vtiur termino occulto, quod, proprie loquendo, illud dicitur, quod probari non potest, cap. Vltra. de cohabit. Cler.

Quomodo delicta, à quibus Episcopi possunt absoluerè, aut dispensare ex facultate Concilij, debeant esse occulta.

Occultum in iure illud proprie dicitur, quod non potest probari in iudicio.

cuiuscunque alterius, in qua saltem sint decem personæ, vt patet ex cap. Quis aliquando. §. Hac autem in iudicio. tem secreta, de pœnit. distinct. 1. & ex cap. 2. de Apostatis, vbi ministerium Acolythi iuuantis rebaptizantem, dicitur posse esse occultum, etiam si necessariò esse debeat coram pluribus; id est, coram ipso rebaptizante & coram rebaptizato, & fortasse etiam coram patrino, & testibus: & sic notat etiam Nauar. in Man. cap. 27. n. 255. & Sylu. verb. Manifestum. & verb. Notorium. n. 4. & verb. Oculum. vbi etiam citat Panorm. in cap. Ex litterarum. de temp. ordinar. hæc tamen acceptio est minus propria, quam illa prior, & ex declaratione citata sacrae Congregationis secundum illam debent intelligi verba Concilij de delictis occultis; non autem secundum hanc. Et ex Doctoribus hoc eodem modo interpretantur dictum decretum Garzias de benefic. part. 1. cap. 11. n. 47. cit. Graff. in decis. lib. 1. cap. 13. n. 45. Gutierrez in quest. canon. lib. 1. cap. 13. n. 27. & aliqui alij apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 19.

Et propter hanc declarationem sacrae Congregationis, minus tuta, saltem in praxi, secundum Authores citatos, censeri debet sententia alia, quæ alioqui est plurimum, & maximorum Doctorum, & ex se est maximè rationalis, quòd occultum in dicto decreto debeat accipi, prout opponitur publico, id est, pro illo, quod quauis sciatur ab aliquibus; non est tamen notorium per certam scientiam maioris partis Communis; neque est manifestum per communem famam eiusdem maioris partis ortam ex pluribus certò illud scientibus; neque est famosum per eandem communem famam eiusdem maioris partis, ortam tantum ex vno, certò illud sciente, vel ex indicis, & præsumptionibus illi æquiualentibus, quomodo id interpretatur Nauar. in Man. cap. 27. n. 255. Maiolus de irregularitate, lib. 5. cap. 51. n. 4. Molin. tract. 3. disp. 79. n. 8. Henricus lib. 1. 4. de irregularitate, cap. 20. n. 4. Tolet. lib. 1. cap. 89. n. 5. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 10. quest. 9. Suar. de pœnit. disp. 30. sect. 2. n. 2. & de censur. disp. 41. sect. 2. n. 6. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 37. n. 11. & lib. 8. disp. 34. n. 55. & lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 19. & seqq. Sayr. lib. 4. thes. cap. 17. n. 21. & lib. 7. cap. 13. n. 12. Layman. lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 9. n. 4. Reginal. lib. 30. n. 30. Auila de censuris, part. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 12. concl. 2. & part. 7. disp. 10. dub. 6. Rodrig. in questionibus regular. tom. 1. quest. 24. art. 11. & alij apud Garziam part. 7. cap. 11. cit. n. 45. & apud Barbofam in remiss. ad Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. verb. Ex delicto occulto. Et pro hac interpretatione multum facit idem Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. de reformat. vbi agens de homicida voluntario non admittendo vnquam ad Ordines, vel ad beneficia ecclesiastica, ait, id debere intelligi, etiam si tale crimen, nec ordine iudiciario sit probatum, nec alia ratione sit publicum; sed sit occultum: per quam particulam aduersariam, sed, clarè apparet, quòd sumat occultum, prout aduersatur, & opponitur publico. Qua verò ratione sumit ibi occultum, prout contradistinguitur à publico, & ipsimum Concilium clarè se explicat, quòd ita sumat: eadem ratione videtur posse, ac debere explicari hoc alio loco sessionis 24. cap. 6. de reformat. vbi concedit, vt Episcopi possint absoluerè, & dispensare in casibus, aut delictis occultis. Et rectè potest intelligi, quòd concedat, posse absoluerè, & dispensare à non publicis, siue sint probabilia, & aliquibus cognita, siue sint omninò occulta, & nulli cognita, nisi Deo. Et ratio videtur esse: quia

per hoc solum, quod casus, & delicta sint hoc modo occulta; hoc est, non publica, satis consilium...

Et recte potest eum Toledo lib. v. cap. 89. n. 5. & Suariorum de censuris, de censuris, hoc idem colligitur ex ipsius verbis Concilij eadem sess. 24. & cap. 6. de reformatione...

8. Occultum in rebus factis penitentiarum non publicis...

Et propter has rationes, & propter communem sententiam tot, & tantorum Doctorum, quos jam petulimus, non modo potest admitti, quod occulta accipiantur pro non publicis...

9. Sequendo autem hanc sententiam, quod casus,

vel delictum occultum sit illud, quod non est publicum; si contingat, casum aliquem, aut delictum esse publicum in vno loco, & non in alio...

Contra vero, posse concedi absolutionem, aut dispensationem; affirmant Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 20. & Auila de censuris, part. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 11. conclus. 3. & apud vtrumque plurimum doctissimi Salmanticae consulti...

Sed negari non potest, quin prior sententia sit probabilior, & tutior; siquidem Concilium absolute, & simpliciter loquitur de occulto, vel de non publico...

Si casus, aut delictum, quod est occultum in vno loco, non sit occultum in alio; utrum possit ab Episcopo absolui in eo loco, in quo est occultum.

10. Quis teneatur aliquibus casibus occultis, & aliquibus non occultis, quomodo possit absolui ex facultate Concilij.

11. Quomodo delictum occultum ad forum contentiosum.

blicum; & sic admirationem aliis faceret: quae tamen duo, id est, observatio disciplinae ecclesiasticae, & scandalorum vitatio, videntur praecipue fuisse intentata a Concilio...

Quid vero sit faciendum, si quis teneatur pluribus casibus, aut delictis, & eorum aliqua sint occulta, & aliqua non occulta; potest videri in re simili apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 12. num. 9. & facile potest intelligi ex iis, quae communiter dicuntur in materia de casibus reservatis...

Debent vero haec, quae diximus de delicto occulto, maxime intelligi de occulto in ratione delicti; non autem solum in ratione facti alterius materialis; si enim Diaconus, verbi gratia, solemniter baptizet sine legitima facultate, aut licentia sibi facta...

Pro facultate dispensandi in irregularitatibus, & suspensionibus, simul cum hac limitatione, quod sint provenientes ex delicto occulto, ponitur praeterea in decreto Concilij sess. 24. cap. 6. de reformatione...

Decal. cap. 11. num. 21. Et potest haec limitatio etiam intelligi pro facultate absolvendi, cum eo ipso, quod delictum est deductum ad forum contentiosum, euadat publicum, & desinat esse occultum...

Parum autem refert, siue delatio fuerit iusta, siue iniusta; & siue crimen fuerit postea plene probatum per duos testes, aut per confessionem ipsius rei, siue solum semiplene, & tantum per unum testem...

Atque hoc est probabilius, quam quod habet Garzias de beneficiis part. 7. cap. 11. num. 50. quod sufficiat

12. Si veni absoluat a crimine, potest crimen adhibere esse, & repulsi occul-tum.

sufficiat sola deductio ad forum contentiosum, ad hoc vt Episcopus non possit dispensare, siue postea secuta sit absolutio, siue non: quia Concilium absolute excipit, quæ sunt deducta. Rectè tamen addit idem Garzias n. 51. absolutionem delicti habitam in iudicio posse suffragari pro secunda parte decreti Concilij, id est, pro absolutione a casibus occultis referuatis Sedi apostolicæ: quia pro his non ponitur exceptio, quòd non debeant esse deducta ad forum contentiosum: & idèd benè possunt absolui ex facultate Concilij, si forte contingat, vt sint deducta, & postea sint absoluta: quia, quanuis per deductionem euaserint publica; per absolutionem tamen iterum redierunt ad esse occultum, & quando absoluantur, sunt verè occulta.

Quod verò addit Suar. n. 6. cit. in fine, requiri præterea, vt delictum, nec plenè, nec semiplenè sit probatum in iudicio, & vt reus idèd absoluitur, quia nullo modo est probatus reus, & alioqui delictum non reduci sufficienter ad statum occultum, cum etiam semiplena probatio generet de illo notitiam aliquam, & infamiam publicam, quanuis imperfectam; minùs placet Sanchez lib. 8. de matrim. disput. 34. n. 57. cit. quia, immo modo per sententiam, siue definitiuam, siue interlocutoriam, absoluitur reus, semper iudicium terminatur; & eo ipso, quòd delictum manet non probatum, & vt tale declaratur per sententiam, tollitur ea infamia, quæ poterat de illo oriri ex delatione, & tota res reducitur ad statum pristinum, in quo erat prius, cum per notitiam publicam nihil noui de illa sit habitum, & indicia, quæ forte crimen semiplenè probauerant, satis fuerint euacuata, & purgata. Secus verò esset, si crimen semiplenè probatum puniretur pœna extraordinaria, vel iudicium relinqueretur interminatam, & quasi suspensum: quia in tali casu per delationem, & discussionem, & probationem etiam semiplenam, & per sententiam, & punctionem extraordinariam verè fieret publicum; & nihil esset, per quod reduceretur ad statum pristinum, & iterum fieret occultum.

13. Similiter, si duo sunt focij eiusdem criminis, & vnus tantum deferatur ad Iudicem, crimen alterius rectè potest censerì occultum, & dispensari ab Episcopo, vt notat Nau. conf. 2. de sent. & re iudic. lib. 2. pag. mibi. 97. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 21. & Bonac. de censur. disp. 1. quæst. 2. puncto 2. n. 2. quia res in alios acta non debet aliis præiudicare, L. 1. C. Res inter alias acta. & reuertitur quanuis crimen vnus focij factum sit publicum, adhuc potest crimen confocij manere occultum.

14. Si verò crimen in vno loco sit deductum, & delatum ad Iudicem, non potest reus, & criminofus absolui ex facultate Concilij in quocunque alio loco ex eodem Sanchez eodem n. 21. quia, dum Concilium absolute postulat, vt non sit deductum ad forum contentiosum, omninò postulat, vt in nullo loco sit deductum, vt etiam explicauimus paulò ante n. 9. de alio simili, quando casus, aut delictum, quod est publicum in vno loco, est occultum in alio, & ibi postulat absolui, aut dispensari.

15. Denique, si delictum non modò sit deductum ad forum contentiosum, sed etiam in illo sit plenè probatum, & per sententiam, & executionem sententiæ sit iustè punitum, non est censendum contineri, vel comprehendi amplius sub exceptione eorum, quæ sunt delata ad forum contentiosum, & de quibus hic loquimur. Ita Sanchez lib. 8. de matrim. disput. 34. n. 57. & 58. & lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 21. vers. Sed quid. Reginal. in praxi, lib. 30. tr. 2. n. 29. vers. Sextum est. Henriq. lib. 14. de irregular. c. 7.

n. 5. Anila de censuris, part. 7. disp. 10. dub. 7. Maxibola in remissionibus ad cap. 6. de reformat. sess. 24. verb. Ad forum contentiosum. §. Vtrum si delictum. & plures alij Theologi de hoc consulti apud Sanchez loco citato, quia intentum Concilij in excipiendis delictis, quæ essent deducta ad forum contentiosum; solum fuit, ne turbaretur iurisdicção fori, & Iudicis, ad quem essent deducta, & ne daretur occasio scandali, & ne laxaretur rigor ecclesiasticæ disciplinæ per hoc, quòd facile dispensarentur, vel absoluerentur delicta publica, ac proinde illa solum deducta censerì debent fuisse comprehensa sub exceptione, quæ possent turbare iurisdictionem Iudicis, aut aliis parere scandalum, & admirationem, vel laxare rigorem ecclesiasticæ disciplinæ; qualia tamen non sunt delicta iam iudicata, & iam punita. Atque hoc ex eo potest videri rationabilius, quam oppositum, quod docet Guttier. in quæst. canon. lib. 1. cap. 3. ad finem, & Rodriq. in Summa, tom. 1. cap. 168. in fine: quia possumus dicere, quòd exceptio Concilij est intelligenda quasi formaliter de deductis ad forum contentiosum, id est, in quantum, & quandiu sunt, & manent deducta, vt loquitur Henriq. n. 5. cit. sicut & intelligitur quasi formaliter concessio de occultis, id est, in quantum, & quandiu sunt, & manent occulta: cum enim per sententiam, & per executionem sententiæ sit iam completum, & vltimò perfectum iudicium, non potest amplius dici, quòd delictum adhuc sit in foro Iudicis, vel adhuc in illo maneat, & quasi detineatur; sed potius debet dici, quòd iam sit extra illud.

Et negari non potest, quin hoc totum sit dictum rationabiliter, si intelligatur de iis deductis ad forum contentiosum, quæ ante sententiam, & executionem sententiæ continebantur sub exceptione à generali concessione, de qua loquimur: quia enim concessio, & facultas Concilij est solum pro delictis occultis; & exceptio, quæ subditur, est pro iis occultis, quæ sunt deducta ad forum contentiosum; de his ipsis occultis deductis, & non de aliis ex se publicis, debet intelligi doctrina allata, quòd quando iam sunt punita à Iudice, possint etiam dispensari, aut absolui ab Episcopis iuxta facultatem Concilij: siquidem, tanquam occulta, erant prius verè concessa; & deinde per executionem sententiæ, & per inflictionem pœnæ deserunt esse amplius in foro contentioso, & contineri sub exceptione. At verò, si loquamur de iis delictis, quæ ab initio fuerunt publica, & per consequens nunquam fuerunt comprehensa sub concessione Concilij, quæ est de occultis, siue postea fuerint deducta ad Iudicem, & benè probata, & iustè punita, siue non, certum videtur, quòd non possint ex facultate Concilij dispensari ab Episcopis, aut absolui, cum facultas non sit de publicis, sed de occultis; & quæ sunt publica, semper manent sub prima referuatione ad Sedem apostolicam; & nunquam cadant sub concessione, aut dispensationem Concilij. Et fortasse in hoc sensu, & de his deductis, & iam punitis potest admitti, quod iam retulimus ex Guttier. & ex Rodriquez locis citatis, quanquam ipsi expressè loquantur etiam de occultis, quando similiter sunt iam punita à Iudice. Quòd si contingat delictum deferri ad forum contentiosum, postquam ab Episcopo est dispensatum, aut absolutum; non propterea censenda est irritari, aut inualidari dispensatio, vel absolutio præstita; sed adhuc manet in sua validitate quoad forum conscientiarum; quanuis nihil suffragetur quoad forum exterius, & in illo adhuc possit delictum cognosci, & iudicari, perinde ac

si ab Episcopo non esset cognitum, aut dispensatum, vel absolutum, vt notat Tolerus lib. 1. cap. 89. n. 5. & Garzias de beneficio, part. 7. cap. 11. n. 52. pag. 82. col. 1. in fine.

16. Quomodo Episcopus non possit absolue ab heresi per Vicarium, sed solum per seipsum.

Potremò est explicanda vltima limitatio, quæ specialiter additur pro absolutione ab heresi, quando dicitur eodem cap. 6. de reformat. sess. 24. idem permitti in crimine heresis pro eodem foro conciliariæ; sed permitti ipsis Episcopis tantum, non autem eorum Vicariis: cum enim generaliter pro casibus occultis, & Sedi apostolicæ referuatis esset ibi concessa absolutio, & dispensatio, tam præstant ad ipsos Episcopos, quam per Vicarium ad id specialiter deputandum, statim pro casu heresis limitatur hæc concessio, vt absolutio ab heresi solum præstetur per ipsos Episcopos, non autem per Vicarios.

Et circa hanc limitationem est duplex sententiâ. Quidam enim asserunt, per illam excludi eos tantum Vicarios, qui possunt specialiter deputari pro casibus occultis, & simul deputantur cum generalitate circa eosdem: ita, scilicet, vt deputatio sit specialis pro genere ipso casuum occultorum; & siue alioqui sint Vicarij generales, generaliter deputati ad alia omnia, siue non sint deputati ad alia; sint tamen specialiter deputati ad genus ipsum casus occultis, iuxta facultatem Concilij: & idèd quoties occurrunt huiusmodi casus, semper possint illos absoluerè, aut dispensare, neque indigeant deputacione alia magis speciali pro singulis casibus dicti generis: non verò excludi illos Vicarios, qui solum deputantur specialiter pro singulis casibus, quando occurrunt in genere heresis, & nunquam deputantur generaliter ad genus ipsum huiusmodi casuum, id est, ad heresim. Ita Nauar. conf. 1. de consuet. quæst. vlt. n. 89. lib. 1. & conf. 11. de priuileg. quæst. 2. & 3. lib. 5. Corduben. in Summa, quæst. 8. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 10. quæst. 11. Henriq. lib. 6. de pœnit. c. 14. n. 7. Rodriq. in quæstion. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 11. & in Summa, part. 1. cap. 131. n. 5. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 40. n. 17. in fine, & lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 23. & alij apud illum. Et ratio est: quia, cum facultas absoluedi à casu heresis, quando est occultus, committatur in Tridentino dignitati, & gradui episcopali; censenda omninò est esse ordinaria, non autem delegata, & idèd esse delegabilis etiam alteri, quantum est ex iure communi; & nisi obstarèt dicta limitatio eiusdem Concilij, quæ statim subditur: hæc autem limitatio omninò est intelligenda, vt quam minimè potest, dicatur derogare iuri communi; & idèd vt solum excludat deputacionem Vicarij, quæ sit specialis ad casum heresis; sed cum generalitate ad ipsum genus huiusmodi casuum; non autem illam, quæ omni modo sit specialis, & solum pro singulis casibus dicti generis; non autem pro ipso genere singulorum.

Contrà verò alij asserunt, per dictam limitationem excludi simpliciter omnes Vicarios, & facultatem concedi Episcopis, vt ipsimet per se ipsos tantummodo illam exercent; non autem committant vlli alteri exercendam. Ita Garzias de beneficio, part. 11. cap. 10. n. 113. Simanchas de cathol. instr. tit. 3. n. 6. Guttier. in canon. quæst. lib. 1. cap. 13. n. 29. Ledesma in Summa, tom. 2. tract. 1. cap. 6. post 20. conclus. diffinili. 6. Suar. de pœnit. disp. 30. sect. 2. n. 9. & 15. & tract. de fide, disp. 21. sect. 2. n. 8. Et ratio est: quia, vt constat ex ipsis verbis Concilij, eos Vicarios prohibentur Episcopi specialiter deputare in crimine heresis, quos permittuntur specialiter deputare in aliis casibus ibi concessis: ergo, sicut in illis permittuntur specialiter

deputare quoscunque Vicarios, & tam pro genere ipso casus occultis, quam pro singulis casibus dicti generis; ita & in crimine heresis prohibentur specialiter deputare quoscunque, & tam pro genere ipso occultæ heresis, quam pro singulis dicti generis. Vnde & expressè addunt casus heresis non permitti, nisi tantum Episcopis; & numero multitudinis expressè excludunt eorum Vicarios, id est, omnes, & quicunque tandem illi sint, & siue sint specialiter deputati ad ipsum genus criminis heresis, siue solum ad singula dicti generis.

Quauis autem prima sententiâ propter auctoritatem tantorum Doctorum non sit improbabilius certum tamen videtur, quòd hæc secunda sit probabilior, & conformior verbis, & intentioni Concilij; & per consequens etiam tutior: quia enim negotium fidei in Ecclesia est grauissimum, meritò heresis committitur solis Episcopis, & posituè negatur omnibus aliis: & idèd casu heresis occurrente, omninò est recurrendum ad ipsum Episcopum, & hic non debet rem totam committere Confessario, & hic non debet rem totam committere Confessario, aut cuiuscunque alteri, eique relinquere informationem facti, & circumstantiarum, sicut posset in aliis casibus sibi concessis; sed debet ipsemet per seipsum audire informationem, & circumstantias casus, & providere de opportuno remedio, & designare penitentiam salutarem, & absoluerè saltem à censura, & excommunicatione, siue sit presens is, qui absoluitur, siue sit absens; & sic aufere referuationem, & relinquere absolutionem culpæ cuiuscunque alteri Confessario approbato; idque totum facillimè potest semper præstari ab Episcopo; neque vnquam potest contingere necessitas delegandi alicui alteri potestatem pro tali absolutione ab heresi; siue persona, quæ est absolueda, possit se præsentare, & comparere coram Episcopo; siue non possit, vt, verbi gratia, propter nimiam distantiam, vel propter infirmitatem, vel propter clausuram, aut aliquid simile; & siue ipse Episcopus possit se ad illam transferre, siue non possit: & idèd Concilium satis prouidit necessitatibus animarum, concedendo solis Episcopis dictam facultatem, illique negando, vt possint eam committere, aut delegare cuiuscunque alteri: siquidem absolutione, potest per se, vel per alium, voce, vel scripto informare Episcopum de sua indigentia, & ab illo etiam absente recipere beneficium absolutionis, vt diximus. Et per hæc etiam patet, quomodo sint intelligenda, & admittenda ea, quæ diximus supra disput. 48. n. 21. & 22. de Capitulo, Sede vacante, quoad facultatem absoluedi ab heresi: si enim potest ab illa absoluerè, per seipsum debet absoluerè, & non per Vicarium, id est, ipsummet Capitulum debet per se ipsum audire informationem, & circumstantias casus; & per seipsum decernere de tollenda referuatione per absolutionem censure, & illam de facto tollere, & censuram de facto absoluerè scripto, aut voce Vicarij, tanquam instrumenti ad id electi, ac deputati, & solum id facientis in virtute Capituli, tanquam agentis principalis, vt etiam ibi diximus communiter fieri in Tribunali, aut Consistorio sanctæ Inquisitionis.

Atque hæc de limitationibus, sub quibus in Tridentino sess. 24. cap. 6. de reformat. conceditur Episcopis facultas absoluedi in casibus quibuscunque occultis, Sedi apostolicæ referuatis, & non deductis ad forum contentiosum. Et quia huiusmodi concessio iam comperit Episcopis iure ordinario, & perpetuò annexo dignitati episcopali; non auctem ex speciali delegatione facta huic, aut illi Episcopo;

17. Casus referuati papales sunt episcopales, si iure communi concedantur Episcopis.

scopo, merito facit, ut huiusmodi casus, quando sunt occulti, & non deducti ad forum contentiosum, non sint amplius casus papales: sed sint facti episcopales, ut bene notat Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 54. num. 27. pag. 382. in 110.

18. Inhabilitas ad beneficia super quo est commissio simonia, non potest tolli ab Episcopo per facultatem Concilij.

Postremo, si queratur, quomodo sit accipienda suspensio, & irregularitas, & casus occultus, a quibus absolucndi, & dispensandi datur in Tridentino facultas Episcopis sub conditionibus, & limitationibus iam explicatis; & utrum inhabilitates poenales ad beneficia, verbi gratia, quae incuruntur per simoniam, saltem utrinque perfectam, & consummatam, debeant accipi, ut suspensiones a beneficiis, & ut irregularitates, & impedimenta canonica, vel absolute, ut casus; & idem cadant sub facultatem Episcopii, quando sunt occultae, & non deductae ad forum contentiosum. Affirmatiue respondet Henriquez lib. 3. cap. 1. num. 3. pag. 763. & cap. 56. n. 1. pag. 834. & satis probabile putat Lessi lib. 2. cap. 35. num. 140. ag. 445. & aliqui alij apud ipsos. Vnde & addunt, nusquam legi in Iure, quod huiusmodi inhabilitates sint reueratae soli Pontifici. Sed oppositum est multo verius, & probabilius; & asseritur communiter a Doctoribus in cap. Si alicuius de elect. & in cap. Si simoniace de simon. ut notat Suar. lib. 4. de simon. cap. 61. num. 10. pag. 660. nam cap. Si alicuius cit. solum conceditur, ut Episcopus possit habilitare aliquem ad beneficium simplex, quando super illo est commissio simonia ipso inficio, & non consentiente; non autem si crimini fuit consentiens ipse habilitandus. Et pro habilitando ad Ordines idem habetur c. Si simoniace. cit. ergo huiusmodi habilitatio est manifeste in Iure reuerata Pontifici, & negata Episcopis. Neque opposita inhabilitas potest dici suspensio, cum non sit censura; & si violatur, non inducat irregularitatem. Neque potest dici irregularitas, cum non prohibeat susceptionem, aut exercitium Ordinum; neque casus occultus, cum non sit peccatum; sed solum poena ecclesiastica ex peccato promerens, & ideo non potest rationabiliter dici, quod sit comprehensa in facultate Concilij; sed ad summum non potest absolui, aut dispensari, nisi ex privilegio, quod habent Ordines mendicantes, ut possint in foro conscientiae absolui a quibuscunque peccatis, etiam Sedi apostolicae reueratae, & a quibuscunque sententiis, censuris, & poenis ecclesiasticis, ut notat Henriquez cap. 56. in littera I, in comment.

19. Soli solum per privilegia absolui: & si a poenis ecclesiasticis.

DISPUTATIO LI.

Utrum facultas absoluendi a casibus occultis, & specialiter ab haeresi, reuocetur quotannis in Bulla Cœnae pro casibus in illa contentis.

- 1. Bulla Cœnae dixerunt Pontificum dederunt causam questioni de reuocatione facultatis Concilij.
2. Ex multorum sententia per Bullam Cœnae quotannis reuocatur facultas Concilij.
3. Concilio Tridentino potest derogari per Bullas pontificias, etiam si de illo non fiat expressa mentio.
4. Ex sententia aliorum non reuocatur quotannis per Bullam Cœnae facultas Concilij.
5. Quomodo hac secunda sententia possit dici probabilis.
6. Quomodo clausula in fine posita referatur ad

- omnia precedentia.
7. An, & quomodo facultas Concilij habeat locum in casibus reueratis post ipsum Concilium.
8. Quomodo dicatur, quod lex quotidie loquitur, & semper disponit.
9. An, & quomodo Inquisitores possint absolui ab haeresi in foro conscientiae tantum.
10. Rationes pro parte negatiua.
11. Qui sint Authores pro parte negatiua.
12. Contra verò, qui sint pro parte affirmatiua.
13. Quomodo possit conciliari utraque sententia.
14. Inquisitores possunt remittere pro foro penitentia ad alios Confessarios.
15. Si Haereticus fidei deponat haeresim apud Inquisitores, & non ex animo conuertatur; inualida est absolutio ab Inquisitoribus praesita.
16. Et postea quando ex animo respicit, debet iterum absolui: sed non est necessaria solennitas Notarij.
17. Si Haereticus aliquas tantum haereses Inquisitori exponat, non autem omnes, utrum sit valida absolutio.
18. Facultates, & privilegia Religiosorum pro absolute ab haeresi, & a casibus Bulla, utrum sint reuocata per eandem Bullam.

1. R A T I O dubitandi est, quia Pius V. & Gregorius XII in suis Bullis, quas de more promulgauerunt in die Cœnae Domini, ita reueratae Sedi apostolicae absolutionem eorum casuum, quos in illis damnauerunt, ut expressè addiderunt, à nullo alio eos posse absolui praetextu quarumvis facultatum, & indultorum, quae sint concessa per Sedem apostolicam, verbo, aut litteris, vel scriptura quacunque, aut per decreta cuiusvis Concilij in genere, vel in specie, quibusvis personis ecclesiasticis, aut saecularibus, etiam episcopali, vel alia maiori dignitate praeditis, & c. ut refert Nauar. in Man. cap. 27. num. 72. ac proinde dum derogatur decretis cuiusvis Concilij, & facultatibus, & indultis, quae sint concessa etiam Episcopis, expressè derogatur decreto Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. de reform. & facultati Episcoporum, quae ibi conceditur pro absoluendis casibus occultis Sedi apostolicae reueratis, & specialiter pro absoluendo casu haeresis, quando hic etiam est occultus. Et hanc fuisse mentem dictorum Pontificum, ut Episcopi non possent amplius absolui a dictis casibus, & quoad illos esset derogatum decreto Concilij, dicuntur ipsimet Pontifices declarasse, ut refert Nau. cap. 27. n. 260. §. Septimo dicitur: & n. 275. & saepius hoc idem est definitum in Tribunali sanctae generalis Inquisitionis, ut refert Pegna in Directorium Inquisitorum, part. 3. com. 141. post quest. 92. & in Congregatione Cardinalium super Concilium, ut refert Nau. conf. 11. de priuil. n. 1. & Azor. part. 1. lib. 8. cap. 10. §. 10. & cap. 19. qu. 3. & videre est apud Garziam de benef. part. 11. n. 10. n. 119. pag. 343. & apud Barbof. in Remiss. ad cap. 6. de reformat. sess. 24. in fine pag. mibi 436. Postea verò Sixtus V. & Clemen. VIII. apud eundem Garziam n. 126. dicuntur in suis Bullis aliter explicasse reuerationem illorum casuum, & reuocationem facultatum, & indultorum aliam concessorum, dum addiderunt, quod nemo posset ab illis absolui praetextu facultatum, & indultorum: Nisi in eis casibus praesentibus litteris expressè comprehendantur: quia enim in decreto Concilij specialiter, & expressè comprehenditur casus haeresis, non potest per dictas Bullas esse derogatum facultati Concilij quoad illum absoluendum, & per consequens

1. Bulla Cœnae dixerunt Pontificum dederunt causam questioni de reuocatione facultatis Concilij.

2. Ex multorum sententia per Bullam Cœnae quotannis reuocatur facultas Concilij.

3. Concilio Tridentino potest derogari per Bullas pontificias, etiam si de illo non fiat expressa mentio.

quens neque quoad absoluendos alios casus occultos eundem Bullae, quae sunt facultatis absolutionis, quam casus haeresis, ac proinde per dictas Bullas horum Pontificum videtur iterum reuixisse decretum Concilij, & facultas per illud concessa, & declarationes tam ipsorum Pontificum, quam generalis Inquisitionis, & Congregationis Concilij vim amississe.

Quia tamen alij Pontifices, successores in suis Bullis iterum omiserunt huiusmodi limitationem: Nisi in facultatibus, & indultis comprehendantur casus expressè in Bulla Cœnae, & iterum absolute prohibuerunt casus illos absolui per quacunque facultates, aut indulta etiam concessa per decreta cuiusvis Concilij, ut patet ex Bullis Pauli V. & Urbani VIII. deo redit quaerit de reuocatione facultatis Concilij, & videtur iterum reuocare declarationes allatae. Et reuertit per dictas Bullas reuocari quotannis dictam facultatem, neque amplius posse ab Episcopis usurpari pro casibus occultis in Bulla expressis, expressè docent Pegna in Direct. Inquisit. part. 3. com. 141. cit. Nau. in Man. cap. 27. num. 275. Garzias de beneficiis, part. 11. cap. 10. n. 115. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 46. n. 6. Graff. lib. 1. decis. cap. 1. n. 30. & seqq. Farinae. de haeresi, quest. 92. §. 4. n. 52. & 61. Bonac. de censur. in com. disp. 1. §. 3. punct. 2. n. 1. §. Primo, hoc decret. pag. 363. col. 1. tom. 1. & de cens. in part. disp. 1. §. 2. punct. 2. n. 2. pag. 209. col. 1. Sayr. lib. 4. thes. c. 12. n. 32. Simanch. de cathol. instr. tit. 3. n. 6. Molin. 3. de instr. disp. 64. n. 8. & n. 5. disp. 18. n. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. c. 9. §. 3. & cap. 10. qu. 10. & cap. 19. qu. 3. Tolet. lib. 2. cap. 30. n. 2. & cap. 32. in fine, & cap. 410. & lib. 4. cap. 4. & Suar. tom. 4. de poenit. disp. 30. sect. 2. n. 1. & tom. 5. de censur. disp. 21. sect. 3. n. 5. & tract. de fide, disp. 21. sect. 4. n. 12. & seqq. Coninch. disputat. 14. de excommunicat. dub. 16. n. 243. Vgolin. de casibus Pontificis reueratis, part. 2. cap. 2. §. 4. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 26. & 27. & plures alij apud ipsos. Et ratio videtur esse, quia verba Bullae sunt satis clara, eorumque intelligentiam quoad huiusmodi reuocationem videtur facere omnino certam tam multae declarationes paulo ante allatae, cum praesertim ad derogandum Concilio Tridentino per Bullas non sit opus speciali expressione, aut mentione illius, ut falsò existimant aliqui apud Garziam cap. 10. euat. n. 118. & part. 4. cap. 5. n. 36. & videre est apud Sanchez lib. 3. de marr. disp. 26. n. 7. & lib. 8. disp. 35. n. 17. & apud Bonac. de censuris in particulari, disp. 1. §. 2. punct. 2. cit. n. 3. siquidem ipsummet Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 21. de reformat. in omnibus suis decretis, quae sunt de motum reformatione, & de ecclesiastica disciplina, praesertim auctoritatem Papae, ac proinde ipse Papa, dum aliquid absolute praecipit, aut statuit in suis Bullis contra dictum Concilium; non tam videtur illi derogare, quam stare illius decreto, & liberè uti facultate sibi praeseruata, ut notat Garzias de benef. part. 11. cap. 10. cit. n. 118. & fusius part. 4. cap. 5. n. 30. pag. mibi 220. ex Rota Romana in vna personis sancti Angeli, 16. Decembris, 1594. coram Pamphilio, & ex Gonzales in reg. Cancell. glof. 6. n. 120. & ex Tolet. lib. 1. cap. 41. in fine, & aliis, qui absolute asserunt, ad derogandum Concilio Tridentino satis esse, quod Papa faciat gratiam, vel aliquid statuat ipsi contrarium; vel saltem satis esse, quod apponat clausulam generalem derogatoriam: Non obstantibus quibuscunque; & Romae in praxi ita habet stylus sacrae Congregationis Concilij, ut annis praeteritis mihi retulit Eminentissimus, ac Reuerendissimus Cardinalis Mutus, qui dictae Congregationi continuè intererat. Et, quod plus est, ita declarauit ex professo per suum motum proprium de anno 1570. Pius V. Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

pro omnibus concessionibus apostolicis, quas Papa signat sua manu, dum declarauit, quod pro illis, nec speciali, nec generali derogatione Concilij Tridentini opus est; sed omnino ceteri debet derogatum dicto Concilio, eo ipso, quod Papa aliquid concedit contra illud, & concessionem subscribit, & signat sua manu: cuius Constitutionis, vel motus proprii tenorem ad verbum habet Garzias par. 4. cap. 5. cit. n. 33. cum alioqui non habeatur impressus, ut ipse monet n. 32. precedente. Et ex eodem motu proprio hoc ipsum rescripsit eadem Congregatio Concilij ad Episcopum Abulensem de anno 1590. ut est apud eundem Garziam part. 4. cap. 5. cit. num. 34. & part. 5. cap. 8. n. 87. pag. 442. col. 1. dum inter cetera quasiuit n. 9. An ad derogationem fieri Concilio Tridentini sufficiat Papam contra illud rescribere absque illius speciali, vel generali derogatione, ut Pius V. declarasse dicitur. Et respondit sacra Congregatio in haec verba: Ad 9. si supplicatio manu Papa signata fuerit, non requiritur, nec specialis, nec generalis derogatio. Et denique hoc idem saepius etiam est declaratum per Abbateuatores in Cancellaria apostolica, ut est apud eundem Garziam par. 4. cap. 5. cit. n. 35. pag. 220. col. 2. in fine. Si verò ex dicta Constitutione, & ex dictis declarationibus ceteri debet derogatum Concilio Tridentino per hoc solum, quod Papa aliquid statuat contra illud, & Constitutionem sua manu subscribat; etiam si nec specialem, nec generalem aliam derogationem adiungat; certum videtur, quod per Bullam Cœnae est derogatum capitulo sexto de reformatione sessionis 24. quoad facultatem concessam Episcopis pro absoluendis casibus reueratis occultis, & specialiter pro absoluendo casu haeresis: siquidem in illa fuit statutum, ut a casibus comprehensis nullus possit absolui, etiam ab Episcopis, praetextu facultatum, & indultorum, quae quomodocunque sint illis concessa per Sedem apostolicam, aut per decreta cuiusvis Concilij.

Contra verò, per Bullam Cœnae non reuocari quotannis decretum, & facultatem Concilij pro casibus etiam reueratis in dicta Bulla, & adhuc per Episcopos posse illos absolui, quando sunt occulti, docet Nau. in Man. cap. 27. n. 260. in fine, & conf. 11. de priuil. quest. 1. & conf. 1. de constit. quest. ult. lib. 1. Simanch. de cathol. instr. tit. 3. n. 6. Cordub. in Summa, quest. 8. punct. 1. Guttier. in quest. canon. lib. 1. c. 13. in fine. Henric. lib. 6. de poenit. cap. 14. n. 7. vbi etiam refert littera M. ex Manuele Rodriq. in Bull. Cruciatæ §. 9. n. 70. Cardinalem Quirogam, Inquisitorem generalem in Hispaniis, habita de hac re consultatione cum Episcopis in Concilio Toletano anni 1583. idem sensisse, & pronunciasse. Bannes 2. 2. quest. 1. art. 4. dub. 2. vers. Et si quis obiciat. pag. mibi 655. Pétr. de Aragon. ibidem, art. 3. vers. Sed dubium est, quisnam possit. Manuel Rodr. in Bullam Cruciatæ §. 9. n. 70. cit. & in Summa, part. 1. cap. 131. & in quest. regul. com. 1. quest. 20. art. 10. & plures alij apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 27. & apud Barbof. in suis remissionibus ad c. 6. de reform. sess. 24. versus finem §. Utrum facultas concessa Episcopis, pag. mibi 435. & apud Garziam de beneficiis, part. 11. c. 10. n. 116. vbi id tribuit etiam Concilio Toletano anni 1583. ut iam retulimus. Et potest pro hac sententia citari etiam Suar. de cens. disp. 21. sect. 3. n. 5. vbi ait, eam esse probabilem; & Sancti. n. 27. cit. in fin. vbi ait, ex auctoritate Doctorum, & ex rationibus, quae faciunt pro vtraque sententia, vtraque videri probabilissimam; quanuis prima sit in praxi sequenda, tanquam certior, & tutior; nec in re tam graui sit sequenda posterior minus certa, & minus tuta.

4. Ex sententia aliorum non reuocatur quotannis per Bullam Cœnae facultas Concilij.

Et quidem Bannes pro hac sententia eam affert rationem: quia Bulla Cœnæ non reuocat facultates concessas Episcopis, vt possint absolueri; sed concessas personis, vt possint absolui: vnde & verba illius solum loquuntur in sensu passiuo: *Ceterum à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo, possit absolui, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum, &c.* Sed hanc rationem ex eo impugnat Suarius *disputatione 21. de fide, sectione 4. num. 11.* quia manifestè est contra verba Bullæ, quæ expressè loquuntur de facultatibus, & indultis, quæ per Sedem apostolicam, aut per decreta cuiusvis Concilij sint concessa Episcopis; quibus tamen certum videtur, quòd per decreta Concilij solum conceditur, vt possint absolueri sibi subditos, cum hoc solum per se faciat ad curam, & regimen animarum, & ad dignitatem, & munus episcopale. Et potest addi: quia posse absolui, & posse absolueri, sunt relatiua, & se mutuo ponunt, & mutuo destruunt: & idèd dum fit per Bullam, vt nullus possit absolui, nisi per Romanum Pontificem, etiam fit, vt nullus possit absolueri, nisi Romanus Pontifex; & alioqui si subditi cuiusque Episcopi possent per illum absolui ex facultate concessa ipsis Episcopis ad absoluerendum actiue suos subditos, malè diceretur in Bulla, quòd nullus potest absolui, nisi per Romanum Pontificem; & vera esset propositio contraria, quòd omnes possent absolui per aliquem alium, quam per Romanum Pontificem: siquidem omnes possent absolui per suos Episcopos: & similiter prorsus inutilis, & vana esset reseruatio ad solum Papam, si non adimeretur omnibus aliis facultas absoluerendi actiue, sicut communiter fit in reseruatione aliorum casuum.

Melior, & vrgentior videtur ratio Nauarri, & aliorum, quòd verba Bullæ sint generalia, & contineant quasi legem generaliter latam de non absoluerendis casibus Bullæ: verba verò Concilij sint specialia, & contineant quasi legem specialiter latam de solis absoluerendis casibus occultis; & idèd non debeant hæc censeri reuocata per illa; sed potiùs contrà debeant illa censeri limitata per hæc, vt communiter dicitur in materia de legibus, quòd lex posterior generalis non reuocet legem priorem specialem; sed contrà per illam limitetur, vt videre est apud Suarium *lib. 6. de legibus, cap. 27. num. 13.* & apud Sanchez *lib. 2. de matrimonio, disputat. 24. num. 6. & 10.* & nos etiam explicauimus *lib. 5. de lege, disput. 53. n. 12.* sic enim, si verba Bullæ generalia intelligantur vt limitata per verba Concilij specialia, sensus Bullæ solum erit, vt à casibus in illa contentis nullus possit absolui, nisi sint occulti, & non deducti ad forum contentiosum, prout requiritur in decreto Concilij; ac proinde per Bullam non derogatur Concilio; sed solum reuocantur facultates quibuscunque, & quomodocunque concessæ pro casibus publicis, & non occultis, siue in specie, siue in genere. Et reuertè si verba Bullæ possint rationabiliter sic intelligi, iuxta hanc doctrinam communiter receptam de lege posteriore generali non reuocante legem specialem priorem, omnino debent sic intelligi; tum, vt vitetur, quantum potest, correctio Iurium, quæ est maximè odiosa; tum verò, vt vitetur in Summo Pontifice inconstantia, quæ à Viro Principe, & à Legislatore debet esse maximè aliena, cum eius voluntas debeat esse maximè constans, & immobilis, & tanquam lapis angularis in ædificio, & tan-

quam polus in cælo, vt ex Baldo notat Rodriqua, in *questionibus regularibus, tom. 1. quest. 20. art. 9.* & idèd minimè illum deceat, vt statim, & de facili reuocet, quod ipse, vel eius antecessores concesserunt; & præcipuè in Concilio aliquo generali, & de consilio, & approbatione omnium ferè Episcoporum totius Ecclesiæ, & quamplurimorum aliorum doctrina, prudentia, & sanctitate præstantium, vt accidit in casu præsentis. Et quemadmodum, si quis initio Quadragesimæ, verbi gratia, obtinisset à Summo Pontifice facultatem, vt posset absolui à casibus Bullæ, vel occasione missionis, & pfectionis ad Indos obtinisset per Breue apostolicum, vt posset Indos absolueri ab iisdem casibus, non crederetur Pontifex in fine Quadragesimæ, & in die Cœnæ Domini, sine nota magna inconstantiæ, & leuitatis, per suam Bullam intendere reuocare dictas concessiones, & facultates antea concessas, & verba Bullæ deberent intelligi, vt per illas limitata, & restricta: ita & in casu præsentis debent intelligi, vt limitata, & restricta per verba Concilij; non autem vt reuocantia, & tollentia illius decretum: & alioqui cum hæc reuocatio per Bullam Cœnæ in fine Quadragesimæ iam sit ordinaria, & per consequens benè cognita, & præuisa ab ipso Pontifice, vt facienda, non modò incurreret Pontifex notam inconstantiæ, & leuitatis, si per illam intenderet reuocare, quod concesserat ante aliquot dies, vt semper posterius, & in perpetuum duraret; sed etiam vix posset effugere, quominus videretur voluisse illudere personæ priuilegiatæ, eamque decipere, asserendò, quòd illi concederet priuilegium, & facultatem perpetuam; quam tamen ipsemet benè sciret, quòd esset à se reuocanda post aliquot dies, & quam etiam tunc intenderet reuocare in fine Quadragesimæ. Et quando de hac intentione Pontificis non reuocandi per Bullam Cœnæ concessiones, & indulta specialia pro illis casibus, non habeatur aliud argumentum, nisi illud, quod potest desumi in re dubia, ex verisimilitudine factis argumenti habetur, cum argumentum à verisimili sit argumentum à ratione naturali; & semper verisimilitudo sit quid connaturale ipsi naturæ, & habeatur pro lege, & tanquam decisio legis, vt subdit Rodriqua, *art. 9. citato, ex Baldo conf. 180. num. 3. vol. 1.* Oldrado, Tiraquello, & aliis. Et confirmatur ex eodem Rodriqua, *ibid.* quia, quemadmodum generali concessione absoluerendi à reseruatibus Sedi apostolicæ non veniunt reseruati in Bulla Cœnæ, vt communiter dicitur in materia de pœnitentiâ; ita nec generali reuocatione facultatum absoluerendi à dictis reseruatibus Sedi apostolicæ, censeri debent venire iidem reseruati in Bulla Cœnæ: nam semper illud solum reuocatur generali reuocatione, quod conceditur generali concessione: sicut & illud negatur in philosophicis generali negatione, aut propositione vniuersali negatiua, quod affirmatur generali affirmatione, aut propositione vniuersali affirmatiua. Quare, cum Bulla Cœnæ pro reseruandis, & pro non absoluerendis suis casibus solum reuocet concessiones, & indulta, quæ sunt concessa pro absoluerendis reseruatibus Sedi apostolicæ, siue in genere, siue in specie; neque exprimat pro absoluerendis etiam reseruatibus in ipsa Bulla, non est intelligenda, quòd reuocet concessiones, & indulta pro absoluerendis suis; sed solum pro absoluerendis reseruatibus Sedi apostolicæ, siue in genere, siue in specie; ac proinde nec est intelligenda, quòd reuocet concessiones Concilij, quæ est specialiter, & expressè pro absoluerenda heresi occulta, & à fortiori pro absoluerendis aliis casibus occultis Bullæ Cœnæ, qui sunt facilioris absolutionis, quam hæreses;

hæreses; & sensus illius solum est, vt declaret casus Bullæ non posse absolui prætextu concessionum, & indultorum, siue in genere, siue in specie concessorum pro casibus reseruatibus Sedi apostolicæ; non autem vt prohibeat, eos absolui ex facultatibus, & indultis, si quæ habeantur pro ipsismet casibus Bullæ, vt notat Rodriqua, *art. 9. cit.* qui etiam addit hæc de causa Pontificis aliquando id expressisse in suis Bullis ad maiorem declarationem, vt *suprà* retulimus de Sixto V. & de Clemente VII. & aliquando id omisisse, tanquam non necessarium, & tanquam aliquod, quod posset, ac deberet esse subintelligi, vt indicatum sufficenter per ipsum contextum aliorum verborum.

Et argumentum iam factum ab apparentia inconstantiæ, & leuitatis, imò & deceptionis in ipso Pontifice, nunc concedente vt perpetuam, & vt semper duraturam facultatem absoluerendi à casibus Bullæ, & paulò post reuocante, magni fit etiam à Nauarro *conf. 11. de priuileg. num. 1. lib. 5. pag. 144. col. 3.* dum ait, difficile credi posse, quòd non sit amplius conueniens id, quod toti Concilio vniuersali vniuersum est maximè conueniens; & idèd quòd decretum Concilij benè reuocetur per Bullam Cœnæ; & magni fit etiam à Suario *tom. 4. de relig. lib. 2. cap. 21. n. 6. pag. 151. col. 2. in fin.* & huiusmodi apparentiæ absurditatem, quando sunt vehementes, magnam vim habent in interpretatione legum, vt idem subdit ex Tiraquello: & in eo sensu sunt intelligenda verba legis, qui sit aptior ad illas vitandas, etiam si alioqui sit minus proprius, vt diximus *lib. 5. de lege, disput. 47. num. 10.* & idèd etiam in casu præsentis multum debent valere pro interpretandis verbis Bullæ in eo sensu, qui vitet in Pontifice absurditates iam dictas.

Negari non potest, quin auctoritates Doctorum, & rationes allatæ pro vtraque sententia, sint satis graues, & quantum est ex ipsis, possint sufficere ad faciendam vtranque probabilem, & satis tutam in conscientia, vt paulò antè retulimus ex Suario, & Sanchez: quia tamen secunda sententiæ maximè obstant declarationes ipsorum Pontificum, & Congregationis Concilij, & sacre generalis Inquisitionis, vt indicauimus *num. 1.* non videtur posse dici absolute probabilis, & ex omni capite sufficienter tuta, saltem in praxi, cum saltem ex charitatis obligatione, qua tenentur Episcopi saluti subditorum benè consulere, eamque in tutam ponere, quantum possunt, teneantur communiter illam non sequi; sed remittere subditos ad iurisdictionem certam, qualis est solius Pontificis; non autem possint circa illos vt iurisdictione dubia, qualis est ipsorum Episcoporum: nam, vt diximus *lib. 4. de conscientia, disp. 12. n. 11.* si aliquando occurrat sequenda in praxi opinio aliqua minus tuta, benè est aduertendum, vt saltem sit tuta sufficienter ex omni capite; non autem solum ex vno, aut altero; & in conferendo, verbi gratia, Baptismo idèd non est licitum vti forma, aut materia solum probabilis, quando potest adhiberi forma, & materia certa: quia, quantum talis forma, aut materia sit probabilis, quantum est ex virtute religionis, qua tenemur non indignè tractare, & ministrare Sacramenta; non est tamen sufficienter probabilis, quantum est ex virtute charitatis, qua tenemur, quantum possumus, in tuto ponere salutem proximi, eique non conferre Baptismum dubium, quando possumus conferre certum: quia tamen potest accidere, vt opinio aliqua ex se, & absolute non probabilis, & non tuta sufficienter ex omni capite sit absolute probabilis, & tuta sufficienter pro aliquo casu vrgentis necessi-

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

tatis, vt explicauimus *disputat. 12. citata, num. 4. & 8.* licitè poterit pro aliquo casu etiam Episcopus sequi in praxi hanc secundam sententiam, si, nimirum, occurrat grauis necessitas, & non possit pro absolutione recurri ad Papam: & extra huiusmodi casum necessitatis, considerandus est quotannis tenor Bullarum, quæ de nouo publicantur in Cœna Domini, vt notat Garzias *de beneficiis, part. 11. cap. 10. num. 131.* & si contineant clausulam, quam *suprà* retulimus *num. 1.* fuisse appositam in Bullis Sixti V. & Clementis VIII. quòd nemo possit absolueri prætextu facultatum, & indultorum, nisi in eis comprehendatur casus expressi in ipsis Litteris, liberè potest Episcopus vti facultate Concilij, & reputare illam pro non reuocata per verba Bullæ: si verò dictam clausulam non contineant, tutissimum est, vt facultatem Concilij reputet reuocatam, eaque non vitetur, nisi in casu necessitatis, vt diximus. Imò, etiam si dictæ Bullæ contineant dictam clausulam, videndum præterea est, quomodo habeat intentio Pontificum, & stylus Curiæ, vel praxis Romana, vt notat Suarius *de censuris, disput. 21. sect. 3. n. 5.* quia, si aliter habeat, tutissimum est, vt Episcopus neque etiam tunc vitetur facultate Concilij, & verba illa: *Nisi in eis etiam casus præsentibus Litteris expressi comprehendantur.* fieri potest, vt solum referantur ad verba proxima, & immediate præcedentia, id est, ad indulta in posterum, & post Bullam concedenda, & innouanda; non autem ad alia verba remotiora, id est, ad indulta iam prius concessa, & innouata ante Bullam: & benè potest Pontifex simul reuocare omnia indulta ante suam Bullam concessa, & simul declarare, quòd ipse in posterum nolit habere ligatas manus, quominus possit concedere, & indulgere etiam aliis absolutionem à casibus ibi positis, vt notat Garzias *part. 11. cap. 10. citat. num. 124. & seqq.* vbi etiam addit, contra hoc non obstarè communem regulam *cap. Secundo, requirit.* & *cap. Inquisitioni, de appellatione,* quòd clausula in fine posita referatur ad omnia præcedentia: siquidem hæc solum procedit, quando de omnibus est eadem ratio, vt notat Anthonius Gabriel *de clausulis, conclus. 9. num. 3.* Menochius *de presumptionibus, lib. 4. presumptione 181.* ex Bartolo, & aliis. Nauarro *de simon. conf. 92. num. 4. lib. 5.* Sanchez *lib. 8. de matrimonio, disputat. 34. num. 30.* & Rota *parte 2. diuers. conclus. 55. num. 18.* non autem quando est maior ratio, vt solum referatur ad proximiora, vt notat eadem Rota *parte 1. decis. 666. num. 2.* & quando specialiter constat de intentione legislatoris, & de praxi secundum illam inducta, & obseruata, Quod idem etiam est, si clausula apponatur in principio, vel in medio, vt expressè dicitur *cap. Secundo, requirit. cit.* & videre est apud Sanchez *loco cit.*

Atque hæc ex eo quoque sunt firmius tenenda, & diligentius obseruanda, quia facultas Concilij non habet locum in casibus post ipsum Concilium, & per nouam legem pontificiam reseruatibus Sedi apostolicæ: sed solum in iis, quæ erant iam reseruata ante Concilium: sic enim declarauit sacra Congregatio Cardinalium, & approbauit Gregorius XIII. audita relatione dictæ Congregationis, vt videre est inter declarationes impresas *ad caput 6. de reformatione, sessionis 24. num. 7. in fine,* & apud Suarium *de panis. disput. 30. sect. 2. num. 12.* & *lib. 4. de simonia, cap. 61. num. 11. in fine,* & apud Garziam *de benef. part. 11. c. 10. n. 122, pag. 143.* & idèd non videtur habere locum in casibus Bullæ, qui quotannis reseruantur de nouo:

V 2 quia

6. Quomodo clausula in fine posita referatur ad omnia præcedentia.

7. An, & quomodo facultas Concilij habeat locum in casibus reseruatibus post ipsum Concilium.

quia enim decretis Concilij Tridentini potest derogari per Bullas pontificias, etiam si de illis non fiat expressa mentio, vt diximus paulo ante n. 3. merito ponitur dubitari, vtum semper noua reseruatio alicuius casus ad solum Papam, vel ad solum apostolicam Sedem, de facto deroget facultati Concilij: & recte ponitur responderi, quod semper deroget, ac proinde bene potuit declarari, quod decretum iam dictum non habeat locum in casibus post ipsum Concilium reseruatis; in quantum, scilicet, semper illi derogatur de nouo per nouas reseruaciones; & idem impeditur, ne se extendat ad casus nouos, si praesertim in ipsis reseruacionibus ponatur clausula generalis derogatoria, & dicatur, v.g. quod casus sint reseruati soli Papae, aut Sedi apostolicae, non obstantibus quibuscunque, &c. vt enim notat Toletus lib. 1. cap. 41. num. 8. in fin. ex Rota Romana, Nauar. conf. 10. de priuileg. n. 1. lib. 5. pag. 144. Rodriq. in Sum. tom. 1. c. 81. n. 4. & alij apud Garz. de benef. part. 1. cap. 10. n. 24. per talem clausulam omnino derogatur decretis Concilij Tridentini, etiam si de illo non fiat alia mentio: quod idem etiam asserit Suar. de penit. disp. 30. sect. 2. cit. n. 14. si in Bulla reseruacionis ponatur dicta clausula: *Non obstante quocunque decreto, etiam Concilij generalis.* vel alia verba, quae indicent sufficienter voluntatem Pontificis pro derogando decreto Concilij Tridentini: vt, v.g. si exprimat, quod reseruet etiam casus occultos, & non deductos ad forum contentiosum. Et solum in hoc casu, quando apponuntur haec verba, vel dicta clausula, putat Suarius esse intelligendas declarationes paulo ante allatas, quod decretum Concilij non se extendat ad casus post ipsum Concilium reseruatos.

8. Quomodo dicitur, quod lex quotidiana loquitur, & semper disponit.

Et negari non potest, quin haec limitatio sit valde rationalis, siquidem alioqui maximè est ex natura legis, vt comprehendat futura, & etiam ad illa se extendat, & maximè pro futuris det formam, cap. final. de consuet. & hoc modo rectè dicitur, quod lex semper duret in viridi obseruantia, perinde ac si quotidie loquatur, & disponat quasi de nouo, L. Arriani. C. de Heret. vt notat Toletus loco cit. Et reuera haec videtur fuisse mens Tridentini cap. illo 6. de reformat. sess. 24. vt poneret quasi regulam generalem, & declararet quasi ordinarium Ius circa reseruaciones pontificias, non solum tunc factas; sed etiam in posterum faciendas, vt, scilicet, solum intelligerentur de casibus publicis, vel de occultis iam deductis ad forum contentiosum; non autem absolutè, & semper de omnibus: & certum est, quod haec regula tam est rationalis, & bona pro regimine animarum quoad casus iam prius reseruatos ante Concilium, quam pro reseruandis, aut reseruatis postea; & nullum est verbum, quod illam restringat ad solos iam reseruatos ante Concilium: siquidem participium illud praeteriti temporis, à casibus Sedi apostolicae reseruatis, non significat, quod iam tunc deberent esse reseruati, quando est factum decretum Concilij, vel ipsum Concilium est promulgatum; sed solum apponitur per anticipationem, & in respectu ad tempus dandae absolutionis; ita, scilicet, vt quocumque Episcopus est illos absoluturus ex facultate Concilij, sint iam reseruati; vt notat Suarius de penit. disputat. 30. sect. 2. cit. num. 13. & fusius explicat in re simili de priuilegijs Religiosorum pro absoluendis similiter casibus reseruatis tom. 4. de religione, lib. 2. cap. 21. num. 3. & 4. pag. 151. Si tamen declarationes allatae, quod facultas Concilij non habeat locum in casibus reseruatis post ipsum Concilium, non solum id asserunt, quan-

do in nouis reseruacionibus apponuntur particulæ, aut clausulae derogatoriae, & reuocatoriae modo explicato; sed etiam absolutè, quando non apponuntur; & hunc habent sensum, vt sola reseruatio noui casus ad Sedem apostolicam intelligi debeat tanquam derogatio ad decretum Concilij, & tanquam reuocatio facultatis per illud concessae, standum omnino est illis, si praesertim sufficienter constet, quod sint editae tanquam iudiciae, & promulgatae ex intentione obligandi; & quidquid sit de alijs reseruacionibus, magnam debent habere vim pro reseruacionibus Bullae Coenae, de quibus loquimur.

Ex his, quae diximus de reuocatione facultatis concessae Episcopis, potest intelligi, quid sit dicendum de facultate Inquisitorum pro casu haereticis: nam inter declarationes impressas sacrae Congregationis Concilij ad cap. 6. de reformat. sess. 24. num. 7. expressè habetur, quod tam Episcopus, quam Inquisitor, non potest iam absoluere hominem haereticum in foro conscientiae. Et hanc declarationem refert etiam Garzias parte 11. de beneficijs, cap. 10. num. 119. pag. 343. ex Zerola in praxi, parte 1. verbo, Absolutio, §. 4. & Suario disputat. 21. de fide, sect. 4. num. 17. Et ratio videtur esse: quia, quauis Inquisitoribus ex vi sui muneris omnino competat, vt possint absoluere ab haeresi in foro externo iudiciali, vt notat Suarius sectione 4. citata, num. 14. vel etiam vt possint absoluere simul in foro externo, & in foro conscientiae, vt notat Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 12. num. 1. non tamen competit ex proprio munere, vt possint absoluere in solo foro conscientiae, aut poenitentiae, cum reuera illorum munus sit solum institutum pro foro externo iudiciali; non autem pro foro interno, aut sacramentali, vel poenitentiae; & idem Inquisitores non debeant eos audire, qui solum in confessione sacramentali volunt manifestare suas haereseis, vt patet ex Directorio Inquisitorum parte 3. num. 59. pag. 410. Neque aliunde apparet, quomodo haec facultas pro solo foro interno fuerit collata: nam Constitutio Clementis VII. Cym sicut, quae habetur post Directorium Inquisitorum pag. 107. videtur illam concedere, §. Vobis etiam, dum Inquisitoribus ex Ordine Fratrum Praedicatorum, maximè Congregationis vtriusque Lombardiae per vniuersam Italiam deputatis, ac deputandis, & eorum Vicariis concedit, vt extraiudicialiter possint absoluere Haereticos occultos, & non inquisitos per Ordinarium, vel per alios Iudices, si reuersi ad cor, & poenitentes humiliter id petierint: facta tamen abiuratione suarum haereseis, & praestito iuramento de illis amplius non admittendis, & iniuncta pro iam admissis poenitentia salutari; haec, inquam, Constitutio, praeterquam quod non est pro omnibus Inquisitoribus; sed solum pro illis, qui sunt ex Ordine Praedicatorum, vt notat Suar. sect. 4. cit. n. 15. & quantum colligitur ex tenore verborum, neque etiam est perpetua, vt addit Sanch. cit. n. 3. solum loquitur de absolutione extraiudiciali, hoc est, non seruata, quoad omnia, forma iudicij; facta tamen per ipsum reum confessione delicti coram Notario, & per hunc in scriptis excepta, & per Inquisitorem audita, & recepta abiuratione, & iniuncta poenitentia salutari, & facta reconciliatione secreta, vt notat Pegna in Direct. Inquisitor. part. 3. com. 12. circa n. 61. pag. 412. col. 2. in fin. & Couar. in reg. Peccatum, par. 2. in principio, num. 7. & Suarius sect. 4. citat. num. 16. qui etiam rectè subdit num. 17. & 18. huiusmodi absolutionem verè esse ex potestate iudiciali, quam habent

9. An, & quomodo Inquisitores possint absoluere ab haeresi in foro conscientiae tantum.

10. Rationes pro parte negatiua.

11. Qui sint Authores pro parte negatiua.

12. Contra verò, qui sint pro parte affirmatiua.

habent Inquisitores in foro externo, & suffragari etiam in illo; non autem solum in foro conscientiae; & idem delictum sic confessum, & absolute non posse amplius puniri, si forte contingat aliqua alia via denunciari, aut deferri ad idem forum.

Et similiter haec potestas pro solo foro interno non videtur conuenire Inquisitoribus ex consuetudine; quauis haec admittatur posse conferre iurisdictionem: quia non apparet, quomodo talis consuetudo potuerit incipere, & paulatim continuari, & induci, si munus Inquisitorum, & totum Tribunal est tantummodo institutum pro foro iudiciali; sicut neque inducitur communiter in quocumque alio foro iudiciali, & externo, vt aliquid faciat pro solo foro conscientiae, vel interno: & siue dicantur Inquisitores hanc facultatem habere ex consuetudine, siue ex Bulla, siue quomodocumque; certum videtur, quod reuocetur quotannis per Bullam Coenae reuocatione illa maximè generali, qua reuocantur omnes facultates, & omnia indulta quibuscumque personis, aut Collegijs, & Congregationibus, & quomodocumque, & à quocumque concessa.

Et propter has rationes posse ab Inquisitoribus in solo foro conscientiae absolui Haereticum occultum, disertè negat Garzias de benef. part. 11. cap. 10. num. 110. Farinacius de haeresi, quest. 192. n. 54. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 12. num. 3. Suar. de fide, disp. 21. sect. 4. n. 15. & seqq.

Contra verò, quod possint Inquisitores absoluere hominem haereticum in foro conscientiae, non obstante Bulla Coenae, affirmat Nauar. conf. 11. n. 1. de priuileg. lib. 5. pag. 144. col. 4. sub initium; vbi etiam ait, eos de facto passim absoluere. Bonac. de censur. in particulari, disp. 1. quest. 22. puncto 2. n. 5. pag. 209. col. 2. Grassi part. 1. decis. lib. 1. cap. 13. n. 31. pag. 27. vol. 2. vbi etiam ait, in quibusdam decisionibus Cardinalium fuisse decium, quod per Bullam Coenae sit abrogata potestas Episcoporum, non autem Inquisitorum, vt non possint absoluere ab haeresi in foro conscientiae tantum: & lib. 2. cap. 9. n. 5. pag. 95. col. 2. vbi ex Franco in cap. Vt officium, de Heret. in 6. ait, Papam concessisse Inquisitoribus, vt possint secretò absoluere occultos Haereticos, si secretò ipsis confiteantur suam haereseis, & ab iurisdictionem coram ipsis secretò faciant: quod idem etiam asserit Couarruias in reg. Peccatum, part. 2. num. 7. in fine, ex Archidiacono, Ioanne Andrea, Dominico, & alijs in idem caput, Vt officium, de Heretic. in 6. Garzias part. 11. cap. 10. cit. vbi postquam dixit num. 120. etiam priuilegia Inquisitorum quoad haereseis absoluendam in foro conscientiae reuocari per Bullam Coenae, vt paulo ante retulimus, subdit num. 121. pro Inquisitoribus Hispaniae adhuc esse tenendum, quod non reuocentur, cum ita habeat obseruantia in regnis Hispaniae, eaque sit ex certa scientia Papae; & generalis Inquisitor frequenter obtineat confirmationes, & renouaciones suarum facultatum. Toletus lib. 4. cap. 4. num. 2. vbi ait, absolutionem ab haeresi spectare ad Papam, vel ad Inquisitores, qui habent à Papa facultatem absoluendi. Bannes 2. 2. quest. 11. artic. 4. dub. 2. §. Praeterea aduertendum, vbi ait, Inquisitores ex priuilegio posse absoluere; quauis de facto nolint audire Haereticos, nisi coram Notario. Henriquez lib. 6. de poenitentia, cap. 7. n. 3. in fine, vbi ait, Inquisitores ex graui causa posse etiam committere alicui alteri Confessario, vt absoluat ab haeresi in foro conscientiae, nisi prohibeantur instructione, & mandato supremi Principis: quod sine dubio manifestè ostendit, potiori ratione posse illos etiam absoluere per seipso

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

eodem foro conscientiae. Azorius parte 1. lib. 8. cap. 19. quest. 5. Vinaldus in Candelabro aureo, parte 1. titulo de absolutione, num. 15. pag. 105. col. 1. vbi etiam asserit, ita esse in praxi ex Simancha de catholicis institutionibus, cap. 3. num. 3. Couarruias in regula, l'ecatum, parte 2. num. 7. cit. in fine, & alijs pluribus, quos etiam citat Sanchez lib. 2. cap. 12. cit. num. 1. & sequentibus. Et ratio potest esse: quia eo ipso, quod Inquisitor potest absoluere Haereticum in duplici foro, eiusque absolutio simul suffragatur in foro conscientiae, & simul in foro externo, etiam potest absoluere tantum in vno ex dictis foris; & potest velle, & facere, verbi gratia, vt absolutio solum suffragetur in foro conscientiae, & delictum adhuc maneat punibile in foro externo: vel contra, solum absoluere in foro externo; & velle, & facere, vt in tali foro censeatur poena remissa, & condonata, nec delictum sit amplius in illo foro punibile, quidquid sit de foro interno: semper enim, qui potest totum, potest etiam partem, quando pars non est intrinsecè connexa, & dependens à comparte, & à toto; & qui potest plus, potest etiam minus; & qui potest duo, potest etiam vnum, quando sunt in eodem genere, & in eodem ordine, vt contingit in casu praesenti de absolutione haereticis in foro conscientiae, & de absolutione in foro externo, id est, quoad eas poenas, quae afficiunt in conscientia; & quoad eas, quae afficiunt in foro externo.

Negari non potest, quin vtraque sententia sit probabilis, vt notat Sanch. lib. 2. in Decal. c. 12. n. 3. fortasse tamen bene possunt conciliari, si bene distinguamus multiplices acceptiones, & multiplices modos fori conscientiae, & fori externi: nam aliquamodò forum conscientiae sumitur, pro vt est idem cum foro poenitentiae, & sacramentali: & fori externum aliquando sumitur, pro vt solum contradistinguitur à foro conscientiae iam dicto: & contra, forum conscientiae aliquando sumitur, pro vt est forum secretum, & sine strepitu, & contradictione alterius partitis, & sine examinatione testium, & sine solennitate, & forma iudicij; & forum externum, pro vt est publicum, & cum strepitu, & contradictione, & cum solenni examinatione, & cognitione causa.

Si ergo loquamur de foro conscientiae primo modo, & pro vt est idem cum foro sacramentali, & poenitentiae, videtur bene procedere prima sententia, quod Inquisitores in tali foro non possint absoluere ab haeresi: verè enim iurisdictione in tali foro non est illis debita ratione sui muneris, quod solum est pro obseruanda, ac defendenda fide, ne exterius destruat per haereseis, aut per infidelitates externas. Neque apparet, quod sit concessa per Bullas Pontificum, vel per consuetudinem iam inductam, & continuatam: & quatenus sit concessa per Bullas, vel acquisita per longam consuetudinem, aut quomodocumque, satis reuocatur quotannis per Bullam Coenae, vt habet declaratio sacrae Congregationis paulo ante relata n. 9. Et sic habet stylus, & praxis illius Tribunalis, vt in illo nullus admittatur, si velit manifestare haereseis in foro poenitentiali, & in confessione sacramentali, vt patet ex Direct. Inquisit. p. 3. n. 59. de sponte venientibus in tempore gratiae, & crimen suum Inquisitori prodentibus, & ex Pegna ibid. com. 12. n. 61. Si verò loquamur de foro conscientiae secundo modo, pro vt est idem, atque forum secretum, & sine strepitu, & contradictione parrium, & sine examinatione testium, & sine solennitate, & forma iudicij, videtur bene procedere secunda sententia: & pro illa facit Bulla Clementis VII. iam relata n. 10. & stylus, & praxis communiter seruata ab Inqui-

13. Quomodo possit conciliari vtraque sententia.

litotibus, vt iam diximus ex Nauar. Vinaldo, & aliis, vt Hæreticos sponte comparentes, suâque hereses sponte manifestantes, atque abiurantes, secretò audiant, aut absoluant, prout præscribitur in dicta Bulla, & in Directorio Inquisitorum part. 3. n. 59. cit. nam reuera pro remedio animarum omninò debuit concedi Inquisitoribus talis facultas, vt possent secretò audire, & absolvere occultos Hæreticos, ne aliqui cogerentur audire solum Pontificè pro remedio sui lapsus, cum hoc sæpè sit difficillimū, ne dicam, moraliter impossibile; vel se publicè procedere coram toto Tribunali sacre Inquisitionis, quod similiter est maximè durū, vt supra vires humanæ obligationis inductæ per legem. Et quia maximè etiâ erat in bonū penitentiu, vt de eorū respiciencia, & spontanea confessione, & abiuratione heresis, & de absolutione ipsis collata per Inquisitores possent consistere per publicâ fidem, & in foro externo, quâdo, & quatenus opus esset; optimum fuit, vt tota hæc res non expediretur in foro sacramentali, aut penitentis; sed necessariò debuit expediri in foro externo, vt notat Couar. in reg. Peccat. par. 2. n. 7. cit. & Pegna in Directorio. Inquis. part. 3. com. 12. n. 61. cit. Et certum est, quòd sola potestas, & iurisdicctio fori externi potuit sufficere ad remedium animarum, si secretò, & sine strepitu exerceretur modo explicato; neque fuit necessaria alia potestas, & iurisdicctio fori penitentialis. Et pro hoc bene possunt Inquisitores remittere huiusmodi reos ad alium Confessarium, postquam ipsi per Notarium exceperunt illorum confessionem, & abiurationem; & absoluerunt simpliciter, & pro vtroque foro ab excommunicatione, vt notat Suar. disp. 21. sect. 4. cit. n. 16. & Sanchez lib. 2. in Decal. c. 12. n. 6. Idque possunt Inquisitores, etiam si non sint Sacerdotes, ex eodem Sanchez ibidem, n. 4. cum solum pertineat ad iurisdictionem fori externi, vt etiam supra diximus de Episcopo non Sacerdote, si velit vti facultate Concilij, disp. 48. n. 14.

14. Inquisitores possunt remittere pro foro penitentiali ad alios Confessarios.

15. Si Hæreticus fidei deponat, & ex animo reuertatur ad fidem, & heresim adponat, & abiuret; non autem solum fidei: quia alioqui absolutio esset nulla, & omninò iteranda ab iisdem Inquisitoribus, vel ab aliis potestatem habentibus, quando postea respiceret, & fictionem abiiceret: nam, quanuis absolutio excommunicationis possit aliquando esse valida, etiam si sit obiecta per expressionem falsæ causæ, vt videre est apud Couarr. in cap. Altera mater. part. 1. §. 11. num. 14. id tamen solum cõtingit, quando causa, quæ falsò exprimitur, non est finalis, & motiua; & Iudex adhuc daret absolutionem censuræ, si bene cognosceret falsitatem causæ: non autem quando reuera mouetur ex tali causa, vt illam impendat; & alioqui non impenderet, si veritatem cognosceret, vt notat Sayrus lib. 2. thesauri, cap. 21. n. 26. & 27. Henrici lib. 1. de excommun. cap. 30. num. 3. & 4. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 12. cit. n. 8. ac proinde in casu præsentis, cum tota causa, quæ mouet Inquisitorem, vt absoluat Hæreticum sponte comparentem, sit illius conuersio, & respiciencia ad fidem; si hæc sit facta, & nõ ex animo, non potest absolutio esse valida. Et ratio à priori potest esse: quia stante fictione in eo, qui absoluitur, semper deest intentio absoluedi in eo, qui absoluit, cum non intendat absolvere, nisi in quantum ille est verè conuersus, & non amplius retinet priorem heresim; & semper deceptio in causa motiua pertinet ad substantiam actus, facit actum inuoluntarium, & per consequens nullum, & nullius efficaciam, aut virtutem. Et quemadmodum, qui exterius solo verbo, & non ex animo profert heresim,

non incurrit excommunicationem, quæ est lata contra veros Hæreticos; ita & qui exterius, & non ex animo profert respiciencia, & conuersionem ab heresi; non conuequitur absolutionem, quæ solum datur verè respicientibus, & verè conuersis. Ita Suar. de censur. disp. 7. sect. 7. n. 12. & de fide disp. 21. sect. 4. n. 19. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 12. n. 8.

Sed rectè addit idem Suar. disp. 21. de fide, sect. 4. n. 19. cit. si talis Hæreticus fidei conuersus, & propter fictionem inualidè absolutus postea respicat ex animo, & verè conuertatur ad fidem, ita debere iterum absolui ab Inquisitore, vt tamen non sit necessarium iterum adhibere Notarium pro excipienda illius confessione: quia pro foro externo satis fuit sollemnitas Notarij primò adhibita, quando ille est fidei confessus. Et cum dicta sollemnitate bene potest moraliter coniungi valida absolutio postea subsequuta, ad eum modum, quo in matrimonio verè inualido propter occultum impedimentum, non est opus iterum adhibere sollemnitate Parochi, & testium, quando postea reuoluitur obiecta dispensatione; sed sollemnitas primò adhibita moraliter retrotrahitur ad consensum validum postea præstitum, & moraliter cum illo coniungitur, eumque afficit, vt ex Nauar. in Man. cap. 27. n. 70. declarauit olim Pius V. & habet communis usus sacre Penitentiarie, & tradunt Doctores communiter apud Suar. loco cit. & apud Sanchez lib. 2. de matrim. disput. 37. quicquid in contrarium dicat Comitulus in responsis moral. lib. 1. quest. 120. in fine, propter quoddam asseritum responsum Clementis VIII. quod potest apud ipsum videri.

16. Et postea quâdo ex animo respicit, debet iterum absolui: sed non est necessaria sollemnitas Notarij.

Et idem est, si Hæreticus sponte comparens coram Inquisitore, non omnes hereses illi exponat, sed aliquas mente retineat, & malitiosè reticeat: similiter enim absolutio censeri debet inualida etiam ab illis, quæ fuerunt expositæ, vt notat Sanchez lib. 2. cap. 12. cit. n. 9. quia intentio, & mens absoluentis solum fuit sub conditione, quòd ille ad fidem bene rediret, & nihil animo retineret contra fidem: eamque cõditionem Inquisitores in Hispania etiam exprimunt in sententia absolutoria, vt idem refert: secus verò esset, si aliquas hereses solum reticeret ex naturali obliuione, vel aliter ex bona fide: tunc enim valida esset absolutio illarum, quæ essent manifestæ, cum bene possit absolui vna excommunicatione sine alia, vt communiter dicitur in materia de excommunicatione, & ab aliis, quæ bona fide essent omittæ, etiam esset ablata reseruatio, & licitè, & validè posset absolui à quocunque alio Confessario, vt habet Sanchez eodem n. 9. cum hæc sit mens, & intentio absoluentis, ne animæ, quæ bona fide petunt absolui, maneant amplius illaqueatæ, & ligatæ, vt communiter dicitur in materia de casibus reseruatiss, quando quis ad Superiorem accedit pro absolutione ab omnibus; & tamen non omnes exponit, sed aliquorum naturaliter obliuiscitur.

17. Si Hæreticus aliquas tantum hereses Inquisitori exponat, non autem omnes, vtrum sit valida absolutio.

Denique ex his, quæ diximus de reuocatione facultatis Episcoporum, & Inquisitorum per Bullam Cœnæ pro absoluedis Hæreticis in foro conscientie, facillè constat, quid sit dicendum de reuocatione priuilegiorum, quæ supra retulimus disp. 48. n. 25. fuisse concessa Religiosis per diuersos Pontifices, vt possent etiam ipsi per suos Superiores absolui ab heresi: nam Rodrig. in quest. regular. tom. 1. quest. 20. art. 9. & Suar. tom. 5. de censur. disp. 21. sect. 3. n. 4. & tom. 4. de relig. lib. 2. c. 21. n. 5. & seqq. disertè negant, per Bullam Cœnæ reuocari quotannis huiusmodi priuilegia. Et præter rationes supra allatas n. 4. pro sententia Nauarri, & aliorum, quòd neque etiam censeri debeat per Bullam Cœnæ reuocari quotan-

18. Facultatem, & priuilegium Religiosorum pro absoluedis ab heresi, & à casibus Bullæ, vtrum sint reuocata per eandem Bullam.

nis facultas Concilij pro Episcopis, quæ valent etiam pro facultatibus, & priuilegiis Religiosorum, potest aliter expressè declaratio Gregorij XIII. de anno 1584. pro facultatibus nostre Societatis, quòd nullæ censeri debeant esse reuocata per Bullam Cœnæ, prout habetur in nostro Compendio priuilegiorum, verbo, Bulla Cœnæ, §. 2. & refert Suar. cap. 21. §. citato, & præterea declaratio Sixti V. & Clementis VIII. in suis Bullis, quas similiter ediderunt in die Cœnæ, & in quibus expressè declarant, quòd semper manerent in suo robore facultates, & indulta, in quibus comprehenderentur casus expressi in illis litteris, quales certè quoad heresim, & quoad alios plures casus Bulla Cœnæ sunt facultates, & indulta Religiosorum.

Et quidem probabilissima, & omninò vera esset censenda hæc sententia, si consequentibus etiam temporibus post Sixtum V. & Clementem VIII. Bulla Pontificum, quæ sunt editæ in die Cœnæ, retinuisent eandem limitationem earum facultatum, & indultorum, quæ specialiter comprehendissent, & expressissent casus Bullæ; & declaratio Gregorij XIII. pro nostra Societate fuisset saltem facta per Bullam; non autem solum viue vocis oraculo, vt dicitur in Compendio priuilegiorum, citato; & hæc non essent postea reuocata per Bullas Gregorij XV. & Urbani VIII. quarum supra meminimus disp. 48. n. 25. Contra enim, quia Bullæ aliorum Pontificum postea emanarunt sine vlla limitatione, & cum generalissima reuocatione omnium facultatum, & indultorum, quæ sunt concessa per litteras apostolicas in genere, aut in specie, quibuscunque personis, aut Ordinibus, vel locis religiosis, etiam mendicantibus; multò tutior, & verior, imò & absolute vera, & tuta censenda est opposita sententia, quam supra retulimus disp. 48. cit. ex Collectore Priuilegiorum Fratrum Minorum, ad §. 13. & 18. verbi, Absolutio ordinaria quoad Fratres, & quam generaliter tradit Nau. in Man. cap. 27. n. 72. in fine, & ex illo Sayr. lib. 3. thes. cap. 25. n. 5. & lib. 4. cap. 12. n. 32. §. Spirituum est. & Alterius disp. 22. in Bullam Cœnæ, lib. 5. cap. 4. quòd, scilicet, facultates, & priuilegia Religiosis concessa pro absolutione ab heresi, aut pro aliis quibuscunque casibus Bullæ Cœnæ, iam expirarint, & sæpius sint reuocata per dictas Bullas; neque Superiores, aut alij quicunque possint amplius illis vti, vt etiam declarauit iisdem Fratribus Minoribus, & eorum Vicario generali tempore primi Capituli generalissimi Cardinalis Alexandrinus, qui & Præpositus appellatur, teste eodem Collectore priuilegiorum ad §. 13. cit. pag. mibi 12. Nec declaratio allata Gregorij XIII. pro nostra Societate potest valere, cum fuerit solum facta viue vocis oraculo; & hæc sint iam reuocata, vt diximus, & præterea etiam ipsa censeri debeat reuocata per reuocationem generalissimam, quæ quotannis emanat in Bulla Cœnæ: nam reuera si per hanc reuocatur facultas Episcoporum, quanuis concessa autoritate Concilij generalis, hoc est, consensu, & voluntate totius Ecclesiæ vniuersalis, quæ per illud representatur, & iis concessa, quibus iure ipso diuino, & maximè incumbit cura animarum, & absolutio super terram; potiori ratione censeri debet reuocata facultas Religiosorum solum concessa ab vno, aut altero Pontifice per solum oraculum viue vocis, aut etiam per simplices litteras apostolicas, & iis concessa, quibus incumbit cura animarum, & absolutio solum ex priuilegio, & ex voluntate concedentis, non autem ex iure diuino. Et ad hoc ipsum factè plurimum etiam Bulla Urbani VIII. Cùm, sicut accipimus, de anno 1631. quòd nos, & omnes alij Reli-

giosi, quomodocunque exempti, & priuilegiati, comprehendamur iis omnibus Constitutionibus, quæ concernunt fidem catholicam, & officium sanctæ Inquisitionis, nisi in illis specialiter excipiamur, vt certe concernit absolutio ab heresi: & idem omninò comprehendimur iis Constitutionibus, quæ illam prohibent, qualis est maximè Bulla Cœnæ.

DISPUTATIO LII.

Quomodo Hæretici sint irregulares.

1. De quibus Hæreticis id queratur.
2. Hæretici externi sunt irregulares.
3. Et hæc irregularitas non est ex infamia, sed ex proprio delicto heresis, & ex defectu fidei.
4. Etiam si heresis sit occulta per accidens.
5. Quannis aliqui oppositum sentiant.
6. Hæreticus purè externus quomodo sit irregularis.
7. Rigor Canonum antiquorum non est hoc tempore seruandus in omnibus.
8. Hæreticus purè externus est irregularis, etiam si exterius fidem neger, solum ex metu grani, & cadente in virum constantem.
9. Apostata à fide purè externus quomodo sit irregularis.
10. Irregularitas ex fidei apostasia à fide, quomodo possit dispensari ab Episcopo.
11. Irregularitas facilius dispensatur quoad exercitium Ordinum, qui iam habentur, quam quoad susceptionem novorum Ordinum.
12. A quo dispensetur irregularitas contracta ex vera heresi, vel ex vera apostasia à fide.
13. Facultas dispensandi concessa indefinitè, & impersonaliter in Canone, intelligitur concessa Episcopo.
14. Dispensatio cum Hæretico quoad ministerium altaris, est reseruata soli Pape.
15. Et idem est quoad audiendas confessiones personarum secularium.
16. Et cum Hæretico Episcopo quoad usum pontificalium.
17. Irregularitas ex heresi, vel ex apostasia virum possit dispensari ab Episcopo.
18. Et vtrum ab Inquisitoribus.



Væ hæcenus diximus de facultate Concilij facta Episcopis pro absoluedis, & dispensandis casibus reseruatiss occultis, & non deductis ad forum contentiosum; & de illius reuocatione per Bullam Cœnæ, specialiter diximus pro casu heresis, & pro absolutione ab excommunicatione, quam habet, vt penam maximam inter alias penas spirituales, quæ similiter sunt lata: contra Hæreticos in sacris Canonibus.

Ad excommunicationem verò proximè accedit irregularitas, per quam Hæretici laici prohibentur suscipere illos Ordines ecclesiasticos; & Clerici prohibentur exercere illos, quos habent, & suscipere alios, quos non habent.

Et loquimur de Hæreticis propriè dictis, qui tales sunt in foro Dei, & in foro Ecclesiæ; id est, de illis, qui post susceptum Baptismum pertinaciter recesserunt à fide, siue vt falsam, siue vt dubiam illam habendo, saltem in aliquo ex suis articulis, vt supra diximus: non autem loquimur de illis, qui solum possunt esse Hæretici in foro Dei, non autem in foro Ecclesiæ, vt sunt Catechumeni, si fidem ante Baptismum mentè conceptum, similiter ante

1. De quibus Hæreticis id queratur.

clericali: nam metus tunc solum ab illis excusat, quando sunt latae secundo modo; non autem, quando sunt latae primo modo, & pro iure diuino: siquidem tunc neque etiam excusat a culpa, vt diximus.

9. Apostata a fide pure exterioris quomodo sit irregularis.

Quod si quis incidat non solum in haeresim per externam negationem vnus, vel alterius articuli contra fidem; sed etiam in apostasiam per externam negationem totius fidei; ex alio capite potest censeri irregularis, vt notat Maiolus de irregularitate, lib. 5. ca. 34. n. 2. Suar. de censur. disp. 43. sect. 2. n. 2. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 25. n. 6. Farinac. de haeresi, quest. 92. n. 3. Bonac. de irregular. disp. 7. quest. 3. punct. 7. n. 2. tom. 1. pag. 478. col. 2. & alij apud ipsos, id est, per cap. Presbyteros. dist. 50. vbi ex Concilio Ancyrano cap. 1. & seqq. de iis Presbyteris, Diaconis, & Clericis, qui idolis immolarunt, dicitur, quod sint arceudi ab exercitio Ordinum, & a sacris ministeriis: de iis vero laicis, qui proclamantes se esse Christianos; eo tamen vsque per vim praecisam adstricti sunt, vt manibus comprehensi coacti sint illas admouere sacrificiis idolorum, vel aliquid fumere cibi polluti; subdit, quod non sunt prohibendi a Clericatu, vt pote constituti extra delictum. Atque ita supponitur, quod etiam laici, si essent culpabiles, essent prohibendi; & quod Clerici ideo prohibentur ab exercitio Ordinum, quia contraria ratione non sunt extra delictum; in quantum, scilicet, ex metu, & citra vim praecisam non debuerunt immolare idolis, & exterius se gerere, vt infideles, & tanquam Apostatae: quae tamen duo manifeste important irregularitatem, cum expressè contineant impedimentum ascendendi ad Ordines pro laicis, si sint culpabiles in immolando idolis, & impedimentum exercendi Ordines pro Clericis, si similiter sint culpabiles in eodem crimine.

Si quis tamen contenderet, Concilium Ancyranum, & ex illo capitulum, Presbyteros. dist. 50. cit. non loqui generaliter de Apostatis a fide; sed specialiter de iis, qui per metum, aut per vim thurificabant, vel immolabant idolis; & ideo non comprehendere eos Apostatas, qui fidei, & non ex animo deficiant a tota fide ad Turcas, vel ad Iudaeos, vel etiam simpliciter ad atheos; nec tamen immolent, aut sacrificent; adhuc possunt, ac debent etiam hic censeri irregulares ex capite iam explicato, quod committant delictum enorme, & dignum depositione, dummodo haec etiam apostasia sit notoria vno aliquo ex modis iam dictis; non autem occulta etiam per accidens, vt notat Azor. part. 1. lib. 8. n. 21. quest. 8. qui etiam rectè addit, id verum esse de facto tantum Apostata, qui solo verbo, aut facto ex metu poenarum, aut mortis, simulet se deficere a tota fide; non autem de vero, qui deficiat etiam animo, & voluntate: siquidem hic est irregularis, & excommunicatus, tanquam verus Haereticus, siue crimen sit notorium, siue occultum per accidens, vt etiam notat Coninchius disp. 18. de irregularitate, dub. 7. n. 50. pag. 639. & Caiet. 2. 2. quest. 11. art. 1. & in Summa verbo, Apostasia, & Suar. de censur. disp. 43. sect. 2. n. 1. & ex Canonistis Innocentius, & Hostiensis, in cap. Primus. de Apostatis, & Syluest. verb. Irregularitas, n. 7.

10. Irregularitas ex fidei apostasia a fide, quomodo potest dispensari ab Episcopo.

Quoad dispensationem vero huiusmodi irregularitatis, quam contrahunt fidei Apostatae, videri potest idem cap. Presbyteros. dist. 50. cit. & idem Concilium Ancyranum, & ex illis Suar. de censur. disp. 11. n. 3. quest. 2. n. 3. nam, quoad vsum, & exercitium Ordinum susceptorum vsque ad Diaconatum, ex graui aliqua causa dispensatio committitur Episcopis: quoad vsum vero, & exercitium presbyterij, vel sacerdotij, & quoad promotionem ad Ordines

superiores, vel quoad nouam susceptionem Ordinum, nulli committitur, & ideo censeri debet spectare ad solum Papam, vt expressio illa Episcoporum solum posita in prima parte, & non in secunda, aliquid operetur, & non sit frustra, vt certè esset, si possent Episcopi dispensare etiam in secunda. Atque hoc est multò tutius, quam quod habet Syllu. verbo, Irregularitas, n. 7. cit. quod Episcopus possit dispensare etiam cum laicis, vt de nouo promoueantur: & quod habet Maiolus lib. 5. de irregularitate, cap. 34. n. 2. quod facilius debeat dispensari cum laico, vt promoueatur de nouo ad Ordines, quam cum Clerico, vt Ordines iam susceptos exerceat. Contra enim est: quia cap. Presbyteros. cit. non committitur Episcopis dispensatio cum laicis; sed solum cum Clericis pro exercitio Ordinum vsque ad Diaconatum, vt diximus: & ex nullo iure habetur, quod facilius debeat esse dispensatio cum laicis pro Ordinibus de nouo suscipiendis, quam cum Clericis pro exercendis Ordinibus iam susceptis; saltem si loquamur de Clericis infra Sacerdotes, & de exercitio Ordinum infra ministerium altaris, vt notat ibi Suar. Imò de Apostatis a fide, qui sacrificiis Gentilium interfuerunt, specialiter statuitur in Concilio Elibertino can. 59. vt solum post decennium admittantur ad communionem: quod sine dubio est quid minus, quam vt admittantur ad Clericatum, & ad Ordines: ac proinde ex illo rectè potest sumi argumentum, quod non de facili sit cum illis dispensandum ad Ordines.

Et idem est dicendum, quantum est ex iure communi antiquo, de dispensatione ab irregularitate contracta per veram haeresim, aut per veram apostasiam a fide, vt videtur est apud eundem Suar. disp. 43. cit. de censur. sect. 1. n. 5. & 6. & apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 25. n. 13. & seqq. & apud alios: nam quoad promotionem simpliciter ad Ordines, si is, qui est promouendus simpliciter nullus habeat; vel quoad promotionem ad Ordines superiores, si habeat aliquos; nullus dispensat, nisi Pontifex: quoad exercitium vero, & vsum Ordinum iam susceptorum, potest dispensare etiam Episcopus; saltem citra ministerium altaris, & citra exercitium Ordinis sacerdotalis: sic enim cap. Saluberrimum. 1. quest. 7. ex S. Leone de cuiuslibet Ordinis Clericis, qui ab haeresi reuertuntur ad fidem, vniuersaliter dicitur, quod debent in magno beneficio habere, si perpetuo mancant in eo Ordine, in quo sunt, adempta sibi omni spe promotionis. Et sensus est, quod possit cum illis dispensari quoad exercitium Ordinum, non autem quoad promotionem ad Ordines. Et quauis in dicto capitulo non fiat de laicis expressa mentio; sed solum de Clericis Doctores tamen communiter etiam pro laicis dicunt, debere intelligi, quod sit illis adempta omnis spes promotionis, & quod promotio sit etiam illis indispensabilis; cum de Clericis id asseratur, non, quia Clerici sunt; sed, quia fuerunt lapsi in haeresim: quae tamen ratio criminis eadem est etiam in laicis, vt notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 25. cit. n. 2. Et quod dicitur, Clericos in magno beneficio debere habere, quod permittantur manere in eo Ordine, in quo sunt; non significat, quod non indigeant alia speciali dispensatione pro exercitio, & vsum Ordinum; sed sint pro illo dispensati quasi a Iure; & ideo perfecta penitentia, & abiuratione haereticis, liberè, & licitè possint ministrare in suis Ordinibus sine alia dispensatione, vt vult Syllu. verbo, Irregularitas, n. 7. Sayr. lib. 7. h. c. cap. 12. n. 16. Auila de censur. part. 7. dist. 1. a. dub. 2. Farinac. de haeresi, q. n. 91. n. 62. & alij alij: sed significat, quod indigeant beneficio

11. Irregularitas facilius dispensatur quoad exercitium Ordinum, quam habent, quam quoad susceptionem nouorum Ordinum.

12. A quo dispensatur irregularitas contracta ex vera haeresi, vel ex vera apostasia a fide.

14. Dispensatio cum Haereticis quoad ministerium altaris est reuerentia soli Papae.

15. Item est quoad audiendas confessiones personarum secularium.

beneficio dispensationis, & quod per ipsam dispensationem possint permitti in illis ministrare, vt exponunt Doctores communiter. Maiolus lib. 5. de irregularitate, cap. 46. n. 2. Pegna in Directorium Inquisitorum, part. 3. quest. 113. com. 162. in fine. Suar. de censur. disp. 43. sect. 1. n. 2. Azor. part. 1. lib. 8. a. 1. quest. 13. Sanchez lib. 2. cap. 25. cit. n. 3. Coninch. disput. 18. de irregularitate, dub. 7. n. 51. & alij. Et per hoc ipsum, quod diuersis loquendi modis usurpatur pro exercitio, & vsum Ordinum, & pro vteriori, vel noua promotione ad Ordines, & in illo dicitur, quod per magnum beneficium permitti potest talis Haereticus, & irregularis manere; & ad hunc, quod illi adimittitur omnis spes, non significatur, quod simpliciter a nullo, & neque etiam a Summo Pontifice possit dispensari, vt promoueatur; sed, quod difficilius potest dispensari: & cum dispensatio ad exercitium Ordinum possit haberi communiter ab Episcopo; dispensatio tamen ad nouos Ordines non possit haberi nisi a Papa, vt notat Suar. disp. 43. de censur. sect. 1. n. 6. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 25. n. 3. & 14. quia enim in Iure cap. Saluberrimum. cit. 1. quest. 7. indefinitè, & impersonaliter dicitur, quod possit dispensari; neque aliter explicatur, a quo; & signum est, quod dispensatio committatur Episcopo, vt est communis regula apud Glossam in cap. In quibusdam. in fine. de iuris. & in cap. Postulatus. verb. Dispensatum, de Cleric. excom. ministr. & apud Ioannem Andream, Panorm. Innocentium, & alios ibidem: vt notat Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 5. n. 5. quia, nimirum, verba legis semper debent aliqui operari, & non frustra poni, cap. Si Papa. de privileg. in 6. & ideo cum nemini possit esse dubium, quod Papa possit dispensare, expressio illa de dispensando in exercitio Ordinum, quae habetur loco citato, non potest intelligi de Papa, de quo esset frustratoria, & nihil operaretur; sed rectè intelligitur de Episcopo: & hic bene dispensat quoad exercitium Ordinum, vt etiam paulo ante diximus ex Concilio Ancyrano, & ex cap. Presbyteros. dist. 50. de simili dispensatione quoad exercitium Ordinum pro fidei Apostatis, aut fidei Haereticis: & exceptio, quae ibidem subditur de exercitio Ordinis sacerdotalis, pro quo dispensatio non committitur Episcopo, debet intelligi etiam pro irregularitate veri Haereticis, aut veri Apostatae, cum quo similiter non potest dispensare Episcopus pro exercitio dicti Ordinis, vt ex communi sententia notat Suar. sect. 1. cit. n. 6. & Sanchez c. 25. n. 14. sed dispensatio est petenda a solo Papa, vt potest super re maxima, & maximi momenti secundum antiquissimum vsum Ecclesiae. Vnde, cum Clemens VII. Extr. in. q. Cum scint. de anno 1530. concessisset Inquisitoribus, eorumque Commissariis absolute, & simpliciter, vt possent dispensare in foro conscientiae super irregularitate contracta ex haeresi, vel ex apostasia a fide, postea tamen Pius V. de anno 1567. limitauit dictam facultatem, & expressè prohibuit, ne huiusmodi Haereticos reuertentes ad fidem, possent habilitare ad beneficia ecclesiastica; vel vt ascenderent ad Ordines superiores, si essent Clerici; vel vt ministrarent in ministerio altaris, si essent Presbyteri, vt supra retulimus n. 2. ex Pegna ad 2. partem Directorij Inquisitorum, com. 175.

13. Facultas dispensandi concessa indefinitè, & impersonaliter in Canone, intelligitur concessa Episcopo.

Et idem est de exercitio audiendi confessiones personarum secularium, ad quod similiter Haereticis non possunt reabilitari: & quaecumque gratia illis facta nunquam includit, vt possint audire dictas confessiones, die 2. Septembris, 1562. & die 15. Nouembris, 1565. & confirmatum per Paulum IV. vt refert Maiolus lib. 5. de irregularitate, cap. 46. n. 6.

versus finem pag. 443. col. 1.

Et a fortiori idem est ex eodem Suario, & Sanchez loco cit. de dispensatione cum Episcopo haeretico quoad exercitium, & vsum pontificalium, quae similiter est habenda solum a Papa, cum praesertim omnes causa Episcoporum in materia fidei iure ipso communi sint reseruatæ Papae, cap. Inquisitores. de Haereticis, in 6.

16.

Et cum haeretico Episcopo quoad vsum pontificalium.

Ceterum ex his, quae diximus supra, disp. 51. de reuocatione facultatis absoluedi ab haeresi, quae in Tridentino sess. 24. cap. 6. datur Episcopis, & reuocatur quotannis in Bulla Coenae, potest intelligi, quod etiam reuocetur facultas dispensandi in irregularitate, quae ibidem conceditur, quando haereticis est occulta: quia enim generaliter non habent Episcopi facultatem dispensandi in iis casibus, in quibus non habent facultatem absoluedi, cum semper maiora intelligantur esse prohibita, quibus verita sunt minora, cap. Cum illorum. de sentent. excom. commun. & ex Gloss. ibidem, verb. A in ora. Panorm. & alij, minor sit facultas absoluedi, quam dispensandi; meritò creditur, per Bullam Coenae auferri quotannis Episcopis consequenter ad facultatem absoluedi ab haeresi, etiam facultas dispensandi in irregularitate, quae ex illa contrahitur; & ideo hoc tempore, & de iure nouo non modo non possunt dispensare in hac irregularitate quoad promotionem ad nouos Ordines; sed neque etiam quoad exercitium, & vsum priorum Ordinum: & haec dispensatio, quoad omnia, est reseruata soli Papae, vt notat Suar. disp. 43. de censur. sect. 1. n. 7. in fine, & disp. 21. de fide, sect. 5. n. 2. Bonac. de irregularitate, disp. 7. quest. 3. puncto 7. n. 12. & alij: quauis etiam addat Suar. non esse improbable oppositum, quod tenent Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 25. n. 18. Tolet. lib. 1. cap. 69. in fine. Farinac. de haeresi, quest. 192. n. 79. Garzias de benefic. part. 1. cap. 10. n. 86. & alij alij: quia, scilicet, regula allata ex cap. Cum illorum. cit. de sent. excommunicat. solum regulariter habet locum; non autem quando ex aliquo capite maior, & strictior est absolutio, quam dispensatio, vt contingit in casu praesenti de haeresi, cuius absolutio ex speciali ratione strictissime reseruatur, & reputatur, vt maior, quam dispensatio. Et quatenus datur etiam in haeresi, maior esse dispensatio, quam absolutio, non potest in illa valere regula allata, cum in Tridentino concedatur Episcopis tam dispensatio, quae est maior, quam absolutio, quae est minor; & per Bullam Coenae non fiat mentio nisi de reuocanda absolutioe; ac proinde dispensatio relinquatur concessa, vt prius, & non reuocata; & regula allata solum valeat, quando id, quod est maius, non est expressè concessum, & quando solum est iudicandum ex illo alio, quod est minus, & est negatum.

17.

Irregularitas ex haeresi, vel ex apostasia, vnum possit dispensari ab Episcopo.

Et quod dicimus de Episcopis, quoad dispensandum super irregularitate contracta ex haeresi, potiori ratione debet dici de Inquisitoribus: sicut enim facultas absoluedi in solo foro conscientiae, vel nunquam ab illis est habita, vel certè etiam illis est reuocata quotannis in Bulla Coenae, vt patet ex dictis disp. 51. n. 9. & seqq. ita & facultas dispensandi, vel nunquam est habita, vt pote illis minimè debita ratione propriij muneris, & officij; vel certè debet censeri esse illis reuocata per quandam consequentiorum ad reuocationem facultatis absoluedi, & iuxta regulam cap. Cum illorum. de sent. excom. Et absolute quod Inquisitor non possit dispensare cum Haereticis super irregularitate contracta ex haeresi, expressè habetur in Directorio Inquisitorum part. 3. q. 126. pag. 683. quia nullibi reperitur id concessum, vt notat

18.

Et verum ab Inquisitoribus.

tant Pegna in eadem 3. parte, com. i 62. in fine, & com. 175. & Suarez disp. 43. de censuris, sect. 1. n. 5. & Sanchez lib. 2. cap. 25. n. 19. & Constitutio Clementis VII. cuius supra meminimus n. 2. dicenda est, vel fuisse reuocata per Pium V. ut vult Pegna com. 175. cit. vel non fuisse perpetua, & generalis; & ideo expirasse, vel non fuisse vlt recepta, ut vult Suarez, n. 5. cit. & ideo hoc tempore dispensationem à nullo alio esse habendam, nisi à Papa. Non tamen defunt, qui hanc facultatem concedant Inquisitoribus, ut Henricus lib. 14. de irregular. cap. 18. n. 2. & aliqui alij apud Sanchez n. 19. cit.

DISPUTATIO LIII.

Quomodo credentes, receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum, eorumque omnium filij, sint irregulares.

- 1. Etiam credentes, receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum sunt irregulares.
2. Qui ministrat Sacramenta Hæretico nondum conuerso, est irregularis, tanquam fautor Hæretici.
3. Quomodo schismatici sint irregulares.
4. Suspecti de hæresi sunt irregulares.
5. Schismatici sunt suspecti de hæresi.
6. Quomodo schismatici notorii possint dici dupliciter irregulares, id est, semel, quia schismatici, & iterum, quia suspecti de hæresi.
7. Magi, & qui habent pactum cum Demone, cuiusque colunt, quomodo sint irregulares.
8. Qui abiurat, ut Hæreticu, manet irregularis post abiurationem, non autem qui abiurat, ut suspectus de hæresi.
9. Quomodo filij Hæreticorum, credentium, receptatorum, defensorum, fautorum, sint irregulares.
10. Ex linea paterna sunt irregulares vsque ad secundum gradum; ex linea verò materna non ultra primum.
11. Si pater hæreticus reconcilietur Ecclesie, cessat irregularitas filiorum.
12. Si filij sint procreati ante hæresim parentum, adhuc sunt irregulares.
13. Si hæresis parentum sit occulta, filij non sunt irregulares.
14. Et idem est, si in aliquibus regionibus hæresis impudè grassetur, & non inducat notam infamiam.
15. Et parum refert, quòd sint legitimi, aut illegitimi, dummodo sint ex certo parente hæretico.
16. Verum filij Hæreticorum priuentur exercitio Ordinum, aut beneficiis obtentis ante hæresim parentum.
17. Idem est etiam de pensionibus.
18. Ex benignitate Ecclesie, & Prælatorum, & ex pia consuetudine iam inducta, possunt non priuari, etiam per sententiam.
19. Et idem est, si sint obtenta post hæresim, sed ante sententiam illius declaratoriam, vel ante illius notorietatem.
20. Filij eorum, qui puniuntur ultimo supplicio, ut re lapsi, sunt irregulares, etiam si eorum parentes moriantur penitentes.
21. Filij Hæresiarcha sunt irregulares.
22. Sicut & filij illius, qui damnatur, ut conuictus de hæresi.
23. Vel qui damnatur, ut contumax.
24. Filij eorum, qui sunt suspecti de hæresi, vtrum sint irregulares.

- 25. Filij neophytorum non sunt irregulares; & qui proprie dicantur neophyti.
26. Statutum excludens aliquos ratione originis, dignitatis, vel à professione religiosa, quomodo sit validum.

Et c, quæ diximus de irregularitate Hæreticorum, extenduntur in Iure, etiam ad eorum credentes, receptatores, fautores, & defensores, & ad eorum omnium filios vsque ad secundam generationem, ut supra indicauimus num. 2. ex cap. 2. §. Hæretici, de Hæresi, in 6. vbi hi omnes æqualiter cum Hæreticis dicuntur non debere admitti ad vllum beneficium ecclesiasticum, vel ad vllum officium publicum, comprehendendo hoc nomine, non solum Magistratus, & Officia temporalia pro temporali regimine ciuitatis, aut reipublicæ; sed etiam Ordines, & Officia spiritualia, ut ibi diximus ex communi sententia apud Suarezium disp. 43. sect. 2. num. 5. & apud Sanchez lib. 2. cap. 25. num. 7. Qui verò intelligi debeant per credentes, receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum, satis explicauimus supra, disp. 43. dum ageremus de eorum excommunicatione. Et quemadmodum hanc non incurunt, nisi qui conserunt hæc beneficia Hæreticis, formaliter in quantum Hæretici sunt, & in causa hæresis: ita neque incurunt irregularitatem. Et ad fautores Hæreticorum rectè possunt reduci, qui Sacramenta illis ministrant nondum conuersis; sed adhuc permanentibus in sua hæresi, ut subdunt Suarez, num. 6. & Sanchez num. 9. siquidem verè fauent illis in hæresi: secus verò, si in hæresi non amplius manent; sed nondum sint absoluti ab excommunicatione: quia in tali casu potius fauent excommunicato, quam Hæretico, ut iidem notant. Atque hoc est multò verius, quam quòd habet Maiolus lib. 5. de irregularitate, cap. 46. num. 4. & 5. quòd qui exhibent Sacramenta Hæreticis, etiam post peractam penitentiam, & iam conuersis, euadant irregulares: neque enim in tali casu post hæresim abiuratum, & post peractam penitentiam possunt dici fautores Hæreticorum, ut Hæretici sunt: neque tale quid habetur in Iure, neque id afferunt Speculator tit. de dispensat. §. Iuxta, vers. 7. & Bernardus Diaz in pract. crimin. cap. 107. vel 115. quos ipse citat: sed solum afferunt id, quòd habetur cap. Excommunicamus. 1. §. Credentes præterea, vers. Si verò Clericus, & vers. Sanè Clerici, de Hæresi. quòd, scilicet, credentes, receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum, si fuerint Clerici, ab omni officio, & beneficio sunt deponendi; & quòd Clerici non debent illis exhibere ecclesiastica Sacramenta, nec præsumere eos tradere ecclesiasticæ sepulture; nec eleemosynas, aut oblationes eorum percipere, & alioqui suo officio sunt priuandi, & nunquam restituendi sine speciali indulto Sedis apostolicæ: & ex Suarezio num. 6. cit. certum est, quòd per hæc non importatur irregularitas, sed depositio, aut suspensio ferendæ sententiæ, ut manifestum est ex illis verbis: Ab omni officio, & beneficio deponatur, & suo priuentur officio, &c. quæ verba manifestè requirunt actionem hominis, id est, Iudicis, eamque imperant, ut futuram; non autem significant penam, quæ incurritur ipso facto, & sine alia sententia Iudicis, qualis est irregularitas.

Si quis tamen velit insistere sententiæ Maioli, quòd sit irregularis, non solum ut fautor Hæreticorum; sed absolute, & omni modo, qui exhibet Sacramenta credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defensoribus Hæreticorum; fortasse poterit id defendere

1. Etiam credentes, receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum sunt irregulares.

2. Qui ministrat Sacramenta Hæretico nondum conuerso, est irregularis, tanquam fautor Hæretici.

fendere ex alio principio supra allato, num. 6. quòd omnia crimina irregularitatem inducant, quando sunt publica, & notoria; & alioqui ex se sunt enormia, & digna depositione, cum reuera talis sit; ex cap. Excommunicamus. 1. cit. de Hæreticis. etiam exhibitio Sacramentorum facta Hæreticis, vel eorum credentibus, receptatoribus, fautoribus, defensoribus.

Et ex eodem principio potest admitti id, quòd asserit idem Maiolus lib. 5. cap. 46. num. 4. citato, & Pegna in Directorium Inquisitorum, part. 2. commentario 73. §. Cogniti dignum est. pag. 363. quòd etiam Schismatici sint irregulares, non solum quando schisma includit hæresim, vel non est sine hæresi, ut dicitur cap. Inter hæresim. 24. questione 3. in quo casu Schismatici sunt verè Hæretici, & secundum omnes sunt verè irregulares per irregularitatem propriam hæresis. Vnde ex cap. 1. de Schismaticis, qui fouent, & irant schisma, appellantur Hæresiarcha: & Extrauaganti, Ad certitudinem, de sententia excommunicationis, per hoc ipsum Græci appellantur Hæretici; quia sunt Schismatici inueterati: sed etiam quando schisma est sine hæresi, & solum dicitur diuisionem ab unitate Ecclesie: quoad obedientiam exhibendam illius Capiti; non autem quoad fidem, & credentiam eorum, quæ ab Ecclesia, eiusque Capite definiuntur, & omnibus proponuntur, ut credenda, in quo casu non apparet in iure esse imposita specialis irregularitas contra Schismaticos, ut probant Suarezium disputatione 43. de censuris, sessione 2. num. 7. Layman disputatione 18. dubio 7. num. 51. Bonacina de irregularitate, disputatione 7. questione 3. puncto 7. num. 7. Si enim id admittamus, & demus Suarezio, quòd omnia Iura, quæ videntur fauere dictæ irregularitati Schismaticorum, solum probent suspensionem à potestate ordinandi, & à collatione beneficiorum, & ab administratione Ecclesiarum, & à sacris Ordinibus, & dignitatibus, ut cap. Primum, cit. de Schismaticis, vel aliquas alias penas imponendas à Iudice, ut cap. Quis contra. 24. questione 1. quòd qui sunt, vel faciunt contra pacem Ecclesie (ut certè sunt, & faciunt Schismatici,) priuentur dignitate, & cingulo militari, si illud habeant; & si fuerint nobiles, patiantur proscriptionem suarum substantiarum; & si ignobiles, verberentur in corpore, & exilio perpetuo castigentur: & cap. In nomine Domini, distinctione 23. quòd non solum falsus Pontifex, & illegitimè electus sit abiciendus perpetuo anathemate, & ab omni ecclesiastico gradu, in quo erat prius, sit deponendus; sed, quòd eidem penæ perpetui anathematis, & depositionis debeant esse mancipati etiam alij, qui quomodocumque illi adhaerent, vel reuerentiam exhibuerint, aut in aliquo præsumpserint eum defendere: si, inquam, admittamus hæc, & similia non importare irregularitatem specialiter impositam contra Schismaticos; id tamen, quòd dicitur cap. In nomine Domini, cit. quòd adherere illegitimo Papæ, eique reuerentiam exhibere, aut in aliquo eum defendere sit crimen dignum perpetuo anathemate, & depositione ab omni gradu ecclesiastico, satis probat irregularitatem ex principio generali iam dicto, quòd omnia crimina illam inducant, quando sunt publica, & notoria, & ita enormia, ut sint digna depositione: quale diximus esse schisma.

Potest verò etiam ex alio capite desumi irregularitas Schismaticorum, id est, ex eo, quòd sint suspecti de hæresi, quòd enim sint irregulares, qui tali modo suspecti sunt, videri potest apud Maiolum lib. 5. de irregularitate, cap. 17. num. 1. & 2. & apud Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

4. Suspecti de hæresi sunt irregulares.

Suarium disputatione 43. de censuris, sessione 2. num. 8. & 9. & apud Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 25. num. 10. & apud Henriquez lib. 14. de irregular. cap. 4. num. 6. in fine. Et patet ex cap. finali, Si quis Presbyter, distinctione 30 vbi de illo, qui à se non mouet suspensionem hæresis; dicitur, quòd sit deponendus ab ordine clericatus: & ex cap. Infames. 6. questione 1. in fine, vbi tam de iis, qui rectam fidem non habent, quam de suspectis, dicitur, quòd non debeant prouehi ad sacros gradus: & ex cap. Inter sollicitudines, de purgatione canonica. vbi de illo, qui scienter habuit familiaritatem cum Hæreticis, non solum dicitur, quòd debeat purgare suspensionem de hæresi; sed etiam, quòd debeat manere suspensus ab officio, donec scandalum sopiatur. Et ratio est ex Maiolo ibidem: quia, quemadmodum suspecti tutores, & curatores, secundum Iura, remouentur à tutela, & cura pupilli, aut minoris, ff. de suspectis tutoribus. & suspectis Iudicibus causa non delegatur, cap. Causam, 2. de officio deleg. & cap. Cum iter, de excepti. & procurator suspectus per solam suspensionem reuocatur, tam ante contentam litem, quam post, cap. Ex parte 3. de rescriptis. ita, & potiori ratione Sacramentum Ordinis, cuiusque exercitium, & administratio Sacramentorum, & Ecclesie, & fidelium gubernatio, non est committenda, aut relinquenda suspectis de fide: & ideo quandiu durat talis suspicio, censeri debent irregulares, id est, prohibiti promoueri ad sacros Ordines, quos non habent; & prohibiti exercere illos, quos habent.

Et quòd Schismatici sint suspecti de hæresi, habetur Extrauag. Ad certitudinem, de sententia excommunicationis, & cap. 1. de Schismaticis, & aliis locis, vbi propter schisma appellantur Hæresiarcha, aut Hæretici, in quantum, scilicet, semper schisma est via ad hæresim, ut habet Sanctus Thomas 2. 2. questione 39. art. 1. ad 3. & nullum est schisma, quòd non sibi confingat aliquam hæresim, ut rectè ab Ecclesia recessisse videatur, ut idem subdit ex Sancto Hieronymo in illud Sancti Pauli ad Titum 3. Hæreticum hominem deuita. tom. 9. & habetur cap. Inter hæresim. 24. questione 3. Et clarius id habetur in Directorio Inquisitorum, parte 2. questione 48. pag. 363. vbi dicitur, quòd Schismatici, si proprie non sunt Hæretici; sunt tamen ad hæresim multum dispositi, dum in eo, quòd se diuidunt ab Ecclesia, & nolunt ei obedire in agendis, facile prorumpunt, ut neque etiam obediant in credendis; & ex Pegna ibidem, commentario 73. §. Aliqui autem, & §. Sed ulterius, ex hoc ipso reddunt se saltem leuiter suspectos de hæresi, eique sunt valdè affines, & valdè parum ab illa distant, dum videntur facti ipso profiteri, quòd Ecclesie Capiti non sit parentum, & quòd extra Ecclesiam possint esse vera Sacramenta, & quòd possit contingere salus, & similia, quæ sunt hæretica. Et hæc suspicio potest etiam esse vehemens, & grauissima, si schisma ex multo tempore sit inueteratum, ut notat Panormitanus in cap. Quia diligenti, num. 2. de elect. & patet ex citata Extrauagante, Ad certitudinem, de sententia excommunicationis: vel etiam si concurrant aliæ circumstantiæ personarum, quæ inciderunt in schisma, & causarum, propter quas inciderunt, ut subdit Pegna §. Sed ulterius, citato: & in tali casu Schismaticus potiori ratione habendus est pro irregulari.

Et quanuis suspicio hæresis, quando prouenit ex iis criminibus, quæ per se dicunt attributionem, vel cooperationem ad hæresim, & specialiter propter huiusmodi attributionem puniuntur

6. Schismatici sunt suspecti de hæresi.

6. Quomodo Schismatici notorii possint dici duplione.

irregularitas
est, semel
quia Schi-
smatici; &
iterum, qui
suspecti de
haresi.

tur in iure poena irregularitatis, ut est, verbi gratia, fauere Haereticis in causa haereticis, eos defendere, receptare, &c. non inducat irregularitatem distinctam ab illa, quam habent propria ipsa crimina: & fautores, verbi gratia, Haereticorum non sint dupliciter irregulares; id est, semel, quia fautores; & iterum, quia suspecti de haesi: sicut neque Haeretici sunt semel irregulares, quia Haeretici; & iterum, quia sunt infames ex haesi: quando tamen suspicio haereticis prouenit ex aliis criminibus, quae non habent per se attributionem ad haesim; sed fundant huiusmodi suspensionem, quasi merè extrinsecam, & merè accidentaliter se habentem ad haesim, ut est, verbi gratia, infordescencia per annum in excommunicatione, iuxta decretum Concilij Tridentini sessionis 25. cap. 3. de reformat. in fine, & iura alia antiquiora; & recessus per schisma ab obedientia Ecclesiae, eiusque Capituli, & similia verè fundant irregularitatem per se distinctam ab illa, quam fortè habent ipsa crimina, ex quibus prouenit, ut notat Sanchez lib. 2. cap. 25. num. 10. & Suarius disputatione 43. de censuris, sectione 2. num. 9. quia reuera, & suspicio haereticis est ratio fundandi diuersa à ratione criminis, ex quo prouenit; & ipsa irregularitas, quam fundat, est diuersa rationis ab illa, quam fundat ipsum crimen, ut mox dicemus: & hoc modo, si dicatur Schismaticus esse per se irregularis ratione schismatis, quod est crimen ex se distinctum, & disparatum ab haesi, dicendus praeterea est, esse etiam irregularis propter suspensionem de haesi, ut subdit idem Suarius. Et quoniam haec irregularitas non tam est per modum poenae, quam per modum cuiusdam maculae, & indecentiae, secundum quam est maximè indecens, ut suspectus de haesi promouetur ad Ordines, vel eos exerceat, ut iam diximus; hinc est, quod sit diuersa rationis ab illa alia, & non indigeat, per se loquendo, actione Iudicis, & dispensatione, sed possit cessare cessante suspensione, eaque sufficienter purgata; ut etiam communiter dicitur de irregularitate ex infamia aliorum criminum; & notant Suarius num. 9. cit. Sanchez c. 25. num. 10. cit. Henriquez lib. 14. de irregular. cap. 4. num. 6. in fine. Vnde Schismaticus post purgatam suspensionem de haesi solum manet irregularis per irregularitatem prouenientem ex schismate, in quantum est crimen dignum depositione: si tamen praeterea sit notorium, ut supra diximus num. 6. iuxta cap. final. de tempor. ordinat.

7.
Magi, & qui
habent pactum
cum Demone,
eumque colunt,
quomodo sint
irregulares.

Et hoc eodem capite suspensionis de haesi putant aliqui, esse irregulares eos Magos, qui pactum habent cum Demone, eumque colunt, & innocant, cum reuera sint suspecti de haesi, ut tradit Glossa in c. Accusatus. §. Sande. ver. Saperent. de Haereticis, in 6. quam communiter esse receptam notat Pegna in Directorio Inquisitorum, part. 3. commentario 24. Sunt iam alia facta. pag. 439 & ex illo Suarius disputatione 43. sectione 2. curata, n. 11. & Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 25. num. 11. & Bonacina de irregular. disputatione 7. questione 3. puncto 7. num. 4. & alij: sed reuera possunt haberi, ut irregulares, etiam ex vera haesi, si Demonem colant per cultum latriae, qui debetur soli Deo, eiusque putent, & credant inesse Numen, vel etiam colant cultu illo dupli, qui debetur Sanctis, eumque putent posse pro nobis mediare cum Deo, sicut mediant Sancti, cum haec, & similia manifestè sint contra fidem, ut fusè probatur in eodem Directorio Inquisitorum, part. 2. questione 43. pag. 338. & si exhibeant huiusmodi cultum non ex interna

credulitate, quod Demoni insit Numen, aut dignitas, quae colatur; eodem modo censeri possunt irregulares, quo tales censentur Haeretici pure externi, de quibus supra, n. 6. & seqq. Et si nullum cultum exhibeant, sed sine cultu aliqua praesent, quae faciant illos suspectos de haesi; post purgatam huiusmodi suspensionem, non manent amplius irregulares; etiamsi purgatio fuerit per abiurationem de vehementi, & coram Inquisitoribus: nam, quanuis Azorius part. 1. lib. 8. cap. 21. questione 8. in fine, affirmet, quod qui abiurat, hoc est, iurando coram Inquisitoribus detestatur, & damnat omnem haesim, idque cogit facere, quia fuit de haesi, vel de apostasia vehementer suspectus; adhuc maneat irregularis post huiusmodi abiurationem; & idè sit inhabilis ad omnia officia, & beneficia ecclesiastica; rectè tamen monet Nauarrus conf. 18. num. 6. de Haeret. lib. 5. pag. 94. & ex illo Paris. de reformat. lib. 4. quest. 3. n. 17. pag. 225. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 25. num. 12. bene esse aduertendum, vtrum quis abiuraerit, ut Haereticus, iam probatus ut talis in iudicio, & confessus, vel conuictus; vel certè abiuraerit solum, ut suspectus de leui, vel de vehementi; non autem ut probatus Haereticus: nam primo tantum modo manet irregularis post abiurationem, non autem secundo, ut etiam notat Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 56. num. 1. littera I, pag. 834. Et ratio disparitatis est: quia prima abiuratio declarat, illum fuisse verè probatum Haereticum, cum nihil sit aliud secundum Canones, nisi recessus ab haesi iam incursum cum iuramento de non redeundo ad illam amplius, ut probat ibi Nau. n. 1. ex cap. Accepta. & cap. Audita. de rebus. spol. & ex aliis locis: & idè illum relinquit in omnibus inhabilitatibus, quae fuerunt consecutae ex haesi, & solum excusat, ne tradatur brachio saeculari, ut subdit num. 2. §. Secundo. Contra verò secunda abiuratio declarat, illum fuisse innocentem, cum solum sit canonica purgatio suspensionis contractae ex aliquo dicto, aut facto; & declaratio, vel ostensio innocentiae cum iuramento, quod in haesim neque incurrit in praeteritum, neque sit incursum in futurum: & idè non potest illum relinquere in iis inhabilitatibus, quas non contraxit ex haesi; sed bene purgat, & quasi abluit illam notam, & maculam, quae potuit consequi, & est consecuta ex suspensione, siue leui, siue vehemente.

8.
Qui abiurat,
ut Haereticus,
manet irregu-
laris post ab-
iurationem; non
autem qui
abiurat, ut
suspectus de
haesi.

Extenditur praeterea, secundum iura, irregularitas Haereticorum, non solum ad illorum credentes, receptatores, defensores, fautores, ut supra diximus num. 1. sed etiam ad ipsorum filios usque ad secundam generationem, ut patet ex cap. 2. §. Haereticis autem. de Haeret. in 6. & ex Bulla Alexandri VII. Nouerit. §. Haeretici. ut refertur in Directorio Inquisitorum part. 3. quest. 14. pag. 669. Et ante hunc ex Bulla Innocentij IV. Cum aduersus. quae in veteri Bullario habetur tom. 1. pag. 9. & canonizatae leges imperatorias Federici ibi relatas contra Haereticos: & ex Bulla Nicolai III. Nouerit. quae similiter in veteri Bullario habetur tom. 1. pag. 30. & ex aliis Bullis, in quibus tam ipsi Haeretici, quam eorum credentes, receptatores, defensores, fautores, eorumque filij dicuntur non esse admittendi ad vllum beneficium ecclesiasticum, vel ad vllum officium publicum, comprehendendo hoc nomine etiam officia spiritualia Sacramenti Ordinis, ut ibi notauimus ex communi sententia.

9.
Quomodo filij
Haereticorum
credentium, re-
ceptatorum, de-
fensorum, fau-
torum, sint ir-
regulares.

10.
Ex linea pa-
ternam solum

8.
Qui abiurat,
ut Haereticus,
manet irregu-
laris post ab-
iurationem; non
autem qui
abiurat, ut
suspectus de
haesi.

9.
Quomodo filij
Haereticorum
credentium, re-
ceptatorum, de-
fensorum, fau-
torum, sint ir-
regulares.

10.
Ex linea pa-
ternam solum

serua sunt ir-
regulares vsq-
ue ad secun-
dum gradum;
ex linea verò
materna non
ultra primu.

solum intelligi debeat secundum lineam paternam: secundum verò maternam non extendatur ultra primum gradum. Atque ita ex patre haeretico, tam filij, quam nepotes ex filio censeri debent irregulares: ex matre verò haeretica non nisi filij. Et per nepotes ex filiis debent solum intelligi ex filiis masculis; non autem ex foeminis: quia, qui descendunt ab Haeretico per filiam foeminam, iam descendunt per lineam maternam; per quam tamen non extenditur irregularitas ultra primum gradum, ut diximus ex cap. Statutum. cit. & notat Suar. de censur. disput. 43. sect. 3. num. 1. Molina de inst. tom. 3. part. 1. disputat. 658. num. 19. Azorius part. 1. lib. 8. cap. 13. post quest. 8. §. Quod autem dicitur de filiis. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 27. num. 2. & alij apud ipsum.

Et iuste delictum patris in pluribus casibus temporaliter puniuntur in filiis, ut dicitur cap. Vergentis. de Haeret. quia sic magis puniuntur delictum patris, quando poena extenditur etiam ad alios ipsi coniunctos. Et pro casu haereticis rectè puniuntur delictum patris in descendibus masculis usque ad secundam generationem, & delictum matris non ultra primam: quia magis timeatur audacia masculorum, ut notat Pegna in Directorio Inquisitorum, part. 3. commentario 164. §. Quod si quæras. & communiter filij magis trahunt mores à patre, quam à matre: sicut & magis trahunt nobilitatem, & dignitatem familiae, & absolute ipsam esse, ut addit Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 27. num. 1. in fine, & fusius probat num. 7. concurrente, nimirum, matre ad filiorum generationem solum materialiter, & passiuè, ut vult Aristoteles lib. 1. de generat. animalium, cap. 19. & 20. vel saltem concurrente minus actiue, quam pater, ut concedunt communiter Medici.

Neque facit in contrarium Constitutio Pauli IV. & Gregorij XIII. apud Nauarrum conf. 22. de Haeret. lib. 5. pag. 95. col. 4. quod filij Inceptorum, aut Haereticorum damnatorum, & combustorum non admittantur usque ad quartam generationem ad Ordinem Sancti Francisci, vel ad quascunque dignitates, beneficia, aut officia ecclesiastica, &c. vel enim non est vsu recepta, ut vult Auila de censur. part. 7. disput. 4. dub. 3. vel solum loquitur de admittendis ad Ordinem Sancti Francisci, ut notat Rodriguez in quest. regular. tom. 1. quest. 14. art. 1. & 2. & in Summa, tom. 2. cap. 5. num. 3. & Sanchez cap. 27. cit. num. 3. vel denique postea per Sixtum V. fuit restricta ad terminos iuris, & restricta iuxta cap. Statutum. 2. de Haeret. in 6. ad secundam tantum generationem per lineam paternam, & solum ad primam per maternam, ut iidem subdunt.

11.
Si pater ha-
reticus recon-
ciliatur Eccle-
siae, cessat ir-
regularitas fi-
liorum.

Et si contingat, patrem haereticum non perseuerare in haesi, sed respicere, & reconciliari Ecclesiae, hoc ipso cessat irregularitas filiorum, ut subdit Suar. de censur. disput. 43. sect. 3. num. 1. cit. & Bonacina de irregular. disput. 7. quest. 3. puncto 7. num. 9. & alij apud ipsum. Et patet ex cap. Statutum. 2. de Haeret. in 6. vbi praeterea declaratur, quod ibi dicitur de filiis, & nepotibus, esse intelligendum de filiis, & nepotibus eorum Haereticorum, credentium, receptatorum, defensorum, fautorum, qui tales esse, vel tales decessisse probantur: atque ita significatur, quod eorum parentes, vel debeant actu esse Haeretici, & perseuerare in haesi, vel debeant in illa perseuerasse usque ad mortem, & in haesi esse mortui.

12.
Si filij sint

Et per illud verbum, probantur, quod ponitur in dict. c. Statutum. duo alia innuuntur ex eodem Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

12.
Si filij sint

Suario sect. 3. num. 2. id est, eos etiam filios esse irregulares, qui fortè sunt procreati ante haesim suorum parentum: dum enim ibi dicitur, quod ad incurrendam hanc poenam pro filiis sufficiat, si probentur eorum parentes fuisse haeretici; neque praeterea additur, quod similiter debeat probari, eorum filios fuisse procreatos post lapsum in haesim; aperte indicatur, & supponitur, quod hoc secundum non sit necessarium; sed possint filij dictam poenam incurtere, etiamsi sint procreati ante haesim suorum parentum. Et dum subditur, quod similiter sufficiat sub distinctione, si probentur eorum parentes decessisse in haesi, aperte indicatur, quod possit sufficere, si sint lapsi in fine vitae, & post filios procreatos, dummodo perseuerauerint tota reliqua vita, siue longa, & multa illa fuerit, siue breuis, & modica; & sic perseuerantes è vita decesserint. Et hoc idem tanquam communiis, & magis verum de iure asserit Rota, & fusè probat in quadam Concheni pensionis, coram Peregrino, de anno 1598. & apud Garziam de benef. part. 11. cap. 10. num. 79. pag. 336. & praeter cap. Statutum. 2. cit. etiam asserit cap. Filij similiter de Haeret. in 6. vbi filij eorum, qui tempore aegritudinis aduocarunt Haereticos, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent, idque fecerunt, cum essent sanæ mentis, vel cum antea essent suspecti, aut diffamati de haesi; in hoc puniuntur, ut non admittantur ad excusandos huiusmodi parentes, & ad probandum, quod non essent sanæ mentis, quando Haereticos aduocarunt: ex quo loco existimat Rota, clarè haberi, quod possint parentes puniri, etiam in filiis à se genitis ante delictum, cum in huiusmodi filiis quoad hoc puniantur, ut illi non possint admitti, ut testes, in fauorem ipsorum parentum. Et denique etiam asserit Constitutionem Federici Imperatoris, quae approbatur, & canonizatur à Bonifacio VIII. cap. V. Inquisitionis. de Haeret. in 6. & ante ipsum ab Innocentio IV. Constitutione 8. Cum aduersus. quae in Bullario veteri habetur tom. 1. pag. 9. ut etiam retulimus paulò ante, num. 9. in qua Imperator eos tantum filios, & nepotes Haereticorum, receptatorum, defensorum, & fautorum ex misericordia eximit à poenis, quibus afficiuntur generaliter filij propter haesim, & crimen parentum, qui paterna haesim, ut ipse loquitur, non sequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint. Atque ita supponit, alios omnes filios, & nepotes iis poenis comprehendendi, siue sint geniti ante haesim patrum, siue post: sic enim etiam generaliter per Arcadium, & Honorium Imperatores statuitur in Iure ciuili contra quoscunque filios reorum lesae maiestatis humanae, L. Quisquis cum militibus. §. Filij. C. ad l. Jul. maiest. quae & refertur cap. Vergentis. de Haeret. & ex professo canonizatur cap. Si quis cum militibus. 6. questione 1. & sola benignitate, ac lenitate Imperatoria dicitur illis vita concedi, qui paterno supplicio deberent perire, cum & paterni, hoc est, haereditarij criminis in ipsis exempla metuuntur, & quoad cetera omnes aequaliter dicuntur non posse quicquam accipere ex quacunque successione, & paterna infamia semper eos comitari, & ab omnibus honoribus, & officiis semper excludi; & omnes vno verbo tales esse, ut perpetua egestate sordentibus mors sic futura solatium, & vita supplicium, ut ibi concluditur. Et conformiter ad haec etiam Federicus Imperator Constitutione citata, §. Ceterum. generaliter statuit contra filios, & nepotes Haereticorum, recepta-

procreati ante
haesim pa-
rentum, ad-
huc sunt ir-
regulares.

torum, defensorum, fautorum, qui verè sunt rei lætæ maiestatis diuinæ, vt perpetuò careant omnibus beneficiis temporalibus, & publicis officiis, & honoribus, & sic in memoriam paterni criminis perpetuo mærore tabescant, & verè sciant, quòd Deus zelotes peccata patrum in filios potenter vlciscitur. Et potest addi cap. *Vnū*, de *Schismaticis*, in 6. vbi Bonifacius VIII. post damnatum Ioannem de Columna, tanquam Schismaticum, & Hæreticum, subdit procedendum insuper esse, tam spiritaliter, quam temporaliter, contra ipsius natos, & posteros, per quæ verba videtur expressè comprehendere, tam illos, qui erant iam nati, siue ante delictum, siue post, quam alios, qui erant nascituri in posterum; & per consequens punire etiam natos ante delictum. Et clarius idem probatur per Extravagantem Pauli III. contra Henricum Angliæ Regem, eiusque fautores, & complices, quæ incipit, *Cùm Redemptor*. & in *versis Bullariis* habetur *tom. 1. pag. 385.* in qua pœnas extendit ad eorum omnium filios, & specialiter exprimit natos, & nascituros, nemine excepto, nullaque habita ratione, siue minoris ætatis, siue sexus, vel ignorantia, aut cuiusvis alterius causæ, quæ posset illos excusare. Et sanè, cùm huiusmodi pœnæ in filios, & nepotes Hæreticorum ferantur, non, quia sint nati ex radice quasi infecta, & ex sanguine improbo per hæresim; siquidem hæc, cùm sit mære spiritualis, non inficit materialiter, & corporaliter sanguinem, & radicem generationis; nec quia sint vnū cum ipsis parentibus, quando cadunt in hæresim, & in illis, eorūque lumbis adhuc contineantur, sicut fuerunt contenti in lumbis Adæ omnes, qui contrahunt ex illo peccatum originis; sed ferantur simpliciter, quia sunt filij, & ab Hæreticis geniti, vt, scilicet, ipsi parentes magis in illis puniantur, & terreatur, vt dicitur *L. Isti quidem*, in *fine*, ff. *Quòd metus causa*, certissimum est, quòd hæc ratio æqualiter militat, imò & magis, in filiis iam natis ante hæresim parentum, quam in nascituris, cùm fortasse post hæresim nulli sint nascituri; & nati ante hæresim, sint iam adulti, & fortasse in honoribus, & officiis publicis; & idèd in illis sit necessariò maior futura parentum pœna, cùm præsertim magis possit de illis timeri, ne sequantur parentum exempla, vt dicitur *l. cit. Quisquis cum militibus*, §. *filij*, *C. ad leg. lul. maiest.*

Atque hoc idem, quòd filij, & nepotes Hæreticorum sint irregulares, etiam si sint procreati ante incursum hæresim, tanquam verius, & probabilius tenet etiam Couar. *lib. 2. var. cap. 8. num. 5. vers. Quarto*. Castren. *de leg. pœn. lib. 1. cap. 7. documentum 2. coroll. 1. & lib. 2. de iusta Hæret. punit. cap. vlt.* Pegna in *Directorio*, *part. 3. com. 163. §. Illud præterea*. Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 13. §. Oclaua pœna in fine*, & *part. 2. lib. 6. cap. 4. quest. 3. §. Dubia questionis est*. & alij plures apud Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 27. num. 9.* quannis ipse in sequentibus oppositum teneat, tanquam probabilius, & fuffissimè id conetur probare *num. 14.* quod idem etiam asserunt Nauarrus *conf. 23. de Apostatis, lib. 5. pag. 96.* Parisius *de resignat. lib. 3. qu. 1. num. 34.* Rodriguez in *Summa*, *part. 1. cap. 130. num. 5.* Molina *de iust. tom. 3. disput. 658. num. 21. col. 508.* Lessius *lib. 2. de iniuria, cap. 34. num. 124.* Henriquez *lib. 14. cap. 5. num. 4.* Coninchius *disput. 8. dub. 7. num. 53.* Bonacina *de irregularitate, d. sp. 7. quest. 3. puncto 7. num. 10. pag. 439. tom. 1.* & alij alij apud ipsum.

Neque obstant, quæ in contrarium asserit Mo-

lina ex Iure ciuili *disput. 658. num. 21. citato*: primò enim vnico verbo potest ad omnia responderi, quòd, quicquid decreuerit, ac definerit Iura ciuilia pro certis casibus particularibus, non potest ex illis sumi argumentum ad crimen hæresis, quod est ex se enormissimum, & pro quo longè alia potuerunt statuere, & de facto constituerunt leges canonicæ, vt iam retulimus.

Deinde magis in particulari ad l. *Ex facto*, §. *Ex facto*, ff. *ad Trebell.* quòd filij concepti post deportationem parentis, sint reputandi, quali ab alio geniti, quam concepti ante deportationem, licet sint postea nati; & idèd non faciant deficere conditionem fideicommissi adiectam per hæc verba; *Si decesserit sine liberis*. Respondetur, non dici vniuersaliter, quòd filij concepti ante delictum patris semper, & in ordine ad omnia debeant reputari, vt ab alio geniti, quam filij concepti postea; sed solum particulariter in ordine ad fideicommissum, & ad conditionem illi adiectam, si decesserit sine liberis: quia, nimirum, eo ipso, quòd sunt concepti post deportationem parentis, non potest ad illos deferri, & transire ius succedendi, cùm sint puniti quoad illud in ipso parente, quando, & quatenus in illo continebantur, & nondum erant ab illo, eiusque lumbis decessi, & separati per conceptionem, & formationem in vtero matris.

Et contrà, eo ipso, quòd filij sunt concepti ante deportationem, & pater non est deportatus, & punitus, nisi quando iam erant ab illo decessi, & non amplius in ipso continebantur, omninò transit ad ipsos ius succedendi, nec debuerunt illi priuari postea per punitionem parentis, in quo amplius non erant: & idèd quoad huiusmodi successorem rectè reputantur, ac si essent ab alio geniti: quod tamen non valet eodem modo in crimine hæresis, pro quo ex speciali Iuris dispositione pœna patrum extenditur ad filios, non quatenus in illis adhuc sunt, & adhuc continentur; sed absolute quatenus filij sunt, & ab illis geniti, siue ante, siue post incursum hæresim: unde & extenditur etiam ad nepotes, qui certè non continentur in lumbis aeorum, & sunt ab illis iam pridem decessi. Et idem respondetur ad *legem*, *Senator*, *C. de dignit. lib. 12.* & ad alias huiusmodi leges, in quibus statuitur, vt nobilitate, & priuilegiis ex senatoria dignitate patris, ij tantum filij gaudeant, qui sunt nati post dignitatem adeptam; non autem ante illam: quia, scilicet, qui antea erant nati, iam acquisierant statum inter plebeios, neque amplius continebantur virtute in patre, vt possent in illo nobilitari, & illustrari; & idèd relinquuntur in sua pristina conditione, vt dicitur *l. fin. C. de Decurionibus*, *lib. 10.* Similiter enim responderetur, id ita esse: quia specialiter sic est expressum in Iure ciuili pro certis dignitatibus; non autem, quia ita sit ex natura rei, vel generaliter sit statutum pro omnibus filiis, & in ordine ad omnia, siue supplicia parentum, siue pœnia. Vnde & *l. fin. cit. C. de Decur.* pro aliquibus aliis dignitatibus patrum statim subditur, quòd per illas liberentur filij à muneribus Curia, siue sint ante geniti, siue post. Et *l. Senator*, *cit. C. de dignitatib.* ij dicuntur nobilitari ex senatoria dignitate parentum, qui sunt nati dignitate durante, siue fuerint ante illam concepti, siue post: & cùm in aliis Iuribus maximè attendatur conceptio, per quam filius iam est decessus, & separatus à patre, neque amplius est in illo, vt possit afficius honoribus, aut suppliciis, vt *suprà* diximus, signat.

signum est, quòd non potest haberi ex Iuribus aliquid generale; sed solum particulariter debent attendi decreta particularia pro particularibus casibus, neque potest ex vno fieri argumentum ad aliud; & idèd neque ad hæresim, & ad pœnas Hæreticorum.

Et similiter neque potest sumi argumentum ex eo, quòd contingit in peccato Adami, quod solum transfunditur ad filios postea genitos; non autem fuisset transfusum ad alios, si qui fuissent geniti prius, vt est communis sententia Theologorum: vt enim patet ex Sancto Augustino *epistola 23. ad Bonifacium*, qui & refertur cap. *Iam itaque*, *1. quest. 4.* & cap. *Quæris de consecr. dist. 4.* non transfunditur tale peccatum, quia absolute sint filij Adami; sed solum quia sunt vnū cum illo, & in illo, à quo, & quando est admissum peccatum, quod transfunditur; quod tamen solum conuenit iis, qui adhuc non erant ab illo decessi, & nondum viciabant propria vita extra illum, & non operabantur propria voluntate: non autem potuissent conuenire aliis, si qui fuissent iam prius geniti; siquidem illis potuisset aptari id, quòd habetur *Ezech. 18. Et anima patris, mea est, & anima filij. Anima, qua peccauerit, ipsa morietur*. Contrà verò pœnæ Hæreticorum extenduntur ad filios, & ad nepotes; non quia sint vnū cum illis, & nondum separati, & decessi ab eorum lumbis, quando incidunt in huiusmodi pœnas; sed, quia absolute sunt filij, & nepotes, qui ab illis habent originem, vt, scilicet, ipsi parentes magis in illis puniantur, & terreatur, vt diximus paulò ante ex *L. Isti quidem*, in *fine*, ff. *quòd metus causa*. & ipsi filij in memoriam paterni criminis perpetuo mærore tabescant, & verè sciant, quòd Deus zelotes potenter vlciscitur peccata patrum in filios, vt loquitur Federicus Imperator *Constitutione cit.*

Et simile aliquid est respondendum ad alias leges ciuiles, & ad decreta aliquorum Conciliorum, quæ in eandem sententiam asserit Molina *loco citato*, vt probet vniuersaliter delicta parentum, quæcunque sint, & quantumvis enormia, non obesse filiis, quoad incurrendas eorum pœnas, si iam sint nati ante ipsa delicta; sed solum obesse, si superuenierint postea. Contra enim est: quia semper loquuntur in casibus particularibus; ex quibus tamen non potest inferri propositio, & regula vniuersalis ad omnia crimina, & specialiter ad crimen hæresis, quod solum est regulandum ex regulis, & constitutionibus propriis.

Alterum verò, quod ex Suario *de censur. disp. 43. sect. 3. num. 2.* innuitur cap. *Statutum*, *2. de Hæret.* in 6. per idem verbum, *probatur*, est, quòd filij, & nepotes Hæreticorum non incurrant dictam pœnam irregularitatis, nisi delictum, & hæresis parentum probetur, & vel ipsi in iudicio confessi sint hæresim, vel de illa conuicti sint, vel saltem illorum hæresis sit ex se publica, & notoria; non autem sufficiat, si fit occulta etiam per accidens, vt notat Azor. *cap. 11. §. Deinde quares.*

Et quod dicimus de notorietate, debet intelligi in iis regionibus, in quibus hæresis non impune grassatur, & in quibus induci notam infamiae: nam in aliis, etiam si pater publicè, & palam profiteatur sectam hæreticam, & in illa decedat, non videtur filius alioqui Catholicus esse censendus irregularis, vt notat Nauar. *conf. 1. de constit. quest. 14. num. 41. lib. 1. pag. 5. col. 4.* Henriquez *lib. 14. cap. 5. num. 4.* Layman. *lib. 1. tract. 5. part. 4. c. 4. in fine pag. 176.*

Extra verò hæc loca parum refert, quales sint filij

13. Si hæresis parentum sit occulta, filij non sunt irregulares.

14. Et idem est si in aliquibus regionibus hæresis impune grassatur, & non inducit notam infamiae.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

lij Hæreticorum, & verum legitimi, an illegitimi, dummodo constet, quòd sint ex certo parente hæretico: nam Iura quoad hoc non distinguunt; & tam legitimi, quam illegitimi sunt aliquid patris; & hic potest in illis puniri: neque illegitimi ex eo debent esse melioris conditionis; quia turpius geniti sint. Et in terminis sic asserunt Glossa in cap. *Statutum*, *2. vers. Volumus de Hæret. in 6.* Couar. *lib. 2. var. cap. 8. num. 3.* Simanchas *de cathol. instit. tit. 29. num. 16.* Pegna in *Directorio*, *part. 3. commentar. 163. §. In hac questione.* Azorius *part. 1. lib. 8. cap. 13. §. Oclaua pœna.* Suarius *de censuris, disputat. 43. sect. 3. num. 2.* Sanchez *lib. 2. in Decalogum*, *cap. 27. num. 1.* & alij communiter apud ipsum.

Dixi autem, dummodo constet, quòd sint ex certo parente hæretico: quia, si sint ex patre incerto, non est, quòd in tali dubio reputentur irregulares, vt notat Couarruias *lib. 3. citato, in fine*, & Sanchez *n. 1. citato*, & alij apud ipsum: sicut nec est, quòd reputentur illegitimi, vt de expositis, qui maximè sunt ex incertis parentibus, & communiter appellantur illegitimi, declarauit Gregorius X I V. de anno 1591. vt etiam diximus *lib. 4. de conscientia, disput. 8. num. 24.*

Quòd si contingat, vt ante lapsum parentis in hæresim, & ante delictum patris, filius iam sit ordinatus, vel iam habeat beneficium ecclesiasticum, secundum aliquos non cadit ex tali delicto ab exercitio Ordinum, vel à beneficio: quia *cap. 2. §. Hæretici autem de Hæreticis, in 6.* solum dicitur, quòd filij Hæreticorum, credentium, defensorum, &c. non admittantur ad beneficium ecclesiasticum, &c. non admittantur ad beneficium ecclesiasticum, &c. non admittantur ad beneficium ecclesiasticum, &c. non admittantur ad beneficium ecclesiasticum, &c.

Et in terminis sic asserunt Panormitanus, & Felinus in cap. *Vergentis de Hæret.* Rebuffus in *praxi, tit. de modis amittendi beneficia, num. 25.* Tolentus *lib. 1. cap. 69. §. Oclauò, & nonò.* Couarruias *lib. 2. variarum, cap. 8. num. 4.* Iulius Clarus *lib. 5. §. Hæresis, num. 6.* Rodriguez in *Summa*, *part. 1. cap. 120. num. 4.* Pegna in *Directorio*, *part. 3. commentar. 163. cit.* Suarius *de censuris, disp. 43. sect. 3. num. 2. in fine.* Azorius *part. 1. lib. 8. cap. 13. quest. 8. §. Oclaua pœna in fine*, & alij apud ipsos. Imò, & addit Pegna *ibidem, in fine*, ex Simancha *de cathol. instit. tit. 29. num. 20.* & aliis, quòd neque etiam sunt priuandi per sententiam Iudicis, cùm nihil tale habeatur in iure: & facit text. in cap. *Satis peruersum*, *dist. 56.* & Glossa *ibidem*, quòd sit satis peruersum, & contra censuram ecclesiasticam, quòd quis priuetur officio, & beneficio, ad quod est iam promotus, nisi propria culpa, & scilicet, à tali gradu illum deiciat: & potest addi etiam regula, quam tradit Glossa in *Clementinam primam*, §. *Ipsius de pœnis*, & ibi Zabarella, Imola, & alij, quòd qui in pœnam delicti, siue proprii, siue alieni, efficitur inhabilis ad beneficia obtinenda, non propterea priuatur obtentis.

Sed oppositum, vt magis verum de iure, & vt magis commune, tenet Rota, & pluribus probat in *Conchensi pensionis*, *suprà cit. num. 12.* & apud Garziam *de benef. part. 11. cap. 10. num. 79. pag. 336.* & citat multos ex veteribus Canonistis in cap. *Vt commissi de Hæreticis, in 6.* & in cap. *Felicis de pœnis, in 6.* & in cap. *Vergentis de Hæreticis, vt Ioan. Andr. Gemin. Anan. Præpositum, Imolam, Francum*: & primò asserit cap. *Vt commissi de Hæreticis, in 6.* in quo Bonifacius V I I I. insitendo vestigiis plurium suorum prædecessorum, & præcipuè Innocentij I V. dat facultatem Inquisitoribus priuandi,

Et parum refert, quòd sint legitimi, aut illegitimi, dummodo sint ex certo parente hæretico.

16. Vtrum filij Hæreticorum priuentur exercitio Ordinum, aut beneficiis obtentis ante hæresim parentum.

priuandi, & priuatos denunciandi omnibus beneficiis ecclesiasticis, officiis, & honoribus publicis quoscunque Hæreticos, credentes, receptatores, defensores, fautores, eorumque omnium filios, & nepotes: Constitutio autem Innocentij IV. ad quam se refert Bonifacius VIII. & cuius executioni insisterit, est illa, cuius supra meminimus, *Cum aduersus. in Bullario veteri, pag. 9.* in qua contra Hæreticos canonizat leges Federici Imperatoris; in quibus tamen §. *Cæterum*, tam ipsi Hæretici, receptatores, fautores, &c. quam eorum hæredes, & posterii, vsque ad secundam progeniem, ipso iure priuantur omnibus beneficiis, & officiis, & honoribus publicis, vt in paterni memoriam criminis continuo merore tabescant, & verè sciant, quod Deus zelotes peccata patrum in filios potenter vleiscitur. Et quanuis Imperator solum loquatur de beneficiis temporalibus, tamen Pontifex legem ipsius canonizat, & facit suam, iuxta cap. *Ad apostolica. de p. ben. in 6. & l. 1. §. Sed nec. C. de veteri iure enucl.* omnino est dicendus illos priuare ipso iure, etiam beneficiis ecclesiasticis, ne alioqui dicatur per summam absurditatem iis illa relinquere, quæ sunt patrimonium Christi, & per illa luxurientur, dum Imperator laicus iis aufert alia, quæ sunt temporalia, & in paterni memoria criminis vult illos tabescere, & sentire, ac seire Deum vltorem parentum in filios. Vnde & Bonifacius VIII. insitens, vt diximus, executioni dictæ Constitutionis Innocentij, & ad eam se referens, cap. *Vt commissi. citato, de Hæreticis, in 6.* dat facultatem Inquisitoribus, non solum priuandi; sed etiam priuatos denunciandi huiusmodi filios, & nepotes Hæreticorum, receptatorum, &c.

Deinde assert eadem Rota cap. *Vnicum. de Schismaticis, in 6.* vbi idem Bonifacius non solum facit inhabiles quosdam Schismaticos, & Hæreticos, quos ibi nominat, eorumque natos, & posteros, ad omnia beneficia, & dignitates ecclesiasticas in futurum habendas; sed etiam priuat ipso iure omnibus habitis. Et denique assert Constitutionem Nicolai III. *No ueris.* quæ est secunda inter Constitutiones ipsius, & in veteri Bullario habetur tom. 1. pag. 30. & inter cæteras pœnas Hæreticorum multas, & graues, quas ibi enumerat, ponit etiam hæc: *Vt Hæretici, receptatores, &c. eorumque filij vsque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium admittantur: quod si secus actum fuerit, decernimus irritum, & inane.* Et subdit: *Non enim prædictos ex nunc priuamus beneficiis acquisitis, uolentes, vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur.* Quibus verbis, vt ex se patet, nihil potest esse clarius. Neque potest hæc Constitutio dici antiquata, & contrarium iam esse inductum consuetudine, cum ex cap. finali *de Hæreticis in 6.* illæ omnes Constitutiones priorum Pontificum generaliter referentur, quæ sunt in negotio hæresis, & non obuiant decretis alijs Bonifacij VIII. in eodem 6. appositis, vt etiam dicemus infra, disp. 55. num. 8. & per Bullam Pauli IV. *Cum ex Apostolatus.* quæ inter Bullas ipsius est 42. & in veteri Bullario habetur tom. 1. pag. 630. & per alias plures Bullas aliorum Pontificum recentiorum approbentur, & confirmantur, & innouentur, & reponantur in viridi obseruantia, si fortè in ea non sint, & perpetuo obseruari mandentur omnes constitutiones, & ordinationes apostolicæ, & omnes censuræ, & priuationes, & pœnæ per illas statutæ contra Hæreticos.

Neque obstat id, quod habetur cap. *Satis peruersum. distinet. 56.* solum enim ibi dicitur, quod non est quis priuandus beneficio per crimen alterius pro quorundam voluntatibus. Et sensus est ex Glossa *ibidem*, quod Episcopus, verbi gratia, non potest pro voluntate priuare aliquem beneficium, quia parentes ipsius commiserunt delictum contra personam Principis. Eiusque rei eam subdit rationem eadem Glossa: quia Princeps secularis non potest per suas leges punire Clericos, eosque priuare beneficiis: & ex hac ratione colligunt ibi Præpositus num. 4. *vers.* Et nota rationem. Panorm. in cap. *Cum laici. de iure patron.* & plures alij apud Couart. lib. 2. var. cap. 8. num. 4. quod aliter sit dicendum de Principe ecclesiastico, & de crimine lætæ maiestatis diuinæ, qualis est hæresis; si præsertim priuatio beneficiorum sit ex præscripto legis, vt contingit in casu nostro pro filiis Hæreticorum; non autem ex solo arbitrio, & voluntate hominis, in quo casu loquitur cap. *Satis peruersum.*

Et similiter non obstat communis regula, quod qui in peccati delicti efficitur inhabilis ad beneficia obtinenda; non propter eam priuatur obtentis: neque enim filij Hæreticorum propterea dicuntur esse priuati ipso iure beneficiis prius obtentis; quia cap. *Quicumque. §. Hæretici autem. de Hæret. in 6.* dicuntur non esse admittendi ad beneficia, & esse irritum, & inane, si admittantur: sed, quia specialiter id statuitur per alia iura, & per alias Constitutiones pontificias: & quod non est iure cautum quoad huiusmodi priuationem beneficiorum obtentorum, dicto cap. *Quicumque.* bene potuit caueri alijs locis, & sic de facto est cautum, vt patet ex dictis.

Et hoc idem, quod firmat Rota pro filiis Hæreticorum, & de beneficiis prius obtentis ante delictum parentum, etiam firmat pro pensionibus, & his quoque eos esse priuatos ipso iure plusibus probat: nam in odium hæresis latè sumitur in iure appellatio beneficij, vt notat Glossa in cap. *Quicumque. §. Hæretici. verb. Beneficium. de Hæret. in 6.* & ibi Gemin. num. 2. *vers.* *Nota bene.* Panorm. in cap. *Ad audiendam. 2. num. 2. vers.* *Dicere tamen. de refer. & Felin. ibidem, in principio.* & alij: & hæc de causa cap. *Vt commissi. de Hæret. in 6.* dicuntur Hæretici esse priuati quibuscunque beneficiis, id est, cum omnimoda generalitate, quæ importatur per dictionem, *quodcumque*, vt notatur cap. *Soluta. de maior. & obed. circa finem.* Et quatenus appellatione beneficij non veniant pensiones, & filij Hæreticorum non idèd sint dicendi esse priuati pensionibus, quia ipso iure sunt priuati beneficiis, adhuc dicendi sunt esse illis priuati ipso iure: quia ipso iure sunt priuati omnibus, cap. *Vergentis. de Hæret. & non est dubium, quod appellatione bonorum veniant pensiones; cum præsertim sit eadem ratio pro priuatione pensionum, quæ est pro priuatione beneficiorum: vt, scilicet, filij, & nepotes Hæreticorum sint perpetuo egentes, & perpetua egestate lordescant; & in memoriam paterni criminis perpetuo merore tabescant, & ipsi parentes hæretici acrius puniantur in filijs, vt dicitur cap. *Vergentis. cit.* & supra diximus ex Constitutione Arcadij, & Honorij Imperatorum, canonizata cap. *Si quis cum militibus. 6. quæst. 1.* & ex Constitutione Federici canonizata per Innocentium IV. Constit. *Cum aduersus.* & per Bonifacium VIII. cap. *Vt Inquisitionis. de Hæret. in 6.* Et hanc eandem conclusionem de priuatione pensionum ipso iure per filios, & nepotes Hæreticorum, etiam alias habuit Rota pro indubitata, vt patet in *Hispalensi pensionis.**

17. Idem est etiam de pensionibus.

tionis apud Puteam decisi. 350. lib. 1. & part. 3. *dist. lib. 1. decisi. 1266.*

Negari non potest, quin hæc omnia, tam de beneficiis, quam de pensionibus, sint valde rationabiliter dicta, ac definita per Dominos de Rota, & contra priorem sententiam multum virgeant Constitutiones allatæ Innocentij IV. & Nicolai I I I. quarum illi Authores mentionem non faciunt. Et saltem ratione illarum videtur sententia Rotæ multò verior, quidquid sit de iure communi Decretalium, & Decretorum, in quibus sine dubio non est res ita clara. Et quod dicimus de priuatione beneficiorum, & pensione, priori ratione videtur dicendum de exercitio Ordinum iam iuseptorum, cum hoc semper impediatur per irregularitatem; & certum sit, quod filij, & nepotes Hæreticorum sunt irregulares, vt supra diximus num. 9.

18.

Potest tamen ex benignitate Ecclesiæ, & Prælatorum aliquando recedi a dicto rigore, & admitti in praxi, vel permitti etiam prior sententia, quæ est mirior, atque benignior: & ex Simancha de cathol. instit. tit. 29. num. 7. & Pegna in Directorio, part. 3. comment. 163. in fine, & Julio Claro lib. 5. §. *Hæresis. vers. Item Clericus.* sic est inductum pia consuetudine, vt filij, & nepotes Hæreticorum non modò non censentur ipso iure priuati beneficiis, & pensionibus prius obtentis; sed neque etiam priuantur per sententiam.

19.

Et quod dicimus de irregularitate quoad Ordines, & beneficia prius habita ante lapsum in hæresim, idem est etiam de habitis post lapsum; sed antea sententiam declaratoriam criminis, vt notat Suar. sect. 3. num. 2. *cit. in fine*, vel antequàm hæresis sit facta notoria per euidentiã facti, & omnibus probata, cum hæc etiam notorietas sit sufficiens ad incurrendam inhabilitatem, & irregularitatem, vt diximus num. 13. & in terminis notat Azor. §. *Deinde querens. cit. vers. Tertio, rogabis.*

20.

Et probabilissimum est, quod hæc omnia debeant intelligi etiam de filiis eorum, qui relapsi in hæresim, traduntur brachio seculari, vt puniantur vltimo supplicio, non obstante, quod illos poeniteat criminis, & admittantur ad Sacramenta Poenitentia, & Eucharistia, provt præcipitur cap. *Super eo. de Hæret. in 6.* nam cap. *Statutum. 2. eod. tit. & l. b.* eorum tantum parentum filij excipiuntur ab huiusmodi pœnis, quos constituit esse emendatos ab hæresi, & reincorporatos vnitati Ecclesiæ, & qui pro ex ipsa poenitentia receperunt, eamque vel perfecterunt, vel humiliter adhuc insistent illi perficienda, vel saltem parati fuerunt, vt illam reciperent, & perfecterunt; quæ tamen non conueniunt iis parentibus, qui traduntur Curia seculari, vt relapsi, & sic puniuntur vltimo supplicio: nam reuera non potest dici, quod constet, eos esse emendatos ab hæresi, sicut promiserunt, & iurarunt, quando illam coram Inquisitoribus primò abiurarunt: sed potius constet, quod non sint emendati, cum solum puniantur, vt non emendati: nec possunt dici verè, & propriè reincorporati Ecclesiæ, cum ad hoc requiratur, vt absoluantur solenniter, & iuridicè admittantur ad poenitentiam agendam; quæ tamen absolutio solennis, & iuridica non conceditur huiusmodi relapsis. Et hoc tanquam verius, & probabilissimum docet Pegna in Directorio, part. 3. comment. 164. ex Ioanne Andrea in cap. *Statutum. cit.* Glossa *ver. Reincorporatos. de Hæret. in 6.* Franco *ibid.* Simancha de cathol. instit. tit. 29. num. 17. & alijs, cum quibus idem asserit etiam Suar. de censur. disp. 43. sect. 3. num. 3. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. 8. §. *Quod eundem dicitur. in fine.* & part. 2. lib. 6. cap. 4. quæst. 3.

Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 27. num. 23. & plures alij apud illum, quanuis addant oppositam sententiam esse Geminiani in eodem cap. *Statutum. §. Hoc sanè.* & aliorum aliorum apud Pegnam *ibid.* & esse benigniorem, & totam hanc controuersiam esse grauissimam, & dignam, quæ definiatur, & declaratur ab ipso Pontifice.

Et ex Suario, & Sanchez num. 24. idem est de filiis Hæresiarthæ, qui similiter non admittitur solenniter ad poenitentiam agendam, & idèd non incorporatur vnitati Ecclesiæ, iuxta cap. *Statutum. cit.*

Et de filiis illius, qui constitutus de hæresi traditur brachio seculari, etiam si crimen non sit confessus, sed constanter negarit: probatur enim etiam hic in foro Ecclesiæ non decessisse emendatus ab hæresi, & non fuisse reincorporatus Ecclesiæ, quidquid ipse in contrarium dixerit. Et certum est, quod ex vltimo parentum supplicio propter hæresim tanta infamia filijs procreatur, vt meritò censeri debeant esse irregulares.

Et ex Pegna in Directorio Inquisitorum part. 3. comment. 164. §. *Patre damnato. pag. 673.* idem est asserendum etiam de filiis eorum, qui vocati ad respondendum de fide, subterfugunt parere, & contumaciter se absentant, vt dicitur c. *Cum contumacia. de Hæret. in 6.* & idèd damnantur in contumaciam, tanquam Hæretici: nam ex Glossa *ibid.* contumax habetur pro conuicto; & si perseverat per annum, præsumitur pertinax ex Ioan. Andr. & Gemin. *ibid.* ac proinde cum in foro Ecclesiæ huiusmodi contumax habeatur, vt Hæreticus, & sic damnatus, tanquam Hæreticus, meritò illius filij habendi sunt tanquam irregulares, cum præsertim punitio Hæretici maxime respiciat bonum publicum, & publicam vtilitatem, in quo casu sententia lata ex contumacia contra aliquem principalem præiudicat etiam alteri, qui solum punitur ex consequentiã, & propter delictum illius, l. 1. *C. Vbi causa fiscalis.* non autem respiciat solum bonum priuatum; in quo casu dicta sententia non præiudicat alteri, l. 1. *C. ad leg. Cornel. de falsis.* & notat Bartolus in l. *Cum filiusfam. ff. de verb. obligat.* Et hoc idem docet Molina *como 3. de inst. part. 1. disp. 658. num. 19.* & Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 27. num. 19. Sed rectè addit Pegna *ibidem*, §. *Cæterum.* hæc debere intelligi solum de eo, qui est propriè contumax, iuxta cap. *Cum contumacia.* id est, qui ex vehementi suspicione contra ipsum exorta, fuit vocatus, vt responderet de fide, & subterfugit parere, & se absentavit, & ex hoc contra ipsum facta est præsumptio violenta, & ex illa fuit excommunicatus, & tandem post annum fuit damnatus, tanquam Hæreticus: secus verò esse de illo, de cuius contumacia non benè constet, & qui propter infirmitatem, aut aliud impedimentum legitimum ad Iudices fidei venire non potuit, aut intra annum procurauit absolutionem ab excommunicatione, & ea præstitit, quæ illum declarent virum catholicum: cum enim simus in pœnalibus, nec satis constet de illius crimine, etiam per violentam iuris præsumptionem, quam facit contumacia, non debemus facillè extendere inhabilitatem iam dictam ad eius filios, & nepotes, eosque punire ob patris delictum non satis probatum.

Vtrum autem filij eorum, qui sunt suspecti de hæresi, censeri debeant irregulares, facillè potest ex dictis colligi: si enim sint suspecti, quia sunt receptatores, defensores, aut fautores Hæreticorum; certum est, quod eodem modo sunt irregulares, ac si essent filij Hæreticorum, cum expressè id habeatur

21. Filij Hæresiarthæ sunt irregulares.

22. Sicut & filij illius qui damnatur, vt conuictus de hæresi.

23. Vel qui damnatur, vt contumax.

24. Filij eorum, qui sunt suspecti de hæresi, vtrum sint irregulares.

cap. 2. §. Hæretici de Hæreticis, in 6. vt supra indicauimus num. 1. & idem, quæ diximus de irregularitate pro filiis Hæreticorum, debent intelligi etiam pro filiis huiusmodi suspectorum: si verò sint suspecti ex aliquo alio facto, aut dicto, non sunt censendi irregulares, cum nullo iure ad huiusmodi filios extendatur irregularitas patrum, vt notat Pagna in Direc. pari. 3. comment. 164. §. Num filij suspectorum pag. 633.

25. Filij neophytorum non sunt irregulares: & qui propriè dicantur neophyti.

Et à fortiori idem est de filiis neophytorum, id est, eorum, qui in ætate adulta ad fidem conuersi, recens sunt baptizati, & adhuc nouiter sunt plantati in fide, vt loquitur S. Gregorius epist. 110. lib. 7. & apud Suar. de censuris, disp. 43. sect. 3. num. 5. & 6. & refertur cap. Sicut neophyti. dist. 48. Quauis enim ipsi neophyti sint irregulares, vt probat Suar. num. 5. cit. ex pluribus decretis Conciliorum; & rectè illi prohibeantur promoueri ad Ordines, qui facile possunt in doctrina fidei non esse satis instructi, & in rebus ecclesiasticis non satis experti, & in constantia fidei non satis probati, eaque prohibitio, & irregularitas rectè duret, quandiu prudenti iudicio Prælati Ecclesiæ constat sufficienter de his omnibus, siue id contingat spatio decem annorum, ultra quod non debet quis ampliùs vocari neophytus, quauis vulgò, & communiter appelletur Christianus etiam ultra spatium quadraginta annorum, vt notat Nauar. in Man. cap. 27. num. 205. siue contingat tempore, & spatio breuiore, vt subdit Suar. num. 7. non tamen extenditur hæc prohibitio, & irregularitas ad filios huiusmodi neophytorum, siue sint nati ante susceptum Baptismum, & dum parentes adhuc essent in infidelitate, siue post; & huiusmodi filij licetè possunt promoueri ad Ordines, & ad beneficia ecclesiastica, si sint baptizati ante vsum rationis, cum ipsi reuerà non sint neophyti, id est, nouiter plantati in fide per seipfos, & per proprias voluntates à Deo motas, & excitatas; quauis communiter etiam ipsi appelletur noui Christiani, vt diximus. Et quoad hoc diuersa est ratio de filiis neophytorum, & Hæreticorum: siquidem in illis non potest, nec debet puniri ab Ecclesia delictum parentum, qui quandiu fuerunt in infidelitate, non fuerunt illi subiecti, cum tamen Hæretici semper manserint sub illius potestate, & per leges ecclesiasticas rectè puniantur, & in seipsis, & in filiis, vt supra diximus. Neque parentum irregularitas in filiis neophytorum est ex delicto, & veluti poena, sicut in filiis Hæreticorum; sed solum est quedam indecentia ex nouitate status, id est, ex defectu fidei parum exercitæ, & in Ecclesia parum probatæ, & firmatæ; quæ tamen indecentia non reperitur in filiis, si sunt baptizati in infantia, & ante vsum rationis, cum reuerà satis probauerint, & exercuerint fidem, id est, tota vita.

Rectè tamen addit Suarius num. 8. id esse tantummodo intelligendum, quantum est ex iure communi, & quantum est ex ratione originis à parente neophyto, aut infideli; non autem quantum est ex iure peculiari alicuius regni, & prouinciæ, vel alicuius Ordinis religiosi, vel etiam quantum est ex peculiari qualitate, aut conditione huius, aut illius, qui sit genitus ex parente neophyto: nam per iura peculiaria, approbata, & confirmata à Papa, nihil impedit, quominus etiam filij neophytorum excludantur à beneficiis, & officiis, vel dignitatibus ecclesiasticis, vel etiam à certa professione, aut Ordine religioso: & hoc modo supra retulimus num. 10. ex Constitutione Pauli IV. & Gregorii XIII. descendentes à Iudæis, aut Hæreticis declaratis, & damnatis, & igni traditis, etiam per statuas, & per

imagines, non posse vsque ad quartam generationem admitti ad Cardinatum S. Francisci, vel ad quascurque dignitates, ecclesiasticas, &c. Et eadem ratione in pluribus Ordinibus religiosi vigent statuta, vt descendentes quemodocunque à Iudæis, aut Mauris, non admittantur: eaque statuta ex iustis causis posse validè fieri, pluribus probat Corduben. lib. 1. questionar. quest. 54. & pro nostra Societate, quæ tale quid decreuit in quinta Congregatione generalis, cap. 3. pro descendentes quemodocunque, & per quancunque lineam, & in quocunque gradu, ex genere Iudæorum, aut Saracenorum, non admittendis, ex professo probat Suarius tom. 4. de religione, lib. 2. cap. 2. pag. 431. Et parum refert, siue dicatur, per hæc statuta induci, & condiderunt, & nouum impedimentum, quod ex se, & præscindendo à quocunque alio, inhabilitat ad validè profitendum, verbi gratia, in hac, vel illa Religione; siue tantummodo prohiberi Superioribus, ne hunc, vel illum admittant; & declarari negationem consensus ex parte Religionis, si quis admittatur; & per consequens etiam declarari nullitatem professionis ex defectu consensus: nam, quauis primum illud videatur velle Suarius cap. 2. cit. & præsertim num. 5. ex professo tamen illud negat Nauar. conf. 26. de Regular. lib. 3. pag. 179. col. 4. & conf. 48. num. 2. eod. tit. & lib. pag. 189. col. 3. Rodriquez in Summa, parte 2. cap. 5. num. 1. & cap. 6. num. 3. Sorbus in Compendio priuilegiorum Mendicantium, verb. Nouitius, §. Quomodo, principaliter, Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 37. num. 30. & alij apud ipsum. Et contra omnes admittunt illud alterum de præstatione consensus, & de nullitate professionis consequente ex defectu consensus, vt patet ex Nauar. conf. 26. cit. num. 2. de Regular. Rodriquez cap. 5. cit. num. 2. & Sanchez num. 30. cit. Et certum videtur, quod Decretum, aut Canon nostræ Societatis solum concipitur secundo modo, & solum dirigitur ad Superiores præceptum non admittendi: Nullus omnino ex iis, qui ex Hebræorum, aut Saracenorum genere descendunt, deinceps in Societatem admittatur, &c. Neque vllum sit verbum de impedimento quasi intrinsecus in illos inducto, aut non inducto. Et quemadmodum bene potest vnusquisque, tam vir, quam femina, irritare suum matrimonium, si in illud non consentiat, etiam si nullus possit, nisi Pontifex, statuere impedimentum irritans matrimonium: ita & bene potest vnacunque Religio irritare professionem in ipsa emissam, aut emittendam, si in illam non consentiat; quauis non possit, nisi Pontifex, statuere impedimentum, quod simpliciter irritet professionem. Eadem ergo ratione licetè potest aliquod regnum, aut prouincia, vel Ecclesia, statutum condere de filiis neophytorum non eligendis ad beneficia, & ad dignitates: & in tali casu ex vi talis statuti non poterunt eligi, si præsertim ita sit approbatum, & confirmatum à Papa; quauis simpliciter ex iure communi non excludantur.

Et idem est de hoc, aut illo neophyti filio in particulari, si forte ex propriis qualitatibus, & conditionibus personalibus veniat excludendus; vt, verbi gratia, si ipse specialiter, & ex se sit suspectus de fide; non autem solum per suspicionem quasi generalem, quæ in aliquibus locis habetur de omnibus, quos appellant nouos Christianos: poterit enim in tali casu licetè excludi, & haberi, tanquam irregularis, vt notat Suarius disput. 43. sect. 3. num. 8. citat. etiam si talis non sit ex iure communi.

26. Statutum excludens aliquos ratione originis à dignitatibus, vel à professione religionis, quomodo sit validum.

DISPUTATIO LIV.

Quomodo Hæretici sint infames.

1. Infamia solius facti, seu vulgaris, & communis, quanam sit.
2. Infamia iuris, & legalis quanam sit.
3. Infamia in se, & infamia in aliis.
4. Quomodo infamia iuris possit incurri ante sententiam Iudicis.
5. Qui est infamis in se, non potest ante sententiam infamari quoad alios.
6. Neque tenetur abstinere ab iis actibus, ad quos est verè inhabilis ratione infamie, si ex illis sequitur manifestatio infamie quoad alios.
7. Ique actus possunt esse firmi, & validi, si sunt ex publica administratione, & ex titulo publicè, & communiter putato vero.
8. Hæretici sunt infames tam iure civili, quam canonico.
9. Credentes, receptatores, defensores, & fautores Hæreticorum sunt infames si intra annum non satisfaciunt.
10. Et iam ipsi, quàm eorum filij non possunt admitti ad vllam beneficium ecclesiasticum, vel ad officium publicum.
11. Hæretici ipso iure priuantur nobilitate.
12. Solus Papa potest remittere Hæreticis poenam infamie.
13. Non autem Inquisitores, aut Episcopi.

1. Infamia solius facti, seu vulgaris, & communis, quanam sit.



ON loquimur de infamia, quam aliqui appellant solius facti, vt patet ex Glossa in cap. Ea, qua pater, & in cap. Nullam. C. Ex quibus causis infam. irrog. vel etiam vulgarem, & communem, vt patet ex Suar. de censuris, disp. 48. sect. 1. num. 3. secundum quam, scilicet, ex facto aliquo vulgariter, & communiter noto, amittit aliquis bonam existimationem, quam prius habebat; non, quia leges, & iura ita disponant, & in poenam illius facti infamiam irrogent; sed solum quia ita fert communis existimatio vulgi, vt de facto non bene audiat, qui scitur fecisse hoc, aut illud; vel esse huius, aut illius originis, &c. hoc enim modo l. Ea, qua pater. cit. C. Ex quibus causis infam. irrog. dicitur, quod increpatio, vel improprium patris scriptum in filios in testamento, non facit filios iure infames; sed solum lædit eorum opinionem, qui patri displicuerunt, eamque onerat apud bonos, & graues: & l. Nullam. eod. tit. dicitur, quod qui fustigatur, vel torquetur à Iudice ad eruendam veritatem; & in quæstione, non autem ex sententia præcedente, non efficitur infamis, neque vlla ignominia macula illi irrogatur, etiam si fustigatio illata per sententiam in poenam probati criminis illam irroget: & l. Verbum. eod. tit. idem dicitur de verbo iniurioso, si forte per Iudicem proferatur in aliquem ex litigantibus, eumque appellet, verbi gratia, sycophantam, vt notat ibi Glossa: quia, scilicet, hæc, & similia solum vulgariter, & communiter, non autem ex iuris dispositione minuunt famam, & bonam existimationem. Eadem ergo ratione certissimum est, quod communiter, & vulgariter sit maxime infamis, & pessime audiat apud omnes fideles, si quis ficiatur incidisse in hæresim, cum hoc crimen apud omnes sit maxime odiosum. Neque de hoc in præsentia loquimur; sed loquimur de infamia, quæ appellatur iuris, aut legalis, in quantum, scilicet, ir-

2. Infamia iuris, & legalis quanam sit.

rogatur per leges humanas in poenam certorum criminum, eique per eadem leges tribuuntur certi effectus, ratione quorum reputatur moraliter, vt nota quedam iniusta per leges, & quasi quedam macula per eandem aspersa, & permanens. Et quemadmodum fama communiter reputatur, vt bona qualitas permanens, & permanentiter efficiens, & moraliter quasi illustrans vitam cuiusque, eod quod mores componat iuxta dignitatem naturæ, & iuxta leges: vnde describitur: Dignitas illa se statum legibus, & moribus comprobatur. L. Cognationum numerus. ff. de varia, & extr. ad. cognit. id est, persistet in dignitate, & conditione naturæ, cuiusque dignitatis conseruatio absque læsione; imò & confirmatio, seu comprobatio per leges, & mores, vt notat Molina de iustitia, tract. 4. disp. 7. num. 3. & colligitur ex Glossa ibidem: ita & infamia communiter reputatur, vt mala qualitas permanens, & permanentiter efficiens, & moraliter obscurans vitam illius, qui contraria ratione mores componit contra dignitatem naturæ, & contra leges: vnde & potest describi ex Bartolo in l. 1. C. Ex quibus causis infam. irrog. quod sit lasus dignitatis status, legibus, & moribus reprobat: & ex Baldo in l. Ea quidem. C. de accusar. num. 1. Desideria status; & lesio maiestatis, & dignitatis.

Et tam fama, quàm infamia hoc modo accepta, & descripta conuenit vnicique in se, vt notat Bald. in l. Infamia. C. Ex quibus causis infam. irrog. & in l. Diffamari. num. 2. C. de ingenuis manumissis. & in l. Ea quidem. n. 1. C. de accusar. & ex illo Glossa in l. Infamia. cit. Sed præter illam datur etiam fama, & infamia, quæ conuenit vnicique in aliis, & secundum quam dicitur aliquis in ciuitate sua, verbi gratia, esse huius, aut illius famæ, & existimationis, L. De minore. §. Tormenta. ff. de quæst. id est, bonæ, vel malæ famæ: & hæc ex Bald. & Glossa ibidem, potest describi, quod sit dictum; & opinio maioris partis: & sine dubio maxime oritur ex fama, aut infamia primo modo accepta: siquidem ex moribus, quibus aliquis est bonus, aut malus in se, communiter est bonus, aut malus etiam in aliis, vel inter alios; dum primò percrescit de illo aliquis rumor, & ex hoc paulatim generatur communis opinio, & commune dictum, saltem maioris partis, quæ proprie est fama, vt subdit Bal. in l. Ea quidem. cit. n. 2. id est, in aliis, & secundo modo accepta.

Atque ex hac distinctione duplicis infamie, id est, in se, & in aliis, vel, vt loquitur Bald. in l. Diffamari. cit. in persona, & de persona, vel in homine, quasi inhærens, & inter homines quasi loquens, vt idem habet in l. Ea quidem. similiter citat. potest solui, & explicari communis difficultas, vtrum aliquando infamia iuris possit incurri ipso iure, vel ipso facto, ante omnem sententiam, etiam criminis, aut facti declaratoriam; an verò semper sit opus sententia, & alioqui infamia non incurritur: nam Castrus lib. 2. de lege poen. cap. 15. in fine, idem negat, Hæreticum occultum per accidens esse infamem, quia ad incurrendam infamiam est opus sententia: & idem asserit etiam Farinac. de hæres. quest. 189. n. 56. Valq. 2. 2. disput. 173. cap. 1. n. 5. vbi vniuersaliter habet de poena infamie, ex quocunque delicto, quod semper requirit sententiam declaratoriam criminis, saltem vt conditionem, sine qua non incurritur, & sub qua solum est lata à iure. Bonac. de irregul. disput. 7. 9. 3. p. 11. l. 1. n. 3. pag. 472. tom. 1. Sayr. lib. 7. ibes. cap. 11. n. 3. & segg. Auila de censur. part. 7. disp. 4. dub. 5. Coar. lib. 3. var. resol. cap. 3. §. Scribis tamen. Azor. part. 1.

3. Infamia in se, & in aliis.

4. Quomodo infamia iuris possit incurri ante sententiam Iudicis.

part. 1. lib. 8. cap. 13. §. Septima Hæreticorum pœna. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 26. n. 1. & alij apud ipsos. Et ratio est: quia videtur manifesta implicancia, vt quis dicatur, & sit infamis, quandiu illius crimen manet occultum, & omnes de illo retinent eandem bonam opinionem, quam prius habebant.

Contra verò plures alij contendunt, infamiam iuris posse de iure etiam esse occultam, neque semper indigere publicatione delicti, siue extra, siue intra iudicium; ac proinde nec semper indigere sententia, aut factio Iudicis, vt actualiter incuratur; sed posse incurri etiam per solum factum, aut crimen illius, qui sit infamis, si ita sit expressum in iure, vt certè est expressum de crimine hæresis, & de alijs pluribus, vt dicemus. Ita Paulus de Castro in l. Improbum fœnus. C. Ex quibus causis infam. irrog. Felin. in cap. Testimonium, n. 15. de testibus. Garzias de benef. part. 7. cap. 8. n. 17. & seqq. Pegna in Direct. part. 1. com. 4. §. Ex his poterit declarari. S. Anton. part. 3. tit. 28. cap. 6. §. 8. Molina de iust. tract. 4. disp. 8. n. 15. & 20. col. 1504. & 1505. vbi de vsurario occulto expressè asserit, quòd incurrat infamiam iuris, etiam de infamia sic incurfa non constet sufficienter apud alios, nisi per sententiam, quanvis oppositum docuisset de eodem vsurario occulto tract. 2. disp. 334. in initio, col. 336. Layman lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 4. n. 9. pag. 174. vbi ait, per ipsum factum, aut parrationem delicti incurri infamiam iuris, quatenus est radix, & fundamentum earum inhabilitatum legalium, quæ consequuntur ex infamia; & accedente publicatione delicti, siue extra, siue intra iudicium, incurri formaliter, & completè, quatenus illa inhabilitates possunt postea exercere suos effectus.

Et certum videtur, quòd hæc sententia sit probabilior, & verior, quanvis fortasse est quæstio potius de nomine, quam de re, & secundum æquitatem canonicam benè potest admitti prima sententia, cum delicta occulta, & inhabilitates, quæ alioqui ex illis consequuntur, facillè dissimulentur, & sint in consideratione, vt notat Garzias cap. 8. tit. num. 19. ex cap. Ex tenore. & cap. final. de tempore ordinat. vbi ab hac regula solum excipitur homicidium occultum: sed, si loquamur in rigore iuris, quòd secunda sententia sit probabilior, & infamia iuris possit verè incurri ipso iure per solum parrationem delicti, & ante sententiam illius declaratoriam, probatur ex eo: quia, quemadmodum ad incurrendam excommunicationem, aut censuram lata sententiæ, non est opus sententia Iudicis; sed satis est sententia iuris; & hæc secum trahit executionem; & excommunicatio, vel censura incurritur eo ipso, quòd committitur contra tale ius: ita & potest sententia iuris esse sufficiens ad incurrendam eo ipso infamiam, & ad secum trahendam suam executionem sine alio adiumento per sententiam Iudicis. Neque Vasquez probat sufficienter id, quòd asserit l. 2. disp. 73. cit. cap. 1. num. 5. pag. 153. quòd leges, quæ ipso iure imponunt infamiam contra aliquod crimen, adhuc requirant sententiam declaratoriam illius criminis, tanquam conditionem, sine qua non incurritur delicta infamia. Contra enim est: quia, quemadmodum talis conditio non requiritur ad incurrendas censuras, vel irregularitates, quæ dicuntur incurri ipso iure: ita neque est, quòd requiratur ad incurrendam infamiam, si etiam hæc dicatur incurri ipso iure, vel ipso facto.

Vnde & inter modos incurrendi infamiam, cap. Infames. §. Porro. 3. quæst. 7. numeratur etiam hic, vt quis illam incurrat ipso genere facti, vt, verbi gra-

tia, per hoc, quòd exerceat improbum fœnus, vt vsuras vsurarum illicitè exigat: & hic modus expressè dicitur esse diuersus ab illo, quo infamia incurritur genere ipso delicti declarati per sententiam, & ab illo, quo incurritur genere ipso pœnæ, & delicti similiter declarati per sententiam: vt, si Iudex, verbi gratia, reum aliquem cadat fustibus, & per præconem aliquem declaret, quòd hoc, vel illud crimen commisit. Et idem videri potest etiam l. 1. ff. de iis, qui not. infam. vbi similiter plures modi enumerantur incurrendi infamiam ipso facto, & independentè à sententia Iudicis. Neque est, quòd dicatur posse incurri infamia ipso genere facti, vt loquuntur Iura citata: & per consequens sine sententia; sed hoc non accidere, nisi quando factum, quòd in iure punitur pœna infamiæ, est ex se publicum, & notorium notorietate facti, & idèd minimè indiget sententia Iudicis, per quam fiat notorium notorietate iuris. Nam contra est: quia iura citata nullam talem notorietatem requirunt; & vsurarium, verbi gratia, absolutè puniunt pœna infamiæ; neque distinguunt, quòd sit publicus, vel occultus, vt benè notat Garzias de benef. part. 7. c. 8. num. 23. pag. 62. Et certum est, quòd tali pœna possunt illum punire, etiam quando est occultus per accidens: sicut & puniunt occulta crimina per censuras, & per irregularitates. Neque vrget, quòd l. cit. Improbum fœnus. C. Ex quibus causis infam. irrog. non afficiantur infamia omnes, & singuli vsurarij; sed solum illi, qui exerceant vsuras, aut improbum fœnus; quòd tamen exercitium publicum est, vt notat Conarruu. lib. 4. variar. cap. 3. num. 2. cit. pro quo etiam facit cap. Inter dilectos. de excess. Pralar. vbi Clericus, tanquam persona vilis, & indigna, id est, tanquam infamis, ea de causa arceatur à dignitate ecclesiastica, ad quam fuerat præsentatus: quia frequenter dabat mutuum sub vsuris occasione ludi; quæ tamen frequentia similiter declarat, quòd crimen esset publicum, non autem omninò occultum; & per consequens, quòd requiratur ad incurrendam infamiam iuris, vt crimen sit publicum. Hæc verò, inquam, & similia, non multum vrget: nam, si admittamus, ad incurrendam infamiam iuris propter vsuras requiri exercitium, & frequentiam vsurarum, quòd solum colligitur ex textibus citatis; neque sufficere, si quis tantum seniel det mutuo sub vsuris; non est tamen admittendum, quòd hoc exercitium, & frequentia, debeat necessariò esse publica, cum possit etiam sufficere, si sit occulta, & secreta, vt notat Garzias de benef. part. 7. cap. 8. cit. num. 25. sicut & sufficit in crimine sodomie pro Clericis, tam secularibus, quam regularibus, cuiuscumque gradus, & dignitatis, ad incurrendam priuationem omnis priuilegij clericalis, & omnis officij, dignitatis, & beneficij ecclesiastici, iuxta Constitutionem Pij V. quam refert Nauarr. in Man. cap. 27. num. 249.

Sed, vt dixi, ex distinctione superius posita de duplici infamia, in se, & in alijs, potest conciliari tota hæc controuersia de requirenda, aut non requirenda sententia Iudicis pro incurrenda infamia iuris, si dicamus primam sententiam esse veram de infamia iuris in alijs, & secundam de infamia iuris in se: vt enim aliquis malè audiat pro suo crimine apud alios, & non sit amplius in bona existimatione, in qua erat prius, certum est, quòd requiritur notitia criminis; siue per euidentiam, quæ dicitur notorietas facti; siue per sententiam, quæ dicitur notorietas iuris; & contra, vt quis pro suo crimine sit infamis in se, & verè notatus, & maculatus per notam, & maculam moralem, quasi innotam, & impressam à lege, & verè in statu lætè dignitatis,

gnitatis, lege, & moribus reprobato, vt diximus; certum est, quòd sufficiat dispositio legis, & in illam commissio per mores vitiosos: nam tales notæ, & macule morales non potest negari, quòd possunt induci, & de facto inducantur per solas leges, sine alia actione Iudicis, vt clarè patet in irregularitate. Et, quòd de facto sit inducta in pœnam certorum criminum etiam macula, & nota infamiæ, non potest certius haberi, quam ex verbis ipsius legis, si exprimant, quòd incurritur eo ipso, vel ipso facto, aut ipso iure, vt communiter dicitur de censuris, & pœnis, quando sunt sententiæ latae. Et quemadmodum moralis inhabilitas ad Ordines, quæ est irregularitas, induci potuit, & est de facto inducta per solas leges, & ante omnem sententiam Iudicis: ita & inhabilitas ad dignitates, & ad officia publica, quæ est infamia, cap. Infamibus. de regulis iuris, in 6. potuit similiter induci per solas leges, & debet concedi etiam esse de facto inducta, si leges id exprimant in pœnam certorum criminum, vt iam diximus. Et magis in specie, quòd infamia iuris, si in iure exprimitur incurri eo ipso, vel ipso facto, aut ipso iure, verè incurritur ante sententiam, etiam declaratoriam criminis, rectè probat Suar. de censur. disp. 48. sect. 1. num. 14. cit. quia sententia Iudicis, quando postea fertur, si solum dicatur declarare, quòd infamia est illata à lege, vt volunt Authores citati primæ sententiæ; non autem de nouo, & per nouam actionem Iudicis illam inferre à die ipso, quo ipsa fertur, omninò debet dici etiam retrorahere dictam infamiam vsque ad diem commissi criminis; & per consequens declarare, quòd ex tunc sit incurfa, & simul cum ipsa sint etiam ex tunc incurfa omnes alie inhabilitates ad officia publica, & ad dignitates, quæ similiter ex iuris dispositione ad illam consequuntur; ac proinde eo ipso conuincitur etiam admittere, quòd sit incurfa ante sententiam, cum declaratio, quòd sit incurfa, omninò supponat esse incurfam, nec possit per sententiam declarari, quòd hic, aut ille sit factus infamis à die commissi criminis, si reuera ab illo die non est factus infamis; sed tunc solum est factus, quando in ipsum est lata sententia de incurfa infamia. Neque Authores, qui negant posse incurri infamiam ante sententiam, loquuntur de infamia, qua quis est infamis in se; sed solum de infamia, qua est infamis in alijs. Vnde etiam Castrus lib. 2. de iust. Hæretic. panis. cap. 5. & 9. aperte concedit, quòd possit quis esse infamis per infamiam iuris ante sententiam; & quòd talis sit occultus Hæreticus, quanvis nondum sit infamis per infamiam facti. Et Sanch. lib. 2. c. 6. n. 1. cit. expressè ait, Hæreticum ipso iure esse infamem; sed infamiam non incurrere, donec hæresis declaretur. Ne autem dicantur hi Authores paucissimis verbis loqui pugnantia, dicendi omninò sunt ad infamiam, qua quis est infamis in se, non requirere sententiam; requirere autem ad infamiam, qua quis est infamis in alijs: & Castrus hanc infamiam rectè appellat infamiam facti; non, quia non sit inducta per leges; sed solum, quia non habet effectum, nisi per factum, & per actionem Iudicis declaranti sedelictum, & pœnam delicti latam per leges ipso delicto fuisse incurfam, vt notat Suar. sect. 1. cit. n. 16.

Non tamen ex eo, quòd infamia, quam appellamus in se, incurritur ante sententiam per ipsum crimen commissum in leges; & quòd communiter ex infamia in se, sequatur infamia in alijs, vt supra diximus num. 3. potest inferri, quòd infamis in se licitè possit infamari etiam apud alios: siquidem non hoc operatur infamia iuris in se: & quandiu crimen manet occultum, & sententia illius declarato-

5. Qui est infamis in se, non potest ante sententiam infamari quoad alios.

ria non est lata, semper relinquitur dominium famæ, vel saltem relinquitur illius possessio, & vsus quoad alios; & idèd talis infamis non potest sine iniuria, & sine iniustitia spoliari, & priuari per vnquenque priuatum tali possessione suæ famæ quoad alios, vt benè explicat Suar. disp. 48. de censur. sect. 1. cit. num. 15. sed solum potest priuari per sententiam Iudicis probato crimine: & hoc modo infamia iuris in alijs potest oriri ex infamia iuris in se; sicut & oritur, quando crimen ex se est publicum, & notorium.

Et eadem ratione ex eo, quòd talis infamis in se, non sit infamis quoad alios, & adhuc retineat possessionem, & vsus suæ famæ quoad illos, rectè lubdit idem Suar. num. 17. quòd non tenetur abstinere ab illis actibus, ad quos alioqui est factus inhabilis per ipsam infamiam, quando non potest id facere absque sui infamatione quoad alios, & absque manifestatione sui criminis, & suæ infamiæ: & quòd huiusmodi actus possint etiam esse firmi, & validi; non autem sint irritandi per sententiam, si forte subsequatur; quando, scilicet, sunt actus publicæ administrationis, & facti sub titulo publicè putato vero, iuxta ea, quæ dicuntur l. Barbarius. ff. de offic. Prator.

His verò positis circa infamiam iuris, & circa modum eam incurrendi per sententiam Iudicis, vel ante sententiam, certum est, quòd pœna infamiæ est lata in iure, tam ciuili, quam canonico, contra Hæreticos; nam in iure ciuili, l. Cunctos populos. C. de summa Trinit. expressè habetur, quòd qui in omnibus non sequuntur fidem catholicam, iudicantur dementes, & velani, & sustinent infamiam hæretici dogmatis: & l. Cognouimus. §. Gazaros. C. de Hæretic. omnes Hæretici vtriusque sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua damnantur infamia. Et in iure canonico, cap. Alieni. 2. quæst. 7. ex Dionysio Papa epist. 2. ad Senerum Episcop. dicitur, quòd Hæretici non possunt accusare homines bonæ famæ: quia censentur ipsi esse infames. Et cap. Infames. 6. quæst. 1. ex Stephano Papa epist. 1. ad Hilari. inter eos, qui pro aliqua culpa notantur infamia, primo loco numerantur Hæretici, qui Christianæ legis normam abiiciunt, & rectam fidem non habent. Et cap. Excommunicamus. 1. §. Credentes. de Hæretic. idem dicitur de credentibus, receptoribus, defensoribus, & fautoribus Hæreticorum, si, postquam incurserint in excommunicationem, contempserint satisfacere infra annum: nam in tali casu firmiter statuitur, vt ibi dicitur, vt ex tunc ipso iure sint facti infames; nec ad publica officia, aut consilia, vel ad aliquos eligendos ad huiusmodi officia, vel ad testimonium ferendum admittantur. Et à fortiori idem est intelligendum de ipsis Hæreticis; vt notat Suar. de sed. disp. 21. sect. 5. num. 3. & Azor. part. 1. lib. 8. cap. 13. §. Septima Hæreticorum pœna.

Et ad maiorem declarationem, & confirmationem huius pœnæ infamiæ per Hæreticos, & eorum credentes, receptatores, &c. ipso iure incurfa, additur cap. Quicumque. §. Hæretici. & cap. Statutum. 2. de Hæret. in 6. quòd ipsi Hæretici, & eorum credentes, receptatores, defensores, & fautores, & eorum filij, vsque ad secundam generationem per lineam paternam, & solum vsque ad primam lineam maternam ad nullum ecclesiasticum beneficium, aut officium publicum admittantur: quia enim portæ ad dignitates maximè debent esse clausæ infamibus, cap. Infamibus. de reg. iur. in 6. & cap. Inter dilectos. de excess. Pralar. & l. vnica. C. de infamib. lib. 10. & l. 2. C. de dignitatib. lib. 12. dum ipso iure clauduntur Hæreticis, & eorum credentibus, receptoribus;

6. Neque tenetur abstinere ab iis actibus, ad quos verè est inhabilis ratione infamiæ, si ex illis sequitur manifestatio infamiæ quoad alios.

7. Iique actus possunt etiam esse firmi, & validi, si sint ex publica administratione, & ex titulo publicè, & communiter putato vero.

8. Hæretici sunt infames, tam iure ciuili, quam canonico.

9. Credentes, receptatores, defensores, & fautores Hæreticorum sicut infames, si intra annum non satisfaciunt.

10. Et tam ipsi, quam eorum filij, non possunt admitti ad vllum beneficium ecclesiasticum, vel ad officij publicum.

bus, &c. merito existimantur iis claudi præcipue propter infamiam, qua similiter sunt notati ipso iure. Et negari non potest, quin hæc pœna infamiae, & inhabilitatis ad beneficia, & ad officia publica, sit maxime iusta, & rationalis; tum, vt hæresis, quæ est crimen turpissimum, atque maximum, digne puniatur; tum verò vt bene consulatur existimationi, & dignitati fidei, & securitati aliorum fidelium: quæ omnia sine dubio multum periclitarentur, si Hæretici admitterentur ad dignitates, & ad officia publica. Atque hinc fit, vt ab hac pœna nullus Hæreticus sit exemptus; sed omnes efficiantur ipso iure infames. siue sint laici, siue sint Clerici, & siue nobiles, siue ignobiles, & omnes priuentur nobilitate, vt notat Pegna in *Directio*, part. 2. cõment. 8. & Suar. *sect. 5. num. 3. cit.* & apud illum Simanchas *de cathol. instit. tit. 46. num. 68.* & alij. Neque contra infamiam Hæreticorum, quam diximus esse latam iure ciuili, multum facit, quòd infames generaliter repellantur à ferendis testimoniis, L. *T. summi fidei. & præcipue §. Lege iusta. ff. de testibus.* & tamen Hæretici, admittantur, L. *Quoniam vultu. C. de Hæretic.* nam in primis L. *Quoniam.* cit. non admittuntur ad testimonia iudicialia contra Orthodoxos; siue vtraque pars, quæ litigat, & in iudicio cõtendit, sit orthodoxa, siue tantum altera: sed solum admittuntur, quando ipsimet Hæretici inter se litigant, vt tunc etiam testes sint digni litigatoribus, vt *ibi* dicitur; & præterea extra iudicia admittuntur, vt possint esse testes in contractibus, & in vltimis voluntatibus. Idque solum propter vtilitatem necessarij vti, ne in illo angustetur probationum facultas, vt *ibi* subditur §. *Ceterum.* qui tamen casus, cum sit singularis, & non in fauorem Hæreticorum; sed solum propter publicam vtilitatem, & necessitatem, non infringit ius commune de infamibus non admittendis ad testimonium; neque probat, quòd Hæretici iure ciuili non sint infames, vt notat Pegna in *Directio. part. 1. §. Ad hac. pag. 30.* & ex infamia satis habent, si repellantur à ferendis, aut dicendis testimoniis in iudicio, etiam si non repellantur ab audiendis voluntatibus contrahentium, aut vltimè disponentium de suis rebus, vt possint eas referre, & probare, quando opus fuerit.

11. Hæretici ipso iure priuentur nobilitate.

12. Solum Papa potest remittere Hæreticis pœnas infamiae.

13. Non autem Inquisitores, aut Episcopi.

12. Quòd si queratur, à quo possint Hæretici post incuriam huiusmodi infamiam restitui pristinae fama, & obtinere condonationem, & remissionem talis pœnae; responderet idem Pegna *com. 4. cit. §. Præterea.* & apud illum plures alij, à nullo alio posse restitui, nisi à Papa: quia Inquisitores, cum non sint nisi Iudices delegati, cap. *Per hoc. de Hæret. in 6. ff. Mandati.* & cap. *Cum dilecta. de re. eru. & cap. penult. de offic. Iudic. deleg.* in quo tamen mandato nunquam habent, vt remittant Hæreticis pœnam infamiae, eòque restituant pristinae fama. Quòd idem est etiam de Episcopis. Et generaliter de abolitione infamiae, & de restitutione infamis in pristinum statum, videri potest Molina *tract. 4. de iust. dist. 10. col. 252.* Sed hæc absolutio non est intelligenda de infamibus solius facti, cum absolute non fuerit in potestate Dei, vt efficaciter amoueatur de hominum cordibus, & mentibus opinionem, & existimationem, quam fortè conceperunt de aliquo eius, siue iustam, siue iniustam: sed est intelligenda quoad eas tantum inhabilitates, & impedimenta, quæ ex dispositione iuris inducuntur per infamiam, & ex illa consequuntur: & specialiter de ablatione irregularitatis, quæ similiter inducitur ex infamia, videri potest Suaris *de censuris, disp. 8. sect. 2. num. 9. & 10.*

DISPUTATIO LV.

Quomodo Hæretici sint inhabiles ad dignitates, & ad beneficia ecclesiastica, & ad officia publica.

1. Quid proprie sit dignitas, & officium publicum, à quibus Hæretici, & infames arceri debent.
2. Infamis non est incapax earum dignitatum, quæ solum sunt accessoria ad aliquid aliud, cuius ipse est capax.
3. Quomodo cognoscatur, quòd aliquid sit accessorium, aut principale.
4. Officia publica, quorum infames sunt incapaces, quanam sint.
5. Hæretici, & eorum credentes, receptatores, defensores, & fautores, & horum omnium filij, sunt incapaces beneficiorum ecclesiasticorum.
6. Quomodo iidem Hæretici, credentes, &c. sint priuati ipso facto beneficiis, quæ prius habebant.
7. Non sunt priuati simpliciter, & absolute; sed solum secundum quid, & sub conditione.
8. In iure nusquam habetur, quòd Hæretici simpliciter amittant beneficia ante sententiam.
9. Receptatores, defensores, & fautores Hæreticorum, & ipsorum filij usque ad secundam generationem, de iure nouo sunt ipso facto priuati beneficiis, sicut & ipsi Hæretici.
10. Qui sunt priuati beneficiis ipso iure, non possunt firmiter de illis disponere; sed omnis dispositio inuadatur secuta sententia declaratoria criminis, & inuadatio retrotrahitur ad diem commissi criminis.
11. Et similiter per eandem sententiam amittunt fructus perceptos post commissum crimen; neque possunt illos retinere, etiam vi stipendium, aut mercedem seruitij præstiti.
12. Qui bona fide permutat beneficium cum Hæretico, potest priuata aut horitate redire ad beneficium prius, quando postea per sententiam rescinditur prius.
13. Qui impetrat à Sede apostolica beneficium vacans ipso iure, non tenetur citare possessorem priorem, nisi dum capit illius possessionem.
14. Patronus potest de nouo presentare ad beneficium vacans ipso iure, non vocato presentato priore.
15. Quomodo sit agendum quoad priuationem beneficiorum cum Hæretico, si respiscat.
16. Non videtur dinextisse, qui breui rediit.
17. Si Hæreticus respiscat ante sententiam, licet retinet beneficia, & dignitates.
18. Si verò respiscat post sententiam, non potest illa recuperare, nisi ex dispositione Papa.
19. Suspecti de hæresi, aut de illa diffamati, non priuantur beneficiis ipso iure.
20. Qui scienter conferunt Hæreticis beneficia, aut scienter ad beneficia illos nominant, & presentant, possunt puniri vt fautores Hæreticorum, vel saltem vt suspecti de vehementi.

NTER effectus legalis infamiae is est præcipuus, vt infamem reddat inhabilem ad dignitates, & ad officia publica, vt diximus parò ante num. 10. ex iure, tam canonico, quam ciuili; & idèd Hæreticus non solum ratione excommunicatõnis, & irregularitatis; sed etiam ratione infamiae, ab illis omnibus est arcendus. Et nomine dignitatis, siue ecclesiasticae, siue

1. Quid proprie sit dignitas, & officium publicum, à quibus Hæretici, & infames arceri debent.

siue laicalis intelligi debet illa, quæ habet præminentiam cum administratione bonorum, & cum iurisdictione in alios, vt colligitur ex L. *Honor. ff. de numer. & honorib.* & videtur est apud Panorm. in *cap. De multa. n. 21. de præben. Hostien. in Sum. lib. 3. cit. de præben. n. 2.* Decium in *cap. Cum accessissent. de constit. Sgh. verb. Dignitas. n. 1.* Molinam *de iust. tract. 2. disp. 620. n. 1.* Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 13.* & apud Dominos de Rota *de off. 9. alijs 173. ex nouis, tit. de præben. & part. 2. diuers. decis. 22. n. 3.* vbi etiam firmant, illam intelligi nomine dignitatis, quæ talis communiter reputatur in tali Ecclesia, vel loco, etiam si non habeat iurisdictionem; & absolute dignitatem, verbi gratia, ecclesiasticam posse probari, & cognosci ex tribus, etiam diuisim, & eorsum acceptis, id est, si habeat administrationem cum iurisdictione, cap. *Volunt. dist. 89.* & cap. *Diaconi. dist. 100.* si habeat nomen dignitatis, & prælationem, siue prerogatiuam, verbi gratia, in Choro, aut in Capitulo, etiam si non habeat administrationem, aut iurisdictionem, cap. *Cum olim. de consuet. & cap. Cum venissent. de iust. & denique si in Ecclesia communiter reputetur, vt dignitas: de qua re videri potest Azor. cap. 13. cit. præsertim quest. 2.* Et ad idem faciunt etiam Constitutiones modernorum Pontificum, vt, verbi gratia, Pij V. Constitutione, *Etsi Romani.* contra ambientes dignitates, & officia, vbi declarat, eas intelligi nomine dignitatum, quæ habent exercitium, & administrationem iurisdictionis; & Sixti V. Constitutione, *Crim de omnibus.* contra illegitimos, vbi similiter declarat, nomine dignitatum, à quibus illegitimos vult excludi in Religionibus, eas intelligi, quæ sunt coniunctæ cum superioritate, & cum honore. Et similiter nomine officij debet illud intelligi, quod habet administrationem sine iurisdictione, vt colligitur ex L. *Honor. cit. §. Manna. ff. de numer. & honor.* & ex Bulla citata Sixti IV. contra illegitimos, §. *Ab officio.* vbi declarat, nomine officiorum, à quibus illegitimos non vult excludi, illa intelligi, quæ sunt oneris, & non habent iurisdictionem, aut præminentiam, vt est, verbi gratia, officium Lectoris, Confessarij, Regentis, Prædicatoris, & similia; quòd idem expresse habet etiam Glossa in *cap. Consuetudinem. in ius. de consuetud. in 6.* vbi ait, aliquando in iure canonico pro eodem accipi dignitatem, & officium; & hoc modo cap. *Cum accessissent. de constit. primiceriatum promiscue appellari personatum, & dignitatem, & officium; sed proprie dignitatem dici illam, quæ est cum administratione, & iurisdictione; personatum esse illum, qui habet præminentiam aliquam; non autem habet iurisdictionem: vt, si quis, verbi gratia, in Capitulo, vel in ferenda sententia præcedat Canonicos; & denique officium, quod habet aliquam administrationem, non autem iurisdictionem, aut præminentiam, vt est, verbi gratia, Sacrista.*

2. Dum verò infamibus, secundum iura, portæ dignitates non debent patere; de iis dignitatibus id debet intelligi, quæ strictè, & proprie tales dicuntur, id est, de illis, quæ habent per se, & primariò vsum iurisdictionis; non autem de illis, quæ fortè habent aliquem vsum solum per accidens, & secundariò, vt ex professo probat Molina *tract. 2. de iust. disp. 620. cit. num. 2. & 5.* Vnde, si quis ex infamia non prohibeatur à successione bonorum ad se pertinentium, verbi gratia, ex testamento, aut aliter quomodocunque, sique bonis sit annexa aliqua dignitas, & iurisdictione; neque etiam est dicendus prohiberi à tali dignitate, & iurisdictione, quæ solum venit in consequentiam bonorum, & tanquam

accessoria, cum ex Baldo in l. 1. *num. 1. C. de secundis nuptijs*, bene possit aliquid haberi, ac retineri in consequentiam alicuius alterius, quod non potest haberi, aut retineri principaliter, & per se; & secundum ipsum talis sit dignitas Comitatus; si hæc ex successione perueniat ad mulierem, verbi gratia, infamem secundum iura ciuilia, quia nupit infra annum luctus primi mariti: quauis enim infames sint per se incapaces dignitatum; non sunt tamen incapaces illarum, quæ sunt annexæ bonis, & territorio, cuius possunt esse capaces, & quæ non veniunt, nisi in consequentiam aliorum bonorum. Et ex Bart. in l. *in. C. de sent. pass. in iis*, quæ veniunt accessorie, non est necessaria habilis comparatione ipsius accessorij per se spectati; sed satis est habilis comparatione ipsius principalis: & eo ipso, quòd potest quis obtinere id, quod est principale, etiam potest in consequentiam illius obtinere id, quod est accessorium: & absolute, quod non licet de iure directo, potest licere per consequentiam, L. *1. ff. de arb. tutor.* & notat Glossa *ibid.* & additio ad Gloss. & Bartol. & alij: quo etiam modo, cum femina de iure communi arceatur ab exercendis iudiciis, & officiis publicis; & idèd nec Iudices possunt esse, nec Magistratum gerere, nec procuratrices existere, L. *Femina. ff. de regulis iuris*: si tamen iurisdictione iis obueniatur in consequentiam successione, & succedant, verbi gratia, in regno; bene possunt illam exercere, vt experientia constat, & patet ex litteris S. Gregorij ad Constantiam Reginam Gallia, quæ referuntur cap. *Cum sanctissimam.* & cap. *Si saculi. 12. quest. 2.* & ex alijs aliorum Pontificum.

Neque obstat, quòd semper dignitas, & iurisdictione sit quid nobilius, & præstantius, quam ipsa bona, & idèd potius bona dici debeant esse quid minus principale, & venire in consequentiam dignitatis, & iurisdictionis, quam contra dignitas, & iurisdictione venire in consequentiam bonorum, & comparari ad illa, vt accessorium ad principale. Nam contra est: quia semper in iudicando principali, & accessorio attendi debet, quid cui accedat, & quid se habeat respectu alterius, tanquam accedens, & adueniens ad illud perficiendum, aut complendum, vel exornandum; siue præterea materialiter acceptum sit quid præstantius, & nobilius; siue non; & vt dicitur L. *Etsi non sunt. §. Perueniamus. ff. de auro, & argento leg.* quando aliquid est propter aliud; semper est accessorium, & minus principale ad illud aliud, propter quod est; & etiam gemmae inclusæ auro, aut argento, verbi gratia, phialis, aut lancibus aureis, vel argenteis, cedunt auro, & argento, & se habent ad illud vt accessoria; & legatis alicui phialis, aut lancibus, censentur legatæ etiam gemmae, vt *ibi* dicitur; quicquid sit de maiori, aut minori præstantia, & nobilitate gemmarum secundum se; quia solum se habent ad speciem, & ad ornatam ipsius auri, & argenti, & solum hoc modo illi accedunt, & adiunguntur. Eadem ergo ratione, si dignitas, & iurisdictione sit propter bona, & illique accedat ad exornandam, vt ita dicam, illorum proprietatem, & dominium, & ad augendum illorum valorem, & ad perficiendam, & iuuandam illorum administrationem, quomodo se habet communiter in maioribus, & primogenituris; censenda est se habere, vt accessoria, & solum venire in consequentiam ipsorum bonorum, sicuti & venit in partionatus, quando est annexum bonis temporalibus; & idèd cum eis transit etiam ad feminas, & simul cum eis intelligitur vendi, etiam si ratione sui sit inuendibile, vt notat Molina *tract. 2. disp. 620. cit. num. 6.*

3. Quomodo cognoscatur, quòd aliquid sit accessorium alteri, aut principali.

num. 6. in fine, & pluribus videri potest apud Azor. part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 8. pag. 453. & apud Suar. tom. 1. de relig. lib. 6. & de simonia, cap. 28. Et contra, si dignitas, & iurisdictione non sit propter bona; sed bona sint propter iurisdictionem, & dignitatem, vt illam sustineant, & iuuent, nec sinant cadere, & apud homines pro nihilo haberi, vt contingit, verbi gratia, in Episcopatibus, & dignitatibus ecclesiasticis; censenda est, se habere vt principalis; & bona ipsa se habere, vt accessoria; Quo etiam modo *Matth. 6.* bona omnia temporalia dicuntur se habere ad spiritualia, propter quæ sunt *Primum quartæ regni Dei, & iustitiam eius; & hæc omnia adiunguntur vobis.* & apud Aristot. 1. *Ethic. c. 5.* diuitiæ dicuntur esse bona solum vtilia, & non comparari propter se; sed solum gratia alterius, vt scilicet, sint instrumenta felicitatis ad operationes honestas, & sint adiumento ad vitam, vt subditur *lib. 10. cap. 8.*

4. Officia publica, quorum infames sicut incapaces, quantum sint.

Per id verò, quod præterea additur pro Hæreticis, & infamibus in iure communi, eos esse arcendos ab officiis publicis, cap. *Quicumque. §. Hæretici.* & c. *Statutum. 2. de Hæret. in 6.* significatur, quod eorum officiorum sunt incapaces, quæ sunt instituta ab ipsa Republica, & quorum ipsa Respublica, aut Princeps habet plenam potestatem, vt sunt, v.g. officium Iudicis, aut Notarij ex *Glossa in c. Quicumque. cit. ver. Publicum* non autem eorum, quæ fortè sunt instituta ab ipsis priuatis, etiam de consensu, & de licentia Principis, vt remaneret perpetuò in familia, vel ad eos peruenirent, quos ipsi quomodocumque vocassent, vt notat *Mol. tr. 2. de iust. disp. 620. cit. n. 7. col. 228.* quia enim in his post consensum, & licentiam præstitam non habent Principes tantum ius, & tantam potestatem, quantum habent in aliis, quæ sunt instituta in bonis communibus, & etiam ipsa sunt communia; mirum non est, si non possint, aut saltem non velint pro his præscribere easdem leges, & conditiones, quas possunt; & volunt pro aliis; & idèd nec sint censendi easdem personas ab his arcere, quas arcet ab aliis, vt subdit *Molina ibidem.* Quamquam pro Hæreticis, & infamibus ex crimine hæresis, res hæc est strictius accipienda ex eodem *Molina n. 9.* Et quemadmodum hi ex tali crimine priuantur suis bonis, & fiunt inhabiles ad alia acquirenda de nouo, vt dicemus; ita & priuantur dignitatibus, & officiis, quæ fortè in illis sunt instituta, & etiam ad hæc euadunt inhabiles.

5. Hæretici, & eorum credentes, receptatores, defensores, & fautores, & horum omnium filij, sunt incapaces beneficiorum ecclesiasticorum.

Quoad beneficia verò ecclesiastica, certum est, quod Hæretici, & eorum credentes, receptatores, defensores, & fautores, & horum omnium filij vsque ad secundam generationem per lineam paternam, vel solum vsque ad primam per lineam maternam, sunt omnino incapaces, vt illa acquirant de nouo: ita enim expressè habetur de his omnibus cap. *Quicumque. §. Hæretici.* & cap. *Statutum. 2. de Hæret. in 6.* vbi etiam expressè dicitur, esse irritum, & inane, si quid aliter factum fuerit, vt notat *Pegna in Directorio part. 3. com. 162. §. Ad hæc. pag. 667.* *Cast. lib. 2. de iusta Hæreticorum punitione, cap. 9.* *Suar. disput. 21. de fide, sect. 5. n. 20. in fine.* *Garzias de benef. part. 1. cap. 10. num. 72. & 80.* *Sayr. lib. 3. Clavis reg. cap. 9. num. 30.* *Azor. part. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. 8.* *Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 26. num. 4.* Et hinc rectè colligitur iidem Authores, teneri hos omnes statim restituere fructus, si fortè percipiant ex aliquo beneficio acquisito de nouo, cum reuera sint etiam ipsi nulliter acquisiti, id est, sine titulo, & sine iure eos percipiendi, & acquirendi.

6.

Vtrum autem iidem Hæretici, credentes, re-

ceptatores, &c. sint etiam priuati ipso facto beneficiis, quæ prius acquisierant ante hæresim; non constat inter Doctores: quidam enim id negant, vt *Cast. lib. 2. de iusta Hæreticorum punitione, cap. 9. cit.* *Simanchas de cathol. iustit. tit. 46. num. 72.* *Henricus lib. 13. de excommunicatione, cap. 56. num. 2.* quia *c. Vt commissi. §. Priuandi. de Hæret. in 6.* inter cætera, quæ *Bonifacius VIII.* concedit Inquisitoribus, dat illis facultatem priuandi, vel priuatos denunciandi dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis Hæreticos, credentes, receptatores, defensores, eorumque filios: quod tamen verbum, *priuandi*, frustra esset, si essent iam priuati ipso facto. Et cap. *Ad abolendam. vers. Presentis. de Hæret. statuitur*, vt *Clerici*, vel *Monachi*, qui fuerint manifestè deprehensi in hæresi, totius ecclesiastici Ordinis prærogatiua nudentur; & sic spoliati omni officio, & beneficio ecclesiastico relinquuntur puniendi arbitrio potestatis secularis. Similiter autem frustra nudarentur, aut spoliarentur, si iam essent ipso facto nudati, & spoliati. Et ratio videtur esse: quia, si Episcopus, verbi gratia, aut Parochus, per crimen externæ hæresis, sed occultæ per accidens, priuaretur ipso facto Episcopatu, & Parochia, cuiusque titulum, & quasi proprietatem verè amitteret, non posset licitè remanere in possessione illius, & iuste percipere ex illo fructus: siquidem possidendo, & fruendo sine titulo possideret, & frueretur re non sua: quod manifestè est contra iustitiam, ex qua datur cuique suum; non autem illud, quod est alienum, aut non suum; & certò scitur esse huiusmodi. Et præterea, si dicta hæresis nunquam probaretur in iudicio, neque vnquam declararetur per sententiam Iudicis; & dictus Episcopus, aut Parochus ab hæresi resipisceret, omnino teneretur in conscientia procurare nouam collationem prioris tituli iam amissi, ne perpetuò possideret, & frueretur sine titulo; & ne acta solum valerent, ex *L. Barbarius. ff. de officio Praetoris.* id est, solum per communem errorem populi adiuncto titulo solum putato. Et quod dicitur *L. Quæstum. 1. ff. Qui, & a quibus.* de illo, qui factus est reus læsæ maiestatis, quod vsque ad sententiam maneat dominus suorum bonorum, idem potest dici etiam de illo, qui factus est reus ex crimine hæresis, aut alio quocumque, quod habeat ipso iure, annexam priuationem bonorum, siue ecclesiasticorum, siue laicalium.

Neque obstat, inquit, in contrarium Motus proprius *Pij V. Clem. ex Apostolatus officio.* qui refertur in Directorio Inquisitorum ad fin. pag. 134. vbi omnia beneficia vbicumque vacantia propter hæresim reseruantur Sedi apostolicæ à die commissi criminis: neque enim in tali Motu proprio declaratur, quomodo, & quando vacent dicta beneficia ob crimen hæresis; & vtrum ipso iure, an per sententiam: sed solum reseruantur Sedi apostolicæ, posito, quod vacent.

Contra verò alij plures contendunt, ob crimen hæresis vacare beneficia ipso iure; & Hæreticos, credentes, receptatores, &c. statim esse illis priuatos ante omnem sententiam Iudicis. Ita *Couarruu. lib. 2. var. cap. 8. num. 4.* *Rebuffus in praxi benef. part. 3. tit. de modis amittendi beneficia, num. 4.* & *de pacifico possess. n. 193.* *Nauar. conf. 16. de Hæret. lib. 5.* *Pegna in Direct. part. 3. com. 162.* *Parif. lib. 3. de resignat. q. 1. num. 32.* *Garzias de benef. part. 1. cap. 10. n. 60.* *Farin. de hæres. quæst. 189. n. 69. & seqq.* *Azor. part. 1. lib. 8. cap. 13. qu. 3. & 8. & part. 2. lib. 7. cap. 17. in it. Rodriq. in Sum. part. 1. cap. 1. 29. n. 3.* *Suar. de cens. disp. 43. sect. 1. n. 4.* *Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 26. num. 6.* & alij communiter.

Sed

Quomodo iidem Hæretici, credentes, &c. sint priuati ipso facto beneficiis, quæ prius habebant.

7. Denunt priuati simpliciter, & absolute: sed solum secundum quid, & sub conditione.

Sed rectè videtur hæc vtraque sententia posse conciliari, si dicamus cum *Suario disp. 21. de fide, sect. 5. n. 19. & 20.* primam sententiam, quod Hæretici non sint priuati ipso facto beneficiis acquisitis ante hæresim, debere intelligi, & esse veram, quoad perfectam, & omnimodam priuationem tituli, & quasi proprietatis, quam prius habebant in beneficio; secundam verò, quod sint priuati ipso facto, debere intelligi quoad priuationem tantummodo imperfectam, & secundum quid: vel, (quod in idem recidit,) si dicamus cum *Molina tract. 2. de iustitia, disp. 95. §. Dubium verò est. col. 402.* & cum *Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 22. n. 4.* primam sententiam, quod non sint priuati, esse veram de priuatione simpliciter, & absoluta; secundam verò, quod sint priuati, esse veram de priuatione tantummodo secundum quid, id est, solum in debito, & sub conditione, quod feratur sententia, in quantum, scilicet, ex crimine hæresis contrahunt debitum, & necessitatem, vt priuentur, si, & quando fuerit contra ipsos declarata sententia, vt etiam pluribus explicabimus *infra, disp. 57.* de confiscatione bonorum; & de amissione dominij: quanuis interim non teneantur illa dimittere, & licitè possint percipere fructus, & resignationes, & permutationes de illis facere, eaque sint valitura vsque ad sententiam, & solum post illam sint rescindenda.

8. In iure nulloquam habetur, quod Hæretici simpliciter amittant beneficia.

Atque hic modus loquendi de priuatione solum in debito, & sub conditione, & solum imperfecta, & aliquali, & secundum quid; ex eo videtur rationabilior; quia in iure nulloquam habetur, quod beneficium ab Hæretico simpliciter amittatur ante sententiam; & loca omnia, quæ ad hoc afferuntur, reuera non hoc probant, vt notat *Suar. disp. 21. de fide, sect. 5. cit. num. 18.* nam, quod dicitur ex *S. Augustino tract. 6. in 10. m. cap. Quo iure. disp. 8. §. Legantur leges.* quod Schismatici, aut Hæretici nihil debent possidere nomine Ecclesiæ; ad summum probat, quod possint, ac debeant priuari, & spoliari per sententiam, & quod illorum possessio fuerit sic affecta, & infirmata per ipsum crimen. Et idem est de eo, quod dicitur cap. *Vt commissi. §. Priuandi. de Hæret. in 6.* quod Inquisitores possint priuare, vel priuatos denunciare dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis Hæreticos, credentes, receptatores, defensores, &c. nam quanuis *Ioannes Andreas apud Garziam par. 1. cap. 10. cit. n. 67.* contendant particulam, vel debere accipi expositiuè pro particula, id est, sensum esse, quod possint priuare, hoc est, priuatos denunciare, &c. & idem *Pegna ibidem,* & *Couar. n. 4. cit.* dictam particulam alternatiuam, aut disunctiuam, vel, præterea exponant per distributionem accommodatam ad alios, atque alios ex *ibi numeratis;* & verbum priuandi primo loco positum intelligant de credentibus, receptatoribus, &c. qui verè sunt priuandi per sententiam, iuxta cap. *Excommunicamus. §. Cre ientes. vers. Si verò Clericus. de Hæret.* non autem sunt priuati ipso iure; & verbum aliud, *priuatos denunciandi*, intelligant de ipsis Hæreticis: negari tamen non potest, quin hæc omnes expositiones sint voluntariæ, & rigorosæ in materia pœnali, vt notat *Suar. n. 8. cit. & planissima,* & facilissima expositio est, vt idem subdit, si dicamus, idèd Pontificem fuisse locutum sub disunctione; quia noluit alterutrum determinare, sed vtranque sententiam manere voluit in sua probabilitate, cum præsertim Hæretici aliquibus beneficiis denunciari debeant esse iam priuati, id est, illis, quæ acquisierant post hæresim, & aliis possint priuari per sententiam, saltem quoad possessionem, & admi-

Baldelli Thesq. Moral. Tom. II.

nistrationem, id est, illis, quæ antea habebant, vt volunt aliqui apud *Garziam cap. 10. cit. n. 69.*

Et idem est de eo, quod statuitur cap. *Ad abolendam. vers. Presentis. de Hæret.* vt Clerici vel Monachi deprehensi in hæresi, totius ecclesiastici Ordinis prærogatiua nudentur, & sic spoliati omni officio, & beneficio ecclesiastico tradantur puniendi potestati seculari: nam similiter solum statuitur, & præcipitur degradatio, & post degradationem, & spoliationem omnis officij, & beneficij, adiungitur executio vltimi supplicij; non autem statuitur modus spoliationis a beneficiis neque determinatur, vtrum debeat esse per sententiam, aut ante sententiam.

Et denique perfectam hanc, & omnimodam priuationem beneficiorum ipso iure incurri ob crimen hæresis, neque illud satis probat, quod asserti, & maximè vrget *Garzias part. 1. c. 10. cit. n. 70.* ex *Bulla Nicolai III. contra Hæreticos*, quæ habetur in *vet. Bullar. pag. 30. & in fine* non solum prohibet admitti ad beneficia ecclesiastica, seu officia, quoscumque Hæreticos, aut eorum receptatores, defensores, & fautores, ipsorumque filios vsque ad secundam generationem; & decernit fore irritum, & inane, quidquid secùs actum fuerit; sed etiam addit rationem in hæc verba: *Nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficiis acquisitis, volentes, vt tales, & habitis perpetuò careant. & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur.* Et cum hæc Constitutio sit edita specialiter, & totaliter super negotio hæreticæ prauitatis, non est ex iis, quæ postea sunt abrogata per *Bonifacium VIII.* ed quod non sint insertæ in sextum librum Decretalium, ab ipso editum, vt ipse ait in *Proæmio dicti libri, in fine*: sed est ex iis, quæ generaliter approbantur, & reseruantur ab eodem *Bonifacio cap. fin. de Hæreticis, in 6.* ed quod sint in negotio hæreticæ prauitatis, & non obuiant, aut repugnant Constitutionibus, & Decretis ab ipso editis in eod. 6. vt ibi dicitur, & notat *Glossa in fin. Proæmij cit. ver. Reseruantur & Garzias n. 7. cit.* Verum, quod neque hæc Constitutio probet sufficienter priuationem beneficiorum absolutam, & in re, omnimodam, & perfectam ipso iure incurri, patet similiter: quia verbum illud, *ex nunc priuamus beneficiis acquisitis*, satis verificatur de priuatione in debito, & sub conditione, quod sequatur sententia, vel solum quoad modum illa habendi, id est, perpetuò, & firmiter, & perfectè; non autem solum vsque ad sententiam declaratoriam criminis, vel vsque ad imperationem factam ab aliquo alio, & cum necessitate, & debito retrahendi nullitates dispositionum super illis factarum, & fructuum perceptorum, vsque ad primam diem incurse hæresis, vt iam diximus: quia enim de ratione ecclesiastici beneficij est, vt detur, & habeatur in perpetuum, & ad totam vitam beneficiarij, vt patet ex cap. *Sanctorum. dist. 70. & ex aliis Iuribus apud Garz. de benef. par. 1. c. 2. n. 70.* vel saltem si ad nutum est amouibile, vt sunt illa, quæ dicuntur beneficia manualia, de ratione illius est, vt solum dependeat ab ipso concedente; rectè dicitur quis priuari beneficio ipso iure, dum priuatur, vt non amplius illud habeat, sicut prius, id est, in perpetuum, & ad vitam, vel ad nutum solius concedentis; sed solum retineat ad tempus incertum, & donec declaretur ipsius crimen, vel donec beneficium ab alio impetretur, &c. Et hic sensus potest etiam colligi ex illis aliis verbis: *Volentes, vt habitis perpetuò careant.* si, nimirum, aduerbium, *perpetuò*, coniungatur cum participio, *habitis*, & intelligatur quasi iterum repetitum cum

Y 2 verbo,

verbo, careant: & sensus sit, quod beneficiis in perpetuum, vel perpetuo concessis, & habitis perpetuo habeant: sed solum, ut diximus, ad tempus incertum, donec hæresis declaretur, vel beneficium impetretur. Et si dicatur hæc expositio esse extorta, & violenta, & vim aliquam inferre verbis, cum reuera aduerbium, perpetuo, solum sit coniungendum cum verbo, careant; adhuc potest locum habere distinctio allata ex Suar. & ex Mol. de carentia solum in debito, & sub conditione, vel solum imperfecta, & aliquali: & sensus Constitutionis in idem recidet, quod Hæretici, receptatores, defensores, &c. beneficiis prius habitis perpetuo careant, id est, carentia sub conditione, & in debito, imperfecta, & aliquali, ut explicauimus; non autem in re, & absoluta, omnimoda, & perfecta, cum hoc non exprimat verba Pontificis.

9. Receptatores, defensores, & fautores Hæreticorum, & ipsorum filij, vsque ad secundam generationem, de iure nouo sunt ipsi facti priuari beneficiis, sicut & ipsi Hæretici

Illud aliud efficacius probatur ex dicta Constitutione Nicolai III. ut notat Garz. de benef. part. 1. c. 10. n. 68. pag. 335. id est, non solum Hæreticos; sed etiam eorum receptatores, defensores, & fautores, ipsorumque filios vsque ad secundam generationem eodem modo esse priuatos ipso iure beneficiis habitis: nam de omnibus æqualiter subdit Pontifex verba allata: Nos enim prædictos priuamus beneficiis acquisitis, volentes, ut tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur. ut etiam sup. explicauimus de ipsi filijs disp. 53. n. 17. Vnde, quanuis Couar. lib. 2. var. c. 8. n. 4. & Pegna in Direct. par. 3. com. 162. §. De Hæreticorum verò receptatoribus, pag. 667. & alij apud ipsum affirmant, quod receptatores, defensores, & fautores Hæreticorum non sunt priuati ipso iure beneficiis habitis; sed sunt priuandi per sententiam, quia ita habetur c. Excommunicamus. 1. §. Credentes. vers. Si verò Clericum. de Hæres. cum quibus id asserit etiam Sanch. lib. 2. in Decal. c. 26. n. 15. & hinc vterius inferit n. 16. quod renunciaciones, & permutaciones beneficiorum factæ ante sententiam ab huiusmodi receptatoribus, defensoribus, & fautoribus, omnino sunt validæ, nec postea sunt rescindendæ, si ipsimet renunciantes, & permutantes priuentur per sententiam beneficiis habitis; quia generaliter ita se habet in iis omnibus, qui sunt priuandi beneficiis per sententiam, & nondum sunt priuati, ut idem probat lib. 7. de matrimonio, disp. 42. num. 2. In contrarium tamen facit ex Garzia cap. 10. num. 68. cit. quia, quanuis id sit verum ex iure antiquo Decretalium, cap. Excommunicamus. cit. non est tamen verum de iure nouo, cap. Vt commissi. §. Punienti. de Hæreticis, in 6. vbi Inquisitoribus datur facultas priuandi, vel priuatos denunciandi dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis, tam Hæreticos, quam eorum credentes, receptatores, defensores, fautores, accipiendo particulam, vel, expositiue pro, id est, ut supra retulimus ex Ioanne Andrea, Pegna, & alijs. Et clarius id non est verum ex Constitutione allata Nicolai III. vbi æqualiter de Hæreticis, & de alijs dicitur, quod sint priuati beneficiis habitis. Et cum expositio allata quoad particulam, vel, ex cap. Vt commissi. admittatur à Pegna comment. 162. citato. §. Ac primum quidem. & ideo, tam Hæretici, quam alij secundum dictam expositionem ab ipso admittantur esse priuandi, hoc est, priuati denunciandi per Inquisitores dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis, mirum est, quomodo postea in ead. comment. §. De Hæreticorum verò acceptatoribus. idem Pegna disertè neget, quod imperatores, defensores, &c. sint priuati ipso iure beneficiis; & solum asserat, quod sint priuandi per sententiam.

Sed quidquid sit de hac contradictione huius Doctoris, siue dicamus cum secunda sententia, Hæreticos ipso iure esse priuatos beneficiis, & absolute amittere titulum, & ius, quod in illis habebant, & solum retinere possessionem, & administrationem; & ratione illius percipere fructus; siue cum Suar. solum esse priuatos quoad priorem modum illa habendi, & imperfectè, & aliquid retinere etiam titulum, & ratione illius continuare in possessione, & administratione, & fructus percipere; certum est, quod non potest Hæreticus illa renunciare in fauorem tertij, aut permutare, vel aliter quomodocumque de illis disponere, ita vt renunciatio, & permutatio, aut dispositio sit semper futura firma, & constans, & non sit rescindenda per sententiam declaratoriam criminis ipsius renunciantis, permutantis, aut disponentis; cuiusque nullitas non sit retrahenda vsque ad diem commissi criminis: hæc enim omnia operatur priuatio beneficiorum, quando incurritur ipso iure, quocumque tandem modo intelligatur, aut explicetur, ut notat Molina de iustitia, tract. 2. disp. 96. §. Duo observa. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 16. lib. 9. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 13. qu. 8. Suar. disp. 21. de fide, sect. 5. num. 20. & omnes communiter. Et idem est etiam de fructibus, quos licet perceperit, & acquisierit beneficium Hæreticus; solum tamen percepit, & acquisierit reuocabiliter per sententiam declaratoriam criminis, & cum obligatione illos restituendi, vt subdit Sanchez num. 10. ex Couar. in 4. Decretal. par. 2. c. 6. §. 8. n. 8. Molin. de iustit. disp. 96. §. cit. Duo observa. Henriqu. lib. 13. de excommunicat. cap. 56. num. 2. in fine, & alijs; & pro Hæreticis hoc est speciale supra alios excommunicatos, irregulares, aut criminosos ex eodem Sanchez num. 11. quia neque etiam possunt retinere huiusmodi fructus pro stipendio, & mercede eorum laborum, quos forte præstiterunt in ministerio Ecclesiæ: sicut possunt illos retinere excommunicati, & alij ex eodem Sanchez lib. 3. de matrimonio, disp. 51. num. 12. quia, scilicet, generaliter confiscantur Hæreticis omnia bona, & omnia amittunt, quocumque tandem modo, aut titulo sint illis debita, vel acquisita.

Sed circa permutacionem beneficij, quam forte facit Hæreticus, dum sua hæresis manet occulta, non est omittendum id, quod notat Paris. de resignat. lib. 1. q. 14. n. 6. & segg. & ex illo Sanchez lib. 2. c. 26. cit. n. 9. quod qui per viam permutacionis accipit ab Hæretico beneficium, ita illud non acquirit perfectè, & firmiter, sed solum amissibiliter per sententiam declaratoriam criminis; vt neque etiam perfectè amittat beneficium proprium, quod putauit, se posse transferre in Hæreticum permutantem: quia enim hic fuit incapax beneficij acquirendi, & verè illud non acquisiuit, semper beneficium fuit vacans, & permutatio non est sortita effectum ex vtraque parte; & ideo vel potest ad illud redire priuata auctoritate, vt volunt Authores citati; vel certè non est illi negandum, vt redeat auctoritate Prælati, cum illud à se non abdicarit simpliciter, & absolute; sed solum per viam permutacionis, & ex voluntate, & credulitate, quod permutatio esset habitura effectum, & firma, & valida permanens.

Si quis verò ante hæresim declaratam per sententiam, impetret à Sede apostolica beneficium Hæretici, tanquam vacans ipso iure, quod similiter potest fieri; non est, quod iudicialiter vocet, aut citet huiusmodi Hæreticum pro faciendi impetratione: sed satis est, si solum citer pro capienda possessione: sic enim expressè statuitur c. Licet Episcop. de prob. 21. 6.

10. Qui sunt priuati beneficiis ipso iure, non possunt firmiter de illis disponere; sed omnis dispositio inualidatur, secuta sententia declaratoria criminis: & validatio retrahitur ad diem commissi criminis.

11. Et similiter per eandem sententiam amittit fructus perceptos post commissum crimen: neque possunt illos retinere, etiam ut stipendium, aut mercedem seruitij præstiti.

12. Qui bona fide permutat beneficium cum Hæretico, potest priuata auctoritate redire ad beneficium prius, quando postea per sententiam rescinditur permutatio.

13. Qui impetrat à Sede apostolica beneficium vacans ipso iure, non tenetur citare possessorem priorem, nisi dum capit illius possessionem.

¶ 6. quando beneficium impetratur, vt vacans propter aliud beneficium incompatible de nouo acquisitum à priore beneficiario; & ex Glof. ibid. ver. Te non vocato. Franco, & alijs apud Paris. de resignat. lib. 3. qu. 1. num. 37. & apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 26. cit. n. 12. idem est etiam quando beneficium impetratur, vt vacans ipso iure ex quocumque alio capite. Et quemadmodum ad collationem beneficij ipso iure vacantis non est necessarium citare, aut vocare iudicialiter possessorem illius: ita neque est necessarium, cum vocare ad præsentationem patroni, quæ sine dubio est quid minus, quam collatio, vt notat alij apud eundem Sanchez ibidem.

14. Patronus potest de nouo presentare ad beneficium vacans ipso iure, nõ vocato priore.

15. Quomodo sit agendum quoad priuationem beneficiorum cum Hæretico, si respiciat.

16. Non videtur diuertisse, qui breui rediit.

Quod si quæras, vtrum hæc, quæ dicuntur de Hæreticis quoad priuationem dignitatum, & beneficiorum ecclesiasticorum, & officiorum publicorum, intelligi debeant, tam in casu, quo perseuerent in hæresi, quam in casu, quo conuertantur, & respiciant, negat Rebuffus in praxi beneficiorum, part. 3. de modis amittendis beneficia, num. 5. & segg. debere intelligi in casu, quo respiciant, dummodo respiciencia sequatur statim, & continuè, postquam fuerint deprehensi in hæresi, & dummodo suos errores consentiant publicè abiurare ad arbitrium Episcopi, & satisfactionem congruam exhibere: idque putat expressè definiti cap. Ad abolendam. §. 1. de Hæres. & satis probari ex eo, quia non videtur diuertisse, qui breui rediit, l. Diuortium non est. ff. de diuort. & l. Quidquid calore. ff. de reg. iur. Sed reuera non hoc definitur cap. Ad abolendam. sed solum agitur de reali degradatione, & de traditione in arbitrium potestatis secularis, postquam aliquis manifestè est deprehensus in hæresi, id est, per euidentiam facti: vt, verbi gratia, si publicè hæresim prædicauit, & professus est, vel conuictus per testes, & per legitimas probationes, vel confessus per propriam confessionem in iudicio, vt exponit ibi Glossa var. Deprehens. & hæc degradatio, & traditio in potestatem brachij secularis dicitur non esse faciendæ, si Hæreticus sic deprehensus continuè, & sponte recurrat ad vnitatem fidei, (suumque hæresim consentiat publicè abiurare, & pro illa paratus sit satisfactionem congruam exhibere: quæ tamen omnia non faciunt ad præsens negotium de retentione dignitatum, & beneficiorum, si quis respiciat quomodocumque ab hæresi, siue secreto, siue publicè, extra iudicium, vel in iudicio, ante sententiam declaratoriam criminis, vel post sententiam.

Neque illud, quod statuunt Iura citata de diuortijs, quod vxor non videatur diuertisse, si breui rediit, potest valere in casu hæresis, cum hoc crimen non attendatur ex temporis diuinitate; & statim, atque aliquis incidit in hæresim, eamque prodit exterius, sit verus Hæreticus, & incurrat in omnes pœnas, quæ ipso iure sunt lætæ contra Hæreticos; & ideo etiam incurrat in priuationem beneficiorum, & dignitatum, & publicorum officiorum, siue in hæresi diu maneat, siue ab illa citò resurgat, vt contra Rebuffum notat Simanch. de cathol. instit. tit. 58. num. 4. & Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 26. n. 13. Neque Iura ita statuunt in crimine hæresis habendam esse pro nihilo, & non puniendam breuem moram, sicut statuunt in diuortijs, vt ex se patet; & alioqui absentia duorum, aut trium mensium ab vnitatem fidei, & ab Ecclesia per hæresim, censenda esset modica, & non puniendæ, cum talis definitur in Trident. sess. 23. cap. 1. de reform. esse absentia Episcoporum, & Parochorum à loco residentia; & contra, si ex hac definitione Concilij pro residentia non licet argumentari ad hæresim, neque etiam licebit ad eandem argumentari Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

ex simili definitione iuris ciuilibus pro diuortijs, quam asserit Rebuffus.

Quare consequenter ad ea, quæ diximus de Hæreticis absolute, dicendum etiam videtur in casu respiciencia: nam, si respiciant ante probatum crimen in iudicio, & ante sententiam illius declaratoriam, licitè, & validè possunt retinere priores titulos dignitatum, & beneficiorum; neque est, quod illos recuperent, aut de nouo recipiant, cum reuera nunquam illos amiserint, nisi imperfectè, & sub debito, vel sub conditione, si sequeretur ignorantia, vt supra diximus. Et si post talem respiciencia, crimen præteritum adhuc deferatur ad Iudicem, vel non est veniendum vterius ad sententiam; sed solum requirenda congrua satisfactio, vt dicitur cap. Ad abolendam. cit. de Hæres. & beneficia, & dignitates sunt illi relinquendæ, vt prius, vt notant Archid. Ioan. Andr. Francus, & alij in cap. l. commissi. de Hæres. in 6. & habetur in Directorio Inquisitorum part. 3. qu. 113. in fine pag. 666. & colligitur ex cap. Si autem. de Hæreticis, in 6. vbi expressè id declaratur de filiis Hæreticorum, receptatorum, defensorum, & fautorum, si constiterit eorum parentes esse emendatos, & reincorporatos vnitati Ecclesiæ, & poenitentiam recepisse, & perfectè; vel certè mitius est cum illo agendum, & prudenter sunt expendendæ circumstantiæ quoad personas, quæ ab hæresi respiciunt, & quoad modum, quo respiciunt; vtrum, scilicet, multum damni intulerint alijs, dum essent in hæresi; & vtrum sponte, & citius, an verò tardius, & post multas admonitiones, vt notat Pegna in Direct. part. 3. cit. com. 161. §. Nos verò in hac re. pag. 668. & Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 26. num. 13.

Si verò respiciencia solum sequatur post crimen delatum, & probatum in iudicio, & post latam sententiam illius declaratoriam, & per consequens post incursum ipso iure perfectam, & absolutam priuationem, cuiusque subsecutam executionem, certum est, quod solum ex dispensatione possunt huiusmodi Hæretici sic conuersi recuperare beneficia, & dignitates amissas, vt notant Dominicus, & Francus in cap. Vt commissi. cit. de Hæres. in 6. & apud Pegnam com. 162. cit. Et dispensatio solum potest pertinere ad Papam, non solum quando is, qui est dispensandus, est Episcopus, aut ex alijs Prælatibus maioribus, quorum causæ in materia fidei non cognoscuntur per priuatos Inquisitores; sed solum per ipsum Papam, cap. Inquisitores. de Hæres. in 6. & etiam, quando est Parochus, aut alius quicumque beneficiatus, cum ex Bulla Pij V. Cum in christiana. omnia beneficia, quæ vacant propter hæresim, sint reseruata Sedi apostolicæ, vt notat Pegna ibid. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 13. qu. 8. Sanchez cap. 26. n. 13. cit. & præcendendo ab huiusmodi dispensatione omnino debent ab huiusmodi Hæreticis sic conuersis auferri beneficia, & dignitates prius habitæ, & de illis, qui sic conuertuntur post sententiam, & non obtinent dispensationem à Papa videtur intelligendum, decretum Concilij Elibertini cap. 5. quod refert Pegna com. 162. cit. Vt fideles, qui ad nos reuertuntur ex quacumque hæresi, nullo modo promoueantur ad Clerum, & qui sunt in præteritum ordinati, siue dubio deponantur. Et in huiusmodi dispensatione concedenda, aut neganda, prudenter sunt expendendæ circumstantiæ circa personas, & circa modum suæ conuersionis, quas indicauimus paulò ante.

Sed inter Hæreticos, quorum beneficia, & dignitates vacant ipso iure, non debent illi computari, qui solum sunt suspecti, aut diffamati de hæresi, vt notat Pegna com. 162. cit. §. Beneficia verò. iuris.

17. Si Hæreticus respiciat ante sententiam, dicitur retinere beneficia, & dignitates.

18. Si verò respiciat post sententiam, non potest illa recuperare, nisi ex dispensatione ipsius Papæ.

19. Suspecti de hæresi, aut de illa diffamati non priuantur beneficiis ipso iure.

& Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 26. num. 14. quia reuera non sunt Hæretici: & si cogantur hæresim abjurare, vt vehementer de illa suspecti, solum iurant, se in illam non incurrisse, nec esse incurfuros in posterum; non autem iurant tantummodo, se non amplius incurfuros, vt faciunt illi, qui coguntur abiurare, tanquam Hæretici, post probatam in iudicio hæresim, vt notat Nauarrus consil. 18. & 19. de Hæreticis, lib. 5. Sanchez lib. 2. cit. cap. 25. num. 12. & alij apud ipsum, & supra explicauimus diffinit. 53. num. 8.

Sed, vt diximus ead. disp. 53. num. 2. id debet intelligi solum de iis, qui sunt suspecti, aut diffamati de hæresi ex aliquo alio facto, aut dicto, quam, quia receperint, aut defenderint Hæreticos, vel iis fauerint in causa hæresis: nam hi omnes receptatores, defensores, & fautores, saltem iure nouo, cap. Vt commissi. §. Priuandi. de Hæreticis, in 6. & ex Constitutione Nicolai III. directe, & per se sunt ipso facto priuati dignitatibus, & beneficiis, sicut & ipsi Hæretici, vt diximus paulo ante, num. 9. & qui ex alio facto, aut dicto sunt suspecti, aut diffamati de hæresi, bene possunt pro qualitate criminis priuari beneficiis per sententiam, vt subdunt Pegna, & Sanch. loci cit. etiam si non sint illis priuati ipso iure.

20.

Qui scienter conferunt Hæreticis beneficia, aut scienter ad beneficia illos nominant, & priuati possunt puniri vt fautores Hæreticorum, vel saltem vt suspecti de reuerentia.

Et inter fautores Hæreticorum possunt, ac debent computari etiam Episcopi, & alij collatores beneficiorum, si scienter conferant illa Hæreticis: imò & patroni, si scienter Hæreticos nominent, aut presentent ad beneficia, vt notat Archid. Ioan. And. & alij in c. Vt commissi. cit. de Hæret. in 6. & apud Pegnam comm. cit. 162. §. Episcopus praterca, & §. Nec modo Episcopus.

Et quanuis fortasse illa conferant, non tanquam Hæreticis, sed vt amicis, aut consanguineis; & ided reuera non incurrant pœnas fautorum; negari tamen non potest, quin ex hoc facto possint puniri, vt vehementer suspecti de hæresi, cum Hæretici nullo modo sint fouendi, aut ditandi bonis ecclesiasticis; sed omni modo sint extirpandi ex eodem Pegna §. Nos vero. pag. 668. Vnde & in Bulla Alexandri IV. Quod super nonnullis. in veteri Bullario, tom. 1. pag. 19. §. Frequenter etiam, ad quam se refert Bonifacius VIII. cap. Vt commissi. de Hæreticis, in 6. expressè dicitur, quod qui scienter beneficia conferunt Hæreticis, receptatoribus, &c. eorumque filiis, & nepotibus, sunt puniendi à suo Iudice, vt etiam repetitur cap. cit. Vt commissi. in fine.

DISPUTATIO LVI.

Quomodo Hæretici temporaliter puniantur per confiscationem bonorum.

- 1. Pœna confiscationis bonorum contra Hæreticos est lata, tam iure civili, quam canonico.
2. Confiscatio, incarceration, & incorporatio ad fiscum, quid propriè sit.
3. Fiscus quid propriè sit.
4. Filij iustè puniuntur temporaliter pro delictis parentum.
5. Pœna confiscationis ipso iure incurritur à prima die incurse hæresis.
6. Et ex tunc omnes alienationes, & dispositiones veniunt rescindenda.
7. Et bona occupantur à fisco, etiam post mortem Hæretici, si post mortem accusetur, & damnentur.

- 8. Ex aliis delictis, prater hæresim, & crimen læsæ maiestatis, non confiscantur bona defuncti, nisi reus fuerit accusatus, dum viueret.
9. Pœna confiscationis non incurritur per hæresim purè internam.
10. Sæpè per externam, etiam si sit occulta per accidens.
11. Alienationes, & dispositiones factæ ante hæresim manifestatam exterius, non sunt rescindende ex præsumptione; quòd sint factæ in fraudem confiscationis.
12. Qua bona sunt confiscanda, vt iam illa tantum, quæ possidebantur tempore incurse hæresis; an verò etiam illa, quæ postea sunt acquisita.
13. Quæ possidentur, quando incurritur hæresis, omnino sunt confiscanda.
14. Et quæ possidentur toto tempore, quo perseveratur in hæresi.
15. Et usque ad sententiam declaratoriam criminis.
16. Vel saltem usque ad tempus vera respicientia.
17. Non autem, quæ acquiruntur de nouo post sententiam, & post factam confiscationem priorum bonorum.
18. Et de illis liberè, & licitè possunt disponere, & testari.
19. Quæ regule sint seruanda pro dignoscendis iis bonis, quæ sunt confiscanda.
20. Res alteri donata sub conditione in futurum pendente, vel inter coniuges, aut causa mortis, sunt confiscanda.
21. Vt iusfructus quomodo sit confiscandus.
22. Beneficia, & pensiones ecclesiastica.
23. Bona filiorum non confiscantur per hæresim patris.
24. Serui hominis hæretici non confiscantur.
25. Ius patronatus non confiscatur.
26. Cuius fisco sint applicanda bona Hæreticorum.
27. Non potest fiscus illa occupare, nisi post sententiam declaratoriam criminis.
28. Etiam si hæresis sit aliqui ex se notoria.
29. Qui dolit, & mendacis veritatem occultat, & impedit sententiam, & confiscationem, non tenetur restituere aliquid fisco.
30. Neque Hæreticus ex se tenetur illa offerre, & tradere fisco, etiam post sententiam; sed satis est, si patitur ea sibi auferri à Iudice, eisque nota restitatur.
31. Si ex negligentia fisci bona aliqua ex confiscatis remaneant apud Hæreticum, non sunt in conscientia eidem manifestanda, & restituenda.
32. Et idem est, si remaneant apud alios successores.
33. Quomodo pœna aliquando dicatur incurri absque alia declaratione, vel nulla expectata sententia.
34. Si pœna confiscationis non sit lata à iure, sed solum ab homine, & per sententiam; non rescinduntur alienationes factæ post delictum, & ante sententiam.

OSTR explicatas pœnas spirituales Hæreticorum, quæ illos priuant bonis spiritualibus, vt sunt excommunicatio, & irregularitas, easque adiectas, quæ ex spiritualibus habent originem, & cum illis habent affinitatem, vt sunt infamia, & priuatio publicorum officiorum, ac dignitatum, & beneficiorum ecclesiasticorum, & inhabilitas ad illa obtinenda, & habenda in posterum; paucis sunt explicandæ etiam pœnæ temporales, quæ illos priuant bonis temporalibus, intelligendo hoc nomine bona tantum externa, & quæ dicuntur

dicuntur fortunæ, non autem bona corporis, aut vitæ, quæ propriè dicuntur bona corporalia, & tolluntur per pœnas corporales, vel corporis afflictiuas.

1. Pœna confiscationis bonorum contra Hæreticos est lata, tam iure civili, quam canonico.

2. Confiscatio, incarceration, & incorporatio ad fiscum, quid propriè sit.

3. Fiscus quid propriè sit.

4. Filij iustè puniuntur temporaliter pro delictis parentum.

Et quòd Hæreticis hæc etiam pœna temporalis, quæ est bonorum temporalium confiscatio, sit ipso iure imposita, patet manifestè ex iure civili, L. Manicheos, & duabus seqq. & Authen. Gazaros, C. de Hæreticis, & L. Quisquis, & L. fin. C. ad l. l. l. maiest. & L. fin. C. de bonorum proscriptioibus; & ex iure canonico, cap. Cum secundum leges, de Hæret. in 6. & notat ibi Glossa, & Doctores communiter. Idque esse factum valde rationabiliter, ex eo conuincitur: quia eadem pœna in iure statuitur etiam contra reos læsæ maiestatis humanæ, & contra reos minorum criminum: & ided potiori ratione potuit, ac debuit statui contra reos læsæ maiestatis diuinæ, qui sunt Hæretici, vt bene aduertit Innocentius cap. Vt argenti, de Hæret. Et cum homines maximè terreantur à criminibus amissione bonorum, optimum fuit, vt per eandem etiam terreantur ab hæresi, & vt ea præsidia pecuniarum, & bonorum iis adimerentur, quibus possent maximè vti contra Ecclesiam, & contra fidem, cuius se hostes profiterentur per hæresim, vt bene notat Suar. disp. 22. de fide, sect. 1. num. 2.

Et nomine confiscationis non debet intelligi ipsa formalis, & actualis incarceration, & incorporatio ad fiscum, vel ad Cameram Principis, quæ solum perficitur, quando bona incarcerationis, & incorporanda describuntur in libris cameralibus per Officiales ad id deputatos, & potestatem habentes, vt notat Bart. in l. Si quando. n. 2. vers. Item scribit, & in l. Si vacantia. n. 8. vers. Tu dicit, C. de bonis vacant. lib. 10. Bal. in l. Si vacantia. cit. n. 7. in fine. Ang. in l. Si quis. n. 1. vers. In textu. C. de bonis proscriptis. Farinac. cons. crimin. 147. n. 8. vol. 1. Rot. apud Seraph. dec. 198. n. 6. & alij: sed debet intelligi ipsa additio, vel applicatio bonorum ad fiscum, quæ fit per legem in pœnam commissi criminis, & per quam bona ipsa delinquentis sunt specialiter affecta, & obligata fisco, & huic acquiruntur ius ad illa sibi incarcerationis, incorporationis, & habenda, vt notat Suar. sect. 1. cit. n. 1. quia enim fisci vocabulum apud Grammaticos propriè significat vtenilia ex spatio, aut iunco, vel ex simili materia rustica, & leuiorè ad maioris summæ pecunias capiendas, & semper maioris summæ est pecunia Principis, & publica, quam priuata; hinc est, vt fiscus dicatur etiam ipsum ætarium Principis, vel ipsa pecunia publica, vt videre est apud Alconium Grammaticum, & apud Isidorum lib. 20. Etymolog. cap. 9. & S. Augustinum in Psal. 146. in fine; & hoc modo res fiscales dicuntur factæ, quasi propriæ, & priuatae ipsius Principis, & spectare ad patrimonium fisci lib. 2. §. 1. vers. Hoc interdicta. ff. Ne quid in loco publico. & bona, quæ confiscantur, dicuntur deuolui ad fiscum, L. Ne procuratores. ff. de iure fisci. & fisco addici, L. Quisquis. C. ad l. l. l. maiest. & ided etiam confiscatio est ipsa additio, vel deuolutio ad fiscum, ipsis legibus sic punientibus crimina, & sic statuentibus, vt bona reorum eo ipso sint debita Principi, vel ad Principem ex se deuoluantur, & suo quasi pondere deferantur.

Neque hæc pœna ex eo debet censi iniqua, quia necessariò redundat in filios Hæreticorum, qui sæpè sunt innocentes, & confiscatis parentum bonis sæpè rediguntur ad extremam inopiam: contra enim est; quia bona, quæ confiscantur, dum confiscantur, non sunt filiorum, sed parentum; neque filiis fit iniuria ex hoc, quòd puniantur parentes, nec relinquuntur eorum bona transmitti ad filios: imò pœ-

na ex hoc etiam capite iustè augetur in ipsis parentibus, quòd vident illius malum, & incommodum remanere in filiis, quos naturaliter agnoscunt, & diligunt, tanquam aliquid sui; & quemadmodum parentes iustè puniuntur in seipsis, & in aliis omnibus suis bonis; ita, & iustè possunt puniri in filiis; & aliquando sic puniuntur de facto etiam ex directa intentione legis, vt patet ex dictis supra de pœna infamiae, & de nota irregularitatis: & hoc modo Innocentius III. cap. Vt argenti, de Hæret. disertè asserit, quòd secundum legitimas sanctiones ex sola misericordia seruatur vita illorum filiis, qui capite puniuntur, ob crimen læsæ maiestatis, vt patet ex l. Quisquis. §. Filij. C. ad l. l. l. maiest. & quòd in multis casibus etiam secundum diuinum iudicium filij pro patribus temporaliter puniuntur; & iuxta canonicas sanctiones, aliquando fertur vltio non solum in authores scelerum; sed etiam in filios, & progenies damnatorum. Eiusque rei ex Glossa ibidem, ver. canonicas, plura exempla habentur ex sacris Litteris apud Gratianum ad cap. Ecclesia. 1. qu. 4. & ex sacris Canonibus cap. Cum multa. 1. qu. 3. & in c. de filiis Presbyter. & Deus ipse Gen. 7. & 19. propter parentum scelera diluuiò, & incendio plurimos infantes, & innocentes perdidit: & Exod. 12. & 29. perdidit gladio primogenitos Ægyptiorum: idemque fecit etiam sapius alius. Vnde, quòd olim statutum erat generaliter in iure tiuili pro omnibus capite damnatis, præterquam ex crimine læsæ maiestatis, quòd eorum bona non fierent lucro Iudicibus; sed relinquerentur ascendentibus, & descendentibus vsque ad tertiam generationem, L. Bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum, vel damnatorum. & specialiter in iure canonico pro filiis fidelibus eorum parentum, qui baptizati ex Iudaismo, & postea præuaricantes in Christum, damnati essent de hæresi, vel de apostasia à fide, quòd huiusmodi filij non essent excludendi à bonis parentum, cap. Iudæi baptizati. 1. qu. 4. ex Concilio Toletano IV. cap. 60. & absolute, quòd filij catholici parentum hæreticorum non priuarentur suis legitimis in bonis illorum, vt notat Suar. disp. 22. de fide, sect. 1. n. 1. hoc, inquam, postea iustè est reuocatum, & iustè inducta confiscatio omnium bonorum pro crimine hæresis; non obstante, quòd talis damnatus habeat filios, vt patet ex Innocentio III. cap. Vt argenti, cit. de Hæret. & ex Authen. Gazaros. C. de Hæret. & notat Iul. Clarus lib. 5. §. Hæresis. vers. Et scias, quòd licet bona damnatorum.

5. Pœna confiscationis ipso iure incurritur à prima die incurse hæresis.

6. Et ex tunc omnes alienationes, & dispositiones veniunt rescindenda.

de crimine hæresis, quanuis de illo non habeatur id exprellum specialiter, vt notat Suar. *disp. 2.2. sect. 1. cit. num. 5.*

7. Et bona occupantur à fisco, etiam post mortem hæretici, si post mortem accusetur, & damnatur.

Et eadem ratione, quia ex crimine læsæ maiestatis humanæ secundum iura debet procedi ad confiscationem bonorum, etiam post mortem delinquentis, si forte contingat, eum post mortem deferri, & damnari, L. fin. cit. / *de i. l. l. maiest. & L. Ex iudiciorum. ff. de accusat. idem fit etiam ex crimine hæresis, vt expresse habetur cap. Accusatus. §. l. n. eo vno casu. de Hæret. in 6. quia, scilicet, etiam ex hoc crimine statim incurritur pœna confiscationis, vt de crimine læsæ maiestatis dicitur L. fin. cit. & idem fisco etiam post mortem Hæretici iure repetit illius bōna, vt sibi debita; & hæredes iuste possunt conueniri pro illis restituendis; sicut & communiter possunt; ac solent conueniri pro aliis debitis realibus testatoris. Vnde, quod est faciendum de iure in aliis delictis, vt pœna confiscationis non transeat ad hæredes delinquentis defuncti, nisi prius contra illum adhuc viuentem mōra fuerit accusatio, & illis contestata, L. Ex iudiciorum. cit. ff. de accusat. & L. vnica. C. Ex delictis defunctorum. non habet locum in crimine læsæ maiestatis humanæ, & in crimine hæresis, iure ipso, tam ciuili, quam cænonico sic statuente specialiter, vt diximus, propter criminum enormitatem, vt notat Suar. *disp. 2.2. sect. 1. cit. num. 6.* & apud illum Simanchas *de cathol. instit. tit. 9. n. 180.* & alij.*

8. Et alius delictis, prater hæresim, & crimen læsæ maiestatis, non confiscantur bona defuncti, nisi si fuerit accusatus, dum viueret.

Quod verò diximus supra, pro excommunicatione, & pro aliis pœnis spiritualibus *disp. 3.9.* quòd non incurrantur per hæresim purè mentalem, & occultam per se; incurrantur verò per hæresim externam, & occultam per accidens, siue præterea possit probari in iudicio, siue non; potiori ratione est intelligendum de his aliis pœnis exterioribus, & temporalibus, & præcipuè de confiscatione bonorum: nam similiter non incurritur per hæresim purè mentalem, quæ omninò est extra potestatem, & iurisdictionem datam Ecclesiæ pro externo regimine, ad quod pertinent punitiones inuoluntariæ, & coactæ; sed solum incurritur per hæresim externam, quæ sola potest puniri in foro externo. Et si bona illorum, qui, dum viuerent, putabantur Catholicis, & postea post quadraginta annos fuerunt detecti, quòd essent Hæretici, non possunt amplius confiscari, contra eorum filios, aut nepotes, vel contra quoscunque alios etiam extraneos, qui dicto spatio quadraginta annorum illa possederint bona fide, vt dicitur cap. Si qui exigentibus. §. Si post mortem. de prescript. in 6. potiori ratione non possunt confiscari bona illorum, qui nec fuerunt vnquam detecti, quòd essent Hæretici, nec potuerunt vlllo modo detegi, cum suam hæresim sola mente conceperint, ac semper retinuerint, nec vnquam exterius illam prodiderint. Vnde non sunt audiendi, qui contrarium asserunt, non solum quoad pœnas spirituales, de quibus supra egimus *disp. 3.9. cit. sed etiam quoad temporales, vt Bald. in l. Si quis non dicam. n. 1. C. de Episcop. & Cler. Anan. in cap. Si quis Episcopus. n. 7. de Hæret. Felin. in cap. 1. n. 7. de presumpt. & alij alij apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 8. n. 1. versus finem: & specialiter, qui hoc asserunt de amissione bonorum, vt Surd. *de alim. rit. 9. quæst. 3. n. 4. & quæst. 3. n. 7. & 8. & decis. 2. 4. 7. n. 1. 2. & 13. par. 1. Menoch. conf. 185. num. 8. vol. 2. & conf. 218. n. 7. vol. 3.* & apud eundem Sanchez *ibidem, & cap. 2. n. 34.**

9. Pœna confiscationis non incurritur per hæresim purè internam.

Contra verò neque etiam sunt audiendi, qui asserunt, pœnam confiscationis non incurri ab iis Hæreticis, quorum delictum non potest probari, vt

10. Sed per exteri-

Farinac. *de hæres. quæst. 1. 90. n. 2. 3. limitat. 2.* & alij alij apud eundem Sanchez lib. 2. cap. 8. cit. num. 6. & apud Suar. *disp. 2.2. de fide, sect. 1. n. 7.* cum quibus ex Theologis videtur sentire etiam Sot. lib. 1. de iust. quæst. 6. art. 6. §. At quoniam. pag. mibi 54. col. 1. in fine, vbi asserit, durissimum esse, opinari de occulto Hæretico, qui abique vlllo teste protulit exterius suam hæresim, quòd incurrat pœnas ciuiles iuris.

si occulta per accidens.

Sed contra hos omnes patet similiter ex dictis supra. *disp. 3.9. cit. n. 1. 4.* quia, quanuis ad vsum, & exercitium iurisdictionis per lententiam particularem, quæ fertur ab homine, requiratur actualis cognitio causæ, eiusque probatio in iudicio, siue per testes, siue per alium quencunque modum sufficientem; ad vsum tamen, & exercitium iurisdictionis per sententiam generalem, quæ fertur à iure, non est opus actuali cognitione, aut probatione huius, aut illius particularis; sed satis est, si legislator generaliter cognoscat hoc, aut illud delictum in genere, esse dignum punitione, in quocunque tandem contingat, illudque intendat punire, & de facto puniat per suam legem: ac proinde ad incurrendam huiusmodi pœnam generaliter statutam per legem, non est opus, quòd delictum sit probabile in iudicio; sed satis est, si absolute cadat sub potestatem punitiuum legislatoris, & comprehendatur sub punitione lata per legem: & eo ipso, quòd delinquens per testimonium suæ conscientiæ certò cognoscat, se commississe tale delictum, certò etiam intelligit, se esse reum talis pœnæ, eamque posse iuste, & licite contra se mandari executioni per Iudicem, si habeat illius notitiam: quanuis ex accidente id futurum non sit; quia notitiam non est habiturus.

Contra id verò, quod diximus n. 5. & 6. confiscationem incurri à prima die commissæ hæresis, & tantum ex illa die venire rescindendas alienationes, & dispositiones quascunque post illam factas; non videtur posse habere locum id, quòd asserunt aliqui Iuristæ apud Suar. *disp. 2.2. sect. 1. cit. n. 8.* & *sect. 4. n. 6.* venire rescindendas etiam illas alienationes, & dispositiones, quæ reuerà sunt factæ ante incursum hæresim; sed præsumuntur esse factæ in fraudem fisci, & ex delicto iam mente concepto: sicut & potest contingere in crimine læsæ maiestatis, & in aliis delictis externis, si quis ante illorum consummationem illa attentet, vel suam mentem, & intentionem illa attentandi, & consummandi sufficienter declararet; & post huiusmodi declarationem reprehendatur disposuisse de suis bonis, & sic præsumatur id fecisse in fraudem: quòd idem generaliter de omnibus alienationibus factis in fraudem fisci ante patratum delictum, docet Simanchas *de cathol. instit. tit. 9. n. 56.* Valq. *1.2. disp. 1. 71. cap. 1. num. 2.* Bonac. *de contract. disp. 3. quæst. 8. punct. vlt. §. 2. n. 1. & §. 3. n. 2. tom. 2.* Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 2. n. 2. §. 26. & cap. 2.2. num. 31. & plures alij apud ipsam: quia L. In fraudem. ff. de iure fisci. generaliter dicitur, quòd res alienatæ in fraudem fisci, siue per donationem, siue quocunque alio modo, sunt reuocanda, præbente, scilicet, sola fraude, etiam sine alio iure, quòd fiscus habeat sufficientem causam reuocandi, vt loquitur Sanchez *cap. 2.2. num. 31. cit.* & ipsamet alienatione prodente, & manifestante internam voluntatem patrandi delictum, dum apparet esse facta sine alia ratione, aut causa, & quasi importunè; & simul constat, quòd verè ex tunc haberetur voluntas illud patrandi, vel saltem ex tunc adesset causa, ex qua postea fuit patratum, vt notat Bart. in l. Post contractum. num. 1. ff. de donation. Dec. *conf. 2. 36. col. 1.* & alij apud Sanchez lib. 2. cap. 2.1. num. 7. & apud Bos-

11. Alienationes & dispositiones factæ ante hæresim manifestatam ex certis, non sicut rescindenda ex presumptione, quòd sint factæ in fraudem confiscationis.

sum

sum in *pract. crim. tit. de bonorum publicatione, n. 45. pag. 283. col. 3.* Sed quicquid sit de rescindendis alienationibus, quæ sunt factæ ante alia delicta, & rationabiliter præsumuntur esse factæ in fraudem fisci ex intentione patrandi postea, & consummandi delictum, & non videtur id posse contingere in casu hæresis, vt asserit Suar. *locus citatus*: quia illius consummatio in ordine ad confiscationem bonorum, & ad rescindendas alienationes, est ipsa manifestatio, & declaratio interni consensu: & idem eo ipso, quòd Iudex sufficienter cognoscat, quòd Hæreticus declarauit exterius suam hæresim; iuste potest ex ipsa dicere, & ex ipso puncto declarationis dispositiones omnes rescindere, non ex presumptione, quòd sint factæ in fraudem, sed ex certa noticia, quòd sint factæ in debite, & postquam bona erant iam fisco affecta, & obligata per ipsammet declarationem externam internæ hæresis. Et contra, eo ipso quòd Iudex non habet notitiam talis declarationis, & hæc reuerà nulla fuit: quia hæresis sola mente, & solum interius fuit retenta, ex nulla præsumptione potest rescindere dispositiones, etiamsi ponantur reuerà esse factæ ex intentione manifestandi postea hæresim, & vitandi confiscationem, vel occupationem bonorum faciendam à fisco: quia, quandiu hæresis manet interius, nullo modo incurritur confiscatio; neque fiscus ius vllum acquirit in bona talis Hæretici: & idem neque dispositiones interim factæ possunt inualidari, aut rescindi ex quacunque intentione sint factæ. Vnde & in aliis delictis ad rescindendas dispositiones, tanquam factas in fraudem fisci, omninò requiritur, vt saltem voluntas patrandi delictum sit manifestata sufficienter exterius, vt notat Suar. *disp. 2.2. sect. 1. n. 8. cit.* vel saltem sciatur tunc adfuisse causa, ex qua postea fuit patratum; & ipsa dispositio, & alienatio tam importunè, & sine ratione appareat fuisse facta, vt ipsamet declaret ex se, quòd fuerit facta ex intentione delicti patrandi, vt retulimus ex Bartolo, & aliis apud Sanchez, & apud Bosium; & alioqui si intentio patrandi quocunque delictum sit purè interna, & nullo modo sit declarata exterius; & dispositio, vel alienatio bonorum tam aptè simulatur ex aliis causis, vt non generet suspitionem intentionis delicti; neque illam significet, aut declaret exterius; certum est, quòd talis dispositio, & alienatio non potest rescindi, vt subdit Bos. *loco citato*, ex Imola, Romano, & aliis: vt, verbi gratia, si res fuit vendita iusto pretio, illi, quæ non fuit occultatum; sed mutuo datum amico, aut consanguineo, vel in dotem puellæ, &c. verè enim in tali casu neque etiam potest dici, quòd sit facta in fraudem fisci, vt etiam notat Sanchez lib. 2. cap. 2.1. n. 5. ex communi sententia, cum sic disponens, & alienans vsus sit iure suo, neque violauerit vllum ius fisci, aut vllam iniuriam illi fecerit, quandiu intentionem delicti sola mente retinuit; & idem pro tali tempore non debet puniri, nec confiscatio est retrahenda ad tale tempus. Et à fortiori idem est in crimine hæresis, si Hæreticus purè internus bona sua alienet, & alienationem aptè simulat à se fieri ex aliis causis, & idem nec etiam per alienationem bonorum prodatur exterius suam hæresim.

12. Quæ bona sint confiscanda, vtrum illa tantum, quæ possidebantur tempore incursum hæresis; an verò etiam il-

refi adhuc durante, & non retractata; siue non amplius durante, sed iam retractata; & per consequens, quòd postea secuta sententia declaratoria criminis in executionem confiscationis, & pœnæ ex tunc incursum, non possint pro fisco occupari omnia bona, quæ fortè tunc possidentur ab homine hæretico; sed solum illa, quæ possidebantur, quando est lapsus in hæresim; & in quæ sola tunc potuit cadere lententia iuris, & confiscatio.

la, quæ postea sunt acquisita.

Sed nullis iis, quæ de hac re fuscè disputat Suar. *disp. 2.2. de iure. sect. 1. n. 9. & seqq.* certum est primò, quòd ea bona cadunt sub confiscationem, quæ possidentur ab Hæretico tempore lapsus in hæresim: hoc enim demonstrat ratio allata, & expresse habetur L. Eius, qui apud hostes. ff. de testam. §. 1. vbi de illo, cui aqua, & igni sit interdixtum, dicitur, quòd bona sint publicanda, quæ tunc habuit, cum damnaretur; quæ tamen sunt tantum illa, quæ habuit, quando crimen commisit: siquidem tunc est damnatus à lege, & interdixtus aqua, & igni. Et clarius idem habetur l. i. ff. de pœnis, vbi statuitur generaliter, in imponendis pœnis attendi debere tempus delicti; non autem tempus sententiæ; & vnunquenque eam tantum pœnam sustinere debere, quam sustinisset, si sententia fuisset lata, quando primò deliquit: quia, nimirum, sententia Iudicis, quæ postea sequitur, non infert pœnam confiscationis; sed declarat, illaram fuisse à iure: neque inducit aliquid ex se; sed solum exequitur, quòd prius iam erat inductum per legem, vt bene explicat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 1. 4. n. 10. & cap. 2.2. n. 27. & apud ipsam Burfattus *conf. 289. n. 10. vol. 3.* & plures alij apud Suar. *n. 9. cit.* Et ad hoc facit etiam regula iuris L. In delictis. §. Si damnatum. ff. de nov. al. l. tit. 1. quòd qualitas iuncta verbo debeat maximè intelligi secundum tempus verbi: sic enim, dum lex confiscat, vel fisco addicit bona Hæretici, de illius bonis debet intelligi, quæ sunt Hæretici, quando confiscat, id est, quando primùm committit in legem, & in hæresim externam incidit.

13. Quæ possidentur, quando incurritur hæresis, omninò sunt confiscanda.

Secundò, certum videtur, quòd sub eadem confiscationem cadant etiam illa, quæ sunt acquisita post lapsum, & toto tempore, quo hæresis perdurauit; & non est verè, & ex animo retractata. Ita Sanchez *cap. 1. 4. n. 10. cit.* & apud illum Burfattus *conf. 14. n. 8. & conf. 43. n. 4. vol. 1. & conf. 289. n. 10. vol. 3.* & alij alij, & Suar. *disp. 2.2. sect. 1. n. 14.* & Bonac. *de contract. disp. 3. quæst. 8. puncto vlt. §. 3. n. 2. vers. Hinc sequitur. tom. 2. pag. 586.* & omnes communiter, præter vnum, aut alteram apud eundem Suar. *n. 9.* qui asseruerunt, ea tantum debere, ac posse cadere sub confiscationem, quæ tunc possidentur, quando primùm committitur crimen; non autem alia, quæ postea acquiruntur. Sed contra est: quia in crimine hæresis id non potest habere locum, cum in ordine ad transgressionem præcepti fidei, & ad punitionem Ecclesiæ, non consummetur in solo actu primi consensu contra fidem, vt accidit, verbi gratia, in occisione Principis, aut alio crimine læsæ maiestatis humanæ; sed continetur toto tempore, quo ille actus non retractatur, & voluntariè persecueratur in statu illius: nam præceptum fidei, quatenus est, & includit quid negatiuum; non solum prohibet, ne vnquam fidei repugnemus, aut actualiter illi dissentiamus; sed etiam ne persistamus, aut persecueremus in tali dissensu, si fortè aliquando in illum labamur, vt patet ex dictis supra, *disp. 6. n. 2.* ac proinde semper transgredimur actualiter præceptum fidei, & semper actualiter meremur puniri per legem, dum venit in mentem de redeundo ad fidem, & de non persistendo in infidelitate; & tamen adhuc

14. Et qua possidentur toto tempore, quo persecueratur in hæresis.

huc persistimus, & non redimus. Vnde etiam lex semper, & continuè damnat, & punit huiusmodi transgressionem, & contra illam continuè loquitur, & disponit quasi de nouo, L. Arrian. C. de Hæret. dum absolutè confiscat bona Hæretici; nec distinguit inter Hæreticum actualem, & inter habitiualem: ac proinde sub pœnam confiscationis necessariò cadunt non solum illa, quæ Hæreticus habuit, quando primò est lapsus in hæresim; sed etiam alia, quæ acquisiuit toto tempore, quo in illa permansit, ac perdurauit. Et quanuis fortasse non semper, & continuè in mentem veniat actualiter de redeundo ad fidem, & de non persistendo in hæresi; & idèd non semper, & continuè peccetur actualiter contra præceptum negatiuum fidèi; satis est tamen, si veniat sapius, & peccetur sapius; & semper ratione posterioris, & vltimi lapsus, veniunt confiscanda omnia bona ante illum possessa; & Ecclesia rectè præsumit fuisse peccatum vsque ad tempus retractationis, & conuersionis, de qua illi constat legitime, & iuridicè; ac proinde rectè confiscat omnia bona possessa, & habitata, non solum tempore primi lapsus; sed etiam in toto tempore, quo lapsus perseveravit: cum præsertim non sit improbabile, quòd hæreticus, quemadmodum vitiat dominium bonorum, quæ inuenit, eaque fisco obligat, & addicit, cum primò aduenit; ita & vitiet dominium bonorum, quæ inueniunt ipsam, & acquiruntur de nouo, dum ipsa perdurat, vt notat Suar. n. 14. cit. & non est dubium, quòd per legem hoc potuit fieri. Et quòd sit factum, videtur probari: quia confiscatio bonorum Hæretici ex se ipsa importat confiscationem bonorum, quæ sunt Hæretici, quando ipse est, & appellatur Hæreticus, id est, pro toto tempore, quo perseverat in hæresi.

15. Et vsque ad sententiã declaratoriam criminis.

Tertiò, probabilissimum est, quòd etiam illa veniant confiscanda, quæ sunt acquisita post secretam, & priuatam resipiscenciam ab hæresi, & absolutè ante sententiam illius declaratoriam, & ante legitimam retractationem in foro Ecclesiæ. Ita Simanchas sit. 9. n. 61. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 8. Valq. part. 2. disp. 169. n. 8. pag. 137. col. 2. Suar. disp. 22. sect. 1. cit. n. 15. Iul. Clarus lib. 5. §. Hæresis. n. 19. & §. vlt. quæst. 78. n. 212. & alij communiter: nam L. Eius, qui apud hostes. §. 1. ff. de testum. dicitur, quòd, si cui aqua, & igni sit interdicitum, bona illa sunt publicanda, quæ tunc habuit, cum damnaretur, id est, cum aqua, & igni illi interdiceretur. Et quanuis id possit intelligi de damnatione facta à iure in eodem puncto patracionis delicti, vt supra diximus; non tamen desunt, qui id intelligant de damnatione facta ab homine per sententiam declaratoriam, vt notat Suar. n. 11.

Et pro eodem facit ex iure canonico etiam cap. Cum secundum leges de Hæret. in 6. vbi executio confiscationis, & occupatio bonorum dicitur esse faciendã, quando iam est promulgata sententia super crimine hæresis. Et quanuis similiter neque etiam hoc capitulo clariùs explicetur, quæ bona sint occupanda post promulgatam sententiam; & vtrum omnia, quæ possidentur, cum promulgatur; an verò solum illa, quæ possidebantur, quando hæresis, & confiscatio per ipsam legem fuit incurfa: satis tamen id explicatur per communem consuetudinem, & stylum fori, qui communiter habet, vt omnia occupentur, quæ possidentur tempore sententiæ: quia, nimirum, toto illo tempore præsumitur hæresis perdurasse, eoque toto promeruisse confiscationem, & punishmentem legis; & quousque tandem in foro Ecclesiæ appareat cessatio criminis, & vera resipiscencia, & absolutio, & reconciliatio cum Ecclesiã, con-

traria ratione semper præsumitur perseverantia in crimine, iuxta communem regulam, quòd semel malus, semper præsumitur malus, cap. Semel de reg. iur. in 6. quousque, scilicet, non constet et oppositum, vt in hoc ipso casu de homine hæretico notat Felin. in cap. Scribam. de præsumpt. n. 3. in fine, & ex illo Suar. sect. 1. cit. n. 15, qui etiam rectè subdit, non posse Ecclesiã magni facere in tali homine actus aliquos resipiscenciæ, & pœnitentiæ factos fortasse priuatim, & solùm, vt sic dicam, in foro Dei; quia semper potest timere, ne sint ficti, & simulati ob metum pœnæ; non autem ex animo, & ex vera detestatione delicti: & idèd iure optimo requiruntur certæ solennitates, & probationes, etiam in foro ipsius Ecclesiæ, & sine illis iure confiscantur bona possessa vsque ad tempus sententiæ promulgatæ: si autem reuerè huiusmodi præsumptiones Ecclesiæ de perseverantia in hæresi non subsisterent, & qui in illam esset lapsus verè, & ex animo resipuisset ante sententiam promulgatam, licitè possit in conscientia non admittere confiscationem, nisi pro vero tempore perseverantiæ in hæresi, & vsque ad tempus verè resipiscenciæ, vt vult Sanchez lib. 2. cap. 14. cit. n. 10. & cap. 22. n. 34. & alij alij apud ipsum, & putat probabile etiam Suar. sect. 1. n. 15. cit. Illud tamen non est admittendum in hac materia, quod tenent Ioan. And. in cap. Cum secundum leges. n. 2. de Hæret. in 6. Archidiaconus Ioan. de Lignano, & alij alij Canonistæ ibidem, & apud Sanchez lib. 2. cap. 12. cit. n. 2. confiscationem, scilicet, quoruncunque bonorum non esse faciendam, nisi in casu perseverantiæ, & obstinationis in hæresi: & si contingar, vt Hæreticus quocumque resipiscat, non esse ulterius procedendum ad publicanda illius bona, etiam pro tempore incurfæ hæresis, & perseverationis, & obstinationis in illa habitæ. Contrà enim est: quia, si resipiscat post latam sententiam, & post factam confiscationem, non nisi ex benignitate Ecclesiæ possunt illi restitui bona, vt etiam supra diximus dispensat. precedente, n. 18. de priuatione beneficiorum, & dignitatum: & si resipiscat ante sententiam, & ante crimen delatum ad iudicem, licitè potest bona omnia retinere, cum illorum possessionem nondum amiserit: & si crimen deferatur post huiusmodi resipiscenciam, mitius potest cum illo agi, vt etiam ibi diximus n. 17. de priuatione beneficiorum, & absolutè non est, quòd primus lapsus in hæresim non meruerit pœnam, eaque non possit, & non debeat ex iustitia publica illi inferri, quæquid sit de subsecuta, vel non subsecuta resipiscencia.

16. Vel saltem vsque ad hunc usque verè resipiscencia.

Quartò, certissimum est, quòd non sunt confiscanda, quæ sunt acquisita post sententiam, & post obtentam absolutionem. Ita Suar. sect. 1. n. 13. & apud illum omnes communiter: nam L. Si mandauero. 2. §. 1. si cuius. ff. mandati. expresse dicitur, quòd is, cui bona sunt publicata, potest mandare alicui, vt illa emat; & si emerit, vitilis est mandati actio: quia publicatis bonis, quòd postea acquiruntur, non sequitur fiscum: & cap. Felix. vers. Verum, cum talis de pœn. in 6. de iis, qui hostiliter fuerint insecuti Cardinales, dicitur, quòd si gratiam reconciliacionis, & absolutionis obtinuerint, non est illis neganda repetitio eorum bonorum, quæ postmodum acquisierint. Et ratio est: quia crimina, quæ ipso iure inducunt confiscationem bonorum, qualis est hæresis, non propterea inducunt etiam inhabilitatem ad aliquid acquirendum in posterum, post factam confiscationem; & idèd licitè, & valide, qui sic est punitus, potest alia acquirere, & de illis perfectè disponere, siue per contractus, siue per vltimas voluntates. Vnde non est admittendum, quòd dicunt aliqui

17. Non autem qua acquiruntur de nouo post sententiã & post factã confiscationem priorum bonorum.

aliqui ex Iuristis apud Suar. disp. 22. sect. 1. n. 10. quòd bona eorum, qui ex delicto sunt passi confiscationem, etiam acquisita de nouo, & post illam, semper manent fisco addicta, & obligata pro casu mortis; & saltem quoad hoc, vt non possint de illis testari; sed necessariò debeat in illis succedere fisco. Contrà enim est eodem Suar. n. 11. quia nullum est ius, quòd huiusmodi reos simpliciter faciat intestabiles de iis bonis, quæ iute acquirunt post factam confiscationem, vt etiam docet Antonius Gomez tom. 3. var. cap. vlt. & alij apud ipsum.

18. Neque facit in contrarium id, quòd habetur L. Deportari. C. de bonis proscriptorum. quòd deportatus non possit habere heredem in acquiritis post deportationem; & quòd in morte etiam illa veniant publicanda: quia enim deportatio apud Romanos fuit inducta loco mortis, & loco pœnæ capitalis; & deportati reputantur quasi mortui, meritò potuit secum afferre priuationem eorum omnium, quæ essent de iure ciuili; & ea solum iis relinquere, quæ essent de iure naturæ; & deportatis meritò potuit induci amissio ciuitatis, familiæ, patriæ potestatis, connubij, & testamenti, vt notat Azor. part. 2. lib. 2. cap. 20. quæst. 1. & nos indicauimus lib. 1. de humanis actionibus, disp. 17. n. 11. A quibus tamen non licet argumentari ad alios reos, qui fortè ex crimine solum sunt passi confiscationem bonorum, & postea sunt absoluti, & rehabilitati ad alia, vt certè sunt Hæretici, postquam ab Ecclesiã sunt absoluti, eique reconciliati, vt subdit Suar. n. 15. in fine: si qui tamen etiam ex his essent damnati ad mortem, & ad vltimum supplicium, vt sit cum iis, qui sunt impenitentibus, aut relapsi; meritò illis publicarentur omnia bona, nec sinerentur de vllis testari: siquidem nulla essent, quæ ob relapsum, & ob finalem impenitentiam non essent addicta, & obligata fisco. Magis verò in specie, quæ bona cadere debeat sub confiscationem; & quæ iuste, & licitè non possint apprehendi, & vsurpari à fisco post sententiam sententiam, magis videtur spectare ad forum exterius, quàm ad conscientiam. Videri potest Simanchas de cath. instr. tit. 9. serè per totam. Iulius Clarus lib. 5. §. vlt. quæst. 79. Farinac. de hæresi, quæst. 190. Anton. Gomez lib. 3. var. cap. 14. Valq. part. 2. disp. 169. & in Opusculo de testam. cap. 9. §. 4. dub. 1. 2. & 3. pag. 547. Suar. disp. 22. de fide, sect. 5. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 14. & seqq. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 8. & alij.

19. Communes regulæ, ex quibus possunt expendi casus particulares, hæc sunt præcipuæ. Primò, siue iura, quæ in pœnam delicti statuunt confiscationem bonorum, loquantur indefinitè de bonis, & sine signo vniuersalitatis, & distributiuo; siue signanter adhibeant huiusmodi signum, & expresse loquantur vniuersaliter de omnibus bonis; semper debent intelligi loqui vniuersaliter, & de omnibus; & idèd tam bona immobilia, quàm mobilia, & se mouentia, & iura, & actiones censeri debent affecta fisco. Et ratio est: quia in sermone doctrinali, qualis est sermo legis, propositio indefinita æquiualeat vniuersali, & alioqui dispositio legis maneret inefficax, & nullum posset habere effectum, si maneret incerta; & non esset maior ratio, quare intelligeretur potius de his bonis, quàm de illis.

Secundò, bene est aduertendum, quòd bona sint Hæretici, aut delinquentis, quando committit crimen, vel saltem post crimen commissum, & ante latam sententiam, vt supra diximus: & ita debent esse illius, & sub illius dominio, vt liberè possit per testamentum de illis disponere, eaque transmittere ad quoscunque etiam extraneos.

Atque ex hoc, quòd bona sint Hæretici, quando

20.

incurrit confiscationem, potest intelligi, quòd si donauit causa mortis, vel sub conditione in futurum pendente, & postea in hæresim incidit, res donata sunt confiscandæ: quia dominium non est translatum, & ex confiscatione interim superueniente impeditur, ne amplius transferatur, etiam morte secura, aut conditione impleta, vt ex Simancha, & Farinac. notat Suar. sect. 5. cit. n. 1. Et talis est etiam donatio inter coniuges, quæ non confirmatur, nisi morte donantis, vt idem subdit n. 8. Et si Hæreticus de aliquibus bonis solum sit usufructuarius, solum usufructus est confiscandus; non autem proprietas, & dominium directum. Et si hoc ipsum ius vendi, & dominium sit restrictum ad solam personam Hæretici, neque possit ab illo transferri in alios, vt verbi gratia, si ipsi soli sit concessum ius habitandi in hac domo, vel faciendi per se ipsum hoc, aut illud, eaceta, scilicet, specialiter ipsius opera, & industria; neque etiam hic usus, aut usufructus est confiscandus, vt subdit Suar. n. 5. Et si huiusmodi Hæreticus habeat beneficium, aut pensionem ecclesiasticam, solum debent confiscari fructus iam percepti, aut dekursi; non autem ipsum beneficium, aut pensio; sed illud iterum conferendum alicui alteri: & hæc censetur esse extincta in fauorem beneficiarij, ex Gigante de pensionibus, quæst. 5. n. 4. & quæst. 9. n. 7. & Suar. sect. 5. n. 6. Et si habeat patriam potestatem in filios, & ratione illius habeat ius in bona illorum, profectitia, aut aduentitia; non potest hoc ius confiscari, sed consolidatur cum dominio, & iure filij, amittente ipso patre patriam potestatem, & ratione illius omne ius, quòd habebat in bona filij, vt notat Suar. n. 9. Et contrà, quia patria potestas etiam dissoluitur per hæresim filij, §. Cum autem. Insti. Quib. mod. ius patriæ potest. amitt. non solum confiscantur huiusmodi bona quoad dominium filij, sub quo proprie sunt, sed etiam quoad usufructum, aut ius patriæ, quod fundatur in patria potestate, & sine illa stare non potest. Et plura alia his similia possunt videri apud Suar. sect. 5. cit. & apud alios. Et si quæ bona ex speciali aliqua ratione non possint transire ad fiscum; ita per crimen hæresis amittentur hæretico, vt tamen non debeant dici esse proprie confiscata, cum ad fiscum non transeant; sed vel ex se ipsis dici debeant extingui, & cessare illorum iura, vel ex quadam necessitate transire ad alios legitimos successores. Et hoc modo, quia serui hominis hæretici, si dominum sacrilegum euitantes ad Ecclesiã catholicam fideliore seruitio transeant; eo ipso sunt extra noxam vt dicitur L. Manichæos. §. fin. C. de Hæret. id est, liberi euadunt, & sunt, vt exponit ibi Glossa ver. Extra noxam. Et qui lapsus manifestè in hæresim, quocumque modo tenentur debito fidelitatis, aut obsequij, eo ipso sunt absoluti ab omni debito, cap. Absolutos. extr. de Hæret. Nec transeunt huiusmodi serui ad fiscum; sed manent omninò liberi; & eorum seruitus omninò extinguitur, & finitur, vt notat Suar. disp. 22. sect. 5. n. 6. & apud illum Molin. de instr. disp. 40. & Sanchez lib. 2. cap. 24. n. 9.

21. Ususfructus quomodo sit confiscandus.

22. Beneficia, & pensiones ecclesiasticæ

23. Bona filiorum non confiscantur per hæresim patris.

24. Serui hominis hæretici non confiscantur.

25. Ius patronatus non confiscatur.

26. Cui fisco bene applicanda sunt bona Hæreticorum.

Quòd si quæras de iis ipsis bonis, quæ confiscantur pro crimine hæresis, cui fisco sint applicanda; & vtrum sint occupanda à fisco Principis læici, cuius ditioni fortè subduntur, an verò fisco Ecclesiæ; sub distinctione respondet Innocencius III. cap. V. argenti. de Hæret. Nam in terris subiectis temporali iurisdictioni

Res liberi donata sub conditione in futurum pendente, vel inter coniuges, aut causa mortis, sunt confiscandæ.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

rifiditioni Ecclesiar, sunt applicanda fisco Ecclesiar; & in aliis confiscatio est facienda per potestates, & Principes seculares; & hi, si fuerint negligentes, sunt compellendi per censuras. Et hoc idem ferè habetur cap. *Excommunicatio*. i. §. *Damnatio eod.* vbi dicitur, quòd si fuerint laici, confiscatio est facienda per laicos: si verò fuerint Clerici, bona sunt applicanda Ecclesiis, à quibus stipendia acceperunt: & si huiusmodi Ecclesiar sint plures, bona sunt inter ipsas diuidenda pro rata, vt notat ibi Glossa *ver. Stipendia*. ex cap. *Relatum*. 2. de *testam. Sed* ex Ioan. Andrea, & Innocentio in cap. *Cum secundum de Hæres.* in 6. & Syluest. *verb. Hæresis*, 2. *quest. 12. n. 14.* per Constitutiones pontificias debent fieri tres partes; & vna debet esse Romanæ Curie pro iurisdictione officij; & altera Iudicis secularis; & tertia Officialium. id est, Inquisitorum, aut ministroum, non auctem Episcopi: siue contra Hæreticos inquirat per se, siue simul cum Inquisitore: siquidem ipsi debent sufficere bona suæ Ecclesiar, quæ ad hoc sunt deputata, vt habetur in Extrauag. *Benedicti XI. Ex coi.* & notat Ioannes Andreas in cap. *Statuta*. eodem titulo. Sed præterea ex Felino in cap. *Irrefragabili*, §. *Ceterum*. n. 5. *in fine*; de offic. *Ordin.* & apud Tul. Clarum lib. 5. §. *Hæresis*. *vers. Item, bona condemnatorum*. per alias Extrauagantes pontificias id est sublatum; & bona Hæreticorum sunt diuidenda æquis portionibus inter Romanam Ecclesiam, Episcopum, & Inquisitorem. Et ex Couar. lib. 2. var. cap. 9. n. 12. neque id seruat in praxi, saltem in Hispania; sed bona omnia Hæreticorum, tam mobilia, quam immobilia, etiam Clericorum, & habentium beneficia ecclesiastica, applicantur fisco regio, & ex eodem Claro *ibidem* in Ducatu Mediolanensi diuiduntur æquis portionibus inter fiscum Ducalem, Episcopum, & Inquisitorem; & tota liquidatio bonorum Hæretici fit per procuratores Fisci regij. Et sic debere fieri declarauit Ibi Senatus consentiente Inquisitore de anno 1559. Quare, cum in diuersis locis diuersæ sint quoad hoc inductæ consuetudines, licitè possunt illæ seruari, vt notat Couar. loco cit. Pegna in *Diretorio Inquisitorum*, pag. 3. com. 15. Farinac. de *heresi*, *quest. 190. n. 154.* & *segq.* Suar. *disp. 2. de fide, sect. 1. num. 16.*

27. Non potest fiscus illa occupare, nisi post sententiam declaratoriam criminis.

Siue autem huiusmodi bona sint applicanda fisco Ecclesiar, siue fisco Principis laici, aut cuiuscunque; certum est, quòd ab illo non sunt capienda, aut occupanda, nisi post sententiam declaratoriam criminis: & hæc omninò est expectanda, non modò, vt fiscus, & potestas publica possit per vim illa auferre; sed etiam, vt ipse Hæreticus, siue occultus per accidens, siue notorius, teneatur in conscientia illis se spoliare, & fisco tradere. Ex Canonistis ita Nauar. in *Man.* cap. 23. n. 66. Pegna in *Diretorio*, part. 3. com. 58. Farinac. de *heresi*, *quest. 190. n. 23.* Couar. in 4. *Decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. n. 10.* Anton. Gomez tom. 3. var. cap. *ult. n. 3.* Bonac. de *contract. disp. 3. quest. 8. puncto ultimo*, §. 3. n. 1. in *fine* pag. 586. tom. 2. Et ex Theologis Caiet. 2. 2. *quest. 62. art. 3. in fine*, & in *Summa verb. Pœna*. Victoria *relect. 1. de Indis*, n. 8. Sot. lib. 1. de *inst. quest. 6. art. 6. post 4. conclusionem*. Ioan. Medina de *restit. quest. 1. §. Post rerum dominium*. *vers. Ad propositum igitur redeundo*. Sayrus lib. 3. *Clauis regia*, cap. 9. n. 30. Molina de *iusi. tom. 1. disp. 65. vers. Contrariam sententiam*. Valen. 1. 2. *disp. 7. quest. 5. puncto 6. vers. Ex quo deinde*, & 2. 2. *disp. 1. quest. 12. puncto 2. ad finem*. Henric. lib. 1. 3. de *excommunicat. cap. 56. n. 2. vers. finem*. Less. lib. 2. cap. 29. n. 30. Valq. *part. 2. disp. 170. c. 3.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 7. quest. 1. & 3.* & lib. 8. cap. 12. *quest. 3.* Suar. *disp. 2. n. 7. & segq.* & plures alij apud ipsam.

Et quòd fiscus ante sententiam non possit huiusmodi bona per vim occupare, expressè habetur cap. *Cum secundum leges de Hæres.* Et iure optimo sic fuit decretum, vt fraudes certius vitarentur, & Republicæ, & ipsi reis certius satisfaceret, dum ad pœnæ executionem non veniretur, nisi crimine plenè probato, & iuridicè declarato. Idque sic est seruandum, non modò quando hæresis est occulta per accidens, & indiget probatione; sed etiam, quando est ex se publica, & notoria, quicquid in contrarium dicat Aduersarius. *lib. 6. art. 1. littera J.* & Syluest. *verb. Hæresis, quest. 8. & verb. Affassinus, quest. 5.* & aliqui alij apud Suar. *sect. 2. cit. n. 2.* & apud Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 22. n. 14.* qui contendunt, non esse opus sententiâ declaratoriâ, quando hæresis ex se est notoria; sed illam solùm requiri, ad hoc vt delictum fiat omnibus notum, & vt vitentur occasiones faciendi iniustitias. Quæ tamen ratio omninò cessat, quando hæresis est ex se publica, & notoria. Contra quod tamen sufficenter facit cap. cit. *Cum secundum leges*. quod absolute, & in omni casu ad executionem confiscationis requirit notorietatem iuris, & per sententiam, vt pote longè maiorem, & certiore, & tutiorem, quam sit quauis notorietas facti. Vnde, quanuis certissimum sit, quòd euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris, cap. *Enidentia*. de *accusat.* punitiò tamen, & executio punitionis omninò indiget sententiâ Iudicis; non quidem, vt per illam constet de crimine, si ex se est euidens; sed vt pœna vniuersaliter statuta per legem, applicetur particulariter per ipsum Iudicem, tanquam per causam particularem huic, aut illi reo particulari; idque fiat, vt iuris est, audito ipso reo, eiusque defensionibus benè expensis, vt notat ibi Glossa *ver. Non indiget*. & Mol. de *iusi. tom. 1. disp. 95. in responsione ad 2. principale*, & Valq. 1. 2. *disp. 170. cap. 4. n. 14.* & Bonac. de *contract. disp. 3. quest. 8. puncto ult. §. 3. n. 1. in fine*; & alij plures apud Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 22. cit. num. 15.*

28. Etiam si heresis sit alia, qui ex se notoria.

Idque est verum, vt idem subdit n. 16. etiam si reus ponatur esse confessus suum crimen in iudicio, quicquid in contrarium pro hoc casu confessi criminis velit Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 7. quest. 3. circa medium*. cultura, & iniquia, scilicet, nullum ius acquirit fisco de proximo in bona delinquentis, nisi per sententiam, eamque firmam, vel confirmatam per rem iudicatam & omninò vltimam; non autem appellabilem, & reuocabilem, seu impedibilem per appellationem, & per oppositam sententiam alterius Iudicis superioris, vt notant Doctores communiter: & ideo si sententia aliquo modo impediatur, vel ab ipso reo veritatem negante, vel à reate eam non deponente, nihil propterea restituendum est fisco, vt ex Nauar. Sylu. & aliis notauimus lib. 5. de *legib. disp. 41.* & videre est apud Sanchez cap. 22. *cit. n. 21. & 22.* & apud Valq. 1. 2. *disp. 175. cap. 20.* Et idem est, si reus iuste damnatus per primam sententiam, ab illa appellet, & per depositionem falsorum testium faciat eam reuocari ab alio Iudice superiore: fisco enim similiter nihil tenetur restituere; quia prima sententia nondum tribuerat illi ius, & per appellationem fuit suspensus omnis eius effectus, & per subsequentem sententiam alterius Iudicis prima illa in totum est reuocata, perinde ac si neque etiam fuisset vnquam lata, vt subdit Sanchez n. 23. & cap. 21. n. 36. & fufius explicat lib. 10. de *mar. disp. 8. n. 14.* Et consequenter, neque etiam potest fiscus per occultam compensationem bona accipere, quæ alioqui fuissent confiscanda, si veritas non fuisset indebitè occultata, vel prima sententia iuste lata non fuisset reuocata per indebitam appellationem: nam, quanuis Mol. tom. 1.

29. Qui dolus, & mendacium veritatem occultat, & iniquam sententiam restituit aliqui fisco.

de *infamia, disp. 95. §. Duo sunt hoc loco*. id affirmet esse licitum fisco, si forte sciat, huiusmodi occultationem, aut appellacionem indebitam. Id tamen non esse admittendum ex eo probat Sanchez cap. 22. *cit. n. 24.* quia compensatio ex communi sententia nunquam est licita, nisi quando debitum est omninò certum, & luce ipsa meridiana clarius; quod tamen in casu præsentè esse non potest, cum plures, & graues Authores omninò negent deberi aliquid fisco, nisi post sententiam, eamque firmatam per rem iudicatam, & non suspectam per appellacionem, aut reuocatam per potestatem superiorem, vt diximus. Et in hac re diuersa est ratio de eo, qui dolis, & mendaciis impeditur, ne consequatur, verbi gratia, hæreditatem, aut legatum ab eo, qui alioqui volebat in eius fauorem testari, aut legare; vel de eo, qui similiter iuste conuentus in iudicio pro rescindendo aliquo contractu, aut pro restituenda re aliena, mendaciis, & dolis impeditur actorem, ne consequeretur ius suum: vt enim benè explicat Valq. 1. 2. *disp. 175. c. 2.* & Sanc. lib. 2. in *Decal. lib. 2. n. 25.* in his, & similibus casibus mendacia, & doli semper sunt contra iustitiam commutariam, & contra ius alicuius priuati, quod habet, verbi gratia, vt voluntas eius, qui vult testari, aut disponere in eius fauorem, relinquatur libera, & non circumueniatur dolose, aut deceptur in eius damnum, & vt vniuersique sinatur in iudicio probare ius suum; cum tamen in casu præsentè de occultando delicto, & de impedienda, vel suspendenda, aut reuocanda sententia, & per consequens de impedienda confiscatione, mendacia, & doli solùm sint contra iustitiam legalem, & publicam, ex qua sola procedit Iudex ad inquirenda, & punienda delicta; non autem sint contra iustitiam commutariam, & contra ius priuatum ipsius Iudicis, aut fisci Principis, quòd nullum est, aut potest esse, nisi post sententiam, & post vltimam applicationem bonorum ipsi factam ex legis præscripto: & ad summum, qui sic impedit validitatem sententiæ, solùm tenetur ad expensas litis, quas fortè facit ipse actor, cum illarum verè sit illi causa contra iustitiam commutariam, vt notat Sanchez cap. 22. *cit. n. 23.*

Et hinc vltimus illud etiam lequitur, quòd si fiscus ante sententiam de facto caperet bona Hæretici alioqui notorii, non solùm peccaret in modo illa accipiendis; sed etiam in substantia rei acceptæ; & omninò caperet per iniuriam, & teneatur restituere illa Hæretico vique ad sententiâ; & ante illam solùm posset adhibere custodiam huiusmodi bonis, ne furim diriperentur, aut aliter distraherentur in fraudem, & in præiudicium fisci, vt notat Suarius *num. 7. cit. in fine*, & plures alij apud Sanchez cap. 22. *cit. num. 17. & 18.*

30. Neque Hæreticus ex se tenetur illa offerre, & tradere fisco, etiam post sententiam; sed satis est, si patitur ea sibi auferri à Iudice, etiam non restitua.

Quòd verò ante sententiam huiusmodi declaratoriam, neque etiam teneatur Hæreticus in conscientia bonis suis se spoliare, & quæ fisco tradere, probatur ex eo: quia nihil tale illi præcipitur in iure positio: & ex iure naturæ, etiam post sententiam satis habet, si patitur bona sibi auferri à Iudice, & que non resistat: non autem teneatur sponte sua illi offerre, vt benè notat Couar. in 4. *Decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. n. 10. coroll. 2.* Simanc. de *cat. inst. tit. 9. n. 184. & 209.* Molin. de *inst. tom. 1. disput. 66. vers. Adhuc optime*. & *disp. 95. vers. Ad secundum principale*. Azor. *part. 1. lib. 5. ca. 8. quest. 4.* & lib. 8. cap. 12. *quest. 4.* Bonac. de *contract. disp. 3. quest. 8. puncto ultimo*, §. 3. n. 5. tom. 2. pag. 587. Farinac. de *heresi, quest. 190. n. 23.* Suar. de *legib. lib. 5. c. 10.* & *disp. 22. de fide, sect. 3. n. 7.* Sanchez lib. 2. in *Decal. c. 12. n. 8.* & alij apud ipsam: quia, scilicet, omninò exedit potestatem humanæ legis, vt quis teneatur in seipsum, & ex seipso esse

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

executor suæ pœnæ, quando hæc moraliter est grauiissima, & acerbissima, vt est, verbi gratia, sui ipsius occisio; aut mutilatio; vel etiam abdicatio omnium bonorum, vt etiam nos docuimus i. b. 5. de *legib. disput. 42. citat.* Vnde nullæ sunt leges, quæ hoc præcipiant: & si præciperent, neque etiam essent iustæ; vt pote de re nimis ardua, & supra humanam potestatem, vt notat Valquez 1. 2. *disp. 170. num. 3.* cum præsertim abdicatio omnium bonorum afferat secum magnam iacturam honoris, & famæ, imò etiam ipsius vitæ, ad cuius sustentationem bona externa sunt necessaria; & ideo hæc pœna esse alia obligatio, nisi vt sustineatur, & toleretur illata ab alio; non autem vt inferatur ab aliquo sibi ipsi: quicquid in contrarium velit Corduben. lib. 1. *Quest. 9. 36. no. 6.* vbi asserit, post latam sententiam, & post factam declarationem criminis, tenei Hæreticum bona sua offerre fisco, etiam vltò, & non petenti. Imò & illud, quod habet Valq. 1. 2. *disp. 170. cap. 2. num. 11.* post sententiam tenei reum, cuius bona sunt confiscata, rem omnem detegere, non est admittendum, nisi in casu, quo de illis interrogetur à fisco, saltem per edictum, vt notat Sanchez lib. 2. *cap. 2. in 8. citato*, in fine. Et si fiscus per negligentiam de aliquibus bonis interroget, & neque per edicta, neque alio modo de illis quaerat, non tenetur Hæreticus, apud quem remanet illa, ex se restituere, dummodo positio illa non occultet fisco querenti, sed solùm negatiuè non manifestet, vt idem subdit *num. 10. & 11.* ex Bannes 2. 2. *quest. 62. art. 1. dub. 2.* & Aragon. *ibidem*, fol. 228. col. 2. nam positio occultato positio impediret ius fisci iam quaesitum per sententiam; occultatio verò solùm negatiua, id est, non manifestatio solùm, non fateret iniuri illius, ad quod tamen non est obligatio.

31. Si ex negligentia fisci bona aliqua committuntur ad Hæreticos, non solum in celestibus sed et manifestanda, & restituenda.

Et idem est, si huiusmodi bona ex negligentia fisci post latam sententiâ declaratoriam, & post factam executionem in aliis bonis Hæretici, remaneant apud alios successores, & possessores, si similiter enim hi non tenentur positio illa manifestare, aut restituere fisco; sed solùm tenentur non positio illa occultare, aut negare, quando positio queruntur, & reperuntur, vt diximus de ipso Hæretico, & notat Molina de *inst. tom. 1. disput. 65. ante secundam conclusionem*, & *disp. 95. in responsione ad secundum principale*, & Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 8. quest. 4. in fine*, & Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 2. n. 2. & 52.* Et in casu, quòd positio querantur, & reperantur, ea que fortè non amplius extant; sed bona fide sint possessa, & consumpta ab huiusmodi successoribus damnati Hæretici; solùm tenentur restituere fisco id, in quo facti sunt ditiores, vt communiter dicitur in materia de restitutione pro possessoriis bonis fidei, & subdit Sanchez *eodem cap. 22. num. 13.*

32. Et idem est, si romanæ ab aliis successoribus.

Quid autem operentur hæc particula, *ipso iure*, & ipso facto, & absque alia declaratione, vel, nulla alia expectata sententiâ, quæ aliquando ponuntur in ipse legibus, & Constitutionibus etiam pontificiis; satis explicauimus, dum agetemus de *legibus*, lib. 5. *disputatione 42. citata*; & videri potest apud Valquez 1. 2. *disputatione 170. cap. 4. num. 21.* & præsertim *sequentiibus*. si enim sit res nimis ardua, & supra humanam infirmitatem, vt quis ante sententiam, nulloque Iudice pœnam repetente, petat illam quodammodo ipse à se, & sponte se offerat, & Iudici soluat; hoc saltem operabuntur verba illa, *absque alia declaratione*, vel, *nulla alia expectata sententiâ*, quòd hæredes delinquentis defuncti poterunt conueniri

33. Quomodo ponitur dicatur inferri absque alia declaratione, vel nulla expectata sententiâ.

niti super bonis illius, etiam lite contra ipsum viuentem non contestata, vt supra diximus n. 7. specialiter esse expressum in iure pro crimine hæresis, & pro crimine læsæ maiestatis humanæ: quia, nimirum, ex prima die patris criminis, & pœnæ incurta, independenter ab omni sententia bona erunt affecta fisco: & idem iustè poterunt ab illo repeti, vt sibi debita, ad quencunque tandè, & quomodocunque transferant, vt ibi diximus: & cõsequenter etiam operabuntur, vt reuocentur, & rescindantur omnes alienationes, & dispositiones de illis factæ, vt notat Valsq. loco cit. & Henric. lib. 1. c. 56. n. 2. littera N. Et in hac materia de confiscatione bonorũ longè aliter est loquendum, si hæc pœna sit lata à iure, & statim incurtatur ipsa parratione delicti, vt contingit in crimine hæresis, & in crimine læsæ maiestatis humanæ; & aliter, si in iure præcipiatur ferri ab homine, & verè non incurtatur, nisi per sententiam Iudicis: nam in primo casu tantummodo retrahitur confiscatio ad primam diem commissi criminis, & rescinduntur non solum alienationes factæ post sententiam declaratoriam; sed etiam factæ ante illam post incursum delictum, vt diximus n. 6. cum tamen in secundo casu solum rescindantur factæ post sententiam; non autem factæ post delictum, & ante sententiam, vt expressè habetur L. Post contractum. ff. de donat. Et quanuis etiam in secundo casu, quando confiscatio non est sententiæ lætæ à iure, sed ferendæ à Iudice, rescindantur alienationes factæ ante delictum, si ex coniecturis præsumantur esse factæ in fraudem fisci, L. In fraudem. ff. de iure fisci. in quantum, scilicet; simul cum delicto potest puniri etiam fraus antecedens delictum, & propter illud commissã, vt supra indicauimus num. 11. quia tamen huiusmodi fraus potest non præsumi eodem modo in alienationibus post delictum, quando iam cernitur, quomodocumque successerit illius parratio, & quod maneat sufficienter occulta, nec sit ventura in notitiam Iudicis, sicut præsumitur ante delictum, quando id erat omnino incertum: hinc est, quod ex iuris ipsius dispositione communis rescindantur alienationes factæ ante delictum; non autem post, vt benè explicat Sanchez lib. 2. cap. 2. n. 19.

Et ex hoc, quod dicantur debere rescindi alienationes factæ in fraudem, rectè colligit idem Sanchez num. 28. non posse fscum secuta sententia condemnatoria criminis, statim procedere via executiua ad apprehensionem bonorum per illas alienationum; sed debere intentare actiones reuocatorias, & procedere via ordinaria, cum reuerà alienationes non fuerint irritæ à principio; nec confiscatio ad illas retrahatur; sicut accideret, si confiscatio fuisset lata à iure, & ipso facto incurta; sed solum fuerint irritandæ secuta sententia. Et vltierus pro hac ipsa irritatione rectè monet n. 29. benè esse advertendum, vtrum sint factæ titulo oneroso, verbi gratia, venditionis, commutationis, &c. an verò titulo gratuito, & lucratiuo, verbi gratia, donationis: nam, si sint factæ primo modo, non debet esse locus irritationi, nisi fraudis fuerit particeps etiam ille, in quem sunt factæ, L. Aut prator. 2. §. Quod ait Prator. & c. Si quis particeps. ff. Quæ in fraudem creditor. ne, scilicet, inferatur illi damnum sine culpa, & puniatur sine crimine; quod tamen non accidit, si sint factæ secundo modo, & titulo lucratiuo, cum donatarius, verbi gratia, per illarum irritationem solum non sinatur captare lucrum; non autem prohibeatur vitare damnum.

* *

DISPUTATIO LVII.

An, & quomodo Hæreticus ipso facto, & ante sententiam amittat dominium suorum bonorum; & interim licitè, & validè de illis disponat.

1. Hæreticus secundum aliquos ipso facto amittit dominium suorum bonorum.
2. Secundum alios non amittit usque ad sententiam, & usque ad executionem sententiæ.
3. Vtraque sententia potest conciliari, si dicamus, dominium amitti secundum quid, id est, in debito, & sub conditione sententiæ; non autem amitti simpliciter, & omni modo.
4. Alij modi conciliandi dictas sententias minus probantur.
5. Hæreticus ante scientiam validè potest disponere in usus necessarios.
6. Et qui illi sint.
7. Et in usus quoscunque.
8. Quomodo in iure aliquando dicantur, dispositiones Hæretici, aut rei læsæ maiestatis non valere.
9. Dispositiones Hæretici tam delari in iudicium, si nondum condemnati, adhuc sunt validæ.
10. Res litigiosa non potest alienari.
11. Si Hæreticus sit iam delatus, & sit contumax; non valent illius dispositiones.
12. Donatio libertatis facta ab Hæretico, aut reo criminis capitalis, ante sententiam, non valet.
13. Dispositiones Hæretici, aut rei criminis capitalis, sunt etiam licitæ.
14. Sed, si sint titulo oneroso, cauendum est periculum illius, in quem bona transferuntur.
15. In contractu permutacionis non est necessariò manifestandum periculum confiscacionis.
16. Neque in contractibus gratuitis, & lucratiuis.
17. Nisi forte etiam in illis imminet damnum, aut periculum alicui contrahenti.
18. Etiam in dispositionibus, quæ sunt ab Hæretico, aut reo, in usus necessarios, debet manifestari periculum confiscacionis.
19. Dispositiones Hæretici licitè possunt acceptari à quocunque alio.
20. Dispositiones Hæretici factæ post sententiam, non valent, nisi forte sententia sit suspensa per appellacionem.

DOMINIUM bonorum ipso iure auferri ab homine hæretico, dum labitur in externam hæresim; & transferri ipso facto in fscum, tenent Bartolus in leg. de amittit dominium suorum bonorum. Imperator. ff. de iure fisci. Panormitanus, & Felinus in cap. final. de Hæretico. Farinacius de hæresibus. quæst. 190. num. 68. Casti. lib. 2. de leg. pœn. cap. 10. & 11. Caietanus 2. 2. quæst. 62. artic. 3. sub finem. Conradus de contractibus, lib. 1. quæst. 7. conclus. 2. & 3. Ioannes Medina C. de restitutione, quæst. 1. §. Post rerum dominium. Valentia 2. 2. disputat. 7. quæst. 5. puncto 6. vers. Ex quo deinde. Filiuccius tract. 22. num. 230. Azor. pars. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 2. & recentiores Theologi communiter in 2. 2. quæst. 11. artic. 2. & 3. nam hoc important, quæ diximus supra, pœnam confiscacionis incurri statim, & ipso iure, & ante sententiam; & in hoc consistere, vt bona sint eo ipso addicta fisco, & obligata; & post sententiam declaratoriam criminis possit hic iurè suo illa occupare, & apprehendere, vt sua; & repetere ab his omnibus, ad quos transferunt post lapsum in hæresim, vel per contractus, vel per quascunque

quascunque dispositiones, easque rescindere, vt pote factas à non amplius domino, & à non amplius potestatem habente ad illas alienandas, vel ad illas vtendum pro arbitrato in omnem vsum. Vnde & L. fin. ff. ad l. Iul. maiestatis, de illo, cui bona confiscantur ex crimine læsæ maiestatis, dicitur, quod, si decedat in tali reatu, hæreditas fisco vindicatur, nisi crimen purgetur à successoribus: cum tamen certissimum sit, quod rei vindicatio de iure non competit, nisi domino, L. in rem. ff. de rei vendic. Et cum hæc pœna solum consistat in aliquo priuatiuo, neque aliqui requirat ex parte Hæretici, cui inferatur, quod sit nimis arduum, & supra facultatem humanæ legis; non est, quod negetur potuisse inferri per legem, & esse de facto per illam illata: & naturali infirmitati, & indigentia satis fuit consultum per eandem legem, dum Hæretico, aut reo cuiusque est relicta possessio, & administratio, & vsus fructus eorundem bonorum, quousque per sententiam declaratur ipsius crimen, & bona actualiter occupentur per fscum. Et certum est, quod hic modus loquendi de amissione dominij ipso facto pro Hæretico, & de illius acquisitione pro fisco; est valde conformis intentioni legum ciuiliu pro alijs casibus; vt declarat Bonifacius VIII. c. Cum secundum leges, de Hæret. in 6. vbi ait, secundum leges ciuiles, eos, qui contrahunt nefarias, & nature cõtrarias nuptias, eo ipso perdere dominium rerum suarum; & mulierem raptam, quæ citra consensum suorum parentum elegit nuptias raptoris, ipso iure amittere bona, quæ per legem sibi obuenerant à raptore, & à cõfortibus raptus; & cito casu deferri in fscum: & eos, qui transtulerunt merces illicitas, aut rerum vectarũ profellionem omittunt, hoc ipso priuari proprietate carundem rerum, aut mercium, eamque fisco acquiri. Et quauis reuertatur aliquæ leges ciuiles, quæ præcipiunt de his casibus, non vtantur signanter his verbis perdendi dominium, aut proprietatem bonorum, eaque amittendi ipso facto, vt patet ex L. Cum auellis. C. de inest. nupt. & L. Si quis. ff. de ritu nupt. & §. Si aduersus. Insti. de nuptis, quas citat Glos. in cap. cit. Cum secundum leges. ver. Perdant, de Hæret. in 6. satis tamen est, si Bonifacius VIII. ita illas intelligat; & pro amissione dominij, de qua loquimur, satis argumenti habetur ex illius autoritate. Et cum de mercibus male aduectis expressè dicatur L. Commis. ff. de publicanis, & veltigal. quod statim desinant esse illius, qui crimen commisit, & quod illarum dominium acquiritur fisco; satis est, si Bonifacius in eodem sensu interpretetur alias leges, in quibus id expressè non dicitur, & solum innuitur confiscatio.

Contra verò, quod dominium bonorum non auferatur ipso iure ab homine hæretico per lapsum in hæresim, & non transferatur ipso facto in fscum, tenet Simanchas de cathol. insti. tit. 9. à num. 157. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. ult. Victoria in relec. 1. de Indis, à n. 8. Sor. lib. 1. de inst. quæst. 6. art. 6. post 4. conclusio. vbi asserit, confiscacionem posse subsistere sine ablatione dominij. Valsq. 1. 2. disp. 170. cap. 3. n. 7. & seq. & in Opusculo de testamentis, cap. 9. §. 4. dub. 5. Bonac. de contractibus. disp. 3. quæst. 8. puncto ult. §. 3. num. 1. pag. 585. tom. 2. Henric. lib. 1. 3. cap. 56. num. 2. littera H. Molin. de iust. tom. 1. disp. 95. §. Dubium verò est, col. mibi 402. Suar. disp. 22. de fide, sectione 3. num. 2. & sequentibus. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 22. n. 3. & alij apud ipsum: nam L. Quæstum est. ff. Qui, & à quibus. expressè dicitur, quod reus læsæ maiestatis humanæ est dominus suorum bonorum. Et idem sine dubio est intelligendum etiam de Hæretico, qui est reus læsæ maiestatis diuinæ, cap. Vergentis. de Hæret. Et cum in alijs

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

legibus, tam ciuilibus, quam canonicis, in quibus inferatur confiscatio bonorum, communiter non fiat mentio amissionis dominij pro reo damnato, & illius acquisitionis pro fisco, vt patet ex L. Cum ancillie. C. de inest. nupt. & ex L. Si quis. ff. de ritu nupt. & ex §. Si aduersus. Insti. de nupt. paulo ante cit. & ex c. Ita quorundam. de Iudeis, signum est, quod confiscatio ex propria ratione non impartet huiusmodi priuationem, & acquisitionem dominij; sed postulat etiam sine illa, per hoc solum, quod bona ipso facto, & ipsa sceleris parratione afficiantur, & obligentur fisco, & possint, ac debeant realiter postea ab illo apprehendi, & occupari, secuta sententia: manente tamen interea apud ipsum reum formali illorum dominio vsque ad sententiam; & vsque ad executionem sententiæ per realem, & actualem apprehensionem bonorum, vt rectè argumentatur Suar. sect. 3. cit. n. 5. Et cum extensus Hæreticus libere, & licitè possit disponere in omnem vsum de omnibus suis bonis, tam mobilibus, quam stabilibus, eaque in totum consumere, & destruere, prout voluerit, donec crimen deferatur ad Iudicem, & per sententiam declaratur: & si verè sit occultum per accidens, & non probabile in iudicio, vel saltem non probandum, aut non probatum de facto, omnes huiusmodi dispositiones sint in perpetuum firmæ, & validæ, & bona semper possint licitè retineri à possessoribus quibuscunque, etiam conciliis alioque in eursu hæresis à primo autore; clarissimè ostenditur, quod talis Hæreticus verè est dominus, & retinet verum dominium suorum bonorum, id est, facultatem perfectè de illis disponendi in omnem vsum, vt benè argumentatur Valsq. disp. 170. c. 3. cit. n. 9. & seq. qui etiam disp. 171. c. 2. n. 1. 2. pag. 148. col. 1. in fine, rectè id confirmat ex communissima praxi omnium Hæreticorum in Germania, & in alijs locis, vbi hæresis viget, qui & licetrimè semper disponunt in omnium vsum de suis bonis: & quemadmodum contra ipsos nunquam fertur sententia per Prælatos ecclesiasticos; ita & nunquam inuadatur eorum dispositiones: quod signum est, vt diximus, eas esse factas à veris dominis; & vt tales communiter haberi, non obstantibus legibus Cæsarum, & ciuilibus de confiscatione bonorum contra Hæreticos, quæ communiter vigent etiam in iis locis. Et magis in specie, si Hæreticus ipso facto desineret esse dominus suorum bonorum, eaque ipso iure inuenirent esse sub dominio fisci, tam id esset verum de bonis stabilibus, quam de mobilibus, etiam iis, quæ sunt ipsi necessaria pro alimentis, & quæ vlti consumit, vt est, v. g. frumentum, vinum, &c. cum iura vniuersaliter, & eodem modo loquantur de omnibus. Contra ergo, cum Hæreticus non desinat esse dominus frumenti, & vini, & bonorum huiusmodi, quæ vlti consumit, & in quibus dominium non distinguitur ab vlti, signum est, quod neque etiam desinat esse dominus aliorum, & absolutè non amittat dominium: neque enim potest dici, quod relinquatur illi dominium ex ipsa rei necessitate, illius tantum frumenti, aut vini, verbi gratia, quod est illi necessarium ad vitam, cum hoc nullum sit assignabile decernatè, sicut requiritur ad dominium; sed semper tam possit esse hoc, quam illud; & solum in suppositione consula, vt loquuntur Logici, possit dici, quod frumentum, & vinum sunt illi necessaria, id est, vel hoc, vel illud; sicut & dicitur, quod oculus sit necessarius ad videndum, & calamus ad scribendum: quia enim dominium communiter desinit esse ius, & facultas disponendi de re in omnem vsum, quemadmodum actus dominij, & actualis dispositio non potest esse, nisi de re omnino certa, & determinata; ita & ipsum dominium. Vnde & amittitur eo

Z 2

ipso,

34. Si pœna confiscacionis non sit lata à iure; sed solum ab homine, & per sententiam, non rescinduntur alienationes factæ post sententiam, & ante sententiam.

Hæreticus secundum aliquos ipso facto amittit dominium suorum bonorum.

iplo, quoddies in ordine ad vltim definit esse certa, & non potest in se ipsa vlturpari, & discerni ab alia, vt contingit, verbi gratia, si quis pecuniam alterius confundat cum sua, vel frumentum, aut vinum, cum frumento, aut vino; vt communiter dicitur in materia de dominio, & habetur ex L. Alieni quum ff. de solut. & L. Si frumentum ff. de rei vendicatio. & notat Sylu. verb. vsura, 6. qu. 1. & Valq. disp. 179. en. 3. cit. m. 10. & omnia communiter.

Potest fortasse bene conciliari haec vtraque sententia, si dicamus, haereticum ipso lapsu in haeresim solum amittere secundum quid, & aliquo modo dominium suorum bonorum, id est, solum in debito, & sub conditione, quod contra ipsum promulgetur sententia; non autem amittere simpliciter, & omni modo, & similiter fisco solum acquirere secundum quid, & aliquo modo idem dominium, id est, simpliciter solum in debito, & sub conditione, quod haereticus deferatur in iudicium, & damnatur; et sententiam. Ita Molin. disp. 95. n. 9. Dicitur vero, ff. de solut. 402. & Sanchez lib. 2. pag. 20. col. 14. & apud hunc Simanchas tit. 9. en. 2. 4. rum, quibus id adfert etiam Bonac. de contractib. tit. 1. quest. 1. §. 3. n. 1. tom. 2. pag. 85. Nam, quod haereticus aliquo modo amittat dominium suum, eius bona ipso facto obligantur fisco, & ab ipso apprehendantur, secuta sententia; non autem illud recipiat, sicut prius perfectum, & plenum, res est certissima ex iam dictis, & plenius potest negari. Et contra, quod fisco non statim illud acquirat perfectum, & plenum, cum non statim possit apprehendere bona, & de illis disponere; sed illorum possessio, & administratio, & vsus, & potestas libere disponendi, & alienandi, & consumendi, & destruendi pro arbitratu, adhuc remaneat penes haereticum; quousque per sententiam declaratur, simpliciter est res certissima ex iam dictis. Nec aliud probant rationes allatae pro prima sententia, nisi hoc primum; quod dominium aliquo modo statim amittatur haereticis; & aliquo modo statim acquiratur fisco. Nec aliud probant rationes allatae pro secunda, nisi hoc secundum, quod non statim amittatur simpliciter; & omni modo ipsi haereticis; & non statim acquiratur simpliciter, & omni modo ipso fisco; sed solum amittatur, & acquiratur respectiue vtrique aliquo modo, & secundum aliquid, id est, solum in debito, & sub conditione, quod promulgetur sententia. Et certum est, quod haec priuatio non est nimis ardua, & supra facultatem humane legis; & quae propterea non possit ipso iure; & statim induci, & ratione istius iuris, quod habet fisco ad bona apprehendenda post secutam sententiam, potest dici etiam habere illorum dominium, cum de iure is videatur rem ipsam habere, qui habet actionem ad illam recuperandam, & consequendam. Quae actionem ff. de reg. iur. de competat fisco vindicatio hereditatis ex crimine laesa maiestatis; si reus dedat in tali reatu; & crimen asuccessoribus non purgetur, L. si ad l. l. ul. maiest. quanquam reuera, & proprie loquendo, ea non sit vindicatio; vt notat Sanchez lib. 2. cap. 22. vir. num. 5. cum fisco ante sententiam non sit plene, & simpliciter dominus. Et eodem modo potuit dicere Bonifacius VIII. cap. Cum secundum leges de heret. 1. n. 6. quod in pluribus casibus perdat dominium ipso facto, secundum leges civiles, & quod bona deferantur ad fisco; & L. Commissa ff. de aduocatis, & de iur. quod merces male aduectae statim desinant esse illius, qui crimen commisit, & quod illarum dominium acquiratur fisco, &c.

Et contra ratione illius iuris, quod retinet reus

vsque ad sententiam, potest dici, quod reus laesa maiestatis humane sit dominus suorum bonorum, L. Quasi ius ff. Qui & a quib. & quod confiscatio ex propria ratione non includat priuationem dominij; & quod facultas, quam retinet ad disponendum in omnem vltim de suis bonis, sit vere dominium, illudque maxime appareat in bonis mobilibus, & vlti cōsumptibilibus, &c. Et quoniam vniuersaliter loquendo, semper conditio, quando est de futuro, suspendit actum quoad euentum, & ad purificationem conditionis; L. Qui balneum, & L. Porro est ff. Qui prior est in pign. & hoc modo contractus sub conditione in futurum pendente, semper est in suspensio, quousque conditio non amplius pendeat; & idem est de censuris, si ferantur similiter sub conditione in futurum; & Sacramenta sunt plane nulla, si ex intentione Ministri conferantur eodem modo sub conditione rei futurae, vt de his omnibus communiter dicitur sui loci: Hinc est, quod tam acquisitio dominij pro fisco, quam eiusdem amissio pro haereticis, aut pro reo, vere maneat in suspensio vsque ad sententiam, cum vtraque solum sit sub conditione, quod illa feratur; & tam fisco illud acquirat, quam haereticus, aut reus illud amittat, si, & quando sententia fuerit lata; non autem alias, aut alio modo, & quod communiter dicitur apud Logicos de propositione conditionali, quod nihil ponat in esse, idem est de acquisitione, & amissione conditionali ipsius dominij; quod, scilicet, actualiter, & de presenti nihil ponat in esse; & reuera pro tempore ante sententiam, neque fisco acquirat dominium bonorum haereticis, neque haereticus illud amittat.

Atque haec distinctio de acquisitione, & amissione dominij solum secundum quid, & solum in debito, & sub conditione futurae sententiae, videtur multo vtilior, multoque aptior ad conciliandas diversas opiniones, quam aliae distinctiones, quas affert alij; nam, quod indicat Couarr. in Epitom. 4. tit. Decretal. in 2. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 10. Haereticum, aut reum retinere dominium in foro conscientiae; fisco vero illud acquirere, & habere in foro exteriori, ex eo impugnat Suar. disp. 22. de fide, sect. 3. n. 6. quia vterque, si quod habet dominium verum, & actuale ante sententiam, omnino habet in vtroque foro; neque hi fori inter se discrepant, nisi quando non constat in vtroque de rei veritate. Et quod habet Simanchas loco citato, apud haereticum manere dominium naturale, & apud fisco dominium civile, hoc habet difficultatis; quia etiam haereticus, quousque declaratur per sententiam, retinet dominium secundum leges, & per consequens dominium civile; & si potuit illo priuari per solam patrationem delicti, etiam potuit priuari dominio naturali, cum iura indistincte loquantur de confiscatione bonorum; & denique, quia hi termini, civilis, & naturalis, communiter vlturpantur solum de possessione; non autem de dominio, quod reuera, quantum est ex natura, nullum habetur de his, aut illis bonis particularibus, quorum diuisio, & particularis proprietas non est de iure naturae; & ideo non bene videtur dici, quod aliquod dominium sit naturale. Et postremo neque illud satisfacit, quod habet Suar. n. 6. cit. manere apud haereticum dominium vile, & ad fisco transire dominium directum; si enim haereticus vsque ad sententiam liberus, & licite potest disponere in omnem vltim de suis bonis, & ea potest alienare, & consumere, & destruere, prout voluerit; non habet solum dominium vile, sed etiam directum; & si confiscatio potest saluari per hoc solum, quod bona obligentur fisco, & fiant illi debita sub conditione, quod feratur sententia, vt supra diximus, pro

4. Alij modi obliuendi dicitur sententia minus probanda

pro toto tempore ante sententiam tam relinquit apud reum dominium vtile, quam directum, cum ex propria sua ratione simpliciter, & absolute neutrum tollat, & solum in debito, & sub conditione sententiae tollat vtrumque. Et si fisco ante sententiam habet aliquod ius in bonis haereticis, illudque est appellandum dominium, potius videtur esse appellandum dominium vile, quam directum, cum sit vile ad hoc, vt post latam sententiam fiat executio, & actualis bonorum apprehensio, vt loquitur Henriquez lib. 13. cap. 56. num. 2. littera N.

Ex hoc vero, quod haereticus pro toto tempore ante sententiam non amittat dominium suorum bonorum, & retineat liberam eorum administrationem, aperte sequitur, quod valide possit de illis disponere, prout voluerit; quauis postea secuta sententia, dispositiones sint reuocandae, & rescindendae, & retrahenda illorum nullitas vsque ad primam diem incurse haeresis, vt saepius diximus; quae erat altera pars explicanda praesenti disputatione.

Et quidam quod valide possit disponere in vsus necessarios ad conseruationem vitae, & status, & ad sustentationem familiae, & quod huiusmodi dispositiones non veniant postea rescindendae secuta sententia, docent fere omnes communiter apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 21. num. 40. & cap. 22. num. 55. & 59. & specialiter Couar. in 4. Decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 9. Boss. in sua pract. crimin. tit. de bonorum publicatione, num. 72. Farin. de haeresi, 1. quest. 190. num. 87. Simanchas de cathol. in fin. tit. 9. num. 33. & seqq. Syluest. verb. Haereticus, 1. questione 8. num. 14. vers. Vnde donatio. Sor. lib. 1. de iust. quest. 6. art. 6. conclus. 4. Molin. tom. 1. de iust. disp. 95. §. Licet autem haereticus, & §. Ex dictis. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 7. quest. 7. Suar. disp. 22. de fide, sect. 4. num. 1. Valq. 1. 2. disp. 171. cap. 1. num. 1. & Opusculo de testam. cap. 9. §. 4. dubio 5. num. 57. pag. mibi 557. Bonac. de contractibus, disp. 3. quest. 8. puncto vlt. §. 3. num. 4. vers. Adde cum pag. 586. tom. 2. & alij; nam, si haereticis essent prohibita ipso iure alienationes, non deberet id intelligi de alienationibus necessariis; sed solum de voluntariis, cum generaliter ita sit expressum in iure pro omnibus reis, L. Alienationes, ff. fam. erciscund. vbi dicitur, quod alienationes post iudicium acceptum interdite, sunt duntaxat voluntariae, non autem, quae vltiore causam, & originem iuris habent necessariam. Et ratio est: quia haereticus, & reus quicumque, vsque ad sententiam est vere dominus suorum bonorum, vt diximus; & si potest de illis disponere in vsus quousque, vt dicemus, maxime potest in vsus necessarios, qui nec de facto sunt prohibiti a iure pro tempore ante sententiam, vt diximus; nec possunt rationabiliter prohiberi, cum sint maxime de iure naturae.

Et tales censeri debent illae, quae sunt pro se, & Et qui illi familia sustentanda, pro sua, aut suorum valetudine recuperanda, aut pro funere procurando; cum haec omnia veniant appellatione alimentorum: & illae, quae sunt pro defendendis, aut reparandis, vel conseruandis bonis, cum id cedat etiam in vtilitatem fisci; & illae, quae sunt pro solvendo aere alieno, vt expressè habetur L. Sed nec illud ff. de solut. illo, scilicet, quod teneatur solvere etiam fisco, & quae sunt pro expensis litis circa illud crimen, de quo est iudicium, ne, scilicet, reus alioqui maneat indefensus; & pro aliis huiusmodi, quae possunt videri apud Sanchez cap. 12. cit. n. 56. & apud alios, & vniuersaliter rectè subdit n. 57. Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

neque filiae donationem, neque vltos alios vsus censendos esse necessarios, pro quibus factae dispositiones non sint reuocandae, nisi ad illos teneatur etiam fisco ex istis bonis, quae occupare int. n. dicit.

Quod vero haereticus pro toto tempore ante sententiam valide possit disponere de ius bonis, etiam in vsus non necessarios, & tam titulo quocumque, verbi gratia, per venditiones, permutationes, &c. quam titulo mere gratuito, & lucratiuo, verbi gratia, per donationes; patet similiter ex ratione allata: quia pro toto illo tempore est vere dominus, & retinet liberam administrationem suorum bonorum; neque vltis legibus est inhabilitatus specialiter, aut prohibitus, ne de illis disponat; & quantum est ex legibus inducentibus confirmationem bonorum ipso facto, & statim per lapsum in haeresim, solum habetur, quod alienationes sint reuocandae post sententiam, & quod bona sint fisco recuperanda, perinde ac si nunquam fuissent alienata; non autem habetur, quod alienationes ab ipso initio fuerint nullae, neque haereticus tunc potuerit transferre in alium illud dominium, & illud ius, quod tunc retinebat in suis bonis. Et huiusmodi alienationes absolute esse validas, tenet Sylu. verb. Haereticus, 1. n. 14. Victoria in relect. de Indis, n. 14. Bannes 2. 2. quest. 12. art. 2. in solutione ad 4. Valq. 1. 2. disp. 171. cap. 2. n. 9. & seqq. & in Opusculo de testament. cap. 9. §. 4. dubio 5. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 7. quest. 7. in fine. Molin. de iust. tom. 1. disp. 95. vers. Licet autem haereticus. Bonac. de contract. disp. 3. quest. 8. puncto vlt. §. 3. num. 2. pag. 586. Suarius disp. 22. de fide, sect. 4. num. 3. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 21. n. 26. & 32. & cap. 22. num. 50. & alij. Et facit textus L. Post contractum ff. de donat. quod valeant donationes factae post crimen contractum, nisi sententia, & condemnatio sit secuta.

Et quemadmodum multo est probabilius, quod dominium bonorum non statim amittatur haereticis simpliciter, & absolute per lapsum in haeresim; sed amittatur solum in debito, & sub conditione secutae sententiae; & ideo pro toto tempore ante sententiam non possit dici esse illi amissum; sed solum esse amittendum secuta sententia, vt supra explicauimus contra Authores relatos num. 1. ita & est probabilius, quod dispositiones bonorum, & actus dominij non statim sint irriti pro toto tempore ante sententiam; sed solum sint irritandi secuta sententia: quauis contrarium asserant Bossius in sua practica criminali, tit. de bonorum publicatione, num. 76. Farinacius de haeresi, & questione 190. num. 68. 70. & 74. Sotus lib. 1. de iust. questione 6. art. 6. conclus. 4. & alij alij apud Suarium sect. 4. cit. num. 1. & apud Sanchez cap. 22. num. 48. Et in hac re plurimum refert, vtrum hanc, vel illam sententiam magis probemus, vt notat Vasquez 1. 2. disputatione 171. cap. 2. num. 9. & ex illo Sanchez cap. 22. cit. num. 51. siquidem, si dicamus, alienationes esse validas vsque ad sententiam, & solum per illam esse inuolandas, consequenter debemus dicere, verè per illas transferri dominium in alterum, cumque verè facere fructus suos ex re ab haereticis sibi tradita; neque teneri in conscientia, rem, aut fructus tradere fisco, etiam post sententiam, nisi ab illo repetantur: quod tamen contrarium modo est asserendum, si alienationes ab ipso initio sunt inuolidae. Et ex hoc etiam capite prior sententia est magis probanda: quia facit rerum dominia magis certa, neque sunt angustis scrupulis, & implicari perplexitatibus conscientias eorum, qui possident bona ab haereticis tradita.

Neque vrgent in contrarium, quae contra obiciuntur

7. Et in vsus quousque.

8.

Quomodo in iure aliquando dicatur dispositiones Hæretici, aut rei læsæ maiestatis, non valere.

ciuntur ex iure civili: nam, quod dicitur L. Manichæus, §. Prætereā. C. de Hæret. nulli Hæretico relinqui facultatem donandi, emendi, aut vendendi, vel quomodo alio modo contrahendi, & irritam esse omnem illius scripturam, aut voluntatem supremam, siue testamento, siue codicillo, siue epistola, aut quouis alio modo sit relicta, non facit contra Hæreticos nondum promulgatos, & damnatos per sententiam, cum expressè loquatur solum de iis, qui sunt convicti. Et quod dicitur L. Quisquis, §. Emancipationes. C. ad leg. Jul. maiest. quod emancipationes, dotes, donationes, alienationes, quas fecerint rei læsæ maiestatis, ex quo primùm cogitarunt de crimine; non valent, nec sunt vlli momenti: & L. fin. C. eod. quod ex quo crimen contraxerunt, nec possunt alienare, nec manumittere, nec solutiones accipere à debitoribus: & L. Ex iudiciorum. ff. de accusat. quod ex quo aliquis contraxit crimen læsæ maiestatis, nihil potest ex bonis suis alienare, aut mutare: & L. Donationes in concubinam. §. ff. de donation. quod post contractum crimen perduellionis donationes perfectæ esse non possunt: & alia huiusmodi, quæ passim habentur in aliis legibus, solum intelliguntur in ordine ad præiudicium fisci. Et reuera alienationes quæcumque post crimen commissum, & incurram ipso facto confiscationem bonorum, sunt nullæ, & nullius momenti, & nihil valent, in quantum possunt cedere in præiudicium fisci; & hic iure suo potest illas rescindere, & de illis non habere rationem, & eodem modo apprehendere sibi bona, ac si illæ non essent factæ, vt notat Molin. disp. 95. cit. vers. Licet autem Hæreticum. Valq. disp. 171. cit. c. 3. n. 14. Star. sect. 4. n. 5. Sanc. c. 22. n. 50. & alij communiter.

9. Dispositiones Hæretici iam delati in iudicium, sed nondum condemnati, ad hæc sunt valent.

Neque solum dicendæ sunt huiusmodi dispositiones esse validæ, si sint factæ ante crimen delatum in iudicium, & ante litis contestationem; sed etiam si sint factæ post accusationem, & post litis contestationem, dummodo sint factæ ante sententiam: ita enim expressè habetur L. Post contractum. cit. ff. de donat. vbi dicitur absolutè, quod valent donationes factæ post crimen: & solum additur: Nisi condemnatio sit secuta. neque sit mentio de secuta, aut non secuta accusatione, aut litis contestatione. Et ratio est: quia dominium, & libera bonorum administratio non amittitur, nisi per sententiam: & etiam in reatu constitutus, & post accusationem bona sua administrare potest, L. Auferetur ei. §. In reatu. ff. de iure fisci, vt notat Sanc. lib. 2. in Decal. c. 21. n. 32. ex Bart. in l. Post contractum. cit. n. 12. & seqq. & ex pluribus aliis contra Glossam in l. Ex iudiciorum. ver. Alienare. ff. de accusat. vbi ex eo negat valere alienationes factas à reis post litis contestationem; quia ex tunc incipiunt bona illorum esse litigiosa, & per consequens ex tunc incipiunt non posse alienari, L. Ceterum. C. de litigiosis. quod tamen esse minus probandum ex eo constat; quia contestatio litis est solum de crimine; non autem de bonis: & idè illud solum potest esse litigiosum; non autem bona, vt subdit Sanchez ibidem.

10. Res litigiosæ non potest alienari.

Et eadem ratione nõ est admittendū, quod aliqui asseruerit apud eundem Sanc. n. 33. quod dispositiones, quæ sunt post crimen delatum, & post litis contestationem, sint quasi in suspensio quoad validitatē; & si sequatur sententia absolutoria, tunc positivè cõfirmantur, & reualescant: si verò sequatur condemnatoria, positivè infirmantur, & irritentur. Contra enim est: quia, si essent quasi in suspensio quoad validitatem, non possent dici absolutè valere, vt tamen dicuntur L. Post contractum. cit. ff. de donat. nec possent dici tunc solum non valere, quando sunt factæ, postquam cõdemnatio secuta est crimine, vt ibi subditur.

Aptius limitat doctrinam positam de validitate dispositionum, quæ sunt à reo post crimen delatum in iudicium, & post litis contestationem, idem Sanchez cap. 21. cit. n. 34. vt non valeat, quando lis pendet de crimine, & reus est contumax: quia enim non est quis puniendus absens, & causa inaudita, non solū est requirendus reus absens, & per iudicem est iubendus adesse, sed etiam annus illi est præscribendus, vt possit redire, & à crimine se se purgare, vt patet ex L. 1. ff. de requir. reis. & interium sunt annotanda, & describenda illius bona, vt si redierit, & se purgauerit, rem suam habeat integram: & si non redierit, vel se non purgauerit, bona post annum applicentur fisco. Et eandem ob causam, ne bona illius mobilia, aut se mouentia, si quæ habet, fiant deteriora eo medio tempore, aut ne aliquo modo intereat, similiter sunt vendenda, & pretium in deposito est habendum, & reus profugus non est permittendus aliquid accipere à debitoribus, ne per hoc infruatur illius fuga, vt dicitur L. fin. ff. eod. quia ergo tali medio tempore bona descripta, & annotata à fisco, sunt quasi in deposito, aut sequestro, vt post annum vel applicentur ipsi fisco, si reus non redierit, nec se purgauerit; vel reddantur ipsi reo, si redierit, & se purgauerit, vt notat Molina tract. 2. de contract. disp. 52. §. Depositum regulariter. mirum non est, si specialiter hic sit prohibitus de illis disponere, & dispositio sit ex se irrita, non obstante, quod reus sit alioqui dominus, siquidem non retinet liberam administrationem, & vsum bonorum; sed illum habet quasi suspensum, & impeditum ex crimine, & ex annotatione, & descriptione facta à fisco: si quæ tamen dispositio fieret ab huiusmodi Hæretico, aut reo contumace ante annotationem, & descriptionem bonorum; & dum adhuc retinet liberam administrationem; & valida esset, & solum rescindere: quia præsumeretur esse facta in fraudem fisci, iuxta L. In fraudem. ff. de iure fisci. de qua diximus supra, disp. precedente, n. 11.

11. Si Hæreticus sit iam delatus, & sit contumax, non valent illius dispositiones.

Et quia libertas semel concessa reuocari non potest, §. Semel. Insti. Quibus ex causis manumittere non licet. hinc est, quod hæc etiam limitatio sit addenda ad superiorem doctrinam de validitate dispositionum, quod ab Hæretico, aut reo criminis capitalis specialiter non possit seruis libertate donari, aut manumitti; & specialiter talis donatio, aut manumissio ipso iure sit nulla, siue fiat post delictum, & ante sententiam; siue ante delictum ex intentione illud postea committendi, & fisco fraudandi, vt subdit Sanchez cap. 21. cit. n. 35. ex Bart. in l. Post contractum. n. 12. ff. de donat. Tabiena in Summa verb. Assensus, n. 4. & aliis: ita enim expressè habetur L. Qui pœna. ff. de manumissionib. vbi non solum de iis, qui serui pœnæ efficiuntur, hoc est, qui atrocitate sententiæ damnantur ad bestias, vel ad metalla, vt explicatur §. Pœna seruis. Insti. Quibus modis in patr. potest solui. statuitur, quod in dubietate non possunt manumittere. Sed etiam additur, idem esse de iis, qui iam sunt damnati lege Cornelia de sicariis, vel de falsis, vel futurum prospiciunt, vt damnentur, & etiam ab his libertates datæ seruis dicuntur non competere, id est, ab ipso initio esse irritæ; in quantum, scilicet, si ab initio essent validæ, non possent amplius inualidari à fisco, vt notat Sanchez loc. cit. & quod dicimus de libertate, idem est etiam de aliis, quorum alienatio est irrevocabilis, si quæ tamen huiusmodi sunt, vt idem subdit.

12. Donatio libertatis facta ab Hæretico, aut reo criminis capitalis ante sententiam, non valet.

Præter has verò alienationes, quæ specialiter irritantur in iure, aliæ omnes non solum sunt validæ; sed etiam licitæ & vacante culpa, si fiant

13. Dispositiones Hæretici, aut

rei vniuersalis, sunt erim licita.

fiant ante delictum, & non in fraudem fisci, vel etiam post delictum ante sententiam, & non in præiudicium, aut periculum eorum, in quos transferuntur bona alienata. Ita Couar. in 4. Decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 9. Sylu. verb. Hæretici, 1. quæst. 8. num. 14. vers. Vnde donatio. Simanchas de cathol. insti. tit. 9. num. 28. Victor. relect. 1. de Indis, num. 17. & 18. Molin. de contract. disp. 95. num. 12. §. Tertium est. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 7. Valq. 1. 2. disp. 171. cap. 3. Suar. disp. 22. de fide, sect. 4. n. 4. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 22. num. 59. & plures alij apud ipsam. Et ratio est: quia, quando Hæreticus, aut reus quicumque retinet dominium, & liberam administrationem suorum bonorum, nec specialiter prohibetur illa alienare, aut de illis disponere; non facit indebitè, aut contra obligationem, si alienet, aut de illis disponat pro arbitratu; & idè neque facit illicitè, neque peccat: & de facto sic accidit pro toto tempore ante sententiam: nam iura, quæ statuunt alienationes, aut dispositiones reorum à die incurti criminis esse irritas, & nullius momenti, & à reis non possent fieri, vt paulò ante retulimus num. 8. non feruntur in ipsos reos quasi illis præcipiant, ne alienent, aut disponant de suis bonis commissio crimine; sed solum feruntur in ipsos actus alienationum, aut dispositionum, iisque adimunt, vel non concedunt, nec permittunt validitatem, & firmitatem in ordine ad fisco, vt diximus; & idè nullam obligationem inducunt in reos, vt propterea possint dici illicitè facere, & peccare, si illas transgrediantur; sed solum in ipsos actus inducunt nullitatem, vt etiam accidit in testamento minus solennis, quod secundum iura nullius est fidei, aut valoris, etiam si is, qui illud facit, nullius culpæ sit reus, vt notat Bart. in l. Si quis pro eo. ff. de fideiuss. & apud Panormit. in cap. Cum contingat. num. 6. de iureiur. Bonac. de contract. disp. 3. quæst. 8. puncto v. §. 3. num. 4. Valq. cap. 3. cit. & Suar. sect. 4. num. 4. cit. & lib. 5. de legib. cap. 20. num. 12. & tom. 2. de relig. lib. 2. de iurament. cap. 20. num. 10. & seqq. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 22. num. 52. & alij. Et in idem recidit, si dicamus, iura prædicta solum non aliter alienationibus, & dispositionibus reorum post crimen commissum; non autem iis resistere; & tunc solum esse illicitos aliquos actus, quando iura illis resistunt, non autem quando solum non aliter, vt subdit Sanchez ibidem.

14. Sed si sint titulo oneroso, cauendum est periculum illius, in quem bona transferuntur.

Dixi autem, esse licitas alienationes, & dispositiones reorum factas post delictum, & ante sententiam, dummodo fiant sine præiudicio, aut periculo eorum, in quos transferentur bona alienata: quia, cum bona sint fisco affecta, & obligata à prima die commissi criminis, & secuta sententia omnes dispositiones sint rescindendæ, & bona omnia sint occupanda, & apprehendenda à fisco, penes quemcumque reperiantur, grauis iniuria fieret, verbi gratia, emptori fundi, si de hoc vitio non moneatur, & periculum amittendi postea fundum non compensaretur diminutione pretij, vel non caueretur illi sufficienter de emictione per substitutionem, & hypothecam aliorum bonorum, si quæ essent non subiecta confiscationi, vel per idoneam cautionem fideiussoriam, vel per iuridicam depositionem ipsius pretij, &c. & talis alienatio non posset excusari à culpa mortali, vt notat Molina disp. 95. cit. Bonac. num. 4. cit. & alij apud Sanchez cap. 22. num. 60. sicut & peccaret mortaliter, qui extra periculum confiscationis venderet alteri rem vitiosam ex alio capite, & vitium illi non aperiret; & in contractu, qui dicitur bonæ fidei, grauitur

illum læderet, & deciperet. Secus verò esset, si reus disponens de suis bonis titulo aliquo oneroso, eaque vendens, verbi gratia, aut tradens in dotem filia, esset certus, quod tunc crimen esset occultum per accidens, & absolute non esset probabile; vel saltem de facto non esset probandum in iudicio; neque vnquam esset venturum in notitiam iudicis; & per consequens, quod nunquam secutura esset sententia, nec rescindenda venditio, & confiscatio exequenda: quia in tali casu neque etiam ex eo esset illicita alienatio; quia vitium occultaretur emptori: siquidem reuera in his circumstantiis obligatio bonorum ad fisco, vel non est vitium, vel est perinde, ac si non sit, vt notat Molina, Valquez, Azor, Suar. & omnes communiter apud Sanchez num. 61. Et hac ratione minimè peccant Hæretici, & etiam publici, & notorij in regionibus septentrionalibus, qui liberè celebrant huiusmodi contractus onerosos; nec faciunt verbum de obligatione bonorum ad fisco: quia non est periculum, vt bona per illam auferantur emptori, cum præsertim etiam emptores ex se ipsis, hoc vitium videant; sicut & vident, quod contrahant cum Hæreticis, vt notat Valen. 2. 2. disp. 1. 9. 11. puncto 3. vers. In Germania. Molin. Victor. & alij apud Sanchez c. 22. cit. n. 62.

Et idem esset, si alienatio fieret per contractum permutationis rei cum re; neque enim similiter teneretur Hæreticus, aut reus permutans, manifestare vitium rei suæ, vt notat Azor. part. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 7. & ex illo Sanchez num. 61. siquidem nec fisco, nec alteri permutanti fieret damnum: & si vellent uterque permanere in facta permutatione, uterque haberet rem æquivalentem: & si uellent, uterque rediret in possessionem rei suæ: idque videtur rationabilius, quam oppositum, quod habet Molina disp. 95. cit. vbi etiam de permutatione ait esse eandem rationem, quæ est de aliis contractibus onerosis, quanquam hæc etiam sententia in aliquo casu potest habere locum, vt, verbi gratia, si alter permutans in suos vltus conuertat rem sibi traditam, nec postea sine incommodo, & damno possit illam à se abdicare.

15. In contractu permutationis non est necessarium manifestandum periculum confiscationis.

A fortiori neque etiam est, quod manifestetur hoc vitium in contractibus lucrativis, & gratuitis, vt est, verbi gratia, donatio, & mutuum: quia cum donatario, aut mutuatario non agitur de damno vitando; sed solum de lucro captando; & secuta sententia contra Hæreticum, aut reum donatorem, solum amittere rem donatam, quam erat lucratus per donationem; & si hæc non extiterit, id solum amittet, in quo factus est ditior, & quod alioqui consumpsisset de suo, vt tradunt Doctores communiter apud Sanchez cap. 22. num. 63. quanquam rectè addat ex Molina disp. 95. & aliis, posse etiam contingere, vt aliquando hoc vitium sit manifestandum in contractibus lucrativis, & gratuitis; scilicet, sit periculum, ne aliquid damni patiantur à fisco etiam donatarij, & mutuatarij; propter hanc enim rationem manifestandum est huiusmodi vitium, etiam in alienationibus necessariis, quæ sunt à reo pro vitæ sustentatione; & etiam secuta sententia non veniunt rescindendæ à fisco, vt supra diximus num. 5. nam, quemadmodum pro vitæ sustentatione non potest quicumque alius rem aliam vendere, quæ sit vitiosa, nisi vitium manifestet emptori; ita neq potest reus vendere id, quod est fisco affectum, & obligatum; & grauare emptorem de hoc planè incivium, & iniuriam, vt postea probet venditionem à reo fuisse factam in vltus necessarios, & pretium verè fuisse consumptum in vitæ sustentationem, vt subdit Sanchez num. 65.

16. Neque in contractibus gratuitis, & lucrativis.

Etiam in dispositionibus, quæ sunt ab Hæretico, aut reo, in vltus necessarios, debet manifestari periculum confiscationis.

17. Nisi forte etiam in illis imminet damnum, aut periculum alteri contrahenti.

18. Etiam in dispositionibus, quæ sunt ab Hæretico, aut reo, in vltus necessarios, debet manifestari periculum confiscationis.

19. Dispositiones Hæretici licite possunt accipiari à quocunque alio.

Qui etiam num. 66. rectè concludit, quod a fatione non peccat ipse Hæreticus disponendo de suis bonis ante sententiam modo explicatam; neque etiam peccat ille alter, qui acceptat illius dispositionem, cum etiam hic utatur iure suo, nec fisco inferat damnum, ut secuta sententia non possit rescindere dispositiones factas, & pro toto tempore ante sententiam neuter sit procurator fisco, ut propterea teneatur faciliorem confiscationem illi relinqueret, & non cooperari, aut non concurrere ad liberam, & licitam alioqui dispositionem, & distractionem bonorum.

Post secutam verò sententiam declaratoriam criminis, certum est, quod non valent alienationes, aut dispositiones, si forte sunt ab Hæretico, aut reo, contra quem ipso iure lata sit poena confiscationis: nam post contractum capitale crimen non valent alienationes si præterea secuta sit condemnatio, aut sententia, ut expressè habetur L. Post contractum. ff. de donat. Debet verò talis sententia iam transisse in rem iudicatam, & non esse suspensa per appellationem, ut ex communi sententia notat Sanchez lib. 2. cap. 21. num. 16. & supra indicavimus disp. præced. num. 23. & alioqui omnino valent dispositiones, perinde ac si essent factæ ante sententiam, cum effectus sententiæ sit impeditus per appellationem; & idem Hæretico non sit adhuc ablatum dominium, aut libera bonorum administratio: quamvis postea sint reuocandæ, si prior sententia confirmetur, ut subdit Sanchez num. 38. & 39. nisi forte fuerint factæ in usus necessarios vitæ, vel pro expensis litis, ut etiam supra diximus num. 5. & 6.

DISPUTATIO LVIII.

Quomodo alienationes, & dispositiones factæ ab Hæretico, sint rescindendæ, secuta sententia.

1. Dispositiones factæ ante hæresim exterius proditam, non sunt rescindendæ.
2. Factæ post hæresim exterius proditam, omnino rescinduntur, secuta sententia.
3. Factæ à reo, cui est interdicta bonorum administratio, rescinduntur, secuta sententia.
4. Dispositiones eorum, qui damnantur in contumaciam, vel quia deficiunt in purgandis indicis, non rescinduntur à die criminis.
5. Quando rescinduntur ex confiscatione lata à iure, & ipso facto incurfa, non est habenda ratio bonæ fidei priuata, in qua forte sit tertius possessor.
6. Secus verò si bona fides ortum habeat ex lege, aut facto Principis.
7. Dispositiones Hæretici non sunt rescindendæ, si iam sint præscriptæ per quadraginta annos.
8. Præscriptio, quæ conceditur in iure pro bonis Hæretici, non valet pro ipso delicto, & pro aliis poenis.
9. Quando à fisco rescinduntur dispositiones factæ ab Hæretico, verum aliquid sit relinquendum, aut dandum tertio possessori.
10. Est in potestate fisco rescindere, aut non rescindere contractus Hæretici.
11. Si bona Hæretici penes tertium possessorem meliorantur, quomodo id cedat fisco, aut ipse tertio possessori.
12. Et quid, si contra deteriorantur.
13. Fructus bonorum Hæretici quomodo debiti sint fisco, aut tertio possessori.

14. Bona fides ad consumendos fructus, aut bona Hæretici, quamvis requiratur in tertio possessore.
15. Quomodo fisco debeatur se gerere cum creditoribus Hæretici, aut rei, cuius bona confiscantur.

SI alienationes, & dispositiones sint factæ ab homine hæretico ante hæresim manifestatam exterius; quod non sunt rescindendæ, etiam si reuera sint factæ ex intentione, ut bona non deuoluatur ad fisco, diximus supra, disp. 56. num. 11.

Si verò sint factæ post hæresim mente conceptam, & verbis, aut signis sufficienter exterius proditam, nemo est, qui dubitet, eas esse rescindendas, secuta sententia declaratoria criminis, ut notat Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 22. num. 33. Suar. disp. 22. de fide, sect. 4. num. 5. Bonac. de contr. ad. disp. 3. qu. 8. puncto vii. §. 2. num. 3. pag. 585. tomo 2. & omnes communiter, ut etiam supra diximus disputat. 56. num. 6. quia enim ab ipsa die, aut puncto patenti criminis, quod habet annexam confiscationem bonorum, lata à iure, bona omnia sunt fisco affecta, & obligata; imò & illorum dominium ex tunc est amissum priori domino, saltem in debito, & sub conditione secuturæ sententiæ; & eodem modo ex tunc est acquisitum fisco, ut supra diximus disp. 57. num. 3. iure suo, & tanquam sua sibi illa repetit fisco, cum per sententiam dominium in debito, & sub conditione euadat reale, & actuale, & absolutum, & omnimodum. Et hac ratione L. Post contractum. ff. de donat. dicitur, quod non valent donationes, quando sententia est iam secuta post crimen capitale: & cap. Cum secundum leges de Hæret. in 6. quod quando sententia fuerit promulgata super crimine, tunc est faciendâ executio confiscationis, & bonorum occupatio.

Et idem est de iis delictis, ex quibus non incurritur confiscatio ipso iure, sed solam interdicitur delinquenti bonorum administratio, ut patet L. Quæstum est. l. ff. Qui, & à quibus, & L. Ex iudicio. ff. de accusat. ubi rei læsæ maiestatis dicuntur non habere administrationem bonorum, quod idem etiam habetur L. fin. C. ad l. lul. maiest. Similiter enim quando postea sequitur sententia condemnatoria, rescinduntur alienationes à prima die commissi criminis, ut notat Bart. in l. Post contractum. cit. ff. de donat. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. ult. num. 4. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 22. num. 32. & alij apud ipsum: quamvis non desint, qui oppositum asserant, ut videre est apud Boliuin in pract. crimin. tit. de bonorum publicatione, num. 76. vers. Ampliat Picens. pag. 291. col. 1. sub initium: neque enim sufficit ad validitatem alienationis sola proprietas, & dominium, quod in suis bonis retinet huiusmodi reus, quando illi est interdicta administratio; & eo ipso, quod leges interdicit in poenam delicti administrationem bonorum, inchoant quodammodo poenam confiscationis & bona afficiunt, & obligant fisco pro tempore secuturæ condemnationis; & reum, cum possit, ac debeat esse certus de sua poena, prius volunt esse puniunt per ipsam conscientiam commissi criminis, quam per sententiam Iudicis, ut dicitur L. Quæstum est. cit. ff. Qui, & à quibus, & L. fin. cit. C. ad l. lul. maiest.

Quod verò dicimus, alienationes rescindi à prima die commissi criminis, de iis Hæreticis, aut reis debet intelligi, qui sunt, & damnantur, ut verè tales; non autem de iis, qui damnantur in contumaciam, vel, quia deficiunt in purgandis indicis, ex quibus sunt suspecti de crimine: nam, ut notat Simanchas

1. Dispositiones factæ ante hæresim exterius proditam, non sunt rescindendæ.

2. Factæ post hæresim exterius proditam, omnino rescinduntur, secuta sententia.

3. Factæ à reo, cui est interdicta bonorum administratio, rescinduntur, secuta sententia.

4. Dispositiones eorum, qui damnantur in contumaciam, vel quia deficiunt in purgandis indicis, non rescinduntur à die criminis.

zâ in iudicio non rescinduntur à die criminis.

Simanchas de cathol. instr. tit. 9. num. 26. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 22. num. 37. & alij apud ipsum, alienationes eorum, qui sic damnantur, non rescinduntur à die criminis; sed à die, qua sic defecerunt in se purgandis, vel qua sunt damnati in contumaciam, cum solùm ex tali die presumantur, ac reputentur Hæretici, aut rei puniendi per confiscationem.

5. Quando rescinduntur ex confiscatione lata à iure, & ipso facto incurfa, non est habenda ratio bonæ fidei priuata, in qua forte sit tertius possessor.

Siue autem huiusmodi alienationes, & dispositiones sint rescindendæ à die criminis, siue ab alia quacunque; non est, quod in iis rescindendis habeatur vlla ratio priuata bonæ fidei, cum qua forte transferunt ad alium, vel illum possessorem, penes quem sunt, ut enim supra diximus disp. 56. num. 28. non eodem modo res se habet, quando confiscatio est lata à iure; & incurritur ipso facto, & ipsa patione delicti; & quando est ferenda ab homine, non eodem modo res se habet, quando confiscatio est facta à iure; & incurrenda per sententiam. Et in primo casu non est, quod habeatur ratio possessoris bonæ fidei; cum ab ipso initio dispositiones fuerint nullæ, & bona ex tunc fuerint adjudicata, & applicata fisco sub conditione, quod sequeretur sententia; & solùm hoc modo affecta, & cum hoc vitio transferunt ad alium; nec bona fides possit purgare hoc vitium, notat Suar. disp. 22. sect. 4. n. 9. & ipse, nec iura fisco ex tunc acquisita debeant huiusmodi impediri, aut tolli ex bona fide cuiuscunque alterius possessoris. Et contra in secundo casu omnino habenda est ratio huiusmodi bonæ fidei, cum contra dispositiones ab ipso initio fuerint validæ, nec bona ex tunc vlllo modo fuerint fisco affecta; sed solùm per sententiam condemnatoriam: & idem non sunt rescindendæ, nisi appareant esse factæ in fraudem; & etiam ille fuisse conscius criminis iam incurfi, & sententiæ confiscationis mox ferendæ, in cuius fauorem illæ sunt factæ, ut supra diximus, & ex communi sententiâ notat Boliuin in pract. criminali, tit. de bonorum publicatione, n. 76. pag. 291. col. 1. initio. Sanchez lib. in Decal. cap. 22. num. 36. & plures alij apud ipsum.

6. Secus verò si bona fides ortum habeat ex lege, aut facto Principis.

Dixi autem, non esse habendam rationem bonæ fidei priuata: quia secus esset de fide publica, ut laudat Boliuin num. 76. cit. vers. Secundo intellige. & ex illo Sanchez cap. 22. num. 47. vt, si quis, verbigratia, à Principe, vel ab Officiali Principis esset absolutus iuridicè, & solenniter per sententiam à crimine læsæ maiestatis, verbigratia, & à poena confiscationis; & sic disponeret de suis bonis, & postea superuenirent contra ipsum noua indicia, & crimen bene detegeretur; & iterum condemnaretur, bona à fisco occuparentur: neque enim in tali casu rescindi deberent dispositiones, quæ essent factæ sub bona fide; sed ex facto publico tempore iplo intermedio; sed omnino essent ratae habendæ; ne quis deciperetur, & damnum haberet ex fide publica, illudque puniretur, quod esset factum secundum publicas leges, & secundum scripturas Principis, contra L. G. actus. C. ad leg. lul. de adul. & contra L. Nemo damnus. ff. de reg. iur.

7. Dispositiones Hæretici non sunt rescindendæ, si iam sint præscriptæ per quadraginta annos.

Et idem esset, si talis possessor bonæ fidei priuata iam præscripsisset sibi dominium bonorum, & in huiusmodi possessione bonæ fidei continuasset per spatum quadraginta annorum, à die obitus prioris domini, & prioris possessoris Hæretici: sic enim expressè habetur cap. fin. §. Si post mortem. de præscrip. in 6. ubi dicitur ex præcepto Bonifacij VIII. quod, si post mortem Hæreticorum, qui, dum viverent, putabantur Catholici, à Catholicis eorum filijs, vel nepotibus, aut extraneis quibuscumque bona infortuna, scilicet quadraginta annorum fuerint possessa bona fide, non sunt vltèrius molestandi tales possessores

super huiusmodi bonis, si forte illi priores domini postea detegantur fuisse Hæretici; & etiam si bona ipsorum deberent pertinere ad Romanam Ecclesiam. Et quantum ad veteribus Canonibus apud Suarium disp. 22. de fide, sect. 4. num. 7. negent hanc præscriptionem, & aliqui de illa dubitent; certissima tamen esse potest ex cap. fin. cit. eamque admittunt Couarr. in 4. Decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 10. Panormit. in cap. Cum nobis. num. 7. de præscrip. Casti. lib. 2. de iust. Hæretic. punis. cap. 4. Farinac. de hæresi, qu. 190. num. 119. & seqq. Suar. num. 7. cit. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 22. num. 37. & seqq. Molina de contr. ad. disp. 3. qu. 8. puncto 3. §. 1. num. 22. pag. 595. tom. 2. Valquez in C. pusi. de testam. cap. 9. §. 4. dub. 4. num. 140. pag. 554. & omnes communiter, sed ex cap. fin. cit. singula ferè verba sunt bene attendenda, ut locum habeat huiusmodi præscriptio quadragena: primò enim ex illo verbo, si post mortem Hæreticorum, clarè habetur, quod quandiu Hæretici sunt superstites, non potest pro tertijs possessoribus præscriptio currere: sed spatium quadraginta annorum solùm debet computari ab illorum morte, ut notat ibi Canonistæ communiter, Ioan. Andreas num. 3. Anchar. notab. 7. num. 3. Dominic. num. 3. et post. 1. & ex illis Sanchez lib. 2. cap. 22. num. 37. & 40.

Deinde ex illo alio, qui, dum viverent, putabantur Catholici, habetur, quod si tempore mortis iam erant damnati, vel diffamati, aut suspecti de hæresi, non potest super illorum bonis præscriptio currere, iuxta dispositionem illius Capitali, ut notat ibi Glossa ver. Putabantur. Dominic. num. 4. Sanchez cap. 22. cit. num. 41.

Tertio, ex illo, à Catholicis eorum filijs, aut nepotibus, vel extraneis quibuscumque, habetur, quod possessores, pro quibus currit præscriptio, toto tempore debent esse catholici, & alioqui nullo tempore possunt præscribere, ut notat ibi Glossa ver. Catholicos, & Sanchez num. 41. cit.

Quarto, ex illo, fuerint possessa bona fide, habetur, quod possessores toto tempore præscriptionis debent esse in hac bona credulitate, quod illi essent Catholici, & vt tales decesserint, ut notat ibi Glossa ver. Roma sic. Pegna in Director. Inquisitor. p. vi. 2. comm. 92. vers. Fuij verò. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 7. in fine, & lib. 8. cap. 12. quæst. 16. Sanchez cap. 22. num. 41. Vnde, si scierint, eos fuisse Hæreticos, & in hæresi decessisse, eorumque bona detinuerunt ex hac alia credulitate, quod non teneantur ea tradere fisco, nisi secuta sententia: quamvis id verè, & bene crediderint, quantum facit ad culpam vitandam; adhuc tamen non potuerunt præscribere, quantum facit ad cap. fin. cit. de præscrip. in 6. ut notat Couarr. in 4. Decret. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 16. & Sanchez num. 41. cit. & Suar. disp. 22. sect. 4. cit. num. 13. in fine: quia dictum capitulum non requirit bonam fidem quancunque; sed illam determinatè, ex qua possessores crediderint firmo, & iusto titulo ad se peruenisse bona defuncti, eumque iure, & firmiter potuisse de illis disponere: quod tamen non esset, si sciuissent, eum fuisse Hæreticum, & in hæresi decessisse, cum sit certissimum, quod Hæreticus de iure non potest disponere firmiter, & ita vt dispositio non sit postea rescindenda à fisco: & cum præscriptio sit beneficium à lege concessum, bene potuit in hac materia bonorum Hæretici non concedi, nisi sub conditione talis bonæ credulitatis determinatæ.

Denique ex illo, quanquam illi, quorum bona fuerunt, nunc detegantur Hæretici exiisse, habetur, quod si hæresis detegatur ante elapsos quadraginta annos,

annos, & ante expletum totum tempus præscriptionis, præscriptio interrumpitur, & non currit. Idque est verum, etiamsi nondum sit lata sententia declaratoria dicte hæresis: dummodo enim illius noticia ad possessores pervenerit ante absolutam præscriptionem; non potest in illis non interrupisse bonam fidem, & bonam credulitatem, quod possiderent iusto, & firmo titulo, quæ tamen bona fides est necessaria pro toto tempore præscriptionis, vt notat Pegna in 1. partem Directorij Inquisitorum, com. 92. cit. & Sanchez num. 41. & alij apud ipsum: & sic colligitur ex illa particula, hinc deseguntur; id est, illo tempore, quo aliqui Ecclesia vellet sibi vindicare bona Hæretici, vt exponit ibi Glossa ver. Nunc.

Stantibus autem his omnibus conditionibus, quæ ad præscriptionem quadragenariam bonorum Hæretici expressè requiruntur in d. cap. fin. §. Si post mortem de præscripti. in 6. certum est, quod non sunt rescindendæ dispositiones eo modo præscriptæ: & cum hæresis ex sua natura sit crimen ecclesiasticum, & solum ex concessione Ecclesiæ bona Hæretici aliquando applicentur fisco sæculari, omnino est seruandum dictum capitulum finale in illorum applicatione, & semper faciendus est locus executioni confiscationis, & rescisioni dispositionum, donec labantur quadraginta anni, cum bona fide, & conditionibus iam explicatis, vt notat Molina de contract. disp. 73. concl. 4. §. Et in inferitur. col. 306. ex Panormit. in cap. Cum nobis. num. 8. de præscripti. Non autem est seruandum id, quod statuitur L. Si defunctum. C. de Apostatis. & vult Glossa in l. Ananias. C. de Hæres. ver. Subire. Bart. in l. Si quis defunctum. cu. num. unico. & alij apud Farinac. in præf. crim. com. 1. part. 1. tit. de delictis, & penis, quæst. 25. num. 158. & apud Sanchez lib. 2. cap. 22. num. 38. & 39. vt solum intra quinquennium à morte Hæretici, non autem ultra, possit agi pro confiscandis illius bonis; & vt habet Simanchas de cathol. infit. tit. 19. num. 134. praxis hæc merito est explosa in Tridentino, quantum est ex crimine hæresis: quantum fuisse adhuc possit valere, quantum est ex aliis criminibus, quæ habent annexam confiscationem, & non sunt per se de foro Ecclesiæ, vt est, verbi gratia, crimen læsæ maiestatis, & sodomia, vt notat Sanchez cap. 22. num. 40.

8. Præscriptio, qua conceditur in iure pro bona Hæretici, non valet pro ipso delicto, & pro aliis penis.

Et quia dictum cap. fin. de præscripti. in 6. expressè, & signanter præscriptionem quadragenariam solum concedit contra bonorum confiscationem, non autem contra ipsum delictum, aut contra alias penas in iure latas, vt est, verbi gratia, infamia, & irregularitas, & inhabilitas ad officia, & beneficia pro filiis, & nepotibus; hinc est, vt contra delictum Hæreticum ad damnandam illius memoriam, cuiusque statum comburendam nullo tempore præscribatur; & qui post annos quadraginta euadunt penam confiscationis bonorum, nunquam euadunt alias penas in iure latas, vt notant Couar. in 4. Decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 16. Simanchas de cathol. infit. tit. 18. num. 42. Pegna in Director. Inquisit. part. 3. comm. 92. vers. In qua diffinitate. & vers. Et ex hoc cap. Sanchez lib. 2. cap. 22. num. 42.

9. Quando à fisco rescinduntur dispositiones factæ ab Hæretico, verum ali quid sit relinquendum, aut dandum

Quod si quæras, vtrum in rescindendis huiusmodi dispositionibus post secutam sententiam, sit aliquid relinquendum tertio possessori, ad quem transferunt bona Hæretici; an verò omnia possint accipi, & vsurpari à fisco, nulla re penitus relicta apud alium quencunque, quæ prius esset in bonis Hæretici; sub distinctione respondit Suar. ex communi sententia disp. 22. de fide, sect. 4. num. 8. & 9. Molina

de contract. disp. 95. vers. Licet autem Hæres. Azor. reuio possi. part. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. ult. Valquez 1.2. disp. 172. num. 7 & 8. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 22. n. 68.

& apud ipsum plurimi alij: si enim ad tertium possessorem transierunt titulo merè liberali, & gratuito, verbi gratia, ex donatione, ex mutuo, ex comodato, non est, quod aliquid illi relinquatur, quantum est ex rigore iustitiæ, cum ad ipsum non transierint, nisi vt fisco affecta, & vt repetenda ab illo ex toto, vel ex integro, post sententiam; ac proinde nihil iniuriæ illi fiat, si de facto repetantur ex toto, & ex integro, vt supra diximus disp. 57. num. 16. Contrà verò, si transierunt titulo oneroso, verbi gratia, ex venditione, aut ex permutacione, videndum vtrius est, vtrum pretium, aut res, quam tradidit possessor tertius, adhuc maneat actualiter, aut virtualiter in bonis Hæretici, quæ si quis sibi vsurpat: si enim hæc maneat, restituenda omnino sunt, si fisco velit rescindere priorem contractum, cum non accreuerint bonis Hæretici, nisi sub hac conditione, vt substituerentur loco rei translatae in alium, & semper manerent pro illo affectæ; nec possit esse vllus titulus iustus, ex quo fisco possit simul habere, aut recuperare rem illam, pro qua pretium, aut res alia fuit substituta; & simul retinere ipsam pretium, aut ipsam rem aliam in damnum tertij, vt etiam supra indicauimus disp. 57. cit. num. 14. quod enim asserunt aliqui apud Sanchez cap. 22. cit. n. 69. posse fisco non restituere pretium, quando emptor fuit conscius incurse hæresis à venditore, non videtur probandum: quia etiam emendo cum tali scientia, nullum crimen commisit; & idè non est puniendus, & priuandus re sua, vt notat ibi Sanchez & apud illum Alciatus in l. Post contractum. n. 23. ff. de donat. Boss. in præf. crim. tit. de bonorum publicacione, num. 72. Valquez 1.2. disp. 172. n. 7. & alij.

Dixi autem, si pretium, aut res alia maneat actualiter, aut virtualiter in bonis Hæretici: quia potest accidere, vt pretium ab ipso Hæretico venditore sit consumptum pro necessitatibus vitæ, & alij redditus sint consummati; vel sit expensum in emenda re alia, quæ adhuc extet; vel in soluendo aere alieno; & in aliis eiusmodi, quæ enumerat Sanchez n. 70. & in tali casu, quantum non maneat actualiter, & in seipso in bonis Hæretici; maneat tamen virtualiter, & in alio, quod reliquit loco sui; & hoc ipsum est restituendum tertio possessori propter rationem allatam: non autem est retinendum à fisco. Et contrà, si nullo modo maneat, aut extet in bonis Hæretici, licet possint omnia vsurpari, & haberi à fisco absque eo, quod aliquid relinquatur, aut detur tertio possessori.

Non est autem censendum, huiusmodi pretium nullo modo manere in bonis Hæretici, quæ ad fisco perueniunt, si fortè ab illo fuit expensum pro emendo, verbi gratia, frumento in sustentationem familiæ, vel pro emendo seruo, aut equo ad alios vsus maxime vtili, aut necessario; illaque omnia postea pericrunt casu aliquo fortuito, & non amplius extant, quando à fisco repetuntur bona, & rescinduntur contractus, vt vult Valquez 1. 2. disputat. 172. num. 9. & 10. Contrà enim est: quia sine dubio in huiusmodi emptione frumenti, serui, aut equi, fuisse expensum alij redditus, si que similiter perissent eodem casu fortuito; qui tamen de facto idè remanent in bonis Hæretici, quæ eorum loco fuit erogatum dictum pretium; ac proinde etiam ipsi censentur manere loco illius in bonis Hæretici, & sunt restituendi tertio possessori, vt notat Sanchez cap. 22. cit. num. 71. & apud illum Simanchas de cathol. infit. tit. 9. num. 38. & Azor. part. 1. lib. 5. cap. 7.

cap. 7. quæst. ult. in fin. Quo autem modo eadem tertio possessori incumbat probatio, quod pretium, & pecunia à se tradita venditori hæretico sit conserua in rem illius, & adhuc maneat in ipsius bonis, quæ apprehenduntur à fisco, videri potest apud eundem Simancham in 9. cit. num. 39. & segq. & apud eundem Sanchez cap. 22. num. 72. qui etiam rectè subdit num. 73. si tertius hic possessor non habeat coniecturas probabiles, quod pretium à se traditum, ac solum, sit conseruum in rem Hæretici venditoris, & quod aliquo modo adhuc maneat in bonis illius, & idè à fisco debeat ipsi restituere omnino teneri tradere fisco bona, quæ possidet, si edictis, aut modo alio repetantur; nec posse pro suo pretio sibi aliquid retinere: quia in tali casu ius fisci est certius, & potius. Et contrà, si habeat coniecturas probabiles, non teneri, nisi prius recepto pretio, quia contraria ratione ius suum est potius, & fisco verè tenetur restituere dictum pretium; nec potest, aut debet ditescere ex re aliena, quæ fortè existit simul cum bonis Hæretici, quem intendit punire.

10. Est in potestate fisci rescindere, aut non rescindere contractus Hæretici.

Dixi præterea, debere restitui tertio possessori ea, quæ accreuerunt bonis Hæretici ex contractu oneroso cum illo inito, si fisco velit rescindere talem contractum: quia ex eodem Suario sect. 4. num. 9. cit. id est relinquendum arbitrio fisci, cum contractus ab Hæretico initus ante sententiam fuerit validus; & posse illum rescindere, est quasi priuilegium fisci; & idè licet potest illo vti, aut non vti, prout voluerit; retinendo, scilicet, sibi pretium, aut rem aliam, quæ actualiter, aut virtualiter extat in bonis Hæretici; & relinquendo tertio possessori id, quod fuit translatum in ipsum; vel è contra repetendo id, quod fuit translatum; & restituendo id, quod extat, prout fuerit magis expediens.

11. Si bona Hæretici penes tertium possessorem manent, quomodo id cedat fisco, aut ipsi tertio possessori.

Et simile quid subdit Suar. num. 10. esse faciendum, si fortè bona Hæretici, quæ confiscantur, reperiantur esse aucta, aut meliorata apud tertium possessorem: si enim sunt aucta sine labore, & expensis huiusmodi possessoris; vt, verbi gratia, quia valor, & æstimatio fundi est aucta per accidens propter multitudinem emptorum, vel propter abundantiam pecuniæ, vel propter aliquod aliud huiusmodi accidens extrinsecum; ipsi fisco censeri debent esse aucta, non autem possessori: sicut & contrà eidem fisco essent diminuta, non autem possessori, si ex aliquo accidente essent diminuta: cum enim ius fisci à prima die, aut puncto patratu criminis, & hæresis exterius prodita, fuerit ipsum directum dominium in debito, & sub conditione securæ sententiæ, vt supra diximus disp. 57. n. 3. ipsi fisco tanquam domino sub eodem debito, & conditione creuerunt bona, aut decreuerunt non autem alteri, si fortè creuerunt, aut decreuerunt ex aliquo accidente.

Contrà verò, si sunt aucta labore, & industria, & expensis ipsius tertij possessoris; vt, verbi gratia, si fundum instruxit, & excoluit, si domum edificauit, vel amplificauit, &c. ipsi tertio possessori sunt relinquenda, si possunt re ipsa separari à bonis Hæretici; vel certè sunt illi componenda per solutionem pretij, aut alio modo, si non possunt separari, cum confiscatio non debeat se extendere ad huiusmodi labores, & industrias, & expensas alienas; & quæ non pertinent ad personam delinquentem, quæ sola debet puniri: & contraria ratione, si huiusmodi bona penes tertium possessorem sunt diminuta, & deteriorata ipsius culpa, & negligentia; vt, verbi gratia, quia sciuit ea debere spectare ad fisco, & idè illa neglexit, & non

12. Et quid, si contra detur.

tractant vt res suas; licet poterit fisco huiusmodi damna, aut illorum æstimationem ab illa repetere, cum reuera non debuerit illa negligere; sed quando apud ipsum manerent, semper debuerit illa seruare vt res suas, vt subdit Suar. n. 10. cit. in fin.

Et proportionaliter idem est dicendum etiam de fructibus, si quos percepit possessor tertius ex bonis Hæretici: sicut enim ipsa bona non transferunt pleno iure in huiusmodi possessorem; sed solum vt repetenda à fisco, eique restituenda; si sequeretur sententia: ita & fructus ex illis provenientes non potuerunt pleno iure ad ipsum transire; sed solum vt repetendi, & fisco restituendi, etiam ipsi sub conditione sententiæ. Vnde, si extent; vel in seipsis, & actualiter, vel in aliquo sui, & virtualiter; licet potest fisco illos repetere; & tertius possessor tenetur illos restituere, sicut & ipsa bona: si verò non extent vilo modo, & bona fide sint consumpti, absque eo, quod talis possessor sit factus ditioni; nec fisco potest pro illis repetere aliquid aliud; nec possessor bonorum tenetur pro illis aliquid aliud restituere, cum talis obligatio nec possit illi prouenire ex consumptione, quæ, vt supponimus; non fuit iniusta, sed bona fide; neque ex fructibus consumptis, qui nullo modo extant in se, vel in aliquo sui, vt notat Suar. disput. 22. sect. 4. cit. num. 11. & 12.

13. Fructus bonorum Hæretici quomodo sint debiti fisco, aut tertio possessori.

Neque hæc bona fides dicenda est defuisse, si fortè hic tertius possessor habuit notitiam, quod essent bona Hæretici, & quod possent à fisco repeti, si sequeretur sententia: sicut enim in ipso Hæretico certissima conscientia sua hæresis, & confiscationis bonorum ipso iure incurse, ex qua fisco essent debita sub conditione securæ sententiæ, non effectisset, vt ea manente, & ante sententiam non possent licetè consumere huiusmodi fructus suorum bonorum; neque illi abstulisset bonam credulitatem, aut fidem ad illos licetè consumendos; sed solum effectisset, vt non possent illos consumere in fraudem fisci, & sine causa, & solum ne fisco illos haberet: ita & in tertio possessore scientia hæresis sui authoris non abstulisset illi bonam fidem ad eosdem fructus licetè consumendos pro suis vsibus vsque ad sententiam; sed solum ad illos consumendos in fraudem fisci, & ne fisco illos haberet, vt subdit Suar. num. 13. contra Simancham de cathol. infit. tit. 9. num. 58. & Valquez 1.2. disputat. 172. cap. 1. num. qui asserunt, ad huiusmodi bonam fidem pro fructibus, & bonis Hæretici consumendis necessarium esse, vt qui illa possidet, omnino ignoret delictum sui authoris; & quod bona, quæ possidet, sint ipso iure addicta fisco: sicut & requiritur ad bonam fidem pro iidem bonis legitime præscribendis per præscriptionem quadragenariam iuxta cap. fin. de præscripti. in 6. & supra notauimus num. 7. Contrà enim est: quia malè assumitur, quod eadem bona fides requiratur ad culpam vitandam in consumptione fructuum, aut bonorum, & ad præscriptionem inducendam, cum ad hanc, quæ solum inducitur ex beneficio, & ex dispositione legis, bene potuerit lex requirere certam aliquam bonam fidem, quæ alioqui per se non requiritur ex ipsa rei natura ad honestatem actionis, & ad culpam vitandam. Et certum est, quod sicut Hæreticus iure potuit sua bona consumere vsque ad sententiam, non obstante conscientia sui criminis, & confiscationis incurse: ita & potuit hoc suum ius transferre in alium, & idè etiam hic iure potest illa consumere vsque ad sententiam, non obstante conscientia, & notitia eiusdem criminis sui authoris.

14. Bona fides ab consumendis fructibus, aut bona Hæretici, quantum requiratur in tertio possessore.

15. Quomodo sciscus debeat se gerere cum creditoribus Hæreticis, aut viciis bonis confiscantur.

Ex his verò, quæ diximus pro tertio possessore circa restitutionem pretij faciendam ipsi à fisco, quando extat aliquo modo, vel actu, vel virtute in bonis Hæretici, quæ confiscantur; potest intelligi, quid sit dicendum pro creditoribus eiusdem Hæretici: si enim debita sint contracta ante delictum, & ante hæresim exterius proditam, certum est, quod fiscus ad illa tenetur, vt ex communi sententia notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 22. num. 74. siquidem bona, quando ceperunt esse affecta, & obligata fisco ratione delicti, iam erant prius obligata, & hypothecata creditoribus ratione contractuum, nec potuerunt transire ad fiscum, nisi cum hoc onere, & obligatione: & vt L. Non possunt. ff. de iure fisci. dicitur, non possunt vlla bona pertinere ad fiscum, nisi qua creditoribus sunt supersutura: & id bonorum tantummodo intelligitur esse cuiusque, quod superest ari alieno. Et si contingat, non omnia bona, sed partem tantummodo esse confiscandam; solum pro rata illius partis tenebitur fiscus creditoribus, iuxta L. fin. C. de delictis. ciuit. lib. 11. vbi dicitur, quod debitoribus solum pro rata bonorum, quæ possident; debent conueniri: & iuxta L. 1. C. de fideiusso. vbi de eo, qui adempta parte bonorum iussus est exulare, dicitur, quod creditoribus non est obligatus, nisi pro ea parte, quam retinuit.

Liquæ est verum, non solum de iis debitis, quæ appellantur ciuilia, & quæ possunt in iudicio probari, & pro quibus recuperandis datur actio; sed etiam de iis, quæ dicuntur solum naturalia: quia non possunt recuperari per viam iudicij; quauis in foro Dei sint vera debita, & verè debeantur, vt subdit Sanchez num. 75. ex Iulio Claro lib. 5. qu. 78. num. 23. & alii; tenetur enim fiscus etiam pro his; & si nequeat creditor alio modo illa recuperare, potest vti compensatione secreta, & aliquid retinere, aut vsurpare ex bonis, quæ alioqui ad fiscum pertinent.

Si verò debita sint contracta post delictum, contraria ratione non tenetur fiscus ad illa, nisi quatenus cesserunt in illius vtilitatem, & aliquo modo reperiantur in bonis delinquentis, id est, vel in seipis, vel in aliquo sui, vt supra diximus; contraria enim ratione, quando bona ceperunt esse obligata creditoribus ratione contractuum, iam erant prius affecta, & obligata fisco ratione delicti, nec potuerunt ad illos transire, vt libera, & soluta ab onere fisci.

Probatio autem, quod sint contracta post delictum, non autem ante, si sit res dubia, semper videtur debere fisco incumbere ex eodem Sanchez cap. 22. ci. num. 76. siquidem ius creditorum, quod habeant illa bona sibi obligata ex contractibus, est certum; & exceptio fisci, quod illa eadem prius sint ex delicto sibi affecta, est dubia.

DISPUTATIO LIX.

An, & quando Hæretici sint denunciandi Inquisitoribus, & Iudicibus fidei.

- 1. Denunciatio euangelica, & iudicialis quo differant.
2. Denunciatio canonica, & regularis qua sit.
3. Denunciatio quo differat ab accusatione.
4. Quot modis procedat Iudex contra delicta.
5. Denunciatio iudicialis in crimine hæresis est licita, & honesta.

- 6. In crimine hæresis communiter non proceditur per viam accusationis.
7. Hæretici denunciatio, vel accusatio est in precepto.
8. Punitioes, & poena huius vitæ maxime intenduntur; & inferuntur, quatenus sunt medicinales ad bonum commune.
9. Accusatio proprie dicta in aliquo casu est specialiter in precepto.
10. Quæ crimina proprie vrgant in detrimentum Reipublicæ.
11. Obligatio denunciandi, vel accusandi Hæreticos, est maxime ex iure diuino naturali.
12. Et ex iure ecclesiastico.
13. Ex edictis Inquisitorum sunt denunciandi etiam diffamati, aut suspecti de hæresi.
14. Ex omissione denunciandi Hæreticum potest quis haberi, vt fautor Hæreticorum.
15. Et vt suspectus de hæresi.
16. Hæreticus etiam occultus, & vni tantum cognitus, est denunciandus.
17. Hæreticus non est damnandus à Iudice ex testibus singularibus.
18. Obligatio denunciandi Hæreticum occultum probatur ex Scriptura.
19. Qui profert hæresim, sed in illa non est pertinax, non est necessario denunciandus.
20. Correctio fraterna non est necessario pramittenda ante denunciationem Hæretici.
21. Edicta Inquisitorum de Hæreticis denunciandis durant perpetuo per modum legis.
22. Hæreticus est denunciandus, etiam si sit emendatus.
23. Preceptum de correctione fraterna quando obligat.
24. Obligatio denunciandi est implenda, non obstante quocunque secreto naturali.
25. Etiam firmato per iuramentum, aut per votum.
26. Et ad secretum naturale reducitur, si quis verbaliter profiteatur, se aliquid dicere in confessione, vel sub sigillo confessionis.
27. Secius verò est de secreto Confessionis sacramentalis, & vera.

NON loquimur de denunciatione euangelica, seu paterna, ex qua delictum proximi, aut fratris deferitur ad Superiorem, tanquam ad patrem, pro sola illius emendatione, & correctione, iuxta illud Christi Domini Matthæ 18. Si te audierit, iuratum oris fratrem tuum: si verò non audierit, dic Ecclesia. sed loquimur de denunciatione iudiciali, ex qua delictum alicuius deferitur ad Superiorem, tanquam ad Iudicem pro vindicta, & punitioe, & intendendo bonum commune totius Communitatis. Et ad hanc reducimus etiam alias denunciations, quas Canonistæ communiter apud Sor. in relect. de regendo secreto, membro 2. quæst. 5. & apud Suar. disp. 20. de fide, sect. 4. n. 2. appellant denunciations canonicas, aut regulares: quia sunt diuersis modis, & cum diuersis solennitatibus, & circumstantiis, iuxta præscriptum iuris canonici, aut peculiarium iurium, quæ sunt in diuersis Ordinibus religiosi, & regularibus: quomodocunque enim fiant huiusmodi denunciations, semper sunt denunciations iudiciales, si sunt Superiori, vt Iudici & pro vindicta, & punitioe delicti; vel certè sunt paternæ, & euangelicæ, si sunt Superiori, vt patri, & pro sola emendatione, & lucro fratris, vt notat Suar. num. 2. cir.

Neque hæc iudicialis denunciatio censenda est esse eadem cum accusatione proprie dicta: siquidem ab illa in pluribus differt, vt videre est apud Iul. Clarum lib. 5. §. fin. quæst. 7. & 12. Farinac. de hæresi, quæst. 185. §. 5. Pegnam in Direct. par. 3. com. 14. num. 68.

- 1. Denunciatio euangelica, & iudicialis quo differant.
2. Denunciatio canonica, & regularis qua sit.
3. Denunciatio iudicialis in crimine hæresis est licita, & honesta.

num. 68. pag. 415. Azor. part. 3. lib. 13. cap. 11. Suar. sect. 4. tit. 3. & apud Sanctum Thomam 2. 2. qu. 33. art. 7. & quæst. 67. art. 3. ad 2. & quæst. 68. art. 1. Primò enim acculator communiter tendit in propriam satisfactionem, aut commodum: denunciator verò in bonum commune, quod maxime pender ex criminum punitioe. Deinde, acculator facit se partem in iudicio, & contra reum est, quasi actor, libè que petit à Iudice dici ius, & administrari iustitiam: denunciator verò non facit se partem in iudicio; sed solum defert crimen ad noticiam Iudicis, eumque sinit procedere ex officio, denunciatione ipsa supplete vicem diffamationis, aut querelæ, sine qua Iudex non posset procedere, vt loquitur Clarus qu. 7. cit. initio, & fisco ipso, seu procuratore fiscali gerente vicem actoris, aut accusatoris, sine quo iudicium nõ potest consistere, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quæst. 67. art. 3. & notat Suar. n. 9. Ex quo etiam vltèrius fit, vt acculator offerat se probaturum crimen, quod defert: & alioqui si non probet, offerat se punitioe, & poenæ talionis, cap. Qui non probauerit. 2. quæst. 3. & notat S. Thomas 2. 2. quæst. 68. art. 1. & 4. & ad hunc finem non solum debeat accusationem facere in scriptis, cap. Accusatorum. 2. quæst. 8. & notat S. Thomas ibidem, art. 2. iuxta formam, scilicet, quæ traditur L. Libellorum. ff. de accus. sed etiam debeat se illi subscribere, prout præcipitur L. Si cui crimen. ff. eod. vt, nimirum, certius constet, quid Iudici proponatur, vt circa illud ferat sententiam; nec facillè quis ad accusationem prosiliat, vt dicitur L. Si cui crimen. cir. cum sciat, eam sibi non futuram inultam, si ipse deprehendatur calumniatur. Contra verò ad hæc omnia non tenetur denunciator; neque in se assumit probationem criminis, neque se offert punitioe, si illud non probet; neque denunciationem necessariò in scriptis redigit; nec se libello subscribit: sed scripto, aut verbo, prout potuerit, aut maluerit, talem noticiam criminis Iudici præbet, qualem ipse habet: & quoad cætera sinit Iudicem procedere ex seipso, & ex officio, vt diximus.

Vnde quauis c. Qualiter, & quando. 2. de accus. ex Concil. Later. sub Innoc. III. veris sit, statuatur triplex modus procedendi criminaliter in delictis non notoriis, id est, per viam inquisitionis, per viam accusationis; & per viam denunciationis, vt bene explicat Less. lib. 2. c. 29. n. 103. & seqq. & Suar. disp. 20. de fide, sect. 4. cit. n. 1. & alique ex recentioribus apud Clar. lib. 5. §. fin. q. 3. init. etiam addant tres alios modos, id est, per exceptionem, per notoriù, & per deprehensionem in flagranti crimine: commode tamen possunt omnes modi reduci tantum ad duos, vt subdit Clarus ibid. & Less. c. 29. cit. n. 105. cum Iudex, siue procedat in delictis occultis, siue in notoriis, aut deprehensis in flagranti crimine, & siue per denunciationem, siue per exceptionem, semper procedat; vel ex officio, vel ad instantiam partis, & tam denunciatio, quam notorietas, aut euidentia, vel publica & communis famositas criminis, sit solum quid præuium, & quasi excitans Iudicem, vt contra illud procedat ex officio. Imò communiter iam est vsu receptum, vt contra delicta magis procedatur per viam denunciationis iudicialis, quam per viam accusationis proprie dictæ, vt notat Azor. part. 1. lib. 8. cap. 19. quæst. 9. col. 1000. initio, & Sanchez lib. 6. consil. cap. 2. dub. 27. n. 4.

Loquendo ergo de huiusmodi denunciatione iudiciali pro crimine hæresis, certum est primò, quod ex obiecto, & ex circumstantiis possit esse maxime licita, & honesta; nam, si punitio peccantium ad procurandam, & conservandam pacem, & bonum Reipublicæ, est licita, imò & debita ex parte Iudicis, & propter illam est etiam licita, & aliquando debita accusatio ex parte accusatoris, vt probat S. Thomas 2. 2. quæst. 68. art. 1. & hic licitè facit se partem, & actorem in Iudicio, & obicit, & obligat ad crimen probandum, & ad poenam talionis, si deficiat in probationibus, vt iam diximus: potiori ratione est etiam licita denunciatio propter eandem punitioem peccantium, cum nihil sit aliud, nisi delatio, & notificatio criminis facta Iudici ad eum excitandum, vt ex officio contra illud procedat; & sic puniendo delinquentes, quietem, & bonum publicum tueatur: in quo toto, neque obiectum, quod est manifestatio criminis alieni; neque circumstantia finis proximi, quæ est punitio delinquentis; neque circumstantia finis remoti, quæ est conseruatio boni publici; neque vlla alia circumstantia habet disconuenientiam ad rectam rationem, vt ex se patet: & idèd neque potest communicare vllam malitiam ipsi actui, qui est denunciatio. Et quemadmodum ipse Iudex habet ius cognoscendi, & puniendi delicta; & non facit vllò modo contra iustitiam, aut contra ius delinquentis, si cognoscat, & puniat: ita nec facit contra iustitiam ipse accusator, aut denunciator, si Iudicem iuuat. Et sicut idem Iudex omni iure tenetur præferre bonum publicum bono priuato; & idèd non facit contra charitatem erga reum, si illi inferat malum poenæ, vt seruet pacem, & bonum publicum: ita nec facit contra eandem charitatem idem accusator, aut denunciator, si similiter illum iuuat pro inferendo huiusmodi malo, & pro seruando huiusmodi bono, vt notat Suar. sect. 4. cit. n. 4. Idèd etiam ex eo peculiariter est dicendum de denunciatione in crimine hæresis: quia communiter contra illud non proceditur per viam accusationis, & ad instantiam partis, vt notat ibidem Suar. num. 1. ex Tabiena vers. Inquisitor. n. 27. & idèd peculiariter iuuandus est Iudex per denunciationem iudicalem, ne alioqui tantum crimen, & tam noxium lateat Iudicem, & maneat impunitum.

Et quoniam huiusmodi crimen est in se maximum, & maxime noxium, & eo ipso, quod committitur in religionem diuinam, committitur in iniuriam omnium, L. Manicheus. C. de Hæret. & est multò grauius, quam crimen læsæ maiestatis humane, L. Manich. cir. & c. Vergentis. de Hæret. non modò est licita; sed etiam debita illius denunciatio, quæ sola est maxime utilis, & moraliter necessaria, ne ipsum Hæreticum finaliter perdat, & ne serpat, vt cancer, in spiritualem perniciem, & interitum aliorum: sic enim S. Thomas 2. 2. q. 68. art. 1. vniuersaliter docet, quod si crimen vergat in detrimentum Reipublicæ, putà in corruptelam, siue corporalem, siue spiritualem multitudinis; vnusquisque tenetur ad illius accusationem, dummodo possit sufficienter illud probare: & q. 30. art. 1. ad 2. addit, quod non obstante quocunque secreto naturali, sub quo fortè aliquis habet noticiam huiusmodi criminum, quæ pertinent ad corruptionem spiritualem, aut temporalem multitudinis, vel sunt in graue damnum alicuius personæ, tenetur statim illa propalare, vel testificando, vel denunciando; neque potest per quodcunque secretum sibi commissum excusari ab hac obligatione: quia alioqui frangeret fidem fortius debitam toti Communitati, & multitudini, vel personæ particulari, cui impendit huiusmodi damnum spirituale, aut corporale; & quod per propalationem est propulandum: quod idem ex communi sententia rectè explicat Sayr. lib. 12. Clau. reg. c. 14. n. 22. & seqq. Et quia, quod asserit S. Th. q. 68. n. 1. specialiter de obligatione accusationis, idem repetiit q. 70. art. 1. ad 2. generalius

6. In crimine hæresis communiter non proceditur per viam accusationis.
7. Hæretici denunciatio, vel accusatio non est in precepto.

4. Quot modis procedat Iudex contra delicta.

5. Denunciatio iudicialis in crimine hæresis est licita, & honesta.

ralius de obligatione cuiuscunque propalationis, siue per testificationem, siue per denunciationem, est valde probabile id, quod notat Sot. lib. 5. de iust. q. 1. art. 1. & Suar. disp. 20. de fide, sect. 4. num. 5. quod etiam quaest. 68. nomen accusationis sumplerit late pro quacunque propalatione, & pro ut comprehendit etiam denunciationem, & omnem illam manifestationem criminis appellat accusationem, quae fit Iudici, non tanquam patri ad solam emendationem ipsius delinquentis, sed tanquam Iudici ad publicam punitionem: sic enim loquitur etiam Alensis part. 3. quaest. 42. n. 6. in fine: & hoc est, quod ibi monet Sanctus Thomas, & Sotus locus citatus, de poenis, & punitionibus huius vitae, quod non per se intenduntur, & inferuntur, quatenus sunt poenae, & punitiones, vel poenae actus punitionis iustitiae in malum, & odium delinquentium, quomodo intenduntur, & inferuntur poenae damnatis in altera vita, postquam aduenerit tempus victimum plenariae retributionis, cuiusque operis mali, aut boni: sed maxime intenduntur, & inferuntur, quatenus sunt medicinales, & conferunt saltem ad bonum Reipublicae, cuius quies procuratur per punitionem peccantium: quia verò hic finis tam est communis accusationi proprie dictae, quam denunciationi iudiciali, satis declarat, quod Sanctus Thomas nomen accusationis sumplerit late: & dum asseruit, eam esse in praecipuo, quando crimina vergunt in detrimentum Reipublicae, comprehendit etiam denunciationem iudicalem, per quam similiter intenditur poena, non ut malum, & poena peccantis; sed ut remedium publicae corruptionis, & mali, quod imminet Reipublicae.

8. Punitiones, & poenae huius vitae manifeste intenduntur, & inferuntur, quatenus sunt medicinales ad bonum commune.

9. Accusatio proprie dicta in aliquo casu est specialiter in praecipuo.

10. Quae crimina proprie dicuntur in aliquo casu in detrimentum Reipublicae.

Quoniam non est negandum, quod etiam accusatio proprie dicta, & pro ut contradistincta a denunciatione iudiciali, possit aliquando specialiter esse in praecipuo, ut subdit Sotus lib. 5. de iust. q. 5. art. 1. cit. in solutione 2. dubij, in fine. Sayrus lib. 12. Clau. reg. c. 14. n. 16. Caiet. 2. 2. q. 33. art. 7. §. In responsione ad 3. & q. 68. art. 1. S. Thomas ibidem, & alij, ut verbi gratia, si crimen sit valde contagiosum & noxium Reipublicae, & accusatori praesto sint testes, quos producat ad illud probandum, eosque Iudex, si velit procedere ex officio, non facile habeat: in tali enim casu obligatio erit non ad simpliciter denunciandum huiusmodi crimen; sed specialiter, & proprie ad accusandum, ut citò, & opportunè possit occurrere publico malo; neque periculum creetur, vel augetur ex mora.

Per id verò, quod asserit S. Thomas 2. 2. quaest. 68. art. 1. cit. & q. 70. art. 1. ad 2. quod crimina tunc debent deferri ad Iudicem, & propalari per accusationem proprie dictam, vel per denunciationem, aut per testificationem, quando vergunt in detrimentum Reipublicae, & pertinent ad corruptionem multitudinis, siue spiritualem, siue temporalem; non significat, quod simpliciter omnia sunt propalanda, cum nullum sit, quod aliquo modo non vergat in detrimentum publicum, saltem ratione scandali, & mali exempli, quod plures alios maxime mouet ad idem crimen; sed solum, quod illa sunt propalanda, quae specialiter ex proprio obiecto id habent: ut est, verbi gratia, crimen laesae maiestatis, quod est in personam maxime publicam, & in caput Reipublicae, qui est ipse Princeps: crimen haeresis, quod est in ipsam fidem, & religionem catholicam: proditio ciuitatis, aut regni, latrocinia, & assassina in publicis viis, & similia; non autem simplex furtum, aut homicidium, quod per se solum est contra rem familiarem, aut contra vitam huius, aut illius privati, ut notat Sotus art. 1. cit. in solut. 1. argum. contra 1.

conclus. & ipse S. Thomas 2. 2. q. 33. art. 7. in corp. & Sayrus lib. 12. Clau. reg. cap. 14. n. 5. & Sanchez lib. 6. conf. 3. dub. 2. pag. 190. quauis plura etiam ex his dicantur in iure crimina publica ex alio capite, ut notat Azor. part. 1. lib. 8. cap. 19. q. 9. col. 999. & Sylu. verb. Crimen, q. 3. & Sanchez lib. 6. conf. cap. 3. dub. 2. cit. num. 4. id est, ex eo, quia potest huiusmodi criminosos vnusquisque priuatus accusare, ut puniantur, & veniunt puniendi ex legibus specialibus iudiciorum publicorum: ut, v. g. ex lege Iulia maiestatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de sicariis, &c. ut patet ex L. 1. ff. de indic. publicis.

Quia ergo haeresis ex proprio genere maxime vergit in perniciem publicam, & magis est noxia, quam quacunque proditio, aut laesio maiestatis humanae, ut diximus, maxime omnium est propalanda, & deferenda ad Iudicem per denunciationem, aut per testificationem: & hac obligatio maxime est ex praecipuo diuino, & naturali charitatis erga ipsum bonum commune, & erga Deum, ut notat Suar. disp. 20. de fide, sect. 4. num. 5. & ex iustitia legali erga bonum commune, ut notat Sayrus lib. 12. Clau. reg. cap. 14. num. 22. sic enim cap. In nonnullis de Iudicis, ex charitate in ipsum Christum dicitur, quod non sunt dissimulanda opprobria, quae Iudaei in ipsum faciunt, praesertim in triduo Passionis: quod idem sine dubio etiam est de opprobriis, & iniuriis Haereticorum; & cap. 2. de Haeret. ex charitate in proximum dicitur, quod vnusquisque tenetur, quantum potest, reuocare alios ab errore, & alioqui se etiam ipsum errare demonstrat: quo loco ex Panormitano, Socino, & aliis sermo est de errore in fide, ut etiam manifestè conuincit Pegna in Director. Inquisit. part. 2. com. 2. pag. 87. vbi refert integram clausulam epistolae S. Leonis Papae, ex qua illud capitulum est desumptum, & cuius apertissimus sensus hic est, ut qui alios potest, non reuocet ab errore in fide, demonstrat, se ipsum errare in eadem fide, & quod possit etiam ipse, ut Haereticus reputari: & quauis reuera id faciat ex affectu alliciente, non autem ex intellectu errante, & ideo verè, & proprie non sit Haereticus; fictione tamen, & praesumptione iuris Haereticus est, ut loquitur Pegna in Direct. part. 2. com. 2. cit. quia ex Innocentio cap. Error. dist. 83. Error, cui non resistitur, approbatur: & veritas, cum minime defenditur, opprimitur: & negligere de turbare peruersos, cum possit, nihil est aliud, quam fouere: nec caret scrupulo societatis occulta, qui manifeste facinorosi desinit obuiare. Et ex S. Gregorio cap. Consentire. eadem distin. 83. Consentire videtur erranti, qui ad rescindendū, quae debent corrigi, non occurrit. Et ex cap. Praterita. 23. quaest. 8. Non est habendum innocens, qui non compositis delicta, quae potest: & qui non corrigit crimina, quae potest emendare, ipse committit. Qua ergo ratione ex praecipuo diuino, & naturali ipsius fidei, & charitatis tenetur quis non errare, & non demonstrare, quod ipse erret in fide, & ab huiusmodi errore tenetur reuocare, quantum potest, etiam alios; eadem ratione etiam tenetur Haereticos propalare, & deferre ad Iudicem, cum hoc ipsum maxime sit illos iurare, ut reuocentur; & alios prohibere, ne similiter errent: ad quod vnusquisque est obligatio ex praecipuo diuino naturali ipsius charitatis.

Atque ad hanc obligationem corroborandam Gregorius IX. Extram. Excommunicationum. quae inter Litteras apostolicas pro officio sanctae Inquisitionis habetur in Director. Inquisitorum post 3. part. pag. 3. hoc idem praecipit sub poena excommunicationis ferendae sententiae in haec verba: Item, si quis

11. Obligatio denunciandi, vel accusandi Haereticos maxime ex iure diuino naturali.

13. Ex obiecto Inquisitionis sumptum denunciandi etiam diffamati, aut suspecti de haeresi.

14. Ex omissione denunciandi Haereticum, potest quis haberi ut fautor Haereticorum.

12. Et ex iure ecclesiastico.

si quis Haereticos scierit, vel aliquos occulte conuenticula celebrantes, seu à communi conversatione fidelium vitae, & moribus dissidentes, eos studeat indicare Confessori suo, vel alij, per quem credat ad Praelati sui notitiam peruenire, & aliqui excommunicationis sententia percellatur. Cuius decreti meminit Pegna in Director. part. 2. com. 2. pag. 89. col. 1. dicitur breuiter, & com. 78. verum Tenentur autem pag. 373. col. 2. eoque asserit obligari omnes Christianos sub poena excommunicationis, ut Haereticos denuncient. Et iisdem planè verbis, & sub eadem poena excommunicationis ferendae idem praecipit Innoc. IV. de anno 1254. Extrava. Nouerit Vniuersitas, quae in ter Bullas citatas Inquisitorum habetur pag. 17.

Et iterum Nicolaus IV. de anno 1280. similiter sub iisdem verbis, Extrava. quae similiter incipit, Nouerit Vniuersitas. & habetur inter Bullas cit. pag. 52. Et idem vbiq; praecipunt Inquisitores per sua edicta particularia sub poena excommunicationis latae sententiae, non solum pro reuelandis Haereticis; sed etiam pro reuelandis dissimulatis, aut suspectis de haeresi, ut patet ex formulis huiusmodi edictorum, quae ponuntur in Directorio, part. 3. n. 52. & 53. pag. 408. & explicantur à Pegna ibidem, com. 12. & specialiter de anno 1623. lib. die 3. Ianuarii, sic praecipit sacra Congregatio Cardinalium, & excommunicationem reseruauit sibi, aut Papae, ut refert Bonac. disp. 6. punto 2. n. 12. rom. 1. Vnde, quauis fortasse, quantum est ex obligatione charitatis, aut iustitiae legalis erga bonum publicum, possint aliqui excusari à denunciatione Haereticis; si, nimirum, illius haeresis sit valde occulta, & non sit valde noxia Reipublicae, ut notat Sanchez lib. 6. conf. cap. 2. dub. 9. n. 8. quantum est tamen ex Bullis pontificiis, & ex edictis Inquisitorum, nullus potest excusari, cum generaliter omnes obligent, qui scierint, aliquos esse Haereticos, aut diffamatos, vel suspectos de haeresi.

Et magis in specie pro denunciandis Religiosis, qui sunt suspecti de haeresi, facit Constitutio Pauli V. Romanus Pontifex, de anno 1606. vbi non solum reuocat omnes facultates concessas Superioribus quoruncunque Ordinum, cognoscendi causas suorum subditorum, pertinentes ad officium sanctae Inquisitionis, sed etiam expresse mandat, ut ipsi Religiosi possint, & debeant liberè denunciare Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus omnes etiam Professores Ordinum regularium suspectos de haeresi: & praterea, ut ipsi Generales, Superiores, & Praelati similiter denuncient iisdem Inquisitoribus, aut Ordinariis locorum vicinioribus omnes Professores, Fratres, aut Religiosos, quos etiam in visitationibus repererint infectos lae haeresis, vel de illa suspectos, absque eo, quod de hoc faciant consultationem cum aliis Superioribus, & sub poena priuationis officiorum, & dignitatum, & vocis aeternae, & passuar, & perpetuae inhabilitatis ipso facto incurrendae, & sub censuris, & poenis contra fautores Haereticorum similiter incurrendis ipso facto, & sub poena excommunicationis latae sententiae, à qua non possint absolui, nisi à Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo.

Et ex hoc, quod dicuntur Religiosi ex omissione denunciationis specialiter incurtere poenas statutas in iure contra fautores Haereticorum, aperte colligitur esse valde rationale id, quod addit Pegna vniuersaliter pro omnibus com. 78. cit. verum Praesertim, tam magistratum gerentes, ex omissione denunciationis posse aliquem etiam esse fautorem Haereticorum, & incidere in poenas fautorum; quauis in hac re non sit temerè procedendum, nisi aliqui specialiter, & Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

expresse definiatur in iure pro aliquo casu, ut contingit in Bulla citata Pauli V. pro Religiosis, aut Superioribus non denunciantibus: sed bene sint expendendae circumstantiae, ut indubietur, utrum quis ex effectu fauendi Haereticis in causa haeresis, an verò ex aliquo alio affectu omittat denunciat: si enim vxor, v. g. videat maritum diebus prohibitis vesci carnibus, & liberè committere alia huiusmodi haereticalia, eumque omittat denunciat, quia nouit eum esse terribilè, sibi que timet, ne ab illo occidatur, aut malè tractetur, non erit ex tali omissione damnanda, ut fautor Haereticus, cum ex circumstantiis satis sit clarum, ex quo affectu omittat, id est, ex metu non autem ex affectu ad haereticum, aut contra fidem.

Et eadem circumstantiae sunt bene considerandae, ut iudicetur, utrum quis ex omissione denunciandi, sit habendus ut suspectus de haeresi, ut contendit Alphonsus à Castro lib. 2. de iusta Haeret. vniuers. cap. 25. fieri enim potest, ut causa, & motiua, ex quibus, hic, aut ille omittit denunciare, sint tam clara, ut non admittant suspicionem de haeresi, ut notat Suar. disp. 20. sect. 4. cit. num. 28. Et in tali casu, qui omittit indebitè, & sine rationabili causa, quauis non sit puniendus, ut suspectus de haeresi; non est tamen negandum, quod incurrat excommunicationem latam ab Inquisitoribus; & quod possit puniri aliis poenis eorumdem arbitrio, ut idem subdit. Et quod diximus paulò ante, num. 11. ex cap. Error. dist. 83. & ex aliis, quod non resistere errori, & haeresi, sit illam approbare ex iuris fictione, & interpretatione; ac proinde quod possit ex eadem fictione dici Haereticus, qui Haereticum non denunciatur, quemadmodum non probat, quod sit reuera Haereticus, & verè incurrat poenam Haereticorum; ita nec probat, quod verè, & necessariò sit suspectus de haeresi, & quod sit puniendus, ut verè talis; sed solum probat, quod possit indefinitè, & aliquando praesumpti suspicio ex non denunciatione, id est, tunc saltem, quando aliunde nihil apparet quod suspicionem impediatur, aut euacuet.

Neque solum est denunciandus Haereticus, quando est publicus, id est, notorius, aut manifestus; sed etiam, quando est occultus, eiusque haeresis est nota tantum aliquibus, verbi gratia, tantum duobus, per quos dicitur esse probabilis in iudicio; vel etiam quando est nota tantum vni, id est, ipsi denuncianti: nam, quauis in iure proprie, & strictè dicatur occultum, quod in iudicio probari non potest, & communiter quod est huiusmodi, non puniatur à Iudice, sed relinquatur puniendum à Deo, ut supra diximus disp. 50. n. 6. in haeresi tamen ob specialem illius enormitatem non sic proceditur; sed semper est deferenda eo modo, quo potest quauis communiter sit occulta, & vni tantum sit cognita, id est, ipsi denuncianti: ita enim postulat humana charitas, tam erga ipsum Haereticum occultè peccantem, ut efficaciter corrigatur, quam erga alios, ne secreto illius veneno inficiantur, & spiritualiter corumpantur: nam eo ipso, quod certo intelligit, esse se deferendum ad Iudicem per quencumque; quauis sit vnicus, & singularis, qui habeat notitiam haeresis; minus illam communicabit cum aliis; & alij erunt magis tati; & Iudex ab vno admonitus, maiori diligentia per se, vel per alium obseruabit illius actiones, & facile deprehendet aliquid aliud, quod faciat ad probationem delicti, cum Haeretici communiter facile prodant conceptam haereticam signis, aut verbis, & difficillimè diu illam retineant intra mentem; & quod vni fidunt latenter, & sub secreto, facile fidant sub eodem secreto etiam alteris; & huic maxime studeant, ut abducant discipulos post se, ut dicitur Act. 20. E.

15. Et ut suspectus de haeresi.

16. Haereticus etiam occultus, & vnus tantum cognitus, est denunciandus.

17. Haereticus non est damnandus à Iudice ex testibus singularibus.

in tali casu, si uterque denunciaret, habebit Iudex pro eodem crimine duos testes singulares : & quantum illis non possit reum damnare ; potest tamen contra illum procedere, ut notat Suar. disp. 20. sect. 4. n. 9. & purgationem canonicam illi induere, si dicta testium sint cum infamia de eodem crimine, vel saltem potest indicere abiurationem ratione vehementis suspitionis, quae semper confurgit ex dictis testium, ut notat Directorium Inquisitorum part. 3. quest. 72. Pegna ibidem, com. 121. pag. 616. Et haec etiam indictio purgationis, aut abiurationis est satis remedium pro ipso Haeretico, ut corrigatur ; & recte potest Praelatus, aut Iudex ex tali denunciatione duorum, ad illam procedere, cum revera qui sic denunciant, non sint accusatores, neque faciant se partem in iudicio ; sed possunt, ac debeant haberi ut testes, iuxta cap. In omni negotio. ex. de testibus, & partes accusatoris assumat ipse procurator fiscalis, ut supra diximus, & notat Felin. P. norm. & alij in cap. cit. In omni negotio, Simanchas de cathol. instr. tit. 19. n. 17. Suar. sect. 4. n. 9. cit. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 19. quest. 9. in fine. Et hoc totum etiam inuabit ad praeservationem eorum, cum quibus Haereticus occulte communicat suam haeresim : nam sine dubio, si ad Iudicem illam deferret, non intrem illam imbibent, nec sine altius illam infigi in suis animis, dum foras eiciunt virus.

18. Ad eandem obligationem denunciandi Haereticum, etiam occultum, & secretè communicantem suam haeresim, eamque alteri proponentem, & suadentem, facit ex lege veteri id, quod habetur Deuteronomio 13. de eo, qui proponit, & secretè suadet idololatriam : Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filium matris tuae, filium tuum, vel filiam, sine uxore, quae est in sinu tuo, aut amicum, quem diligis, ut animam tuam, clam dicens : Eamus, & seruiamus Diis alienis, ne acquiescas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, ut miserearis, & occultes eum ; sed statim interficiet. deferendo, nimirum, ad Iudicem, ut eum puniat, & interficiendum decernat. Eadem autem est ratio in lege noua etiam de haeresi, quae similiter est recessus à fide Dei, & fidelibus est maximè noxia ; & ideo Haereticus, clam illam proponens, & suadens, non modò non est audiendus ; sed neque est illi parcendum, ut eius misericordiam, & occultemus ; sed statim est deferendus ad Iudicem, etiam ut puniat, & interficiat : nam, ut habet Sanctus Ambrosius lib. 2. Offic. cap. 24. dissimulare in causa Dei, & ubi communitatis periculum est, est non leue peccatum ; & ex S. Leone serm. 4. de collettis, in fine, Haereticus vbicunque latentes Presbyteri sunt denunciandi ; & magna est pietas, eorum prodere latebras ; & cauendi sunt, ne alicui noceant, & prodendi, ne in aliqua ciuitatis parte consistant ; & ut addit in Sermon. 5. de ieiunio septimi mensis, circa finem, qui putant Haereticos non esse prodendos, in iudicio Christi erunt rei de silentio, etiam si non contaminentur assensu.

Et hoc idem ; quod Haereticus etiam occulti sint denunciandi, & deferendi ad Iudicem, propter periculum, quod maximè probabiliter imminet alijs, & ut efficaciter corrigantur etiam ipsi, docent Sanctus Thomas 2. 2. quest. 33. art. 7. Caiet. ibidem, Sotus lib. 5. de instr. qu. 5. art. 1. & in relect. de legendo, & de regendo secreto, membro 2. quest. 5. Castr. lib. 2. de iusta Haereticorum punitione, cap. 25. Bannes 2. 2. quest. 11. art. 4. versus finem, S. Respondetur ad hoc, & quest. 33. art. 8. dub. 2. §. Ad 4. argumentum, Valen. 2. 2. disp. 3. qu. 10. punct. 5. §. Atque huiusmodi, col. 702. in fine. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 19. quest. 9. col. 999. Martinus

Obligatio denunciandi Haereticum occultum, probatur ex Scriptura.

Delrius in disquisi. magicis lib. 5. art. 4. n. 6. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 32. n. 47. in fine, Tol. lib. 4. cap. 5. n. 1. Suar. de fide, disp. 20. sect. 4. n. 7. Pegna in Direct. part. 2. com. 2. §. Quod si queratur, pag. 89. col. 1. in fine, & com. 18. pag. 122. col. 3. §. His passim, Layman. lib. 3. tract. 3. par. 2. cap. 4. n. 3. pag. 251. Auila de censur. par. 2. cap. 5. disp. 4. dub. 3. pag. 75. Farinac. de heresi, quest. 197. §. 2. Bonac. disputat. 6. de obligat. denunciandi, puncto 2. n. 1. tom. 1. pag. 771. Reginal. in pract. n. 52. & omnes communiter, praeter Ioan. Andr. in cap. Nonit. de iudic. Decianum in tractatibus criminalibus, lib. 5. cap. 30. n. 4. & ynum, aut alterum apud Suar. sect. 4. cit. n. 6. & apud Bonac. §. 2. cit. n. 2. qui asserunt, occultum Haereticum non esse deferendum ad Iudicem ; sed secretè, & fratrem, corrigendum ; quod tamen quam sit improbabile, satis patet ex dictis ; neque est, quod plurius repellatur.

Debet verò haec omnia intelligi de vero Haeretico, id est, de illo, qui habet assensum contrarium fidei, & est obstinatus, & pertinax, neque vult acquiescere auctoritati Ecclesiae, ut supra explicauimus ; non autem de illo, qui solum profert propositionem haereticam, & est aliqui vir simplex ; & pius, & rationabiliter creditur eam profere potius ex ignorantia, quam ex malitia, & facile esse cessurus, & assensus dicto Ecclesiae, si moneatur : ut enim notat Cast. lib. 2. de iusta Haeret. punitione, cap. 25. cit. & Pegna in Direct. part. 2. com. 18. §. In hac lite, pag. 122. qui est huiusmodi, non statim est deferendus ad Iudicem ; sed prius est fratrem monendus ; & si fuerit pertinax, & monitioni non cesserit, tunc est deferendus ; quia tunc constat, quod sit verè Haereticus, & quod indigeat remedijs efficacioribus, tam ut ipse respiciat, quam ut alios non seducat.

Neque in casu denunciationis est multum cedendum de praemittenda correctione fraterna ; sed haec communiter licet potest, imò & debet omitti, ut communiter docent Doctores apud Suar. disp. 20. sect. 4. cit. num. 11. & apud Sanchez lib. 6. consil. cap. 2. dub. 5. num. 2. & apud Azor. part. 1. lib. 8. cap. 19. quest. 9. & apud Pegnam in Direct. part. 2. com. 2. §. Quod si queratur, pag. 89. & com. 18. §. Verum, pag. 122. Et per edicta sic etiam praecipunt passim Inquisitores : eaque edicta ex Suario ibidem perpetuò durant, cum non ferantur nisi auctoritate Papae, & procedant per modum legis à Tribunali, quod est perpetuum ; & ideo non sint reputanda, ut praeccepta solum ab homine, sicut communiter sunt alia edicta, quae expirant morte edicentis, vel cessatione officij.

Et iure optimo per huiusmodi edicta praecipitur fieri denunciatio, ommissa correctione, & admonitione secreta : quia haec ex obligatione praeccepti tunc solum est praemittenda, quando intenditur solum bonum priuatum, id est, emendatio delinquentis, ut contingit in denunciatione paterna, & euangelica ; non autem si intendatur punitio, & bonum publicum, ut contingit in denunciatione iudiciali, ut notat Suarius n. 15. & Azorius quest. 9. citata. Unde, etiam si certo sciatur, quod Haereticus, verbi gratia, iam resipuit, & ad meliorem fugem iam se recepit ; adhuc tamen potest, ac debet denunciari iudicialiter, ut condignè puniatur in alio exemplum, ac bonum, ut subdunt ibid. Azor. & Suar. disp. 20. sect. 4. cit. n. 12. & 13. Simanchas, & alij apud ipsum : Valen. 2. 2. disp. 3. qu. 10. puncto 5. §. 1. casu 4. Farin. de heresi, qu. 197. §. 2. n. 52. Raynaudus de monit. part. 1. cap. 3. questio 9. §. At addebam, pag. 186.

19. Qui profert haeresim, sed in illa non est pertinax, non est necessario denunciandum.

20. Correctio fraterna non est necessario praemittenda ante denunciationem Haeretic.

21. Edicta Inquisitorum de Haereticis denunciandis, durant perpetuò per modum legis.

22. Haereticus est denunciandus, etiam si se emendauerit.

Et

Et quemadmodum in alijs criminibus, & censuris iam absolutus a Confessario in foro sacramentali, & iam emendatus à penitente per secretam declarationem, & satisfactionem, adhuc potest, ac debet Iudex admittere accusationem, aut iudicalem denunciationem ; & procedere ad sententiam, & ad punitionem, & satisfactionem publicam ; & alioqui vergeret in praedictum externae disciplinae, ecclesiasticae, aut ciuilibus, si Praelatus, aut Iudex teneretur stare emendationi priuatae, ut notant Suar. de censur. disp. 7. sect. 5. num. 30. & como 4. de regul. ar. lib. 9. cap. 2. num. 34. pag. 683. Sanchez lib. 6. in Decal. c. 17. n. 43. & alij : ita & in crimine haeresis non est habenda ratio emendationis priuatae ; sed est adhuc denunciandum, & deferendum ad Iudicem, ut satis prospiciatur publicae indemitati, & securitati fidelium ; itaque est verum, siue emendatio solum fuerit quasi in foro Dei per Confessionem, & abolitionem sacramentalem, ut vult Felin. ad cap. Testimonium, de testib. vel etiam per confessionem iubilati, ut vult Marc. Anton. Genua in pract. cap. 18. num. 6. siue etiam fuerit confirmata quasi in foro Ecclesiae per multum tempus, quo vitata fuit continuata more catholico, ut vult Raynaudus de monitionis, part. 1. cap. 3. questio 9. pag. 185. in fine. Unde, quantum Sotus lib. 5. de instr. quest. 5. artic. 1. §. Et hinc sumenda est regula, pag. 412. col. 2. in fine. Sayr. lib. 1. 2. Clau. eg. cap. 14. n. 23. & 24. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 18. num. 4. n. & lib. 6. consil. cap. 2. dub. 5. num. 2. Bonac. disp. de denunciat. punct. 1. §. 8. num. 1. & alij apud Suar. sect. 4. num. 13. cit. generaliter asserunt, quod quando crimina iam sunt emendata, nemo tenetur illa denunciare, aut accusare, cuiuscumque sint generis ; multò tamen est probabilius oppositum, saltem in crimine haeresis, cum emendatio Haereticus nunquam possit esse certa sufficienter, neque sufficienter prospiciat, & prouideat periculis, & malis publicis : siquidem ad vitandam denunciationem, & punitionem, facile potest simulare se emendatum, cum verè non sit, & facile potest induxisse in haerem plures alios ; & fortasse etiam ipse esse inductus ab alijs, qui tamen omnes indigent efficaciore remedio, illudque adhiberi non potest sine denunciatione ; & Ecclesia recte potest sibi reservare iudicium de emendatione ab haeresi : & hoc ipsum etiam solum maximè potest continere fideles, ne labantur in haerem ; vel saltem ne illam fidant, & communicent alijs, si certe intelligant esse se semper denunciandos, etiam post resipiscentiam, & emendationem. Et ideo valde rationabiliter potest denunciatio esse in praeccepto, etiam post emendationem, ut concludit ibi Suarius : & absolute non potest esse nisi utilis Haeretico emendato, ne iterum relabatur ; quod facile potest, ac solet contingere. Si autem emendatione Haereticus iam secuta, & sine secreta admonitionis iam obento, adhuc denunciatio est facienda, pro punitione condigna, & pro bono aliorum ; potiori ratione adhuc potest esse facienda, quando illa non dum est secuta ; sed solum speratur esse securata per correctionem secretam : nam similiter etiam haec spes non potest esse certa sufficienter, neque sufficienter prospicit bono communi, cum Haereticus secretè admonitus facile possit simulare emendationem, & tam ipse perdurare possit in haeresi, quam alij in periculo haeresis, ut iam diximus.

Quod si dicas, esse quidem hos duos fines inter se diuersos, id est, priuatam emendationem, & bonum Haereticus, qui est finis correctionis fratrum Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

nae, & secretae admonitionis ; & punitionem, & bonum publicum, qui est finis denunciationis iudicialis ; utrunque tamen esse in praeccepto, & quantum potest, utrunque esse procurandum ; & ideo semper esse praemittendam secretam correctionem, ut procuretur priuata emendatio ; & postea esse faciendam denunciationem iudicalem, ut procuretur punitio publica ; quod etiam generaliter praecipitur ex Concilio Lateranensi sub Innoc. III. Quatuor, & quando. 2. de accus. circa fin. ubi dicitur, quod denunciationem debet praecedere charitativa monitio, sicut accusationem praecedit inscriptio, & inquisitionem clamosa insinatio : Respondeo, rem ita esse, per se loquendo ; ex accidente tamen, sicut contingit in pluribus alijs praecceptis, ut aliquando obseruatio vnus impediatur per obseruationem alterius, neque possit obseruari simul utrunque ; ut, v. g. praecceptum de audiendo Sacro, & praecceptum de assistendo agroteo ; & in tali casu illud est obseruandum, quod est maioris momenti : ita & contingit communiter pro casu haeresis in his duobus praecceptis de procuranda emendatione Haereticus per secretam admonitionem ; & de procuranda aliorum securitate, & bono communi per iudicalem denunciationem, & per punitionem : nam admonitio secreta, moraliter loquendo, parum potest prodesse ad emendationem priuatam ; & potest multum obesse ad punitionem, & bonum publicum : siquidem is, qui nihil facit auctoritatem totius Ecclesiae, & contra illam est pertinax in sua haeresi, sine dubio non potest sperari, quod magni faciat auctoritatem huius, aut illius priuati secretò monentis, & corrigentis ; sed persistendo interius in suo errore, facile simulabit exterius emendationem ; & cautiùs ager, ne prodatur Inquisitoribus ; imò & fuga sibi consulat, ne veniat in illorum manus ; atque ita fideles semper manebunt in eodem periculo, ne ab illo inficiantur, & ne haeresis serpat, ut cancer, etiam ad ipsos. Ut ergo vitentur haec incommoda, quae sequuntur ex monitione secreta, contra securitatem aliorum fidelium, & contra bonum publicum, sine spe emendationis, & boni priuati ipsius Haereticus, non modò licite potest omitti dicta monitio ; sed etiam debet, & recte Inquisitores absolute praecipunt fieri denunciationem Haereticus, & recte Ecclesia sibi reservat etiam negotium priuatae emendationis, quam multò certius, & multò vtilius, & securius potest procurare per Inquisitores, & per Praelatos, quam possit per seipsum quicumque priuatus, etiam doctissimus, & prudentissimus, ut notat Bannes 2. 2. q. 11. art. 4. §. Respondetur ad hoc, & q. 3. art. 8. dub. 2. in responsione ad 4. & Suar. disp. 20. sect. 4. num. 12.

Neque facit in contrarium, quod praecceptum correctionis fraternalis sit naturale ex naturali charitate, quae ad omnes debetur ; & ideo non possit Ecclesia ab illo eximere, sicut nec potest eximere a praeccepto, & obligatione diligendi proximum, eisque bene faciendi, quando potest illi bene fieri, & ipse indiget. Contra enim est : quia, cum sit praecceptum affirmatiuum, non obligat ad semper ; sed solum in casu, quo proximus indigeat, & possit emendari per correctionem fraternam cuiusque priuati : sicut & praecceptum de elemosyna temporali solum obligat, quando proximus indiget, & potest subleuari à sua miseria temporali per hunc, aut illum : Haereticus autem communiter non indiget, neque potest emendari per correctionem cuiusque priuati, cum praesertim sit ipsa Ecclesia per Inquisitores, & Praelatos, quae efficacius, & vtilius emendabit ; & omnis priuatus, ne probabiliter quidem, id possit sperare, aut credere per suam admonitionem, A A 3 tionem,

23. Praecceptum de correctione fraterna quando obliget.

tionem, aut correctionem secretam, vt iam diximus. Imò, si ex circumstantiis aliquando spem aliquam haberet, quòd esset profutura lua correctio, adhuc non teneretur illam præmittere: quia leges, & edita Inquisitorum absolutè, & vniuersaliter id prohibent, sibi que reseruant emendationem hæresis, vt diximus; & certum est, quòd cessante sine legis in aliquo particulari, non propterea cessat lex.

Quod verò asserit S. Thomas 2. 2. *quest. 33. artic. 7.* etiam in crimine hæresis præmitti debere correctionem fraternam, quando quis firmiter æstimat, quòd per secretam admonitionem possunt impediri omnia mala, quæ aliis imminenti: quod idem ex eodem S. Thoma etiam asserunt plures alij, vt Caietanus, Sorus, & Castrus *loc. cit.* Nauar. *in Man. cap. 18. num. 56.* Sanchez *lib. 6. consil. cap. 2. dub. 5. num. 6.* & *dub. 14. num. 7.* solum est verum, per se loquendo, & spectato tantummodo sine correctionis fraternæ, & denunciationis euangelicæ, aut paternæ, qui est priuata emendatio fratris peccantis, vt notat Suar. *disp. 20. sect. 4. cit. n. 11.* Et ad id explicandum, & confirmandum, apertissimum est exemplum, quod *ibi* subdit S. Thom. de Medico corporali, qui confert sanitatem sine alicuius membri abscissione, quando sic potest illam conferre; & membrum minus necessarium tunc solum abscindit, quando aliter non potest vitam tueri: & ex hoc exemplo optimè inferit, quòd etiam Medicus spiritualis, & qui studet spirituali emendationi fratris, sic debet illum emendare quoad conscientiam, vt non faciat illi iacturam famæ per denunciationem euangelicam, dicendo, & manifestando Ecclesiæ, & Prælati illius crimen; & quòd tunc solum negligere debet dispendium famæ, quando aliter non potest sanare illius conscientiam, quæ pluris est facienda, quam fama. At verò ex accidente, & stante periculo aliorum, & præcepto ecclesiastico de attendendo sine denunciationis iudicialis, & de toto negotio priuata emendationis relinquendo Inquisitoribus, & Prælati, non potest id esse verum, neque in tali casu id asserit S. Thomas.

Et quod sæpius repetunt sacri Canones, delicta occulta diuino iudicio esse reseruanda, c. *Si omnia. 6. qu. 1.* & de occultis non esse faciendam inquisitionem, c. *Qualiter. 6. quando. 1. de accusat.* similiter intelligitur de omnino occultis, & de quibus non potest haberi noticia, non solum ad puniendum, sed neque etiam ad inquirendum; qualis tamen non est hæresis, quando est vni cognita, & ex indicij potest probari, quantum est satis ad indicendam Hæretico purgationem canonicam, vel aburationem; vel saltem quantum est satis, vt possit Iudex ecclesiasticus cauere aliis, ne inficiantur, & corrumpantur illius veneno: & si præterea non possit pertinere ad eam noticiam, & probationem delicti, quæ sufficiat ad condemnationem, & punitionem, rectè dicuntur illud relinquere, ac reseruare iudicio Dei, dum ipse abstinet à punitione.

Et denique quod habetur Clem. *Notentes. de Hæret. ex Concilio Viennenfi*, quòd Notarij, & Officiales sanctæ Inquisitionis, vel socij Inquisitorum, qui nouerint secretò, ipsos Inquisitores, aut Commissarios delinquere in causis fidei, debeant illos arguere in secreto; non facit ad præfens negotium (sic vt aliqui contendunt) de occulto Hæretico denunciando: siquidem *ibi* non est sermo, quòd delinquant in fide, & labantur in hæresim, in quo casu essent denunciandi etiam ipsi: sed de aliis delictis, vt, v. g. quòd indebitè pecunias extorqueant; quòd confitent bona Ecclesiæ pro criminibus Clericorum, &c. & rectè dicuntur pro his criminibus secre-

tò cognitis, esse secretò eorripiendi: quia non sunt eiusdem enormitatis, & eiusdem periculi, cuius est hæresis, vt notat Suar. *disp. 20. sect. 4. cit. n. 15. in fin.* vt propterea statim debeant denunciari, & deferri ad Iudicem.

Neque potest quis excusari ab huiusmodi denunciatione Hæretici per quodcumque secretum naturale, sub quo forte sit illi communicatum delictum; quia bonum spirituale ipsius Hæretici, & aliorum fidelium, ad quod ordinatur denuntiatio, sine euangelica, siue iudicialis, est maioris momenti, quam bonum particulare, & temporale eiusdem Hæretici, ad quod ordinatur secretum, & idè est præferendum; & obligatio ex charitate diuina, & naturali, & ex præcepto positio ecclesiastico, quod est, vt supra diximus, de hæresi statim denuncianda, non potest tolli per conuentionem priuata, quæ est inter committentem secretum, & inter acceptantem, vt inde immediatè, & proximè oriatur obligatio illud seruandi; & qui propter fidem secreti omitteret denunciare, frangeret fidem fortis debitam Superiori id præcipienti, & naturæ, & Deo, vt videre est apud S. Thom. 2. 2. *qu. 70. art. 1. ad 2.* & apud Suar. *disp. 20. sect. 4. n. 17.* quod idem ex communi sententia docet Sayr. *lib. 1. 2. Clau. reg. c. 14. n. 29.* & Bonac. *disp. 6. punct. 1.* & Sanch. *lib. 6. conf. c. 3. dub. 20. n. 1.* etiam in casu, quo secretum fuerit commissum occasione consilij, vel remedij postulati ab aliquo pro anima, vel pro corpore, dummodo non sit postulatum in Confessione sacramentali, vt dicemus.

Et rectè id ampliatur ad secretum etiam iuratum, vt notat Sylu. *verb. Denunciatio. in fin. Simanc. tit. 19. n. 19.* Pegn. *in Direct. p. 2. com. 18. Farinac. de hæres. q. 197. §. 2. n. 50.* Suar. *sect. 4. n. 17. cit.* & alij apud ipsum: quia iuramentum de re illicita nõ ligat; & semper quando aliquid iuratur per iuramentum promissorium, subintelligitur saltem tacitè, dummodo res sit licita; & Deus, vel Superior aliter non præcipiat; & ex Pegna *ibid.* idem est etiam de voto, si quis fortè ex voto se obliget ad non denunciandum, cum etiam votum de re illicita, & contra præceptum naturale, aut positiuum, sit planè nullum.

Et ad hoc secretum naturale etiam reducitur secretum confessionis non verè, sed tantum verbalis, secundum quam frequenter accidit, vt quis pro maiori, & ærctiori vinculo, & obligatione secreti expressè profiteatur, se aliquid dicere in confessione; & ore tenus etiam addat: *Confiteor Deo, & tibi, &c.* vt enim notat Caiet. 2. 2. *q. 70. art. 1. §. 1. in respon. ad 3.* Sanch. *lib. 3. de marr. disp. 13. n. 7.* Suar. *tom. 4. de penit. disp. 33. sect. 2. n. 2.* & *disp. 20. de fide, sect. 4. n. 17.* id non excedit obligationem secreti naturalis, neque potest ex quacumque intentione committentis, & acceptantis secretum fieri sacramentale; sicut neque confessio, quæ fit à penitente, non propter absolutionem, neque in ordine ad illam, est sacramentalis ex quacumque ignorantia, aut errore, & ex quacumque alia intentione fiat: quidquid in contrarium dicant Adrian. *q. ult. de confess.* Nauar. *in Man. c. 8. n. 7.* & Palud. *in 4. diff. 21. q. 3. art. 1. concl. 3.* & alij alij, qui asserunt, eum, qui acceptat secretum sub sigillo Confessionis sacramentalis, ad illud teneri, non ex vi Sacramenti, sed ex vi suæ promissionis; contra quos pluribus agitur in materia de penitentia.

Si tamen Confessio esset verè sacramentalis, vel saltem à penitente fieret, tanquam sacramentalis, & in ordine ad absolutionem sacramentalem; obligatio secreti, quæ ex illa confurgeret, omnino excusaret ab obligatione denunciandi, vt patet ex S. Thoma 2. 2. *q. 70. art. 1. ad 2.* Simanc. *tit. 19. n. 19.* Pegna

24. Obligatio denunciandi est implenda, nisi obstante quocumque secreto naturali.

25. Etiam firmato per iuramentum, quod per votum.

26. Et ad secretum naturale reducitur, si quis verbaliter profiteatur, se aliquid dicere in confessione, vel sub sigillo confessionis.

27. Secus verò est de secreto confessionis sacramentali, si verò.

Regna in Direct. part. 2. com. 18. Farinac. *de hæres. quest. 197. §. 2. n. 46.* Suar. *de penit. disp. 33. sect. 1. §. 2.* & *disp. 20. de fide, sect. 4. n. 16.* & aliis communiter apud ipsum: quia secretum, aut sigillum Confessionis sacramentalis est de rare diuino, & ordinis longè superioris; quam obligatio, aut præceptum quodcumque humanum; & Confessarius ea, quæ notuit in Confessione, non nouit vt homo; sed vt Dei Minister, vt loquitur S. Thomas *locu citato*: & idè ea notitia non debet vt ad ministeria humana; & in iis, quæ præstat, vt homo, qualis est etiam denunciatio Hæretici, aut cuiuscumque alterius criminosi. Nec contrarium est admittendum, etiam vt probabile, quanuis de illo dubitet Altiusdorens. *lib. 4. Summa, tract. 6. cap. 3.* & positio illud admittat aliqui ex Canonicis apud Archidiaconum *in cap. Sacerdos. n. 2. §. 3. de penitentia, dist. 6.* & apud Couar. *in 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 12. n. 9.* & apud Theophilum Raynaudum *de monitijs, part. 1. cap. 3. questio 4. pag. 166. versus finem*, & apud Suar. *disp. 20. de fide, sect. 4. n. 16. cit.* cum quibus aliquo modo videtur sentire etiam Archidiacon. *ibidem*; cum huiusmodi Canonistas non aliter reiciat, nisi dicendo, lutius esse oppositum. Contrà enim est: quia, cum id sit contra communem sententiam Theologorum, & contra communem sensum, & vsum Ecclesiæ; & sit valdè iniuriosum Sacramento, quod fidelibus sine strictissima obligatione secreti facit odiosum; & iisdem fidelibus sit valdè noxium, dum illos auocat à Confessione metu secreti prodendi, & non violabiliter seruandi in omni casu; meritò censeri debet falsum, & erroneum; vt notat *ibi* Suar. & patet ex S. Thoma *in 4. diff. 21. quest. 3. art. 1. questio. 1.* & in *additionibus ad 3. p. quest. 11. art. 1.* Et præterea est temerarium, & scandalosum, cum plane careat sufficienti ratione, & præbeat fidelibus occasione ruinae. Et hoc secretum sacramentale non solum excusat Confessarium ab obligatione denunciandi Hæreticum penitentem, imò & obligat sub grauissimo sacrilegio, & sub poena depositionis, & ignominiosæ peregrinationis per totam vitam, vt non denunciaret, & omnino vt taceat, etiam pro vitando quocumque scandalo, cap. *Sacerdos. de penit. dist. 6.* sed etiam obligat, vt omnino taceat, & non denunciaret complices, si fortè Hæreticus penitens in Confessione illos manifestauit, cum etiam hi, tanquam circumstantia peccati illius, fuerint cogniti, & sint materia secreti, & sigilli, vt subdit Suar. *ibidem*.

Sed bene debet aduerti, vt Confessio sit sacra, & sacramentalis, saltem ex parte, & ex intentione penitentis, sique verè intendat subicere se potestati clauium, & præcepto Ecclesiæ: nam, si Hæreticus accedat ad Confessarium, vt non peniteat de sua heresi, eamque deponat; sed, vt in illam pertrahat Confessarium, eumque peruertat; denunciandus omnino est à Confessario, vt notant Henric. *lib. 3. cap. 21. n. 3.* & Suar. *disp. 20. de fide, sect. 4. n. 17.* quia obligatio ad sigillum non oritur ex quocumque accessu ad Confessarium; sed solum ex illo, qui est subiectio ad potestatem clauium, & ad præceptum Ecclesiæ. Et contrà, si quis accedat animo confitendi, sed inter confitendum admonetur de hæresi, quam fortè non aduertebat, & nolit eam deponere, & idè dimittatur sine absolutione; non est denunciandus, quia confessio fuit ex animo, & induxit obligationem sigilli: & idè est, si Hæreticus ad præceptum Ecclesiæ seruandum sitat se Confessario, eique aperiat suam hæresim, non vt absoluetur, sed ne committat nouum peccatum, non se sistendo semel in anno: similiter enim non est denun-

ciandus, sicut in casu simili de meretrice subdit Henric. *locu cit.* quia hæresim manifestauit, non vt homini; sed vt Ministro Dei, & vt assidenti loco Dei.

Dixi autem, Confessionem debere esse sacram, saltem ex intentione penitentis: quia, si quis laicus fingat se Sacerdotem, & Confessarium, & per fraudem excipiat confessionem alicuius Hæretici, omnino tenetur seruare secretum, vt notant Palud. *in 4. diff. 21. quest. 3. art. 1. conclus. 2.* Sot. *in 4. diff. 18. quest. 4. art. 5. conclus. 4.* Suar. *de penit. disp. 33. sect. 2. n. 3.* & alij, quia obligatio oritur ex Sacramento, in quantum est in fauorem penitentis; & idè oritur non solum ex illa confessione, quæ est sacramentalis perfectè, & completè per adiunctionem verè absolutionis ex parte Sacerdotis, & Confessarij; sed etiam ex illa, quæ est talis, solum inchoatiuè ex parte ipsius penitentis; & fit ab illo bona fide, & ex intentione obtinendæ absolutionis: & talis laicus nouam iniuriam faceret Sacramento, & nouum sacrilegium committeret, si confessionem tali modo exceptam non taceret.

DISPUTATIO LX.

Vtrum coniunctio, etiam maxima, tam corporum, quam animorum, quæ potest haberi cum homine hæretico, & quæcumque dignitas, tam ecclesiastica, quam laicalis, excuset sufficienter ab obligatione denunciandi.

1. Explicatur status questionis, & ratio dubitandi
2. Coniuncti non possunt communiter testimonium ferre contra se inuicem.
3. Hæreticus non tenetur denunciare seipsum.
4. Concilium Biterrense non est vltius auctoritatis, cum fuerit Conciliabulum.
5. Ad famam restitutionem potest aliquando teneri occultus detractor, vt se prodas, & manifestet.
6. Vtrum Hæreticus teneatur denunciare occultos complices suæ hæresis.
7. Secundum aliquos non tenetur, nisi quando interrogatur, vt reus.
8. Reus tenetur, etiam non interrogatus, declarare complices criminis grauius vergentis in damnum commune.
9. Quanuis communiter non sit illi credendum de crimine alieno.
10. Peccat Confessarius, si reum non moneat de tali obligatione, & si absoluat nolentem illam implere, & complices denunciare.
11. Qui sollicitantur ad turpia in Confessione sacramentali, tenentur denunciare sollicitantes; & Confessarij tenentur illos moneat de tali obligatione; & vtraque obligatio est ad mortale.
12. Probabilius est, quòd Hæreticus teneatur denunciare occultos complices suæ hæresis.
13. Qui sollicitantur ad turpia in Confessione sacramentali, tenentur denunciare sollicitantes, etiam si consenserim sollicitationi.
14. Qui denunciatur Hæreticos complices, non est puniendus, si postea ipse ab illis denunciatur.
15. Hæreticus est denunciandus, etiam coniunctissimu ipsi denuncianti.
16. Quanuis aliqui oppositum asserant.
17. Etiam pater tenetur denunciare filium hæreticum, & filius patrem, & uxor virum, & uir uxorem.

- 18. Dummodo alij desint, qui possint, aut velint denunciare.
- 19. Privilegium, ut quis non possit cogi, vel admitti ad testificandum contra alium, solum intelligitur, quando alij non desunt, qui possint, aut velint testificari.
- 20. Etiam filij illegitimi sunt privilegiati, ut non possint cogi, vel admitti ad testificandum contra parentes, & ascendentes.
- 21. Non autem filij spirituales.
- 22. Hæreticus est denunciandus, etiam amicissimus denunciatis, & de illo optime veritas.
- 23. Si alij desint, qui possint, aut velint denunciare.
- 24. A denunciandis Hæreticis non excusatur, vlla dignitas, aut indignitas testium, quando alij desunt.
- 25. Quomodo Inquisitores debeant se gerere cum viris Principibus, & primariis, si sint suspecti de fide.
- 26. Et cum Episcopis, & Prælati superioribus.
- 27. Quis sint viri Principes, & Primarij, cum quibus Inquisitores debent cautiùs agere.
- 28. Quid sit agendum, si Episcopus, aut Prælati hæreticus suam heresim spargat in vulgus, & fugam meditentur.
- 29. Etiam Episcopi, & Prælati hæretici, aut suspecti, sunt denunciandi.
- 30. Etiam Papa esset denunciandus, si esset Hæreticus.
- 31. Quomodo Inquisitores debeant se gerere cum Nunciis, & Officialibus Sedis apostolicæ, si denuncientur de heresi.
- 32. Qui sunt intelligendi per Nuncios, & Officiales Sedis apostolicæ.
- 33. Quid sit agendum cum Nuncio, & Officiali Sedis apostolicæ, si sit Hæreticus, & velit fugere.
- 34. Quid cum ipsis Inquisitoribus, si similiter labantur in heresim.
- 35. Religiosi non sunt exempti à potestate Inquisitorum.
- 36. Et multò minus Sacerdotes, & Clerici.
- 37. Laici communiter sunt infesti Clericis.

1.
Explicatur
status qua-
estioni, & ra-
tio dubitandi.

Ro intelligendo statu quæstionis, supponendum est, coniunctionem primam, & maximam, & quæ sit mensura cæterarum, quæ possunt esse cum homine hæretico, & cum alio quocunque, esse illam, qua quis est coniunctissimus sibi, & à se, vel in se indivisus, & planè idem sibi ipsi; & alias coniunctiones eò esse maiores, aut minores, quò magis, vel minus ad illam accedunt, vel de illa participant, ut patet ex iis, quæ de mensura in vnoquoque genere, dicuntur ab Aristotele 10. *Metaphys. tract. 3. & seqq.* & hac ratione coniunctio filij cum patre, cuius est quasi pars, immediatè ab illo decisa, est maior, quàm coniunctio nepotis cum avo, quæ non est, nisi mediata per intermedium ipsum patrem, & quàm coniunctio plurium filiorum, quæ solum est in aliquo tertio, id est, in ipso patre. Dum ergo querimus, utrùm coniunctio, etiam maxima, cum homine hæretico excuset sufficienter ab illo denunciando, ac deferendo ad Iudices fidei, primò querimus, utrùm ipse Hæreticus teneatur denunciare, ac deferre seipsum; & deinde utrùm filius teneatur denunciare patrem, & pater filium, & avum nepos, & nepotem avus, & vir uxorem, cum qua est vna caro, & vxor virum; & sic de alijs. Et ratio dubitandi est: quia, cum talis denunciatio iudicialis sit ad punitionem, ut supra diximus, omnino videtur contra naturam, & magnam præferre inhumanitatem, ac feritatem, ut sponte quis offerat se, ac suos punitioni, & pœnis maximis, qualis est inter cætera pœna infamiae, & confiscationis honorum, & fortasse etiam pœna capitis, qua

se pessimè plectuntur Hæretici. Neque videtur potestas Superiorum, qui non imperent per tyrannidem, ad hoc se extendere, ut præceptis, ac legibus possit cogere subditos, ad se, vel suos denunciandos ad huiusmodi pœnas.

Certè iura ciuilia non solum repellunt aliquos à ferèdo testimonio pro, vel contra aliquos alios propter defectum ætatis, ut sunt minores, vel propter conditionis vilicatem, ut sunt serui; vel propter delictum, & pœnam delicti, ut sunt pœriti, & infames; sed etiam in fauorem, & privilegium coniunctionis, quæ inter aliquos intercedit, aliquando prohibent, ne cogatur coniuncti testimonium ferre contra coniunctos; ut de iis, qui sunt coniuncti in primo gradu, patet ex *L. Lege Julia, ff. de testib.* vbi cauetur, ne inuito denunciatur, ut testimonium dicat aduersus *focerum, generum, viricum, prinignum, sobrinum, sobrinum, sobrinamve natum, aut eos qui priore gradu sunt.* & aliquando non solum prohibent, ne cogatur coniuncti testimonium ferre contra se inuicem, si forte nolint; sed etiam prohibent, ne admittantur illorum testimonia, si forte velint, aut sponte se offerant, ut de parentibus, & ascendentibus respectu filiorum, & descendentiù, & de filiis, & descendentiù respectu parentum, & ascendentiù patet ex *L. Parentes, C. de testib.* & cap. *Si testes, §. Parentes, & liberi, 4. quest. 3.* & notat Nauar. in *Matru. c. 25. n. 47.* & Sanchez *lib. 6. consil. c. 2. dub. 9. n. 1. pag. 177. & dub. 18. n. 1. pag. 183.* & alij apud ipsum. Et idem est de vxore respectu viri, imò & de libertò respectu domini, qui manumissit, & respectu liberorum eius, & parentum, & vxoris; & contra de patrono, aut patrona respectu liberti; ut idem subdunt, & expressè habetur *L. Lege Julia, citata, & ibi Glossa ff. de testib.* & cap. *Si testes, cit. 4. quest. 3.* in quantum, scilicet, etiam liberti, & patroni sunt valdè coniuncti coniunctione animorum ob libertatem acceptam, & datam. Si verdè ex iuris dispositione coniunctio sanguinis, imò & animi, non modò excusat à testimonio ferendo contra coniunctos; sed etiam ad id inhabilitat, idque est verum, siue testimonium sit ferendum in criminalibus, siue in ciuilibus, ut ex Nauar. notat Sanchez *lib. 6. consil. cap. 2. dub. 9. cit. n. 1. & dub. 18. n. 5.* Auila de *cenfur. part. 2. c. 5. disp. 5. dub. 2. concl. 1.* Raynaudus de *monitorijs, part. 1. cap. 3. questio 12. pag. 211. in iur.* omnino videtur, quòd excusabit à testimonio ferendo, etiam in causa heresis; & per consequens à denunciando Hæretico, saltem valdè coniuncto. Et ratio potest esse: quia, si pater, verbi gratia, denunciaret filium; aut filius patrem ad punitionem; perinde est, ac si denunciaret seipsum, cum puniatio; & malum filij necessariò sit malum ipsius patris, & eò contrà; & reputentur inter se quasi vna persona; & filius sit quasi pars, & quasi membrum ipsius patris, ut patet ex Aristotele *lib. 5. Moral. cap. 6. & lib. 1. magn. Moral. cap. 31.* & sit aliquid illius proprium; quia est ortum ex ipso, sicut & dens, & crinis; imò & sit quasi ipse, *8. Ethic. cap. 12.* Et certissimum est, quòd per huiusmodi denunciationses fererentur in domibus perpetua iurgia, & dissidia; & tolleretur omnino pax, & concordia, imò & amor, & charitas inter eos, qui debent simul conuiuere & tenentur ex instinctu; & impulsu naturæ maximè se se diligere: atque ita nec domus priuata, aut familiaris; nec ipsæ ciuitates, aut Respublicæ possent consistere, quòd certè est maximum inconueniens, & clarè ostendit, quàm sit inconueniens etiam id, ex quo sequitur, id est, obligatio denunciandi iudicialiter ipsos coniunctos.

Sed breuiter certum est primò, quòd coniunctio simpliciter maxima, quam vnusquisque habet ad seipsum,

2.
Ciuiliti non
possunt com-
municare testi-
monium ferre
contra se in-
uicem.

3.
Hæreticus non
tenetur denun-
ciare seipsum.

tenetur denun-
ciare seipsum. di; neque tenetur occultus Hæreticus vilo iure, siue diuino, & naturalis siue ecclesiastico, & positio, denunciare seipsum. Ita Sor. de *rege, secreta, membro 2. quest. 6. & quest. 7. dub. 1. vers. Respondetur ergo.* Corduben. *lib. 1. quest. 43. dub. 2. §. Sed verum prædictum, vers. Contra se autem.* Simanch. de *cathol. instit. r. 9. n. 216. & tit. 4. n. 13.* Sylu. *verb. Correctio, qu. 8.* Sanchez *lib. 6. consil. cap. 3. dub. 28. pag. 220.* Raynaudus de *monitorijs, part. 1. cap. 3. questio 10. pag. 188.* Suar. *disp. 20. de fide, sect. 4. n. 18.* & apud ipsum omnes communiter. Ex iure ciuili facit id, quòd habetur *L. De minore. §. Tormenta autem, ff. de quest.* quòd initium probationum non sit sumendum de domo rei: sumeretur enim sine dubio tota probatio de domo rei, si ipse reus cogeretur se prodere: & *L. Nimis graue. C. de testib.* quòd sit nimis graue, virgere partem ad exhibitionem eorum, per quæ sibi negotium fiat: nam similiter cogeretur reus ad exhibitionem eorum, per quæ sibi negotium fieret, si cogeretur ad manifestationem proprii criminis. Et ex iure canonico facit id, quòd assert Gratianus ad *cap. Quis aliquando de penitentia, dist. 11. ex S. Chrylostom. in Epistolam ad Hebræos: Non dico tibi, ut te prodas in publicum, neque ut te apud alios accuses.* Et ratio est: quia hæc obligatio denunciandi seipsum, neque potest oriri ex iure diuino, & naturali, ex quo oritur obligatio denunciandi alios, ut diximus *disp. præcedente, n. 11.* ad procurandam, scilicet, efficaciter emendationem ipsius Hæretici denunciandi, & ad procurandam securitatem aliorum fidelium, & ad pericula auertenda, ne etiam ipsi trahantur in hæresim: neque potest oriri ex iure ecclesiastico, lato per Bullas Summorum Pontificum, & per edicta Inquisitorum, xè quo similiter est obligatio pro alijs, ut ibi retulimus *n. 12.* nam reuèrà in potestate cuiusque est eui Dei auxilio mutare efficaciter voluerit priorem, & penitere de heresi, & nulli alteri creare periculum, atque ita perfectè implere sine denunciatione totam obligationem iuris diuini, & naturalis, quæ solum est de heresi deponenda, & de alijs in illam non pertrahendis. Et præterea non potest Superior, aut Index ecclesiasticus quicquam præcipere, aut statuere personaliter pro suo foro externo contra illum, cuius delictum in eodem foro est planè occultum, & neque per testes, neque per indicia est saltem semiplenè probatum; ac proinde nec per Bullas, nec per edicta potest obligari occultus Hæreticus, ut se prodatur, cum præsertim omnino excedat potestatem humanam res tam ardua, & tam repugnans naturæ, ut quis sibi ipsi sit causa pœnæ maximæ, & grauissimæ, qualis est pœna Hæreticorum, eumque sibi inferat per denunciationem iudicalem, & publicam. Et si Christus confessionem spontaneam peccatorum, ad vitandam punitionem æternam, & ad recuperandam Dei amicitiam, & statum gratiæ, non præcepit nisi auriculari, & secretissimam; quomodo Pontifices, & Prælati credi possunt præcipere confessionem spontaneam heresis, non ad vitandas, sed ad subeundas pœnas maximas, & grauissimas, quæ sunt finis denunciationis iudicialis?

Non vrget contra hoc id, quòd refert Pegna in *Directorium par. 3. n. 12. §. Magnam veniam, pag. 411.* & Suar. *disp. 20. de fide, sect. 4. n. 18.* ex quodam Concilio Biterrensi *cap. 2.* quòd Inquisitores inter cætera mandare debeant per sua edicta: *Ut qui se, vel alios scierint in crimine labi heretica deliquisse, compareant coram ipsis veritatem dicturi, assignato eis termino competenti, quòd tempus gratiæ appellari solet; intra quem, scilicet, venientes, & penitentes, & de se,*

alique alijs veritatem dicentes, habeant impunitatem moris, immurationis, exilij, & confiscationis honorum.

Primò enim huiusmodi Concilium Biterrense non est magna autoritatis, cum fuerit potius Conciliabulum, & congregatum fauore Comitantiæ à Saturnino Arelateni Episcopo excommunicato, & Hæretico Arriano; & in illo fuerit relegatus S. Hilarius, Pictauiensis Episcopus, ut videre est apud Baronium ad annum Christi 356. n. 105. & seqq. & in notis ad dictum Concilium Biterrense, tom. 1. *Concil. pag. 474.* Deinde, si admittantur Inquisitores ex præscripto illius Concilij edicta conscribere, & inter cætera mandare, ut infra tempus, ac terminum gratiæ Hæretici compareant, &c. verbum mandandi non est accipiendum, aduertit importat obligationem, & provt est idem atque verbum, *præcipio*: sed provt aliquando est idem atque rogare, vel monere, aut hortari: quomodo cap. *Mandasti. 2. quest. 5.* Sixtus III. scribens quibusdam Episcopis orientilibus, & seipsum apud illos purgans, *Mandasti*, inquit, *ut scriberem vobis, qualiter iurgium contra me suscitatum sit, &c. id est, Rogatis, monuistis, hortati estis, ut etiam notauimus, dum ageremus de lege in vniuersum, lib. 5. disp. 21. n. 3.* Atque hoc modo non est sensus, quòd Inquisitores per sua edicta præcipiant, ut qui scierint se, vel alios incidisse in hæresim, compareant, & se, vel alios coram ipsis denunciarent; sed solum quòd moneant, hortentur, & rogent, ut omnes benè vtantur tempore gratiæ ad obtinendam impunitatem, id est, tam illi, qui sunt sibi conscij sui lapsus, quàm alij, qui sunt conscij alieni lapsus, & alijs fortè dederunt consilium, auxilium, aut fauorem; & idèd sunt etiam ipsi fautores Hæreticorum, aut suspecti de heresi, & indigent tempore gratiæ, ut obtineant etiam ipsi impunitatem. Atque hæc explicatio videtur magis ad mentem, & ad propositum, quàm illa Suar. *n. 18. cit.* quòd verbum, *mandantes*, aliter sit accipiendum respectu illorum, qui debent manifestare seiplos, & aliter respectu eorum, qui debent manifestare alios; & quòd respectu horum significet præceptum absolutum, & respectu illorum sit quædam concessio conditionata impunitatis. Contra enim est: quia, tam pro his, quàm pro illis edicta loquuntur de tempore gratiæ; pro quo tamen non est ad propositum obligatio, vel præceptum denunciandi ad punitionem, siue quis debeat denunciare alios, siue seipsum.

Similiter neque vrget cap. *Quidam maligni. 5. quest. 1.* vbi ex S. Gregorio *lib. 5. epistola 30.* sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præcipitur, ut se prodatur, qui noctu, & secretò affixerat libellum famosum contra alium quendam; quòd tamen non esset, nisi ex præcepto, ac lege Superioris posset aliquis obligari, & cogi ad se prodendum. Contra enim est: quia, ut patet ex textu, & notat Sotus in *4. dist. 22. quest. 1. art. 2. concl. 4.* Nauar. ad *cap. Inter verba. concl. 6. coroll. 66. n. 409.* & ex illis Raynaudus de *monitorijs, part. 1. cap. 3. questio 10. §. Secundum, pag. 192.* non præcipit S. Gregorius, ut Author occultus famosi libelli quomodocunque se prodatur; sed vt famam restituat, & declaret esse falsam, quæ scripsit; & nisi hoc faciat, monet, & præcipit ex spiritu Christi, & Dei, ut interim abstineat à perceptione sanctissimæ Eucharistiæ; & nisi abstineat, anathematis vltione vult esse percussus. Id verdè totum non est præcipere præcepto ecclesiastico, & positio humano, de quo loquimur, ut occultus aliquis reus se prodatur ad punitionem, & vt denunciaret denunciatione iudiciali; sed monere obligationis diuinæ, & naturalis, ut qui famam iniuste abstulit, iuste restituat, & quandiu renuit restituere, non audeat accedere ad Eucharistiam;

4.
Concilium
Biterrense vò
est vilius au-
thoritatis, cù
fuerit Conci-
liabulum.

Eucharistiam; & si accesserit, punire accessum per excommunicationem latae sententiae: quod sine dubio est maxime licitum, & longe diversum ab eo, de quo loquimur. Et possumus etiam addere ex Sanchez lib. 6. *consil. cap. 3. dub. 28. n. 4. pag. 210.* quod potest reus aliquando teneri ex alia obligatione, quam ex praeccepto humano, ut se prodatur, si, nimirum, ita postulet restitutio famae, quam ipse iniuste abstulit, & ad quam omittit modo tenetur ex obligatione iustitiae: & quod in hoc tantum casu id praecipit S. Gregorius secreto Authoři libelli famosi; *cap. Quidam maligni. cit.*

5. Ad famam restitutio potest aliquando reperi occulta de re. Foris se prodatur, & manifestat.

6. Ad manifestationem, & prodicionem sui ipsius est maxime affinis manifestatio, & proditio complicis, vel socij, qui forte fuit in crimine haereticis; & est occultus; siue is fuerit in dicto crimine magis principalis, ut, verbi gratia, quia fuit mihi magister in haeresi; siue fuerit minus principalis, ut, verbi gratia, quia contra ego illi fui magister; siue denique nos habuerimus ad crimen aequaliter, & nostrum uterque didicerimus haeresim ab aliquo tertio, vel ex nobis ipsi in illam inciderimus ex propria mentis eversione, eamque postea invicem communicaverimus. Et semper qua ratione non teneor denunciare directe meipsum: ita nec videor posse teneri, ut denunciem complicem, aut socium, cum id sit indirecte, vel consequenter denunciare me: & certissimum sit, quod si denunciem, eum esse Haereticum, verbi gratia, & nihil addam de mea haeresi; addet ille sine dubio interrogatus a Iudice, tanquam reus; & ego ipse efficiam denunciando illum, ut ille denunciet me; & directe, & immediate illum denuncians, indirecte, & consequenter denunciabo meipsum, mihi que indirecte creabo non solum infamiam; sed etiam alias poenas Haereticorum. Et cum ratio ipsa complicis, & socij importet relationem, & socius sit socij socius, & complex sit complicis complex, etiam importat pro utroque simultatem cognitionis, & ut alter sine altero cognosci non possit, ut patet ex Aristotele in *predicam. cap. Ad aliquod.*

7. Secundum aliquos non tenetur, nisi quando interrogatur ut reus.

8. Reus tenetur, etiam non interrogatus, declarare complicem, & socium criminis, graviter urgentis in damnum commune.

9. Reus tenetur, etiam non interrogatus, declarare complicem, & socium criminis, graviter urgentis in damnum commune.

latronibus, monetariis, Haereticis, strigibus, & similibus.

Et in his casibus non habet locum id, quod statuitur L. fin. §. *Nemo tamen. de accusat. & cap. Nemo nisi. 5. quest. 3.* & cap. *de confessis*, quod reo de se confessio non sit credendum super crimine alieno, si forte velit etiam de illo deponere; & quod neque etiam debeat de illo interrogari, si aliunde tale crimen sit plane occultum, nec vlla infamia de illo pertinet ad Iudicem, ut videre est apud Iulium Clarum in *pract. crimin. §. fin. quest. 2. vers. Dicitur socij criminis.* & notat Caietanus *tom. 1. opusculorum, tract. 3. responsione 5.* & expresso habetur L. fin. cit. Sicut tamen cap. *Nemo nisi. & cap. de confessis*, similiter citat expresso excipitur crimen laesae maiestatis; ita & debet intelligi esse exceptum crimen haereticis, & alia, quae graviter vergunt in damnum publicum, cum haec unusquisque teneatur denunciare, siue sit reus, siue non. Vnde *cap. In fidei. de Haeret. in 6.* in favorem fidei specialiter conceditur, ut in negotio Inquisitionis haereticae pravitatis ad testimonium admittantur etiam excommunicati, & participes, vel socij criminis, praeterquam in defectum aliarum probationum, dummodo ex verisimilibus coniecturis, & ex circumstantiis non praesumantur dicere falsa, ut bene notatur in Directorio Inquisitorum *part. 3. quest. 64. pag. 603.* in quem locum recte addit Pegna *com. 113. §. Sed de socio criminis.* ex Iulio Claro in *pract. crimin. §. fin. quest. 2. vers. Quare nunquid.* quod dictum huiusmodi socij non facit indicium, nisi deponat cum iuramento; & nisi confirmet in tortura, ut multi volunt: quanvis quoad hoc possit dari arbitrio Iudicis, spectata testium qualitate, & aliis circumstantiis, ne aliqui retrahantur etiam socij criminis metu torturae ad denunciandos Haereticos; & ex Simancha *de cathol. instit. tit. 6. n. 38.* & Pegna *ibidem, §. Sed magis mihi placet.* socius criminis, etiam sine tortura, possit facere indicium maius, aut minus pro personarum, & criminum qualitate.

9. Quisquis committit non sit illi credendum de crimine alieno.

10. Peccat Confessarius, si reus non monuit de tali obligatione, & si absolvat nolentem illam implere, & complices denunciare.

11. Qui sollicitatur ad turpia in Confessione sacramentali, tenetur denunciare socios, & complices denunciare.

nunciare Haereticos, aut suspectos de haeresi, & criminosos graviter noxios bono communi, ut probavimus *disp. praecedente, n. 11.*

Et quatenus haec obligatio denunciandi etiam inducitur per legem pontificiam intuitu virtutis religionis, ne Sacramenta male tractentur, & ne tam turpiter violettur illorum sanctitas; potest etiam addi, quod tenentur virtute religionis, ut notat Bonac. *disp. 6. ex variis, §. 9. puncto 3. n. 12. pag. 775. col. 1. tom. 1.* cum semper legislator sub ea virtute constituat actum, quem praecipit, cuius intuitu illum praecipit, ut notat Vasq. *1. 2. disp. 98. cap. 2. n. 3. pag. 555. col. 2.* & nos explicavimus *lib. 2. de vitiis, & peccatis, disp. 18. n. 12. pag. 173. col. 2.* Et hac de causa, tam obligatio denunciandi Confessarios sollicitantes, quam habent ipsi poenitentes sollicitati, quam obligatio eos monendi, quam habent alij Confessarij, quibus postea innotescit sollicitatio, censeri debet esse ad mortale, ut notat Rodrig. in *quest. regul. tom. 2. quest. 27. art. 1. & in Summa, part. 1. cap. 207. conclus. 1.* Bonac. *puncto 3. cit. n. 10. pag. 774. col. 2. in initio,* & alij apud ipsum, cum revera utraque obligatio sit de re gravissima. Vnde & Episcopi in suis dicecesibus per sua edicta, vel per decreta synodalia saepius addunt etiam excommunicationem latae sententiae, ut subdit Bonac. *ibidem.*

Et ideo a fortiori etiam tenentur iidem Confessarij monere reos Haereticos, ut denuncient complicem, & socios haereticis, etiam quando de illis non interrogantur a Iudice, ut iam retulimus ex Soto, & Nauar. *locis citatis*, non obstantibus iuribus paulo antea allatis, de reus non interrogandis circa complicem, & socios occultos, & de fide illis non habenda, si forte ex seipsis aliquid dicant circa crimina aliena.

12. Probabiliter est, quod Haereticus tenetur denunciare occultos complices sua haeresi.

Sed contra doctrinam allatam ex Suarior, quod Haereticus non interrogatus, ut reus, tam non debeat manifestare, aut denunciare occultos complicem, & socios suae haereticis, quam non debet manifestare, aut denunciare seipsum; graviter faciunt ea omnia, quibus supra probavimus, & explicavimus generalem obligationem ex iure divino, & naturali ad denunciandos quoscunque Haereticos, ut, scilicet, consultatur saluti, & respiciuntur ipsorum, & securitati aliorum fidelium, & conservationi catholicae fidei, & totius Christianae religionis, quae alioqui graviter periclitatur: neque enim a tam gravi obligatione videtur vniuersaliter, & in omni casu posse excusare iactura aliqua famae propriae, aut quodcunque aliud malum, quod aliquis sibi timet indirecte esse obventurum ex denunciatione directa Haereticis complicis: siquidem pro bono publico, & praesertim pro bono fidei non solum tenemur pati iacturam famae; sed etiam vitae, quando aliter non satis possumus illi prospicere, ut communiter dicitur in *maxima de legibus*, & nos explicavimus *lib. 5. disp. 26. pag. 513.* Et quemadmodum, si plures aliqui simul coniurassent in vitam Principis, vel in prodicionem civitatis, aut regni, & vnus a scelere se retraheret, & alij perseverarent in proposito sceleris; & mors Principis, vel proditio regni in manus hostium iam iam instaret, omnino teneretur is, quem poenituit, denunciare alios complicem, quanvis timeret, ne postea alij denunciant etiam ipsum super eadem coniuratione, in quam prius consensit, & a qua postea se retraxit: ita & potest idem accidere in casu haereticis, si, scilicet, plures consenserint, aut conspiraverint in haeresim, & in eius praedicationem, & vnum poeniteat, & alios non poeniteat, & praedicatio haereticis iam iam instet: tenetur enim similiter is, quem poenituit, alios omnes denunciare, non obstante, quod timeat

etiam se esse postea denunciandum ab aliis, & esse passurum iacturam famae, & fortasse alias poenas, quae inferuntur Haereticis. Et quanvis hic metus sufficienter excuset a denunciando directe seipso, ut supra diximus *num. 3.* non tamen excusat a denunciandis indirecte aliis, & indirecte seipso, si alij postea voluerint eum denunciare; quia, cum vnusquisque sit plene arbiter, ac dominus suae voluntatis; eo ipso, quod efficaciter, & firmiter statuit cum Dei auxilio abstinere ab haeresi, & a scelere; satis prospicit bono fidei, & securitati fidelium, quantum haec poterat ex sui causa periclitari; neque est, quod ad hunc finem satis prospiciendi bono communi seipsum denunciet, & sibi faciat iacturam famae, & periculum poenae, & contra cum vnusquisque non sit arbiter, & dominus voluntatis alienae, non prospicit satis, nisi denunciet alios. Et quemadmodum famae iactura, & evasio poenae non est praefertenda bono fidei, & communi: ita & metus illius non satis excusat ab aliis denunciandis. Atque ex hac ratione semper esse denunciandos Haereticos complicem, quando alioqui ex illis imminet fidei, & fidelibus grave damnum, illudque non potest aliter caueri sufficienter, expresso docet ex multis Doctoribus Raynaudus *de monitoriis, part. 1. cap. 3. questio 11. §. Eam tamen.* Auila *de censur. part. 2. cap. 5. disp. 5. dub. 2. concl. 2. in fine.* Bonac. *disp. 6. qua est de denunciatione, puncto 3. num. 11. pag. 774. tom. 1. & puncto 1. §. 3. num. 6. pag. 767.* Farin. *de haeresi, quest. 197. num. 140. & alij.*

13. Qui sollicitatur ad turpia in Confessione sacramentali, tenetur denunciare socios, & complices denunciare.

Et propter eandem rationem boni communis est maxime rationalis declaratio, quam dicitur Romanae fecisse sacra Congregatio generalis Inquisitionis ad Bullam Gregorij XV. contra sollicitantes ad turpia in Confessionibus sacramentalibus, quod sint denunciandi tales sollicitantes etiam ab illis poenitentibus, qui forte consenserint sollicitationi, utque postea fuerint complicem in turpitudine, ad quam erat sollicitatio, ut etiam colligitur ex ipsa Bulla, quae praecipit, etiam illos denunciari, qui habuerint cum poenitentibus illicitos sermones, aut tractatus; qui tamen communiter non habentur, nisi ad aliquod tempus longum, & consentiente illo, cum quo habentur: tantum enim refert bonum Sacramentorum, & praecipue sanctitatis Confessionis sacramentalis, & integritas fidei, ut illis merito sit posthabendum periculum famae, quod forte subit is, qui denunciat, si postea detegatur illius consensus in turpitudinem, ut notat Raynaudus *questio 11. cit. & Bonac. puncto 3. num. 4. & 10. & apud illum Suar. de hoc interrogatus, & alij*: quanquam revera talis denunciatus non est, quod sibi timeat periculum famae, ut recte subiunxit eadem declaratio sacrae Congregationis, cum neque ipse debeat verbum facere de suo consensu postea praestito, neque Inquisitor, aut Iudex ecclesiasticus debeat de illo interrogare; & si interrogat, licite ipse possit equivoicare, & omnino illum non fateri: & si postea fateatur ipse Confessarius, & Sacerdos sollicitans, debeat similiter Iudex id non excipere, nec de illo rationem ullam habere; imò, & absolute illi non credere, iuxta L. fin. C. *de accusat. & cap. Nemo nisi. 5. quest. 3. & cap. de confessis*, cum non inquirat de crimine subsecuto ad sollicitationem; sed solum de ipsa sollicitatione, quae fuit crimen solius sollicitantis, & in qua non habuit complicem, ut bene explicant Auctores citati.

14. Qui denunciat Haereticos complicem, non est, quod denuncians sibi timeat poenas Haereticorum: siquidem, quemadmodum in coniurationibus

particularis, postea ipse ab illis denunciatur.

conjuracionibus contra Principem, is, qui denunciat coniurantes, & consiliorum arcana patefacit, dignus est absolute, ac venia, L. Quisquis cum multibus. C. ad l. Jul. maiest. ita & qui denunciat occultos complices in crimine hæresis, & idem est, si filius zelo fidei denunciet patrem hæreticum: dignissimus enim est, ut liberetur à pœnis, quæ in iure sunt late contra filios Hæreticorum; etiam Catholicos, & innocuos, ut definiuit Federicus Romanorum Imperator L. Commissi nobis calitus, & approbarunt etiam plures Pontifices apud Pegnam in Directo- rium. part. 2. com. 1. §. Hoc addiderim. pag. 117. & apud Suarez. disput. 20. de fide, sect. 4. n. 22. & apud Sanchez lib. 6. consil. cap. 2. dub. 19. n. 10. & 11. ubi etiam addit, id solum esse ex quadam æquitate, non autem ex necessitate, & ex rigore iuris: & ideo si Iudex non condonet filio denunciante patrem hæreticum, huiusmodi pœnas; non posse ipsum filium ex se re- tinere sibi bona patris, & effugere pœnam confi- scationis: sed reuerà in praxi optimum est, ut sic ser- uetur, quocumque casus occurrit, ne alioqui de- terreatur homines à denunciandis Hæreticis metu pœnarum, quæ possunt etiam in ipsos directè, vel indirectè refundi, ut subdit Pegna ibidem, & pluri- bus probat Alphonsus à Castro lib. 2. de iusta Hære- ticorum punitione, cap. 26. & infra dicemus.

15. Hæreticus est denunciandus, etiam coniun- ctissimus ipsi denuncianti.

Secundò, circa alias coniunctiones minores ma- xima, quam iam explicauimus, certum est ex com- muni sententia, quod nulla excuset ab obligatione denunciandi occultum Hæreticum; & vnusquisque semper tenetur illum denunciare, etiam coniunctis- simum, qualis est, verbi gratia, frater respectu fratris, pater respectu filij, & filius respectu patris, si præ- sertim desint alij, qui possint, ac velint denunciare. Ita Nau. in cap. Inter verba, conclus. 6. & in Man. cap. 2. §. 48. & seqq. Farinac. de hæresi, quest. 197. n. 40. Mascardus de probat. conclus. 87. n. 18. & seqq. Pegna in Director. part. 2. com. 1. §. Et de fratre suo, pag. 117. Barbof. de potestate Episcopi, allegat. 96. n. 57. Graff. part. 1. decis. lib. 4. cap. 8. n. 25. Caictan. in cap. 13. Deu- teron. in illa verba: Si tibi volueris persuadere, Sot. lib. 5. de iust. quest. 5. art. 1. ad 4. Castr. lib. 2. de iusta Hæreticorum punitione, cap. ultimo, initio. Suario disp. 20. de fide, sect. 4. num. 21. & seqq. Azor. part. 2. lib. 2. cap. 2. quest. 13. Toler. lib. 5. cap. 1. num. 16. San- chez lib. 6. consil. cap. 2. dub. 19. pag. 184. Comitulus in respons. moral. lib. 4. questione 8. Auila de censuris, part. 2. cap. 5. disput. 5. dubio 2. Raynaudus de monito- rijs, part. 1. c. 3. questio 12. §. Aiebam tamen, pag. 211. Bonac. disp. 6. ex varijs, quæ est de denunciatio. puncto 1. §. 3. num. 6. pag. 767. tom. 1. & puncto 2. num. 3. pag. 771.

16. Quamuis ali- qui oppositum asserant.

Vnde, quamuis communiter, & regulariter sit verissimum, quod coniuncti non possint cogi, se- cundum iura, ad ferendum contra se iniuriam testi- monium, siue in criminalibus; siue in civilibus, imò quod neque etiam possint admitti, si forte ad illud sponte se offerant, ut pater ex dictis paulo ante, n. 2. fallit id tamen in crimine hæresis, & in alijs, quæ grauius pertinent ad bonum commune, siue spirituale, siue temporale; neque aliter potest illi prospici, aut adhiberi sufficiens remedium, ut no- tant Authores citati, nisi per testimonium latum à coniunctis: idque est multò probabilius, multoque verius, quam oppositum, quod placuit Abul. in c. 13. Deuter. 9. 3. & Simanc. de cathol. instr. tit. 29. n. 35. Neque est, quod limitetur tantummodo ad eum ca- sum, in quo pater, v. g. aut coniunctus non sibi tantum per hæresim noceat; sed etiam alios nita- tur peruertere, & in hæresim trahere, ut vult Alen. part. 3. qu. 33. memb. 4. art. 2. ad fin. Asten, in Sum

part. 1. lib. 1. tit. 24. artic. 3. quest. 3. Caictan. in cap. 13. Deuteron. cit. Castr. lib. 2. de iusta Hæretic. punis. cap. ult. similiter cit. & alij apud Azorium part. 2. lib. 2. cap. 2. qu. 13. cit. cum quibus sentiunt Sanchez lib. 6. consil. c. 2. dub. 19. num. 6. & 9. & Raynaudus de monitorijs, part. 1. cap. 3. questio 12. versus finem; vbi asserunt, patrem hæreticum non esse necessariò de- nunciandum à filio, nisi dogmatizer, eiusque hære- sis sit specialiter perniciofa Reipublicæ. Contrà enim est: quia hæresis ex sua natura serpit, ut cancer, & communiter semper se fundit, & extendit ad alios, ut supra diximus dispu. preced. num. 7. & seqq. neque potest rationabiliter sibi aliquis persuadere, quod Hæreticus sibi soli sit nociturus, ut notat Azor. loco cit. ac proinde, si ad Iudicem est deferen- dus Hæreticus; quando scitur, aut timetur, ne sit alijs noxius, absolute, ac simpliciter dici debet, quod semper est deferendus, cum semper sit noxius, & cum præsertim ex charitate inuari debeat etiam ipse, in quantum est noxius sibi, neque aliter possit satis inuari, nisi per delationem, ac denunciationem ad Iudicem, ut supra explicauimus.

Quod ergo ex huiusmodi coniunctionibus, siue sanguinis, siue animorum, nulla sit, quæ sufficienter excuset à denunciandis Hæreticis, probatur ex illa Deuteron. 13. quod supra dispu. precedente, num. 18. retulimus: Si tibi volueris persuadere frater tuus, fi- lius matris tue, aut filius tuus, vel filia, siue vxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis, ut animam tuam, clam dicens: Eamus, & seruiamus Dijs alienis, non acquiras eis, nec parsas eis oculum tuum, ut miserear- ris, & oculos eum; sed statim interficias, &c. defe- rendo, scilicet, ad Iudicem, ut eum puniat etiam pœna mortis, ut supra diximus, & ut dicitur cap. Si audieris, 23. qu. 5. ex S. Cypriano lib. de exhortatione martyrij, c. 5. si ante aduentum Christi circa Deum colendum, & circa idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt; multò magis seruari debent post Chri- sti aduentum: quia, ut addit cap. Legi. 23. quest. 8. ex S. Hieronymo contra Vigilantium: Non est eru- delitas, crimina pro Deo punire; sed pietas. Et ad hoc facit etiam illud Exodi 32. vbi Moyfes in pœnam idololatriæ, & adorationis vituli aurei, iussit Deo sic præcepit filiis Leui; Ponat vir gladium super femur suum. Itô, & redite de porta usque ad portam per me- dium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Cùmque fecissent filij Leui iuxta sermonem Moyfi, & cecidissent in die illa quasi viginti tria millia hominum, laudauit Moyfes, quod factum fuerat, & subdidit: Consecra- stis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, ut detur vobis benedictio. Cùm ergo sit eadem ratio etiam de hæresi, si pater deferat fi- lium hæreticum, aut frater fratrem; & amicus ami- cum, & quilibet proximus quemlibet proximum, estam puniendum, & occidendum à Iudice: pari ratione potest, ac debet dici consecrare Domino manus suas in filio, & in fratre; & in amico, & in proximo. Et cùm coniunctio sanguinis, saltem ma- terialiter, sit prorsus eadem in patre respectu filij, quæ est in filio respectu patris; & vnitas carnis sit prorsus eadem in vxore respectu viri, quæ est in vi- ro respectu vxoris: sicut & via Athenis Thebas est prorsus eadem cum via Thebis Athenas, ut apud Aristotelem sapissimè dicitur: qua ratione conse- crat pater in filio manus suas Domino, si illum ex zelo fidei ad Iudicem deferat de crimine hæresis; & vir consecrat Domino eandem manus, si de eodem vxorem deferat: ita & consecrat filius, si deferat patrem; & vxor, si deferat virum. Et qua ratione ex iure civili, L. M inimè ff. de relig. & sumptib. suu.

17. Etiam pater tenetur denu- tiare filij hæ- reticum, & fi- lium patrem, & vxor virum, & vir vxorem.

& filius patrem, & pater filium occidit sine scele- re, si is forte veniat ad patriam delendam: imò in tali casu etiam præmio est afficiendus, ut ibi dicitur: ita ex iure diuino, & naturali filius patrem, & pater filium potest, ac debet deferre ad Iudicem, si is forte veniat ad fidem delendam; ut certè venit quicumque Hæreticus: & in tali casu non modò id facit sine scelere, sed etiam præmio est afficiendus, saltem à Deo, eiusque benedictio est illi danda, ut dicitur Exodi 32. cit. Et pro his omnibus ratio est: quia bonum spirituale, & bonum commune, quæ- le est bonum fidei, semper est præferendum bono priuato, tam corporali, quam temporali, quale est bonum cuiusque coniuncti, etiam filij, aut pa- tris, vxoris, aut viri, &c. & semper, quando con- currunt duo præcepta, & non potest seruari simul vtrunque, seruandum est illud, quod est maioris mo- menti, ut certè est præceptum seruandi in omnibus integritatem, & puritatem diuinæ fidei, & consulen- di securitati fidelium per delationem patris hæreti- ci; imò & respicientia, & saluti spirituali ipsius, si conferatur cum alio præcepto exhibendi honorem parentibus, & mala ab illis auertendi, in quantum possunt. Imò ex Aristotele 8. Ethic. cap. 7. pag. 200. & S. Thom. 2. 2. quest. 26. art. 10. hæc etiam amicitia, & coniunctio, quæ iure sanguinis, & natura est ad parentes, potest dissolui, aut notabiliter minui, si contingat in illis excessus vitij, propter quem sunt indigni, ad quos habeatur, & retineatur amicitia proborum; & hic excessus vitij maximè contingit per hæresim; & ideo stante hæresi, non est, quod habeatur ratio vnus alterius amicitia. Et pro hac obseruatiã facit benedictio illa, qua benedixit Moy- ses, homo Dei, filiis Israël ante mortem suam, ut ha- beatur Deuteron. 33. Qui dixit patri suo, & matri sua: Nescio vos, & fratribus suis: Ignoro vos, & nescierunt filios suos; hi insudauerunt eloquium tuum, & pactam vnus seruauerunt; iudicia tua, ô Jacob; & legem tuam, ô Israël, &c. Benedic, Domine, fortissimè ei, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius; & qui oderunt eum, non confundant. Verè enim, si qua in re dicendum est patri, & matri: Nescio vos, & fra- tribus, & filiis: Ignoro vos. nec ab alijs minus con- iunctis, aut planè extraneis sunt dignoscendi; maxi- mè est causa fidei, quæ per hæresim tummore per- rielitur: & propter hanc dixit Christus Matth. 10. cium Apostolos instrueret pro Euangelij, & fidei prædicatione: Tradet autem frater fratrem in mor- tem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Et paulò post: Non veni pacem mittere; sed gladium: veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filia aduersus matrem suam, & nurum aduersus suum: & inimici hominis domestici eius. Et qui amat patrem, aut matrem, plus quam me, non est me dignus; & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. Et in eandem sen- tentiam Luca 14. Si quis, inquit, venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et sensus est, quod fides, seu verbum Dei, quod Christus reuclauit, & prædicauit homini- bus, sit gladius spiritus, ut dicitur ad Ephes. 6. & vnus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & peringens usque ad diuisiõem animæ, & spiritus, ut addit ad Hebr. 4. & interpretatur S. Augustinus quest. 3. in Matth. & Autho Imperfecti hom. 2. 6. & alij: & per hunc gladium efficiatur diuisio, & separatio etiã capitis à corpore, id est, patris à filio, quan- do opus est; & cuiuscunque alterius coniunctissimi à quocumque alio coniunctissimo. Et quemadmo- dum per summam impietatem, & crudelitatem fra-

ter infidelis tradit in mortem fratrem fidelem, & pa- ter filium, & filius patrem, & vir vxorem, & vxor vi- rum, ex amore, & zelo infidelitatis, denunciando, ac deferendo ad Tyrannos, & Iudices: ita & frater fide- lis per summam pietatem, & charitatem, ex amore, & zelo fidei, tradere debeat in mortem fratrem in- fidelem, & pater filium, & filius patrem, & vir vxo- rem, & vxor virum, denunciando, & deferendo ad Iudices fidei: & quoad hoc coniuncti quilibet, & domestici debeant se gerere, tanquam inimici, & nullo modo amare se supra Christum, eiusque fidem, imò & omni modo odisse se iniuriam, suamque vi- tam nihili facere, ut verè possint ad Christum ve- nire, & esse, v. g. illius discipuli. Et si hoc dicatur pro- pheticè dictum à Christo Domino, in quantum est de coniunctis fidelibus denunciandis per infideles, ut sæpius postea in pluribus Martyribus comproba- nit euentus; dici potest non solum propheticè; sed etiam præceptiue fuisse dictum, in quantum est de iisdem coniunctis infidelibus denunciandis per fide- les, ut etiam in dies probat euentus: & semper debet in dies probare, si fideles sint verè fideles, & Deo de- bitam fidelitatem integrè seruent.

Dixi autem, coniunctiones quascunque sanguinis, & animorum non excusare ab obligatione denun- ciandi coniunctos hæreticos, quando alij desunt, qui possint, ac velint denunciare: quia, cùm alioqui sint maximè priuilegiati, & eorum aliqui, secundum Iu- ra, non possint cogi ad testificandum contra se inni- cem, si forte nolint; & alij neque etiam possint admitti, si forte velint, ut supra diximus n. 2. seruari omninò debent hæc priuilegia, neque illis est dero- gandum, nisi in casu necessitatis, qui tunc contingit, quando denunciatio est simpliciter necessaria pro bono communi; neque est alius, qui possit, aut velit denunciare, ut notat Nauar. in Man. c. 25. n. 49. & 50. Panorm. in c. 1. n. 2. de testib. cogen. & in c. fin. not. 2. eo rit. Felin. in c. Dilatorum. eo. Host. in c. 1. eo. Graff. part. 2. dec. lib. 4. c. 8. n. 23. & 25. Auila de censuris, part. 2. c. 5. dub. 2. consil. 1. versus fin. & concl. 2. sub init. & omnes communiter apud Sanc. lib. 6. consil. c. 2. dub. 18. n. 9. & dub. 20. n. 3. §. 6. nam Iura, quæ statuunt, ut aliqui non cogantur, & alij neque etiam admittantur ad testificandum, solum intelliguntur, quando alij non desunt: & contra hæc probationes aliunde deficiant, quilibet potest cogi, ut notat Glossa in cap. Quan- tum Sacerdotum. ver. Occultetur. 14. quest. 2. & pater testificandum ex cap. Peruenit ad nos. de testib. cogen. & ex cap. Sta- tuendum. 2. quest. 6. & alijs Iuribus apud Nauar. n. 49. solum intelli- cit. qui etiam addit n. 50. ad effectum compellendi, & cogendi priuilegiatos, ut ferant testimonium, v. g. alij non de- sent, qui pos- sunt, aut ve- rint testifica- ri.

18. Dummodo desint, qui possint, aut velint denuncia- re.

19. Priuilegium, ut quis non possit cogi, vel admitti ad testificandum contra alium, contra alium, solum intelli- gitur, quando alij non desunt, qui possint, aut ve- rint testifica- ri.

Et ex hac ratione dub. 19. n. 3. idem asserit ex communi sententia de patre, & matre quoad denunciandum filium hereticum, quod, scilicet, solum teneatur, quando desunt alij denunciatores: & n. 5. & 6. idem subdit de filio, quod non teneatur denunciare patrem, & matrem hereticos, quando sunt alij, qui possunt denunciare, & probabiliter existimantur esse denunciaturi: & contra quod teneatur, si alij non denunciant: quæ omnia solum fundantur in eo, quod diximus paulo ante, quod privilegia huiusmodi coniunctorum de non testificando contra se inuicem, solum intelligantur, quando alij non desunt, qui sint testificaturi; non autem si alij desint, & veritas alioqui sit occultanda, nec aliter publico bono sit consulendum.

20. Etiam filij illegitimi sunt privilegiati, ut non possint cogi, vel admitti ad testificandum contra parentes, & ascendentes.

21. Non autem filij spirituales.

22. Hereticus est denunciandus, etiam amicus, si non sit in causa, & de illo optine meritum.

Atque hæc non solum intelliguntur de filiis legitimis, qui sunt sub patria potestate civili, & inducta per ius civile, sed etiam de filiis spuris, & illegitimis, qui solum sunt sub patria potestate naturali, & inducta per ipsam naturam, ex qua, & pater filiorum, & aut nepotum imperium obtinent: quia sunt illis causa essendi, & nutritionis, & eruditionis, vt loquitur Aristoteles 8. Ethic. cap. 1. & idem illos amant, tanquam aliquid sui, sibi que proprium, ortum ex ipsis, sicut & dens, & crinis; imò & amant, tanquam seipos, cum nati ex ipsis sint quasi ipsi, & solum sint alij separatiõne, vt subdit ibidem cap. 12. Et hi omnes debent intelligi esse privilegiati, vt neque cogantur, neque admittantur ad ferendum testimonium contra descendentes, iuxta L. Parentes. C. de testibus, & alia Iura allata num. 2. vt notat Nauar. in cap. Inter verba. coroll. 65. & Sanchez lib. 6. consil. cap. 2. dub. 18. n. 1. Non autem inter huiusmodi filios privilegiatos debent intelligi filij spirituales, vt subdit Sanchez ibidem, ex Felin. Nauar. & aliis communiter. Bonac. disp. 6. ex variis, §. 3. num. 7. tom. 1. pag. 767. ex Farinacio tractatu de testibus, quest. 54. n. 194. Marcus Antonius Genua in praxi Neapolit. cap. 2. n. 3. & alij.

Quod verò notat ibidem Sanchez dub. 7. n. 7. ex Simancha de cathol. instit. tit. 29. n. 41. raro posse accidere, vt filius teneatur denunciare patrem hereticum; quia, si illius hæresis sit manifesta, & valde perniciofa, non deerunt alij, qui denunciant: si verò sit occulta, parum potest nocere: & idem non est, quod denuncietur à filio: hoc, inquam, ex eo non est admittendum; quia hæresis ex sui natura semper est noxia, cum serpat, vt cancer; nec potest aliquis rationabiliter sibi persuadere, quod Hæreticus sibi soli sit nociturus, vt diximus paulo ante n. 16. & idem Hæreticus, etiam occultus, & solum cognitus ipsi denuncianti, est semper denunciandus, vt diximus disp. præcedente, similiter n. 16. tum propter bonum commune aliorum fidelium, tum propter bonum priuatum ipsius Hæretici, quibus bonis non potest aliter esse consultum sufficienter.

Quid verò sit dicendum de coniunctionibus animorum, quales solent esse inter amicos, & ad eos, à quibus accepimus maximum aliquod beneficium, potest facillè colligi ex iam dictis de coniunctionibus sanguinis, & corporum: quanuis enim ex L. Lege Julia. ff. de testib. & ex cap. Si testes. 4. quest. 2. etiam libertus non possit cogi, aut admitti ad ferendum testimonium contra dominum, qui manumissus sit; & contra illius filios, & parentes, & uxores; & vicissim neque patronus, aut patrona possit cogi, aut admitti ad ferendam testimonium contra libertum, vt supra indicauimus n. 2. & ex Raynaudo de monitoriis, part. 1. cap. 3. questio 12. pag. 12. initio, idem sit etiam de amico coniunctissimo, contra quem esset maxima inhumanitas, atque feritas, si alter ami-

cus testificaretur: fallit id tamen in causa fidei, & Dei, & in iis, quæ grauius pertinent ad bonum commune: nam & Deuter. 13. inter eos coniunctissimos, quibus dicitur non esse parcendum, nec miserendum, vt occultentur in casu idololatriæ, specialiter exprimitur etiam amicus, quem aliquis diligit sicut animam suam: & Exodus 32. inter eos, quos Moyses in poenam eiusdem criminis mandauit promiscuè occidi per filios Leui de porta vsque ad portam; & exprimitur etiam amicus, & proximus quisque: & etiam in his occidendis postea dicuntur filij Leui consecrasse Domino manus suas, & meruisse benedictionem; & his etiam in causa fidei dicendum est: Nescio vos. sicut præcipitur pro aliis coniunctissimis Deuter. 32. Et denique hæc etiam separatio amicorum ab inuicem est facienda per gladium spiritus, quem Christus venit mittere in mundum, qui nullus est alius, nisi verbum Dei, & fides peripsum prædicata, vt supra diximus. Et huic etiam priuato bono amicorum, omnium iure est præferendum bonum fidei, quod est bonum maxime publicum: & si non potest cum præcepto diuino, & naturali de fidei puritate, & integritate, & de fidelium securitate seruanda, simul seruari præceptum morale gratitudinis, & amicitia; omnino debet seruari illud, vt maioris momenti; & hoc negligi, vt minoris.

Debet tamen bene aduerti, etiam in coniunctionibus animorum id, quod notauimus pro coniunctionibus corporum, vt, scilicet, solum cogantur testificari coniuncti contra coniunctos, quando alij desunt, qui possint, aut velint testificari; & vt alioqui seruetur illis priuilegium Iuris, de quo iam diximus.

Quod si contingat, vt qui hoc modo sunt privilegiati ex coniunctionibus, siue corporum, siue animorum, sint etiam privilegiati ex alio titulo, vt, verbi gratia, propter honorem, qui est illis debitus ratione status, & dignitatis: quomodo eximantur Episcopi à ferendo testimonio, L. Neque honore. C. de Episcopis. & pro instrumentis inter seculares eximantur Sacerdotes, cap. Quamquam. 24. quest. 2. & notat Sylu. verb. Testes. quest. 1. part. 15. in fine, & Nauar. in cap. Inter verba. coroll. 65. vbi etiam id extendit ad omnes Clericos: & Raynaudo de monitor. part. 1. cap. 3. questio 20. & Sanchez lib. 6. consil. cap. 2. dub. 18. n. 6. pag. 183. adhuc tenentur testificari, & denunciare in causa fidei, si alij desint, qui denunciant, cum hæc etiam privilegia solum intelligantur, quando non desint alij, vt supra diximus, & pro casu necessitatis, & in præiudicium boni publici, & præsertim diuini, nulla sint privilegia.

Et à fortiori idem est de illis, qui ob defectum aliquem sunt facti inhabiles ad testificandum, vt, verbi gratia, impuberes, & minores ob defectum ætatis, senes ob vilitatem, & conditionem seruilem, periuri, & infames ob poenam patrati delicti: vt enim notat Sanchez lib. 6. consil. cap. 2. dub. 18. n. 17. ad mandata Superiorum etiam hi tenentur testificari, & denunciare, neque vllus est titulus, qui aliquem eximat in casu necessitatis, & boni communis.

Et quemadmodum nullus est, qui eximat ex privilegio ab obligatione denunciandi actiue, & non teneatur denunciare Hæreticum, aut suspectum, quando alij non sunt, qui denunciant, vt iam diximus: ita & nullus est, qui ex quoque privilegio, aut titulo eximat ab obligatione denunciandi passiuè, & non sit denunciandus, si sit Hæreticus, aut suspectus de hæresi: sic enim expressè habetur

23. Si alij desint, qui possint, aut velint denunciant.

24. Ad denunciandum Hæreticum non excusat vlla dignitas, aut indignitas testimonium, quando alij desint.

27. Qui sunt viri Principes, & primarij, cum quibus Inquisitores debent cauere agere.

habetur cap. Vt officium. §. Compescendi. vers. Denique. de Hæret. in 6. vbi Inquisitoribus datur facultas generalis compescendi, & coercendi omnes, & singulos, non obstantibus aliquibus privilegijs, aut Inuigentis quibuscumque personis cuiusvis conditionis, dignitatis, vel gradus, Religionis, vel Ordinis, communitatis, vel vniuersitatis ciuitatum, & locorum, specialiter, vel generaliter sub quacunque verborum expressione, vel forma, à Sede apostolica concessis, vel concedendis, &c.

25. Et iisdem planè verbis idem habetur in litteris Clementis, Alexandri, & Urbani IV. Prae cunctis. vt referunt in Directorio Inquisitorum pag. 3. quæstio 28. pag. 557. Rectè tamen addunt Doctores communiter, valde cautè esse agendum cum viris Principibus, & cum iis, ex quibus potest timeri scandalum, aut seditio, si forte (quod Deus auertat) euadant Hæretici, aut suspecti de hæresi, neque debere Inquisitores quicquam facere contra illos, nisi consulto Romano Pontifice, vt videre est in Directorio Inquisit. part. 3. quest. 31. & apud Pegnam ibidem, com. 80. pag. 559. Molinam de iustitia, tract. 5. qui est de iurisdic. quest. 28. n. 22. col. 2903. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 18. quest. 13. Suar. de fide, disp. 20. sect. 4. n. 24. & ex veteribus Canonistis apud Ioann. And. Gemin. Francum, & alios in cap. Inquisitores. de Hæret. in 6. vbi specialiter id cauetur pro Episcopis, comprehendendo hoc nomine etiam illos, qui sunt titulares, & Archiepiscopos, & Patriarchas, & Cardinales, vel superiores Prælatos, vt ibi subditur, & notat Suar. sect. 4. cit. n. 25. quod idem pro iisdem Episcopis etiam habetur in Tridentino sess. 24. cap. 5. de reformat. vbi generaliter referuntur Papa causa omnes criminales grauiores Episcoporum iuxta cap. Aconsarum. 3. quest. 6. & specialiter causa hæresis: & idem Inquisitores, si quem ex huiusmodi Prælati sciuerint, aut inuenerint circa crimen hæresis commississe, aut esse suspectum, solum tenentur eum denunciare Sedi apostolicæ, vt dicitur cap. Inquisitores. cit. non autem possunt contra illum procedere, aut inquirere sine speciali, & expressa commissione manu ipsius Papæ signata, & dicitur in Trident. loco citato; eaque commissio nunquam plus iis tribuit, quàm vt solum facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Papam tranfmitant, vt ibi subditur. Et sine dubio ita postulat dignitas, & Prælatio status episcopalis, & scandala, & incommoda, quæ in dies consequerentur, si etiam ipsi cogerentur respondere Inquisitoribus. Et idem postulant eadem scandala, & incommoda, quæ timentur ex viris Principibus laicis, si Inquisitores minùs cautè contra illos procedant: & idem nec contra illos debent aliquid facere inconsulto Pontifice; non, quia sit aliquid deferendum nobilitati, quæ per hæresim statim amittitur, vt diximus supra, disp. 54. n. 11. & subdit Pegna com. 80. cit. & apud illum Simanchas de cathol. instit. tit. 25. n. 8. sed, vt scandala præueniantur, & quantum fieri potest, impediuntur. Et nomine viro- rum Principum, quoad hoc, debent intelligi, non solum Reges, sed etiam regales personæ, vt dicitur in Directorio Inquisitorum part. 3. quest. 31. cit. id est, vt exponit ibi Pegna com. 80. cit. Duces, Marchiones, & similes, vel etiam illi, qui Regibus aditant, vt Consiliarij, & Senatores, vel etiam Barones potentis cuiusque ciuitatis, qui regali luxu viuunt, & opibus abundant; & idem eos multi sequuntur, tam ex nobilibus, quàm ex plebeis: vel denique Gubernatores, Magistratus, Consules, ex quibus similiter possunt timeri scandala, nisi Reges, aut supremi alij Principes iuuent, ac fouent ipsos Inquisitores,

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

si forte velint contra illos procedere, vt subdit Suar. sect. 4. num. 24. cit.

Quod verò dicitur de Episcopis, & Prælatibus superioribus, quod Inquisitores non possint contra illos inquirere, aut procedere sine speciali, & expressa commissione ipsius Papæ, solum videtur intelligendum communiter, & quando non aliud postulat vrgens necessitas: vt enim notat Suar. eadem sect. 4. n. 25. & plures alij apud Pegnam in Direct. part. 3. com. 76. pag. 556. si quis Episcopus suam hæresim spargat in vulgus, & fugam medietur, si dilemnet, & spargat in vulgus, & periculum sit, ne aliud fugiat, & Papæ commissionem non expectet, causa fidei omnino postulat, vt non modo contra illum, & contra hæresim ab ipso disseminatam agatur per viros doctos pro concionibus; sed etiam vt ipse detineatur quasi in carcere, non ad poenam, sed ad securitatem. Et hic casus merito potest censeri non comprehensus cap. Inquisitores. cit. de Hæret. in 6. & in Tridentino sess. 24. cap. 5. cit. de reformat. & per epicheiam rectè potest fieri restrictio, interpretatio, & correctio legis vniuersalis de non inquirendo, aut procedendo contra Episcopos in causa hæresis sine speciali, & expressa commissione Papæ, vt patet ex iis, quæ diximus in vniuersum de epicheia lib. 5. de legib. disp. 27. num. 14. & seqq. Et ad hunc finem, vt possit opportunè moneri Summus Pontifex de hæresi Episcoporum, & Prælatorum, & vt possint opportunè detineri in carcere, si necessitas ita postulet, non debent Inquisitores reicere denunciations, & depositiones testium, vt subdit Suar. eodem num. 25. & Pegna in Directorium, part. 3. com. 76. cit. pag. 556. & apud illum Ioann. Monachus in cap. Inquisitores. de Hæret. in 6. eaque debent omnino fieri ab omnibus, qui habuerint notitiam, aut suspicionem de tali crimine: sed solum debent iisdem Inquisitores ex huiusmodi denunciationibus, & depositionibus non procedere ulterius in causa terminatione, aut cognitione, sine expressa, & speciali commissione Papæ. Imò ex Constitutione Pij IV. Romanus Pontifex. quæ habetur in Directorio Inquisitorum in fine pag. 128. Eminentissimi Cardinales Inquisitores generales possunt procedere contra Episcopos, & quoslibet alios Prælatos, etiam Cardinales, & specialiter contra absentes, Hæreticos, vel de hæresi suspectos, aut diffamatos, in regionibus suspectis commorantes, ad quos non patet liber accessus, eosque possunt monere, citare, & require- re sub censuris, & poenis ibi expressis, vt intra certum terminum personaliter compareant, & non per procuratorem: & post huiusmodi processum contra illos confectum debent omnia referre ad Papam, vt sententiam contra illos ferat, & promulget: quæ tamen Constitutio huiusmodi facultatem non tribuit nisi Inquisitoribus generalibus totius Christianæ Reipublicæ in alma Vrbe residentibus, qui sunt Cardinales: & idem alij Inquisitores particulares tenentur seruare cap. Inquisitores. supra cit. & decretum Concilij Tridentini, vt contra Episcopos, & Prælatos superiores non procedant inconsulto Pontifice, & absque speciali, & expressa illius commissione, nisi aliter habeant ex alijs privilegijs.

Papa verò, si laberetur in hæresim, (quod tamen disp. 37. n. 10. & seqq. probabilissimè diximus, esse non posse,) quomodo, & quibus esset denunciandus, & quomodo, & à quibus posset inquiri contra ipsum, videri potest apud Suar. de fide, disp. 10. sect. 6. n. 6. & seqq. & apud alios, quos retulimus, disp. 37. cit. Et certum est, quod dato per impossibile, & non concessa casu dicto, etiam ipse esset denun-

28. Quod sit agendum, si Episcopus hæresim suam hæresim spargat in vulgus, & fugam medietur.

29. Etiam Episcopi, & Prælati heretici aut suspecti sunt denunciandi.

30. Etiam Papa esse denunciandus, si esset hereticus.

ciandus iis, ad quos spectaret eius causae cognitio: quia sic obligaret diuina fides, & Christiana charitas, ne illa pateretur iacturam in toto corpore reliquorum fidelium ex infectione tam noxia ipsius capitis; & vt tanto periculo, & malo publico sufficiens, & praesens remedium adhiberetur.

31. Quomodo Inquisitores debent se gerere cum Nunciis, & Officialibus Sedis apostolicae, si denunciantur de haeresi.

Pro Nunciis, vel Officialibus Papae idem statuitur Extrauag. cum Mattheus de Haeret. quod retulimus ex cap. Inquisitores de Haeret. in 6. esse statutum pro Episcopis, vt scilicet, Inquisitores, & quicumque alij Iudices contra illos non procedant, neque censuras, aut sententias vllas promulgent; sed, si quid indebitè fecerint, quod pertineat ad negotium fidei, plenius se de illo informant, & Papae significant, vt de remedio opportuno prouideat; idque faciant etiam alij Iudices, siue ordinarij, siue delegati, circa res alias, quae pertinent ad ipsorum officium, & rem tangunt, siue publicam, siue priuatam. Et utque priuilegij, aut exemptionis illa est ratio ex Suar. disp. 20. sect. 4. n. 26. quia generaliter causae Officialium cuiusque Tribunalis non cognoscuntur, nisi in illo ipso Tribunali: vt, verbi gratia, Officialium sanctae Inquisitionis, in Tribunali Inquisitionis; Officialium Episcopi, in Tribunali Episcopi; & sic de aliis: & idè etiam causae Officialium Papae non debent cognosci, nisi à Papa. Idque satis colligitur ex verbis Extrauagantis cit. cum Mattheus: siquidem contra huiusmodi Mattheum, qui erat Inquisitor in regno Siciliae, & excommunicauerat quendam Guillelmum, Capellanum Papae, & Rectorem Campaniae, & Maritimae, dicitur, quòd id fecerit non sine multa temeritate, & postposita reuerentia, & honore ipsius Papae, & Sedis apostolicae, cui, scilicet, relinquenda omnino erat cognitio causae Officialis ipsius. Et quoniam Extrauag. cit. cum Mattheus. pro eodem sumitur Nuncius Papae, & Officialis, rectè notat Pegna in Direct. part. 3. com. 75. Nuncij nomen in illa non accipi generaliter pro eo, per quem aliquid aliis denunciamus, vel per quem alij denunciant aliquid nobis, quomodo accipitur L. 1. ff. de procurat. & L. Qui autem, §. Constitueret ff. de constituta pecunia: sed accipi specialiter pro eo, qui profert nuncium, siue mandatum Sedis apostolicae, qui etiam alio nomine appellatur Legatus, vt patet ex cap. Nobilissimus vir. dist. 97. & hic ipse, si solum detur, aut legetur à Sede apostolica ad decidendam inter partes aliquam causam, quae solum recipiat utilitatem priuatam; non autem pertineat ad Sedem apostolicam; non est censendus gaudere priuilegio Extrauagantis citatae, cum Mattheus. vt Inquisitores particulares, aut Iudices non possint contra illum procedere, & sententiam ferre: sed is tantum Officialis, aut Nuncius Sedis apostolicae censendus est gaudere tali priuilegio, qui constituitur, aut datur à Sede apostolica circa ea, quae ipsius Sedis honorem, & dignitatem respiciunt; & in quibus ipsius Pontificis gerunt vices, vt subdit Pegna ibidem, ex Lapo in quodam consilio de hac re edito, quod circumfertur post Consilia Oldradi, & ex Decio in rubr. Extrauag. de offic. deleg. num. 9. quia enim hoc priuilegium expressè conceditur in reuerentiam, & honorem Sedis apostolicae, rectè intelligitur iis tantum concedi, qui tractant negotia Sedis apostolicae, & sunt quasi Vicarij ipsius Pontificis.

32. Quid sit agendum cum Nuncio, & Officiali Sedis apostolicae, si sit Haereticus, & volit fugire.

Quod tamen diximus paulò antè, n. 28. & 29. de Episcopis, & Praelatis superioribus, quòd sint etiam ipsi denunciandi, si sint Haeretici, aut suspecti de haeresi; & quòd possint etiam ipsi ab Inquisitoribus capi, & custodiri, si periculum sit, ne fugiant; idem est dicendum etiam de Nunciis, & Of-

ficialibus Sedis apostolicae, non obstante Extrauag. cit. cum Mattheus. quae solum intelligitur extra casum necessitatis. Et in terminis de huiusmodi Nunciis, & Officialibus ita asserit Pegna in Directorio, part. 3. com. 76. §. 1. in quòd de Episcopis pag. 556. col. 2.

Et idem est de ipsis Inquisitoribus, si labantur in haerem, eamque praedicent, & spargant in vulgus, & periculum sit, ne fugiant: quauis enim communiter non possit Episcopus, aut alius Inquisitor contra illos procedere, vt patet ex Directorio part. 3. quæst. 30. & ex Pegna ibidem, com. 79. pag. 558. & 559. & apud Suar. disp. 20. sect. 4. n. 26. & apud Azor. part. 1. lib. 8. cap. 18. quæst. 14. col. 993. cum sint etiam ipsi Officialis Sedis apostolicae; & idè comprehendantur Extrauag. cit. cum Mattheus de Haeret. possunt tamen, ac debent etiam ipsi denunciari apud Episcopum; & denunciatio est transmittenda ad Papam, vt dicitur Extrauag. cit. & cap. Inquisitores de Haeret. in 6. Et si necessitas urgeat, & periculum sit in mora, nec possit expectari responsum, & commissio Papae; possunt, ac debent etiam ipsi capi, & custodiri, vt iam diximus de Episcopis, & de Nunciis, & Officialibus Sedis apostolicae: quamquam in his omnibus casibus est opus magna prudentia; & esset maximum inconueniens, si aliquid temerè ageretur, vt sapius repetit Pegna com. 76. 79. & 80.

De Religiosis, qui olim ex priuilegio erant exempti à potestate Inquisitorum, vt videre est apud Pegna in Direct. part. 3. com. 77. pag. 557. & 558. est, quòd hoc tempore dubitetur, quòd amplius non sint exempti: nam Alexander IV. cap. Accusatus de Haeret. in 6. Inquisitores de pluribus instruens, in fine sic tandem concludit. Religiosi etiam sunt immurationis poena, vel alia grauius puniendi, quam saeculares, si inueni fuerint in haeresi, vel consimilibus deliquiss. Et Clemens V. cap. Vt officium. §. Denique. de Haeret. in 6. concedit Inquisitoribus expeditam, & inuolabilem auctoritatem compescendi, & coercendi quoscumque, non obstantibus priuilegiis, vel indulgentiis, sub quacunque verborum forma, & expressione à Sede apostolica concessis, vel concedendis quibuscumque personis, cuiusvis conditionis, dignitatis, vel gradus, & cuiusvis Religionis, vel Ordinis existant. Et ad tollendas omnes dubitationes, quae circa hoc possent contingere, & ad omnia priuilegia funditus reuocanda, nostris temporibus, hoc est, de anno 1606. Paulus V. Extrauag. Romanus Pontifex. expressè reuocat Constitutionem Pij IV. Pastoris aeterni. quòd inter Inquisitores, & inter Superiores Religiosorum quoad cognoscendas huiusmodi causas suorum subditorum, daretur locus praerogationi; & tunc possent per Inquisitores cognosci, quando à Superioribus non essent praerogati: & grauius praecipit, vt Superiores in huiusmodi causis non se immisceant; sed statim denuncient Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus, quoscumque repererint lapsos in haerem, vel suspectos, vt etiam supra retulimus disputatione 59. num. 13. Vnde certissimum est, quòd hoc tempore non potest amplius habere locum concessio Pij II. apud Pegna commentario 77. citato, & apud Azorium part. 1. lib. 8. cap. 18. quæstione 12. quòd Generalis Vicarius Ordinis Fratrum Minorum exerceret inquisitionem, & punitionem eorundem Fratrum, qui essent suspecti de haeresi: & illa Innocentij VIII. apud eundem Azorium, quòd Inquisitores non procederent contra Franciscanos: & denique illa Sixti IV. apud eundem ibidem, quòd neque Praedicatorum procederent contra Fratres Minores, neque

34. Quid cum ipsis Inquisitoribus, si similiter labantur in haerem.

35. Religiosi non sunt exempti à potestate Inquisitorum.

neque Fratres Minores contra Praedicatorum in iis locis, in quibus hi, aut illi exercerent Officium Inquisitionis; sed omnes possunt procedere contra quoscumque, & omnes debent denunciari, ac deferri ad ipsos Inquisitores, vel ad Ordinarios, sicut & deferuntur saeculares, & laici, neque est, quòd deferantur ad eorum Superiores, vt expressè habetur in Bulla citata Pauli V. vt notat Pegna, & Azor. locis citatis.

36. Et multò minus Sacerdotes, & Clerici. Et à fortiori idem est de Sacerdotibus, & Clericis saecularibus, vt habetur in Directorio, Inquisitorum, part. 3. quæst. 29. & com. 78. pagin. 558. nam Alexander IV. cap. Accusatus. paulò antè citato, §. Sacerdotes. de Haeret. in 6. de illis sic praecipit: Sacerdotes insuper, & alij Clerici, qui negotium Inquisitionis instruendo citatos Haereticos, vel eorum credentes, de celanda veritate, vel dicenda falsitate, seu eos indebitè liberando, inueni fuerint impedire, cum non sit dubium, eos ipsa facere in fauorem haereticæ prauitatis, per Inquisitores à talibus compesci possunt, & poena debita castigari, tam per captionem personarum, quam alias, prout culpa exegerit delinquentis. Vnde, quauis ob reuerentiam status, & Ordinis sacerdotalis, & clericalis, non sit procedendum contra illos, nisi valde cautè, ad actus iudiciales capturae, & publicae punitionis, ne laici de illis scandalizentur, & fortasse etiam gaudeant de eorum malis, quibus communiter sunt valde infesti, vt experientia, & iura testantur, cap. Laicos. & cap. Laici. 2. quæstione 7. si tamen deprehendantur vetè culpabiles, æquum est, vt acrius, & seuerius puniantur, quam laici, vt paulò antè retulimus ex eodem cap. Accusatus. §. Sacerdotes. vers. Religiosi. de Haeret. in 6. & notat Pegna commentario 78. citato, & apud illum Tiraquellus de poenis temperandis, aut remittendis causa 31. num. 25.

37. Laici communiter sunt infesti Clericis.

DISPUTATIO LXI.

An, & quomodo iisdem Inquisitoribus, & Iudicibus fidei sint denunciandi blasphemii, siue haereticales, siue non haereticales.

- 1. Blasphemii haereticales sunt denunciandi Inquisitoribus, & Iudicibus fidei.
2. Etiam si certò credantur proferre blasphemias ex sola iracundia, non autem ex infidelitate.
3. Et haec obligatio est sub mortali.
4. Etiam blasphemii non haereticales sunt denunciandi.
5. Sed possunt denunciari etiam apud Iudicem saecularem.
6. Et idè sunt mixti fori, & datur in illis locus praerogationi.
7. Vtrum possint cumulatiuè denunciari etiam ad Inquisitores.
8. Obligatio denunciandi blasphemias non haereticales est sub mortali: sed fortasse hoc tempore est vsu abrogata.
9. Qui ex coniunctione, aut alio priuilegio non coguntur ad testimonium ferendum contra aliquos, non tenentur illos denunciare, si sint blasphemii.
10. Si certe poena ferantur contra blasphemos prima, secunda, aut tertia vice, quomodo sint intelligendae.
11. Blasphemii publica quanam sit.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

- 12. Blasphemii ex consuetudine quanam sit.
13. Consuetudo blasphemandi verum possit in aliqua prouincia excusare à culpa eos, qui proferunt verba blasphemata.



Vta blasphemii semper est aliquo modo contra confessionem fidei, & semper inuoluit aliquam falsitatem, vt supra explicauimus disp. 35. dum ageremus de propositione blasphemata; merito potest vocari in dubium, vtrum debeat etiam ipsa denunciari ad Inquisitores, & Iudices fidei; & hi de omni blasphemii possint cognoscere, sicut & cognoscunt de omni haeresi: an verò nullà talis sit obligatio; sed haec, quando est punienda, possit cognosci, & puniri etiam per alios Iudices.

Sed breuiter, posita distinctione blasphemiae in haereticalem, quae sonat directè contra aliquem ex articulis fidei; & in non haereticalem, quae sonat alio modo in iniuriam Dei, & solum indirectè, & quasi practice, vel in actu exercito sonat contra articulos fidei, vt explicauimus disputatione 35. citata, ea tantum blasphemii est deferenda, & denuncianda ad Inquisitores, aut Iudices fidei, quae est haereticalis; non autem alia, quae potest denunciari etiam ad alios Iudices. Ita ex professo Directorium Inquisitorum part. 2. quæstione 41. & bene explicat ibi Pegna commentario 66. pag. 334. Castrus lib. 1. de iusta Haereticorum punitione, cap. 12. Coarctatus in cap. Quauis passum. part. 1. §. 7. num. 12. vers. Crimen autem. Simanchas de catholicis institutionibus, cap. 8. num. 6. Bonacina disp. 6. ex variis, puncto 1. §. 4. num. 4. vers. Secundus est. pag. 768. col. 1. com. 1. Azorius part. 1. lib. 9. cap. 28. quæstione 5. Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 32. num. 37. & 47. Cordubensis lib. 1. quæstione 17. §. 15. vers. Nota quarto. Et ratio est: quia, qui profert huiusmodi blasphemias haereticales, & huiusmodi locutiones contra fidem, si verè ita sentiat, sicut loquitur, est vetè Haereticus; & si sit pertinax, est damnandus, & puniendus, & tradendus etiam Curiae saeculari, tanquam Haereticus, iuxta cap. Ad abolendam. §. Praesenti. extr. de Haeret. & idè, tanquam talis, est necessariò denunciandus, vt patet ex dictis disp. 59. n. 11. & seqq. Si autem non ita sentiat, sicut loquitur; sed tamen pluries, & frequenter, & data opera, & ex quacunque occasione blasphemet, & loquatur haereticè; negari non potest, quin apud viros prudentes, & in foro exteriori possit esse vehementer suspectus, quòd sit haereticus: & etiam haec suspicio purgari debet coram Inquisitoribus, iuxta cap. Accusatus. in initio; & §. Sanè. de Haeret. in 6. & iuxta cap. Vt officium. eodem tit. & libra: & idè etiam hic blasphemus est denunciandus, tanquam suspectus, vt ex edictis Inquisitorum, quae in dies emanant, ibidem diximus n. 13. & specialiter disp. 35. n. 11. ex edicto, quod Romae, & pro toto districtu emanauit de anno 1625. sub poena excommunicationis latae sententiae, & reueruatur ipsis Inquisitoribus.

1. Blasphemii haereticales sunt denunciandi Inquisitoribus, & Iudicibus fidei.

Nam, quemadmodum, qui ore obnegat fidem coram Tyranno, cruciatus, aut mortem minante, non excusatur à culpa contra praecceptum confessionis fidei, & in foro exteriori merito censetur suspectus grauius etiam de interna infidelitate, eamque suspicionem tenetur purgare coram Inquisitoribus, aut Iudicibus fidei; nec passio metus etiam patens, & manifesta, ex qua dicit, se fidem negasse, sufficienter euacuat huiusmodi suspicionem: ita & multò minus, qui per blasphemiam abnegat aliquem ex articulis fidei, eumque dicit se abnegasse tantum

B B 3 ore,

ore, & solum ex passione iracundiae, non excusa- tur a culpa contra idem praecipuum de fide nun- quam neganda: neque haec passio, quae sine dubio est communiter multo minor ex amissione pecu- niae, verbi gratia, in ludo, & ex fortuna, aut sor- te adueria, quam passio metus ex praesentissimis, & maximis cruciatibus corporis, & ex ipsa mor- te, sufficienter euacuat eandem suspicionem de interna infidelitate; & idem etiam haec est pur- ganda coram Inquisitoribus, & Iudicibus fi- dei; & ad hunc finem etiam haec est illis denun- cianda.

2. Esti forte ex circumstantiis personae, & modi, & temporis de aliquo non appareat posse fundari rationabiliter talis suspicio de interna infidelitate: vt, si quis, verbi gratia, certo sciat esse complexio- nis, & naturae valde propensae ad iracundiam, & multum habere humoris biliosi; illudque tenue, quod calorem, & feruorem facile concepiat; & idem esse iracundioris, & citius, & magis irasci, quam debeat, & quibus non debeat, & ob qua non debeat, vt alibi explicauimus, dam ageremus de specibus ira, lib. 3. de vitis, & peccatis capitali- bus, disp. 20. n. 8. & seqq. & hinc certo appareant prouenire blasphemias, quas profert haereticas, & contumelias, & conuicia in Deum, si forte in ludo aliquid amittat; non autem prouenire ex inter- na infidelitate: hoc, inquam, si contingat, vel est dicendus hic casus non esse comprehensus edictis Inquisitorum praecipientibus denunciari eos, qui profertur blasphemias haereticas, cum id non praecipiant, nisi in quantum ex illis possunt esse sus- pecti de fide, & quando ex circumstantiis depre- henditur nulla talis esse suspicio, nihil habeant In- quisitores, quod faciant, vt notat Corduben. lib. 1. quest. 17. §. 15. vers. In cuius examinatione, vel certe (quod est probabilius, & tutius) dicendi sunt ipsi- met Inquisitores, & Iudices fidei sibi referuare iudi- cium de fundamento dictae suspicionis; neque pro- pterea cessare in hoc, aut illo particulari obliga- tionem praecipii, aut legis denunciandi: quia cesset finis praecipii, id est, suspicio infidelitatis internae, eiusque purgatio, aut punitio, ac proinde absolute esse denunciandos eos omnes, qui profertur blas- phemias haereticas, etiam si apud eos, qui bene no- runt illorum naturam, & complexionem, non fundent suspicionem de interna infidelitate.

Vnde & hoc praecipuum denunciandi blasphemos, non est idem cum praecipuo denunciandi sus- pectos de fide, quauis in aliquo casu sub illo com- prehendatur; sed est praecipuum speciale, & per se, propter enormitatem ipsius blasphemiae, & propter affinitatem, quam habet ad infidelitatem, & pro- pter illius periculum, & propter suspicionem, quam sapissime fundat, specialiter fertur a Iudicibus fi- dei.

3. Et quoniam edicta Inquisitorum sub poena ex- communicationis latae sententiae praecipiant den-unciari huiusmodi blasphemos, non est dubitan- dum, quod tale praecipuum sit sub mortali, vt etiam habetur pro denunciandis quibuscunque blasphemis, cap. Si quis per capillum. 2. 2. questio- ne 1. vbi ex Pio Papa 1. de eo, qui iurauerit per capillum, aut caput Dei, vel alio modo blasphe- mia contra Deum vsus fuerit, absolute dicitur: Si quis talem hominem manifestauerit, non est du- bium, quin diuina condemnatione coerceatur, quae tamen condemnatio omnino supponit culpam mortalem.

4. Quod vero alia blasphemiae, quae non sunt ha- reticae, non sint necessario denunciandae ad Iudi-

Etiam si cer- te creditur pro- fere blasphemias ex sola iracundia, non autem ex in- fidelitate.

5. Et haec obli- gatio est sub mortali.

4.

ces fidei; sed possunt denunciari etiam ad alios Iu- dices, non solum probatur ex cap. cit. Si quis per capillum. 2. 2. quest. 1. vbi sub diuina condemnatione dicuntur absolute esse denunciandae blasphemiae; neque exprimitur, quod sint denunciandae Inquisi- toribus, & ex Bulla Iulij III. In multis, in veteri Bullario, tom. 1. pag. 545. in qua similiter praecipit- ur, vt qui audiunt, denuncient blasphemos intra triduum, & alioqui incurrant in eisdem poenas, tanquam participes eiusdem criminis, & similiter non determinat Iudices fidei potius, quam alios. Sed clarius probatur ex Concilio Lateranensi V. sub Leone X. tom. 4. Concil. vbi sess. 9. in Bulla reforma- tionis Curiae, & aliorum, §. Ad abolendam, pag. 608. col. 2. post statutas certas poenas in eos, qui palam, & publice blasphemant Deum, aut Christum, vel Beatissimam Virginem; & post alias poenas statuta- tas in eos, qui blasphemant alios Sanctos, subditur, quod iisdem poenis debent subiici Iudices saeculares, qui contra huiusmodi blasphemantes, & de blas- phemia conuictos non animaduertent, quantum in eis est, & iis, qui fuerint diligentes, & leuiter in- quirendis, & puniendis blasphemis, conceditur pro qualibet vice indulgentia decem annorum, & tertia pars multa pecuniaria, qua multauerint ipsos blasphemos: atque ita supponitur, quod etiam Iudices saeculares possunt cognoscere de blasphe- mia; non autem soli Inquisitores, aut Iudices fidei. Vnde & subditur: Quicumque vero blasphemantem au- dierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, si circa periculum suum id fieri posse coningerit, eundemque de- ferre, vel notificare apud Iudicem ecclesiasticum, seu saecularem intra triduum debeant. Quod si plures di- cta blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes conueniant, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio. Et haec eadem decreta Leonis X. postea innouauit Pius V. de an- no 1567. Extrauag. Cum primum. §. Ad abolendam. in veteri Bullario, tom. 2. pag. 926. vbi etiam §. Et vt praemissorum, expresse mandat, vt contra blas- phemiam procedatur per quoscunque Iudices, qui alias de iure sint competentes, sicut & contra sodomiam, & contra stuprum. Et idem clarissime habetur ex Greg. IX. cap. Statuimus. de maledi- cis, vbi, qui contra Deum, vel contra aliquem Sanctorum, & maxime contra Beatissimam Vir- ginem publice blasphemare praesumpserit, certis poenis ibi expressis dicitur esse puniendus per Epi- scopum; & aliis poenis similiter ibi expressis di- citur esse puniendus per temporalem potestatem: atque ita supponitur, quod crimen blasphemiae, quando non est haereticum, sit mixti fori, & liberè, & licite possit cognosci, & puniri, tam in foro ec- clesiastico, quam in saeculari, & laico: & idem inter hos Iudices detur locus praeventioni, vt no- tat Panorm. in cap. 2. num. 9. de maledicis. Couar. in cap. Quauis pactum. part. 1. §. 7. vers. Crimen autem. Iul. Clar. lib. 5. §. Blasphemia. vers. Hoc crimen. Simanchas de cathol. instr. tit. 8. n. 9. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 28. quest. 5. Sanchez lib. 2. in De- cal. cap. 32. num. 37.

Neque ex eo, quod Iudices ecclesiastici per sua edicta aliquando praecipiant, sibi denunciari blas- phemos non haereticos, intelligi debent velle impedire iurisdictionem aliorum Iudicum, & po- sitiuè prohibere, ne denunciatio fiat etiam illis: sed credi debent solum intendere, vt fiat denunciatio, & vt non omittantur, ne tanta crimina maneant impunita, vt notat Sanchez cap. 32. cit. n. 47.

Et quauis, in rigore loquendo, non sit improba- bile, quod etiam Inquisitores, & Iudices fidei, commu- laciud

sthemia non haereticas sunt denuncia- cionda.

5. Sed possunt denunciari, etiam apud Iudicem saecularem.

6. Et idem sunt mixti fori, & datur in illis locus praeventioni.

7. Vtrum possit

latiuè cum aliis Iudicibus ecclesiasticis, & saeculari- bus possint cognoscere de blasphemis non haereti- calibus, vt vult Castreas lib. 1. de iusta Haeret. punit. cap. 12. in fine, & Corduben. lib. 1. quest. 17. §. 15. non. 1. vers. In cuius examinatione, vbi etiam asserit, eos in Hispania ex consuetudine legitime praeferi- pra, & fortasse etiam ex autoritate specialiter sibi delegata, id habere de facto, id quod non sit irrationa- bile, cum ex Bulla Iulij III. in multis. Iudices pro blasphemis quibuscunque, & indefinite accep- tis deputentur, & instituantur ipsi generales Inqui- sitores, vt patet in veteri Bullario, tom. 1. pag. 545. post modum; & etiam blasphemiae, quae dicuntur non haereticas, sunt aliquo modo contra praecipuum confessionis fidei, vt ostendimus supra, disp. 35. n. 2. communiter tamen Inquisitores non solent se in- gerere in huiusmodi blasphemias non haereticali- bus, vt ex communi sententia paulo ante retulimus num. 1. sicut nec se ingerunt in iis superstitionibus, aut sortilegiis, quae non sapient haerem manifestam, vt expresse habetur cap. Accusatus. §. Sanè. de Haeret. in 6. ne scilicet, negotiorum fidei per alias oc- cupationes impediatur, vt ibi dicitur. Vtrum au- tem in Hispania, aut alibi sit dicta consuetudo, ea- que sit legitime praescripta, vel etiam sit specialis au- thoritas delegata pro huiusmodi blasphemis non ha- reticibus, non est nostrum definire.

8. Ex his vero, quae diximus, rectè colligitur, quod haec quoque blasphemias non haereticas suis Iudi- cibus sunt denunciandae sub mortali: siquidem ex cap. Si quis per capillum. 2. 2. quest. 1. qui illas non manifestat, diuina condemnatione dicitur coercen- dus: & in Bulla Iulij III. in multis, grauissime id praecipitur, & ex autoritate Dei omnipotentis, & in districto Dei iudicio conscientias aggrauando, & sub culpa mortali, & sub iisdem poenis, quae ibi statuun- tur contra ipsos blasphemos, mandatur omnibus, & singulis, cuiuscunque gradus, & conditionis, qui scierint aliquem blasphemasse, vt intra triduum eum denunciet, vel per seipsum, vel per chirogra- plum, &c. Et quauis dicta Constitutio solum sit pro Vrbe Roma, vt patet manifestè ex proemio, & ex deputatione Iudicum, qui sunt tantummodo ipsi Inquisitores generales, & ex applicatione pe- narum in sustentationem orphanorum, & Catechu- menorum, & ex annotatione marginali in fine ipsius Bullae, negari non potest, quin inde sumatur mag- num argumentum pro grauitate obligationis den-unciandi vbiq; cum vbiq; sit eadem grauitas eiusdem criminis, & eadem ratio obligandi. Et idem potest colligi etiam ex Concilio Lateranensi citato: siquidem in virtute sanctae obedientiae om- nes monet, vt denuncient, &c. Caeterum, quia haec obligatio est solum de iure positiuo, vehementer suspicor, quod iam vsu sit abrogata, cum nullus sit, etiam ex vitiis bonis, ac timoratis, qui, si quem au- diat etiam publice, & in foro blasphemantem, cogitet de illo denunciando, ac deferendo ad quen- cunque Iudicem; & si non deferat, nec denunci- et, postea dolcat, & sacramentaliter poeniteat, tanquam de omissione culpabili rei praecipuae: optimum ta- men est, vt in quacunque prouincia attendatur communis vsus, & secundum illum conscientias consulatur. Certè quod statuitur in Concilio Late- ranensi citato, vt blasphemus non absoluat in foro conscientiae a Confessario, nisi grauissima pe- nitentia pro illius arbitrio imposita, & vt omnes, qui eum audiunt blasphemantem, teneantur eum acriter verbis obiurgare, si circa suum periculum id possunt facere, certum est, quod non est vsu rece-

non possunt denunciari, nisi ad tu- quificeret.

8. Vbi ratio de- betur bla- phemias non haereticas, & sub mor- tali: sed for- ma: & coe- r- sive est vsu ab- rogata.

ptum, & hoc tempore non obligat, vt notat Ar- nilla verbo, Blasphemia, num. 5. Suar. tomo 1. de relig. tract. 3. lib. 1. de irregular. cap. 7. num. 2. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 28. quest. 7. & 9. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 32. num. 44. & 46. & ex eodem Azor. eod. cap. 28. quest. 6. & Reginal. in pract. lib. 18. num. 202. tom. 2. fol. 139. & Filliuc. tom. 2. tract. 25. cap. 1. num. 33. & 34. idem est de tota Bulla Leonis X. in dicto Con- cilio Lateranensi, & de Bulla Iulij III. & Pij V. in quibus tamen strictè habetur praecipuum de- nunciandi: & ex Panorm. in cap. Statuimus. n. 8. de maledicis. Hostien. in Summa tit. de maledicis, vers. Grauior. Couarruua in cap. Quauis pactum. §. 7. num. 10. vers. Sed, quia poenam. Azor. cap. 8. quest. 6. cit. col. 1135. ante medium, idem est de cap. Si quis per capillum. 2. 2. quest. 1. vbi statu- tur, vt blasphemus, si sit Clericus, deponatur; si sit laicus, excommunicetur: similiter enim iam vsus obtinuit, vt dicta poena non habeat locum, nisi data incorrigibilitate, aut consuetudine blasphemandi, vel nisi blasphemia sit ita grauis, vt maximam ini- uriam inferat Majestati diuinae, & extra hos casus censeri debet iam antiquata per consuetudinem, vt loquitur Couar. loc. cit. Si ergo ex iure communi, & ex Bullis antiquioribus non potest hoc tempore aliquid certi haberi pro obligatione denunciandi blasphemos non haereticos, optimum est, vt stetur edictis recentioribus Episcoporum, vel statu- tis synodalibus, si quae sunt de hac re, vel con- suetudini communiter receptae in vnaquaque prou- incia, aut dioecesi, vt iam diximus; & absolute, si nihil tale specialiter vigeat, non est, quod, quid- dicit blasphemum, communiter credat, se teneri ad eum denunciandum, aut deferendum ad quen- cunque Iudicem, cum Bullae iam dictae non sint in vsu, & talis delatio, & denunciatio sit valde grauis, & odiosa, vt loquitur Filliuc. n. 34. cit. pag. 174. col. 2.

9. Qui ex circum- stione, aut alio privilegio non coguntur ad testimonium ferendum contra aliquos, non tenentur illos denun- ciare, si sint blasphemii.

ptum, & hoc tempore non obligat, vt notat Ar- nilla verbo, Blasphemia, num. 5. Suar. tomo 1. de relig. tract. 3. lib. 1. de irregular. cap. 7. num. 2. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 28. quest. 7. & 9. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 32. num. 44. & 46. & ex eodem Azor. eod. cap. 28. quest. 6. & Reginal. in pract. lib. 18. num. 202. tom. 2. fol. 139. & Filliuc. tom. 2. tract. 25. cap. 1. num. 33. & 34. idem est de tota Bulla Leonis X. in dicto Con- cilio Lateranensi, & de Bulla Iulij III. & Pij V. in quibus tamen strictè habetur praecipuum de- nunciandi: & ex Panorm. in cap. Statuimus. n. 8. de maledicis. Hostien. in Summa tit. de maledicis, vers. Grauior. Couarruua in cap. Quauis pactum. §. 7. num. 10. vers. Sed, quia poenam. Azor. cap. 8. quest. 6. cit. col. 1135. ante medium, idem est de cap. Si quis per capillum. 2. 2. quest. 1. vbi statu- tur, vt blasphemus, si sit Clericus, deponatur; si sit laicus, excommunicetur: similiter enim iam vsus obtinuit, vt dicta poena non habeat locum, nisi data incorrigibilitate, aut consuetudine blasphemandi, vel nisi blasphemia sit ita grauis, vt maximam ini- uriam inferat Majestati diuinae, & extra hos casus censeri debet iam antiquata per consuetudinem, vt loquitur Couar. loc. cit. Si ergo ex iure communi, & ex Bullis antiquioribus non potest hoc tempore aliquid certi haberi pro obligatione denunciandi blasphemos non haereticos, optimum est, vt stetur edictis recentioribus Episcoporum, vel statu- tis synodalibus, si quae sunt de hac re, vel con- suetudini communiter receptae in vnaquaque prou- incia, aut dioecesi, vt iam diximus; & absolute, si nihil tale specialiter vigeat, non est, quod, quid- dicit blasphemum, communiter credat, se teneri ad eum denunciandum, aut deferendum ad quen- cunque Iudicem, cum Bullae iam dictae non sint in vsu, & talis delatio, & denunciatio sit valde grauis, & odiosa, vt loquitur Filliuc. n. 34. cit. pag. 174. col. 2.

9. Qui ex circum- stione, aut alio privilegio non coguntur ad testimonium ferendum contra aliquos, non tenentur illos denun- ciare, si sint blasphemii.

munii, & privilegio coniunctionis per illud concessio.

10. Similiter, si alicubi Bullæ Leonis X. & Iulij III. & Pij V. contra blasphemos, sint in usu, quod in illis statuitur, ut certa pœnæ inferantur pro prima vice, & aliæ pro secunda, & tertia vice, non est intelligendum de prima vice prolationis blasphemæ, sed solum de prima vice deprehensionis, & cognitionis, vel punitionis iudicialis, ut notat Quaranta in Summa Bullarj, verb. Blasphemia, versus finem, pag. 128. & ideo, si quis primò defertur, & denuntiatur, quod blasphemavit, v. g. terynon est puniendus iis pœnis, quæ sunt statutæ pro tertia vice, sed iis tantum, quæ sunt statutæ pro primâ: & hoc modo etiam in Bulla Leonis X. & Iulij III. pro eodem sumitur, quod aliquis blasphemaverit prima, vel secunda, aut tertia vice, & quod prima, secunda, aut tertia vice fuerit cõvictus in iudicio de blasphemâ, ut patet legenti. Et facit pro hac expositione etiam id, quod habetur cap. Grave nimis, de pœben. quod Prælati, qui beneficia ecclesiastica sæpius contulit indignis, tunc sit suspendendus à collatione beneficiorum, quando fuerit reprobatus culpabilis post primam, & secundam correctionem: hoc enim in idem recidit, ac si dixisset, post primam, & secundam vicem.

11. Et si aliquando per edictum, aut per legem Superioris præcipiatur denunciari, qui blasphemant publicè, non ij solum debent intelligi ex Panorm. in cap. 2. num. 7. de maledicis. Sylv. vers. Blasphemia, num. 7. & aliis, quorum blasphemia est notoria notorietate iuris, & de qua reus est iam cõvictus, & damnatus in iudicio; vel etiam notoria notorietate facti per certam notitiam maioris partis Communitatis, & per talem evidentiam rei, quæ nulla tergiversatione possit celari, ut dicitur cap. fin. de cohabitatis. Cleric. & mulierum: sed etiam illi, quorum blasphemia est certò cognita à pluribus, etiam si non sit cognita à maiori parte Communitatis, & per illos potest referri ad Episcopum, & probari in iudicio: quia, ut dicitur L. Palam. ff. de verb. signific. illud dicitur fieri palam, quod fit coram pluribus, & absolute ad hoc ut blasphemia dicatur publica, solum non requiritur, ut sit notoria, & potest sufficere omnis alius modus, qui sit contradistinctus à notorio, ut concludit ibi Panorm. dummodo saltem possit probari in iudicio, ut subdit Sylv. num. 8.

12. Et si per eadem edicta, aut leges præcipiatur denunciari, qui sunt consueti blasphemare, vel qui blasphemant per consuetudinem; non debent illi intelligi, qui blasphemant bis, aut ter, ut notat Quaranta in Summa Bullarj, vers. Blasphemia, in fine, & apud illum Alexander conf. 72. vol. 1. num. 8. sed illi, qui blasphemias frequenter reiterant; & quoties venit occasio, prorumpunt in illas ex habitu, & ex hoc operantur, tanquam ex altera natura, ut subdit Quaranta ibidem ex Iafone in L. Ait Praior. §. Iurani, num. 4. ff. de iurjur. & Menoch. lib. 2. de arbit. conf. 4. casu 375. vel saltem, qui tam frequenter blasphemant, ut apud vulgus communiter reputentur, ut blasphematores, argumento L. Sciendum. §. Illud. ff. de adilitio edicto.

13. Et quod aliqui dicunt apud Iulium Clarum lib. 5. §. Blasphemia, in fine, quod in aliqua provincia potest esse tam frequens, & tam communis vsus proferendi aliqua verba ex se blasphemata, ut tollat, vel minuat advertentiam malitiæ illorum verborum, quod sint in iniuriam Dei, & verè blasphemata, & solum apprehendantur, & proferantur, ut verba hominis irati, & ad exprimendam passionem iracundie; absolute loquendo non videtur impossibile.

14. Et si aliquando per edictum, aut per legem Superioris præcipiatur denunciari, qui blasphemant publicè, non ij solum debent intelligi ex Panorm. in cap. 2. num. 7. de maledicis. Sylv. vers. Blasphemia, num. 7. & aliis, quorum blasphemia est notoria notorietate iuris, & de qua reus est iam cõvictus, & damnatus in iudicio; vel etiam notoria notorietate facti per certam notitiam maioris partis Communitatis, & per talem evidentiam rei, quæ nulla tergiversatione possit celari, ut dicitur cap. fin. de cohabitatis. Cleric. & mulierum: sed etiam illi, quorum blasphemia est certò cognita à pluribus, etiam si non sit cognita à maiori parte Communitatis, & per illos potest referri ad Episcopum, & probari in iudicio: quia, ut dicitur L. Palam. ff. de verb. signific. illud dicitur fieri palam, quod fit coram pluribus, & absolute ad hoc ut blasphemia dicatur publica, solum non requiritur, ut sit notoria, & potest sufficere omnis alius modus, qui sit contradistinctus à notorio, ut concludit ibi Panorm. dummodo saltem possit probari in iudicio, ut subdit Sylv. num. 8.

15. Et si per eadem edicta, aut leges præcipiatur denunciari, qui sunt consueti blasphemare, vel qui blasphemant per consuetudinem; non debent illi intelligi, qui blasphemant bis, aut ter, ut notat Quaranta in Summa Bullarj, vers. Blasphemia, in fine, & apud illum Alexander conf. 72. vol. 1. num. 8. sed illi, qui blasphemias frequenter reiterant; & quoties venit occasio, prorumpunt in illas ex habitu, & ex hoc operantur, tanquam ex altera natura, ut subdit Quaranta ibidem ex Iafone in L. Ait Praior. §. Iurani, num. 4. ff. de iurjur. & Menoch. lib. 2. de arbit. conf. 4. casu 375. vel saltem, qui tam frequenter blasphemant, ut apud vulgus communiter reputentur, ut blasphematores, argumento L. Sciendum. §. Illud. ff. de adilitio edicto.

16. Et quod aliqui dicunt apud Iulium Clarum lib. 5. §. Blasphemia, in fine, quod in aliqua provincia potest esse tam frequens, & tam communis vsus proferendi aliqua verba ex se blasphemata, ut tollat, vel minuat advertentiam malitiæ illorum verborum, quod sint in iniuriam Dei, & verè blasphemata, & solum apprehendantur, & proferantur, ut verba hominis irati, & ad exprimendam passionem iracundie; absolute loquendo non videtur impossibile.

17. Et si aliquando per edictum, aut per legem Superioris præcipiatur denunciari, qui blasphemant publicè, non ij solum debent intelligi ex Panorm. in cap. 2. num. 7. de maledicis. Sylv. vers. Blasphemia, num. 7. & aliis, quorum blasphemia est notoria notorietate iuris, & de qua reus est iam cõvictus, & damnatus in iudicio; vel etiam notoria notorietate facti per certam notitiam maioris partis Communitatis, & per talem evidentiam rei, quæ nulla tergiversatione possit celari, ut dicitur cap. fin. de cohabitatis. Cleric. & mulierum: sed etiam illi, quorum blasphemia est certò cognita à pluribus, etiam si non sit cognita à maiori parte Communitatis, & per illos potest referri ad Episcopum, & probari in iudicio: quia, ut dicitur L. Palam. ff. de verb. signific. illud dicitur fieri palam, quod fit coram pluribus, & absolute ad hoc ut blasphemia dicatur publica, solum non requiritur, ut sit notoria, & potest sufficere omnis alius modus, qui sit contradistinctus à notorio, ut concludit ibi Panorm. dummodo saltem possit probari in iudicio, ut subdit Sylv. num. 8.

DISPUTATIO LXII.

An, & quomodo iudicibus fidei, & aliis, sint denunciandi malefici, & Magi.

- 1. Malefici, & Magi alij sunt hæreticales, alij non hæreticales.
2. Malefici hæreticales sunt denunciandi Inquisitoribus, aut iudicibus fidei.
3. Et sic præcipitur in Bullis pontificiis, & in editis Inquisitorum.
4. Et hæc etiam obligatio est ex iure divino, & naturali.
5. Eadem ampliaciones, sub quibus debent denunciari Hæretici, etiam valent in denunciandis maleficiis.
6. Malefici quibus modis tribuantur Dæmoni cultum latria.
7. Sacrificium soli Deo potest offerri.
8. Quare Magi, & Dæmones aliquando suadeant, aut præcipiant bona.
9. Divinatores, qui arte Dæmonis quarunt certam notitiam futurorum contingentium liberorum, tribuunt Dæmoni cultum latria.
10. Innuocere Dæmonem, & preces ad illum fundere, est illum colere cultu latria.
11. Quibus modis tribuatur Dæmoni cultus dulia, aut hyperdulia.
12. Dæmoni neque etiam is cultus potest tribui, qui tribuitur Regibus, & Principibus.
13. Articuli Parisienses circa artem magicam.
14. Si maleficia non sapiant hæresim manifestè, non sunt denuncianda Inquisitoribus.
15. Si sit dubium, quod maleficia sapiant hæresim, utrum Inquisitor debeat in illis se intromittere.
16. Index ordinarius cognoscit de sua iurisdictione in casu dubio.
17. Si maleficia ex circumstantiis personarum certè sciuntur non sapere hæresim, licet possunt non denunciari.

Adem distinctio, quam posuimus disputatione præcedente, pro blasphemis, est repetenda etiam hoc loco pro maleficiis: possunt enim etiam hi aliquando esse hæreticales, & aliquando non hæreticales, si scilicet, maleficia, aut superstitionem exerceant cum abnegatione fidei, siue in totum, siue in partem; vel illam retineant omnino integram, & neque etiam ex parte illam abiciant: nam cap. Ascusatus. §. Sanè.

§. Sanè de Hæres. in. 6. expressè dicitur, quod Inquisitores in iis tantum diuinationibus, aut sortilegiis debent se intromittere, quæ manifestè sapiunt hæresim, & alia debent relinquere suis Iudicibus puniendâ: atque ita supponitur, quod sortilegia, incantationes, aut maleficia, quæ sunt à Magis, aut maleficiis ope Dæmonis, aliquando sunt coniuncta cum hæresi, eamque sapiunt manifestè, & aliquando non sunt coniuncta, eamque non sapiunt. Et eandem ob causam in Decretalibus, & in iure canonico sub diuersis titulis statuitur de sortilegiis, & de hæresibus: quia, scilicet, neque omnes Hæretici sunt sortilegi, neque omnes sortilegi sunt Hæretici. Et non est dubium, quod manifestissimè sunt Hæretici, imò & Apostatæ à fide, qui pro maleficiis, & sortilegiis exercendis, se totos Satanæ dedunt, & Baptismatis Sacramento renunciant, & Deum, ac fidem abnequant, ut loquitur Leo X. Constitutione, Honesis penitentium votis, quæ habetur ad fin. Directorij Inquisitorum, pag. 99. & illi, qui præterea sanctissimam Crucem conculcant pedibus, ut loquitur Adrianus VI. in alia Bulla, Dudum vti nobis, quæ habetur in eodem Directorio, pag. 105. & opprobria super eam perpetrant, & abutuntur Sacramentis Ecclesiæ, & præcipuè Eucharistia, & Diabolum in suum dominiuum, ac patronum assumunt, eique obedientiam, ac reuerentiam exhibent, ut suis incantationibus, carminibus, sortilegiis, ac nefandis superstitionibus, iumenta, & fructus terræ multipliciter lædant. Et contra certum videtur, quod non sapit hæresim manifestè ex eodem Directo. parr. 2. quest. 43. n. 4. pag. 338. col. 2. si quis in terra describat circulum, & puerum in circulo ponat, & speculum, ensem, amphoram, aut aliud corpus peruium coram puero statuat, & ex libro certis carminibus, aut verbis Dæmonem aduocet, eique aliquid imperet, vel aliquid ab eo petat, quod non excedat illius potestatem, ut etiam notat Pegna in idem Directorium part. 2. com. 68. vers. Tertius casus. pag. 346. col. 1. in fine, & Caiet. 2. 2. quest. 95. art. 4. §. Circa diuinationem. Et tale quid videtur contigisse etiam Saulli, I. Reg. 28. quando per Pythonissam excitauit Samuelem, absque eo, quod vllum cultum, aut adorationem dicitur præstitisse spiritui pythonico, vel vllam Diuinitatem, aut Numen agnouerit in Dæmone, eique tribuerit aliquid falsi, & contra fidem, ut subdit Directorium loco citato. Et tale aliquid videtur haberi etiam in iure canonico cap. Ex tuarum, de sortilegiis, dum non damnatur, ut contra fidem, vel ut sapiens hæresim, factum illud Presbyteri, qui accessit ad quandam locum priuatum cum quodam infami, & sortilego, vel malefico, non ut vocaret Dæmonem; sed ut inspiceret astrolabium, & furtum cuiusdam Ecclesiæ recuperaret: quanuis enim reuerà etiam in huiusmodi diuinationibus rerum particularium contingentium, siue præteritarum, siue futurarum, per alia se immisceat Dæmon; & ideo non possit sine graui peccato superstitionis, & irreligiositatis talis diuinatione exerceri; bene tamen potuit ille Presbyter ex mera simplicitate, ut ibi dicitur, non aduertere & non intendere operam Dæmonis, & per astrolabium astra consulere ex sola intentione venandi, & indagandi furem, & furtum recuperandi; ac proinde sortilegium exercere solum materialiter, nec fidem negare vlla ex parte, vel hæresim vllam incurere.

Postea verò hac distinctione, quod sortilegia, & maleficia aliquando sint cum vera infidelitate, & hæresi, eamque sapiunt manifestè, & aliquando sint pura, & sine illa; communis regula est, quod Iudicibus fidei, & Inquisitoribus tunc debent denunciari.

ri, & manifestari, quando sunt coniuncta cum hæresi, & cum infidelitate, eamque sapiunt manifestè non autem quando sunt pura, & sine illa. Ita Delrius in disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 4. n. 6. Paulus Comitulus in responsis moralibus, lib. 4. quest. 8. n. 3. & 5. Bonac. disp. 6. ex variis, puncto 2. n. 11. pag. 772. col. 2. com. 1. & alij, & habetur expressè in Bulla Gregorij XV. de anno 1623. contra maleficia, vel sortilegia, ut etiam refert Bonac. loc. cit. vbi post pœnas vltimi supplicij; vel saltem perpetui carceris in sancto Inquisitionis officio statutas in eos, qui pactum cum Diabolo faciunt, & à fide apostatando maleficiis, seu sortilegiis vnam, aut plures personas ita lædunt, ut mors illis sequatur, vel saltem infirmitas, aut diuortia inter coniuges, vel impotentia generandi, vel damnum notabile animalibus, frugibus, aut fructibus terræ, subduntur hæc verba: Quis verò huiusmodi delinquentium notitiam habuerint, eos Episcopo, seu Inquisitori denunciare debeant. Et idem per sua edicta sæpius præcipiunt Inquisitores, etiam sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut patet ex generali edicto Inquisitorum pro Vrbe Roma, & pro districto de anno 1625. in quo omnibus, & singulis suæ iurisdictionis hominibus cuiuscunque conditionis, status, gradus, aut dignitatis, siue ecclesiasticæ, siue mundanæ existant, in virtute sanctæ obedientiæ; & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præcipiunt, & mandant, ut intra certum tempus teneantur denunciare ipsissimè Inquisitoribus, vel etiam Ordinariis suorum locorum, omnes, quos nouerint esse Hæreticos, vel suspectos, aut diffamatos de hæresi, credentes, fautores, receptatores, aut defensores eorum, & omnes, qui quomodocunque adhæserint, vel adhæcant ritibus Iudaicorum, Saracenorum, aut Gentilium, & quomodocunque apostatarint à fide: Et præterea omnes, & singulos, qui expressè, vel tacitè inuocauerint, aut inuocent Dæmonem, eique præstiterint, aut præstent honorem, vel pacta cum illo inierint, aut se ingererint, vel se ingerant in quodocunque experimentum magia, aut necromantie, vel incantationibus, & aliis huiusmodi superstitionibus, & actionibus cum abusu rerum sacrarum.

Et faciunt pro hac obligatione denunciandi huiusmodi maleficos ea omnia, quæ supra attulimus pro denunciandis Hæreticis disp. 59. num. 7. ex S. Thoma 2. 2. quest. 68. art. 1. & quest. 70. art. 1. ad 2. quod crimina tunc debeant deferri ad iudicem, quando verunt in detrimentum Reipublicæ, & pertinent ad corruptionem multitudinis, siue spirituales, siue temporales: & num. 11. quod hæc obligatio maxime proueniat ex præcepto diuino, & naturali charitatis erga Deum, & erga bonum commune; & præterea ex iustitia legali: siquidem certissimum est, quod tales malefici sunt genus hominum perniciosissimum, ut eos appellat Leo X. Constitut. paulò antè cit. Honesis penitentium votis. & perniciem afferunt, non solum spirituales iis omnibus, quos facillimè pertrahunt ad eandem artes, & ad eadem maleficia exercenda, hoc est, ad interitum infidelitatis, ut appellatur cap. Episcopi, eorumque ministri. 26. quest. 5. sed etiam afferunt perniciem temporalem, quam plurimos occidunt, vel inducunt in morbos grauissimos, ac molestissimos; & ipsa etiam animalia, & fruges, & fructus terras lædendo, ut retulimus ex Bullis Adriani VI. & Gregorij XV. & ideo tanquam morbida pecudes omnino sunt excludendæ à Grege Dominico, ne alias corrumpant, ut loquitur Ioannes XXII. Extranaag. Super illius, quæ habetur in eodem Directorio part. 2. quest. 43. col. 1. num. 9. pag. 341. Et si contingat,

Si certa pars ferantur contra blasphemos prima, secunda, aut tertia vice, quomodo sunt intelligenda.

Blasphemia publica quantum sit.

Blasphemia ex consuetudine quanto quantum sit.

Consuetudo blasphemandi vitium possit in aliqua provincia excusare à culpa eos, qui profuerunt verba blasphemata.

Et sic præcipitur in Bullis pontificiis, & in editis Inquisitorum.

Et hæc etiam obligatio est ex iure diuino, & naturali.

Malefici hæreticales sunt denunciandi Inquisitoribus, aut iudicibus fidei.

gat; vt expresse, & signanter, & ex animo abrenuncient fidei, & Baptismati; & Sacramentis Ecclesie; non est dubium, quod vere, & proprie sunt etiam Hæretici, & Apostata à fide, & etiam vt tales sunt necessariò denunciandi: si verò non abrenunciant fidem signanter, & ex animo, sed solum ex concupiscentia, vel ex alia intentione exhibeant Dæmoni aliquem cultum, aut honorem soli Deo, aut Sanctis debitum, eo ipso fundant suspicionem, & præsumptionem de hæresi, & de infidelitate, & euadunt Hæretici, & infideles, saltem præsumptiue; vt loquitur Sylu. verb. Hæresis, 3. quæst. 4. num. 5. vel iuris fictione, & præsumptione, vt loquitur S. Anthoninus part. 2. tit. 12. §. 1. cum facto ipso ostendant agnoscere se in Dæmone dignitatem illius cultus, & consequenter Diuinitatem, aut sanctitatem aliquam: quod tamen est contra fidem. Vnde & Sixtus IV. in quodam Breui, quod incipit, Nunciatur est nobis. & habetur in fine Directorij Inquisitorum pag. 82. absolutè damnat, tanquam Hæreticum, expectare responsum à Dæmone, & mandat in eum inquiri, qui id negarit. Et cum debeant denunciari etiam illi, qui sunt suspecti de hæresi, & à fortiori, qui sunt Hæretici præsumptiue, & ex factis, aut dictis præsumuntur esse Hæretici, vt supra diximus, etiam debent denunciari malefici, si ex maleficiis præsumuntur esse Hæretici modo explicato, vel vt dicitur cap. Accusatus. §. Sanè. paulo antè citato, de Hæres. in 6. si eorum maleficia sapiunt hæresim manifestè. Et si licet ex iis, quæ communiter accidunt, & communiter accidunt certò sciuntur, suspicari aliquid, omnino licet de maleficiis suspicari, eo ipso, quod dant operam maleficiis, quod de fide non bene sentiant, nec in illa sint bene firmi, cum communiter ita accidat, & plerique deprehendantur Hæretici, vel Apostata à tota fide, vel idololatræ Dæmonem ipsum adorantes, vt Deum, vel omnino athei, & nullius religionis, vt notat Lessius lib. 2. cap. 44. num. 27. Atque hoc modo cap. Episcopi, eorumque ministri. 26. quæst. 5. cit. ex eo præcipitur, vt sortilegi, & Magi efficiantur de parochiis: quia S. Paulus ad Titum 10. præcipit vitari Hæreticos: quæ tamen ratio inepta esset, nisi etiam Magi, & malefici communiter essent Hæretici. Et propter hæc, & plura alia crimina morte digna, quæ communiter reperuntur in iis foeminis maleficiis, quæ dicuntur sagæ, lamie, aut strigæ, dignissimæ sunt, quæ non modo tradantur per iudicalem denunciationem in manus Inquisitorum; sed etiam, quæ per sententiam tradantur in manus Iudicis, aut Curie secularis: quanuis in maleficiis non sint pluries deprehensæ, nec sint relapsæ, vt notat Sylu. verb. Hæresis, 3. num. 10. & apud Comitolum in responsis moralibus, lib. 4. quæst. 8. num. 7.

5. Eadem ampliationes, sub quibus debent denunciari Hæretici, etiam valent in denunciandis maleficis.

Et quæ diximus supra pro denunciandis Hæreticis disp. 59. num. 16. quod sint denunciandi etiam occulti, & solum cogniti ipsi denunciandi: & n. 20. quod non sit necessariò præmittenda secreta monitio: & num. 22. quod sint denunciandi etiam, quando creduntur iam esse emendati: & num. 24. & 25. quod non obstat quodcumque secretum naturale, etiam firmatum per iuramentum, aut per votum: & disp. 60. num. 12. quod etiam ipse Hæreticus teneatur denunciare occultos complices suæ hæresis: & num. 15. & 22. quod sit denunciandus etiam coniunctissimus, & amicissimus, quando alij desunt, qui possint, aut velint denunciare: & n. 29. quod sint denunciandi etiam Episcopi, & Prælati, si sint Hæretici, & quod nullus intelligi debeat esse exceptus ratione cuiusvis officij, aut dignitatis, siue ecclesiasticæ, siue mundanæ, &c. hæc, inquam, om-

nia, & similia debent intelligi, & dici eadem ratione etiam de maleficiis; tum, quia etiam ipsi sunt verè Hæretici, aut suspecti, vt diximus; tum, quia est eadem ratio etiam de crimine maleficij per se accepto, cum sit perniciosissimum Reipublicæ, & perniciem afferat, tam spiritualem, quam corporalem, aut temporalem, eamque maximam, & ferè irreparabilem, vt iam diximus. Neque communiter est vlla spes, quod verè, & ex animo debeant resipiscere, qui est finis fraternæ, & secretæ monitionis: & si quis fortè det aliqua signa resipiscentiæ, facillimè postea in crimen relabitur, & idè non est illi fidendum, & semper plurius est faciendæ securitas publica à maleficiis, ad quam ordinatur denunciatio, quam impunitas, aut bonum priuatum ipsius malefici, ad quod ordinatur secretum quodcumque naturale, etiam iuratum. Et quemadmodum ipse maleficus non est solutus obligatione diuina, & naturali erga bonum diuinum, & publicum; ita & tenetur etiam ipse denunciare complices sui criminis, vt ex communi sententia notat Delrius in disquisi. magis lib. 5. sect. 3. §. Secundum indicium. & debet denunciare etiam coniunctissimos, & amicissimos, & occultissimos, quando alij desunt, qui illos denunciant: & hoc modo rectè notat Comitolum in responsis moralibus, lib. 4. quæst. 8. cit. quod iure diuino, & naturali tuendæ fidei, & Religionis Christianæ tenetur filia, & puella denunciare matrem, si sciat, eam esse lamiam, & maleficam: & à fortiori idem est de filio, & de patre, & de viro, & de vxore, & de aliis quibuscumque coniunctis.

Sed, quoniam tota hæc res de obligatione denunciandi maleficos Inquisitoribus, & Iudicibus fidei, maximè pendet ex eo, vt bene examinetur, vtrum maleficia sapiant hæresim manifestè, vt dicitur cap. Accusatus. §. Sanè. cit. de Hæres. in 6. vnico verbo potest dici, quod tunc maleficia sapiunt hæresim manifestè, quando operationes maleficæ tribuunt Dæmoni, quod secundum fidem est illi indubitum, & non secundum illius naturam: nam, vt habetur in Directorio Inquisitorum part. 2. quæst. 43. & apud Syluestrum verb. Hæresis, 2. num. 5. & patet ex libris ipsorum Magorum, aliquando malefici exhibent Dæmoni cultum latriæ, & aliquando cultum dulciæ, aut hyperdulciæ; & hic verque manifestè sapit hæresim, cum ille sit proprius solius Dei, & hinc sit proprius Sanctorum, & amicorum Dei, & verque sit contra fidem, si Dæmoni tribuatur. Vnde, si quis maleficus sacrificium aliquod illi offerat, aues, aut animalia illi mastrando; lumina, thura, & odores incendendo, sal in ignem mittendo, vel aliquid aliud, tanquam holocaustum, in illius honorem consumendo, preces per ignota signa, & nomina illi fundendo, cumque quasi Deum in sua vota vocando, per eum iurando, & quasi infallibilem testem aduocando, castitatem, obedientiam, ieiunium, aut aliquid huiusmodi illi vouendo, sanguinem, aut se totum illi dicando, & alia huiusmodi faciendos; non est dubitandum, quod sapiat hæresim manifestè, cum tribuat Dæmoni cultum latriæ; & idè, quod sit denunciandus Iudicibus fidei: sunt enim hæc ferè omnia sacrificium aliquod, vt patet ex sacrificijs veteris Legis, & ex iis, quæ Sacerdotes Gentiles offerebant Deo Baal, 4. Reg. 18. & certum est, quod sacrificium non possit offerri, nisi Deo, cum sit cultus omnino supremus; & sacrificium visibile, quod offertur exterius essentialiter, sit signum sacrificij inuisibilis, quod offertur interiori in ipsis cordibus offerentium, & quod esse debent ipsi offerentes, vt patet ex S. Augustino lib. 5. de ciuit. cap. 5. & lib. 10. cap. 19. tom. 5. & apud Directorium

6. Malefici quibus modis tribuant Dæmoni cultum latriæ.

7. Sacrificium soli Deo potest offerri.

Directorium quæst. 43. cit. num. 5. §. Primò, ex dictis. pag. mihi 339. col. 1. & apud Suar. tom. 3. in 3. parte disp. 73. sect. 1. §. Ex his. pag. 928. col. 2. & apud S. Thomam 2. 2. quæst. 85. art. 1. & 2. qui tamen offerentes nulli alteri possunt se dare, aut offerre, aut submissionem animi sui per illam extenam immutationem, & destructi onem rei sensibilis factam solenni ritu, & à legitimo, & publico ministro significare, nisi Deo, qui solus est primum principium suæ creationis, & vltimus finis suæ beatificationis, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quæst. 85. art. 1. & 2. cit. & notat Suar. disp. 73. cit. sect. 1. & 2. ac proinde si sacrificium aliquod offeratur Dæmoni, manifestè in illo agnoscitur, & signo illo extremo significatur suprema excellentia, & supremum Numen; quod tamen salua fide esse non potest.

Et idem est, si fiant imagines, characteres, aut signa ignota, & in illis, vel per illa fundantur preces Diabolo, sicut fundantur Deo per imagines, & signa sacra; & sicut Gentilibus per signa, & simulacra suorum Deorum fundantur Diis; vel si per Dæmonem concipiantur iuramenta, & in illius honorem concipiantur vota, & promissiones, etiam de rebus alioqui bonis, & honestis; vel si ab illo quarantur futura libera, & contingencia, quæ, antequam fiant, solum à Deo possunt certò cognosci; vel si fiant alia huiusmodi, quæ solum competunt per se Deo, cum similiter per hæc omnia agnoscatur, & significetur in Dæmone id, quod non competit nisi Deo. Nec mirum videri debet, quod etiam Magi, & Dæmones aliquando suadeant, aut præcipiant, & acceptent promissiones, & vota de rebus bonis, atque honestis, & transfigurent se in Angelos lucis, cum reuera non sint bonæ, atque honestæ, quando fiunt in illius gratiam, atque honorem; sed vitentur ex hac circumstantia mali finis; & illa ipsa apparens bonitas, atque honestas materialis multum valeat ad fallendos simpliciores, ac rudiores, & præcipuè feminas, vt postea facilius credant, & faciant eadem suasionem Dæmonis, aut Magorum, plura alia, quæ etiam materialiter sunt mala, vt notat Pegna in Directorium part. 2. comment. 68. cit. S. Casistatem.

Et quod dicimus, etiam illud, tribuere Dæmoni cultum latriæ, si ab illo quaratur per maleficia, & per artes Magorum, aut quouis modo certa notitia futurorum contingentium liberorum, quæ, antequam fiant, & actu existant in seipsis, non habent causas, in quibus possint certò cognosci; & idè solum non fugiunt intellectum diuinum, qui solus illa videt, & intuetur secundum suam præsentia litatem, vt loquitur S. Thomas 1. part. quæst. 14. art. 13. & quatenus sunt futura, & continentur in suis causis contingentibus, non subduntur per certitudinem vlli cognitioni; sed solum potest de illis haberi cognitio aliqua coniecturalis, vt idem docet: hoc, inquam, quod tribuat Dæmoni cultum latriæ, expressè notat etiam Gratianus 26. quæst. 5. initio, vbi ait, esse quoddam genus culturæ idolorum, & iura Diuinitatis tribuere creaturæ, id est, Dæmoni, si quis ex illius consulatione intendat futura prædicere, cum hæc præscire solius Dei sit; vnde & dicitur Isaie 41. Annunciate, quæ ventura sunt in futurum; & sciemus, quia Dii estis vos. & idem asserit Caiet. 2. 2. quæst. 95. art. 4. §. Circa diuinationem. Castr. de iusta Hæretic. puni. lib. 1. cap. 13. Director. Inquisit. part. 2. quæst. 43. Pegna ibid. com. 68. §. An inquirere futura. pag. 344. col. 2. sub initium, & alij apud ipsum; & tale quid etiam habetur in Bulla Sixti V. contra Astrologos, vbi dicitur, quod diuinatione, aut prædictio futurorum, sit cum maximo periculo infidelitatis, & in detrimentum fidei, & reliquæ idolola-

8. Quare Magi, & Dæmones aliquando suadeant, aut præcipiant bona.

9. Diuinatores, qui ante Dæmonis quatuor certam notitiam futurorum contingentium liberorum, tribuunt Dæmoni cultum latriæ.

træ, dum id, quod solius est Creatoris, tribuitur creaturis, & fidei integritas violatur. Secus verò esset, si quis à Dæmone quæreret certam notitiam eorum futurorum, quæ sunt necessaria, & habent causas necessaria, & in illis possunt certò præcognosci, etiam vt futura: quia non propterea tribueret illi iura Diuinitatis, aut cultum latriæ, nisi fortè ad hunc effectum adhiberet sacrificia, aut aliquid huiusmodi; sed posset id facere etiam sine omni cultu, quanuis non sine graui peccato, vt paulo antè indicauimus num. 1. Vnde & cap. Accusatus. §. Sanè. cit. de Hæretic. in 6. dicuntur Inquisitores non debere se intromittere in omnibus diuinationibus, cum non omnes sapiant hæresim manifestè, quales sunt saltem illæ, quæ sunt de effectibus necessariis, qui possunt in suis causis certò præcognosci, vt futuri. Et de his rectè asserit S. Thomas in cap. 3. Isaia. §. Quæritur primò. & in 2. sent. dist. 7. quæst. 2. art. 2. quod neque etiam proprie sint diuinatione: sicut neque de iis, quæ habent causas determinatas, ex quibus proueniunt solum, vt in pluribus; in quantum, scilicet, sunt impedibiles per aliquid aliud, vt est, verbi gratia, siccitas in æstate, & sub cane; & prognosticationes Medicorum de sanitate, vel morte; & nautarum de tempestate futura: sicut enim nemo dixerit, cum diuinare, qui pronunciet, verbi gratia, Solem cras esse oriturum: quia hic effectus propter certitudinem, & determinationem, quam habet in circulatione, & motu cæli potius accedit ad rationem præsentis, & communiter reputatur, vt præsens: ita nec dicendus est diuinare, qui pronunciet tali die futuram eclipsim propter eandem rationem. Et addit S. Thomas, quod prædictio proprie solum est eorum futurorum, quæ non habent causas determinatas, vt sunt futura libera; & quod eorum præcognitio est propria solius Dei; & si habeatur ab aliquo alio dependenter ab inspiratione diuina, dicitur prophetia; & si quaratur quomodocumque ex consilio Dæmonum, est semper peccatum, & apostasia à fide, vt dicit S. Augustinus, relatus, scilicet, cap. Non obseruetis. 26. quæst. 1. vbi de iis, qui consulunt Magos, & arciolos pro diuinatione futurorum, dicitur, quod præuaricantur fidem Christianam, & Baptismum; & tanquam Pagani, & Apostata, id est, retrò abeuntes, iram Dei in æternum incurrunt, vt etiam notat Directorium part. 2. quæst. 43. cit. num. 6. pag. 339. col. 2.

Et eundem cultum latriæ tribui Dæmoni, si preces ad illum fundantur, vt solent Deo, ex eo patet: quia, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 85. art. 1. in corp. cum homo propter defectus, quos in se sentit, omnino indigeat adiuuari, & dirigi ab aliquo principio superiore; hic tamen ex ipso instinctu naturæ apud omnes gentes creditur, & dicitur esse ipse Deus; & idè naturaliter ad Deum omnes confugiunt, & omnes Deum inuocant in suis indigentis, quicunque tandem ille sit: si quis ergo inuocet Dæmonem, & ad eum confugiat generaliter, & simpliciter in suis indigentis, Dæmoni tribuit, quod est proprium Dei, & quoad hoc eum agnoscit, & colit vt Deum, qui est cultus latriæ, & apostasia à fide. Vnde Albert. in 2. sent. dist. 7. art. vlt. & apud Directorium Inquisitorum part. 2. quæst. 43. cit. num. 7. pag. 339. dupliciter ait posse contingere huiusmodi apostasiam in iis, qui dant operam rebus magicis, id est, verbo, & opere; si, scilicet, verbis fiant inuocationes Dæmonum, & opere fiant sacrificia. Dixi autem, esse cultum latriæ, si preces ad illum fundantur, vt solent ad Deum, in casu cuiuscumque indigentis: quia, si fundantur in aliqua indigentia particulari, quæ non sit supra naturam, &

10. Inuocatio Dæmonis, & preces ad illum fundere, est cultus latriæ.

& potestatem naturalem ipsius Demonis, potest non esse cultus latrice, aut simpliciter vllus cultus, vt supra indicauimus num. 1. quauis hoc etiam sit semper illicitum, & peccatum mortale.

11. Cultum vero hyperdulie, aut dulie exhibent Magi Diaboli, vt ex iisdem libris Magorum refertur in Directorio Inquisitorum part. 2. quæst. 43. cit. num. 3. & 11. Inquid miscent in suis orationibus nomina Dæmoniorum inter nomina Spirituum beatorum, aut Sanctorum, & quando illos adhibent, vt mediatores apud Deum, & quando Deum obsecrant per eorum nomina, & merita; & quando in eorum honorem accendunt cereos Deo, vel faciunt vota, vel per eos iurant, vt specialiter in se habentes, ac referentes ipsum Deum, &c. his enim omnibus modis colimus Sanctos, tanquam Dei amicos, & præ omnibus colimus Beatissimam Virginem, vt Dei Matrem, & omnium Angelorum, & Sanctorum Reginam, iisque omnibus per hæc signa externa prohemur nos seruos, & internam cordis, & animi submissionem declaramus, camque tandem in Deum referimus, quem in Sanctis maxime colimus cultu latrice. Et certissimum est, quod hic etiam cultus sapit hæresim manifeste, si detur Diabolo, cum Diabolus contraria ratione sit obfirmatus in malo, & in perpetuum à Deo damnatus, & declaratus, vt hostis, ne aliquid habeat, propter quod debeamus, aut possimus nos illi subicere.

Atque ad hunc cultum dulie pertinet etiam ille, quem inter homines exhibemus viris Principibus, & iis, qui in nos habent iurisdictionem, & potestatem, & exercent in nos gubernationem, quomodo dicimus a donare Pontifices, & Imperatores, & Reges, eosque colimus tanquam Dei Vicarios in nobis regendis, totoque mundo administrando, totumque cultum tandem referimus in ipsam Deum, quem similiter in suis Vicariis maxime colimus: quia enim in Dæmone neque etiam est talis potestas, & iurdictio, neque à Deo est constitutus, vt mundum gubernet: neque etiam possumus ex hoc capite illum colere cultu dulie: & hic etiam cultus saperet hæresim manifeste, si forte ab aliquo tribueretur Diabolo.

Et pro his omnibus manifeste faciunt plures articuli, quos olim de anno 1398. tanquam idololatrias, aut hæreses, vel errores in fide, damnauit Vniuersitas Theologica Parisiensis, & oppositos approbavit, vt de fide; vt videre est apud Gersonem, tomo 1. tractatu de erroribus circa artem magicam, & apud Pegnam in Directorio part. 2. com. 68. pag. 346. col. 2. in fine, & sequ. approbat enim, quod sit idololatria, quærare auxilia, & amicitias Dæmonis; & dare, vel offerre, aut promittere aliquid Dæmoni, & inire pactum cum Dæmone, vel tacitum, vel expressum; & conari includere Dæmones in lapidibus, annulis, speculis, aut imaginibus eorum nomine consecratis; & bonos etiam Angelos in illis includi, & sic inclusis consecrare imagines, aut vestimenta, & alia huiusmodi, quæ adhibentur ad artes magicas, & Dæmones thurificare, & iis sacrificare, & orationes, & ieiunia, & Missarum celebrationes, & similia, quæ sunt alioqui de genere bonorum, si adhibeantur ad artes magicas, excusare à culpa, & non potius aggravare malitiam, cum etiam hæc Dæmoni offerantur, & immolentur; & ex Dæmonibus aliquos esse bonos, & benignos, & omnia scientes, & aliquos nec esse saluatos, nec damnatos; & vnum Dæmonem suo merito esse Regem Orientis, & alium Occidentis, Septentrionis, & Meridici; & Intelligentiam cæli morticem eodem modo influere in animam rationalem, sicut corpus cælestis

12. Dæmoni, quo etiam in cultus potest tribui, qui tribuitur Regibus, & Principibus.

13. Articuli Parisiensis circa artem magicam.

influit in corpus humanum, & similia: & omnia damnantur in dicta Vniuersitate Parisiensis, vt cõtra fidem, omnino vt talia sunt habenda, etiam ex sola illius auctoritate, quæ sine dubio est iustificans ad fundandum assensum theologicum valde probabilem: & cum præterea ad idem faciunt plures Constitutiones Summorum Pontificum iam relata, vt, v. g. Sixti IV. Nunciatum est nobis ad fin. Direct. pag. 82. quod sit hæreticum, expectare responsa à Dæmonibus; & quod in eum, qui id neget, inquiri debeat, tanquam in Hæreticum; & Adriani VI. Constit. Dudum, & Iulij III. qui in eadem Constitutione refertur in eodem Direct. pag. 105. quod superstitio- nes cum abusu rerum sacrarum sint puniendæ, sicut alia hæreses, & sicut crimina contra fidem catholicam, & contra Christianam religionem: & Ioannis XXII. Extranag. Super illius. in eodem Direct. part. 2. qu. 43. pag. 341. quod qui Dæmonibus immolant, vel cosadorant, vel imagines fabricant, aut fabricari procurant, vel annulum, aut speculum, vel phialam, aut aliquid huiusmodi ad Dæmones ibi alligandos, vel responsum ab illis petunt, aut accipiunt, & qui alios hæc docent, vel ab aliis discunt, vel quomodolibet illis vtuntur, non modò sint excommunicati per excommunicationem lata sententiæ; sed etiam sint puniendi aliis poenis Hæreticorum, præter honorem confiscationem, si de illis admoniti infra octo dies non se correxerint: & Sixti V. Constitutione contra Astrologos, quod qui diuinant de contingentibus, retinunt reliquias idololatriæ, & violant fidei integritatem; & idem sunt puniendi per Inquisitores, & Iudices fidei: cum, in quâ, in prædictis Constitutionibus sic caueatur, habendum id esse, non modò vt assensus theologicus valde probabilis, sed omnino vt certus; & non est dubitandum, quod huiusmodi malefici sunt denunciandi Inquisitoribus, & Iudicibus fidei, quando in suis maleficiis sapiunt hæresim manifeste, modis omnibus iam explicatis, vt etiam docent Canonistæ communiter Ioan. And. Arch. & alij in c. Accusatus. §. Sane. ver. Saperem. de Har. in 6. & apud Direct. q. 43. cit.

Contra vero non est, quod illis denuncietur, si non sapiant hæresim manifeste: vt contingeret, si quis à Dæmone solum quæreret id, quod non est supra illius naturam: vt, v. g. quod tentaret mulierem; si præferim id quæreret, non orando, aut obsecrando, sed illi subiiciendo per preces; sed solum exprimitendo suam voluntatem, & desiderium; vel etiam imperando, & vtendo verbis imperatiuis, inbeo. præcipio, impero, constringo, & similibus, vt ex Oldrado notatur in Direct. q. 43. cit. n. 8. §. Et idem Oldrad. & n. 14. ex Ioan. And. Gemin. Franco, & aliis addit Pegna com. 68. cit. §. Si vero Dæmones. pag. 345. quia, scilicet, nihil creditur, aut committitur contra fidem, vt etiam sup. diximus n. 1. in eo casu, in quo describantur circuli, & in circulis statuatur puer, &c.

Et quidem si sit certum, & manifestum, quod maleficium, aut sortilegium non sapiat hæresim; certum similiter est, quod Inquisitor non debet in illo se intromittere, vt patet ex c. Accus. §. Sane. de Har. in 6. vbi id expresse statuitur: si vero nec sit certum, quod non contineat, nec certum, quod contineat; sed dubium, vtrum contineat, vel non contineat; similiter non debet Inquisitor se intromittere, ex Director. part. 2. q. 42. n. 7. pag. 336. col. 2. quia cap. Accusatus. cit. expresse, & positiuè requiritur, vt sapiat hæresim manifeste: & alioqui præcipitur, non se intromittere, vt etiam notat ibi Archid. Ioan. Andr. & alij cum Gloss. ibid. ver. Manifeste. cum quibus id allecit etiam Sylu. verb. Hæresis, n. 4. ver. Quauis non potest, & num. 5. ver. Quauis, nec possunt.

14. Si maleficium non sapiant hæresim manifeste, non denuncietur, nisi si denuncietur Inquisitoribus.

15. Si sit dubium, quod maleficium sapiant hæresim, vtrum Inquisitor debeat in illis se intromittere.

16. Et quauis alioqui Iudex cognoscat in casu dubio, vtrum sua sit iurisdictione, & in dubio dicatur habere iurisdictionem, L. Si quis ex alieno. ff. de iud. et tamen ex Ioan. Andr. & Sylu. solum intelligitur de Iudice ordinario, non autem de delegato, qualis est Inquisitor; vel certe intelligitur solum de illo, cui specialiter non est in Iure prohibitus casus dubius, vt est prohibitus Inquisitori, cap. Accusatus. cit. Sed recte addit Pegna com. 67. in fine pag. 337. ex Panorm. in cap. primum, num. 4. in fine, de fortilegiis, & aliis, quod bene est distinguendum, vtrum sit dubium simpliciter, quod maleficium, aut sortilegium sapiat hæresim; an vero sit certum, quod sapiat hæresim; sed sit dubium, quod sapiat manifeste: & in primo casu certum est, quod Inquisitor non debet, nec potest se intromittere: in secundo autem omnino potest; quia eo ipso, quod sapit hæresim, est aliquo modo suspectum, quod sit contra fidem.

17. Illud postremo non est omittendum circa obligationem denunciandi maleficos, saltem pro foro conscientie bene esse considerandas circumstantias personarum, & operationum, vt etiam notat Pegna in Director. part. 2. com. 68. §. Simanchas. pag. 345. col. 1. Sicut enim licite potest non denunciari is, qui profert propositionem hæreticam, si ex circumstantiis certo credatur, quod eam profert solum ex ignorantia, & sine pertinacia, vt supra diximus sup. §. 9. num. 19. & is, qui profert blasphemiam hæreticalem ex solo impetu iracundiæ; & non ex infidelitate, vt diximus secundum aliquos de sup. 6. n. 2. ita & potest non denunciari, si quis ex sola simplicitate, aut curiositate, vel ex affectu concupiscentiæ, & amoris, vel ex alio quocunque; non autem ex errore aliquo contra fidem, exerceat sortilegium, aut maleficium, vt videtur fecisse Presbyter, qui cap. Ex turaru. de sortileg. dicitur cum quodam sortilego, & in quodam loco secreto inspexisse astrolabium, vt recuperaret furtum Ecclesiæ. Et ex Directorio part. 2. quæst. 42. n. 7. talis esset etiam ille, qui ex aliquo fine solum conuerteret se ad Otteritrem, & profertet aliqua verba extranea, & iniurata, quorum significationem ignoraret etiam ipse, & nullo modo intenderet per illa adorare, aut orare Diabolum, vel alium cultum illi exhibere. Et in his casibus non modò possent huiusmodi sortilegi non denunciari Inquisitoribus: sed etiam possent non denunciari Episcopis, ad quos alioqui pertinent huiusmodi crimina, etiam quando non sapiunt hæresim, vt patet ex cap. Contra idololorum. & cap. Episcopi. & cap. Peruenit. 26. qu. 5.

18. Illud postremo non est omittendum circa obligationem denunciandi maleficos, saltem pro foro conscientie bene esse considerandas circumstantias personarum, & operationum, vt etiam notat Pegna in Director. part. 2. com. 68. §. Simanchas. pag. 345. col. 1. Sicut enim licite potest non denunciari is, qui profert propositionem hæreticam, si ex circumstantiis certo credatur, quod eam profert solum ex ignorantia, & sine pertinacia, vt supra diximus sup. §. 9. num. 19. & is, qui profert blasphemiam hæreticalem ex solo impetu iracundiæ; & non ex infidelitate, vt diximus secundum aliquos de sup. 6. n. 2. ita & potest non denunciari, si quis ex sola simplicitate, aut curiositate, vel ex affectu concupiscentiæ, & amoris, vel ex alio quocunque; non autem ex errore aliquo contra fidem, exerceat sortilegium, aut maleficium, vt videtur fecisse Presbyter, qui cap. Ex turaru. de sortileg. dicitur cum quodam sortilego, & in quodam loco secreto inspexisse astrolabium, vt recuperaret furtum Ecclesiæ. Et ex Directorio part. 2. quæst. 42. n. 7. talis esset etiam ille, qui ex aliquo fine solum conuerteret se ad Otteritrem, & profertet aliqua verba extranea, & iniurata, quorum significationem ignoraret etiam ipse, & nullo modo intenderet per illa adorare, aut orare Diabolum, vel alium cultum illi exhibere. Et in his casibus non modò possent huiusmodi sortilegi non denunciari Inquisitoribus: sed etiam possent non denunciari Episcopis, ad quos alioqui pertinent huiusmodi crimina, etiam quando non sapiunt hæresim, vt patet ex cap. Contra idololorum. & cap. Episcopi. & cap. Peruenit. 26. qu. 5.

DISPUTATIO LXIII.

An, & quo modo Iudicibus fidei sint denunciandi sollicitantes ad turpia in Confessione sacramentali.

- 1. Sollicitantes in Confessione sunt habendi vt suspecti de fide.
2. Presumptio Iuris, & de Iure quænam sit.
3. Obligatio denunciandi sollicitantes, non est solum ex Iure positivo ecclesiastico; sed etiam ex Iure diuino, & naturali.
4. Quid statuatur pro regnis Hispaniarum contra sollicitantes in Litteris Pij IV.
5. Quid statuatur contra eosdem in Bulla Gregorij XV. pro omnibus Christiani Orbis partibus.
6. Soli Inquisitores, & locorum Ordinarij delegati Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

- 7. tur Indices contra sollicitantes.
8. Quibus poenis possint, ac debeant illos punire.
9. Cardinales, qui sunt generales Inquisitores, possunt illos punire, etiam ex testibus singularibus.
10. Confessarij tenentur monere poenitentes de obligatione denunciandi.
11. Preceptum Pauli V. pro Vrbe Roma, vt denunciarentur sollicitantes.
12. Verum Sacerdos sollicitans ad turpia in aliis Sacramentis, præterquam in Confessione, sit denunciandus.
13. Leges humana, quæ seruantur in declarationem, aut determinationem alicuius Iuris diuini, & naturalis, extenduntur sicut & ipsum Ius diuinum, & naturale.
14. Extensio legis ad casus non expressos potest fieri ex omnimoda identitate rationis.
15. Si laicus, aut Clericus in minoribus forte assidens in Confessionario, sollicitet ad turpia, vtrum sit denunciandus.
16. Si Sacerdos non approbatus ad Confessiones sollicitet, est denunciandus.
17. Etiam Episcopus, & Inquisitor est denunciandus, si forte sollicitet ad turpia in Confessione.
18. Sollicitans in Confessione est denunciandus, etiam si sit emendatus.
19. Neque est præmittenda secreta mortis, aut fraternitatis correptio.
20. Sollicitantes sunt denunciandi, etiam quando sollicitatio in specie non potest probari.
21. Testes singulares quomodo probent.
22. Obligatio denunciationis iudicialis quomodo dicatur solum posse esse de iis delictis, quæ possunt probari in iudicio.
23. Etiam filius tenetur denunciare patrem sollicitantem, & conuictissimum quisque, & amicitissimus conuictissimum, & amicitissimum.
24. Sacerdos iam semel denunciatus, & punitus pro aliquibus sollicitationibus, adhuc est denunciandus, & puniendus pro aliis.
25. Sollicitationes, quæ sunt denunciande, quibus modis contingant.
26. Sacerdos voluitarie se polluens in Confessione, sed poenitenti id non aperiens, non est denunciandus.
27. Si faciat actus turpes cum poenitente, quando hic ex morbo, aut gravi somno est extra sensus.
28. Sollicitatio potest fieri nutibus, verbis, & factis.
29. Si laudet feminam à pulchritudinis.
30. Si intentio sic laudantis sit dubia, in quam partem sit præsumendum.
31. Dicitur Glossa, quod Clericus amplexans feminam credi debeat id facere animo eam benedicens, non est admittendum.
32. Qui sollicitat in Confessione ad alia peccata, præterquam ad actus venereos, vtrum sit denunciandus.
33. Qui deprehenditur sollicitasse ante Bullas promulgatas, vtrum sit denunciandus.
34. & c. vsque ad 41. in marg. huius disp. reperiuntur.

Qui sollicitant in Confessione sacramentali ad venereum, vel ad quæcunque flagitia, & peccata, non modò grauius peccant; sed etiam contrahunt non leuem suspensionem de fide; & iure optimo sunt reputandi, vt suspecti de hæresi, & Inquisitoribus, & Iudicibus fidei sunt subiiciendi, vt loquitur Pegna in Direct. par. 2. com. 31. §. Ille quoque. pag. 383. col. 2. & Rodrig. in qu. reg. tom. 2. qu. 27. art. 2. pag. 72. Menoc. de arbit. centur. 4. casu 372. Bonac. dispnt. 6. ex variis puncto 3. num. 28. pag. 776. col. 2. tomo 1. & alij, qui hac

1. Sollicitantes in Confessione sunt habendi vt suspecti de fide.

hac de causa etiam addunt, cogi illos debere per Indices fidei ad abiurandum, & quod pluris est, faciendum. Ita habet etiam Pius I V. in Litteris eade de re datis de anno 1561. sub die 16. Aprilis, pro regnis Hispaniarum, ad Archiepiscopum Hispanensem tunc in Hispaniis Generalem Inquisitorem, quas postea de anno 1622. sub die 30. Augusti, approbavit, & confirmavit quoad omnia, & singula in eis contenta, & vbique locorum, & pro omnibus futuris temporibus observari præcepit Gregorius XV. Extrav. V. nivesi. in quibus Litteris expressè assentunt dicti Pontifices, non posse se in animum suum inducere, quòd rectè sentiant de fide catholica, qui sic abutuntur Sacramentis, isque iniuriam faciunt; & idèd mandant Inquisitoribus, & Episcopis, vt contra illos procedant, eosque puniant, tanquàm suspectos de fide; & iuxta modum, & qualitatem, qua illos repererint esse culpabiles: atque ita videntur facere, & inducere hanc præsumptionem, & suspensionem, non modò Iuris, sed etiam de Iure, cum ex Baldo in l. Sine. vers. Sed quare. ff. de probat. & in l. fin. C. de hered. inst. tunc id contingat, quando de præsumptione fit Ius, eaque transit in statutum Iuris, vt certè fit in Bullis citatis, in quibus sollicitantes afferuntur apud ipsos Pontifices esse suspecti de fide; & Inquisitores, & Episcopi præcipiuntur habere illos suspectos, & contra illos, procedere, vt contra suspectos.

Et quoniam non solum ex hoc capite in dictis Bullis præcipiuntur puniri, quia sunt iniuriosi Sacramentis, & suspecti de fide; sed etiam, quia plurimum interest Christianæ Reipublicæ, ne administri Sacramentorum pro medicina venenum, & pro pane aspidem porrigant; & ne cælestes Medici, euadant infernales venefici, & Patres spirituales fiant proditores execrabiles animarum: & ad hunc effectum, vt puniantur, præcipiuntur denunciari Inquisitoribus, & Iudicibus fidei: hinc est, vt talis obligatio denunciandi oriatur ex his omnibus capitibus; & non solum fit ex Iure positivo ecclesiastico, & ex iustitia legali; sed etiam ex Iure diuino, & naturali ipsius fidei, charitatis, & religionis, ex quibus tenemur, quantum possumus, cooperari ad seruandam in omnibus integritatem fidei, ad non violandam sanctitatem Sacramentorum, & rerum sacrarum, & ad tollenda ea omnia, quæ grauiter faciunt contra bonum commune totius Ecclesiæ, vt etiam supra diximus disput. 60. num. 11. Vnde & in Bullis citatis non tam inducitur, quam supponitur dicta obligatio denunciandi, dum præcipitur Confessariis, vt moueant penitentes, quos nouerint fuisse ab aliis sollicitatos, quòd tenentur denunciare sollicitatos; non autem præcipitur ipsis penitentibus, vt denuncient. Et quoniam hæc obligatio denunciandi hæc eadem ob causas est res grauissima, & omnes obligat sub peccato mortali, vt ibidem notauimus, benè est examinandum, quid tandem præcipiant dicti Pontifices in Bullis allatis, quasi in explicationem, & determinationem dicti Iuris diuini, & naturalis, ex quo supponunt oriri dictam obligationem; sicut & oritur pro denunciandis Hæreticis, vt supra ostendimus disput. 59. num. 11.

Igitur Gregorius XV. Constit. cit. V. nivesi. hæc habet.

Primò, confirmat, & approbat omnia, & singula, quæ continentur in Litteris Pij IV ad Archiepiscopum Hispanensem pro regnis Hispaniarum, contra sollicitantes in regnis, & in eorum ciuitatibus, & diocesisibus habent curam animarum, vel eam pro aliis exer-

2. Præsumptio Iuris, & de Iure quam sit.

3. Obligatio denunciandi sollicitantes, nõ est solum ex Iure positivo ecclesiastico, sed etiam ex diuino, & naturali.

4. Quid statuatur pro regnis Hispaniarum contra sollicitantes in Litteris Pij IV.

cent, aut aliàs sunt deputati ad Confessiones audiendas, tam sæculares, quàm regulares, quorumuis Ordinum, etiam exemptorum, ac Sedi apostolicæ immediatè subiectorum, & cuiusuis dignitatis, status, gradus, Ordinis, conditionis, & præeminentia, qui mulieres penitentes alliciunt, & prouocant ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones, vel tentant, vel procurant allicere, & prouocare, & de præmissis quomodolibet diffamati, Inquisitores diligenter inquirent, tam super præmissis, quàm super fide catholica, & quid de illa sentiant, & iuxta facultates, quas habent procedentes contra Hæreticos, aut suspectos quouis modo de hæresi, contra illos procedant, & puniant reptos culpabiles iuxta qualitatem suorum excessuum, etiam veniendo, provt iuris fuerit, ad debitam degradationem, & Iudicis sæcularis arbitrio puniendos tradendos, non obstantibus, &c.

Deinde præcipit idem Gregorius XV. motu proprio, & ex certa scientia, vt dicta Littera Pij IV, perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obseruentur.

Tertio, ne in futurum dubitetur de poena his delinquentibus imponenda, & in quibus casibus, & quo modo contra eos fit procedendum, statuit, decernit, atque declarat, quòd omnes, & singuli Sacerdotes, tam sæculares, quàm regulares, quomodolibet exempti, & cuiusuis dignitatis, & præeminentia, & quouis priuilegio muniti existant, qui personas quascumque ad inhonestas, siue inter se, siue cum aliis quomodolibet perpetranda, in casu sacramentalis Confessionis, siue antè, siue post immediatè, siue occasione, vel prætextu Confessionis huiusmodi, etiam ipsa Confessione non secuta, siue extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, vbi Confessiones sacramentales audiuntur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulant ibidem Confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitis, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, in Officio sanctæ Inquisitionis seuerissimè puniantur.

Quarto, omnes Inquisitores, & Locorum Ordinarios, in suis quenque diocesisibus, & territoriis, specialiter, & perpetuò delegat Iudices, priuatiuè quoad omnes alios, & contra prædictos, simul, vel separatim in omnibus, provt in causis fidei diligenter inquirent iuxta formam sacrorum Canonum, & iuxta Constitutiones, priuilegia, & consuetudines Officii sanctæ Inquisitionis, & contra illos procedant: & quos in aliquo ex huiusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis penas decernant, suspensionis ab executione Ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quoruncunque, & perpetuè inhabilitatis ad illa, vocis actiua, & passiuæ, si regulares fuerint; exilij, damnationis ad trirèmes, & carceris etiam in perpetuum, & absque vlla spe gratiæ, & si pro delicti enormitate meruerint grauiores penas, præcedente degradatione debita, eos tradant puniendos Curia: sæculari.

Quinto, Cardinalibus, qui sunt generales Inquisitores, dat facultatem, vt arbitrio suo iudicent probatum hoc delictum, etiam ex testibus singularibus, concurrentibus præsumptionibus, iudiciis, & adminiculis, & vt pronuncient, reum esse tradendum Curia: sæculari; ne, scilicet, delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum, remaneat impunitum ob probationum defectum, cum alioqui ex se fit difficilis probationis.

Sextò denique, mandat Confessariis, vt suos penitentes,

5. Quid statuatur circa eosdem in Bulla Gregorij XV. pro omnibus Christiani Orbis partibus.

6. Soli inquisitores, & locorum Ordinarii delegantur Iudices circa sollicitantes.

7. Quibus penitus possunt, ac debeant illos punire.

8. Cardinales, qui sunt generales Inquisitores, possunt illos punire, etiam ex testibus singularibus.

9.

Confessarij tenentur moueri penitentis de obligatione denunciandi. 10. Præceptum Pauli V. pro Vrbe Roma, vt denunciatur sollicitantes. 11. Virtum Sacerdotum sollicitas ad turpia in aliis Sacramentis, prætextu in Confessione, si denuntiandi.

10. Præceptum Pauli V. pro Vrbe Roma, vt denunciatur sollicitantes. Et hoc postremum de obligatione mouendi penitentes, quòd tenentur denunciare sollicitantes, quantum non præcepit Pius I V. in suis Litteris pro regnis Hispaniarum; præcepit tamen de anno 1613, sub die 12. Decembris, ante Gregorium XV. Paulus V. non quidem generaliter pro omnibus locis Christiani Orbis, sed specialiter pro Vrbe Roma, vt patet ex mandato Eminentissimi Cardinalis Millini, tunc in Vrbe generalis Vicarij in hæc verba:

Ioannes Garzia, Cardinalis Millinus, Vicarius generalis: ex mandato speciali Sanctissimi Domini nostri significatur, & præcipitur R.R. Paribus, D.D. Praesentibus, & Curatis, aliisque ad Confessiones expromittentibus, & Curatis, aliisque ad Confessiones expromittentibus, quòd tenentur denunciare sancto Officio Inquisitionis Confessarios sollicitantes in Confessione sacramentali penitentes in peccatum. Et hoc idem præceptum Superioris Religiosum significatur Confessariis sui Ordinis. In quorum fidem, &c. Datum Romæ, die 12. Decembris, 1613.

Vt verò distinctius explicemus ea, quæ pertinent ad hanc obligationem denunciandi sollicitantes, omnia videntur posse reduci ad hæc capita; vt constat, quinam tenentur denunciare, & quos, & quas ob causas, & ad quos Iudices, & ad quem finem.

Et quæntem quoad primum, ex Bulla Gregorij XV. & ex præcepto Pauli V. non tenentur, nisi penitentes, qui fuerint sollicitati in Confessione sacramentali, vel occasione, aut prætextu illius, &c. Vnde, si quis sollicitatus à Sacerdote, dum ministraret alia Sacramenta, verbi gratia, Baptismum, aut Eucharistiâ, vel dum allisteret Sacramento Matrimonij, aut occasione aliorum Sacramentorum, non teneretur illum denunciare, quantum est ex Bulla Gregorij, aut ex præcepto Pauli V. citato, vt notat Bonacina disput. 6. ex variis, puncto 3. num. 7. & 14. & aliqui alij apud ipsum pag. 774. col. 1. & 775. col. 1. tomo 1. Dico autem, sollicitatum in aliis Sacramentis non teneri denunciare Sacerdotem sollicitantem, quantum est ex Bulla, & ex præcepto citato: quia, si talis sollicitans, ex aliis etiam Sacramentis, esset rationaliter suspectus de fide, aut notabiliter perniciosus Ecclesiæ, & Reipublicæ, denunciandus omnino esset ex Iure diuino, & naturali, cuius meminimus num. 3. & non solum esset denunciandus ab illo, quem sollicitasset; sed etiam à quocunque alio, qui talis sollicitationis, & suspicionis haberet noticiam: sicut & est generaliter denunciandus omnis Hæreticus, aut suspectus de hæresi ab omnico, qui talis hæresis, aut suspensionis haberet noticiam, vt patet ex dictis supra disput. 59. num. 11. Et sollicitatio in Confessione sacramentali hoc habet peculiare ex Bullis Pij IV. & Gregorij XV. supra sollicitationes in aliis Sacramentis, quòd ipso Iure fundat suspensionem, & præsumptionem de hæresi, eaque est præsumptio Iuris, & de Iure, vt diximus num. 2. cum tamen alie sollicitationes eam non fundent ipso Iure; sed indigeant aliis iudiciis, & adminiculis, quæ sunt petenda ex circumstantiis, & prudenti iudicio expen-

12. Leges humana, que feruntur in declarationem, aut determinationem alicuius Iuris diuini, & naturalis, & in illius determinationem, & certissimum est, quòd extenditur ad ea, que extenduntur, & sine fine continentur, & naturali, & naturale, vt sine fine continentur, & naturali, & naturale. 13. Extensio legis ad casus non expressos, potest fieri eo omnimoda identitate rationis.

12. Leges humana, que feruntur in declarationem, aut determinationem alicuius Iuris diuini, & naturalis, & in illius determinationem, & certissimum est, quòd extenditur ad ea, que extenduntur, & sine fine continentur, & naturali, & naturale, vt sine fine continentur, & naturali, & naturale.

13. Extensio legis ad casus non expressos, potest fieri eo omnimoda identitate rationis.

Extensio legis ad casus non expressos, potest fieri eo omnimoda identitate rationis.

Extensio legis ad casus non expressos, potest fieri eo omnimoda identitate rationis.

Extensio legis ad casus non expressos, potest fieri eo omnimoda identitate rationis.

fed solum, quia illa est frequentior, & communior, vt notat Rodriguez in questionibus regularibus, tomo 1. quast. 59. artic. 4. in fine pag. 338. & tomo 2. quast. 27. artic. 3. pag. 72. & Stephanus Quaranta in Summa Bullarum, verb. Confessor, §. Ampliatur. pag. 175.

Et ne in posterum contingat amplius de hoc dubitari, recte Gregorius XV. in sua Bulla locutus est generaliter de sollicitantibus poenitentibus: & hac appellatione poenitentium comprehendit tam feminas, quam mares; & simpliciter nullum excludit, vt notat Bonacina disput. 6. cit. §. 10. puncto 3. num. 16. & alij apud ipsum.

Quo autem modo ad hanc denunciationem sollicitantium potuerit obligare simpliciter omnes poenitentes sollicitatos, & neque etiam illos excludere, qui forte confenserunt sollicitationi, satis explicauimus disput. 60. num. 13. vbi etiam n. 11. satis docuimus, quomodo hac obligatio denuncians ex parte poenitentium sollicitatorum, & obligatio illos monendi ex parte aliorum Confessorum, sit ad mortale; & idem non est, quod hoc loco pluribus de illa agamus.

Quoad alterum caput, id est, quoad eos, quos poenitentes sollicitati tenentur denunciare, similiter constat ex iisdem Bullis, quod solum sunt Sacerdotes habentes curam animarum, vel eam pro aliis exercentes, aut alias deputati ad Confessiones poenitentium audiendas, quicunque tandem illi sint, & siue saeculares, siue regulares, etiam exempti quomodocunque, & Sedi apostolicae immediate subiecti, & cuiuscunque dignitatis, & praerogatiuae, & quocunque privilegio muniti existant.

14. Vnde, si laicus, aut Clericus in minoribus forte assidens in Confessionario, sollicitet ad turpia, vt notat de denunciandis.

Vnde, si laicus, aut Clericus in minoribus forte assidens in Confessionario, & ad eum accedat mulier animo confitendi, putans, scilicet, eum esse Sacerdotem, & Confessarium, istaque eam sollicitet, non erit necessarium denunciandus, quantum est ex vi Bullarum, vt notat Rodriguez in questionibus regularibus, tomo 2. quast. 28. artic. 2. & Bonacina disputat. 6. ex variis, §. 10. puncto 3. tomo 1. & alij apud ipsum: quia Bullae solum loquuntur de Sacerdotibus. Verum autem sit denunciandus etiam laicus, si ex tali facto sit suspectus de fide, patet ex dictis paulo ante de eo, qui sollicitat in aliis Sacramentis: & certum est, quod etiam talis laicus ex multiplici capite potest esse suspectus, vt, v. g. quia audit accedentem bona fide ad Confessionem sacramentalem, & quantum est ex se sacramentaliter confitentem; & fortasse etiam absoluit: cum tamen ipse nec sit Confessarius, neque Sacerdos; & neque habeat potestatem iurisdictionis, neque Ordinis: & praeterea, quia dupliciter facit iniuriam Sacramento, id est, indebitè usurpando, aut simulando illius ministerium, & in illo sollicitando ad turpia.

15. Si Sacerdos non approbatus ad Confessiones sollicitet ad turpia, vt notat de denunciandis.

Quod verò additur in Bullis citatis, Sacerdotes debere habere, aut exercere curam animarum, vel quomodocunque esse deputatos ad Confessiones audiendas, non excludit simplices Sacerdotes, si forte sine alia speciali approbatione, aut deputatione Episcopi in aliquo casu audiant Confessiones, & poenitentes sollicitent, vt notat Antonius Diana tract. de denuncatione, resolu. 17. quia, nimirum, pro tali casu sunt deputati etiam ipsi ad Confessiones, sicut & generaliter sunt deputati sine alia approbatione pro peccatis venialibus; & aliis confessis.

16. Quod si ipsi Inquisitores, aut Episcopi in hoc

crimen labantur, & sollicitent etiam ipsi in Confessione, denunciandi sunt etiam ipsi, cum simpliciter in Bullis nulli excipiantur, cuiuscunque status, aut conditionis, officij, dignitatis, aut praerogatiuae sint, vt subdit Bonacina num. 8. citato, §. Secundo, sequitur. Et in hoc casu idem cum illis est faciendum, quod supra diximus disput. 60. num. 26. & 34. esse faciendum in casu haereticis, vt, scilicet, accipiat denunciatio à poenitente sollicitato, & transmittatur ad Sedem apostolicam; non autem ulterius procedatur sine speciali commissione ipsius Papae.

Etiam Episcopi, & Inquisitores, qui denunciant, si forte sollicitent ad turpia in Confessione.

Et quauis aliqui apud Bonacina num. 9. existimant, non esse faciendam denunciationem, si Sacerdos sollicitans iam sit emendatus: oppositum tamen est multò verius, & probabilius; vt subdunt Bonacina ibidem, & num. 4. & Theophilus Raynaudus de monitorijs, cap. 3. quastio 9. & alij apud ipsum pag. 186. in fine; & patet ex dictis supra disput. 59. num. 21. de denunciando Haeretico iam emendato: quia denunciatio iudicialis non fit ad emendationem personae denunciatae; sed ad punitionem in exemplum, ac bonum aliorum, vt ibi diximus, cum praesertim emendatio etiam in hoc crimine nunquam possit esse certa, & sine magno periculo regressionis, & relapsus propter summam lubricitatem rei venerae, vt notat Raynaudus loco citato.

17. Sollicitatio Confessione de denunciandis, etiam si sit emendatus.

Et eandem ob causam non est, quod praemitatur secreta monitio, aut fraterna correctio, quidquid in contrarium staterint aliqui Viri docti in quadam Congregatione episcopali de anno 1628. sub die 15. Aprilis: vt enim patet ex Sancto Thoma 2. 2. quast. 33. artic. 7. in corp. & videre est apud Lessium lib. 2. cap. 30. num. 10. & sequentibus, & apud Azorium part. 1. lib. 9. cap. 28. qu. 8. & part. 3. lib. 13. cap. 21. dub. 1. secreta monitio, aut fraterna correctio solum debet praecedere denunciationem euangelicam, & fraternam; vt, scilicet, priuata emendatio delinquentis, quae per illam intenditur, procuretur, quantum potest, & fiat cum minimo detrimento famae, & bonae existimationis illius; non autem debet praecedere denunciationem iudicalem, per quam intenditur punitio publica ad aliorum exemplum, & publica securitas à contagijs, & pestibus peccatorum, & quae hac de causa est facienda, etiam post emendationem, & quando non habet amplius locum secreta monitio. Et in terminis pro casu praesenti de denunciatione sollicitantis, sic habet Bonacina disputat. 6. citata, §. 10. puncto 3. num. 9. vers. Ex quo patet primo. pag. 774. col. 1. in fine: & patet ex dictis supra; disput. 59. n. 23. de denunciatione Haeretici.

18. Neque si praesentibus secreta monitio, aut fraterna correctio.

Et similiter, quae supra diximus pro denunciatione Haeretici, quod sit facienda, etiam si crimen non possit probari in iudicio; sed sit notum vni tantum denuncianti; & quod ab illa non excuset quaecunque coniunctio, siue sanguinis, & corporum, siue animorum; & idem teneatur etiam filius denunciare patrem haeticum, & amicissimus quisque amicissimum quenque, & de se optime meritum, & similia, sunt etiam dicenda proportionaliter pro denunciatione sollicitantis, qui similiter iure ipso est suspectus de fide; & maxime perniciosus toti Ecclesiae. Vnde, quod staterunt in Congregatione episcopali paulo ante citata iisdem Viri docti, quod sollicitantes non sint necessarii denunciandi, quando sollicitatio non potest probari in iudicio; minus bene videtur statutum: siquidem ex Bulla Gregorij tenentur Confessarii probari.

19. Sollicitantes sunt denunciandi, etiam quando sollicitatio in specie non potest probari.

monere omnes, & singulos poenitentes, quos nouerint fuisse sollicitatos, quod tenentur denunciare sollicitantes: & hoc crimen, quia alioqui esse est difficilis probationis, statuitur sufficienter probari, & à Cardinalibus posse, ac debere iudicari probatum per testes singulares; & idem non esse necessarium, vt plures deponant de vna, & eadem sollicitatione in specie, quomodo essent testes; sed sufficere, si singuli deponant de singulis, quod est esse testes singulares, & simul omnes relinquunt probatam de hoc reo sollicitationem quasi in genere, etiam si nullus probauerit, aut probare potuerit suam sollicitationem, de qua singulariter deponebat in specie, vt videre est apud Iulium Clarum lib. 5. quast. 53. num. 18. & seqq. §. Dixi etiam. Couarruiam lib. 3. num. 4. in fine, & num. 5. pag. 370. col. 2. Azorium part. 3. lib. 13. cap. 27. dub. 7. col. 1205.

20. Testes singulares quomodo probent.

21. Obligatio denunciations iudicialis quomodo dicatur solui posse esse de iis delictis, quae possunt probari in iudicio.

22. Etiam filius tenetur denunciare patrem sollicitantem, & amicissimus quisque amicissimum.

Neque obstat communis doctrina, quod obligatio denunciandi ad ea tantum delicta possit extendi, quae possunt probari in iudicio, vt notat Nauar. in Mau. cap. 17. num. 134. Less. lib. 2. cap. 29. n. 111. Azor. part. 3. lib. 13. cap. 21. dub. 7. col. 1183. id enim si generaliter admittatur, non debet intelligi de sollicitatione delicti in genere; sed etiam de probatione delicti in specie; sed etiam sufficienter potest haberi etiam per testes singulares, vt diximus; & praesertim quando lex ita praecipit, vt contingit in casu praesenti de sollicitatione. In Confessione per Bullam Gregorij XV. atque ob has causas denunciandum esse hoc crimen, etiam per vnicum testem, sicut & denuncianda est haereticis, vt expressè habet Bonacina disput. 6. ex variis, puncto 1. §. 4. num. 5. vers. Secundum est. pag. 768. col. 1. in fine.

Similiter non excusare ab hac obligatione denunciandi sollicitantes, quaecunque coniunctionem, etiam maximam, siue corporum, siue animorum, quae cum illis habeatur, expressè habet idem Bonacina disputat. 6. citata, puncto 1. §. 1. num. 6. vers. Quarta, excipitur. pag. 762. col. 2. vbi à communi regula, quod filius non teneatur denunciare delictum patris, excipit casum sollicitationis in Confessione: & puncto 3. num. 21. pag. 175. col. 2. idem asserit de filia spirituali, respectu Patris spiritualis, si sollicitetur: & ex eodem Bonacina, quod etiam filius, aut filia teneatur denunciare patrem sollicitantem, & amicissimus quisque amicissimum, & de se optime meritum, & insignem benefactorem, si ab illo similiter sollicitetur ad turpia, asserit Theophilus Raynaudus de monitorijs, cap. 3. quastio 12. pag. 211. sub initium, & pag. 212. seq. Et pro his omnibus patet ratio ex dictis supra, disputat. 60. num. 13. & sequentibus. pro denunciando etiam filio, aut parente haeretico, vel quouis alio coniunctissimo, cum etiam hoc crimen sit ex iis, quae grauitur pertinent ad bonum commune: neque aliter potest probari, aut impediri, vel sufficienter caueri, nisi per testimonium latum aliquando à coniunctissimis.

Neque est, quod pro denunciandis sollicitantibus coniunctissimis addatur limitatio, quam supra addidimus n. 18. pro denunciandis Haeticis; dummodo, scilicet, alij desint non coniuncti, qui possint, aut velint denunciare: nam communiter pro hac denunciatione, quando est facienda pro coniunctos, semper desunt alij non coniuncti, cum ipsa sollicitatio in Confessione, communiter non fiat, nisi secretè, sicut & sit Confessio.

23. Quod si contingat, Sacerdotem, qui esset de-

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

nunciandus, verbi gratia, ab hoc poenitente, quem hoc mane sollicitauit, fuisse iam denunciatum à pluribus alijs, quos sollicitauerat prius, & à Inquisitore, aut Episcopo iam fuisse punitum pro alijs sollicitationibus; non propterea hic poenitens est liber à sua obligatione denunciandi, cum Sacerdos sollicitans non sit punitus; sed adhuc maneat puniendus pro hac alia sollicitatione, vt notat Bonacina disputat. 6. puncto 3. citato, num. 15. pag. 775. col. 1. sicut & Haeticus iam denunciatus, & punitus de vna haereticis, adhuc manet denunciandus, & puniendus de alia, si postea de nouo contingat, aut innotescat denunciandi; & excommunicatus iam absolutus ab vna excommunicatione, adhuc manet absolutus ab alia, si forte illam non expressit Superiori, & absoluenti: secus verò esset, si talis Sacerdos esset denunciatus, aut aliter confessus, vel conuictus, & punitus pro vna aliqua sollicitatione; sed denunciatio non esset facta à poenitente, ad quem alioqui pertinuisset: nam in tali casu huiusmodi poenitens non teneretur amplius illum denunciare ex eodem Bonacina ibidem, cum etiam Iudex non teneatur amplius illum punire, & exercere iudicium bis in idipsum.

Sacerdos iam semel denunciatus, & punitus pro alijs sollicitationibus, adhuc est denunciandus, & puniendus pro alijs.

Quoad tertium, id est, quoad causas, ex quibus est obligatio denunciandi Confessarios, clare patet ex iisdem Bullis Pij IV. & Gregorij XV. quod nullae sunt aliae, nisi allicientia, prouocatio, & sollicitatio facta in Confessione sacramentali ad actus inhonestos, vel ad inhonestam; vel tentatio, aut procuratio allicienti, & prouocandi, vt loquitur Pius IV. & siue sit facta in ipso actu sacramentalis Confessionis, siue ante, aut post immediatè, siue occasione, vel praetextu Confessionis, etiam ipsa Confessione non secuta, siue extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocunque, vbi Confessiones sacramentales audiuntur; & qui ad Confessionem audiendam sit electus, simulando ibidem Confessiones audire, & sic tentando sollicitare, aut prouocare poenitentes, vel cum eis illicitis, & inhonestis sermones, aut tractatus habendo, vt loquitur Gregorius XV.

24. Sollicitationes, quae sunt denunciandae, quibus modis contingant.

Vnde, si Sacerdos actu audiens Confessionem alicuius poenitentis, interius consentiat in actum aliquem turpem cum illo perpetrandum, & secrete se polluat, nec poenitenti aliquid aperiat in ipsa Confessione, vel immediatè post, aut in Confessionario, vel loco alio ad Confessionem electo, non est, quod denunciatur, etiam si postea extra Confessionalem rem totam aperiat: quia reuera non sollicitat in Confessione, aut in Confessionali, vt notat Bonacina disputat. 6. puncto 3. citato, num. 3. pag. 773. col. 2. in fine.

25. Sacerdos non tenetur denunciare in Confessione, sed poenitenti in non aperiens, nisi est denunciandus.

Et idem esset, si poenitens inter confitendum graui somno, aut morbo corripetur, & esset extra sensus; & hoc videns Confessarius turpiter illum oscularetur, aut attrectaret ad explendam tantummodo suam libidinem; non autem ad illum tentandum, aut prouocandum, quem videret pro illo tempore expertem sensus: similiter enim non potest dici illum tentare, aut prouocare: siquidem est omnino incapax prouocationis, & tentationis. Oppositum tamen, quoad hunc casum, habet Bonacina num. 3. cit. & apud illum Grafius consilio 7. de poenitentia, & remissione: quia reuera talis Confessarius tentat sollicitare, & prouocare per huiusmodi actus, quantum est ex se, etiam si sollicitatio, & prouocatio ex parte alterius non habeat effectum.

26. Si factus actus turpes cum poenitente, quando ex graui somno, aut morbo, esse extra sensus.

Sed non video, qua probabilitate id possit dici, cum talis penitens, quandiu est extra sensus, non magis sit capax prouocationis, aut sollicitationis, quam si esset mortuus, aut plane ligneus, vel marmoreus: secus uero, si somnus, aut morbus esset leuis, & non bene ligaret sensus, neque in totum impediret illorum operationes, & idem penitens aliquantulum aduerteret actus Confessarij, sique possent, vel tunc, vel postea esse illi tentatio, & prouocatio: quia tunc uerè tentaret, & procuraret sollicitare. Et quod dicitur in vtraque Bulla etiam ille esse denunciandus, qui tentat, & procurat sollicitare, prouocare, aut allicere, non significat, quod sit denunciandus, si hæc faciat, quando alter, ex quocunque accidente, non potest sollicitari, prouocari, & allici; sed solum, si hæc faciat frustra, & sine effectu: quia alter non admittit sollicitationem, neque finit persuaderi sibi turpia, aut induci ad illa; sed resistit sollicitanti, & prouocanti.

27. Sollicitatio potest fieri uerbis, & factis.

28. Si laudat feminam à pulchritudine.

29. Si intentio sic laudantis sit dubia, in qua parit se presumendum.

30. Dicitur Glossa, quod Clericus amplectens feminam eredi debeat id fecerit animo eam benedicendi, uero est admittenda.

Et siue habeat effectum sollicitatio, siue non habeat, parum refert, utrum fiat uerbis, aut signis, aut nutibus sufficienter indicantibus, & exprimentibus mentem sollicitantis, vel etiam scriptis, aut factis ipsis, uerbi gratia, tactibus, aut oculis impudicis, quæ sine dubio satis prouocant etiam sine uerbis, ut notat Bonacina eodem num. 3. & idem est, si uerba sollicitantia non sint ex se bene clara, & expressa, dummodo ex circumstantiis, vel ex modo ea proferendi satis appareat de intentione sollicitandi, ut idem subdit num. 5. ut uerbi gratia, si Confessarius laudet feminam à pulchritudine, aut uenustate, aut morum elegantia, vel ex amatorum obsequiis, &c. non autem si illam hortetur ad continentiam, & dicat inter cætera, quod iniuriam faciat suæ pulchritudini, dum turpiter se prostituat, &c. Et si intentio sic laudantis pulchritudinem feminæ, sit dubia, recurrendum est ad præsumptiones, eæque communiter debent esse in partem deteriore, ex eodem Bonacina eodem num. 5. cum communiter ita accidat, ut feminæ per huiusmodi laudationes multum alliciantur, & prouocentur; & ex communiter accidentibus fortissima sit præsumptio: sed reuera in hac præsumptione non est temerè procedendum; sed bene sunt expendendæ circumstantiæ ex parte utriusque: neque solum est attendenda leuitas feminæ; sed etiam grauitas, & probitas Confessarij; cum alioqui delicta non præsumantur; & semper in dubiis benignior interpretatio sit faciendæ, cap. In obscuris, de regulis iuris, in 6. saltem, quantum patitur prudens iudicium. Quod addo: quia, quod habet Glossa in cap. Absit. l. 1. quæst. 3. ver. Sinistrum, quod si Clericus amplectitur feminam, eredi debet id facere animo eam benedicendi, merito irridetur à Canonistis communiter, ut patet ex Panormit. in cap. 1. num. 7. de Cler. non resid. & apud Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. num. 59. & apud Bonac. num. 1. cit. & idem in præsumptionibus debet semper esse locus prudentiæ; & specialiter id requiritur in hac præsumptione, de qua loquimur.

Similiter parum refert, siue sollicitatio sit ad actus patrandos cum ipso sollicitante, siue cum alio, ut patet manifestè ex Bulla Gregorij XV. & siue sint patrandi ab ipso penitente, siue ab alio, mediante ipso: ut, uerbi gratia, si quis sollicitet matrem, ut prostituat filiam; vel, ut inducat aliquam aliam: similiter enim etiam hæc, est sollicitatio ad inhonestam, & sermo, vel

tractatus illicitus; ut notat Bonacina puncto 3. cit. num. 18. & 19.

Quod uero habet idem Bonacina eod. punct. 3. num. 2. ex sententia aliquorum, quod sollicitatio ad adus inhonestos, vel ad inhonestam, non debeat intelligi, nisi ad res ueneretas, quæ communiter, & quasi antonomasticè dicuntur res turpes, & inhonestæ: & idem, si quis sollicitet ad alia peccata, uerbi gratia, ad furtum, aut homicidium, non sit denunciandus, ut subdit num. 7. uers. Limitatur tamen primò. & num. 13. hoc habet difficultatis: quia Paulus V. pro Vrbe Roma uniuersaliter, & indefinitè asseruit, penitentes teneri denunciare Confessarios sollicitantes in peccatum, ut supra retulimus num. 10. & tam illi, qui in Confessione sacramentali sollicitant ad ueneretas, quam qui sollicitant ad alia peccata, sunt suspecti de fide, ut diximus num. 1. ex Pegna in Directorium Inquisitionum, part. 2. comment. 31. & Rodriquez in questionibus regularibus, tomo 2. qu. 27. artic. 2. & Sacramento Confessionis tam facit iniuriam, qui sollicitat ad unum peccatum, quam qui sollicitat ad aliud; & Christianæ Republicæ, tam hic, quam ille est maximè perniciosus: quæ sunt rationes totales, & adæquatæ, sub quibus Pontifices mandarunt denunciari sollicitantes. Vnde, quod supra diximus num. 11. & sequentibus, quod Bullæ, de quibus loquimur, rationabiliter intelligi debeant, etiam de sollicitantibus in aliis Sacramentis; non autem solum in Sacramento Confessionis, cum uerè sint editæ in declarationem, & determinationem aliquam Iuris diuini, quod est æqualiter de omnibus Sacramentis, & sub ratione illarum totali, & adæquata æqualiter comprehendantur etiam alia Sacramenta; & idem etiam ad illa debeat fieri extensio, aut declaratio; idem uideatur dicendum de sollicitationibus ad alia peccata, præterquam ad peccatum ueneretum, cum etiam de aliis sit eadem ratio, ut iam indicauimus: & idem si admittamus, quod per actus inhonestos intelligantur in dictis Bullis, quasi antonomasticè, actus uenereti, dici debent hi esse expressi, tanquam frequentius, & facilius contingentes; non autem ad excludendos alios actus quoscuque turpes, & peccaminosos, si etiam ad illos contingat sollicitatio. Sed quidquid sit de huiusmodi Bullis, & de obligatione denunciandi ex vi illarum; certum est, quod etiam illi, qui sollicitant in Confessione sacramentali ad alia peccata, sunt denunciandi ex Iure ipso diuino, & naturali; cum etiam ipsi sint suspecti de fide, & toti Christianæ Republicæ sunt ualde perniciosi, ut patet ex dictis.

Illud habet maiorem difficultatem, quod proponit, & disputat idem Bonacina eodem puncto 3. num. 7. pag. 773. col. 2. in fin. utrum debeant denunciari etiam illi, qui deprehendantur sollicitasse ante Bullas promulgatas, id est, ante præceptum Pauli V. pro Vrbe Roma die 12. Decembris, 1613. & ante Bullam Gregorij XV. pro toto mundo, die 30. Augusti, 1622. & specialiter pro regnis Hispaniarum ante litteras Pij IV. die 16. April. 1561. nam ex vna parte, dum Pontifices mandant Inquisitoribus, ut diligenter inquirent in sollicitantes; & Confessariis, ut moncant penitentes, quod tenentur illos denunciare, de illis sollicitantibus mandant, in quos inquirendi, & quos denunciandi, possunt statim obligationem inducere, aut declarare per promulgationem sui mandati; qui tamen nulli alij possunt esse, nisi illi, qui sollicitauerunt ante promulgationem,

31. Qui sollicitat in Confessione ad alia peccata, præterquam ad adus ueneretos, uerum sit denunciandus.

32. Intuitu Subiunctiui usurpatum in legibus solum accipitur pro simpliciter futurum.

33. Qui deprehenditur sollicitasse ante Bullas promulgatas, uerum sit denunciandus.

34. Si Confessarius sollicitetur à penitente, eique consensit, uerum sit denunciandus.

mulgationem, ut ex se patet. Neque propterea dici debent extendere ad præterita sua leges, contra cap. Cognoscetes, & cap. fin. de constitut. & cap. 1. de postulat. Pralat. in 6. & L. Leges, C. de legibus, liquidem inquisitio, & denunciatio, quam directe præcipiunt, aut declarant, est solum futura post promulgationem; non autem præterita, & ante illam, & etiam delicta præterita possunt in futurum puniri, quando sunt mala ex se, & ante legem; non autem solum sunt mala per ipsam legem; & hanc partem absolute probat, & sequitur Bonacina. n. 7. citato, etiam si addat à nonnullis Doctoribus sustineri oppositum.

Ex altera uero parte non parum faciunt uerba ipsa, & modus loquendi, quo utitur in sua Bulla Gregorius XV. per tempus futurum modi Subiunctiui, dum præcipit, & statuit, ut in officio sanctæ Inquisitionis seuerissimè puniantur, qui sollicitauerint, aut prouocauerint, &c. uel sollicitent, aut prouocare tentauerint, aut illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, &c. Quamuis enim tempus futurum Subiunctiui, absolute loquendo, & secundum Grammaticos, tam possit significare tempus præteritum, quam futurum; quando tamen usurpatum in legibus solum accipitur pro simplici futuro, ut notat Panor. in cap. Quoniam, n. 3. de constitut. Innocent. in cap. Significauerunt, de testib. Bart. in l. Omnes populi, ff. de iustitia, & iure. Felin. in cap. Quoniam, cit. de constit. n. 1. uers. Secundum, amplius, & alij apud ipsum: & idem obligatio eos denunciandi, & puniendi, qui sollicitauerint, aut prouocauerint, debet solum intelligi in tempus futurum post legis promulgationem.

Neque uideatur multum uigere argumentum paulò ante allatum pro Bonac. quod obligatio inquirendi, & denunciandi statim sit orta, quando Bulla est promulgata; nec tamen statim oriri potuerit, nisi pro sollicitationibus antea factis: nam contra est: quia promulgatio simul fecit, ut sollicitatio exinde facta, & in futurum, esset transgressio Bullæ, & simul induxit, ut declarauit obligationem inquirendi in illam, & eam denunciandi; & hæc obligatio solum fuit sub conditione, uel ex suppositione, quod Bullam facta esset transgressio, & sollicitatio, quicquid, aut de sollicitationibus ante Bullam, quæ tunc non poterant esse transgressio ipsius Bullæ, uel potest nondum facta, & promulgata. Vnde Confessarius, qui facta hoc mane, uerbi gratia, promulgatione Bullæ, cognoscit post horam in Confessione sacramentali, quod hic, aut ille penitens fuerit prouocatus, aut sollicitatus hesternæ die ad turpia; potest existimari, quod non tenetur illum monere de obligatione denunciandi, quantum est ex præcepto Bullæ, cum ille alius Confessarius reuera non sollicitarit in tempus futurum præscriptum in Bulla. Et contra, si cognoscit, quod fuerit sollicitatus hoc ipso mane statim post factam promulgationem, omnino tenetur monere, ut denunciaret, cum è contra uerè sollicitarit in tempus futurum ipsius Bullæ.

Sed fortasse parum refert, quicquid dicatur in hac controuersia, cum certum sit, etiam illos, qui sollicitauerunt ante Bullam, debere esse suspectos de fide, & toti Christianæ Republicæ esse ualde perniciosos, & idem saltem ex his capitibus eos esse denunciandos iure ipso diuino, & naturali, ut patet ex dictis, quicquid sit de obligatione ipsius Bullæ.

Atque hæc de sollicitatione, & prouocatione penitentis facta à Confessario: si uero contingat è contra, ut Confessarius in actu Confessionis, &c. sollicitetur à penitente, uerbi gratia, à femina, siquæ confiteatur, & in ipso Confessionario, uel prope illud habeat cum ea sermones, aut tractatus illi-

cos; negat Bonac. disput. 6. puncto 3. cit. n. 17. pag. 775. col. 2. tom. 1. & alij alij apud illum, quod sit denunciandus, quantum est ex vi Bullæ: quia non ipse est prouocans, & sollicitans penitentem, contra quem tantummodo loquitur Bulla; sed est prouocatus, & sollicitatus à penitente, & sermones, & tractatus illiciti, quos ipse habet, sunt solum effectus sollicitationis passiuæ; non autem principia, aut partes sollicitationis actiuæ, quo solum modo damnantur in Bulla. Bene tamen debet aduertiri ex eodem Bonac. ibidem, & studiosa sollicitatio Confessarij, & ille uerè intendat uerbis, aut factis cum prouocare, aut inducere, uel pertrahere ad res turpes: quia, si aperiat illi tantummodo candidè, & ingenuè suam tentationem, aut malam inclinationem, quam patitur, eamque aperiat, ut aliquid consilij, & remedij ab illo accipiat, tanquam à Patre, & viro, & Medico spirituali; uel, ut poeniteat, & sequatur accuset de aliqua culpa, quam forte commisit in illa tentatione segnè, & tardius repellenda, & ut per gratiam sacramentalem euadat fortior ad resistendum validius, & peruincendum Diabolum; & tamen Confessarius hinc sumat occasionem adiciendi sermones, & tractatus illicitos, reuera ipse est prouocans, & sollicitans penitentem; non autem ab illo sollicitatus, aut prouocatus; & idem etiam in hoc casu est denunciandus ex vi Bullæ, & à fortiori ex iure diuino, & naturali.

Quod si quaeras, utrum è contra in primo casu, in quo femina, aut penitens sit uerè sollicitans Confessarium, debeat hic eam denunciare; eam etiam ipsa sit Sacramento iniuriola, & ea de causa possit etiam ipsa esse suspecta de fide: negat similiter Bonac. puncto 3. cit. n. 20: quantum est ex vi Bullæ: quia hæc solum loquitur de denunciandis Confessariis, ad reprimendam eorum audaciam; non autem de denunciandis penitentibus; & Pontifices rectè poterunt illis cauere magis, quam his, cum illorum crimen possit esse magis perniciosum Communitati, & nocere pluribus: sed quantum hoc ita sit ex uerbis Bullæ; si tamen sollicitatio etiam facta à Penitente in actu Confessionis sacramentalis faciat illum suspectum de fide, & confessio deprehendatur non fuisse uera, ex animo penitendi, & deponendi peccata; sed solum fuisse simulata, & ex animo sollicitandi Confessarium, & peccandi de nouo, & idem non induxisse obligationem sigilli, omnino est denunciandus talis penitens, sicut & quicumque alius suspectus de fide.

Quoad quartum, id est, ad quos Iudices sit faciendæ denunciatio Confessarij sollicitantis, satis patet ex dictis supra n. 6. & 9. dum enim in Bulla Gregorij soli Inquisitores, & Ordinarij locorum, in suis quibusque diocesis, & territoriis specialiter; & perpetuo, & priuatiuè quoad omnes alios delegantur Iudices huiusmodi criminum, rectè postea subditur, quod soli Inquisitoribus, aut locorum Ordinariis est faciendæ denunciatio. Et quidem, si eiusdem diocesis, aut territorij sit tam penitens sollicitatus, quam sollicitans Confessarius, & uterque inibi degat, nonni potest esse dubium, quod similiter inibi debeat fieri denunciatio: si uero penitens sollicitatus, uerbi gratia, Neapoli, post sollicitationem degat Romæ; & Confessarius, qui sollicitauit Neapoli, degat Florentia; satis est, si denunciatio fiat Romæ, & coram Inquisitore, aut Ordinario, qui tunc est ipse denunciatus, & hic postea, pro uerbo opus fuerit, transmittet denunciationem ad alium, qui inquirat, & procedat contra denunciatum, uel ad ipsum Papam, & ad Inquisitores generales, ut etiam

35. Vel saltem debeat ipse penitens denunciari à Confessario.

36. Denunciatio non est faciendæ, nisi coram Inquisitoribus, aut Ordinariis.

supra diximus n. 16. de ipsis Inquisitoribus, aut Episcopis, & Ordinariis, si forte sint etiam ipsi denunciandi, tanquam suspecti de fide, aut tanquam sollicitantes.

37. Et ad effectum ut puniantur sollicitantes denunciatores.

Quod ultimum, id est, ad quos fines sit facienda denunciatio, certum est, quod est facienda ad effectum punitionis propter bonum commune, cum sit denunciatio iudicialis; non autem pœna, aut euangelica: & punitio debet esse pro modo culpæ per eas pœnas, quas supra enumerauimus n. 7. ex ipsis Bullis: debent tamen Inquisitores, & Iudices bene cauere, ut non puniant innocentes, qui saltem non sint sufficienter probati culpabiles.

38. Femina communiter non admittuntur ad ferendum testimonium, nisi in enormibus, & qua aliter probari non possunt.

Et quoniam in delictis enormibus, & quæ aliter probari non possunt, admittuntur communiter etiam testes singulares, qui alioqui ex se non admittuntur, ut sufficienter probantes, cap. *Nihilominus*. 4. *quæst.* 9. cap. *Bona*. & cap. *Cum dilectus*. de *elect.* & admittuntur etiam feminæ ex Mascardo de *probat. lib. 1. conclus.* 463. & *lib. 2. conclus.* 762. Farinacio de *testib. quæst.* 59. n. 10. & aliis; cum tamen etiam feminæ communiter non admittantur ad ferendum testimonium, cap. *Mulierum*. 33. *quæst.* 5. & cap. *Form. de verb. signif.* quippe quæ communiter sunt leues, mendaces, dolosæ, mutabiles, corruptibiles, fraudulentæ, ex Mascardo de *probat. lib. 2. conclus.* 763. rectè statuit Gregorius XV. ut etiam hoc crimen sollicitationis possit probari per testes singulares, ut supra notauimus n. 8. & potest probari etiam per feminas: quoniam hæc non debent sufficere, si sint tantum duæ ex Bonac. *disp.* 6. *punct.* 3. *cit.* n. 26. cum non sint testes omni exceptione maiores; sed plures habeant exceptiones, ut iam indicauimus; & sint valdè pronæ ad accusandum: & idè est relinquendus prudentiæ Iudicis numerus feminarum denunciantium supra duas; spectata, scilicet, qualitate ipsarum; & Sacerdotis, vel Confessarij, quem denunciant: nec leuiter est iudicandum crimen probatum contra quencunque per quoscunque denunciatores, ut idem subdit n. 27.

39. Sollicitatio non probatur sufficienter per duas tantum feminas.


Talem autem denunciationem non potest Inquisitor, aut Ordinarius non admittere, & ex illa non procedere ad inquirendum, & ad formandum processum pro sententia, & punitione, si denunciatus fuerit reperiendus culpabilis; vel pro absolutione, si fuerit inculpabilis: nam Pius IV. pro regnis Hispa-

40. Episcopus, & Inquisitor non potest non procedere contra sollicitantes denunciatores.

narum non solum commisit, sed etiam mandauit Archiepiscopo Hispalensi, tunc generali Inquisitori pro illis regnis, ut diligenter inquireret contra omnes, & singulos de tali crimine diffamatos; & iuxta facultates sibi concessas contra Hæreticos, aut suspectos quomodocunque de hæresi, contra illos procederet, & reperiens culpabiles puniret, prout iuris esset, iuxta excessuum qualitates. Idque totum Gregorius XV. confirmauit, & approbauit in sua Bulla, & inuolabiliter obseruari præcepit in omnibus partibus Orbis Christiani. Et in iure communi Clem. *Multorum*. §. *Vtrum de Hæret.* in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ præcipitur Episcopis, & Inquisitoribus, ne ex amore, vel odio erga aliquem, vel ex spe lucri, aut commodi temporalis omittant procedere, quando est procedendum. Et si aliter faciant, Episcopus ipso facto suspenditur per triennium ab officio; & Inquisitor ipso facto excommunicatur, & excommunicatio referuatur ipsi Pontifici. Et ex Suar. de *conf. disp.* 31. *sect.* 5. n. 16. id intelligitur non solum de crimine hæresis; sed etiam de aliis, quæ propter affinitatem ad hæresim, pertinent ad officium sanctæ Inquisitionis, ut certè pertinet sollicitatio in confessione sacramentali. Et ad idem facit etiam doctrina generalis, quam tradunt S. Thom. 2. 2. q. 64. *art.* 4. *Sot. lib. 5. de iust. q. 4. art.* 4. & alij communiter, quod Index non supremus non possit reo delato, aut accusato pœnam remittere, aut relaxare, & Index supremus tunc solum possit, quando actor, qui est passus iniuriam, ita consentit, & quando videt, id non esse nocitarum publicæ vtilitati.

41. Et si procedat iudicialiter, omnino debet adhibere Notarium.

Et quauis optimum sit, ut tota hæc inquisitio fiat secretè: non tamen potest ad illam non adhiberi Notarius, aut eius loco duo alij viri idonei, qui scribant omnia acta iudicij, prout præcipitur generaliter pro omni iudicio, ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. *Quoniam contra*. de *probat.* sed omni iure tenebuntur etiam ipsi ad secretum. Et si Episcopus, aut Inquisitor velit prius extrajudicialiter alloqui personam sollicitatam, & ab illa intelligere modum, & circumstantias secutæ sollicitationis, ut inde iudicet, vtrum sit veniendum ad vltiorem inquisitionem iudicalem; non faciet nisi prudenter, neque ad hoc indigebit Notario, aut aliis loco Notarij.



DISPUTATIONVM EX THEOLOGIA MORALI, LIBER SECVNDVS.

De Spe, & Charitate, quarum præcepta post Fidem præsupponuntur ad præceptum primum, & maximum primæ Tabulæ.



NON solum præcepta Fidei, sed etiam Spei, & Charitatis, sunt præambula ad præcepta primæ Tabulæ, & post Fidem ad illa præsupponuntur, ut supra indicauimus initio Libri superioris ex Sancto Thoma 1. 2. *quæst.* 100. *art.* 3. ad primum, & 2. 2. *quæst.* 16. & 22. & 44. Caiet. Nau. & aliis, cum moraliter non possint feruari præcepta illius, præsertim ardua, & difficilia, à quo nihil boni speratur loco præmij, & nihil mali timeretur loco pœnæ; & qui per se ipse non diligitur, ut saltem illi, & in illius gratiam seruentur, quæ præcipit: idè post explicata præcepta Fidei, & infidelitatis illi oppositæ, agendum est paucis etiam de præceptis Spei, & Charitatis.

DISPUTATIO I.

In quo consistat ratio spei, in quantum est passio appetitus sensitiui.

1. Vocabulum spei sumitur multipliciter.
2. Passiones sunt in anima.
3. Et magis in parte appetitiua, quam in apprehensiuâ.
4. Sed magis in appetitu sensitiuo, quam in voluntate.
5. Quomodo vocabula passionum usurpentur de Deo, & de Angelis, & absolute de appetitu intellectiui.
6. Quomodo passiones concupiscibilis, & irascibilis sint diuersæ.
7. Concupiscibilis, & irascibilis sunt potentia inter se diuersæ.
8. Quare voluntas, & appetitus intellectiui non diuidatur in concupiscibilem, & irascibilem.
9. Irascibilis operatur ex potentia estimatiua.
10. Passiones irascibilis sunt posteriores aliquibus passionibus concupiscibilis, & aliquibus sunt priores.
11. Inter passiones irascibilis prima omnium est spes.
12. Quo ordine se habeant omnes passiones appetitus sensitiui.
13. Quare irascibilis sumat denominationem ab ira, & non ab aliis passionibus.
14. Passiones principales sunt tantum quatuor.

15. Spes est passio potentia appetitiua, etiam si plures denominationes desumat à potentia apprehensiuâ.
16. Quomodo spes dicatur expectatio, & fiducia, et que tribuatur certitudo.
17. Quomodo spes, & desperatio sit in brutis.
18. Quomodo futurum, & possibile possit cognosci à brutis.
19. Quomodo spes contrarietur desperationi, & timori.
20. In passionibus concupiscibilis non reperitur contrarietas, nisi secundum obiecta.
21. In passionibus vero irascibilis reperitur contrarietas secundum obiecta, & secundum accessum, & recessum ab eodem obiecto.
22. Desperatio, per se loquendo, solum est circa bonum; non autem circa malum.
23. Bonum per se est attractiuum: sed ex accidente sibi sit valdè difficile, aut impossibile, est etiam repulsiuum.
24. Quomodo experientia aliquando sit causa spei, & aliquando desperationis.
25. Etiam in experientia potest esse causa spei.
26. Quare iuuenes, & ebrj sint bona spei.

VT agamus de spe, in quantum est virtus theologica, præmittenda sunt aliqua de spe, in quantum est passio appetitus sensitiui. Et primò est supponendum, vocabulum spei apud Authores multipliciter accipi, ut bene explicat Durandus in 3. *dist.* 26. *quæst.* 1. Valen. 2. 2. *disp.* 2. *quæst.* 1. *puncto* 1. *initio* pag. 482. & Suar. *tract.* de spe, *disp.* 1. *initio*, pag. 389. Primò enim accipitur

1. Vocabulum spei multipliciter sumitur.

pitur latissime pro quacunq[ue] expectatione euentus futuri, siue boni, siue mali, quomodo etiam M. Tull. lib. 1. ad Atticum, dixit, spem malorum, & Virg. lib. 4. Aeneid. spem doloris;

Nunc ergo si potius tantum sperare dolorem. Verum hac acceptio pro expectatione euentus mali futuri, est maxime impropria, & abusiua, vt ex communi sensu, & expositione Grammaticorum in eum locum Virgilij; notat S. Augustinus in Enchiridion, cap. 8. cum reuera malum futurum non speretur, sed timeatur. Secundo, accipitur pressius pro sola expectatione boni futuri, quomodo eam definit M. Tullius lib. 4. Tuscul. quest. & S. Augustinus loco citato, post multa tandem concludit, quod spes proprie non est, nisi reum bonarum, & futurarum. Tertio, accipitur pro expectatione boni futuri sensibilis, quomodo est passio, aut affectio appetitus sensitui, ex qua mouetur, & operatur circa bonum sensibile arduum, & futurum, & apprehensum possibile, vt patet ex S. Thoma part. 2. quest. 40. & ex Scholasticis communiter cum Mag. in 3. dist. 26. Et denique accipitur pro simili actu voluntatis, & appetitus intellectui, siue naturali, siue infuso, pro similiter operatur etiam ipse circa aliquod bonum futurum, arduum, & apprehensum possibile, vel ipsi operanti, vel alteri, & per attributionem ad hunc actum extenditur vterius in sacris Litteris vocabulum spei etiam ad obiectum, & ad ipsum bonum, quod speratur, vt patet ad Rom. 8. Spes, quae videtur, non est spes. & ad Titum 3. Expectantes beatam spem. Et praeterea extenditur etiam ad efficientem extrinsecum, cuius ope, & auxilio dictum bonum speratur, vt Psalm. 13. Consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes eius est. Et Psalm. 21. Tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meae. Et Psalm. 60. Factus es spes mea, sursum fortitudinis, & saepe alibi. Dum autem hoc loco asserimus, praecipua spei praesupponi ad praecipua prima Tabulae, non id asserimus de passione appetitus sensitui circa obiectum arduum, futurum, possibile, iam indicatum; neque de actu voluntatis, & appetitus intellectui, siue naturali, siue infuso quocunq[ue] circa tale aliquod obiectum; sed de habitu, & virtute supernaturali, & theologali per se infusa, quae supposita directione, & dictamine fidei mouetur, & tendit in bonum supernaturale arduum, futurum, & possibile, quod est aeterna beatitudo supernaturalis. Sed de hac facilius intelligemus, in quo consistat illius ratio, & qui sint illius actus, & quae praecipua, si haec eadem, paucis indicauerimus de spe, in quantum est passio, & actus naturalis, ad quem se habet proportionaliter etiam spes, in quantum est actus, & virtus supernaturalis.

2. Passiones sunt in anima.

3. Et magis in parte appetitiua, quam in apprehensiu.

Posito ergo, quod in anima, vel potius in homine per animam sint passiones, vt loquitur Aristoteles 1. de anima, text. 64. non solum, in quantum passio appellatur noua receptio sine abiectione cuiuscunq[ue] alterius, vt quando aer, verbi gratia, per illuminationem dicitur pati; & sensus, & intellectus per ipsum sentire, & intelligere, 3. de anima, text. 2. sed etiam in quantum est cum aliqua transmutatione, & cum abiectione alicuius alterius, vt quando ex tristibus efficiuntur laeti; & ex sperantibus, aut confidentibus timidi, vt bene explicat S. Thomas 1. 2. quest. 22. art. 1. certum est, quod haec passiones magis sunt in facultate, seu parte anima appetitiua, quam in apprehensiu, vt idem probat quest. 22. cit. art. 2. cum enim ex S. Augustino lib. 9. de ciuit. cap. 4. tom. 5. huiusmodi motus animi, seu perturbationes, nihil sint aliud, nisi affectiones, seu affectus, quos anima patitur a rebus ipsis, & per quos fertur, & trahitur ad ipsas res, non possunt non conuenire magis parti

appetitiua, quae ex propria ratione habet ferri ad ipsas res, provt sunt in se, quam parti apprehensiu, quae solum fertur in obiecta, provt sunt in anima per species intentionales; non autem provt sunt in se, quia enim ratione dicitur 6. Metaph. text. 8. quod bonum, & malum sunt in rebus; & verum, & falsum sunt in mente: eadem ratione potentia appetitiua dicitur ferri in ipsas res, provt sunt in se; & apprehensiu, provt sunt in anima.

Et quoniam potentia appetitiua sit capax passionis, non solum provt sequitur sensum; & dicitur sensitua: sed etiam provt sequitur intellectum, & rationem; & dicitur intellectua, & proprio nomine appellatur voluntas: vnde & S. Dionysius cap. 2. de diu. nom. de S. Hierotheo ait, quod ex diuina inspiratione, non solum disceret; sed etiam pateretur diuina; in quantum, scilicet, ad illa afficiebatur, & trahebatur, & vniebatur per amorem, vt exponit S. Thomas 1. 2. quest. 22. cit. art. 3. ad 1. quia tamen, provt sequitur sensum, plus habet de transmutatione corporali, quam provt sequitur intellectum: siquidem intellectus est potentia spiritalis, & inorganica; & sensus est potentia organica, & maxime operatur per corporalem transmutationem; hinc est, quod passiones magis proprie dicantur esse in appetitu sensituo, quam in intellectu, & voluntate. Vnde & a S. Damasceno lib. 2. de fide, cap. 2. 2. passiones animae absolute describuntur, quod sint motus appetitiua virtutis sensibilis in imaginatione boni, vel mali; vel quod sint motus animae irrationalis per susceptionem boni, vel mali: & ex S. Thoma art. 3. cit. ad 3. & S. Augustino lib. 9. de ciuit. cap. 5. tom. 5. si amor, & gaudium, & alia huiusmodi passiones tribuantur aliquando Deo, vel Angelis, aut etiam hominibus secundum appetitum intellectuum, solum significant simplicem actum voluntatis cum similitudine effectus absque passione: & ideo Deus, & Angeli sine ira puniunt, & sine misericordia compassione subueniunt; & nomina istarum passionum in eos vsurpamus, non propter affectionum infirmitatem; sed propter quandam similitudinem operum.

Et quoniam eadem potentia, aut pars animae appetitiua, provt sequitur sensum, diuiditur in irascibilem, & concupiscibilem, vt patet ex Aristotele 3. de anima, text. 41. & S. Damasceno lib. 2. de fide, cap. 1. 2. circa finem, & fuse explicat S. Thomas 1. 1. quest. 81. art. 2. recte dicuntur ex passionibus, quae sunt cum transmutatione corporali, & proprie dictae, aliqua esse in parte concupiscibili, & aliqua in irascibili: cum enim concupiscibilis sit animali tributa ad prosequenda ea bona, quae sunt illi proportionata, & conuenientia secundum sensus externos; & irascibilis sit quasi propugnatrix, & defensoria ipsius concupiscibilis, vt loquitur S. Thomas 1. 1. quest. 81. art. 2. cit. & sit tributa, vt insurgat contra ea, quae ingerunt impedimenta, vel noxia ipsi concupiscibili, ne consequatur bona, quae appetit, vel ne fugiat mala, quae respuit, & vt tollat dicta impedimenta, & perueniat difficultates boni adipiscendi, vel mali superandi, vt loquitur 1. 2. quest. 23. art. 1. ad 1. recte tribuuntur concupiscibili illae passiones, quae absolute respiciunt bonum, vel malum sensibile, provt simpliciter est prosequendum, aut fugiendum, vt est, verbi gratia, amor, odium, gaudium, tristitia; & irascibili illae, quae respiciunt arduitatem, & difficultatem obstantem consecutioni, aut fugam, & ideo superandam, & tollendam per conatum, & pugnam contrariam, vt est audacia, timor, spes, desperatio, vt videre est apud eundem S. Thomam 1. 2. quest. 23. art. 1. cit. Nam, quoniam admodum in agentibus per naturam, praeter potentias,

4. sed magis in appetitu sensituo, quam in voluntate.

5. Quomodo vocabula passionum vsurpentur de Deo, & Angelis, & absolute de appetitu intellectiuo.

6. Quomodo passiones concupiscibilis, & irascibilis sint diuersae.

7. Concupiscibilis, & irascibilis sunt potentiae inter se diuersae.

7. Concupiscibilis, & ad vitanda noxia, etiam dantur inclinationes, & potentiae ad resistendum contrariis, ne ingerant impedimenta, & nocumenta: & ignis, verbi gratia, non solum habet inclinationem, & potentiam, vt deserat locum deorsum, disconuenientem, & malum secundum suam formam, & vt acquirat locum sursum conuenientem, & bonum; sed etiam vt resistat corruptentibus, & impediuntibus, ne tendat sursum: ita & in agentibus per cognitionem, & sensum, qualia sunt animalia, praeter inclinationem, & potentiam ad prosequenda conuenientia secundum sensum, vt sunt delectabilia gustus, & tactus; & ad fugienda disconuenientia, vt sunt molesta, & dolorosa secundum eisdem sensus, quae est concupiscibilis, etiam reperitur potentia alia ad resistendum impediuntibus, quae est irascibilis, & specialiter versatur circa arduum, vt circa proprium, & speciale obiectum, quia specialiter ad hoc tendit, vt contraria superet, usque superamineat, quantumvis sint ardua. Neque potest haec pugna rationabiliter referri in vnam, & eandem potentiam concupiscibilem, vt bene subdunt S. Thomas 1. 1. quest. 82. art. 2. cit. & Caiet. ibidem: quia haec pro obiecto totali, & adequato solum respicit bonum sensibile; & per actus prosecutionis, solum fertur in illud, quod est conueniens secundum sensum; & per actus fugae solum in illud, quod eodem modo est disconueniens; cum tamen irascibilis ad propugnandam, & defendendam concupiscibilem, saepe prosequatur, quae sunt molesta secundum sensum, vt quando bruta pro concupiscibilibus gustus, & tactus, vltro se ingerunt in ipsos gladios, & etiam inter se exercent pugnas, vt patet ex Aristotele de historia animalium, lib. 9. cap. 1. Qua ergo ratione certissimum est, quod huiusmodi prosecutiones difficultium, & molestorum, secundum sensum, non possunt referri in potentiam appetitiuam concupiscibilem, vt pote extra illius obiectum totale, & adequatum, quod est solum bonum conueniens, & delectabile secundum sensum: eadem ratione est certum, quod debent esse ab alia potentia: & cum sint a potentia appetitiua irascibili, debet etiam certum esse, quod haec sit distincta a concupiscibili. Et confirmatur: quia, nisi essent distinctae potentiae, non impedirent se inuicem in suis operationibus, & passionibus, vt quando concupiscentia bene accensa minuit iram, & ira bene accensa minuit concupiscentiam. Et quod operationes, & passiones irascibilis originentur ex operationibus, & passionibus concupiscibilis, & in eas terminentur, vt quando ex displicentia, & tristitia, verbi gratia, accipitur iniuria nascitur ira, & haec inferendo vindictam causat laetitiam, & in illam terminatur: vnde & dicitur 4. Ethic. cap. 5. tom. 5. quod punitio quietat iram, faciens delectationem loco tristitiae; solum probat, quod vna potentia sit propter aliam, & in bonum alterius, id est, irascibilis in bonum concupiscibilis, cuius est propugnatrix, & defensoria, vt diximus; non autem probat, quod non sint potentiae distinctae, & quod non habeant operationes, & passiones vere distinctas, non solum sub eodem genere, aut obiecto totali specificatiuum vnius potentiae, quomodo se habent, verbi gratia, visio albi, & visio nigri sub ratione coloris, aut visibilis; sed etiam sub diuerso genere, & specificatiuo totali, quomodo se habent, verbi gratia, operatio visus circa colorem, & operatio auditus circa sonum.

8. Altere volens, & appetit.

Quod si quaeras, quare similiter appetitus intellectiuus, & voluntas non diuidatur in duplicem; & altera dicatur, siue in homine, siue in Angelo, esse

voluntas concupiscibilis secundum rationem; & altera esse voluntas irascibilis secundum eandem rationem; & illa pro obiecto totali, & adequato habeat bonum secundum rationem, & tota versetur circa illius prosecutionem, & circa fugam oppositi mali, provt praecindit a ratione ardui, & difficultis; & haec habeat idem bonum secundum rationem, in quantum est arduum, & difficile, vt acquiratur, & sic similiter detur irascibilis intellectiu, quae sit propugnatrix, & defensoria concupiscibilis intellectiu: & per suas operationes, aut passiones se habeat quasi remouens prohibens ad operationes, & passionnes illius, sicut se habet irascibilis sensitua ex S. Thoma 1. 2. quest. 25. n. 1. Respondeo ex eodem S. Thoma 1. 1. quest. 9. art. 4. id esse ex eo, quia, dum ponitur specificatiuum, & obiectum totale, & per se appetitus intellectiu, & voluntatis, esse bonum secundum rationem; omnino complectitur, tanquam species, bonum arduum, & bonum non arduum, cum hoc vtrunq[ue] vere sit bonum secundum rationem: & ideo circa vtrunq[ue] bene sufficit vna potentia, quae specificetur a ratione communi, & generica boni, secundum rationem: sic enim etiam sufficit circa albedinem, & circa nigredinem, id est, circa colorem segregatiuum visus, & circa colorem non segregatiuum vna potentia, quae per se specificetur a ratione communi coloris, sub quo continetur ille vterque, tanquam species sub genere, & tanquam obiectum parziale sub obiecto totali. Et contraria ratione id se habet in appetitu sensituo concupiscibili, vt diximus: quia eo ipso, quod ponitur specificatiuum per se, & obiectum totale illius esse bonum secundum sensus externos, verbi gratia, delectabile gustui, & tactui; non potest sub illa comprehendi, tanquam species sub genere, verbi gratia, apprehensio pugnae, & superatio difficultatum, & impedimentorum, quae sunt in contrarium, cum haec non sint bona secundum sensus externos; nec sint delectabilia, verbi gratia, gustui, & tactui, sicut sunt illa, circa quae operatur concupiscibilis: sed contra sint molesta, & dolorosa; neque irascibilis ad illa tendit per actum prosecutionis, quae se querens sensus externos, qui illam dirigant, sicut contingit in concupiscibili: sed solum, quia sequitur sensum internum, qui appellatur aestimatiua, & ex rebus sensatis elicit intentiones non sensatas, vt est, verbi gratia, in carne ratio amicitiae, & conuenientiae cum oue; & ratio inimicitiae, & disconuenientiae cum lupo, vt dicitur in libro de anima, & notat S. Thomas 1. 1. quest. 81. art. 2. cit. ad 2. & Caiet. ibidem, 5. In responsione ad 2. satis enim per hanc potentiam aestimatiuam repraesentatur appetitui irascibili conuenientia, verbi gratia, pugnae in defensionem concupiscibilis, & in bonum totius animalis, & ex hac repraesentatione, & directione illam prosequitur, non obstante, quod sit disconueniens, & mala secundum sensus externos.

9. Irascibilis operatur ex potentia aestimatiua.

10. Passiones irascibilis sunt posteriores aliquibus passionibus concupiscibilis, & respectu aliarum concupiscibilis sunt priores.

Posito vero, quod appetitus sensituius concupiscibilis, & irascibilis sint diuersae potentiae, & habeant diuersas operationes, & passiones, recte dicuntur passiones irascibilis esse, quasi mediae inter passiones concupiscibilis, & respectu aliquarum esse posteriores secundum ordinem executionis, & respectu aliarum etiam priores, vt patet ex S. Thoma 1. 2. quest. 25. art. 1. quia enim ex passionibus concupiscibilis, & aliae pertinent quasi ad motum, id est, ad consecutionem boni sensibilis apprehensi possibile, & futuri, vt passio desiderij; vel ad fugam mali, vt passio abominationis; & aliae pertinent quasi ad quietem in bono acquisito, & praesente, vt passio gaudij; vel in malo praesente, & non vitato, vt passio tristitiae;

tristitia; rectè dicuntur inter vtrasque, & quasi mediæ, esse passiones irascibilis, cum etiam ipsæ pertineant ad motum consecutionis, aut fugæ, & supponant passiones concupiscibilis existentes in motu, istque aliquid addant, & supponantur ab aliis existentibus in quiete: nam certum est, quod ratio ardui, & difficilis, quam irascibilis per se respicit, solum reperitur in bono, aut malo futuro, cum omnis arduitas, & difficultas necessariò sit superata, quando bonum est præsens; vel sit facta insuperabilis, quando præsens est malum: & idè certum est, quod passiones irascibilis solum possunt pertinere ad motum consecutionis, aut fugæ. Et sicut hanc ipsam rationem ardui superaddunt primis rationibus boni, aut mali futuri, easque præsupponunt, ut priores in obiecto concupiscibilis: ita & supponunt, tanquam priores, illas passiones concupiscibilis, quæ versantur circa dictas rationes boni, & mali, prout antecedunt rationem ardui. Et hoc modo in irascibili passio spei, quæ est circa bonum arduum adipisci, præsupponit passionem desiderij in concupiscibili, eique superaddit conatum animi, & quandam elevationem ad superandam arduitatem: & passio timoris, quæ est circa malum arduum, vt vitetur, præsupponit passionem abominationis, eique superaddit quandam depressionem animi propter arduitatem, quæ est superanda. Et eadem ratione passio gaudij, quæ est de bono præsentem, & acquiescentem; & passio tristitiæ, quæ est de malo præsentem, & non vitato; præsupponunt, ut priores, passiones spei, & timoris, sicut & præsentia ipsa boni præsupponit arduitatem iam superatam, & per consequens etiam depressionem animi, quæ est passio timoris: ac proinde spes, & timor, quæ sunt passiones irascibilis, præsupponunt ex passionibus concupiscibilis passiones desiderij, & abominationis; & præsupponuntur à passionibus gaudij, & tristitiæ, & sunt quasi mediæ inter vtrasque, vt docet S. Thomas 1. 2. quæst. 25. art. 1. cit.

11. Si verò loquamur de passionibus ipsius irascibilis, rectè subdit S. Thomas eadem quæst. 25. art. 3. quod spes sit omnium prima, in quantum causatur ex passione amoris, quæ se habet, vt proxima aptitudo, & proportio ad bonum, & ad finem: nam, sicut passio timoris, quando bonum est absens, causat desiderium: ita & quando est arduum, & possibile superari, causat spem, id est, motum, & elevationem animi ad superandam arduitatem; & si sit arduum, sed impossibile superari, causat desperationem, id est, depressionem, & cadentiam animi propter arduitatem insuperabilem. Et hac ipsa desperatione in tantum est prior ipsa spes, in quantum est circa bonum sub ratione boni, & attractiui, vel attractentis ad se: quæ ratio conuenit bono, secundum quod est bonum, vel, vt loquuntur Philosophi, secundum quod ipsum; cum tamen desperatio sit circa bonum, in quantum repellit à sui consecutione propter arduitatem insuperabilem; quæ ratio conuenit bono solum per accidens, id est, propter adiunctam arduitatem insuperabilem, & non secundum quod ipsum; & tam spes, quam desperatio, quæ versantur circa bonum, sunt adhuc priores, quam audacia, & ira, & timor, quæ versantur circa malum: quia, sicut appetitus boni est ratio, vt vitetur malum; ita & spes est ratio, vt infurgat audacia, & ex illa excitetur potestatis etiam ira; nam idè aliquis efficitur audax ad repellendum malum; quia sperat de illo victo-

riam; & idè irascitur, vindictam appetens contra eam, qui malum intulit, aut fecit iniuriam: quia audet vindicare, vt loquitur Auicenna lib. 6. de naturalib. & apud S. Thomam quæst. 15. art. 3. cit. atque ita audacia supponit spem, & ira supponit audaciam, & spes secundum viam generationis est prior vtraque; & eadem ratione, qua desperatio est causa timoris; & tunc aliquis maximè timet, quando non sperat, se posse vincere, aut vitare imminens malum: est etiam spes prior timore, cum sit prior desperatione, quæ est causa timoris, vt diximus: atque ita absolute est prior omnibus passionibus irascibilis.

Et si quaratur aliquis ordo inter omnes passiones potentie appetitiuæ, prout comprehendit tam irascibilem, quam concupiscibilem, hunc assignat S. Thomas 1. 2. quæst. 25. art. 3. cit. in fine corporis.

Primò omnium est amor, & odium: secundò, desiderium, & fuga: tertio, spes, & desperatio: quarto, audacia, & timor: quinto, ira: sexto, gaudium & tristitia, vel, vt loquitur Aristoteles 2. Ethic. cap. 5. sub initium, voluptas, & dolor, & quæ consequuntur ad omnes alias passiones, & omnes supponunt. Et ex his ipsis combinationibus adhuc amor est prior odio; & desiderium est prius fuga; & spes est prior desperatione; & audacia est prior timore; & gaudium, aut voluptas est prior tristitia.

Neque ex eo, quod denominatio irascibilis desumatur ab ira, sequitur, quod ira sit passio potentie irascibilis omnium prima: siquidem hæc denominatio non desumitur ratione prioritatis, quæ iræ competat respectu aliarum passionum; sed, quia, quantum sit passio ferè postrema, siquidem caulatur ex præsentia mali, & supponit eas omnes, quæ sunt de malo absolute, vel de malo futuro; & ex iis, quæ sunt de malo præsentem supponit audaciam; est tamen inter cæteras maximè nota, & est tanquam communis effectus plurium aliarum, vt notat S. Thomas 1. 2. quæst. 25. art. 3. ad 1. & idè ex illa est sumpta denominatio irascibilis.

Neque solum passio iræ non est ponenda, vt omnium prima inter passiones potentie irascibilis; sed neque etiam est numeranda inter principales, cum maximè supponat audaciam, vt paulò ante diximus; & hæc consistat in accessu ad malum, vt illud repellat; quæ tamen ratio se habet per accidens, quantum est ex natura mali; & idè facit, vt neque etiam audacia sit passio principalis, vt patet ex S. Thoma 1. 2. quæst. 25. cit. art. 4. vt enim bene notat eo loco Caiet. duo requiruntur ad hoc, vt aliqua passio sit principalis inter alias eiusdem potentie, id est, vt nihil includat, quod sit per accidens, vel in se, vel in sua causa; & vt sit vltima in suo genere, & in illo alias compleat, vel terminet. Vnde, quia genera appetitionum, seu passionum, solum videntur esse quatuor, id est, motus ad bonum, motus à malo, quies in bono, & inquietudo in malo; rectè dicuntur passionibus principales esse tantum quatuor, id est, spes, quæ complet, & terminat motum ad bonum, qui incipit in amore, & procedit in desiderium, & terminatur in spe; timor, qui complet, & terminat motum à malo, qui incipit in odio, & procedit in abominationem, aut fugam, & terminatur in timore; gaudium, seu delectatio, aut voluptas quæ complet quietem in bono; & denique tristitia, seu dolor, qui complet, & terminat inquietudinem in malo, & ad hæc quatuor, quæ sunt vltimæ, & per se circa bonum, & circa malum, tam præsens, quam futurum, reducuntur aliæ omnes, quæ sunt per accidens, aut non vltimæ, vt patet ex S. Thoma art. 4. citato.

Loquendo autem magis specialiter, & distinctè de spe, quæ est prima inter passiones irascibilis, quatuor

12. Quo ordine se habeant omnes passiones appetitiuæ sensiu.

13. Quare potentia irascibilis sumat denominationem ab ira, & non ab aliis passionibus.

14. Passiones principales sunt tantum quatuor.

tuor conditiones in illius obiecto considerat Sanctus Thomas 1. 2. quæst. 40. art. 1. per quas distinguitur ab aliis passionibus, id est, quod sit bonum, quod sit futurum, quod sit arduum, & quod sit possibile: & per hoc, quod spes fit de bono, & proprie loquendo, solum bonum speremus; ait, eam distingui à timore, qui est de malo: & per hoc, quod sit de bono futuro, ait distingui à gaudio, quod est de bono præsentem, & iam habito: & per hoc, quod sit de bono futuro, arduo, adipiscibili, & nullus sit, qui dicatur ea sperare, quæ habet in sua potestate, & facile potest acquirere; ait distingui à desiderio, vel cupiditate, quæ absolute est de bono futuro, prout præcendit ab arduo, & non arduo; & idè pertinet ad potentiam concupiscibilem, cum tamen spes pertineat ad irascibilem. Et denique per hoc, quod sit de bono futuro arduo, sed possibile; & nullus sit, qui id speret, quod omninò adipisci non potest, ait eam distingui à desperatione, quæ est de bono arduo impossibili, & cuius arduitas superari non potest.

15. Ex hoc, quod spes sit circa bonum, vt circa obiectum, & nihil sit aliud, nisi motus, aut extensio, vel eluatio appetitus ex apprehensione boni futuri ardui, & possibilis adipisci, colligit eadem quæst. 40. art. 2. quod pertineat, proprie loquendo, ad facultatem appetitiuam; non autem ad apprehensiuam: quantum neque etiam sit, aut esse possit sine hac, & ex illa desumatur varias appellationes: neque enim potentia apprehensiuæ, aut cognitiuæ operatur per motum, aut tendentiam, vel extensionem ad res, sicut operatur potentia appetitiuæ, sed potius per receptionem obiecti intra se, & secundum quod res cognita sunt in cognoscente per species intentionales, quibus illam vltimò constituunt in actu, vt communiter tradunt Philosophi in libro 2. & 3. de anima, & indicauimus paulò ante, n. 3. ex Aristotele 6. Metaph. text. 8.

16. Quia tamen hic ipse motus potentie appetitiuæ, qui dicitur spes, non est nisi ex virtute cognoscitiuæ, actu representante, & proponente, aut applicante obiectum, vt bonum futurum, arduum, possibile, meritò spes sumit ab illa variis denominationes, tanquam à causa magis nota: vt, quando appellatur expectatio, & quæ speramus ab alio, vel auxilio alterius, communitè dicitur expectare, id est, quasi spectare, vt ex illo ventura, vt loquitur Sanctus Thomas 1. 2. quæstione 40. art. 2. cit. ad 1. & quando appellatur fiducia; & sperare pro eodem accipitur, atque confidere; & sperantes iidem dicuntur atque confidentes; ratione, scilicet, internæ credulitatis, aut fidei, qua creditur, verè esse adipiscendum id, quod speratur, vt idem subdit in responsione ad 2. Et denique quando illi tribuitur certitudo, & dicitur spes esse certa; & non autem dubia, similiter ex certitudine, & ex infallibilitate representata, & credita, quod res sperata infallibiliter acquiratur, vt subdit in responsione ad 3. sic enim tribuitur certitudo etiam motibus per naturam; vt, quando dicimus, lapidem certitudinaliter moueri deorsum; sumpta, scilicet, certitudine nostræ cognitionis, & affirmationis ex ipsa determinatione, & necessitate ad vnum, quam habet lapis ex propria forma, & ex virtute motiua, ac proinde rectè potest etiam tribui certitudine ipsi spei, & motui appetitus, sumpta certitudine futuræ acquisitionis rei speratæ, ex magnitudine, aut efficacia virtutis, per quam speratur esse adipiscenda, vel ex quocunque alio, quod persuadeat eam certè esse acquirendam, vt etiam dicemus dispus. seq. num. 17. de spe, in qua-
Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

tum est virtus theologica: sic enim etiam Aristoteles in libello de memoria, & remissio, cap. 1. initio pag. 713. tom. 2. in iis, qui sperant res futuras, admittit scientiam quandam speratiuam; sicut & in iis, qui diuinant, est quædam scientia diuinatiua; insita, scilicet, ab ipsa natura, tam ad speranda, quam ad nuncianda vltimum, tantum ea, quæ recipi sunt euentura.

Atque ex his, quæ diximus de spe, in quantum in homine est passio appetitus sensitiui, potest intelligi, an, & quomodo reperiat spes etiam in brutis: quantum enim eorum cognitio non se extendat ad futurum, & sic neque ad possibile, in quantum denominatur ab aliqua potentia, siue actiua, siue passiuæ, vt patet ex Aristotele 5. Metaph. text. 17. ex instinctu tamen naturæ multa operantur, ac si cognoscerent futurum, & possibile: vt, quando canis videt leporem, aut accipiter videt auem longè distantem; nec tamen mouetur, quasi non sperans se posse assequi, vt patet ex Sancto Thoma 1. 2. quæstione 40. art. 3. & cum brutis, & tota natura irrationalis feratur in fines certos, non ex propria cognitione, quam de illis habeat, & ex qua se ipsa ad illos moueat, vt contingit in agentibus per intellectum; sed solum feratur, vt mota ab alio, id est, à Deo, & auctore naturæ, ad quem comparatur, sicut instrumentum ad agens principale, & ab illo semper dirigitur in suos fines, sicut & sagitta dirigitur à sagittante, vt patet ex eodem Sancto Thoma 1. part. quæstione 103. art. 1. ad 1. & 1. 2. quæstione 1. art. 2. & quæstione 26. art. 1. mirum non est, si aliquando operentur bruta, & moueantur ad futura, & possibilia, perinde ac si illa cognoscerent sub illis ipsis rationibus; & aliquando non moueantur perinde, ac si cognoscerent rationes oppositas: siquidem semper dirigitur ab intellectu superiore ab ipsis separato, qui est intellectus diuinus, & qui semper dirigit eorum inclinationes, & instinctus, sicut & intellectus coniunctus in homine, & in agentibus per intellectum, dirigit appetitum intellectiuum, qui est voluntas.

Et præterea non est improbabile id, quod asserit, & pluribus explicat Caietanus 1. 2. quæst. 40. art. 3. cit. quod quantum bruta non cognoscant futura, aut possibilia per comparationem temporis præsentis, & eius, quod est ad tempus futurum, & ad id, quod erit, & per comparationem potentie, siue actiue, siue passiuæ ad suum actum, & ad suum obiectum, quomodo illa cognoscat intellectus; bene tamen possunt illa cognoscere cognitione quadam consula, & imperfecta, eliciendo per potentiam æstimatiuam species illorum, & intentiones non sensatas ex accidentibus, & speciebus non sensatis, quas actu vident: vt, quando canis videns baculum, & manum suspensam apprehendit percussionem possibilem, & futuram; & timet, & fugit; & videns coturnicem, quam prius discurrerentem per agrum, aut quiescentem insequatur, euolasse in arborem, apprehendit impossibile, vt eam capiat: nam, sicut ex accidentibus lupi, quæ videntur per sensum visus, apprehenditur per potentiam æstimatiuam ratio inimicitie, quæ non videtur; ita & potest ex accidentibus baculi, & manus suspensæ, quæ videntur, apprehendi possibilitas, & futuritas percussionis, quæ non videtur, cum etiam hæc, vt imperfectè, & confusè concepta, & vt quasi præsens, & contenta in iis, quæ videntur, non excedat latitudinem obiecti sensibilibus per sensum internum, & per potentiam æstimatiuam; & sit alia ratio
D D

17. Quomodo spes ex desperatione sit in brutis.

18. Quomodo futurum, & possibile possit cognosci à brutis.

de iis, quæ sunt futura, & possibilis, vt sic dicam, remotè, & post multum tempus, & quæ non continentur de proximo in iis, quæ actu sentiuntur per sensus externos, & idèd non possunt ex illis elici per potentiam estimatiuam interiorum illorum species non sentata, de qua re possunt plura videri apud Caict. loco citato.

19. Quomodo spes contrarietur desperationi, & timori.

Siue autem spes sit in homine, siue in brutis, non eodem modo contrarietur desperationi, quo contrarietur timori; sed huic contrarietur ratione obiecti, aut termini, ad quem, quæ est contrarietas motus propriè dicti, prout contradistinguitur à mutatione, vt patet ex Aristotele 5. Physic. text. 46. siquidem spes est circa bonum, & timor est circa malum: illi veròd contrariatur ratione accessus; & recessus ab eodem obiecto, aut termino, quæ est contrarietas mutationis propriè dictæ: siquidem spes est accessus ad bonum arduum ex apprehensione, quòd arduitas sit possibilis superari, & ipsa bonum arduum sit absolute possibile acquiri: & desperatio è contra est recessus à bono arduo ex apprehensione, quòd bonum ipsum, cuiusque arduitas sit superexcedens, & impossibilis superari per vires, & facultatem ipsius desperantis, & per consequens, quòd absolute sit impossibile acquiri, vt benè explicat S. Thomas 1. 2. quest. 40. Nec mirum videri debet, quòd contrarietas secundum accessum, & recessum ab eodem termino, aut obiecto, solùm reperitur in passionibus irascibilis, ad quam pertinet spes, & desperatio, & in passionibus concupiscibilis solùm reperitur contrarietas secundum obiecta: vt enim patet ex eodem S. Thoma quest. 23. art. 2. ex eo id prouenit, quia obiectum concupiscibilis, cum sit ipsum bonum, & malum sensibile, impossibile est, vt respectu vnus motus, aut passionis, sit terminus à quo, & specificet recessum; & respectu alterius sit terminus ad quem, & specificet accessum: sed bonum sensibile, verbi gratia, in quantum bonum, semper, & necessariò non specificat nisi accessum; & semper se habet, vt terminus ad quem, cum id sit bonum, quod omnia appetunt, 1. Ethic. cap. 1. & malum sensibile, in quantum malum, semper, & necessariò non specificat nisi recessum, & semper se habet vt terminus à quo, cum è contra id sit malum, quod omnia respuunt; & proinde passionibus concupiscibilis solùm possunt contrariari secundum obiecta, vt, verbi gratia, passio amoris, quæ est circa bonum, & passio odij, quæ est circa malum, passio desiderij, & passio fugæ, passio gaudij, & passio tristitiæ; cum tamen passionibus irascibilis possint contrariari vtroque modo, id est, ratione obiecti, vt passio spei, & passio timoris, & ratione accessus, & recessus ab eodem obiecto, vt passio spei, & passio desperationis: siquidem idem bonum futurum arduum, quemadmodum causat, & specificat accessum, & motum spei, tanquam terminus ad quem, si apprehendatur, & representetur, vt non excedens facultatem sperantis, & simpliciter, vt possibile, & adipiscibile: ita & causat, & specificat recessum, & motum desperationis, si contra apprehendatur, vt superexcedens simpliciter, & impossibile, & non adipiscibile. Et quanuis aliquando hæc ipsa impossibilitas, quæ causat passionem, & motum desperationis circa aliquod bonum, proueniat ex aliquo malo, quod est adiunctum, & debilitat vires, vel alio modo impedit acquisitionem illius; non tamen propterea dicenda est desperatio esse per se circa malum, cum hæc adiunctum mali sit solùm per accidens. Et desperatio, quantum est ex se, id non requirat, sed possit etiam esse ex sola superex-

20. In passionibus concupiscibilis non reperitur contrarietas, nisi secundum obiecta.

21. In passionibus verò irascibilis reperitur contrarietas secundum obiecta, & secundum accessum, & recessum ab eodem obiecto.

22. Desperatio, per se loquendo, solùm est circa bonum, non autem circa malum.

cedentia, & magnitudine boni, vt notat Sanctus Thomas 1. 2. questione 40. art. 1. ad 2. & per se loquendo, solùm est de bono, & idèd semper præsupponit passionem desiderij, sicut & spes; & de eo, quod non cadit sub nostrum desiderium, neque spem, neque desperationem habemus; quod signum est, vtranque esse, per se loquendo, solùm de bono, vt idem S. Thomas subdit in responsione ad 3.

Atque hoc videtur multò verius, & multò rationabilius, quam quod habet Valentia 2. 2. dispensatione 3. questione 7. puncto 2. pag. 354. quòd desperatio sit per se circa malum, cum consistat in actu fugæ, & in recessu; & quòd solùm per accidens, & quasi materialiter sit circa bonum, in quantum substat alicui malo, id est, existimato defectui facultatis, & virium ad consequendum bonum arduum, & superexcedens. Contra enim est; quia non sic loquitur Sanctus Thomas, dum questione 40. art. 4. ad 2. disertè asserit, quòd desperatio non respicit malum sub ratione mali; sed solùm per accidens aliquando respicit malum, in quantum facit impossibilitatem adipiscendi: & ad 3. quòd semper præsupponit desiderium, sicut & spes; & quòd de eo, quod non cadit sub desiderium nostrum, neque est spes, neque desperatio: & in corpore articuli, quòd desperatio opponitur spei, sicut recessus ab eodem termino, ad quem ipsa spes est accessus: & eadem questione 40. art. 1. in corpore, & ad 3. spem, & desperationem ait differre, non ex hoc, quòd illa sit circa bonum, & hæc circa malum; sed, quia illa est circa bonum possibile, & hæc circa bonum impossibile: & hæc differentiæ non se habent per accidens ad obiectum potentia appetitiuæ: siquidem hæc est principium motus, & nihil mouetur ad aliquid, nisi sub ratione possibilis; & idem repetit pluribus alijs locis.

Et præterea facit contra Valentiam; quia, si loquamur de spe latissime accepta, prout est passio appetitus sensitui, & de desperatione illi opposita; falsum est, quòd defectus facultatis, & virium ad consequendum bonum arduum, sit verè malus; & idèd desperatio de huiusmodi malis, in quantum substat tali defectui, possit dici esse de malo: & si quis desperet; verbi gratia, de consequendis honoribus; quia caret pecuniis, quæ ad illos sunt necessariæ, verè desperet de malo: nam, vt alibi diximus, dum ageremus de vitis, & peccatis, lib. 2. disput. 11. num. 5. pag. 153. col. 1. ex Sancto Thoma 3. contra Gen. cap. 6. ad malum non est satis, si aliquis aliquo careat, quod aliqui esset illi conueniens, & bonum ad aliquem finem: sed requiritur præterea, vt tale bonum sit illi debitum: & hac ratione non dicitur homini malum, verbi gratia, quòd non habeat alas; aut Petro, quòd non habeat capillos flavos, aut crispas; cum neque alæ sint homini debita; neque capilli flauis, aut crispis sint debiti Petro; & idèd nec defectus pecuniarum pro assequendis honoribus, nec defectus cuiusuis alterius facultatis pro assequendo quocunque alio bono arduo, potest dici simpliciter malus, vt propterea desperatio, quæ causatur ex tali defectu, & est de bono, prout illi substat, possit dici absolute, & per se esse de malo. Neque vnquam hoc asserit Sanctus Thomas: sed 1. 2. questione 23. art. 2. in corpore, solùm asserit, quòd bonum arduum habet rationem, vt in ipsum tendatur, in quantum est bonum, quòd pertinet ad passionem spei; & vt ab ipso recedatur, in quantum est arduum, & difficile, quòd pertinet ad passionem desperationis. Et questione 25. art. 3. in corpore, asserit, quòd spes est motus in bonum secundum rationem boni,

boni, quòd secundum suam rationem est attractiuum; & idèd est motus in bonum per se: desperatio autem est recessus à bono, qui non competit bono, secundum quod est bonum; sed secundum aliquid aliud, unde est quasi per accidens. Et questione 40. art. 4. hoc ipsum explicat, quomodo recessus à bono, qui est desperatio, sit secundum aliquid aliud, & quasi per accidens, & ait: Obiectum spei, quòd est bonum arduum, habet quidem rationem attractiuam, prout consideratur cum possibilitate adipiscendi; & sic tendit in ipsum spes, quæ importat quandam accessum: sed secundum quod consideratur cum impossibilitate obtinendi, habet rationem repulsiuam: quia vt dicitur 3. Ethic. cap. 3. cum ventum fuerit ad aliquid impossibile, tunc homines discedunt: & sic respicit hoc obiectum desperatio, unde importat motum cuiusdam recessus; & propter hoc contrariatur spei, sicut recessus accessui. Cum ergo Sanctus Thomas his, & alijs locis nunquam dicat, quòd desperatio sit de bono, in quantum substat alicui malo; sed solùm quòd sit aliquando de malo per accidens, vt questione 40. art. 4. ad 2. & quòd sit de bono, in quantum est arduum, & difficile, & secundum aliquid aliud, & quasi per accidens, & quatenus consideratur cum impossibilitate adipiscendi, &c. minùs conformiter Sancto Thomæ videtur loqui Valentia, dum contra asserit, eam esse per se de malo, & solùm materialiter, vel per accidens esse de bono. Et minùs conformiter veritati videtur loqui, dum ipsum defectum facultatis, & virium ad bonum arduum adipiscendum, appellat absolute, & simpliciter malum, cum sapientissimè facultas, & vires oppositæ non sint debita; & idèd illarum carentia non sit propriè mala, vt iam indicauimus. Neque oppositum probatur ex eo, quòd desperatio sit quidam recessus, & quædam fuga; & omnis recessus, & fuga non possit esse, nisi à malo, vt patet ex Sancto Thoma 1. 2. questione 23. art. 2. & questione 42. art. 1. Contra enim est: quia ex accidente etiam bonum potest habere vim repulsiuam, quanuis per se illi non competit, nisi vis attractiua, vt diximus paulò ante ex Sancto Thoma 1. 2. questione 40. art. 2. Vnde, & qui ex intentione, & desiderio alicuius finis, & boni, consultant de illius acquisitione, & ad illam toto animo tendunt, statim desistunt, quasi repulsi, si forte incidant in aliquid impossibile, vt notat Aristoteles 3. Ethic. cap. 3. post mediam, pag. 57. in fine; & sic accidit in recessu, & fuga, quæ est desperatio: siquidem, qui mouetur, & fertur in bonum per passionem amoris, & desiderij; & ulterius in illud progredere per motum spei, omnemque aliam operationem pro illius assecutione expeditam habere, si illius arduitatem posset peruincere; contra tamen statim desistit, & quasi repellitur, si arduitas sit supra vires, & superari non possit; sique repulsi, & depressio animi, vel succumbentia, quæ est desperatio, solùm causatur ex magnitudine, & superexcellencia boni, quæ ex accidente in hoc, aut illo non habet correspondentiam facultatis, & virium; non autem causatur ex odio, & ex abominatione, quæ circa bonum concipiatur, etiam vt substat defectui virium, & facultatis ad illud adipiscendum.

27. Bonum per se est attractiuum; sed ex accidente, si sit valde difficile, aut impossibile, est etiam repulsiuum.

quanuis alioqui fortes non sint; quia, & sapè, & multos vicerunt, eaque experientia concipiunt spem, & fiduciam, quòd etiam alia euadent pericula, & vincunt. Et eadem ratione ex Vegetio de re militari, & apud Sanctum Thomam 1. 2. questione 40. art. 5. nemo id facere metuit, quòd benè se didicisse confidit: & contra ex eodem Aristotele 2. Rhetor. cap. 13. pag. 99. propterea fenescunt mala spei; quia experientia didicerunt, quòd plurimæ rerum sunt vitiosæ, & sapè tandem ad peius deueniant. Et pro alenda, & augenda spe per experientiam illa est ratio ex Sancto Thoma 1. 2. questione 40. art. 5. quia per illam augetur facultas promptè, & facillè agendi; & bonum arduum, quòd speratur, reuerà efficitur magis possibile, & minùs excedens facultatem sperantis; quomodo etiam diuitiæ, & fortitudo auget spem, in quantum auget facultatem ad rem assequendam: & præterea quia augetur saltem existimatio maioris possibilitatis, quæ etiam sola, & sine alio augmento facultatis acquisitionis potest sufficere ad augmentum spei. Pro minuenda verò eadem spe, & pro inducenda desperatione per eandem experientiam, hæc eadem est ratio ex eodem Sancto Thoma ibidem: quia, si experientia sapientem docuit, rem esse difficilè, & superexcedentem, & impossibilem; non potest non augeri existimatio de eadem impossibilitate, & per hanc non potest non minui spes, quæ maximè nititur apprehensioni, & existimationi, quòd res sit possibilis adipisci ab illo, qui sperat.

Potest tamen aliquando etiam contingere, vt inexperientia sit causa spei, in quantum aliquis ex inexperientia impedimentorum, & defectuum, qui sæpè contingunt, facillè reputat aliquid sibi esse possibile, quòd postea comperit superexcedere suam virtutem, & esse impossibile. Et hoc modo ex Aristotele 2. Rhetor. cap. 12. sub initium pag. 97. iuuenes communiter sunt bonæ spei, & spe maximè viuunt; non solùm quia sunt natura percalidi, sicut & qui vino sunt pleni, & idèd per spiritum animales, quos habent satis multos, & satis calidos, efficitur in ipsis amplitudo cordis, & animositas ad aggrediendas res arduas; & confidentia, aut credulitas, quòd omnem arduitatem peruenient: sed etiam, quia non sunt in pluribus passi repulsi, & experti impedimenta, & resistentias ad suos conatus; & idèd facillè reputant sibi aliquid esse possibile, & in omnibus facillè concipiunt spem, eaque viuunt. Et eandem ob causas idem contingit etiam ebrijs, vt est apud Aristotelem 3. Ethic. cap. 8. pag. 70. in fine: siquidem etiam in ipsis, propter vini caliditatem, efficitur multiplicatio spirituum, & cor ampliatur, & propter nimietatem vaporum efficitur inconfidentia periculorum, & defectuum: & hinc concipiunt bonam spem, vt benè explicat S. Thomas 1. 2. quest. 40. cit. art. 6.

24. Etiam inexperientia impedimentorum, & defectuum, peruenientia potest esse causa spei.

25. Quare iuuenes, & ebrijs fit bona spes.

Potest præterea inter causas spei numerari etiam amor, si de illo loquamur, qui est de ipso bono, quòd speramus: sicut enim spes præsupponit amorem, cum nihil desideremus, nisi illud priùs amemus: potest tamen è contra etiam amor numerari inter effectus spei, si de illo loquamur, qui est ad personam, cuius auxilio, aut beneficio rem speramus: siquidem eo ipso, quòd apprehendimus bonum arduum posse nobis prouenire ab illo, & per illum reddi possibile, incipimus in illum moueri, vt in bonum nostrum, eumque amamus. Verùm, quia non potest dici, quòd hic etiam amor, qui est ad personam, possit esse causa

spei, nisi contingat redamatio ex parte illius: si quidem non ex eo speramus, quod debeat nos iuare in adeptione rei sperate, quia nos illum amamus; sed quia ipse redamat nos; & hæc redamatio se habet per accidens ad amorem nostrum: hinc est, quod etiam noster amor non est causa nostræ spei, nisi per accidens, ut bene explicat Sanctus Thomas quæst. 40. cit. art. 7.

DISPUTATIO II.

In quo consistat ratio spei, quæ est virtus theologica.

- 1. Ratio spei theologica quo modo possit describi.
2. De fide est, quod datur spes supernaturalis.
3. Datur tamen præter illam etiam spes acquisita, & naturalis.
4. Actus virtutum supernaturalium, & per se insularum secundum aliquos non sunt supernaturales, nisi secundum modum.
5. Actus supernaturales, secundum aliquos, possunt producere habitus acquisitos, & naturales.
6. Virtus spei naturalis, & acquisita possit dici virtus theologica.
6. Spes infusa, & supernaturalis est virtus.
8. Spes informis non est perfecta virtus.
9. Quomodo Deus honestè ametur amore concupiscentie, & ut dicitur nobis.
10. Spes infusa est virtus.
11. Virtus religionis non est virtus theologica.
12. Rationes, quæ videntur probare, quod spes non sit virtus theologica.
13. Per virtutem spei non concupiscitur primario, & principaliter beatitudo formalis; sed obiectiva, quæ est ipse Deus.
14. Plura alia præter Deum possunt sperari in ordine ad Deum; & ideo Deus potest dici esse totale obiectum spei.
15. Spes, in quantum est virtus theologica, est in voluntate, ut in subiecto.
16. Non autem in intellectu.
17. Quomodo spes theologica dicatur fiducia, & expectatio, eique tribuatur certitudo.
18. Quomodo cum certitudine spei theologica stet timor de damnatione.
19. Timor de damnatione non potest de lege ordinaria totaliter separari à spe beatitudinis consequenda.
20. Potest tamen multum minui, & haberi certitudo moralis, quod saluabimur.
21. Revelatio particularis facta alicui, quod saluabitur, non tollit in illo spem theologiam.
22. Tollit verò, si fiat alicui revelatio, quod damnabitur.
23. Quomodo in Beatis non sit spes.
24. Quomodo spes non sit in damnatis.
25. In iis, qui sunt in Purgatorio, quomodo sit spes.
26. Quomodo ex amore sui causetur spes.
27. Quo differant inter se amor beatitudinis, desiderium, spes, & intentio.
28. Actus spei non potest esse ab habitu charitatis.
29. Virtus spei non est aggregatum ex fide, & charitate; sed est habitus realiter distinctus ab utroque.

Væ diximus disputatione precedente de spe, in quantum est passio appetitus sensitivi circa bonum futurum, arduum, & possibile, facilem viam nobis aperit ad ea expli-

canda, quæ pertinent ad spem, in quantum est virtus theologica, & supernaturalis. quomodo hoc loco de illa agimus, cum illius præcepta præsupponantur ad præcepta primæ Tabulæ; de quibus est principaliter nostra intentio, ut in initio diximus: & ut unico verbo rem totam expediamus, rectè potest dici cum Theologis communiter apud Valent. 2. 2. disp. 2. q. 1. punct. 1. §. Igitur, cum spes, col. 483. tota illius ratio in hoc consistere, ut sit virtus theologica, quæ voluntas fertur in Deum, ut est futurus nostra beatitudo, difficilis quidem ad consequendum; sed possibilis per diuina auxilia, & per media ad hoc instituta ab ipso Deo. Et quidem, quod in homine fidei sit admittenda huiusmodi spes de acquirenda æterna beatitudine, non potest dubitari inter fideles, cum sæpissimè commendetur in sacris Litteris, ut 1. Petri cap. 1. Regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem conservatam in celis. Et ad Rom. c. 4. Gloriamur in spe gloria filiorum Dei. Et cap. 8. Ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri: spe enim salvis facti sumus: spes autem, quæ videtur, non est spes: nam, quod videt quis, quid sperat? Si autem, quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus, &c. Et 1. ad Corinthios cap. 9. Manent fides, spes, charitas. Et idem definitur in Concilio Tridentino sess. 6. cap. 7. de reformatione, ubi dicitur, quod in iustificatione simul cum remissione peccatorum infunditur homini fides, spes, charitas. Et cap. 10. quod Ecclesia etiam spei petit incrementum, quando orat: Da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum. Et can. 3. de iustificatione, quod sine præveniente Spiritus Sancti inspiratione, & eius adiutorio non potest homo credere, sperare, diligere, aut penitere, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur: quæ omnia clarè ostendunt, esse de fide, quod datur spes, & quod sit ordinis supernaturalis, & à Deo infusa, & necessariò prærequisita ad iustificationem hominis peccatoris, & omninò indigens speciali inspiratione, & adiutorio Spiritus Sancti, ut subdit Val. 2. 2. disp. 2. qu. 1. punct. 1. §. Et sicut illic probavimus, col. 484. in fine. Dico autem, inspirationem, & adiutorium Spiritus Sancti, quo indigemus ad speranda, sicut oportet, quæ à Deo sunt nobis promissa; debere esse speciale pro ipso actu spei: quia non sufficit inspiratio alia, & auxilium, quo credimus supernaturaliter, ea esse à Deo promissa, & bene merentibus infalibiliter suo tempore, ea esse reddenda: sed ulterius requiritur alia inspiratio, seu cogitatio à Deo immissa, qua excitemur, vocemur, & moveamur ad actum sperandi, & præterea aliud auxilium, quo tali excitationi, vocationi & motioni assentiamur, & actualiter, & de facto speremus: & prima hæc inspiratio, & cogitatio, in quantum Deus per illam nos excitat, dicitur à S. Augustino lib. 1. de natura, & gratia, c. 17. & Theologis communiter, gratia operans, excitationem, scilicet, & primam motionem voluntatis: & in quantum ulterius est ratio, ut postea de facto consentiamus, & operemur, & nobiscum cooperatur, dicitur gratia cooperans: & in quantum prævenit liberum nostrum consensum, dicitur gratia præveniens, ut patet ex Trident. sess. 6. c. 5. de iustificatione. & in quantum ulterius est cooperans cum nostra voluntate, & quodammodo subsequitur ad seipsum, ut primò mouentem, & excitantem, dicitur gratia subsequens; & semper est beneficium Dei speciale, & gratuitum, & ordinis supernaturalis, cum semper ex speciali benevolentia Dei tribuatur potius huic,

1. Ratio spei theologica quomodo possit describi.

2. De fide est, quod datur spes supernaturalis.

4. Actus virtutum supernaturalium, & per se insularum, secundum aliquos non sunt supernaturales, nisi secundum modum.

huic, quàm illi, & potius hoc tempore, quàm illo; & nullo modo sit debitum, siue nature, siue personæ, ut notat Azor. part. 1. lib. 5. cap. 1. quæst. 8. col. 10 & 2.

Vitam autem, præter hanc spem supernaturalem, & insulam, admitti possit, aut debeat spes alia naturalis, & acquisita ex actibus sperandi naturalibus, & imperfectis, parum refert ad nostrum propòsitum. Admittunt illam Valentia p. ubi lo. 1. cit. §. Neque tamen idcirco. & Caiet. 2. 2. quæst. 17. art. 5. & Scotus in 3. disp. 26. quæst. unica, & Durandus ibidem, quæst. 1. & potest suaderi ex dictis supra, lib. 1. disp. 3. n. 7. de simili habitu fidei naturalis; & acquisitæ circa articulos reuelatos, quem ex professo admittunt plures Scholastici, tam veteres, quàm recentiores, ut ibi retulimus: sicut enim, si puer Iudæus, v. g. aut alius quicumque infidelis non baptizatus, nec alio modo iustificatus, nutritur ab infantia inter fideles, facile conciperet fidem de iis articulis, quos ab illis audiret esse credendos, ut reuelatos à Deo, & quæque fides non esset infusa, sed acquisita, & naturalis, cum ille, ut supponimus, non esset baptizatus, aut alio modo iustificatus, & per consequens nullus habitus infusus, & supernaturales nunquam accepisset: ita, & facile conciperet spem de æterna beatitudine, si etiam hanc ab illis audiret sperandam esse à Deo, & etiam hæc non esset infusa, sed acquisita; & talis esset etiam charitas, & dilectio Dei, quam similiter facile conciperet, si audiret, Deum esse amandum, ut auctorem, & largitorem bonorum omnium. Et negari non potest, quin etiam de facto talis sit illorum fides, & spes, qui post creditos fide infusa, & supernaturali per aliquod tempus omnes articulos, & post speratam spe theologica, & infusa æternam beatitudinem, tandem incipiunt discredere vnum aliquem articulum, & per hæresim, in quam incidunt, amittunt habitum fidei, & habitum spei, quem prius habebant: & tamen retinent facilitatem credendi alios omnes articulos, quos prius credebant; & sperandi eandem beatitudinem, quam prius sperabant. Et confirmatur etiam ex Tridentino, quod sess. 6. cap. 3. de iustificatione. non definet simpliciter, quod Dei inspiratio, & adiutorium sit necessarium, ut absolute possimus credere, sperare, amare, aut penitere; sed solum cum hoc addito: Sicut oportet, ut nobis conferatur gratia iustificationis. quia, scilicet, fide alia, spe, charitate, aut penitentia, quæ non sit sicut oportet ad gratiam iustificationis, & non sit cum illa eiusdem ordinis supernaturalis, eique proportionata, nihil repugnat, quominus sine speciali inspiratione, & adiutorio Dei, & per solas vires nature possimus credere, sperare, amare, aut penitere; ac proinde, quod datur alia fides, & alia spes, & charitas, & penitentia, præter illam, quæ est infusa, & supernaturalis.

Et hanc rem de huiusmodi virtutibus, & habitibus acquisitis, non eodem modo explicant Doctores, ut videre est apud Azor. part. 1. lib. 3. cap. 21. quæst. 6. col. 217. quidam enim, ut Scotus in 3. disp. 23. quæst. 1. art. 1. Henricus quodlib. 5. quæst. 23. Dur. in 1. disp. 17. quæstione 10. num. 21. Gabr. in 3. disp. 23. quæst. 1. art. 1. in 3. quæst. 23. quæst. 3. §. Ad tertium B. Thomæ. contendunt, id esse ex eo, quia actus huiusmodi virtutum supernaturalium, & per se insularum, quoad substantiam sunt eiusdem speciei cum actibus naturalibus, & solum sunt supernaturales quoad modum, in quantum præveniunt ex principiis supernaturalibus, id est, ex habitibus per se infusis, vel ex speciali auxilio Dei: & ideo, quemadmodum res artificiales, verbi gratia, statua lignea, aut marmorea, possunt causare aliquid naturale, & eiusdem speciei cum eo, quod causatur communi-

ter ab aliis corporibus purè naturalibus, & non artificialibus, verbi gratia, motum deorsum, & res supernaturales quoad modum, verbi gratia, visus per miraculum, & supra naturam restitutus cæco, potest causare actum visionis eiusdem speciei cum eo, qui causatur per visum simpliciter, & omni modo naturalem: ita & habitus huiusmodi virtutum per se insularum, & supernaturalium possunt producere actus naturales, & acquisitos, & eiusdem speciei cum actibus, qui producuntur per habitus purè naturales: & tales sunt illi actus, quos experimur, verbi gratia, ad credendum, etiam amisso habitu supernaturali fidei per crimen hæresis; & ad sperandum in Dei auxilio, & ad amandum, & penitendum; etiam amisso habitu supernaturali spei, charitatis, & penitentia per actum desperationis, aut per aliquod aliud peccatum mortale.

Alij verò, ut Azor. parte 1. lib. 3. cap. 21. quæst. 6. cit. & lib. 9. c. 3. quæst. 4. quia putant esse valde difficile, quod actus huiusmodi habituum per se insularum, & supernaturalium non sint etiam ipsi supernaturales quoad substantiam, & quod non specie differant ab actibus purè naturalibus, affirmant id esse ex eo, quia etiam actus supernaturales, in quantum sunt actus vitales, & elicitè à potentis naturalibus, verbi gratia, ab intellectu, aut voluntate, habent, ut per sui frequentationem relinquunt assuetudinem aliquam, aut promptitudinem in illisdem potentiis ad actus non quidem perfecte similes, & ordinis supernaturalis, cuius sunt ipsi; sed similes imperfectè, & ordinis naturalis: nam, sicut possunt producere, & de facto producunt simulacra; & species sui, easque relinquunt in memoria, tanquam sui vicarias; & tanquam semina, aut instrumenta ad alias notitias, aut recordationes, quibus postea recordamur, & cognoscimus, nos credidisse, sperasse, aut penituisse, easque species, & simulacra sunt ordinis naturalis, non obstant, quod ipsi actus sint ordinis supernaturalis: ita & possunt producere, & de facto producunt assuetudines, & habitus ad actus credendi, sperandi, amandi, & penitendi, iique sunt ordinis naturalis, non obstant, quod actus sint supernaturales. Et ratio potest esse: quia experientia constat, quod actus quicumque, si frequententur, perficiunt potentiam alioqui ex se imperfectam, ut est noster intellectus, & nostra voluntas, non solum formaliter, & per se ipsos; sed etiam effectivè producendo, & relinquendo in illa qualitatem superadditam, quæ sit illi adiumento, & quali virtus, aut instrumentum ad promptè, & facile operandum operationes similes, quantum potest. Unde etiam actus supernaturales, in quantum sunt actus nostrorum potentiarum, possunt, ac debent illas perficere producendo habitus, non quidem ordinis supernaturalis, cum hi non sint producibiles, nisi à Deo; & per infusionem, ut loquitur Caietanus 1. 2. q. 51. art. 4. sed ordinis naturalis, qui solum possunt produci per causas naturales: & quod de facto illos producant, nõ potest efficacius probari, quàm à posteriori, per illam facilitatem, quam experimur etiam amissis habitibus supernaturalibus, ut iam diximus. Neque potest hæc facilitas rationabiliter referri in alios actus naturales, qui simul sint elicitè cum actibus supernaturalibus, cum huiusmodi actus naturales non nisi gratis, & diuinando possint dici esse elicitè, quando habebantur habitus supernaturales, & intentio operantis solum erat de operando ex illis, & de eliciendis solis actibus supernaturalibus. Et certum videtur, quod, si ponamus aliquem frequentasse solos actus supernaturales, verbi gratia, credendi mysterium Trinitatis, & nullos alios

5. Actus supernaturales secundum aliquos possunt producere habitus acquisitos, & naturales.

naturales; & postea fidem amittere per lapsum in hæresim circa incarnationem; adhuc experietur facilitatem circa mysterium Trinitatis: & cum hæc facilitas necessario sit referenda in aliquem habitum naturalem & acquisitum, non poterit dici, quod sit acquisitus, nisi per actus supernaturales, qui soli ponuntur fuisse eliciti. Et quod sæpius accidit in agentibus naturalibus, ut quando ex propria imperfectione, aut ex aliquo accidente non possunt attingere perfectam productionem sibi similes, degenerent in aliquid aliud, quod sit simile, quantum potest, & eorum naturis sit quasi proximum, & affine: ut patet in multis plantis, quæ non eodem modo nascuntur, & crescunt in omni solo, & sub omni cælo; sed degenerant aliter, atque aliter: & in qualitatibus sensibilibus materialibus, verbi gratia, colore, quæ non producant sibi simile, nisi intentionaliter, id est, species intentionales pro sensationibus, ut dicitur in *libris de anima*: idem potest admitti proportionaliter, etiam in actibus supernaturalibus, ut scilicet, attingant productionem habituum naturalium, & in illos quasi degenerent, tanquam in affines, & proximos, cum propter imperfectionem non possint attingere productionem supernaturalem.

6. Sed quomodo dicantur esse acquirentia huiusmodi virtutes naturales credendi, sperandi, & diligendi, si ulterius quaras, virtum sunt appellanda virtutes theologales, non est questio, nisi de nomine, ut notat Valen. 2. *disp. 2. quest. 1. puncto 1. cit. §. Disputat etiam Caietan. col. 486.* nam, si virtus theologalis illa dicatur, quæ impetrate per suum actum attingit Deum, siue attingat supernaturaliter, & proportionaliter, & apte, sicut Deus potest attingi; siue solum naturaliter, & minus apte, & proportionate, non est negandum, quod huiusmodi virtutes, quando sunt acquirentia & naturales, sunt virtutes theologales: & hoc modo id allerit Scotus in 3. *disp. 26. quest. unica littera F. pag. 46. col. 3. in intro. posito, scilicet, quod ad virtutem theologalem non sit necessarium, ut sit infusa, & supernaturalis: si vero illa tantum dicatur virtus theologalis, quæ est supernaturalis, & infusa, & apte, & proportionate attingit Deum, sicut potest, & petit attingi, non sunt dicenda theologales: & hoc modo id negat Caietanus 2. 2. *questione 17. art. 5. in intro.* & sic habet communis acceptio, & usus Theologorum ex Valentia loco citato, & Azorio *part. 1. lib. 9. cap. 1. quest. 3. in fine.**

7. Loquendo igitur de spe infusa, & supernaturali, recte dicitur primo loco in descriptione paulo ante allata, quod sit virtus: ita enim ex professo affirmat Sanctus Thomas 2. 2. *questione 17. art. 1. & omnes communiter.* Hæc ratio est: quia nomine virtutis illa intelligitur, quæ est dispositio perfecti, seu præstantissimi ad optimum, ut eam describit Aristoteles 7. *Phys. ut. 17. & 18.* id est, qualitas quadam potentia bene se habentis, quoad suum esse naturale, eamque disponens ad operationem, quæ est perfectio, & finis, & bonum, seu optimum illius: vel, ut eam describit idem Aristoteles 2. *ethic. cap. 6. in intro.* illa intelligitur esse virtus, quæ bonum facit ipsam habentem, & opus eius reddit bonum: sic enim virtus oculi, aut equi, verbi gratia, illa est, quæ ipsum oculum, aut equum denominat, & facit bonum, & præterea bonam denominat, & facit bonam ipsam operationem utriusque: ut, verbi gratia, quod oculus bene videat, & equus bene currat, aut bene gesserit seilicet, aut impetum hostium bene sustineat, &c. Cum ergo habitus spei infuse, de qua loquimur, bene disponat voluntatem ad

6. Virtum spei naturalis, & acquirentia possit dici virtus theologalis.

7. Spes infusa, & supernaturalis, est virtus.

prosecutionem beatitudinis, & ultimi finis, quantum ardui, ac perdifficilis, & voluntatis operationem, & tendentiam actualem in huiusmodi finem faciat bonam; & iuxta regulam, quæ est ratio, & ipse Deus, non potest non esse virtus, ut bene concludit Sanctus Thomas *art. 1. cit.* Et hinc etiam fit, ut habitus spei sic prosequente, & attingente ultimum finem, iuxta suam regulam, nemo possit male uti, quod præterea ad rationem virtutis requirit S. Augustinus *lib. 3. de libero arbitrio, cap. 18. tom. 1. & S. Thomas 1. 2. quest. 55. art. 4. & 2. 2. quest. 17. art. 1. & Aristoteles lib. 6. magn. Moral. cap. 4.* siquidem actus spei, prout procedit ad tali habitu iuxta præscriptam regulam, est semper honestus, & virtuosus, neque unquam est pravius. Et ne desit huic habitui illa alia virtutis perfectio, quam ad veram, & perfectam virtutem requirit Sanctus Augustinus *lib. 4. contra Iulianum, cap. 3. & Sanctus Thomas 2. 2. questione 4. art. 5. & omnes communiter, ut, scilicet, illius actus infallibiliter ordinetur ad ultimum finem, propter quem ex propriis rationibus sunt omnes virtutes, debet accipi spes formata per charitatem, & per habitum gratia; non autem spes informis, & solum accepta, & considerata in propria specie, qualis est in homine peccatore, ut bene advertit Caietanus 2. 2. *questione 17. art. 1. cit.* Et alioqui, si loquamur de spe informi, quantum non careat rectitudine sibi essentiali, & propria, & possit dici verè, & proprie, & simpliciter virtus, ut notat Azor. *tom. 1. lib. 9. cap. 1. quest. 2. col. 1050. & quest. 8. col. 1052.* caret tamen rectitudine alia accidentali, & adhiæta per habitum charitatis, per quam constituitur, quasi in statu virtutis perfectæ, & actualiter conducentis ad ultimum finem per suum actum, ut bene explicat Valen. 2. 2. *disputatione 1. questione 4. puncto 5. de habitu fidei, quem similiter Sanctus Thomas questione 4. art. 5. negat esse perfectam virtutem, si sit informis; & affirmat esse perfectam, si sit formata per habitum gratia, & charitatis.**

8. Neque obstat, quod, dum speramus æternam beatitudinem, Deum ipsum amamus per amorem concupiscentia, ut etiam concedit Sanctus Thomas 2. 2. *questione 17. art. 8.* siquidem illum amamus, ut bonum nobis, & ut nobis adipiscibilem, ut sic dicam, in omne, & ultimum bonum nostrum, per beatificam visionem: qui tamen modus amandi non videtur posse esse honestus, & virtuosus, si sit circa Deum; siquidem per illum Deus ipse ordinatur, & refertur ad nos, nosque quodam modo constituimur, ut finis; & principalis, & magis amatur, quam ipse Deus, cum sit ratio, & quasi mensura, ut ille ametur, & revera in tantum ametur, in quantum est bonus, & conveniens nobis; non autem in quantum est bonus in se, & dignissimus, ut ametur propter se, ut patet ex iis, quæ dicuntur communiter à Philosophis de fine cuius gratia, & de fine cui, quem utrunque admittit Aristoteles 2. *de anima, tex. 35. & 37. & de axiomate illo 1. Poster. tex. 5. Propter quod unumquodque vult, & illud magis: ut propter quod amamus, & illum amicum magis.* Hoc, inquam, non obstat: quia, quando dicitur Deus amari amore concupiscentia, & ut bonus, & conveniens nobis; non significatur, quod Deus sit ex se ordinatus, & relatus ad nos, sicut media, & bona vtilia sunt ordinata ex sua natura, & relata ad certos fines, verbi gratia, ambulatio, & potio ad sanitatem; & ipsi fines sunt ordinati ad illos, à quibus assumuntur, & appetuntur, ut fines, quomodo 2. *Phys. tex. 2. 4.* dicitur nos esse quodammodo finis omnium arte factorum, quia omnibus vtemur: sed contra significatur,

8. Spes informis non est perfecta virtus.

9. Quomodo Deus bonis amatur amore concupiscentia, & ut bonus nobis.

significatur, quod Deus in se, & ex se sit tantum bonum, ut possit ultimo perficere, & beare etiam nos; & quod specialiter a nobis ametur secundum hanc amabilitatem, quæ revera in ipso Deo est quidam absolutum, etiam à nobis explicetur per relationem contentientia, & per respectum rationis ad nos. Unde falsum est, quod per hunc actum amoris, concupiscentia Deus ipse ordinatur ad nos, & nos constituatur quodam modo, ut finis Dei, & principalius, & magis amemus, quam ipse, cuique sumus, quæ si ratio, ut ametur, & quasi mensura, ad quam ametur: ut enim patet ex Aristotele 2. *Physic. text. 23.* dicitur præterea requiruntur ad hoc, ut aliquid sit finis alterius, id est, ut respectu illius sit optimum, & ut sit ultimum: quæ tamen duo nullo modo nobis conveniunt respectu Dei, quando amatur amore concupiscentia, & ut bonus nobis: neque enim respectu illius sumus quid optimum, cum etiam perfecti, & beati per ipsum, essentialiter sumus ad ipsum, tanquam ad optimum; neque sumus quid ultimum, cum ipsam perfectionem, & beatitudinem nostram adhuc ulterius ordinemus, ac referamus ad ipsum, ut ad ultimum finem, & solum ultimum, & appetamus per ipsum beati in gloriam ipsius, & in illa tandem sistamus, & ultimo terminemus omnem voluntatem, & desiderium nostrum. Et quantum largo modo per hunc actum amoris possimus dici, quod Deo utamur, in quantum illo non fruimur; sed tendimus, ut fruamur, ut notat Suarez *disp. 1. de spe, sect. 3. num. 7.* ex S. Augustino *lib. 6. de Trinitate, cap. 10. & lib. 10. cap. 11.* non tamen propterea id est damnandum, ut perversum, & malum, iuxta illud eiusdem S. Augustini *lib. 83. 99. quest. 30. non longe à fine, tomo 2.* quod Deo nullus recte vitetur; & iuxta illud vulgatissimum, quod sit summa perveritas, uti fruendis, & frui vitendis: siquidem hoc non intelligitur de usu improprie, & large accepto; sed solum de usu stricto, & proprio, qui solum est circa media, & circa vtilia ad aliquid aliud; non autem circa finem, & præsertim ultimum, qualis est Deus, ut patet ex S. Thoma 1. 2. *quest. 16. art. 3.* & recte notat Caietanus 2. 2. *qu. 17. art. 5. §. Et hinc incipit parere secundum.* & ex illo Valentia 2. 2. *disp. 2. quest. 1. puncto 1. §. Ad primum autem argumentum, col. 485.* quod longe est aliud amare, aut concupiscere aliquid sibi, vel alteri; atque amare, vel concupiscere propter se, aut propter alterum: & cum hoc secundum ex parte illius, quod concupiscitur, & amatur, importet ordinationem, & relationem ad illum, tanquam ad finem cuius illud tamen primum non importat causalitatem finis; sed solum dicit, quod res illi amata, aut concupita, sit illi bona, aut bonum illius; atque ita ex eo, quod per actum spei amemus Deum nobis, aut aliis, non potest inferri, quod nos, aut alij constituamur, ut finis ipsius Dei, cuique ad nos ordinemus, & referamus, tanquam ad finem cui; sed solum, quod Deus sit bonus nobis, seu bonum nostrum; quod sine dubio latius patet, quam ut importet ex parte nostri rationem finis; & ideo sine vlla perveritate, aut pravitare potest honeste amari amore concupiscentia, cum semper ametur, ut bonum maius, & superexcedens, in se gratis, & liberaliter concedendum, ut ultimo perficiat, & cumulet bonum minus, quod sumus nos, ut loquitur Scotus in 3. *disp. 26. qu. univ. pag. 46. col. 2.* Et qua ratione, quando dicitur Christus Dominus esse datus, & natus nobis, non significatur, quod nos fuerimus, respectu illius, ut finis cui; sed solum, quod ipse fuerit datus, & natus in bonum nostrum: ita & quando dicitur per actum spei Deus nobis amari, solum significatur, quod ametur,

ut bonus nobis, vel ut bonum nostrum; non autem quod nos constituamur, aut finis respectu illius, ut finis cui; & sine dubio si quis Deum ita amaret sibi, vel alteri, ut se, vel alterum constitueret, ut finem Dei, & tanquam mensuram, ad quam Deum amaret; & tanquam primum, & ultimum simpliciter, in quo staret, & ultimo terminaret suum amorem, perverit, & prave amaret: quod tamen non accidit in actu spei, ut diximus, cum non sit tanquam mercenarij ordinantis mercedem, & eum, qui reddit, solum ad se; sed tanquam filij patrem amantis, ut bonum sibi, & vltimè referentis se ipsum in bonum patris, ut notat Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 1. quest. 6. col. 1051.*

Ex hoc autem, quod actus spei ex omni capite sit honestus, & virtuosus, nullo modo est admittendum illud Durandi in 3. *disp. 26. quest. 1.* quod habitus spei non sit virtus, nisi improprie, & largo modo; sicut etiam supra docuerat de habitu fidei *disp. 23. quest. 6.* ex eo maxime argumento, quia non disponit ad assensum evidentem, qui est optimum intellectus; & eadem ratione, neque spes disponit ad optimum voluntatis, quæ est ipsa executio; & actualis habitus, & possessio rei sperate. Contra enim est: quia fides satis disponit ad optimum intellectus, dum disponit, quantum patitur natura ipsius potentia, & conditio obiecti, & status vite presentis; quæ omnia circa res revelatas, & supernaturales non patiuntur in hac vita assensum evidentem; sed solum obscurum. Et eadem ratione in habitu spei, quia natura potentia, & conditio obiecti, quæ est æterna beatitudo, & status vite presentis, non patiuntur actualem habitationem, & possessionem rei sperate, neque illius affectionem per vires proprias; satis dicitur disponere ad optimum, dum disponit per suum actum ad expeditam, promptam, & facilem illius prosecutionem cum auxilio Dei, non obstante arduitate; ac proinde tam fides, quam spes, non sunt neganda esse virtus strictè, & proprie; iuxta definitiones, aut descriptiones virtutis paulo ante allatas ex Aristotele, & communiter receptas ab omnibus.

Neque solum dici debet habitus spei esse proprie virtus; sed etiam esse virtus theologica proprie dicta: quantum hoc etiam negat Durand. in 3. *disp. 26. cit. quest. 2.* ita enim ex professo docet S. Thomas 2. 2. *quest. 17. artic. 5. & omnes communiter:* & patet ex S. Paulo 1. *Corinth. 13.* ubi numerat spem cum fide, & charitate: *Manent tria hæc, fides, spes, charitas.* Et ratio est: quia, quemadmodum indigemus virtutibus intellectualibus, & moralibus, ut per illas bene ordinemur ad beatitudinem naturalem, & bene nos habeamus circa intelligibilia, & circa volibilia naturalia, & naturaliter attingibilia; ita & indigemus virtutibus supernaturalibus, & infusis, tam intellectui, quam voluntati, ut per illas bene ordinemur ad finem supernaturalem, & bene nos habeamus circa intelligibilia, & volibilia supernaturalia: & talis est habitus fidei, per quem bene ordinamur ad Deum, in quantum est supernaturaliter cognoscibilis; & habitus spei, per quem ordinamur ad eundem, in quantum est ultimus finis supernaturaliter prosequibilis per auxilia gratia; & habitus charitatis, per quem ad illum ordinamur, in quantum est nobis supernaturaliter vnilibilis, ut patet ex S. Thoma 1. 2. *quest. 62. art. 1. 2. & 3.* Et tales virtutes specialiter dicuntur theologales: quia immediate, & proximè bene nos ordinant ad ipsum Deum, & cumque immediatè attingunt per actus internos & cunctos ad beatitudinem. D D 4

10. Spes infusa est virtus theologica.

se illicitos; & in hoc distinguuntur ab aliis virtutibus moralibus, etiam infusis, si quæ sunt circa Deum, vt est, verbi gratia, virtus religionis, quæ bene nos ordinat ad debitum cultum Deo exhibendum: siquidem hæc virtutes per actus internos, quos immediatè eliciunt, non attingunt immediatè, & proximè ipsam Deum; sed mediante aliquo alio, quod postea ad Deum refertur, eumque attingit, vt proprium terminum, aut obiectum: nam hoc modo virtus religionis per suum actum internum, qui est voluntas colendi Deum, vel Deo exhibendi debitum cultum immediatè, & proximè, non est circa Deum; sed circa cultum, & solum hoc mediante attingit Deum. Et hac de causa Caiet. 2. 2. quæst. 81. art. 3. & ex illo Suar. tom. 1. de Incarnat. disp. 51. sect. 1. §. Tertio tandem. pag. 643. & lib. 1. de virtute religion. in genere. cap. 3. num. 7. tom. 1. pag. 7. col. 1. asserit, Deum, respectu virtutis religionis, non esse obiectum quod, sed obiectum cui: quia non attingitur directè, & immediatè, sicut attingitur, verbi gratia, per actum amoris, & charitatis; sed solum indirectè, & mediante externa actione, per quam exhibetur illi cultus: quod idem etiam contingit in virtute iustitiæ, & in qualibet alia, quæ veritatur circa operationes ad alterum: vt, v. g. quando ex virtute iustitiæ volumus restituere Titio rem illi ablata; vel ex fidelitate implere promissum, quod illi fecimus; vel ex gratitudine referre illi gratias, aut beneficium rependere, &c. vt notat Suar. de Incarn. loco citato. Et quemadmodum in naturalibus cognitio relationis, directè, immediatè, & proximè solum dicitur attingere ipsam relationem, & solum indirectè, mediante, & remotè attingere terminum relationis: ita & in virtute religionis internus affectus, seu voluntas colendi Deum, verbi gratia, per actum adorationis, aut sacrificij, directè, immediatè, & proximè solum attingit ipsam cultum, & solum indirectè, mediante, & remotè attingit Deum, tanquam terminum, & finem cultus, & ipsius virtutis religionis; vt cum appellat S. Thomas 2. 2. quæst. 81. art. 5. cit. quod tamen non ita accidit in virtutibus theologiacis: siquidem per fidem immediatè, & proximè credimus Deo, quicquid reuelat; & directè illum attingimus per actum internum nostræ fidei, & per spem immediatè ad illum tendimus, eumque profequimur, tanquam vltimum finem, & tanquam primum efficiens, à quo speramus affectionem vltimi finis; & per charitatem immediatè illum amamus, eique coniungimur per actum amoris.

11. Virtus religionis non est virtus theologica.

12. Rationes, quæ videntur probare, quod spes non sit virtus theologica.

& denique ab illa sola fit recessus per desperationem; cum tamen desperatio, & spes sint circa idem, & solum opponantur, tanquam accessus, & recessus ab eodem termino, aut obiecto, vt patet ex S. Thoma 1. 2. quæst. 40. art. 4. & indicauimus supra, disput. precedente, num. 19.

Hæc, inquam, rationes non obstant: quia falsum est, quod sola beatitudo formalis per spem theologiam ametur à nobis amore concupiscentiæ; non autem Deus, & beatitudo obiectiua; cum etiam hic sit bonus nobis, & bonum nostrum, & vt sic honestè ametur amore concupiscentiæ: quauis non propterea ad nos referatur, vt ordinetur tanquam ad finem, vt supra diximus num. 7. Imò beatitudo formalis in tantum amatur, in quantum est affectio beatitudinis obiectiua, & vltima & perfecta illius possessio, & cum illa coniunctio, vt loquitur Caiet. 2. 2. quæst. 17. art. 2. & ideo non amatur ratione sui; sed ratione obiecti, & simul cum illo facit vnum amabile per amorem concupiscentiæ, & vnum bonum: siquidem, neque Deus concupiscitur nobis, nisi vt possidendus, & vltimò habendus per beatitudinem formalem; neque hæc concupiscitur, nisi vt futura possessio, & vltima habitio ipsius Dei. Certè Aristoteles 2. de anima, text. 28. famem definit, quod sit appetitus calidi, & sicci; non autem, quod sit appetitus comedendi; & sitim definit, quod sit appetitus frigidæ, & humidæ; non autem, quod sit appetitus bibendi: quia comedere, & bibere solum appetuntur, vt quo. Potest ergo etiam spes rectè dici, quod sit desiderium, & expectatio ipsius Dei; non autem videndi Deum: quia visio solum desideratur, & expectatur, vt quo. Et quod dicitur in Phisicis de fine quo, & de fine cuius gratia, quod simul compleant vnum finem, & quod finis agentis phisici, verbi gratia, ignis calefacientis, non sit ipsa actio, & calefactio per se accepta, provt est finis quo, neque ipse calor similiter per se acceptus, quasi absolute, & provt independens à calefactione, quod modo est finis cuius: sed ipse calor, provt existens ab igne media calefactione, & simul inuoluendo finem quo, & finem cuius: & similiter in moralibus, quod finis auari, v. g. non sit possessio, & habitio pecuniæ, provt consideratur quasi distincta à pecunia possessa, & habita; neque ipsa pecunia, provt præscindit à possessione, & habitatione; sed simul vtriusque, id est, pecunia provt habita, & possessa; idem proportionaliter est in casu præsentis, & finis vltimus, bonumque vltimum, quod speramus, & concupiscimus per virtutem spei, neque est beatitudo formalis, provt distincta à beatitudine obiectiua; neque obiectiua, provt non inuoluens formalem: sed simul vtriusque, id est, Deus, & beatitudo obiectiua, provt habenda, & possidenda formaliter per beatitudinem formalem. Et in idem recidit, siue dicamus, obiectum spei esse Deum, provt habendum, & possidendum per visionem beatificam, & per beatitudinem formalem; siue dicamus esse visionem, & beatitudinem formalem, provt est futura habitio, & possessio Dei, cum ille sit obiectum quod, & hæc sit obiectum quo, vt notat Paulus Layman lib. 2. tract. 2. cap. 1. num. 9. & fufius, & subtilius Vasqu. 1. 2. disp. 15. cap. 3. num. 10. & seqq. pag. 91. col. 1. Et quod Deus, provt est beatitudo obiectiua, & supposito à nobis distinguitur, sit reuera bonum nostrum, & per se, & directè, & immediatè attingatur per actum spei; & ipsemet nobis concupiscatur, non autem solum beatitudo formalis; probatur ex eo, quia ipsemet nobis datur in hac vita, & promittitur

13. Per virtutem spei non concupiscitur proprium, & principaliter beatitudo formalis, sed obiectiua, quæ est ipse Deus.

promittitur in alia, secundum modum loquendi lazarum Scriptura: um. Ioan. 14. Alium Paraclitum dabo vobis, vt maneat vobiscum in æternum, & apud vos manebit, & in vobis erit. Et ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. & Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et quemadmodum suppositum diuinum in Christo est bonum humanitati, non solum ratione earum perfectionum, quas in illa causat; sed ipsum per se ratione sui, & suæ personalitatis diuinæ, secundum quam illi vnitur: ita & Deus non solum est bonus nobis, & nobis amabilis, ratione beatitudinis formalis, quam in nobis causabit, & quam terminabit, sed etiam ipse per se, & provt per illam est nobis vnibilis, & in omne bonum nostrum, vt sic dicam, vertibilis: & actus spei in hac vita, quemadmodum directè, & per se attingit Deum, vt primam causam efficientem rei alterius speratæ, eique immediatè innititur, in quantum ab illo, & per illius auxilia eam sperat; ita & directè, & per se illum attingit, vt vltimum finem, & in quantum sperat assequi illum ipsum, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quæst. 17. art. 1. 4. 5.

Neque sola beatitudo formalis per se accepta est nobis futura, & ardua; sed etiam Deus, quatenus per illam est nobis vnibilis; & quauis in se, & sibi non sit nisi bonum præsens, & actu existens; nobis tamen est bonum absens, & futurum, & difficile acquisibile, vt ex se patet: & quauis futuritio non possit illi tribui, vt forma intrinseca ratione alicuius, quod modò, & de præsentis non sit intrinsecè in Deo, & sit futurum in posterum, & de futuro; bene tamen potest illi tribui, vt forma extrinseca ratione visionis, & futuritionis, quæ intrinsecè est futura in nobis, & extrinsecè potest Deum denominare, vt à nobis videndum, & fruendum: quod solum intelligimus, quando dicimus, eum esse futurum nostrum bonum, & nostram beatitudinem: & sicut columna dicitur dextera per dexteritatem, quæ est intrinsecè in animali; & extrinsecè, vt terminatiue in columna: ita & Deus dicitur futurus nostra beatitudo per futuritionem, quæ intrinsecè est in ipsa beatitudine, & solum extrinsecè, & terminatiue in Deo, vt bene notat Caietanus 2. 2. quæst. 18. art. 2.

Et similiter falsum est, quod sola beatitudo formalis sit in patria obiectum per se delectationis; sed maxime est ratione ipsius Dei, & beatitudinis obiectiua per illam possessa, & habita: & sicut avarus non delectatur de possessione, & habitatione pecuniæ, quatenus intelligitur quasi per se, & vt distincta ab ipsa pecunia; sed delectatur de pecunia habita, & possessa; & obiectum, quod delectatur per se, est pecunia; & possessio, & habitio solum se habet, vt conditio, sine qua non delectatur, tanquam approximatio, vel applicatio, aut vnio cum voluntate, & potentia, quam delectatur: ita & beatus non delectatur de adeptione, aut possessione vltimi finis, qui est Deus; sed de ipso vltimo sine, & Deo adepto, & possesso; & reuera ipse est, qui delectatur, & visio solum se habet, vt & vnio obiecti delectabilis cum potentia.

Et denique falsum est, quod sola beatitudo formalis sit obiectum desperationis, & terminus, à quo illa est recessus: nam, sicut actus spei est accessus ad Deum, & ad vltimum finem, in quantum est acquiritus per Dei auxilia: ita & actus desperationis est recessus ab illo eodem propter apprehensam arduitatem superexcedentiam, vt notat Suar. disp. 1. de spe, sect. 1. num. 6. in fine, & vt diximus supra, de

affectione desperationis, disp. preced. num. 22. & 23. ex S. Thoma 1. 2. quæst. 40. art. 2. quemadmodum bonum habet per se, & ratione bonitatis vim attractiuam, & hoc modo ad illud fit accessus per spem: ita habet per accidens ratione arduitatis vim repulsiuam: & hoc modo ab illo fit recessus per desperationem oppositam.

Ex hoc verò, quod spes sit virtus theologica, & immediatè, & directè attingat Deum, non sequitur, quod etiam plura alia, tam supernaturalia, quam naturalia, sub illam non cadant, vt verbi gratia, gloria corporis, & remissio peccatorum, & quicquid potest iuuare ad vltimum finem: & quicquid possumus à Deo petere per orationem, siue nobis, siue aliis, & siue spirituale, siue temporale: sic enim generaliter monemur ad Hebr. 4. vt cum fiducia adeamus ad thronum gratiæ, vt misericordiam consequamur: & Psal. 90. generaliter nobis promittitur ex merito spei liberatio, & protectio Dei: Quoniam in me sperauit, liberabo eum, & protegam eum. Et hoc modo S. Thomas 2. 2. quæst. 17. art. 2. in 2. argumento, assumit, quod petitio, siue oratio est spei interpretatiua, iuxta illud Psalmi 36. Reuelata Domino voluntatem, & peractum eius: & ipse faciet. Et inde infert, quod ea omnia possunt sperari, quæ possunt peti: & in responsione admittit, quod omnia possunt sperari tanquam obiectum secundarium, quæ dicunt ordinem ad obiectum primum, quod est beatitudo, & ad illam possunt referri.

Et in his omnibus adhuc potest dici, quod virtus spei immediatè, & directè attingat Deum, cum omnia speret ab illo, & per illius auxilia. Et quemadmodum fides in omnibus articulis dicitur attingere Deum, quicunque tandem illi sint, & de quibuscunque obiectis materialibus; quia in omnibus credit Deo, qui illa reuelat: ita & spes in omnibus, quæ sperat, attingit Deum; quia omnia sperat à Deo, & per auxilia Dei: & hac ratione potest absolute dici, quod obiectum adæquatum spei, sit Deus: siquidem omnia, quæ sperantur, non sperantur, nisi ab ipso; & solum sperantur, quatenus aliquo modo referantur ad ipsum, tanquam ad vltimum finem, & possunt ad illum iuuare, vt notat Suar. disput. 1. de spe, sect. 1. num. 8. pag. 391.

Et per hæc intelliguntur alia particula descriptionis spei superius posita num. 1. nam per id, quod dicitur, per actum spei voluntas ferri in Deum, & c. significatur, quod subiectum immediatum, & proximam spei non est intellectus, aut potentia apprehensua, vt volunt aliqui apud Suar. disput. 1. de spe, sect. 2. n. 3. & videtur supponere Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum, initio, vbi ait, spem esse fiduciam, & expectationem; & hanc esse opinionem, & firmam apprehensionem; qui tamen sine dubio sunt actus intellectus: sed est ipsa voluntas, & potentia appetitiua, vt vult S. Thomas 2. 2. quæst. 18. art. 1. & omnes communiter apud Suar. sect. 2. cit. num. 5. & apud Valentium 2. 2. disput. 2. quæst. 1. puncto 3. initio: si enim spes, in quantum est passio, solum pertinet ad potentiam appetitiuam sensitiuam; non autem ad apprehensiuam, vt supra diximus disputatione precedente, num. 15. ex eodem S. Thoma 1. 2. quæst. 40. art. 2. etiam in quantum est virtus, solum erit in potentia appetitiua, quæ est voluntas. Et quia hæc non diuiditur in voluntatem concupiscibilem, & in voluntatem irascibilem, sicut diuiditur appetitus sensitiuus, vt supra diximus disputatione precedente, num. 8. ex eodem S. Thoma 1. 1. quæst. 59. art. 4. hinc est, quod spes absolute dicatur esse in voluntate, vt in subiecto, neque addatur vltimus, quod sit in illa, quatenus est irascibilis.

14. Plura alia præter Deum possunt sperari in ordine ad Deum, & ideo Deus potest dici esse totale obiectum spei.

15. Spes, in quantum est voluntas, non est virtus theologica, est in voluntate, vt in subiecto.

irascibilis secundum rationem; sicut neque charitas dicitur esse in illa, quatenus est concupiscibilis, vt patet ex S. Thoma 1. 2. q. 101. ad 3.

16. Et quod actus, & habitus spei non possit poni in intellectu; & per consequens, quod sola voluntas sit illius subiectum, ex eo probat Suar. disp. 1. de spe, sect. 1. num. 4. quia saltem id est temerarium, cum sit contra communem sententiam Theologorum; & præterea quia actus spei non distingueretur ab actu fidei, & esset iudicium certum, & inuicidens, & supernaturale, quod tandem resolveretur in Dei attestacionem: hoc enim iudicium, verbi gratia: Deus potest me saluare; & promissit, quod me iuuabit, vt saluet; & ipse est verax, & fidelis in implendis promissis; & ideo confido, & credo, quod saluabor. quoad omnes partes est iudicium fidei, cum etiam postrema pars tacite includat hanc conditionem: Nisi per me steterit; & nisi ego ipse mihi defuero, neque ipse me perdidero, & damnauero per mea peccata, & per finalem impenitentiam. Et si dicamus, in hoc iudicio, quod est actus fidei, consistere actum spei, incidimus in errorem Hæreticorum nostri temporis, apud Suar. sect. 2. cit. num. 1. qui actum spei non distinguunt à fide, contra S. Paulum 1. Cor. 13. & Tridentinum sess. 6. cap. 6. de iustific. & S. Augustinum in Enchirid. cap. 8. & S. Thomam, & omnes Theologos, qui manifestè illos distinguunt: & præterea non possumus explicare, quomodo spes possit amitti per actum desperationis, non amissa fide, ex S. Thoma 2. 2. q. 20. art. 2. vt quando quis ex sola recordacione, & conscientia suorum peccatorum desperat; nec tamen discedit, quod Deus possit illum saluare, & quod promiserit eum iuuare, & quod sit verax in implendis promissis, &c.

17. Neque ex eo, quod spei, etiam in quantum est virtus, tribuantur aliqua, quæ videntur spectare ad intellectum; vt, verbi gratia, quod sit fiducia, quod sit expectatio, & quod sit certa, sequitur, quod etiam ipsa verè; & propriè pertineat ad intellectum: si quidem ex eo, quod nunquam sit, neque esse possit sine actu intellectus, qui est actus fidei supernaturalis, proponens voluntati res sperandas; & fundans, & regulans spem ex Dei ipsius promissis renclatis, & creditis; vnde & fides ad Heb. 11. describitur, esse substantia, aut fundamentum rerum sperandarum; bene potest participare aliquas denominationes, spectantes alioqui, per se loquendo, ad intellectum, vt supra explicauimus disputatione precedente, n. 15. & 16. de spe, in quantum est passio appetitus sensitui ex S. Thoma 1. 2. quest. 40. art. 2. Et hoc modo Magister in 3. distict. 26. & cum illo Scholastici communiter describunt spem, quod sit certa expectatio futuræ beatitudinis, iuxta illud, scilicet, S. Pauli ad Timotheum cap. 1. Scio, cui credidi: & certus sum, quia potens est depositum meum seruare. Idque explicans S. Thomas 2. 2. quest. 18. art. 4. notat, certitudinem dupliciter posse in aliquo inueniri, id est, essentialiter, & participatiuè: & primo modo repetiri in sola vi cognoscitiua: secundo vero in omni eo, quod à vi cognoscitiua mouetur infallibiliter ad suum finem; & sic dici, quod natura, & agentia naturalia certitudinaliter operantur, in quantum mouentur, & reguntur ad suos fines ab intellectu diuino; & quod virtutes morales certius, & exactius operantur, quam artes, 2. Ethicor. cap. 6. pag. 40. initio, in quantum à ratione, & prudentia mouentur ad suos actus, quasi per modum naturæ; & eadem ratione intelligi, quod spes sit certa, & certitudinaliter tendat in beatitudinem, in quantum à fide dirigitur: neque officere, aut præiudica-

re certitudini spei, quod aliqui post habitam spem, & actus spei elicitos, adhuc deficient à consecutione beatitudinis: quia hoc non prouenit ex defectu diuinæ potentie, & misericordie, cui innitur spes; sed solum ex defectu liberi arbitrij, ponentis obicem per peccatum, & non sinentis se dirigi, & moueri à fide; vel non admittentis, aut sequentis illius directionem, vt tandem concludit in responsione ad 3.

Et hoc eodem modo certitudinem spei exponunt S. Hilarius can. 5. in Math. & alij Patres, & Scholastici communiter apud Suar. disp. 1. de spe, sect. 2. in fine, qui etiam rectè addit, ad certitudinem spei omnimodam, & quæ illam faciat certam; non solum per se, sed etiam per accidens, & simpliciter non confundat, præter fidem requiri etiam charitatem, quæ voluntatem firmet in bono, & peccatum excludat, iuxta illud ad Rom. 5. Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. in quantum, scilicet, charitas est quasi semen filiationis diuinæ; & quandiu illa manet, non potest simul cum illa manere peccatum, iuxta illud 1. Ioan. cap. 3. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet; & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Et hac ratione in Tridentino sess. 6. cap. 13. dicitur, quod nemo potest, aut debet absoluta certitudine sibi polliceri aliquid certi quoad perseuerantiam finalem in bono; & per consequens quoad actualem consecutionem beatitudinis; quauis omnes debeant firmissimam spem collocare, & reponere in Dei auxilio, quod nulli deest, nisi quis prius desit sibi, & Deo: quia, nimirum, quemadmodum in humanis communiter dicimus, spem alicuius non esse firmam, & certam; sed fallacem, & vanam, quando nititur aliquo fundamento, aut medio parum sufficiente ad rem consequendam, ac proinde falso, aut dubio iudicio, quod res sit possibilis per tale medium: ita & contra debemus dicere in diuinis, quod spes fidelium sit firmissima, cum maximè nitatur Dei auxilio, quod est sufficientissimum; & iudicio fidei, quod est certissimum, & verissimum, vt notat Valent. 2. 1. disp. 2. quest. 1. puncto 4. col. 494.

18. Neque pugnat cum hac certitudine spei diuinæ de consequenda beatitudine, timor, quem habent maximè laudabiliter etiam viri prohi de incurrenda damnatione: vnde & omnes monemur ad Philippens. cap. 2. vt cum timore, & tremore salutem nostram operemur: & 1. Corinth. c. 10. vt qui stant, videant, ne cadant: hic enim timor non fundatur in iudicio fidei, quod Dei auxilium sit ex se sufficientissimum; & quod nemini sit defuturum, quantum est ex parte Dei; sed nititur alteri iudicio naturali, quod probabiliter adiungimus fidei, quod neque etiam nos deërimus nobis, & auxilio Dei; sed illi infallibiliter cooperabimur: quod tamen iudicium, quia est fallibile, & incertum, vt pote de re, & obiecto maximè contingente, qualis est nostra finalis cooperatio, non potest non fundare aliquem timorem etiam possibilis damnationis. Et hoc modo rectè notat Valent. punct. 4. citato, in fine, quod præceptum diuinum de actu spei non obligat ad certè iudicandum, quod verè, & de facto saluabimur; sed solum quod possumus verè, & de facto saluari, quantum est ex auxilio Dei; & ex hoc iudicio vterius obligat ad eliciendum motum spei per voluntatem tendentem in beatitudinem, & superantem arduitatem; & ideo non peccat contra præceptum spei, qui simul timet, quod non saluabitur; sed qui iudicat, quod non potest saluari per auxilium Dei; vel credens absolute, & simpliciter, quod

quod possit saluari; adhuc tamen propter aliquod motuum voluntariè repellitur à prosequenda beatitudine, & positiuè ab illa recedit per actum desperationis, vt supra explicauimus disputatione precedente, num. 19. & seqq. Et in hoc fundatur fortissimum solatium spei, & animæ anchora tuta, & firma, quam ex illa habemus, vt loquitur S. Paulus ad Hebraeos 6. quia impossibile est mentiri Deum, suæque promissiones Abraham factas, Gen. 22. suoque iuramento firmatas, vt ibi dicitur, non implere: non autem nititur in quouis alio iudicio naturali, & quantunus probabilis, & prudente, quod nos formemus; & cum Deus, provt est is, à quo speramus, sit obiectum spei theologicæ; sicut & Deus, provt est is, cui credimus, est obiectum formale fidei, vt notat Vasqu. 1. 2. disp. 5. cap. 5. n. 22. pag. 93. bene potest esse in illo fortissimum nostrum solatium, & tuta, & firma animæ anchora, quæ est spes, cum non minus sit fidelis in seruandis, & implendis promissis, quæ sperantur, quam sit verax in reuelandis articulis, qui creduntur.

19. Quod si quæras, vtrum saltem hæc dubietas, vel formido de non assequenda salute; sed de incurrenda damnatione, quam S. Thomas 2. 2. quest. 18. art. 4. d. 3. ait esse accidentalem, seu per accidens ad certitudinem, & infallibilitatem spei, possit separari ab actu spei, & possit aliquis esse certus de consequenda beatitudine, vel de incurrenda damnatione, & tamen adhuc sperare: Respondeo, de lege ordinaria, & communiter posse quidem minui magna ex parte; non tamen posse omnino tolli, nisi per speciale reuelationem; & hæc si fiat de consequenda beatitudine, non tollit spem, siue quoad habitum, siue quoad actum: tollit verò; si fiat de incurrenda damnatione: nam ex Tridentino sess. 6. cap. 13. non potest aliquis absoluta certitudine sibi polliceri finalem perseuerantiam, & infallibilem saluationem; sed solum potest, ac debet vnusquisque firmissimam spem collocare in Dei auxilio; & certitudine solum conditionata esse certus, quod Deus, qui cepit in nobis opus bonum, etiam perficiet, & infallibiliter operabitur velle, & perficere, nisi nos ipsi defuerimus illius gratiæ: quia, nimirum, etiam promissiones Dei, quibus innitur certitudo, & infallibilitas saluationis, sunt solum conditionatæ, & in conditionatas resoluuntur, Matth. 10. & Lucæ 14. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. & Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Et hæc ipsa parificatio, aut impletio conditionis, sub qua sunt promissiones diuinæ, non potest communiter, & de lege ordinaria certè cognosci, sine reuelacione: siquidem, Nescit homo, vtrum odio, an amore dignus sit: sed omnia in futurum reseruantur incerta, vt dicitur Ecclesiastis cap. 9. & Sanctus Paulus 1. Corinth. 4. expressè protestatur, quod neque alterum iudicio fidit, neque suo, & quod non ideo se reputat iustum, quia nullius criminis sit sibi conscius, & quod soli iudicio Dei est reseruanda tota certitudo: Mibi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico: nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est, &c. Et S. David Psal. 18. à peccatis etiam occultis mundari postulat: quia reuera multa sunt peccata, quæ nos latent, id est, illa, quæ facimus ex ignorantia, & quæ possumus, ac debemus aduertere, & non aduertimus. Ac proinde quemadmodum possumus semper timere, ne in aliquod ex huiusmodi peccatis prolapsi simus, quod & tunc non aduerterimus, & postea ex obliuione, vel ex

alia causa non satis retractauerimus: ita & possumus semper timere de statu gratiæ, & per consequens nunquam possumus esse certi de futura salute. Et idem est de dono perseuerantiæ, de quo similiter sine reuelacione nemo potest esse certus, vt definitur in Tridentino sess. 6. can. 16. & notat S. Augustinus lib. de bono perseuerantiæ, cap. 13. & lib. 11. de ciuitate, cap. 12. cum ex Sancto Paulo 1. Corint. 10. omnis qui stat, possit cadere; & ideo semper debeat sibi cauere, & bene videre, ne cadat; & semper cum timore, & tremore operari suam salutem, vt idem habet ad Philipp. 2. Et hac de causa in eodem Tridentino sess. 6. cap. 9. & can. 13. & seqq. contra inanem Hæreticorum fiduciam, ex qua iactant se esse certos de remissionè suorum peccatorum, iam obtenta ex meritis Christi, & contendunt ab solutionem à peccatis, & iustificationem non aliter perfici, nisi ex hac certa credulitate, definitur, quod sicut non debet aliquis dubitare de misericordia Dei, & de meritis Christi, & de virtute, & efficacia Sacramentorum; ita & debet vnusquisque, dum seipsum, suamque infirmitatem, & indispositionem considerat, formidare de sua gratia, cum nullus seire valeat certitudinè fidei, cui non potest subesse falsum; quod illam sit consecutus: & cap. 13. quod omnes debent formidare de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, & cum Diabolo, scientes quod solum in spem gloriæ, & nondum in ipsam gloriam renati sumus, vt dicitur 1. Petri cap. 1.

20. Quia tamen non raro experimur tam singularem Dei providentiam, & tam continuam gubernationem; & tot, ac tanta illius dona, & beneficia, quibus nos iuuat in via salutis, vt facile illa agnoscamus, tanquam effectus veræ prædestinationis, nobisque valdè rationabiliter, & prudenter persuadeamus, quod à Deo non nisi ex intentione efficaciter nos saluandi, coordinantur, & multiplicantur; hinc est, vt formido damnationis, & pugna incertitudo, quam continuè habemus cum nostris hostibus, magna ex parte minuantur, & moralem quandam certitudinem habeamus, quod saluabimur, vt bene notat Paulus Layman lib. 2. tract. 2. cap. 1. num. 9. pag. 219. ipso, scilicet, Dei Spiritu, quo continuè agimur in obseruationibus mandatorum, & qui est Spiritus adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba Pater, testimonium reddente Spiritui nostro, quod sumus filij, & hæredes Dei, & cohæredes Christi, vt dicitur ad Roman. 8. & vt habet S. Bernardus Serm. 2. in octaua Pasche, electos suos non deserit Deus sine testimonio; & inter spem, & metum sollicitudine magna fluctuantibus magna est consolatio, si suæ electionis habeant aliquod testimonium.

21. Dixi verò, non tolli spem, siue quoad habitum, siue quoad actum, si habeatur à Deo reuelatio specialis de beatitudine infallibiliter consequenda: quia de facto ita mansit spes in Beatissima Virgine, & in Apostolis, quando fuerunt confirmati in gratia, vt notat Valentia 2. 2. disputat. 2. quest. 1. in illo spem puncto 3. in responsione ad 2. argumentum. §. Possumus ergo. Et ratio est: quia reuelatio non tollit rationem obiecti spei; & beatitudo adhuc manet ardua, & futura possibilis, cum auxilio Dei, & cum cooperatione liberi arbitrij; & ideo voluntas adhuc debet in illam moueri per actum spei, eoque disponi ad peruincendam arduitatem, & ad cooperandum de facto auxilio gratiæ; & consequenter adhuc indiget ipso habitu; & qui habet talem reuelationem, non solum retinet iudicium fidei, cui spes per se innitur, quod auxilium Dei sit futurum sufficientissimum, & de facto non defuturum, quantum

17. Quomodo spes theologica dicatur fiducia, & expectatio, eique tribuatur certitudo.

18. Quomodo cum certitudine spei theologicæ est timor de damnatione.

20. Potest tamen multum minui, & haberi certitudo moralis, quod saluabimur.

21. Reuelatio particularis facta alicui, quod saluabitur, non tollit spem theologicam.

quantum est ex parte Dei : sed illi etiam adiungit aliud iudicium ex eadem fide diuina per reuelationem particularem ipsi factam, quod neque ipse deest auxilio Dei ; sed illi infallibiliter cooperabitur vsque in finem ; quauis possit ex libertate arbitrij non cooperari : & ex hoc vtroque iudicio, vel actu fidei per syllogismum hypotheticum hoc modo inferat conclusionem similiter certam, certitudine fidei, quod infallibiliter saluabitur. Per auxilium Dei saluabor infallibiliter, nisi ego per liberum arbitrium illi defuero : sed ego illi non deero : ergo saluabor infallibiliter, in quo syllogismo, vt ex se patet, maior propositio hypothetica est certa de fide, ex reuelatione vniuersali, & publica, quæ ab omnibus creditur : & minor absoluta, & categorica, est similiter certa de fide ex reuelatione particulari, & priuata, vt supponimus ; & ex vtraque inferitur conclusio similiter absoluta, & categorica, & de fide ex eadem reuelatione priuata. Et quia hic totus syllogismus non tollit arduam beatitudinis consequendam, quæ per se facit ad obiectum spei, sed solum tollit incertitudinem, quæ non facit per se ; hinc est, vt neque etiam tollat ipsam spem, siue quoad actum, siue quoad habitum, vt iam diximus.

Neque facit in contrarium illud S. Pauli ad Rom. 8. *Spes, qua videtur, non est spes : nam, quod videt quis, quid sperat ?* Neque enim est sensus, quod non possit sperari id, quod certè, & infallibiliter creditur esse futurum, vt contingit in casu priuata reuelationis, de qua loquimur : sed solum, quod non possit sperari id, quod cernitur, ipsi oculis iam de facto haberi, & possideri, vt præsens ; & per consequens, quod non amplius est futurum ; vt patet ex ipso Textu.

12. Dixi præterea, tolli spem, si contra habeatur ab aliquo particularis reuelatio de incurrenda damnatione : quia in tali casu tollitur, quod beatitudo possit credi futura ; quæ tamen credulitas futuritionis per se facit ad obiectum, & ad naturam spei, vt patet ex S. Thoma 2. 2. *quest. 18. art. 2. & 3. part. quest. 7. art. 4. & notat Valq. 1. part. disp. 84. cap. 1. num. 2. pag. 413. col. 1. & 1. 2. disp. 40. cap. 2. num. 7. & satis colligitur ex descriptione allata num. 1. in qua dicitur, quod Deus sit obiectum spei, in quantum est futurum nostra beatitudo. Et inter cætera hoc differt simplex desiderium ab actu spei, quod illud possit esse, etiam quando res desiderata certè scitur non esse futura ; hic verò non possit esse, si res sperata non credatur futura, vt patet in eo, qui per sententiam est damnatus ad mortem, & collum iam habet insertum in laqueum ; & tamen adhuc desiderat longitudinem vite, quam planè desperat : quod enim supra diximus *disputatione præcedente, num. 22. & 23. ex S. Thoma 1. 2. quest. 40. art. 2. & ex Aristotele 3. Ethic. cap. 3. pag. 57. in fine* ; quod etiam bonum ex accidente vim habeat à se repellendi voluntatem, & causandi desperationem, si apprehendatur impossibile, vel tam arduum, & difficile, vt sit supra vires ; idem accidit etiam in casu, quo certè sciatur, non esse futurum : siquidem etiam hæc non futuritio, quando menti occurrit, omnino facit, vt voluntas desinat à prosecutione per actum spei, & quodammodo repellatur, & cogatur à bono recedere ; vel negatiuè, & indirectè illud amplius non prosequendo ; vel etiam positiuè, & directè volendo non prosequi. Et in hoc casu verissimum est id, quod habet S. Augustinus in *Enchirid. cap. 8.* quod non potest sperari id, quod non creditur, esse, scilicet, possibile ad obtinendum, vt notat Valent. 2. 2. *disp. 2. quest. 1. puncto 3. §. Sed hæc responsio. col. 493.**

Vtrum autem hæc reuelatio particularis de damnatione infallibiliter incurrenda, non solum impediatur, & tollat actum spei, circa beatitudinem ; sed etiam ipsum habitum ; parum refert ad nostrum negotium : sed certum videtur, quod non tollat, cum etiam is, qui est certus de sua damnatione, & idèd prohibitus, aut impeditus à speranda beatitudine, plura alia possit sperare à Deo sibi, & aliis ; vt, verbi gratia, sibi auxilia gratiæ ad vitanda alia peccata, & consequenter ad non augenda supplicia, & damnationem ; & aliis, quos habet, & diligat, vt sibi coniunctos, & pro quibus non habet reuelationem damnationis, ipsam beatitudinem, & omnia bona, quæ ab aliis sperantur communiter. Et quemadmodum talis reuelatio non tollit in tali homine habitum fidei, quæ est substantia, & fundamentum rerum sperandarum : ita nec tollit simpliciter habitum spei.

43. Similiter ex hoc, quod obiectum spei in descriptione allata dicatur esse ipse Deus, in quantum est futurum nostra beatitudo, & in quantum est difficultis ad consequendum, rectè colligit S. Thom. 1. 2. *quest. 67. art. 4. & 2. 2. quest. 18. art. 2. & 3. part. quest. 7. art. 2.* quod spes non sit in Beatis, loquendo saltem de spe actuali, & de actu spei, vt notat Caiet. 1. 2. *quest. 67. cit. art. 3. in fine* : quia enim bonum arduum in tantum est obiectum spei, in quantum est futurum, & acquirendum ; & eo ipso, quod beatitudo est iam acquisita, & præsens ; non autem amplius acquirenda, & futura ; desinit esse obiectum spei ; & idèd neque spes potest amplius esse circa illam : & sicut in naturalibus non potest amplius esse motus ad aliquod, quando mobile iam est in illo, tanquam in termino : ita & motus voluntatis ad beatitudinem, qui est spes, non potest amplius esse, quando voluntas est iam beata : siquidem de intrinseca ratione motus est, vt mobile sit ens in potentia ad terminum ; non autem sit actu in illo, vt patet ex ipsa definitione motus 3. *Physic. tex. 6. & in re præsentis de spe notat S. Thomas 1. 2. quest. 67. art. 4.* Et hoc modo etiam dicitur ad Roman. 8. non posse sperari id, quod videtur, id est, quod actu iam possideretur, & cernitur præsens. Vtrum autem habitus spei, qui in hac vita, & in homine viatore est de futura beatitudine, verè ardua, & acquirenda per auxilia gratiæ, tanquam de obiecto primario, & ab illa specialiter dicitur spes, tanquam à re primaria, & maxime difficulti, & necessaria viatori ; possit idem manere substantialiter, etiam in patria, & in homine comprehensore pro aliis actibus secundariis, verbi gratia, circa propriam beatitudinem corporis, & circa beatitudinem, & auxilia, quæ sperantur pro aliis, quauis non retineat amplius denominationem spei, & virtutis theologice, sicut prius ; parum refert ad negotium morale, quod tractamus. Certè Suar. *tom. 1. in tertiam partem quest. 7. in conuentione ad articulum 4. & tractatu de spe, disp. 1. sect. 8. num. 5. & seqq.* id affirmat : quia ex S. Thoma 3. *part. quest. 12. num. 3. ad 1. & plures actus amoris concupiscentiæ circa Deum verè supernaturales sunt in patria, vt, verbi gratia, simplex actus amoris Dei, in quantum est nostra beatitudo, & bonus nobis præcindendo ab hoc, quod iam sit possessus, vel non possessus per visionem ; delectatio, quæ capi-*

43. *Quomodo in Beatis non sit spes*

tur de ipso, prout iam est possessus per ipsam formalem beatitudinem, & similes ; & vt fiant magis conaturaliter, omnino indigent aliquo principio intrinseco, id est, aliquo habitu, sicut & indigent actus amoris amicitie ipso habitu charitatis, qui tamen habitus pro dictis actibus amoris concupiscentiæ nullus alius videtur posse esse nisi habitus spei. Et sicut in Beatis communiter admittuntur plures alij habitus, etiam si non exerceant actus suos proprios, & primarios, solum quia sunt perfectiones, & ornamenta animi ; & faciunt aliquo modo, & ex aliquo capite ad gloriam Beatorum, siue exeant in aliquos actus secundarios, siue etiam in planè nullos : ita & potest admitti habitus spei, qui similiter est magna perfectio, & ornamentum, & potest multum facere ad gloriam Beati, cum fuerit instrumentum, & principium multorum actuum in hac vita, quibus peruenit ad beatitudinem, & possit etiam esse principium aliorum, vt diximus de actibus amoris concupiscentiæ. Hoc modo ex S. Augustino *lib. 14. de Trinitate, cap. 9. tom. 3. & ex Sancto Thoma 1. 2. quest. 67. art. 1. & omnibus communiter, admittitur, quod virtutes morales manent in altera vita, etiam si desit materia propriorum actuum ; nec possunt, verbi gratia, pro temperantia locum habere concupiscentiæ ciborum, & venereorum, quæ sint reprimendæ, & moderandæ ; & pro fortitudine timores, & audaciæ circa pericula mortis ; & pro iustitia distributiones, & commutationes bonorum, quæ veniunt in vsum præsentis vite ; & pro prudentia deliberationes circa agibilia ; & ex eisdem Sancto Augustino, & Sancto Thoma, actus prudentiæ in Beatis non est alius, nisi vt Deo nullum bonum præponant, aut æquent ; & actus iustitiæ, vt velint, & gaudeant esse subditi Deo ; & fortitudinis, vt firmissimè Deo inhæreant ; & temperantiæ, vt nullo noxiò delectentur : & post resurrectionem corporum verè habebunt, propter hos actus, habitum temperantiæ in appetitu concupiscentiæ ; & habitum fortitudinis in irascibili, cum præfortim sint ex se magna perfectio, & ornamentum, etiam præcindendo ab actibus, vt notat Valent. 1. 2. *disp. 5. quest. 7. puncto 4. §. Ad primum. col. 408. in fine.**

Et idem est de virtutibus intellectualibus ex eodem S. Thoma 1. 2. *quest. 67. cit. art. 2. & aliis communiter* : quæ similiter solum manent, quia sunt perfectio intellectus : quauis aliquo quoad proprios actus, quos in hac vita exercuerunt, & quoad priorem modum operandi, sint euacuandæ, & destrudendæ, sicut euacuatur, quod est ex parte, & imperfectum, quando venit, quod est perfectum ; & sicut in homine, quando sit vir, euacuatur, quæ erant paruuli, vt dicitur 1. *Cor. 13.* Et denique idem est de caractere, qui imprimitur in Sacramento Baptismi, Confirmationis, & Ordinis, & est simpliciter indelebilis, vt desinitur in Concilio Florentino in decretis Eugenij, & in Tridentino *sess. 7. can. 9. de Sacramentis in genere, & sess. 21. de Sacramento Ordinis, c. 4.* cum enim non sit tantummodo signum ; sed etiam virtus instrumentalis, & operatiua ex S. Thoma 3. *par. q. 63. ar. 5. ad 1. & ad 2.* loquendo saltem de illo, qui imprimitur per Sacramentum Ordinis ; isque in Presbytero, v.g. sit vera potestas spiritualis ad conficiendum, & consecrandum, & offerendum verum Corpus, & Sanguinem Christi in Sacrificio Missæ ; & ad remittenda, & retinenda peccata in Sacramento Pœnitentiæ, vt dicitur in Trid. *sess. 23. can. 1. de Sacram. Ord.* quauis in altera vita nullum actum sit habiturus, & simpliciter non sit operaturus ; adhuc tamen manere dicitur, & non fultrà Baldelli *Theol. Moral. Tom. II.*

quia in bonis manet ad gloriam, & in malis ad ignominiam, vt loquitur S. Thomas 3. *par. quest. 63. art. 5. cit. ad 3.* sicut & character militaris manet in militibus post victoriam : quia in victoribus manet ad gloriam, & in victis manet ad pœnam. Potest ergo eadem ratione in Beatis manere habitus spei, si fortè nulli sint actus, in quos possit exire, (quod tamen, vt diximus, non est admittendum) : quia potest manere ad gloriam, & tanquam id, quod plurimum iuuat ad meritum ; & voluntatem tandiu mouit ad beatitudinem, donec tandem ad illam peruenit. Et quemadmodum ex sententia aliquorum apud Suar. *tom. 2. in 3. p. disp. 57. sect. 2. §. Hac sententia. pag. 801. col. 1.* lignum sanctissimæ Crucis perpetuè est conseruandum in cælis, & transferendum ad statum incorruptibilem corporum Beatorum, solum quia specialiter modo fuit instrumentum nostræ redemptionis ; & altare, in quo Christus seipsum obtulit ; ita & potest sine tanto miraculo conseruari in animis Beatorum habitus spei, qui similiter fuit illis instrumentum, & adiumentum beatitudinis. Et ratio videtur esse : quia generaliter substantia habitus non dependet in conseruari ab existentia suæ materiæ, aut obiecti ; & habitus liberalitatis, v. g. non tollitur ex eo, quod quis fortè amittit pecuniam ; sed per hoc solum impeditur, ne exeat in actum externum, & ne actu faciat largitiones ; idque non obstat conseruationi illius, cum sit illi merè extrinsecum, & accidentale : & vir liberalis etiam impotens ex defectu pecuniæ, & materiæ ad largitiones, potest elicere ex suo habitu actus internos, saltem conditionatos, & velle largiri, verbi gratia, liberaliter huic, aut illi, si haberet, quid largiretur. Potest ergo etiam habitus spei non dependere in conseruari à futuritione beatitudinis, quæ est illi materia, & obiectum primum ; sed desitio huius futuritionis solum potest illi impedire actum primum absolutum circa ipsam beatitudinem ; non autem actum conditionatum, volendi, verbi gratia, sperare à Deo, cuiusque auxilio beatitudinem, si de facto illam non haberet ; & multò minus potest illi impedire alios actus secundarios, quos iam diximus.

Et quod diximus paulò antè, num. 22. de priuata reuelatione alicui facta de damnatione infallibiliter incurrenda, quod solum impediatur actum spei circa beatitudinem, à qua tollit futuritionem, vel saltem credulitatem futuritionis ; non autem impediatur alios actus eiusdem spei circa auxilia sibi speranda à Deo pro vitandis aliis peccatis, & pro suppliciis, & damnatione non augenda ; & circa ipsam beatitudinem sperandam aliis sibi coniunctis ; & per consequens, quod non tollat, aut destruat ipsum habitum spei ; idem potest dici accidere in patria per ipsam actualem beatitudinem ; quod, scilicet, solum impediatur actum spei circa ipsam, vt futuram ; non autem impediatur alios actus ; & per consequens, quod neque tollat, aut destruat ipsum habitum.

Et pro hac sententia, quod in Beatis maneat spes quoad substantiam habitus, potest citari ex veteribus Patribus S. Iren. *lib. 2. c. 47. & lib. 4. c. 25.* vbi expressè assertit, virtutes omnes theologales manere in patria, id est, fidem, spem, & charitatem ; & de illo etiam statu intelligi id, quod dicitur 1. *Cor. 13. Manent fides, spes, charitas, tria hæc, &c.* & Tertull. *lib. de patientia, circa fin.* vbi expressè idem affirmat : & ex Scholasticis potest citari Durandus in 3. *distin. 31. q. 3. & 4.* vbi assertit, in Beatis manere habitum fidei ; & ante Durand. potest citari etiam Gerlon in *17. de vita spiritus. vt refert Suar. disp. 7. de fide. sect. 5. num. 4.*

Et eandem sententiam esse probabilem affirmat etiam Valent. 1. 2. *disp. 5. quæst. 7. puncto 4. §. Torro. col. 499.* & plures alij ex recentioribus. Et negari non potest, quin hæc omnia sint valde rationabiliter, & probabiliter dicta: quanvis oppositum, quod neque etiam habitus spei sit in Beatis, quia esset supernacaneus, expressè asserat S. Thomas 1. 2. *q. 67. art. 5. ad 3.* & cum illo recentiores communiter: & gloriam corporis idè negent posse à Beatis separari per actum spei propriè dictæ; quia illis non est quid arduum, cum iam habeant illius causam inexcusabilem, id est, ipsam beatitudinem animæ, cui est debita pro aliquo tempore, ut patet ex eodem S. Thoma *ibid. art. 4. ad 3.* Et ad operandum sibi beatitudinem corporis, & nobis beatitudinem animi, & omnia auxilia per alios actus, quam spei propriè dictæ; satis est ipse habitus charitatis, quo se, & nos diligunt, ut patet ex eodem S. Thoma *qu. 67. cit. art. 2. ad 3. & 3. part. quæst. 7. art. 4. ad 2.* & apud Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 1. quæst. 11.*

24. Quomodo spes non sit in damnatis.

De damnatis est eadem ratio quoad actum spei: quia enim certissimi sunt, quod beatitudo est illis simpliciter impossibilis, neque amplius ad illam sunt in potentia, impossibile eriam est, ut ad illam moucantur per actum spei, ut patet ex S. Thoma 2. 2. *quæst. 18. art. 3.* & omnibus communiter. Et si reuelatio particularis facta alicui, quod damnabitur, omnino eum repellit ab actu spei, ut diximus paulò ante, *n. 2. 2.* multò magis repellit damnatio ipsa iam secuta, & executioni mandata.

Quoad habitum verò spei affirmat Durandus in 3. *dist. 2. 3. quæst. 9.* quod maneat in damnatis; sicut & manet ex illius sententia habitus fidei, & ex Valentia 2. 2. *disputatione 1. quæstione 5. puncto 2. §. Probabilis sane. col. 385.* probabilis est hæc sententia, & à doctrina veterum Patrum, & sacræ Scripturæ non est aliena; & præter cætera potest pro illa facere argumentum paulò ante allatum de characterè sacerdotali; qui, quanvis sit ex sua natura operatiuus, & in damnatis non sit vnquam operaturus; adhuc tamen in illis manet ad solam poenam, ad quam etiam potest manere habitus spei. Sed hoc etiam ad nostrum propositum parum refert.

25. In iis, qui snt in Purgatorio, quomodo sit spes.

De iis, qui sunt in Purgatorio affirmat S. Thomas 2. 2. *quæst. 18. art. 3.* quod habeant spem: quia beatitudo respectu illorum nondum est præfens; sed adhuc manet sub esse futuro; & idè illam adhuc sperant, & expectant à Deo; & adhuc reputant, ut rem arduam, cum debeant illam assequi per tolerantiam suarum poenarum, & per suffragia aliorum fidelium, ad quæ est opus speciali inspiratione, & auxilio Dei; cum præsertim ad huiusmodi arduitatem in obiecto spei possit sufficere, quod dependeat à voluntate alterius, ut notat Vasq. 1. 2. *disp. 40. cap. 2. num. 6.*

26. Quomodo ex amore sui causetur spes.

Ex his verò omnibus, quæ hucusque diximus, facile potest intelligi, quomodo in nobis causetur, & producat actus spei supernaturalis, & theologicæ; & quomodo differat ab actu charitatis, & consequenter requirat distinctum habitum: nam primò est in nobis amor proprius, quo volumus bonum nobis, & quo nos ipsos amamus amore amicitia, & bonum, quod nobis volumus, amamus amore concupiscentiæ, ut patet ex S. Thoma 1. 2. *quæst. 26. artic. 4.* Et hic amor, quemadmodum est naturalis, quando est de bonis naturalibus, quorum naturaliter sumus capaces: ita & potest esse supernaturalis, si sit de bonis supernaturalibus, quorum capacitate naturaliter non habemus; sed solum supernaturaliter, & obediencialiter ad illa eleua-

mur, ut benè explicat Suarius *disputat. 1. de spe, sect. 3. num. 8. pag. 394. col. 2.* Et per hunc actum amamus nobis supernaturaliter etiam Deum, dum per fidem cognouimus, quod etiam ipse sit bonus nobis, & possit esse beatitudo nostra, ut supra explicauimus *num. 13.* Deinde ex hoc amore nascitur desiderium similiter supernaturale de ipso Deo, & de beatitudine, in quantum est abscis, & actualiter non habita, & non possessa: & vterius ex hoc desiderio nascitur spes, in quantum Deus, & beatitudo actualiter non habita, & non possessa desideratur in futurum haberi, & possideri per auxilia gratiæ, & expectatur, ut proventura ab ipso Deo: & denique nascitur intentio, quæ est amor, aut desiderium eiusdem beatitudinis, tanquam finis, & cum ordine ad media, per quæ à Deo est obtinenda. Vnde primus actus amoris hoc maximè differt ab aliis tribus, quod solum sit circa Deum, ut bonum nobis, præscindendo ab hoc, quod sit bonum præfens à nobis habitum, & possessum; vel quod sit abscis, & non habitum: tres verò alij specialiter, & determinatè sint circa Deum, in quantum est bonum abscis, & non habitum, ut notat Vasquez 1. 2. *disp. 40. cap. 2. num. 6.* Et vterius desiderium simplex hoc differt à spe, quod sit circa Deum, ut bonum abscis, præscindendo ab hoc, quod sit possibilis haberi, & fieri præfens, & quod credatur esse aliquando de facto habendus, & futurus præfens; & quod sit habendus dependenter ab alio; an verò dependenter tantummodo ab ipso desiderante: cum tamen actus spei determinatè, & specialiter inuoluat hæc omnia, & sit circa Deum, quatenus est nostra beatitudo, & bonum abscis, possibilis tamen haberi, & fieri præfens, & de facto habendus, & futurus præfens dependenter ab ipso Deo, & per ipsius auxilia: & denique intentio sit circa Deum, ut circa finem, & cum ordine ad media, per quæ potest, ac debet acquiri. Atque hoc modo hi omnes actus, si ad inuicem comparentur, possunt dici se habere, ut superioris, & inferioris: siquidem omne desiderium beatitudinis potest dici, quod sit amor; non autem omnis amor, quod sit desiderium; & omnis spes potest dici, quod sit desiderium, & amor; non autem potest dici, quod omnis amor, aut desiderium sit spes: & omnis intentio potest dici, quod sit spes, si finis sit acquirendus dependenter ab alio; vel saltem quod sit desiderium, & amor; non autem potest dici, quod omnis amor, aut desiderium, aut spes sit intentio, ut benè explicat Vasquez 1. 2. *disputat. 40. cap. 2. citato & Suarius disputat. 1. de spe, sect. 3. num. 10. & seqq.*

27. Quod differat inter se amor beatitudinis desiderium, spes, & intentio.

Et quanuis, tam amor sui, quam desiderium beatitudinis, possit esse ex charitate, si quis amet seipsum, ut aliquid Dei; & desideret sibi beatitudinem in gloriam Dei: si quis tamen illam desideret, ut bonum sibi, & ut possibilem, & futuram ab ipso Deo; neque aliter referat in bonum Dei, non operabitur ex charitate, quæ essentialiter est amicitia ad Deum; & quidquid amat, solum amat propter Deum, & ipsi Deo sed operabitur verè, & propriè ex habitu spei: & poterit sic operari, etiam existens in peccato mortali, & sine habitu charitatis, ut notat Suarius *seclione 3. citata, num. 9. in fine:* & fufius explicat *num. 13. & sequentibus:* ubi etiam docet, quod hi omnes actus possunt esse ab eadem virtute spei, cum omnes sint subordinati ad inuicem, & vnus sit quasi radix alterius: sicut & communiter dicitur, quod ab eadem virtute sunt simplex amor, aut voluntas finis, & illius intentio, & mediorm electio:

28. Actus spei non potest esse nisi habitu charitatis.

mur, ut benè explicat Suarius *disputat. 1. de spe, sect. 3. num. 8. pag. 394. col. 2.* Et per hunc actum amamus nobis supernaturaliter etiam Deum, dum per fidem cognouimus, quod etiam ipse sit bonus nobis, & possit esse beatitudo nostra, ut supra explicauimus *num. 13.* Deinde ex hoc amore nascitur desiderium similiter supernaturale de ipso Deo, & de beatitudine, in quantum est abscis, & actualiter non habita, & non possessa: & vterius ex hoc desiderio nascitur spes, in quantum Deus, & beatitudo actualiter non habita, & non possessa desideratur in futurum haberi, & possideri per auxilia gratiæ, & expectatur, ut proventura ab ipso Deo: & denique nascitur intentio, quæ est amor, aut desiderium eiusdem beatitudinis, tanquam finis, & cum ordine ad media, per quæ à Deo est obtinenda. Vnde primus actus amoris hoc maximè differt ab aliis tribus, quod solum sit circa Deum, ut bonum nobis, præscindendo ab hoc, quod sit bonum præfens à nobis habitum, & possessum; vel quod sit abscis, & non habitum: tres verò alij specialiter, & determinatè sint circa Deum, in quantum est bonum abscis, & non habitum, ut notat Vasquez 1. 2. *disp. 40. cap. 2. num. 6.* Et vterius desiderium simplex hoc differt à spe, quod sit circa Deum, ut bonum abscis, præscindendo ab hoc, quod sit possibilis haberi, & fieri præfens, & quod credatur esse aliquando de facto habendus, & futurus præfens; & quod sit habendus dependenter ab alio; an verò dependenter tantummodo ab ipso desiderante: cum tamen actus spei determinatè, & specialiter inuoluat hæc omnia, & sit circa Deum, quatenus est nostra beatitudo, & bonum abscis, possibilis tamen haberi, & fieri præfens, & de facto habendus, & futurus præfens dependenter ab ipso Deo, & per ipsius auxilia: & denique intentio sit circa Deum, ut circa finem, & cum ordine ad media, per quæ potest, ac debet acquiri. Atque hoc modo hi omnes actus, si ad inuicem comparentur, possunt dici se habere, ut superioris, & inferioris: siquidem omne desiderium beatitudinis potest dici, quod sit amor; non autem omnis amor, quod sit desiderium; & omnis spes potest dici, quod sit desiderium, & amor; non autem potest dici, quod omnis amor, aut desiderium sit spes: & omnis intentio potest dici, quod sit spes, si finis sit acquirendus dependenter ab alio; vel saltem quod sit desiderium, & amor; non autem potest dici, quod omnis amor, aut desiderium, aut spes sit intentio, ut benè explicat Vasquez 1. 2. *disputat. 40. cap. 2. citato & Suarius disputat. 1. de spe, sect. 3. num. 10. & seqq.*

electio: & parum refert, quod spei denominatio non omnibus tribuatur; sed tantum illi, qui circa bonum abscis est perfectior; & specialiter ad illud mouetur, in quantum est abscis, & arduum, & possibile, & futurum ab alio. Neque ad hoc, ut aliqui actus possint esse ab eadem virtute, requiritur, quod omnes habeant eandem denominationem; sed solum quod participent de eadem ratione formalis ipsius virtutis, quæ in casu nostro de virtute spei, est ipse Deus, in quantum est bonus nobis, & nobis amabilis: nam certum est, quod de illo, in quantum simpliciter, & absolute est talis, participat simplex actus amoris; & in quantum est abscis participat simplex actus desiderij; & in quantum præterea est bonum arduum, & acquirendum dependenter ab alio, participat actus spei; in quantum est acquirendum per media, participat intentio; & in quantum postea est iam acquisitum, & præfens, participat delectatio, & fructio, ut concludit Suar. *sect. 3. cit. num. 20.*

29. Virtus spei non est aggregatio ex fide, & charitate; sed est habitus realiter distinctus ab vtriusque.

Ex quibus omnibus potest colligi, nullo modo esse admittendum id, quod placuit nescio quibus apud Scotum in 3. *dist. 26. quæst. 2. n. 4. sub vniuim;* & apud Gabr. *ibidem quæst. unica, art. 1. n. 2.* & tanquam probabile tenuit Ocham. *quodlib. 3. qu. 1. quod spes non sit virtus realiter distincta à fide, & charitate;* sed sit aggregatio vtriusque, cuiusque actus similiter non sit alius, nisi aggregatio actus fidei, & actus charitatis, id est, credere beatitudinem esse dandam à Deo, si per nos non steterit, qui est actus fidei; & illam desiderare, qui est actus charitatis. Et quod dicitur 1. Cor. 13. *Manem fides, spes, charitas, tria hæc,* &c. iuxta hanc sententiam potest explicari de sola distinctione rationis: quomodo etiam intelligitur, quod communiter dicitur de potentiis animæ rationalis, quod sint tres; cum tamen memoria intellectiua non sit realiter distincta ab intellectu, ut patet ex S. Thoma 1. *part. quæst. 79. art. 7. lib. 2. contra Gentes, cap. 74. qu. 10. de ver. 3. & aliis locis.* & communiter dicitur à Peripateticis *ad text. 6. & 8. lib. 3. de anima:* sed negari non potest, quin hoc sit omnino fallum, & temerarium, ut notat Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 1. quæst. 4. imò & erroneum, ut colligitur ex Suario disp. 1. de spe, sect. 3. in fine,* cum ex illo manifestè sequatur, quod in homine peccatore non maneat spes; siquidem non manet charitas: & quod ad iustificacionem non requiritur actus spei distinctus ab actu fidei, & charitatis, contra Tridentinum *sess. 6. de iustif. cap. 6. & can. 3.* & hæc virtutes theologales esse realiter inter se distinctas, habet communis sententia Theologorum, & Patrum; & est maximè conforme modo loquendi sacræ Scripturæ 1. Cor. 13. *cit. & 2. ad Timoch. 2. Sectare iustitiam, fidem, spem, charitatem.* & Ecclesiastici 24. *Ego mater pulchra dilectionis, & amoris, & agnitionis, & sancta spei.* Cui locutioni etiam consonant sacræ Concilia, ut patet ex Tridentino, & aliis. Et cum ex regula Aristotelis 2. *de anima, text. 112.* tunc potentia, & virtutes conuincantur esse plures, & distinctæ realiter, quando habita ratione eorum, quæ per se illis conueniunt, non conuertuntur cum omnibus actibus, & eorum vna potest aliquid, quod non potest alia, ut etiam diximus *lib. 1. de humanis actibus, disp. 12. num. 14. pag. 41. col. 1.* omnino conuincitur, quod spes, & charitas sint virtutes distinctæ, cum in homine peccatore non conuertantur cum omnibus actibus, & possint in illo esse actus spei supernaturalis, & theologicæ; non autem actus charitatis.

Et quanuis inter virtutes morales non detur vna aliqua, quæ sit spes, & generaliter moderetur desiderio: & generaliter moderetur des-

deria circa res arduas, & possibile; sed hoc pertinet ad vnquanque virtutem circa materiam propriam: benè tamen potuit, ac debuit dari spes theologica, quæ nos disponderet ad benè desiderandam beatitudinem, & bona supernaturalia reuelata, ut notat Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 1. quæst. 7. col. 1052.* cum hæc desideria nec possint esse per virtutes morales, nec per alias virtutes theologicas, id est, per fidem, & charitatem, ut iam ostendimus.

DISPUTATIO III.

An, & quomodo actus spei sint in præcepto.

1. De actibus spei datur præceptum.
2. Quomodo actus fidei, & spei dicantur à S. Thoma esse præambuli ad præcepta Decalogi, & veteris legis.
3. Actus fidei, & spei, quanuis non sit præceptum à Deo in Decalogo; semper tamen sunt præceptus per internam inspirationem.
4. Actus externus virtutis spei nullus est.
5. Actus internus virtutis spei sæpè est necessarius necessitate aliena, & per accidens.
6. Sufficit tamen, si eliciatur solum implicite, & virtualiter.
7. Necessitate propria, & per se, est necessarius, quando urget gravis tentatio desperandi.
8. Sed præter hunc casum necessitatis debent necessarii admitti etiam alij.
9. Actus spei non potest dici, quod solum sit necessarius necessitate aliena, & per accidens.
10. Et absolute est necessarius per se, sicut & actus charitatis, & poenitentia, ut saltem aliquando eliciatur, dum viuunt.
11. Et specialiter quanuo primò alicui proponitur illius necessitas.
12. Et quando primò quis tentatur se conuertere in Deum.
13. Et absolute aliquoties in vita.
14. Quæ sunt speranda, satis est, si sperentur implicite.

CIRCA virtutem spei ad rem moralem maximè faciunt ea, quæ pertinent ad illius præcepta, siue affirmatiua quoad actus positiuè eliciendos, siue negatiua quoad non eliciendos actus desperationis, qui illi opponuntur per defectum; vel actus præsumptionis, qui opponuntur per excessum. Quare, ut de his paucis agamus,

De actibus spei datur præceptum.

Non est dubitandum, quod de actibus spei in sacræ Litteris detur præceptum, illudque sit de iure diuino naturali, sicut & præceptum de actibus fidei, & charitatis: nam 1. ad Timoth. 6. *Præcipe,* inquit S. Paulus, *non sperare in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo.* Et sæpius de actibus spei monemur per verbum Imperatiui, ut Psal. 4. *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* & Psal. 61. *Sperate in eo, omnis congregatio populi: & effundite coram illo corda vestra.* & Eccl. 2. *Qui timetis Dominum, sperate in illum.* & sæpius plura alia dicuntur de spe, quæ ostendunt illius necessitatem, & excellentiam; & consequenter illius obligationem, & præceptum, cum nihil sit necessarium, nisi sit præceptum; & certissimum sit, quod sola obseruatio præceptorum possit sufficere ad salutem: & idè præter illam

nihil sit necessarium Matth. 10. Si vis ad vitam ingredi serva mandata. nam hac ratione ad Tit. 2. dicitur, quod Christi aduentus nos simul docuit abnegare impietatem, & secularia desideria, & sobrietatem, & iustitiam, & pietatem, & expectantes beatam spem, &c. & ad Heb. 11. quod accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quia inquirentibus se remunerator sit. Et sensus est, quod debeat non solum credere, sed etiam sperare, nec possit sine utroque hoc actu ad Deum accedere. Et ratio est: quia, ut supra diximus lib. 1. disputatione 4. num. 5. convenientissimum fuit, ut qua Deus instituit ex parte nostra, ut media necessaria ad nostram salutem, simul haberent ex parte Dei necessitatem precepti; & nos ex utraque necessitate induceremur ad illa assumenda, & absolute instrueremur, quod ad salutem sufficit observatio per preceptorum, ut iam monuimus: talis autem est non solum fides; sed etiam spes, cum ex Tridentino sess. 6. cap. 6. de iustificat. sit simul cum fide dispositio necessaria ad gratiam; & ad iustificationem, & certissimum sit, quod omne illud, quod est medium necessarium ad gratiam, & sine quo gratia non potest haberi, quae dicitur prima salus; sit etiam medium necessarium ad gloriam. & sine illo non possit haberi etiam gloria, quae dicitur salus vltima.

2. Quomodo actus fidei, & spei dicantur a S. Thoma esse praeambula ad precepta Decalogi, & veteris legis.

Quare autem in lege veteri, ante praeccepta Decalogi, vel saltem inter illa, non expresserit Deus praeccepta fidei, & spei; & in primis, & ante omnia non praeciperit duo illa, quae sunt maxime necessaria accedenti ad ipsum, & postea fuerint praeccepta ad Hebr. 11. id est, ut omnes crederent, quod ipse esset, & quod esset remunerator, & consequenter ut omnes ab illo expectarent remunerationem, tam bonorum, quam malorum; & simul in illum sperarent, & ab illo timerent, eam reddidit. S. Thomas 2. 2. q. 16. art. 1. & q. 22. art. 1. quia huiusmodi actus fidei, & spei sunt necessarij quid praeambulum ad omne praecceptum, cum nec Deus, nec quisquam alius possit quicquam praecipere, nisi subditis, & ut subditos agnoscentibus; & ab ipso praecipiente, vel sperantibus aliquid, vel timentibus; quae tamen subiectio ad Deum, & subiectionis agnitio non aliter, & non prius in homine incipit, quam credat, Deum esse, qui possit praecipere, & cui, tanquam legislatori, se debeat subdere; & quam praemij loco aliquid ab illo speret pro mandatorum observacione; & aliquid timeat loco supplicij pro transgressionem; & sic inducatur, & disponatur ad praecceptorum acceptationem, & observacionem per huiusmodi actus fidei, & spei. Quia vero huiusmodi actus praeambuli ad quaecunque praeccepta, & ad quascunque leges diuinas, non poterant primo proponi per modum praeccepti; sicut nec poterant esse praeambuli ad seipsos; satis fuerunt propositi per modum simplicis denunciationis, & commemoracionis factae ante praeccepta, & per modum simplicis promissionis insertae, & adiunctae ipsis praecceptis, ut subdit S. Thomas locis citatis; & patet Exodi 20. vbi ante praeccepta Decalogi praemonetur populus, quod sit Deus, qui praecipit: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo servitutis. Non habebis Deos coram me, &c. & paulo post: Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, & zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia hominum, qui diligunt me, & custodiunt praeccepta mea, &c. & Deuter. 6. Audi, Israel, & observa, ut facias, quae praecipit tibi Dominus, & bene tibi sit, Dominus Deus tuus, Dominus unus est, &c. Post latas vero primas leges, & prima praeccepta, fuerunt pluribus locis a Deo adiuncta etiam praec-

cepta de actibus fidei, & spei, qui primo non poterunt praecipere; sed solum proponi, tanquam praeambuli ad omne praecceptum, ut diximus: quia lege iam lata, & acceptata, pertinet ad sapientes viros, & legumlatores, ut non solum inducant subditos ad observacionem legum; sed etiam multo magis ad observacionem illarum fundamenta; & ideo etiam Deus post primam legislationem potuit, ac debuit praecipere actus praeambulos fidei, & spei, qui erant quasi fundamenta aliorum praecceptorum, ut notat S. Thomas 2. 2. q. 22. art. 1. Et quoniam negari non debeat, quod etiam in statu legis naturae, & ante legem scriptam esset obligatio credendi Deum, & in eum sperandi, & quae obligatio non desinit tempore legis scriptae; non tamen propterea dici debet fuisse inducta per praecceptum, aut legem de huiusmodi actibus latam a Deo ante alias leges, aut praeccepta, quae bene poterit induci per internam inspirationem ab illis, & etiam primis parentibus, & ab illis traductam successivè ad alios, ut bene explicat Banjes 2. 2. q. 16. art. 1. §. Pro cuius explicacione. Neque id repugnat S. Thomas, dum asserit, de actibus praeambulis ad praeccepta non potuisse dari praecceptum, illudque de facto non haberi in lege veteri, & in praecceptis Decalogi; non haberi, nec potuisse haberi simpliciter, & omni modo, etiam per internam inspirationem, & scriptum in cordibus; & S. Thomas solum asserit illud primum, non autem hoc secundum.

Quocumque autem modo, & quocumque sit latum a Deo praecceptum spei, non levis est difficultas circa tempus, quo ex tali praeccepto sit eliciendus huiusmodi actus. Neque loquimur de actu externo; qui, per se loquendo, ab hac virtute est nullus, nisi actum externum virtutis spei vocemus illum, qui est actus aliarum virtutum; & aditus tamen per actum spei, ut quando quis ex interna spe beatitudinis, & retributionis, foriter sustinet res aduersas, vel servat praeccepta, & exercet alios actus virtutum, ut notat Suar. disp. 2. de spe, in intro: sed solum loquimur de actu interno, qui est desiderium efficax beatitudinis, cuiusque expectatio per auxilia gratiae, & per nostram cooperacionem, ut supra diximus. Et de hoc ipso actu interno dupliciter possumus loqui, id est, querendo, quando sit necessarius necessitate propria, & per se, quae, scilicet, oriatur ex intrinseca eius ratione, & honestate praeccepta, & praescindendo ab omni alio extrinseco; & praeterea querendo, quando sit necessarius necessitate aliena, & per accidens, quae, scilicet, oriatur ex aliquo alio, quod sit in praeccepto, & esse non possit sine actu spei.

Et quidem loquendo de necessitate aliena, & per accidens, plura tempora assignant Doctores, quibus est necessarius actus spei, id est, omnia illa, quibus vrgent praeccepta, quae sine spe actuali impleri non possunt; ut est, v. g. praecceptum poenitentiae, cuius fundamentum est ipse veniae obtinenda; praecceptum orationis, cuius fundamentum est spes obtinendae opis, & auxiliij a Deo; vnde & dicitur petitio esse spei interpretativa, iuxta illud Psal. 36. Fuenta Domine vitam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. ut notat S. Th. 2. 2. q. 17. art. 2. & alia huiusmodi, ut videre est apud Suar. disp. 2. de spe, sect. 1. n. 2. Val. 2. 2. disp. 2. q. 4. pun. 1. Azor. par. 1. lib. 9. c. 2. q. 6. Ban. 2. 2. q. 22. art. 1. dub. 2. Sanch. lib. 2. in Decal. c. 33. n. 3. & alios apud ipsum, qui etiam communiter notant, in his casibus, quando actus spei est necessarius propter aliquem alium actum non peccari specialiter contra spem, neque committi duo peccata, si uterque ille,

Actus fidei, & spei, quantum non sit praecceptus a Deo in Decalogo, & per tamen sui praecceptus per internam inspirationem.

Actus externus virtutis spei nullus est.

Actus internus virtutis spei, sed est necessarius necessitate aliena, & per accidens.

ille actus omittatur; sed tantum vnum contra illam virtutem, illudque praecceptum, cuius relictio est per se debita; & eam tantum transgressionem esse necessariam operandam in Confessione, non autem transgressionem praeccepti spei, cuius relictio; & observatio non est debita per se: idque est verum, siue actus spei sit eliciendus formaliter, & explicitè pro illo alio actu; siue solum virtualiter, & actualiter nihil cogitat de spe veniae, aut auxiliij obtinendi; sed illam supponit, ut contentam, & implicitam virtualiter in ipso actu orandi, & poenitendi; quod ex Suar. loc. cit. 1. num. 2. citat. & num. 5. omnino sufficit.

6. Actus tam de iure, & simpliciter, & virtualiter.

7. Necessitate propria, & per se est necessarius, quando regit gratia ratio dispositiva.

8. Sed praeter hanc causam necessitatis, debent necessarii admitti etiam alij.

9. Actus spei non potest dici, quod solum sit necessarius necessitate aliena, & per accidens.

Loquendo vero de necessitate propria, & per se, tunc est necessarius actus spei, quando vrget grauis tentatio contra spem; & eaque non potest vinci, nisi animus corroboretur, & firmetur per actum contrarium positivum. Ita Banjes, Valent. Azor. Sanchez locis citatis. Reginal. in praxi lib. 17. num. 78. Bonac. in praeccepta Decalogi, disp. 3. quest. 3. pun. 2. num. 2. pag. 160. tom. 2. Et quemadmodum obligatio vincendi tentationem contrariam spei, est ex ipsa virtute spei, & eique propria, & per se: ita & obligatio eliciendi actum contrarium positivum. Sed contra est: quia, si contingat, ut huiusmodi grauis tentatio, vel nunquam accidat tota vita; vel, ut possit aliter vinci, quam per actum contrarium; ad quem est libertas contrarietatis, & quoad specificationem; & possit vinci; & verbi gratia, per solum non assensum ad desperandum, & per solum negationem desperationis, ad quam est libertas contradictionis, & quoad exercitium, vel per collationem cum aliquo viro docto, & pio, & per eius spiritalium doctrinam, & instructionem, vel per speciale aliquod lumen imperatum a Deo per orationem, vel per aliquid huiusmodi, nunquam erit praecisa necessitas eliciendi actum spei positivum per totam vitam, si nullum aliud remedium assignetur determinate, quo vrgat illius praecceptum, neque poterit absolute, & simpliciter dici necessarius actus spei, si solum est necessarius ex suppositione tentationis non aliter superabilis, quam per ipsum; & haec suppositio non est de re necessaria; sed de merè accidentali; & contingente, ut certè est huiusmodi tentatio: & hoc ipsum videtur per se absurdum, quod actus positivus alicuius virtutis solum sit in praeccepto affirmatiuus; quia actus contrarius est in praeccepto negatiuus: cum potius è contra actus contrarius ideo sit in praeccepto negatiuus, quia actus positivus est in praeccepto affirmatiuus, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 22. art. 1. ad 3. & omnes communiter in hoc ipso casu de praeccepto affirmatiuus actus positivus sperandi in Deum, & de praeccepto negatiuus non sperandi; & quoniam aliqui apud Suar. disp. 2. de spe, sect. 1. n. 3. non grauatè concedant, nullam esse necessitatem per se huiusmodi actus positivus sperandi, eumque asserant solum praecipere, ut necessarium necessitate aliena, & per accidens; id tamen ex eodem Suar. non est admittendum: quia ex illo aperte sequitur, quod omnino sit nunquam sit speciale peccatum, cum nunquam sit carentia actus debiti in propria specie, & per se; sed semper sit carentia actus debiti propter aliud, idque esse absurdum probatur ex Pron. 24. vbi specialiter hoc reprehenditur in hominibus malis, & impiis, quod non habent spem futurorum. & Sapientia 2. de iis, quos excavit malitia, dicitur, quod nescierunt sacramenta Dei, & mercedem iustitiae non speraverunt. Et ratio est: quia, cum spes sit virtus theologica, sicut & fides, & charitas, eumque actus positivus sit per se bonus, & honestus,

Et absolute est necessarius per se, sicut & actus charitatis, & poenitentiae, ut saltem aliquid quando eliciatur, dicitur virtutis.

Et specialiter quando praecceptum alicui praepositum illud necessitatis.

Haec ergo ob causas multo rationabilius docet Suar. disp. 2. de spe, sect. 1. n. 3. quod praecceptum spei, cuiusque obligatio ad eliciendum per se actum positivum sperandi, eodem modo est explicandum, quo communiter explicatur simile praecceptum charitatis, & poenitentiae, ut, scilicet, solum confusè & negatiue huiusmodi actus dicatur aliquando in vita esse eliciendus; & ut resoluatur cuiuscunque arbitrio a Deo moto & excitato, quod eliciatur determinate hoc tempore, vel illo; dummodo quisque non multum differat illum elicere post beatitudinem, & Dei auxilia sibi bene proposita, & se bene apprehensa, & per illum se disponat quantum ad superandas difficultates Christianae legis, & ad bene viuendum, & ad peccata vitanda, hoc est, ad media eligenda, & ad tollenda impedimenta pro acquirenda beatitudine; & vno verbo ad operandum propter vltimum finem, quod homini, & rationali naturae est maxime debitum, ut patet ex S. Thoma 1. 2. quest. 1. art. 1. & 2.

Et ulterius est valde rationale id, quod placet Valentiae 2. 2. disp. 2. q. 4. pun. 1. §. Dico secundò, col. 5. tunc aliquem teneri ad actum spei, quando primo intelligit; siue per se, & ex interna inspiratione; siue ex doctrina, & praedicatione, vel monitione alterius, necessitatem praeccepti spei ad pietatem, & bene viuendum: quia, ut diximus, eo ipso, quod beatitudo sufficienter proponitur, ut finis vltimus, proponitur tanquam id, quod est amandum propter se; & cuius gratia, & amor sunt facienda caetera omnia, & bona sunt appetenda, & eligenda, ut media ad illius acquisitionem; & mala sunt vitanda, & respuenda, vel fugienda, tanquam impedimenta: & ideo statim atque proponitur beatitudo, ut finis vltimus, debet inchoare in voluntate suam casualitatem, eamque ad se allicere, & trahere per actum

amoris, qui, & amet propter se ipsam beatitudinem; & aliis omnibus sit ratio, ut propter ipsam amentur, ut patet ex iis, quae de ultimo fine habet S. Augustinus lib. 19. de civit. cap. 1. tom. 5. & S. Thom. 1. 2. qu. 1. art. 6. & communiter à Philosophis traduntur de causa finali in uniuersum ex Aristotele lib. 2. Phys. tex. 23. & seqq. & lib. 1. de gener. tex. 55. Et quia prima haec motio ultimi finis per actum amoris debet esse primum principium aliarum motionum, quas postea faciunt alij fines non ultimi; & in illis debet manere saltem virtute, sicut & in motionibus causarum efficientium manet saltem virtute motio primi efficientis, ut loquitur S. Thomas quest. 1. art. 6. cit. Vnde & secunda mouentia physica dicuntur non mouere, nisi mota à primo 2. Phys. text. 71. & 73. & lib. 3. text. 8. & lib. 7. text. 3. & lib. 8. text. 34. & seqq. hinc est, quod statim teneatur voluntas elicere primum illum actum amoris circa beatitudinem; & recipere primam motionem ultimi finis, ut per illum postea moueatur ad fines non ultimos, & ad illum omnia dirigat, & amore illius omnia operetur, pro ut requirit conditio, & natura agentis per intellectum, & per rationem. Haec verò necessitas, & obligatio statim amandi beatitudinem, quando proponitur, tanquam ultimis finis, videtur non solum esse obligatio statim elicendi actum charitatis; sed etiam videtur formaliter esse ipsa necessitas, & obligatio statim elicendi circa illam actum spei, id est, desiderium de illa prosequenda, & assequenda per nostras operationes adiutas à gratia; & idem si hic actus non statim elicatur, omnino contrahitur specialis malitia contra speciale praeceptum affirmatiuum spei, de quo in praesentia agimus, & quaerimus tempus obligationis determinatum, & certum.

12. Et eandem ob causam est valde rationale etiam id, quod asserunt Bannes 2. 2. qu. 22. art. 1. dub. 2. col. 303. Petrus de Aragona ibidem, dub. 1. Layman lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 1. pag. 219. in fine, & alij apud Sanchez lib. 2. cap. 3. num. 3. quod praeterea obligatio positiue sperandi tunc contingit, quando quis primo tenetur se conuertere in Deum, siue id accidat, cum primum venit ad usum rationis, siue postea, & quandoque; nam, si prius non elicuit actum fidei, & actum spei, omnino tenetur tunc primo utrumque elicere; & obligatio elicendi utrumque non est solum per accidens, & in ordine ad actum conuersionis, qui est, verbi gratia, actus charitatis, aut poenitentiae; sed etiam per se, triplici praecepto simul occurrente, & simul vigente utroque modo, id est, absolute, & ratione sui vigente, & obligante vnoquoque per se, & praeterea relate, & in ordine ad aliud, vigente primo propter secundum; & primo, & secundo propter tertium; si enim contingat, ut alicui simul proponatur praeceptum fidei, & bene instruat de rebus credendis, & de obligatione praestandi assensum Deo reuelanti, & simul proponatur praeceptum spei, & bene instruat de rebus sperandis, & de beatitudine expectanda, & procuranda per auxilia gratiae, & simul proponatur praeceptum charitatis, aut poenitentiae, vel perfectae conuersionis in Deum; & moneatur, quod omnia, & singula haec praecepta habent suas speciales obligationes, & honestates; & quod praeterea praecepta priora habent obligationem posteriorum, & semper ab illis praesupponuntur; non solum peccabit vnum peccatum contra praeceptum conuersionis in Deum, si omittat simul omnes tres actus; sed peccabit omnino tria, & verè, & proprie distincta specie, ut notat Bannes loco citato: & si omittat, verbi gratia, so-

lum tertium, & post elicium actum fidei, & actum spei non eliciat actum charitatis, aut poenitentiae; solum peccabit vnum peccatum contra dictas virtutes charitatis, aut poenitentiae; & si vterius omittat etiam secundum, & post elicium actum fidei, non eliciat actum spei, & actum charitatis, solum peccabit duo peccata contra virtutem spei, & charitatis; & si praeterea omittat etiam primum; & neque etiam eliciat actum fidei, peccabit omnino tria, contra omnes tres virtutes theologales; & quae erunt distincta realiter, cum possint ab inuicem separari, ut iam ostendimus, & distincta essentialiter, cum sint carentiae, & priuationes diuersorum actuum, & distinctorum essentialiter, & debitorum ex honestatibus, & obligationibus diuersarum virtutum. Et hanc utranque obligationem actuum fidei, & spei, quando occurrit necessitas, & obligatio se conuertendi in Deum, satis indicat verba illa ad Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est; & inquirentibus se remunerator est.* quia, scilicet, occurrens necessitas accedendi ad Deum, & ad illum conuertendi, potest esse occasio, & omnino facere, ut occurrat per se obligatio, & necessitas etiam credendi Deum, & in illum sperandi.

Denique probabilissimum est, quod non solum tenetur quis aliquoties in vita exercere positiuè actum spei, ut vult Suar. disp. 2. de spe, sect. 1. num. 3. sed etiam aliquoties in anno; & qui sic exerceret, tutus est, quod implet praeceptum, ut vult Bannes 2. 2. quest. 22. art. 1. dub. 2. conclus. ult. col. 804. cum enim beatitudo, & finis ultimus amari debeat propter se, & eius gratia, & amore amari debeant etiam alia; & humanae actiones semper debeant ad ipsam dirigi, & esse propter ipsam; & idem eius motio debeat manere saltem virtute in voluntate, ut diximus paulò ante ex S. Thoma 1. 2. quest. 1. art. 6. vix videtur id posse fieri, nisi eius amor, & desiderium saepius repetatur, ac renouetur; & idem toties videtur esse repetendus, ac renouandus, quoties requiritur ad hoc, ut animus, & voluntas sit bene disposita ad semper bene operandum propter ipsam, & ad vitanda peccata, quae possunt esse impedimento ad illius assiduationem; ut concludit Suar. num. 3. citato.

Quod si quaeras, quae tandem bona sperari debeant per hoc praeceptum affirmatiuum spei: breuiter respondeo cum eodem Suario num. 5. sperari debere non solum beatitudinem, & finem ultimum; sed etiam quicquid ad illam est necessarium necessitate medij, & quicquid participat de obiecto spei, & est bonum arduum, futurum, possibile, &c. Quae tamen ratione non id omne, quod est credendum de fide, necessariè est credendum explicitè, & in se, etiam necessitate praeccepti; sed multa possunt credi etiam implicitè, & in alio: eadem ratione non id omne, quod est sperandum, est sperandum explicitè; sed multa possunt sperari implicitè ex Suario ibidem, num. 2. & 5. quo modo ad Hebr. 11. dicitur, quod accedentem ad Deum oportet credere, quia est; & inquirentibus se remunerator est; & absolute videtur sufficere, si explicitè speretur saltem aliquando beatitudo, & retributio vltima, & peccatorum remissio, & auxilia gratiae, quae similiter creduntur explicitè, ut patet ex Symbolo, in quo omnibus proponuntur,

& diximus supra, disp. 7. num. 11. & 12. * *

13. Et absolute aliquoties in vita.

14. Quae sunt speranda, satis est, si sperentur implicitè.

DISPUTATIO IV.

De iis, quae pertinent ad actum timoris, qui opponitur spei ratione obiecti.

1. Timor, desperatio, & praesumptio diuersimodè contrariantur spei.
2. Timor, in quantum est passio irascibilis, quid proprie sit.
3. Et quid, in quantum est actus voluntatis, & appetitus intellectui.
4. Obiectum timoris non est sola poena, aut malum, quod timetur; sed etiam Deus, à quo timetur.
5. Quare timor Dei non sit virtus theologica.
6. Timor mundanus, seruilis, filialis, initialis, quis proprie sit.
7. Quomodo culpa futura possit timeri, & esse obiectum timoris.
8. Timor seruilis, & filialis est in praeccepto.
9. Non tamen ille, qui est seruilis cum seruitute.
10. Timor seruilis cum seruitute specie differt à seruili sine seruitute.
11. Secundum aliquos, timor seruilis est actus elicitus à virtute spei.
12. Sed impugnatur.
13. Timor filialis est ex dono habituali timoris; & timor seruilis ex speciali impulsu, & motione Spiritus Sancti.
14. Quomodo actus timoris dicatur à S. Thoma esse praebulbus ad praeccepta Decalogi.
15. Omisio actus timoris non constituit speciale peccatum.

1. Timor, desperatio, & praesumptio diuersimodè contrariantur spei.

Ad pleniorè explicationem virtutis spei; addenda sunt aliqua etiam de timore, & de desperatione, & de praesumptione, quae aliquo modo illi contrariantur, ut patet ex S. Thoma 1. 2. quest. 40. art. 4. nam timor, & spes contrariantur ad inuicem ratione obiecti, cum timor sit circa malum, & spes circa bonum oppositum; & quoad hanc contrarietatem proportionantur motibus physicis proprie dictis, qui solum dicuntur contrarij, quia sunt ad terminos contrarios, 5. Phys. tex. 46. vt, verbi gratia, motus ad sanitatem, vel ad nigredinem, & motus ad ariditatem, vel ad albedinem: spes verò, & desperatio non contrariantur ratione obiecti; sed ratione accessus, & recessus ab eodem obiecto, cum spes sit prosecutio, & accessus ad bonum arduum apprehensum possibile, & futurum, & desperatio sit fuga, & recessus ab eodem bono arduo, apprehenso impossibile, & non futuro, & quoad hanc contrarietatem proportionantur in physicis mutationibus proprie dictis, verbi gratia, generationi, & corruptioni eiusdem formae, aut eiusdem compositi, quod in generatione est terminus, ad quem fit accessus; & in corruptione est terminus, à quo fit recessus, ut bene explicat S. Thomas art. 4. cit. & nos supra indicauimus disp. 1. num. 18. Et ad contrarietatem desperationis reducit etiam contrarietas praesumptionis; non quidem, quia recedat etiam ipsa à simpliciter prosequenda beatitudine; sed, quia recedit ab illa secundum proportionem ad facultatem, & vires, ex quibus est assequenda, ut patet ex S. Thoma 2. 2. quest. 130. art. 2. & constabit infra.

2. Timor, in quantum est passio irascibilis, quid proprie sit.

Nomine ergo timoris intelligimus in praesentia passionem, siue motum appetitus per modum abominationis, & fugae à malo poenae expectatae, & prouenturae à Deo, & cum quadam animi depressione propter arduitatem, ut possit vitari: ut enim

patet ex S. Thoma 1. 2. qu. 25. art. 1. quemadmodum spes supra desiderium simplex boni futuri, addit quendam conatum, & quandam eleuationem animi ad illud consequendum, quanuis sit arduum: ita & timor supra fugam, & supra simplicem abominationem mali futuri addit quendam animi depressionem propter arduitatem, ut possit vitari. Neque differt descriptio alia Iuriconsulti, l. 1. ff. de eo, quod metus causa, quod sit trepidatio mentis causa instantis, vel futuri periculi: & illa Aristotelis 2. Rhetor. cap. 5. quod sit perturbatio animi ex praesensione mali imminentis, vel probabiliter euenturi. Et pertinet etiam timor, in quantum est passio appetitus, ad irascibilem, sicut & spes, cum utraque superaddat rationem ardui obiecti concupiscibilis; & spes sit desiderium boni ardui, ut acquiratur; & timor sit abominatio mali ardui, ut vitetur, ut supra indicauimus disp. 1. num. 10. ex S. Thoma loco citato. Et tale quid dicendum est similiter esse timor, si de illo loquamur, non in quantum est passio, & contingit cum tranmutatione corporea potentiae organicae, qualis est appetitus sensitius; sed in quantum est actus voluntatis, & appetitus intellectui omnino spiritualis: est enim similiter actus abominationis, vel fugae, cum quadam animi depressione à malo poenae futuro; & expectato à Deo, & arduo, ut vitetur: & quanuis depressio animi sit effectus illius abominationis, & expectationis, in qua formaliter consistit timor; sicut & eleuatio animi est effectus illius desiderij, in quo formaliter consistit spes; & affectu timoris verè animus contrahatur, constringatur, & comprimatur; & affectu spei verè eleuetur, seque fundat, expandat, & porrigat, ut notat Azor. part. 1. lib. 9. c. 2. quest. 1. rectè tamen assumitur utraque ad explicandam naturam timoris, & spei, ut etiam faciunt saepe Philosophi, dum assumunt proprietates, & effectus cuiusque rei ad describendam, & declarandam illius naturam. Et quoniam in hac vita operationes intellectuales non sunt sine sensationibus; & qui non sentit aliquid, nihil intelligit; & qui speculatur, necesse est phantasma aliquod speculari, 3. de anima, text. 39. etiam actus voluntatis simul sunt cum actibus appetitus; & aliquando voluntas per suum actum mouet appetitum, sicut & sphaera superior mouet inferiorem, 3. de anima, text. 57. idem per actum amoris bene potest causare in appetitu, eiusque organo constrictionem, & compressionem, & absolute animi depressionem.

Et quod diximus supra, disp. 2. quod obiectum spei non sit tantummodo ipsum bonum, quod speratur; sed etiam Deus, à quo speratur, idem asserit S. Thomas 1. 2. quest. 42. art. 1. & 2. 1. quest. 19. art. 1. de obiecto timoris, quod, scilicet, non sit tantummodo ipsum malum poenae, quod timetur; sed etiam Deus, à quo timetur: vnde & dicitur Ier. 10. *Quis non timebit te, o Rex gentium?* Et Malachia 1. *Si ego Dominus, ubi est timor meus?* Et quemadmodum Deus, in quantum bonus, & misericors, fundat spem: ita & fundat timorem, in quantum est iustus; sumpta tamen occasione, & materia puniendi ex nobis ipsis, & ex nostris excessibus: quae de causa dicitur Sap. 1. quod Deus mortem non fecit; sed impij illam accerserunt verbis, & manibus: & Osee 13. quod perditio nostra ex nobis, & ex Deo auxilium nostrum. Sed rectè addit Suar. disp. 1. de spe, sect. 4. n. 1. pag. 397. col. 2. non eodem modo esse Deum obiectum timoris, quod est obiectum spei: nam timoris non est obiectum, quatenus ipse in se sit nobis malus; vel quatenus ipse in se sit malum nostrum; sed solum quatenus nobis potest facere malum, & absolute animi depressionem.

3. Et quid, in quantum est actus voluntatis, & appetitus intellectui.

4. Obiectum timoris non est sola poena, aut malum, quod timetur; sed etiam Deus, à quo timetur.

nosque punire omni genere mali poenae; ac proinde solum timetur ratione effectus nobis mali, quom potest facere; non autem timetur ratione sui, vt etiam docet S. Thomas 2. 2. quast. 19. art. 1. cum tamen e contra obiectum spei non sit tantummodo, in quantum nobis potest facere bonum, & ratione effectus; sed maxime, & principaliter ratione sui, & in quantum ipse in se est nobis bonus, & summe bonus, seipso, & per seipsum nos beatus.

5. Quare timor Dei non sit virtus theologica, quae etiam ratio potest afferri, quare spes sit virtus theologica; non autem timor; nimirum, quia spes immediate est circa Deum, eumque prosequitur, & attingit secundum aliquid, quod est in ipso; timor vero non est circa Deum, nisi mediate; eumque fugit, non ratione ipsius, aut alicuius, quod sit in ipso; sed solum ratione poenae, & alicuius, quod est ab ipso: quam rationem ad hoc ipsum explicandum, habet etiam S. Thomas 2. 2. quast. 19. art. 9. ad 2. Et quemadmodum virtus religionis non est theologica, quia immediate, & ratione sui non est circa Deum, sed circa cultum Dei; & solum hoc mediante attingit Deum, vt supra diximus disp. 2. n. 11. ita & timor Dei non potest dici, quod sit habitus theologicus, cum similiter non sit circa Deum, nisi mediante punitione, quae est ab ipso. Atque hoc videtur multo verius, & probabilius, quam oppositum, quod videtur admitti a Soto in 3. dist. 26. quast. 2. in fine. Contra hoc obicitur, pag. 45. col. 3. in fine.

6. Loquendo vero specialiter de timore, quatenus per ipsum aliquo modo conuertitur ad Deum, vel a Deo auertitur, recte explicat S. Thomas 2. 2. q. 19. art. 2. diuisionem illam Magistri sententiarum lib. 3. dist. 34. in timorem mundanum, seu humanum, seruilem, filialem, seu castum, & initialem: quia enim obiectum timoris in vniuersum est malum impendens, & arduum; vt vitetur; si quis ex timore mali impendens, verbi gratia, infamiae, aut mortis, vel egestatis, auertatur a Deo, quomodo S. Petrus ex timore negauit Christum, dicitur timor humanus, seu mundanus, & prohibetur tanquam malus Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, non, quia sit malus; si quis ex illo moueatur ad vitanda peccata, cum hoc aliquando faciant etiam iusti, vt notat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 2. quast. 5. col. 1056. sed, quia est malus, si quis ex illo moueatur ad faciendum aliquid contra Deum: & vt vitet mala minora, quae sunt mala temporalia; committat maiora, quae sunt peccata, & auertatur a Deo, vt loquitur S. Thomas. Et in tali casu talis timor dicitur multidans: quia maxime oritur ex mundi amore inordinato, tanquam ex mala radice; & qui sic timet, & a Deo auertitur, aperte conuincitur, quod mundo inhareat, tanquam fini; non autem Deo. Si quis vero ex timore conuertatur ad Deum, & timor sit de malo poenae, dicitur timor seruilis; & si sit de malo culpa, dicitur filialis, & castus: & si sit de vtroque simul, dicitur timor initialis; quia, scilicet, seruo- rum est proprium timere poenam, & filiorum timere offensam patris; & timor poenae, quauis sit ex se bonus, iuxta illud Matth. 10. Time te cum, qui potest, & animam, & corpus perdere in gehennam. est tamen ex se insufficientis ad salutem, & solum potest illam initiare, si praetera habeat secum timorem alium, & odium culpa: & idem dicitur timor initialis, quia communiter competit statui incipientium, vt habet S. Thomas quast. 19. art. 8. Et quauis culpa, in quantum futura est voluntaria, & a nobis dependens, non possit esse obiectum timoris, siquidem ex Aristotele 2. Rhetor. cap. 5. quod quis erit iniustus, aut tardus, non est, qui timeat de seipso; & obiectum timoris, seu res timenda, aut terribilis, solum

7. Quomodo autem futura potest timeri, & esse obiectum timoris.

est illa, quae habet causam extrinsecam, & est quid arduum, vt vitetur; quod tamen esse non potest, si res est posita in nostra potestate, & a nobis dependens: quia tamen voluntas ab aliquo extrinseco potest multum inclinari ad culpam, & etiam culpa aliquo modo potest esse a causa extrinseca; bene potest timeri, & esse materia, & obiectum timoris ex S. Thomae 1. 2. quast. 42. art. 3. vt, si quis timeat, verbi gratia, societatem malorum, vel occasiones peccandi, vel Daemonum tentationes, vel inconsiderationes, & ignorantias inductas extrinsecus, vel huiusmodi alia, ex quibus potest ad peccandum induci, & in quibus prauidet peccandi periculum, quod nihil est aliud, nisi timenda res, hoc est, ipsius peccati appropinquatio, vt loquitur Aristoteles 2. Rhetor. cap. 5. citato, pag. 79. in fine: & hic timor futurae culpae, si oriatur ex odio ipsius culpae simpliciter, & ex opposito amore iustitiae, bene potest initiare salutem, & dici timor initialis simul cum timore ipsius poenae; & cum non differat secundum essentiam a timore filiali; sed solum secundum statum, in quantum ille communiter competit statui incipientium, & hic statui perfectorum, & ille est quaedam inchoatio charitatis in Deum, & hic est perfectio, & consummatio, vt probat S. Thomas 2. 2. quast. 19. art. 8. cit. & ex illo Suar. disp. 1. de spe, sect. 4. n. 7. & 8. bene potest esse de culpa futura absolute, & a quocunque, in quantum est contra Deum, & Dei offensa, quomodo non pendet a propria voluntate ipsius timentis, & vere est possibile vitari per auxilia gratiae, & vere est quid arduum, vt vitetur. Et quemadmodum Dei cultus futurus, & futura obseruatio diuinae legis, absolute considerata, & in quocunque, in quantum est bonum proximi, & in Dei honorem, potest esse obiectum spei, & charitatis, & est vere quid arduum, & possibile per auxilia gratiae: ita & futura offensa Dei, & futura transgressio potest esse obiectum timoris, cum etiam ipsa sit quid arduum, vt bene explicat Suar. disp. 1. de spe, sect. 4. n. 4. Et potest addi etiam illud, quod alibi diximus, dum ageremus de humanis actionibus in vniuersum, disp. 2. n. 2. & seq. quod metus reuerentialis, quem habet filius ad patrem, & vxor ad virum, & seruus ad dominum, & vniuersaliter inferior ad superiorem, maxime fit de non assequenda, vt par est, excellentia personae superioris, & de non seruando cum illa debito ordine subiectionis, sequae illi exhibendo in omnibus, tanquam ordinis inferioris: sicut enim hoc totum, quauis dependeat absolute, & simpliciter a voluntate ipsius timentis; potest tamen esse materia, & obiectum timoris, in quantum voluntas ex variis accidentibus potest induci, vt illud non seruet, & vere est quid arduum ex sua natura: ita & culpa, & futura offensa Dei, eiusque legis transgressio potest esse materia, & obiectum timoris initialis, & filialis; in quantum ex se est quid arduum; & ita est posita in potestate, & voluntate ipsius timentis, vt tamen voluntas ex multis extrinsecis multum ad illam inclinatur, & trahatur; nec possit nisi difficile, & bene adiuta per auxilia gratiae se se ab illis tueri, & in officio, atque iustitia continere. Et si poena ipsa gehennae, & aeterna damnatio non ex eo definit esse obiectum timoris, quia etiam ipsa a nobis dependeat mediis peccatis, quae liberè facimus, & vere perditio nostra ex nobis sit, vt dicitur Osea 13. neque etiam culpa, & Dei offensa debet excludi ab obiecto timoris, quia sit posita in nostra potestate, cum etiam culpa hoc modo posita in nostra potestate, sit quid arduum, vt vitetur, & multum indigeat auxilio gratiae: imò & difficultas vitandi poenam, & gehennam, nulla sit alia, nisi difficultas vitandi culpam,

culpam, & si haec vitetur cum auxilio gratiae, certissima sit in homine adulto vitatio poenae, & conlectutio beatitudinis.

8. Posito vero, quod timor mundanus sit malus, & idem non possit cadere sub praecipuum; & quod timor filialis, non initialis non sit distinctus a seruili simul, & filiali: certum est, quod de hoc vtroque habetur praecipuum in sacris Litteris, cum de seruili Mat. 10. & Luca 12. expresse dicatur: Eum imete, qui, postquam occiderit corpus, habet potestatem, & corpus, & animam perdere in gehennam. Et de filiali, Deuter. 10. Quis Dominus Deus tuus, qui ambulat in visceribus, & diligit te cum? Sed per timorem seruilem non ille est intelligendus cadere sub praecipuum, quem S. Thomas 2. 2. quast. 19. art. 4. appellat cum seruilitate, & ait contrariari charitati; in quantum, scilicet, refugit poenam; non secundum regulam rectae rationis, & iuxta modum suae malitiae, & disconuenientiae ad naturam, sed ultra talem regulam, & mensuram; eumque refugit, tanquam malum simpliciter maximum, & supremum omnium aliorum: sicut enim timere poenam, quantum rationabiliter est timenda, est actus bonus, & potest esse a Deo per specialem inspirationem, vt etiam definitur in Tridentino sess. 6. cap. 6. de mis. & cau. 8. & sess. 14. cap. 4. ita & plus timere, quam sit timenda, & eamque praefere etiam culpa, & Dei offensa, quae reuera est malum omnium maximum, est actus malus, & charitati contrarius, cum Dei offensam, & malum Dei post habeat suae poenae, & suoque malo; ac proinde vltimum finem in seipso, constituat; non autem in Deo, vt bene notat Suar. disp. 1. de spe, sect. 4. n. 6. pag. 398. qui etiam addit de timore seruili hoc modo accepto, & cum seruilitate, intelligi Patres, si quando absolute damnant timorem seruilem. Quia, quemadmodum in aliis pluribus nomen generis saepe tribuitur speciei imperfectiori, & nomine animalium absolute prolato intelliguntur bruta: ita & nomen timoris seruilis potuit tribui timori seruili cum seruilitate; quamquam reuera huiusmodi timor vix vquam contingat, id est, tunc solum, quando quis formaliter, & expresse habet hunc actum: Non vitarem culpam, nisi esset imposita poena: & sola; & tota ratio, quare vitem, nulla est alia, nisi poena: vt habet ibi Suar.

9. Non tamen ille, qui est seruilitas cum seruilitate. Quod si queras, vtrum hic metus seruilis cum seruilitate, & malus differat specie a metu seruili bono, & sine seruilitate: affirmatiue respondet Suar. disp. 1. de spe, sect. 4. cit. n. 12. pag. 399. quia differt in ratione formali obiecti, & solum conuenit in ratione materiali: cum enim vterque sit circa poenam, vt malam; ille tamen est circa poenam, vt summè malam, & hic vt malam in suo ordine. Et quemadmodum amare bonum aliquod creatum, vt summum, & vltimum bonum: & illud idem amare solum, vt bonum in suo ordine; specie differunt; & culpam odisse, vt summè malam, specie differunt ab hoc, quod est, illam odisse solum, vt malam in certo genere, verbi gratia, quia est inductiua poenae: & illud pertinet ad contritionem, & hoc ad attritionem, qui sunt actus inter se diuersi specie: ita & poenam timere, vt summè malam, eamque timere solum vt malam in certo ordine, dici debent differre specie. Neque putat Suarius oppositum asseri a S. Thoma 2. 2. quast. 19. art. 4. cit. dum negat, seruilitatem esse de ratione timoris seruilis, aut pertinere in illo ad speciem; sicut neque infirmitas pertinet ad speciem in fide informi; quia species solum desumitur ex obiecto; & hoc in timore seruili est solum poena: eique omnino accidit, quod bonum, cui

10. Timor seruilitas cum seruilitate, & malus differat specie a metu seruili bono, & sine seruilitate: affirmatiue respondet Suar. disp. 1. de spe, sect. 4. cit. n. 12. pag. 399. quia differt in ratione formali obiecti, & solum conuenit in ratione materiali: cum enim vterque sit circa poenam, vt malam; ille tamen est circa poenam, vt summè malam, & hic vt malam in suo ordine. Et quemadmodum amare bonum aliquod creatum, vt summum, & vltimum bonum: & illud idem amare solum, vt bonum in suo ordine; specie differunt; & culpam odisse, vt summè malam, specie differunt ab hoc, quod est, illam odisse solum, vt malam in certo genere, verbi gratia, quia est inductiua poenae: & illud pertinet ad contritionem, & hoc ad attritionem, qui sunt actus inter se diuersi specie: ita & poenam timere, vt summè malam, eamque timere solum vt malam in certo ordine, dici debent differre specie. Neque putat Suarius oppositum asseri a S. Thoma 2. 2. quast. 19. art. 4. cit. dum negat, seruilitatem esse de ratione timoris seruilis, aut pertinere in illo ad speciem; sicut neque infirmitas pertinet ad speciem in fide informi; quia species solum desumitur ex obiecto; & hoc in timore seruili est solum poena: eique omnino accidit, quod bonum, cui

contrariatur, ametur tanquam vltimus finis, & per consequens quod poena timeatur tanquam iupremum, & vltimum malum: nam hoc totum, inquit Suar. solum asseritur a S. Thoma, & solum intelligitur de timore seruili in specie subalterna; & provt assignatur, vt contradistinctus a filiali, & a mundano; & subdiuiditur postea, vt in alias species inferiores, in vtrunque timorem, cum seruilitate, & sine seruilitate. Vnde & in responsione vii. 3. in hoc assignat disparitatem inter amorem mercenarium, quo Deus diligitur propter bona temporalia; & inter metum seruilem, quo Deus timetur propter poenam: quia ille secundum substantiam temper contrariatur charitati; hic vero non temper, sed solum quando timetur poena, vt malum principale, & maximum; quod certe timor seruilis secundum se, & ex sua ratione non importat; cum secundum substantiam solum dicat timorem poenae: eique rationi, quasi genericae omnino accidat, quod poena timeatur, vt tale, vel tale malum. Et quoniam saepe contingit, vt quod accidit generi, & superiori, non accidat speciei, & inferiori; vt patet communiter in differentiis specificis, quae ex Porphyrio in cap. de differentiis, dum adueniunt, & accidunt generi, constituant species; neque illis dicuntur accidere: & hac ratione in moralibus, quod est circumstantia, & accidens alicuius actus communius considerati, saepe contingit, vt non sit circumstantia, & accidens alicuius alterius considerati magis in specie; vt docet S. Thomas quast. 2. de malo, art. 6. h. nimirum; in illo respiciat, & fundet specialem ordinem rationis pro, vel contra; vt idem loquitur 1. 2. quast. 18. art. 10. id est, praecipiens, vel prohibens; vt nos alibi explicauimus, dum ageremus de vitiis, & peccatis in vniuersum, lib. 2. disp. 20. n. 3. pag. 177. omnino ita videtur res se habere in casu praesenti de timore seruili, cum hoc, quod est poenam timeri, vt malum supremum, ita sit accidens, & circumstantia respectu huiusmodi actus considerati communius, & quasi generice, vt tamen fundet ordinem rationis per se malum, & valde diuersum in timore seruili cum seruilitate considerato in specie, & magis contracto: & idem non videtur posse dici, quod remaneat in ratione accidentis, & circumstantiae respectu illius; sed, quod transeat in rationem obiecti, & per consequens quod faciat in illo differentiam essentialem, & specificam, vt vult Suar. Et longè aliter res se habet in fide informi: siquidem formitas, & informitas tam est accidens respectu fidei; provt consideratur quasi communis ad fidem formatam per charitatem, & ad fidem informem, quam si consideretur, provt iam contracta ad illam vtranque; neque fundat, aut diuersificat in quauis illarum ordinem rationis pro, vel contra; & semper fides censetur eadem in propria specie, siue sit formata per charitatem, siue informis; sicut & homo semper est idem in sua specie, siue sit albus, siue niger; & siue iustus, siue iniustus.

11. Si queras vterius de timore seruili sine seruilitate, a quo habitu sit, & cum ex se sit honestus, & bonus, a qua virtute respondet Suar. disp. 1. de spe, sect. 4. cit. n. 11. pag. 399. eum esse actum elicatum a virtute spei: quia generaliter eadem virtus, quae prosequitur vnum contrarium, fugit alterum: & in grauib, & leuib, verbi gratia, eadem virtus motiua, quae tendit ad locum proprium, & connaturalem; etiam recedit a loco contrario: & in scientiis idem habitus, qui facit assentiri propositioni, aut conclusioni affirmatiuae, facit dissentire propositioni, & conclusioni negatiuae contrariae: & in moralibus eadem virtus, quae amat, & prosequitur suam honestatem,

11. Secundum aliquos, timor seruilis est actus elicatus a virtute spei.

honestatem, odit, & fugit oppositam turpitudinem: ergo etiam in supernaturalibus, & in suis idem habitus spei, qui amat, & prolequitur beatitudinem, ut sibi bonam, etiam odit, & fugit illius carentiam, & oppositam damnationem, ut sibi malam: qui tamen actus fugæ, est ipse timor servilis; & idem habitus charitatis, qui amat, & prolequitur bonum Dei, eiusque honorem, etiam odit, & fugit illius offensam; qui actus fugæ est similiter ipse timor filialis. Et ratio est: quia semper in huiusmodi actibus circa obiecta contraria reperitur eadem bonitas, & honestas: & qua bonitate, & honestate est bonus, verbi gratia, actus spei circa beatitudinem, eadem est bonus etiam actus timoris, ne illa amittatur: & sic de aliis.

12. Sed impugnat.

Sed contrā videtur facere S. Thomas 1.2. qu. 68. art. 1. vbi docet, dona Spiritus Sancti esse diversa à virtutibus etiam theologis; & in specie timorem computari inter dona; non autem inter virtutes: & art. 2. dona esse homini necessaria in hac vita, etiam ultra virtutes theologicas: quia per has imperfecte disponimur ad diuina; & idē indigemus aliis habitibus, quibus disponamur, ut bene, & promptē nos habeamus ad internas inspirationes, & motiones Spiritus Sancti: sicut & indigemus habitibus virtutum, ut bene nos habeamus ad sequenda dictamina, & motiones rationis: & art. 4. ad 3. virtutes theologicas præsupponi ad dona; quia sunt quasi radices donorum; & hæc ad illas pertinent quasi deriuationes quædam: & 2. 2. quæst. 19. art. 9. timorem Dei esse donum Spiritus Sancti; non autem virtutem: & in responsione ad 2. non esse virtutem theologiam; quia habet pro obiecto malum, quod refugit; non autem ipsum Deum: quæ tamen omnia essent falsa de dono timoris; si hic esset actus elicitus à virtute spei, quando est servilis; & elicitus à virtute charitatis, quando est filialis. Et præterea quoddam timor future damnationis non possit esse actus elicitus à virtute spei, ut videtur Suar. videtur probari ex eo: quia, quemadmodum spes ex propria ratione est de bono futuro, & vt loquitur Aristoteles 2. Rhetor. cap. 5. pag. 85. ex imaginatione rerum salutarium, quod proprie adfuit, & quod terribilia, vel non sint, vel longè absint; & idē credulitas futuritionis boni, quod speratur, omnino pertinet ad naturam spei, vt supra diximus disp. 2. m. 22. ex S. Thoma 2. 2. quæst. 18. art. 2. & 3. part. quæst. 7. art. 4. vnde & spes theologica communiter dicitur certa expectatio future beatitudinis: ita & timor ex propria ratione est de malo futuro; & etiam credulitas futuritionis mali similiter pertinet ad naturam timoris, vt patet ex eodem Aristotele 2. Rhetor. cap. 5. cit. vbi asserit, timorem non esse nisi ex imaginatione futuri mali; & quod non longè absit; sed, propè videatur, vt iam impendens; & idē non timeri, quæ sunt valdè remota, quia reputantur, vt non futura: & hoc modo homines communiter non curare mortem, quannis sciant se morituros; quia putant eam longè abesse. Et paulò post, pag. 80. in fine, timorem esse cum expectatione corruptiua passionis; & idē manifestum esse, quod nemo timeat, quando arbitrat, se nihil esse passurum, nec illa timeat, nec ab illis, nec tunc, quando, & à quibus, & qua non iurat, se esse passurum, &c. omnino autem videtur repugnare, vt expectatio future damnationis, quæ est timor servilis, eliciatur ab eodem habitu, a quo eliciatur contraria expectatio future beatitudinis, quæ est spes; & idem habitus faciat sperari beatitudinem, vt certè habendam per auxilia gratiæ, & propter merita; & timeri amissionem, & privationem illius propter demerita, hoc est, simul spe-

rari, & non sperari. Et quannis eum certitudine spei de consequenda beatitudine, quantum est ex Dei promissione, & ex sufficientia diuini auxiliij, non repugnet incertitudo, quantum est ex deficientia liberi arbitrij; & idē formido, & timor de illa non consequenda, & de incurrenda damnatione sit etiam in viris iustis simul cum spe, vt supra diximus disp. 2. num. 18. imò ex Aristotele 2. Rhetor. cap. 5. cit. nunquam sit timor, nisi quando adhuc remanet aliqua spes; & quando hæc est plane extincta, vt contingit in his, qui iam sunt in supplicio; sit etiam extinctus timor; & idē nec petatur consiliū, ad quod tamen petendum solet communiter timor inducere, nec amplius cogitur de adhibendo remedio: hoc tamen non probat, quoddam spes, & timor simul sint ab eodem habitu; imò probat, quoddam sint à diverso; cum spes, & certitudo de consequenda beatitudine, fundetur in iudicio fidei, quoddam Dei auxilium sit sufficientissimum, & nemini defuturum, quantum est ex parte Dei: timor verò, & incertitudo fundetur in iudicio naturali; quoddam nos possimus deesse auxilio Dei, & quoddam fortasse simus illi defuturi de facto, vt ibi explicauimus. Et cum certissimum sit, quoddam actus spei theologice non possit esse sine actu fidei, quæ ad Hebr. 11. definitur esse substantia, & fundamentum rerum sperandarum; certum etiam videtur, quoddam actus timoris, qui potest concipi ex solo iudicio naturali, non possit esse actus spei.

Neque vrget ratio allata, quod eadem virtus, quæ prolequitur vnum contrarium, possit fugere etiam aliud; & idē etiam spes, quæ amat, & prolequitur beatitudinem, possit odire, & fugere amissionem illius, & damnationem: si enim hoc admittamus de simplici actu amoris, & desiderij, & de opposito actu odij, & abominationis, vel fugæ, vt probat argumentum; non tamen possumus, aut debemus admittere de actu spei, & timoris proprie dicti; cum ille necessariò requirat credulitatem futuritionis boni sperati, & illius expectationem à Deo, & nitatur iudicio fidei; & hic requirat credulitatem futuritionis mali oppositi, hoc est, non futuritionis boni sperati, & illius non expectationem à Deo; & nitatur iudicio naturali: quæ tamen ab eodem habitu esse non possunt, neque simul conuenire sub eadem ratione alicuius obiecti, quod possit dici specificatiuum ipsius habitus.

Quare videtur multò verius id, quod asserit S. Thomas 2. 2. quæst. 19. art. 9. cit. & alij apud Suar. scilicet 4. cit. num. 13. quod timor sit specialiter ex motione Spiritus Sancti, hoc est, ex habituali dono timoris, si sit timor filialis; & non cum voluntate peccandi, & simul cum charitate; vel saltem ex actuali illius inspiratione; vel ex aliquo alio habitu, si sit timor servilis, & non excludat voluntatem peccandi; sed sit sine charitate: quia enim dona Spiritus Sancti, vt notat ibi S. Thomas, & pluribus explicat 1. 2. quæst. 68. art. 1. & 2. sunt quædam habituales perfectiones potentiarum animarum, quibus redduntur bene mobiles à Spiritu Sancto; sicut virtutibus moralibus potentia appetitiua redduntur bene mobiles à ratione; & sunt homini necessariae præter virtutes theologicas: quia per illas in hac vita imperfectè disponimur circa diuina; & imperfectè cognoscimus; & diligimus Deum, vt ipse loquitur art. 2. cit. omnino supplet per diuinos instinctus, & motiones Spiritus Sancti id perfectionis, quod non habemus per virtutes theologicas; & quia sunt ad inuicem connexa in charitate, per quam Spiritus Sanctus nobis datur, & in nobis inhabitat, iuxta illud ad Rom. 5. Char-

13. Timor filialis est ex dono habituali timoris: & timor servilis ex speciali impulso, & motione Spiritus Sancti

15. Omissio actus timoris non constituit speciale peccatum.

ritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Et idē sine charitate haberi non possunt, vt idē probat quæst. 68. cit. art. 5. hinc est, quod ex dono timoris, per se loquendo, non proueniat timor servilis, qui ex S. August. lib. de natura, & gratia, cap. 57. tom. 7. potest esse cum voluntate peccandi, & sine charitate: prouenit verò timor filialis, qui non est sine charitate. Est tamen etiam timor servilis donum Spiritus Sancti, & à Spiritu Sancto; quannus non numeretur inter dona habitualia, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 19. art. 9. cit. propter rationem iam dictam: & vt habetur in Tridentino sess. 14. cap. 4. Est etiam ipse donum Dei, & Spiritus Sancti impulsus, non adhuc quidem inhabitantis; sed tantum mouentis; eoque adiutus penitens viam sibi ad institiam parat. Et hac de causa dixi, eum esse ex actuali motione Spiritus Sancti, vel ex aliquo alio habitu, quàm ex dono timoris. Nec mirum videri debet, quod hi timores referantur in causas diuersas, cum reuera sint inter se diuersi; & timor filialis sit de culpa, in quantum est offensa, & malum Dei; & timor servilis sit de pœna, in quantum est mala ipsi timenti.

Ex quocunque autem principio sint hi timores, duo asserit S. Thomas 2. 2. quæst. 22. art. 2. de illorum præceptis. Primò, de timore seruilis non potuisse, nec debuisse dari præceptum inter præcepta Decalogi, & in ipsa prima latone legis diuinæ, sicut nec debuit, aut potuit dari de ipsa spe: quia tam spes, quàm timor, sunt quid præambulum ad legis obseruationem: & sicut mouentur aliqui ad leges seruandas spe præmiorum; ita & mouentur alij timore pœnarum: neque potest quis acceptare ab aliquo vllum præceptum, aut legem, nisi illum agnoscat, vt superiorem, & sequi vt subditum; & nisi aliquid ab illo speret loco præmij, si legem seruet, vel aliquid ab illo timeat loco pœnæ, si legem violet; vt etiam supra explicauimus occasione præcepti spei disputatione præcedente, num. 2.

Et qua ratione satis fuit in ipsa prima latone legis indicare præceptum spei per ipsas commemorationes, & promissiones bonorum, & præmiorum; & postea potuit, ac debuit magis directè, & in se præcipi spes: ita & satis fuit indicare præceptum timoris sola commemoratione, & comminatione malorum, & pœnarum, vt factum fuit Exodi 20. & Deuter. 6. & postea fuit præceptus magis directè, & in se ipse timor locis supra citatis Deuter. 10. Matth. 10. & Luca 12.

Deinde de timore filiali asserit S. Thomas eodem art. 2. quæst. 22. quod sit præambulum etiam ipse, & quasi principium eorum omnium, quæ in lege præcipiuntur, & obseruantur in reuerentiam Dei per actus externos, ad quos maximè pertinent præcepta Decalogi; & idē quod etiam de illo solùm potuit, ac debuit dari præceptum, quando est datum de dilectione, ad quam ipse pertinet, & quæ similiter est præambulum, & principium eorum actuum exteriorum, id est, Deuter. 10. Quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in visis eius, & diligas eum?

Sed, quodocunque, & quomodocunque sint lata hæc præcepta de timore seruilis, & filiali, si quæras, quo tempore obligent determinato, ac certo; & quo contrahatur speciale peccatum, si huiusmodi actus timoris non eliciantur; communis, & vera sententia est, quod nullo tempore determinato, ac certo obligent obligatione propria, & per se, qualis requiritur ad speciale peccatum: sed solùm possint obligare obligatione per accidens, & aliena, quando peccatum aliquod, aut tentatio non potest vitari,

nisi consideratione, & metu pœnarum, aut reuerentiæ, quæ Deo debetur. Ita Valen. 2. 2. disp. 2. quæst. 4. punto 2. col. 516. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 33. n. 4. pag. 293. Bannes 2. 2. quæst. 22. art. 2. in solutione ad 4. vbi asserit, id esse probabile, & nullo modo aduersari sanæ doctrinæ, etiam si paulò antè conatus sit assignare certa tempora iam commemorata, id est, quando vrget grauis tentatio, aut occasio alicuius peccati; neque potest aliter vinci, nisi per hos timores. Sed Valen. rectè asserit, id esse nimis serupulosum, & non satis consentaneum communi estimationi, & praxi fidelium, qui communiter, quando committunt aliquod peccatum, neque vtuntur huiusmodi timoribus ad illud vitandum, non putant, se committere duo; sed tantum vnum, verbi gratia, furtum, aut adulterium; & satis putant se facere, si in Confessione sacramentali illud solùm aperiant; neque addant se omisitisse remedia sancti timoris; sicut neque addunt, quod omiserint alias considerationes rerum diuinarum, ex quibus similiter potuissent illud vitare. Neque Confessarij, etiam docti & pij, communiter interrogant penitentes de his omissionibus: imò & Doctores communiter cum admittant dari præcepta in factis Litteris de huiusmodi timoribus; solùm tamen videntur illa admittere, vt generalia, & generaliter adiuuantia ad obseruantiam aliorum præceptorum; & idē omissionem illorum solùm reputant, vt omissionem alicuius circumstantiæ generalis, quæ non tribuit specialem malitiam, nisi omittatur ex speciali motiuo ex se malo, qualis esset, verbi gratia, ipse formalis contemptus pœnarum, aut reuerentiæ, quæ Deo debetur. Et quemadmodum omissio actus spei, quando est debita solùm per accidens, & propter aliquod aliud præceptum, quod est debitum per se, non constituit speciale peccatum, vt supra diximus disputatione præcedente, n. 5. ita nec omissio actus timoris. Neque ex eo, quod actus spei sit debitus non solùm per accidens, & propter alia præcepta, quæ sine illo seruari non possunt; sed etiam per se; & idē constituat speciale peccatum, nisi eliciatur certis temporibus, vt supra diximus disputatione præcedente. potest idē inferri de actu timoris: siquidem timor non est de necessitate medijs, sicut spes; neque est principium necessarium humanarum actionum, sicut est amor beatitudinis, & vltimi finis, qui & debet amari propter se, & debet esse ratio, vt propter ipsum amentur cetera; & ad iustificationem satis est actus timoris, etiam implicitus, & provt continetur in ipso actu penitentiae, aut charitatis, vt notat Valen. loc. cit. quæ tamen non sic se habent in actu spei.

DISPUTATIO V.

De his, quæ pertinent ad desperationem, quæ opponitur spei, tanquam recessus ab eodem obiecto, ad quod illa est accessus.

- 1. Desperatio solùm negatiua, aut priuatiua; & desperatio positiua, quannam sit.
2. Desperatio pertinet ad appetitum, & ad voluntatem; non autem ad intellectum.
3. Desperatio positiua contraria spei, est semper mala, & peccatum mortale.
4. Neque potest in illa dari paritas materia.
5. Quomodo in desperatione, & in alijs peccatis contra virtutes theologicas, sit auersio à Deo, & conuersio ad creaturas.
6. Desperatio

- 6. Desperatio non est necessariò conuicta cum infidelitate.
- 7. Causa desperationis rectè assignantur luxuria, & acedia.
- 8. Viriim reuelatio facta alicui de sua damnatione, faciat illi impossibilem actum spei, & actum desperationis excuset à culpa.
- 9. Secundum multos talis reuelatio non est possibilis de lege ordinaria.
- 10. Si admittatur, vt possibilis, non facit impossibilem actum spei, & omnium preceptorum obseruationem, & ipsam saluationem finalem, vt aliqui volunt.
- 11. Reuelatio facta alicui, quòd saluabitur per bona opera, secundum aliquos non excludit timorem, ne forte è damnetur.
- 12. Verum S. Paulus habuerit reuelationem de sua predestinatione.
- 13. Reuelatio facta alicui, quòd damnabitur, non eximit illum à seruandis preceptis, & à vitandis peccatis.
- 14. Nec facit, vt actus positina desperationis sit illi licitus.
- 15. Sed solum vt sit licita desperatio negatiua, id est, carentia actus sperandi.
- 16. Et qui haberet talem reuelationem, adhuc posset saluationem sibi à Deo precari affectu aliquo simplici, & inefficaci.
- 17. Quid sit probabilis circa actum spei, stante reuelatione facta alicui, quòd damnabitur.
- 18. Reuelatio facta alicui, quòd saluabitur, quomodo excludat timorem de damnatione.
- 19. Ex reuelatione damnationis, si alicui fiat, nulla sequuntur absurditates.
- 20. Reuelatio de damnatione Antichristi non habetur ex eo, quòd dicatur filius perditionis.
- 21. Vox, filius, quando iungitur in Scriptura cum genituo viri, aut virtutis, vel pacis, aut prauitatis, quid significet.

CONTRARIETAS desperationis ad spem, non est ratione obiecti, neque proportionatur motibus physicis propriè dictis; sed est ratione accessus, & recessus ad eodem termino, & proportionatur mutationibus propriè dictis, vt indicauimus *disputatione precedente, n. 1.* ex S. Thoma 1. 2. *quest. 46. art. 4.*

I. Et bene est aduertendum id, quod asserit eo loco Desperatio S. Thomas in *responsione ad 3.* quòd desperatio non solum importat priuationem spei; sed etiam importat quandam recessum à re desiderata propter æstimationem impossibilitatem adipiscendi: vnde & præsupponit desiderium, sicut & spes; & de eo, quod non cadit sub desiderium, neque spem, neque desperationem habere possumus. Et sensus videtur esse, quòd desperatio potest dupliciter accipi, vt bene explicat Bannes 2. 2. *quest. 22. art. 1. dub. 3. concl. 2. col. 806.* & colligitur ex Suario *disp. 2. de spe, sect. 2. n. 1.* & 8. id est, negatiuè, aut priuatiuè, provt desperare idem est, atque non sperare; siue id sit voluntarium indirectè, & solum à voluntate, in quantum non est agens, & non sperans; cum tamen possit, ac debeat agere, & sperare, vt dicitur 1. 2. *quest. 6. art. 3.* siue sit voluntarium etiam directè, & à voluntate, in quantum per actum internum est volens non agere, & non sperare; & præterea positiuè, & contrariè, provt desperare dicit actionem positiuam directè contrariam actioni sperandi, id est, positiuam abominationem, & fugam à bono, propter apprehensionem, & æstimationem superexcedentem difficultatem, & impossibilitatem illud adipiscendi. Et tale

quid communiter admittitur etiam in infidelitate, quæ est peccatum contrarium fidei: siquidem aliquando potest quis ex illa peccare, & esse infidelis solum negatiuè, aut priuatiuè: quia non credit positiuè, & non elicit actum assensus, quem potest, ac debet circa ea, quæ sufficienter ipsi proponuntur credenda; & aliquando potest esse infidelis positiuè, aut contrariè: quia positiuè discredidit, & elicit actum dissensus positiuè contrarium.

Præterea est supponendum, quòd desperatio, siue positiua, siue priuatiua, per se, & propriè solum pertinet ad appetitum, & ad voluntatem; non autem ad intellectum, & ad potentiam apprehensiuam: quicquid in contrarium dixerint aliqui apud Suar. *disp. 2. de spe, sect. 2. n. 1.* qui putarunt, desperationem formalem consistere in hoc actu iudicii. *Impossibile est, vt consequatur, verbi gratia, hoc bonum, vel absolute non consequatur.* Contrà enim est: quia aliqui desperatio non versaretur, per se loquendo, circa bonum, neque opponeretur spei, tanquam recessus ab eo termino, ad quem illa est accessus: quod vtrunque est expressè contrà S. Thomam 1. 2. *quest. 23. art. 1. & 2. & quest. 46. art. 4.* Et falsum est, quòd tale iudicium absolutum, & firmum sit necessariò requisitum ad desperationem, cum possit sufficere etiam iudicium probabile, & contingens; fundatum, nimirum, in sola arduitate obiecti, & in infirmitate, & debilitate voluntatis, & virium, quæ sunt experiendæ ad illud assequendum. Et quatenus aliquando habeatur iudicium certum, fundatum quomodocunque in apprehensa, atque æstimatione impossibilitate; falsum est, quòd in illo formaliter consistat desperatio; imò nec ex illo sequitur necessariò necessitate quoad exercitium, cum voluntas etiam stante quocunque iudicio remaneat libera quoad exercendum suum actum, vel non exercendum; & ad summum solum necessitetur quoad specificationem: & si quis certò iudicet, verbi gratia, quòd assecutio alicuius boni non sit illi absolute possibilis, vel saltem quòd omni modo non sit illi futura; ita possit circa illud elicere, & non elicere actum desperationis, quæ est libertas quoad exercitium; vt tamen non possit circa illud elicere oppositum actum spei, quæ est libertas quoad specificationem, vt melius constabit *infra.*

His autem positis, rectè asserit S. Thomas 2. 2. *quest. 20. art. 1.* quòd desperatio, provt est actus positiuè oppositus, & contrarius spei, sit semper mala, & peccatum: quia semper motus appetitiuus se habens conformiter ad intellectum falsum, est malus: sicut è contra semper est bonus, quando se habet conformiter ad intellectum verum: & in re præsentis vera existimatio intellectus circa Deum, hæc est, quòd ex ipso provenit hominum salus, & peccatorum remissio, & auxilia ad bene viuendum, iuxta illud Ezech. 18. *Nolo mortem peccatoris; sed ut magis conuertatur, & viuat.* Et hæc est falsa, quòd peccatores ad se non conuertat per auxilia gratiæ, & quòd illis verè penitentibus denegat veniam, eoque non iuuat suis auxiliis, vt bene viuant, & tandem saluentur, & in æternum viuant. Et idè quemadmodum spes, quia se habet conformiter ad huiusmodi intellectum verum, est semper laudabilis; & honesta: ita & desperatio est semper peccaminosa, & turpis; quia se habet conformiter ad intellectum falsum. Et potest addi, quòd læpius in Scriptura vituperatur, vt mala, & perniciofa, cum remoueat spem, quæ maximè retrahit à peccatis, illaque prohibet, vt patet ad Ephel. 4. *Desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitie in operatione immunditie.* Et Ieremias 18. *Dixerunt, desperauimus, post cogitationes nostras ibimus.* Qua etiam de causa S. Thomas

2. Desperatio pertinet ad appetitum, ad voluntatem; non autem ad intellectum.

3. Desperatio positiuè contraria spei, est semper mala, & peccatum mortale.

2. 1. *quest. 20. art. 3.* peccatum desperationis ait esse nobis maxime periculofum; quia sublata spe irrefrenate in vitia labimur.

Et ex communi sententia rectè notat Sanchez *neque potest sibi 2. in Decal. cap. 33. num. 5. pag. 291.* Valent. 2. 2. *in illa dicit disp. 2. quest. 3. p. n. 10. §. Porro ex dictis. col. 511.* Layman *lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 5. pag. 220.* & alij, huiusmodi desperationem semper esse peccatum mortale, neque posse in illa dari paritatem, materiæ, ex qua fiat aliquando veniale: sed à sua grauitate solum posse excusari ex imperfectione actus, & ex defectu plenæ, & perfectæ deliberationis: quia semper in quauis materia, quantumuis minima, facit grauem iniuriam diuinæ potentis, aut misericordis, & bonitatis, qui de illa desperat: sicut & in quauis materia, quantumuis minima spectante ad fidem, facit grauem iniuriam diuinæ veracitati, & aueritatis, qui illam discredidit. Quare autem in aliquibus præceptis datur paritas materiæ, & non in aliis, satis docuimus, dum ageremus de paritate materiæ in re vetera *lib. 3. de vitis, & peccatis capitalibus, disp. 1. 4. n. 1. & 1. 3. pag. 287.*

Quòd si queratur, quomodo in desperatione reperitur conuersio ad bonum aliquod commutabile, quam reperiri vniuersaliter in omni peccato asserit S. August. *lib. 1. de lib. arb. c. vlt. & lib. 2. c. 19. tom. 1.* Responder S. Thomas 2. 2. *q. 20. art. 1. cit. ad 1. auersionem à bono incommutabili, & conuersionem ad bonum commutabile non esse eodem modo in iis peccatis, quæ sunt contra virtutes theologicas, atque in aliis, quæ sunt contra alias virtutes morales: nam, quemadmodum virtutes theologicæ non solum habent Deum pro vltimo fine, sicut & aliæ virtutes morales; sed etiam pro obiecto; & idè dupliciter ad illum conuertunt, quantum est ex se, suaque natura, id est, tanquam ad finem, & tanquam ad proprium obiectum: ita & peccata illis opposita dupliciter auertunt à Deo, id est, tanquam à vltimo fine, quod est commune omni peccato mortali, & tanquam ab obiecto virtutum theologiarum oppositarum. Et quemadmodum virtutes theologicæ conuertendo ad Deum, vt ad obiectum, auertunt ex consequenti ab aliis obiectis ipsi contrariis, vt, verbi gratia, fides ab iis omnibus, quæ sunt contra veritates reuelatas; & spes ab iis, quæ sunt contra bona à Deo promissa; & charitas ab iis, quæ sunt contra bona in Deo amata: ita & peccata opposita ex consequenti ad illa conuertunt. Et quantumuis, vt mortalia, principaliter consistant in prima illa auersione à Deo, tanquam à fine, eaque possit cum Caietano 2. 2. *q. 20. art. 1. cit. appellari auersione formalis, cum quasi forma constituat peccatū quocunque in esse mortali; quatenus tamen sunt specialiter opposita virtutibus theologis, dicuntur principaliter consistere in altera auersione à Deo, vt ab obiecto; sicut & ipsæ virtutes principaliter consistunt in opposita conuersione. Et si hæc auersio obiectiua à Deo vltimè dicatur nihil esse aliud in huiusmodi peccatis, nisi ipsa conuersio ad sua obiecta; & hæc obiecta esse idem Deus, provt putatus, v. g. reuelans falsa, & provt putatus in ferens mala, & dignus odio; non erit questio, nisi de nomine: & si appelletur conuersio ad Deum, non erit nisi conuersio offensiuæ, vt eam appellat Caiet. 2. 2. *q. 20. art. 1. cit.* & Bannes *in comm. ad eund. art. & se habebit eodem modo, sicut conuersio occisiua, qua inimicus conuertit gladium ad occidendum alterum inimicum; & quæ, quamuis materialiter, seu localiter sit conuersio; animaliter tamen, & intentionaliter est maxima auersio.***

Ex eo verò, quòd asserit S. Thomas *art. 1. citato, Baldelli Theol. Adoral. Tom. 11.*

semper desperationem esse peccatum; quia semper se habet conformiter ad intellectum falsum; sed non est intelligendus consequenter asserere, quòd semper sit conuicta cum infidelitate, & semper ex illa procedat. Contrà enim expressè id negat *art. 2. sequente*; quia ad prauitatem, & malitiam motus appetitiui circa aliquod particulare, non est necessarium, vt prauè se habeat æstimatio vniuersalis; sed satis est, si corrumpatur sola æstimatio particularis, sine qua non potest veniri ad appetitum rei particularis, & à qua huiusmodi motus maximè pendet, vt patet ex Aristotele 3. *de anima, text. 58.* sicut & in scientiis non potest veniri ad conclusionem particularem ex sola propositione vniuersali; sed necessariò debet subsimi alia propositio particularis. Manente autem recta fide, & recta æstimatione in vniuersali, quòd à Deo sit salus, & in Ecclesia sit remissio peccatorum, &c. potest aliquis pati motum desperationis, si habeat deprauatam æstimationem particularem, quòd sibi in tali casu, & propter hanc, vel illam prauitatem, aut multitudinem suorum peccatorum, vel propter hanc, aut illam dispositionem, in qua reperitur hic, & nunc, vel ad hunc, aut illum finem, quem modò intendit, v. g. ad liberius peccandum, non sit speranda remissio; quæ tamen deprauatio æstimationis particularis non est contra fidem. Et idè contingit etiam in aliis peccatis, v. g. in fornicatione, aut furto, si quis, manente in vniuersali recta fide, quòd fornicatio, & furto sit malum, id est, turpe, & inhonestum, habeat deprauatam æstimationem particularem, quòd sibi, vt nunc, bonum sit fornicari, aut furari, intelligendo nomine boni, non illud, quod est honestum, & simpliciter bonum; sed quod est vile, & ad delectabile, & bonum secundum quid, id est, conueniens tantummodo ad explendam concupiscentiam, & ad sedandum illius pruritus, vel ad suppleendam indigentiam, & defectum rei familiaris. Et in idem respicit, si dicamus cum Valent. 2. 2. *disp. 2. q. 3. p. n. 10. §. Aliter igitur. Suar. disp. 2. de spe, sect. 2. n. 2.* Tolet. *lib. 4. Summa, c. 7. n. 9.* Bannes 2. 2. *q. 20. art. 2. Sanc. lib. 2. in Decal. c. 33. n. 6.* non esse necessarium, vt propositio particularis simpliciter subsimatur, quatenus continetur sub vniuersali de fide, dicendo, verbi gratia: Potest quidem à Deo omni peccatori contingere salus, & peccatorum remissio; sed non mihi, siquidem, qui haberet hoc iudicium particulare falsum, & apertè conuinceretur, falsam putare etiam propositionem vniuersalem, quòd omni peccatori possit à Deo contingere salus, & remissio peccatorum, cum falsitas propositionis vniuersalis certissimè, & maximè arguatur ex falsitate propositionis particularis; sed satis esse, si practicè hæc, & nunc ita aliquis iudicet esse sibi desperandum de remissione, ac de salute, ac si iudicaret, eam esse possibilem aliis, non autem sibi; vel, si ita iudicet: Potest Deus etiam mihi dare salutem, & veniam peccatorum, si me bene disponam per auxilia gratiæ: sed ego de facto non me disponam, nec bene agam, & de facto nunquam saluabor. Et certum est, quòd si ex hoc iudicio particulari sequatur motus appetitiuus, & desperatio, non est vllum periculum infidelitatis, cum factum ipsum, quòd sim saluandus, vel non saluandus, non sit de fide. Neque est, quòd pluribus hoc loco rem hanc explicemus, cum satis fuscè de illa egerimus *lib. 2. de vitis, & peccatis in vniu. disput. 37 n. 1. 2. pag. 231.* vt ostenderemus, errorem, qui est in mente cuiusque peccantis, communiter non esse errorem in fide: si quis tamen desperaret, non solum ex deprauato iudicio particulari; sed etiam ex deprauato vniuersali, & verè crederet,

Desperatio non est necessariò conuicta cum infidelitate.

salutem, & remissionem sibi, & aliis ex parte Dei esse impossibile, vel Dei auxilia non esse sufficientia ad illam consequendam; non esset negandum, quod præter peccatum desperationis, etiam committeret peccatum infidelitatis, & quod utrunque teneretur confiteri, ut specie distinctum, ut notant Sanchez, & Suar. locis citatis.

Quo autem modo peccatum desperationis se habeat quoad gravitatem, si comparetur cum aliis peccatis contra virtutes morales, aut contra duas alias theologicas, satis attingimus supra, lib. 1. disp. 2. n. 7. & seqq. dum ageremus de peccato infidelitatis; & ideo non est, quod circa illud diutius immoremur.

Causas desperationis duas assignat S. Thomas 2. 2. q. 20. art. 4. ex S. Gregorio lib. 3. Moral. cap. 3. id est, luxuriam, & acediam: nam dupliciter potest in aliquo deficere spes circa beatitudinem: primo, quando beatitudo non reputetur, neque sapiat illi ut bona, vel ut valde bona: secundo, quia non reputetur, ut possibilis ab illo adipisci, vel per se, vel per alium. Et primo modo deficit per luxuriam, quæ ex affectu delectationum corporalium, & præcipue venerarum, facit, ut nobis desipiant bona spiritalia, vel saltem, ut non sapiant, tanquam magna bona, & inducit affectum præsentis sæculi, & horrorem futuri, ut explicauimus, dum ageremus de vitiiis capitalibus, lib. 3. disp. 19. n. 12. Et secundo modo deficit per acediam, quæ animam deiecit, & facit quasi torpentem, & impotentem ad operandum, ut explicauimus eodem lib. 3. disp. 38. Et ad hæc reducuntur etiam aliæ cause desperationis, quæ possunt, ac solent adduci à Sanctis Patribus, & à Doctoribus, ut; verbi gratia, inconsideratio beneficiorum Dei, & præcipue Incarnationis, quæ, sicut maxime fouet, atque erigit spem per demonstrationem, quam continet, atque omnibus exhibet diuini amoris erga homines, ut notat S. Augustinus lib. 1. 3. de Trinitate, c. 10. tom. 3. ita & maxime reiecit, atque repellit omnem motum desperationis: similiter enim huiusmodi inconsideratio maxime prouenit ex acedia, quæ non facit considerari, nisi tristitia ad ipsam spectantia, & maxime refugit eos labores, qui sunt impendendi circa res spirituales.

Atque hæc quidem de causis desperationis facilia sunt: sed illud, quod asserit S. Thomas 2. 2. q. 20. art. 1. eam esse intrinsecè malam, quantum est actus positiuè oppositus, & contrarius spei, ex eo habet difficultatem: quia, si quis ex diuina reuelatione sit certus, quod damnabitur, non poterit non desperare de sua salute; sicut & modò desperant omnes damnati: & tamen huius desperatio non erit peccaminosa, & turpis, cum sit necessaria, & actus oppositus spei non sit illi possibilis: imò, & contra erit illi laudabilis, & honesta, cum per illam se se conformet diuinæ reuelationi, & voluntati. Et de facto sic eueniet Antichristo, cuius damnatio, & reprobatio est iam reuelata apud S. Paulum 2. ad Thessalon. c. 2. vbi eum appellat hominem peccati, & filium perditionis. Qua enim ratione non ignorabit, quod ipse sit Antichristus, id est, quod ipse sit ipse: eadem non ignorabit, quod ipse sit filius perditionis, & omnino perendus, atque damnandus, de quo est reuelatio S. Pauli; ac proinde spes salutis erit illi impossibilis, & præceptum de illa speranda eum non obligabit; nec illius transgressio poterit illi esse peccatum. Et quemadmodum, si modò essemus certi, quod hic, aut ille esset præcitus, & omnino futurus reprobis, non magis possemus sperare illi salutem, eamque illi orare, quam modò possumus sperare, & orare pro illis, qui sunt in Inferno, ut habet expressè S. August. lib. 2. 1. de ciuitate, c. 25.

7. Causa desperationis rectè assignatur luxuriam, & acediam.

8. Verum reuelatio facta alicui de sua damnatione, faciat illi impossibilem actum spei, & actum desperationis excuset à culpa.

& si positiuè desperaremus de illius salute, nullum esset peccatum, sicut & de facto est nullum, quod desperemus de facto de salute Diaboli, aut Iudæ, vel alterius cuiuscunque damnati: ita & qui est certus de seipso, quod futurus sit reprobis, licet, & sine vilo peccato potest sibi non sperare salutem, imò & positiuè illam desperare, ut impossibilem, & nullo modo futuram.

Casus hic ex professo tractatur, ac disputatur à Scholasticis in 1. sententia, dist. 48. dum quaerunt, & explicant cum Magistro, an, & quomodo voluntas humana teneatur vniuersaliter, & semper se conformare voluntati diuinæ, non solum in ratione volendi, sed etiam in re volita, & quomodo in tali casu is, qui haberet diuinam reuelationem de sua damnatione, & per consequens de sua finali impenitentia, teneretur de illa esse contentus, ut se conformaret cum voluntate diuinæ.

Nec desunt, qui negent absolute, & penfatis omnibus esse possibilem talem reuelationem; non quidem quia in se inuoluat contradictionem, & sit extra obiectum diuinæ omnipotentiae, ut vel interius menti alicuius infundat hoc lumen quasi prophetici: Infallibiliter ego damnabor, vel exterius per aliquod signum sensibile id declarat, & persuadent; sed, quia repugnat diuinæ sapientiae, & bonitati, ex qua Deus de lege ordinaria admittit negotium humanæ salutis: primo enim, qui sic esset certus de sua damnatione, facillimè se se traderet impudicitiae, & immunditiae, & irrefrenatè rueret in omnia vitia, ut diximus paulo ante, n. 3. ex S. Paulo ad Ephos. 4. & ex S. Thoma 2. 2. q. 20. art. 1. Et certum est, quod multum dedecet bonitatem diuinam, ut tanti tantam occasionem, & causam præbeant, specialiter id reuelando, quod nullus ordo naturæ postulat. Deinde minimè decet diuinam sapientiam, & prouidentiam, quæ specialiter monet, ac dirigit homines viatores ad vltimum finem, ut per huiusmodi reuelationem constituat aliquem in eo statu, in quo non possit se se erigere ad prosecutionem vltimi finis, & ad illum conari: & denique maxime dedecet diuinam sapientiam, & bonitatem, ut alicui reddat impossibilem actum spei, quem omnibus præcepit vniuersaliter, tanquam necessarium necessitate medij, & faciat licitum assensum voluntatis in æternam separationem à Deo, in quam nulla recta voluntas potest consentire: & præterea faciat licitum consensum voluntatis in penam infallibiliter non secuturam, nisi ex culpa; ac proinde faciat licitum etiam assensum in ipsam culpam, cum semper is, qui vult consequens, & posterius, necessariò velit etiam antecedens, & prius, sine quo illud esse non potest.

Et propter has, & similes absurditates, quæ videntur consequi ex tali reuelatione, negat, eam esse possibilem de lege ordinaria, Sanctus Thomas quaest. 23. de veritate, art. 8. ad 2. pag. 441. col. 4. Maior in 3. dist. 26. quaest. 3. conclus. 2. pag. 14. col. 3. S. Bonauentura in 1. dist. 48. cit. in expositione litterarum, dub. 1. pag. mibi 722. & Altiſodoren. in 3. tract. 5. cap. 6. quaest. 5. paulo ante finem: & eam esse quasi impossibilem affirmat idem Sanctus Thomas in 1. dist. 48. cit. quaest. 1. art. 4. ad 2. pag. 146. col. 1. & esse satis dubium, vtrum possit à Deo fieri, affirmat Gregorius Ariminen. ibid. in responsione ad 3. contra 2. conclusio em & sic loquuntur etiam plures alij apud Suar. disp. 2. de spe, sect. 2. n. 6. pag. 409. Et in casu quo verè fiat talis reuelatio, eam esse intelligendam secundum comminationem tantummodo; non autem secundum præscientiam facti, aut secundum prophetiam prædictionem, affirmat Sanctus Thomas locis citatis, Altiſodoren. similiter loco citato, Duran.

9. Secundum multos, talis reuelatio non est possibilis de lege ordinaria.

10. Si admittatur, ut possibilis, non facit impossibilem actum spei, & omnium præceptorum obseruationem, & inſam aliam reuelationem si nalem, ut aliqui volunt.

Duran. in 1. dist. 48. cit. quaest. 2. art. 2. in responsione ad 3. pag. 94. col. 3. Maior quaest. 3. conclus. 6. dummodo tamen, inquit, reuelatio sit exterior, id est, facta per signum aliquod sensibile; non autem solum interior per mediantem assensum internum causatum à Deo, quod ille damnabitur: quia, nimirum, si interius per lumen propheticum ostendatur, & persuadentur damnatio, ut absolute futura, non potest reuelatio amplius intelligi, ut solum comminatoria. Et pro hac impossibilitate reuelationis de futura damnatione facit etiam Valent. 2. 2. dist. 2. quaest. 1. puncto 3. Quare aliter, col. 493. vbi asserit, esse impossibilem, & non admittendum huiusmodi casum, ut Deus certò, & absolute; non autem solum comminatoriè, & conditionatè reuelet alicui, quod specialiter damnabitur propter peccatum desperationis: nam eo ipso, quod esset certus de non consequenda beatitudine, impossibilis illi esset actus spei; & per consequens desperatio non esset illi peccatum, nec posset propter illam damnari, & reuelatio conuinceretur fuisse falsa.

Dato verò huiusmodi casu reuelationis diuinæ, siue per absolutam Dei potentiam, siue per ordinariam, non constat inter Doctores, quid ex illa sequatur circa actum desperationis: nam Azor. part. 1. lib. 6. cap. 1. au. st. 3. 5. De hoc argumento, col. 611. & alij alij apud Suar. dist. 2. sect. 2. n. 7. pag. 409. pluribus contendunt, quod qui haberet talem reuelationem, nihil necessitatis ex illa contraheret ad desperandum; & desperatio eodem modo esset illi peccatum; ac si non haberet reuelationem: & si de facto desperaret, omnino desperaret ex propria libertate, ac voluntate; & absolute posset non desperare; & consequenter etiam damnaretur ex propria culpa, & absolute posset non damnari. Nam, sicut præuidet Deus, quæ præuidet, hunc, aut illum esse peccaturum, & in peccato perseveraturum vsque ad mortem, & esse damnandum, nihil necessitatis illi imponit, neque admittit aliquid libertatis; & non obstante tali præuisione, adhuc vnusquisque liberè peccat, & liberè perseverat in peccato, & dependenter ab hac libertate peccandi etiam liberè damnationem incurrit: ita & prædictio, siue reuelatio Dei similiter nihil imponit necessitatis, & nihil admittit libertatis: & hic, aut ille non ideo peccat, & damnatur, quia Deus præuidet, & prædicat illum peccare, & damnari; sed contra ideo præuidet, & prædicat Deus, quod peccat, & quod damnatur, quia reuerà in tali tempore liberè peccat, & reuerà damnatur, ut communiter dicitur in materia de scientia Dei, & patet ex S. Thoma 1. par. q. 14. art. 13. Et magis in specie clarè id explicatur ex eo, quod contigit S. Petro, cui Christus Matth. 26. reuelauit, quod eum esset ter negaturus in illa nocte: neque enim propter eam libertatem illi ademit, qua poterat non negare, aut necessitatem illi imposuit, ut negaret, aut illum exemit ab obligatione, & præcepto eum non negandi, ut propter eam negatio non esset illi futura peccatum; sed prædictio, & reuelatio tanquam aliquid consequens, & posterius ad negationem verè futuram in tali tempore, reliquit illi plenam & perfectam libertatem, & plenam obligationem præcepti, & reliqua omnia, quæ verè habebat in sua prioritate, & antecedita ad prædictionem. Eadem ergo ratio, si Deus reuelet alicui, quod peccabit, & quod morietur in suo peccato, & quod damnabitur, ut de facto reuelauit Iudæis Ioan. 8. Vos in peccato vestro moriemini. non propterea illum eximit ab obligatione vitandi peccatum: neque facit, ut necessariò peccet, & ex necessitate damnetur: non autem ex propria culpa, & voluntate. Et idem est, si Deus ali-

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

cui solum reuelet, quod damnabitur, neque faciat verbum, quod peccabit: quia enim damnatio necessariò solum est ex peccato; dum reuelat explicitè consequens, id est, damnationem, id est, peccatum; & in huiusmodi contingentia, & libertate, secundum quam ita erit, ut possit non esse, etiam inuoluit contingentiam, & libertatem illius. Et etiam damnationem ita prædicat esse futuram, ut possit etiam ipsa non esse futura. Et qua ratione, qui talem habet reuelationem, quod damnabitur, non eximitur generaliter ab obligatione seruandi præcepta, & vitandi peccata, & sic procurandi salutem, & damnationem vitandi: eadem ratione non eximitur specialiter ab obligatione seruandi præceptum spei, & desiderandi, & expectandi beatitudinem à Deo, & per eius auxilia benè ordinandi, ac referendi ad illam suas operationes: quia enim certissimum est, quod damnatio non est incurrenda, nisi ex culpa, & propter peccata voluntariè, & liberè facta, idque, si non explicitè, saltem implicitè semper inuoluitur, & semper subintelligitur in ipsa reuelatione, ut diximus; sensus illius nullus alius potest esse, nisi quod damnabitur hic, aut ille, si peccauerit, & finaliter non poenituerit: qui tamen sensus est solum conditionatus per conditionem pendentem liberam, & positam in illius potestate cum auxilio Dei: & quia resoluitur in sensum comminatorium, absolute relinquit potestatem etiam procurandi, & adipiscendi salutem, & per consequens etiam sperandi, & expectandi illam per auxilia gratiæ.

Et qua ratione, si quis habeat reuelationem de sua salute, adhuc potest sibi timere de damnatione, quia certus est, quod illam non assequetur, nisi per bona opera liberè facta; & hæc sunt contingentia, & possibilis, ut non fiant: ita & qui habet reuelationem de damnatione, potest se contra sibi sperare beatitudinem: quia similiter certus est, quod non damnabitur, nisi propter peccata liberè facta, & possibilis absolute, ut non fiant. Et hoc modo Sanctus Paulus, qui 2. ad Timoth. c. 4. constanter enunciat, quod sibi reposita sit corona iustitiæ tandem reddenda à iusto Iudice: ex quo loco S. Anselmus apud Cornelium à Lapide in illud c. 4. vers. 8. n. 202. pag. 846. & alij alij apud eundem in c. 3. ad Philippen. vers. 11. pag. 617. & apud Suar. disp. 2. de spe, sect. 2. n. 7. pag. 409. col. 2. initio, colligunt, eum habuisse reuelationem de sua salute; & ita fuisse confirmatum in gratia, ut esset certus, quod nunquam deberet ab illa excidere; adhuc tamen sibi timuit de damnatione, & de reprobatione, ut patet ex 1. Cor. cap. 9. Ego sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cum aliis predicauerim, ipse reprobis efficiar. Et ad Philippen. cap. 3. Sequor autem, si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis: si quo modo comprehendam, &c. Et quantum non sit certum, quod S. Paulus habuerit reuelationem de sua salute, idque neget S. Gregorius lib. 6. epistola 22. ad Gregoriam, & apud Cornelium in c. 9. cit. 1. Cor. & ipse Cornelius ibid. & in c. 3. ad Philippen. & in c. 4. 2. ad Timoth. & quod asserit S. Paulus de reposita sibi corona probabilissimum sit, quod solum asserat ex testimonio, & fiducia suæ bonæ conscientie: sicut & asserit, quod bonum certamen certauit, & cursum consummauit, & fidem seruauit, ut notat ibi Cornelius. Si tamen id admittatur, rectè sumitur argumentum, quod simul cum reuelatione de futura beatitudine solum acquirenda per bona opera liberè facta, possit stare etiam timor de damnatione, si bona opera

FF 2 non

11. Reuelatio facta alicui, quod saluabitur per bona opera, secunda aliquos, non excludit timorem, ne forte damnentur.
12. Verù S. Paulus habuerit reuelationem de sua pradiſtinatione.

non fiant; & è contra, quòd simul cum reuelatione opposita de damnatione solum incurrenda per peccata liberè facta, possit etiam stare spes de acquirenda beatitudine, si peccata non fiant: & quòd quemadmodum reuelatio de beatitudine acquirenda per bona opera, rectè resoluitur in hanc conditionatam, & promissoriam: Omnino saluaberis, si bona opera feceris, & in illis perseueraueris. ita & reuelatio de damnatione incurrenda per peccata rectè resoluitur in hanc conditionatam, & comminatoriam: Omnino damnaberis, si peccaueris, & in peccatis perseueraueris.

13. Contra verò alij communiter in casu reuelationis alicui factæ, non per modum comminationis, sed per modum propheticæ prædictionis de sua damnatione absolute futura, dicunt multa, vt videre est apud Maiorem in 3. dist. 26. quæst. 3. pag. 54. col. 3. Bannes 2. 2. quæstione 22. art. 1. dub. 3. col. 804. Suar. tom. 2. de relig. lib. 1. de orat. cap. 15. num. 10. pag. 40. col. 2. & disp. 2. de spe, sect. 2. num. 8. pag. 409. col. 2. Primò enim, qui talem haberet reuelationem, non esset propterea immunis à seruandis præceptis, & à vitandis peccatis, vt saltem in Inferno minùs puniretur, & ad hunc finem etiam teneretur sperare à Deo auxilia gratiæ, & eaque petere per orationem, quæ est spei interpres, vt supra diximus ex S. Thoma: si enim esset immunis à seruandis præceptis, non peccaret illa transgrediendo; ac propterea non posset iustè damnari propter illorum transgressiones; & reuelatio conuinceretur fuisse falsa. Et quemadmodum præscientia Dei de peccatis futuris nihil immutat ad extra quoad obligationem illa vitandi; & idèd sunt verè peccata, quando postea fiunt: ita & prædictio, seu reuelatio. Vnde & S. Petrus, post factam sibi reuelationem à Christo, quòd eum esset negaturus, adhuc mansit obligatus ad non negandum; & idèd verè peccauit, quando negauit.

14. Deinde per illud iudicium, quod haberet in intellectu, quòd esset certò damnandus, non tolleretur illi libertas quoad exercitium positiuæ desperationis; nec cogeret exire positiuè in actum contrarium spei, abominando, & fugiendo beatitudinem vt consequendam, & obtinendam à Deo; sed ad summum tolleretur illi sola libertas, quæ dicitur quoad specificationem; & solum non posset æqualiter exire pro sua libertate in actum spei; sicut posset exire in actum desperationis: nam eo ipso, quòd menti occurreret absoluta, & certa non futuritio beatitudinis, desisteret omnino voluntas, & quodammodo repelleretur ab illa positiuè prosequenda, & expectanda à Deo per actum spei, vt supra diximus disp. 2. n. 22. Et cum ad rationem obiecti spei omnino pertineat aliqua credulitas futuritionis, vt ibi probauimus; eo ipso, quòd per reuelationem beatitudo certò creditur non esse futura, desinit contineri sub obiecto spei; & idèd non potest amplius sperari, vt futura per actum positiuum.

15. Solum ergo poterit quis stante huiusmodi reuelatione desperare negatiuè, id est, non elicere positiuè actum spei; siue voluntas ad hanc negationem se habeat solum indirectè, & tanquam non agens; siue etiam se habeat directè, & agat hoc ipsum, quòd est velle non sperare, vt ibi diximus: non autem poterit desperare positiuè, aut contrariè per actum abominationis, & fugæ à beatitudine, pro vt habenda à Deo, ex eo, quòd ipsi pro suis culpis non sit habenda. Neque de hoc actu desperationis positiuæ; sed solum de negatiua, debet intelligi S. Thomas quæst. 23. de verit. art. 8. ad 2. pag. 441. col. 4. vbi ex eo negat, posse Deum de potentia ordina-

ria reuelare alicui suam damnationem, quia cogeret eum non exire positiuè in actum spei; non autem quia cogeret positiuè exire in actum desperationis: & hic actus, si fortè eliciatur, semper est illi malus; neque excusatur, qui illum elicit, ex impotentia elicendi oppositum, cum semper habeat libertatem, & potentiam non elicendi ipsum, vt benè explicat Bannes 2. 2. quæst. 22. art. 1. dub. 3. citato, §. Ad 2. argumentum. col. 808. qui etiam rectè notat, idem esse, si reuelatio fiat specialiter, quòd aliquis damnabitur propter peccatum desperationis: quanuis enim huiusmodi reuelatio se ipsa destruat, & non sit admittenda, si per peccatum desperationis intelligatur desperatio negatiua, id est, carentia actus spei, cum hæc inducatur, vt necessaria, per reuelationem de damnatione: non tamen se ipsa destruit, si intelligatur desperatio positiuæ modo explicato, cum hæc etiam, stante reuelatione, possit non esse; & damnationem possit mereri, si verè sit.

16. Tertio, qui talem haberet reuelationem de sua damnatione, quanuis deberet se conformare diuinæ voluntati, & acceptare damnationem, vt iustè illatam ex suppositione culpæ; adhuc tamen licitè posset, ac deberet illam sibi simpliciter deprecari, petendo auxilia pro culpis vitandis; & conando pro viribus, vt reciperet non in vacuum huiusmodi auxilia; sed illis benè vteretur, & cum effectu, vt notat Suar. lib. 1. de orat. cap. 15. n. 10. et. Et quemadmodum Christus in horto rogauit Patrem, vt transiret ab eo calix, quem certò sciebat non transurum; eaque precatio solum fuit ex effectu quodam simplici, & inefficaci: ita & posset rogare, qui per reuelationem esset certus de damnatione. Et quia regulariter non teneretur interpretari huiusmodi reuelationem, vt factam ex præscientia, & vt propheticam prædictionem; sed solum vt comminationem, & vt prædictionem periculi; etiam deberet conari, vt simpliciter non impleteretur, sicut legimus Niniuitas fecisse ad prædictionem Ionæ, vt subdit ibidem Suar. & probat Maior in 3. dist. 26. quæst. 3. cit. concl. 6. & 7.

17. Vt verò vnico verbo indicemus, ex his duabus sententiis, quæ sit probabilior; & quid in vtraque sit probabilius dictum; & quomodo vtraque possit admitti: prima sententia, quòd etiam stante reuelatione facta alicui, quòd damnabitur, adhuc maneat illi obligatio sperandi à Deo beatitudinem, maxime videtur admitti debere in eo casu, in quo reuelatio sit solum comminatoria: quia tunc reuera solum periculum damnationis reuelatur, vt futurum; non autem ipsa damnatio: & ad illud vitandum, & ad ponendam salutem in tuto, verè manet obligatio assumendi media, & seruandi præcepta; & inter hæc etiam assumendi medium spei, & de facto sperandi, quando occurrit casus præcepti. Si verò reuelatio, siue exterior, siue interior, clarè appareat, quòd sit prædictio, & ex præscientia rei futura, solum videtur debere admitti prima sententia quoad obligationem seruandi præcepta, & inter hæc non desperandi desperatione positiuè contraria ipsi spei; non autem quoad obligationem positiuè sperandi, & expectandi à Deo beatitudinem: nam, quanuis prædictio damnationis saltem implicitè semper inuoluat etiam prædictionem culpæ, cuiusque libertæ, & voluntariæ, ex qua sola est securata damnatio; vtraque tamen est verè futura, si à Deo præuidetur, & prædicatur, quòd sit futura: & quanuis absolute possit non esse, manente adhuc libertate, & facultate sufficiente ad opposita; verè tamen vtraque erit, si à Deo prædicatur; & verè non erit vitatio culpæ, aut penitentia finalis, & ipsa salus. Et stante per

Reuelatio facta alicui, quòd damnabitur, non excusat illum à seruandis præceptis, & à vitandis peccatis.

Nec facit, vt actus positiuus desperationis sit illicitus.

Sed solum vt sit licita desperatio negatiua, id est, carentia actus sperandi.

Et qui habet talem reuelationem, adhuc posset saluacionem sibi à Deo precari afflicto aliquo simplici, & inefficaci.

Quid sit probabilius circa actum spei, stante reuelatione facta alicui, quòd damnabitur.

per prædictionem diuinam hac certitudine, quòd non erit, non potest amplius circa salutem, aut circa auxilia efficaciam gratiæ elici spes, vt iam ostendimus; sed solum potest, ac debet non elici desperatio contraria spei, quòd solum præcipuè intendit secunda sententia.

Nec quoad hoc est audiendus Bonac. disputatio 3. in præcepta Decalogi, quæstione 3. puncto 2. num. 4. §. Ego verò, pag. 161. col. 1. tom. 2. & aliqui alij apud ipsum, qui asserunt, in tali casu reuelationis non solum licere desperationem negatiuam; sed etiam positiuam: & eum, cui est facta reuelatio, non solum posse non sperare; sed etiam posse sine mortali peccato desperare; quia solum debet præbere assensum huic propositioni: Ego non saluabor. & stante hoc assensu non propterea imponitur illi necessitas ad desperandum positiuè: & si eliciatur hæc desperatio, liberè elicitur, & semper est peccatum mortale, vt diximus.

18. Et idem proportionaliter est dicendum de actu timoris, si fortè alicui fiat reuelatio, & prædictio de consequenda infallibiliter beatitudine per bona opera liberè facta, & per finale in illis perseuerantiam: positò enim quòd etiam hæc sit vera prædictio, non autem sola promissio, eo ipso, quòd per illam certò tollitur omnis credulitas damnationis futuræ, non potest amplius circa illam esse timor, cum etiam hic semper sit cum imaginatione, & expectatione mali futuri, & quòd existimetur non longè abesse, vt supra diximus disput. præced. n. 12. ex Aristotele 2. Rhetor. cap. 5. quæ tamen imaginatio, & expectatio esse non potest, si quis habeat oppositam certitudinem ex reuelatione diuina. Et hoc modo non est dicendus illam habuisse S. Paulus, si verè timuit de sua reprobatione, vt indicauimus paulò antè, & vt diximus disput. 2. n. 19. ex Trident. sess. 6. cap. 13. & can. 16. per solam reuelationem potest aliquis non timere, & esse omnino certus de sua salute.

19. Ex his verò, quæ diximus de spe, & desperatione pro casu reuelationis, quæ fiat alicui de sua damnatione, potest intelligi, quomodo non sequantur necessariò ex dicta reuelatione illæ absurditates, quas indicauimus n. 9. & quomodo non sint absurditates. Primò enim talis reuelatio, neque esset causa, neque occasio ex parte Dei, vt qui illam haberet, traderet se impudicitæ, & irrefrenatè rueret in omnia vitia: sed potius stante reuelatione, qui illam haberet, deberet à vitis se retrahere, & cautiùs agere, vt saltem minori supplicio puniretur: & ad hunc finem etiam Deus illum iuaret internis inspirationibus, & auxiliis verè sufficientibus, ac proinde sibi tantum deberet tribuere, suæque libertati, & prauitati, si secus ageret.

Deinde, quòd non possit se se amplius erigere per actum spei ad prosecutionem vltimi finis, per se, & maxime illi accideret ex propria culpa, ex qua sola haberet damnatio, vt esset futura, & vt verè posset prædici, & reuelari, vt futura; non autem per se accideret ex reuelatione, quæ solum auferret ignorantiam, & errorem oppositum, ex quo credebatur vltimus finis esse acquirendus, non obstante culpa, & cui soli poterat inniti actus spei, stante futuritione finalis impenitentia.

Et eadem ratione solum esset ex propria culpa, non autem ex Deo, quòd medium spei non posset ab illo assumi; & quòd fieret licita, & debita acceptatio separationis à Deo, & æternæ punitionis: si quidem vtraque hæc etiam à Deo nulli est volita, Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

nisi supposita culpa, & iuxta ordinem, & exigentiam diuinæ iustitiæ.

Neque illud, quòd est indicatum n. 8. quòd huiusmodi reuelatio iam habeatur de facto quoad damnationem Antichristi apud S. Paulum 2. ad Thessalon. cap. 2. est admittendum: quòd enim ibi dicitur homo peccati, & filius perditionis, solum significat, quòd sit futurus scelestissimus, & perditissimus, seu perdi, ac perire dignissimus, & quasi ex ipsa perditione progenitus ad se, & alios plures perdendos, & in æternam perditionem præcipitandos; vt ex S. Irenæo, & aliis exponit ibi Cornelius à Lapide n. 23. pag. 705. col. 1. non autem significat, quòd iam à Deo sit additus gehennæ; & hæc additio, aut damnatio iam sit declarata, & propheticè prædicta per S. Paulum, & vt notat idem Cornelius in cap. 2. ad Ephes. n. 5. in fine pag. 503. quando in sacris Litteris vox, filius, iungitur cum genitiuo vitij, aut virtutis; & dicitur, verbi gratia, filius inobedienciæ, diffidentia, misericordiæ, &c. significat, quòd sit valdè deditus tali vitio, aut tali virtuti; & ex ea quasi prognatus; eamque imitans, ac referens, vt proles matrem: quando verò eadem vox iungitur genitiuo peccati, aut præmij; & dicitur, v. g. filius ira, perditionis, gehennæ, lucis, regni, &c. significat, quòd sit dignus illa peccata, aut illo præmio: atque ita, quando dicitur Antichristus esse futurus homo peccati, solum significatur, quòd sit futurus scelestissimus; & quando dicitur, quòd sit futurus filius perditionis, significatur, quòd sit futurus dignissimus perditione; quæ certè non est reuelatio, aut prædictio prophetica damnationis futuræ; sed solum pronuntiatio condignitatis, vt damnetur, atque perdat, cum præsertim hæc vox, Antichristus, non sit nomen proprium certæ personæ; sed appellatiuum, & commune iis omnibus, qui sunt inimici, & contrarij ipsi Christo, eiusque doctrinæ, vt patet ex S. Ioanne epistola prima, cap. 2. Filij, sicut audistis, Antichristus venit: & nunc Antichristi multi facti sunt. Ex nobis prodierunt; sed non erant ex nobis, &c. Et tale nomen solum antonomasticè tribuere illi singulari personæ, quæ præcedet ante iudicium: quia erit Christo inimicissima, eiusque proprium nomen, & personale est adhuc ignotum, vt subdit Cornelius in cap. 2. cit. 2. ad Thessalon. n. 24. Et hinc vltèriùs fit, vt, quanuis haberetur vera prædictio, & reuelatio de damnatione Antichristi; adhuc tamen ille homo particularis posset illam ignorare, & non credere, quòd esset particulariter, & singulariter de ipso, vt notat Bannes 2. 2. quæst. 22. art. 1. dub. 3. cit. conclus. 1. in fine col. 806.

20. Reuelatio de damnatione Antichristi non habetur ex eo, quòd dicitur filius perditionis.

21. Vox, filius, quando inuenitur in scriptura cum genitiuo vitij, aut virtutis, vel peccati, aut præmij, quid significet.

DISPUTATIO VI.

De iis, quæ pertinent ad præsumptionem, quæ est alterum vitium oppositum spei secundum excessum, & immoderantiam actus sperandi.

- 1. Etiam præsumptio opponitur spei.
2. Vocabulum præsumptionis sumitur multipliciter.
3. Præsumptio quomodo opponatur virtuti magnanimitatis, & virtuti spei, & charitatis, & deo timoris.
4. Quomodo sit peccatum in Spiritum Sanctum.
5. Est intrinsecè mala.
6. Peccatum præsumptionis potest contingere plurius modis.

- 7. Et ex proprio genere est peccatum mortale; nec potest esse veniale ex parvitate materia.
- 8. Desperatio est grauius peccatum, quam praesumptio.
- 9. Misericordia magis per se conuenit Deo, quam iustitia.
- 10. Peccatum commissum sub spe venia, quomodo sit grauius.
- 11. Peccatum praesumptionis non semper est conuictum cum infidelitate.
- 12. Neque semper destruit habitum spei.
- 13. Quomodo praesumptio oriatur ex uana gloria, vel ex superbia.

1. Etiam praesumptio opponitur spei.

Quia spes ex propria ratione est circa bonum arduum prout possibile, & futurum per Dei auxilia, & virtutem, non solum illi opponitur desperatio, in quantum arduitatem reputat impossibilitatem, & diffidit virtuti Dei, tanquam minus sufficienti ad illam superandam, & ideo animo cadit, & recedit ab honestate spei, deficiente in proportione virtutis, & facultatis; sed etiam opponitur praesumptio; in quantum nimium fidit eidem virtuti; & quod reuera secundum illam est impossibile, & non futurum de lege ordinata, reputat possibile, & futurum, & animo ad illud erigitur per excessum, & immoderantiam spei; & recedit similiter ab hac honestate, dum excedit proportionem facultatis, & virtutis diuinæ, ex qua bonum arduum est acquirendum, vt supra indicauimus disp. 4. n. 1. ex S. Thoma 2. 2. quaest. 130. art. 2. Vnde, quemadmodum pluribus aliis virtutibus moralibus duo vitia sunt opposita, alterum per defectum, & alterum per excessum, vt, verbi gratia, liberalitati auaritia, & prodigalitas, & fortitudini timiditas, & audacia, & sic de aliis; ita & spei opponitur desperatio per defectum, & praesumptio per excessum.

2. Vocabulum praesumptionis sumitur multipliciter.

Sed, antequam explicemus ea, quae pertinent ad illius malitiam, tollenda est aequiuocatio, & deceptio, quae potest contingere ex multiplici acceptatione, & significatione vocabuli: vt enim bene notat Suar. disput. 2. de spe, sect. 3. n. 1. pag. 409. in fine, aliquando sumitur, prout refertur ad intellectum, & aliquando prout refertur ad voluntatem: & quatenus refertur ad intellectum, aliquando accipitur pro falsa aestimatione, quam aliquis habet de propria excellentia: quomodo dicitur Iudith. cap. 6. quod Deus humiliat praesumentes de se, & de sua virtute gloriantes: & aliquando pro falsa suspitione alicuius mali euentus futuri; quomodo dicitur Sap. 17. quod conscientia perturbata semper praesumit saeva: & aliquando pro ipsa coniectura, vel probabilitate, quae habetur ex aliquo manifesto, ad inuestigandum, aut iudicandum de aliquo alio occulto, quomodo praesumptionem definiunt Iurisperiti, quod sit verisimilitudo, aut coniectura probabilis, quae in re dubia facit vnam partem haberi pro vera, donec opposita pars aliunde probetur; eamque diuidunt in praesumptionem vehementem, seu violentam, probabilem, & leuem: eamque tradunt saepe haberi non solum ab homine, & a Iudice; sed etiam a Iure: & aliam dicunt esse Iuris tantum, vt quando Ius aliquid praesumit, vt verisimile in re dubia: & aliam esse Iuris, & de Iure; vt, quando idem Ius praesumit super aliquo, & vterius disponit ita esse existimandum, nec posse contrarium probari, vt notat Syluester verb. Praesumptio, ex Glossa in cap. 1. qui de sponsal. Panormit. & aliis. Quatenus verò significatio praesumptionis refertur ad voluntatem, aliquando accipitur in bonam partem pro excellenti fiducia, vt, quando Iudith 6. de Deo dicitur: Non

derelinquis praesumentes de te. & cap. 9. Exaudi me de tua venia praesumentem. & aliquando accipitur in malam partem pro appetitu, aut motu animi ad aliquid agendum supra vires, & supra facultatem agendi: siue quia sit contrarius, & excedat facultatem à Iure concessam, vt, quando verba legis expressè habent: Si quis praesumpserit legem transgredi, aut facere hoc, vel illud. siue, quia absolute sit supra vires, & supra virtutem executionem, vt, quando quis in materia fortitudinis, verbi gratia, est nimis audax, & temerarius, & plus fidit virtuti bellicae, quam verè debeat; & in materia honoris, excedit medium magnanimitatis, & plus praesumit de suis meritis, quam par sit, vt patet ex S. Thoma 2. 2. q. 130. art. 2. Et hac ratione in ordine ad voluntatem, accipitur praesumptio, prout opponitur spei theologicæ secundum immoderantiam, & excessum, quomodo de illa hic agimus: vt, si quis, verbi gratia, speret gratiam, & beatitudinem sine propria dispositione, & cooperatione, ex solis meritis Christi, vt volunt Lutherani; vel speret à seipso, & per solas vires naturæ sine auxilio gratiæ, vt volunt Pelagiani. Et quauis hoc vitium, quatenus respicit virtutem propriam ipsius praesumptuosi, aut praesumentis, & excedit illius proportionem, opponitur virtuti magnanimitatis, quae medium tenet in huiusmodi actibus, & solum operatur iuxta facultatem, & vires, vt notat S. Thomas 2. 2. quaest. 21. art. 1. & quaest. 130. art. 2. in quantum tamen respicit virtutem, & misericordiam Dei, & contra ordinem, & praescriptum diuinæ iustitiæ, & sapientiæ sperat veniam, verbi gratia, sine poenitentia, & beatitudinem sine meritis, rectè opponitur spei theologicæ, quae maxime, & principaliter innititur diuinæ virtuti; & sic praesumens facit illi grauem iniuriam, dum contemnit, & nihili facit illius ordinem, eamque reputat indebitè, & iniuste perducitur esse ad veniam sine poenitentia, & ad gloriam sine meritis: hoc enim est notabiliter illam diminuerè, vt loquitur S. Thomas quaest. 21. art. 1. cit. in respons. ad 1. non quidem in quantum diuinam virtutem consideratur quasi absolute, & in se, quomodo videtur maioris esse virtutis, & potestatis conferre gloriam sine meritis, sicut fuit collata animæ Christi, & veniam sine poenitentia pro sola voluntate, & arbitratu, sicut confertur paruulis in Baptismo: sed in quantum consideratur in Spiritum Sanctum, vt subdit S. Th. eod. art. 1. & q. 14. art. 2. & q. 130. art. 2. vbi etiam rectè notat in resp. ad 1. quod possit dici ratione materiae idem vitium praesumptionis etiam opponi charitati, in quantum contemnit aliquid diuinum, id est, diuinam iustitiam ex inordinata confidentia diuinæ misericordiae; vel potius opponi dono timoris, cuius est Deum timere, & reuereri; & praeterea opponi magnanimitati, in quantum absolute excedit proportionem propriae facultatis, vt iam diximus: & ex eodem S. Thoma 2. 2. quaest. 21. artic. 3. oppositio, quam habet praesumptio ad spem, est magis directæ, & magis propria, quam illa, quam habet ad timorem: quia tam spes, quam praesumptio, sunt profectio; & ideo vtraque continetur sub eodem genere proximo, & sub illo maxime distant à se inuicem, quod

3. Praesumptio quomodo opponitur virtuti magnanimitatis, & virtuti spei, & dono timoris.

4. Et quomodo sit peccatum in Spiritum Sanctum.

5. Est intrinsecè malum.

6. Peccatum praesumptionis potest contingere pluribus modis.

quod est proprium contrariorum, cum spes sit profectio beatitudinis ordinata; & praesumptio sit profectio inordinata: quod non accidit respectu timoris, cum praesumptio sit actus profectiois, & timor sit actus fugæ; & ideo non contineantur, nisi sub eodem genere remoto; & tam illa, quam hic, sint actus voluntatis, & solum sub hoc genere à se inuicem distent; & illa sit profectio, & hic sit fuga. Et quauis hæc oppositio sit magis manifesta, & illa prior praeserferat quandam speciem maioris conuenientiae, & similitudinis; non tamen propterea hæc est dicenda oppositio simpliciter maior, si per maiorem intelligitur magis directæ, & magis propria, non autem solum magis apparens: sic enim accidit etiam in aliis virtutibus, cum quibus vnum vitium oppositum videtur habere maiorem conuenientiam, & aliud maiorem contrarietatem, vt notat S. Thomas ibi. ex S. Augustino lib. 4. contra Iulian. cap. 3. tom. 7. & ex Aristotele 2. Ethic. cap. 8. cum tamen hæc contrarietas sit solum apparens; non autem vera: & sic contingit in astutia respectu prudentiae, in audacia respectu fortitudinis, & in insensibilitate respectu temperantiae, quae reuera magis proprie, & directè opponuntur suis virtutibus, quam ipsidem opponantur alia vitia, v. g. temeritas, & timiditas, intemperantia, cum illa magis apparenter sint conuenientia; & hæc sint magis apparenter contraria.

His autem positis, certum est, quod praesumptio, in quantum opponitur spei theologicæ per immoderantiam, & excessum sperandi supra virtutem, & supra ordinem diuinæ sapientiæ, & iustitiæ, est peccatum, cum etiam ipsa se habeat conformiter ad intellectum falsum, sicut & desperatio, vt patet ex S. Thoma 2. 2. q. 130. art. 2. nam, sicut motus desperationis dicitur conformis intellectui falso de diuina misericordia, in quantum quis ideo desperat, quia diffidit, posse se assequi beatitudinem per diuinam misericordiam, & bonitatem, & sic grauitè illam lædit, & est intrinsecè malus: ita & motus praesumptionis est conformis intellectui falso de diuina sapientia, & iustitia, eamque grauitè lædit, quia confidit, posse se assequi veniam, & beatitudinem sine mediis à Deo praescriptis, id est, sine poenitentia, & sine meritis; & conuenienter etiam ipse est intrinsecè malus. Atque hac de causa in sacris Literis absolute reprehenditur praesumptio, vt mala, vt patet Ecclesiastici 18. vbi de Deo dicitur, quod vidit praesumptionem cordis humani, quoniam mala est. & Iudith, cap. 6. quod humiliat praesumentes de se. Et idem ostenditur facta inductione per eos modos, quibus contingit peccari per vitium praesumptionis, vt notat Suar. disp. 2. de spe, sect. 3. n. 2. pag. 410. col. 1. vt, si quis, verbi gratia, speret veniam, & beatitudinem, non per auxilia gratiæ; sed ex libero arbitrio, & ex propriis viribus, vt volunt Pelagiani, & patet ex Tridentino sess. 6. de inst. can. 1. vel speret hæc eadem, non per media à Deo praescripta, qualia sunt poenitentia, & merita facta ex gratia; & hæc putet non esse necessaria, vt volunt Lutherani, & patet ibidem, can. 2. vel, si eodem modo speret à Deo auxilium aliquod ad malum, verbi gratia, ad expletionem concupiscentiæ per actum fornicationis, vel ad expletionem iræ, & appetitus vindictæ per actum homicidij, sicut sperat quodcumque bonum, vt voluit Caluista, qui Deo æqualiter tribuant conditionem Iudæ, & conuersionem S. Pauli, vt patet can. 6. vel, si speret esse pro se inuertendam legem Dei ordinariam, & se, verbi gratia, tantam gratiam, tantamque gloriam esse assecuturum, quantam est assecuta Beatissima Virgo: vel

denique, si veniam peccatorum, & gloriam faciat sibi multò faciliorem, ac certioram, quam verè sit; & ideo perseueret in peccatis, quia sperat in fine vitæ certò se veniam petiturum, & impetraturum: hæc enim omnia sunt ex se grauius, & magna ex parte continent etiam hæresim, & errorem contra fidem, si formaliter fiant ex dictamine, quod includunt, vel saltem virtualiter, & interpretatiuè; & quatenus excludunt, vel tollunt, aut impediunt adiutorium Spiritus Sancti, sunt etiam peccata in Spiritum Sanctum, vt iam indicauimus: & ideo ex proprio genere, & ex proprio obiecto sunt peccata mortalia; neque possunt esse venialia ex parvitate materiae, sed solum ex indeliberatione, & imperfectiōne actus, vt notat Sanch. lib. 2. in Decal. c. 33. n. 7. Bann. 2. 2. q. 21. art. 2. dub. 2. Val. 2. 2. disp. 2. q. 3. puncto 2. §. Primo, dico. col. 5 12. Reginal. in praxi, lib. 17. n. 88. pag. 35. Bonac. circa primum præceptum Decal. disp. 3. quaest. 3. puncto 1. n. 5. pag. 160. tom. 2. & alij. Et facile potest in illo assignari duplex illa ratio, quae reperitur in omni peccato mortali, id est, conuersio ad bonum commutabile, & auersio à bono incommutabili: vt enim patet ex S. Thoma 2. 2. quaest. 21. art. 1. ad 3. quatenus praesumptio est appetitus inordinatus proprii boni, est conuersio ad bonum commutabile; & quatenus tribuit diuinæ virtuti, quod illi non conuenit, eamque reputat dare gratiam, & gloriam modo indebito, & contra præscriptum diuinæ iustitiæ, & sapientiæ, id est; sine propria cooperatione, & sine meritis, ab illa aueritur; & est auersio à bono incommutabili.

Sed, si peccatum praesumptionis conferatur quoad grauitatem malitiæ cum peccato desperationis, grauior est desperatio, quam praesumptio ex S. Thoma 2. 2. quaest. 21. art. 2. in fine corp. quia desperatio est directè contra diuinam misericordiam, & bonitatem, eamque lædit, dum desperat auxilia, & bona supernaturalia ab impotente, aut nolente illa conferre: praesumptio verò est directè contra iustitiam, cuius ordinem ipernit, dum veniam, & salutem desiderat, & expectat absque bonis operibus. Et certum est, quod misericordia, eiusque actus, qui est misereri, & parcere, est Deo magis proprius, quam actus iustitiæ, qui est punire, vt subdit S. Thomas ibi, cum ille conueniat Deo secundum se, & habita ratione eorum; quae per se conueniunt creaturæ, quasi essentialiter, & intrinsecè indigenti, & defectibili: hic verò solum conueniat secundum nostram peccata, & habita ratione eorum, quæ creaturæ conueniunt solum per accidens, & praeter, vel etiam contra ipsius naturam, in quantum est rationalis.

Et ex eodem principio, quod directè lædatur diuinum aliquod attributum, grauior est praesumptio, qua speratur à Deo auxilium ad patrandum aliquod malum; & illa, qua speratur gratia, & gloria, non per media iam praescripta; sed, vt debita viribus, & meritis naturalibus huius, aut illius, verbi gratia, nobilitati, doctrinæ, potentiae, &c. vt notat Suar. disp. 2. de spe, sect. 3. n. 3. quia prior notabiliter lædit, aut tollit diuinam sanctitatem; & posterior peruertit diuinam sapientiam, & prouidentiam; & absolute diminuit diuinam virtutem, vt loquitur S. Thomas quaest. 21. cit. art. 1. ad 1. & art. 2. ad 2. Et sensus est, quod qui hoc modo praesumit gratiam, & gloriam, verbi gratia, vt debitam suis meritis, & dotibus naturalibus, & non secundum ordinem diuinæ iustitiæ, quae in reddendis poenis, ac premiis habet rationem demeritorum, & meritorum, neque aliter illa reddit; simul facit Deum minorem, quam verè sit, id est, minoris iustitiæ, ac rectitudinis; &

7. Ex proprio genere est peccatum mortale, nec potest esse veniale ex parvitate materiae.

8. Desperatio est grauius peccatum, quam praesumptio.

9. Misericordia magis per se conuenit Deo, quam iustitia.

seipsum facit maiorem, id est, maioris dignitatis, & excellentiæ, vt bene notat Toletus lib. 4. cap. 7. n. 5. & in quantum facit Deum minorem, grauius peccat, quam si tantummodo faceret seipsum maiorem.

10. Et idem est, si quis ita præsumat de diuina misericordia, vt contemnat diuinam iustitiam; & idem sub spe veniæ facilius, & certius impetrandæ in fine vitæ, peccat liberius, & diutius perseueret in peccatis; nam, quanuis peccare hic, & nunc sub spe veniæ, & cum proposito postea penitendi, & deinceps peccata vitandi, non sit præsumptionis, & peccatum potius diminuat, cum arguat voluntatem minus firmatam ad peccandum, vt patet ex S. Thoma quæst. 21. art. 2. cit. in responsione ad 3. peccare tamen cum proposito perseuerandi in peccato sub spe veniæ, & cogitare diuinam misericordiam vsque ad contemptum diuinæ iustitiæ, omnino pertinet ad præsumptionem, & peccatum non parum auget, vt patet ex eodem S. Thoma ibidem; & rectè numeratur inter peccata in Spiritum Sanctum, vt idem habet quæst. 14. art. 2. & quæst. 163. art. 4. ad 3. & in 2. sent. dist. 22. quæst. 1. art. 3. ad 5. & omnes communiter: quanquam Azor. part. 1. lib. 9. cap. 2. quæst. 7. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 7. rectè addat, tunc solum peccare specialiter eum, qui differt vsque ad senectutem, vel vsque ad finem vitæ penitentiam de peccatis, quando vrgit specialiter præceptum, & obligatio penitendi; & etiam tunc non peccare, si proprie loquamur, contra virtutem spei, & peccato præsumptionis; sed solum contra præceptum penitendi, cum reuera non speret gratiam, & gloriam sine penitentia, & sine meritis, vel non per media à Deo præscripta, & in peccato quam debeat, nec curet illa exhibere, quando debet ex propria ipsorum obligatione.

Negari tamen non potest, quin, si aliquis certò, & temerè sibi persuadeat, se esse prædestinatum, & sic inducat ad volendum peccare sine termino, & quando vixerit; & nihil timeat diuinam iustitiam, verè peccat peccato præsumptionis, quoties elicit actum spei de obtinenda gratia, & gloria in fine vitæ, non obstante perseuerantia voluntaria in peccatis vsque ad illud tempus, vt notat Bannes 2. quæst. 21. art. 2. dub. 4. in fine, cum verè habeat immoderantiam spei; & hæc sit præsumptio, & notabiliter mala, vt pote causa peccandi, & in peccato perseuerandi.

11. Quod si quaeras, vtrum præsumptio semper sit cum errore in fide, & cum hæresi, verbi gratia, Pelagianorum, quod gratia, & gloria possit acquiri per vires naturæ, neque sit opus auxilio gratiæ; vel cum hæresi Lutheranorum, quod possit acquiri sine bonis nostris operibus; vel cum hæresi Caluiniistarum, quod Dei auxilium sit æqualiter necessarium ad malum patrandum, atque ad bonum peragendum: respondet Bannes 2. 2. quæst. 21. art. 2. dub. 1. Suar. disp. 2. de spe, sect. 3. num. 3. Valent. 2. 2. disp. 2. quæst. 3. punct. 2. S. Et sicur. col. 513. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 33. num. 8. Reginald. lib. 17. num. 87. pag. 35. tom. 2. Tolet. lib. 5. cap. 7. num. 5. pag. 395. & alij, semper esse cum hæresi, & cum errore in fide, quando est cum actuali, & formali iudicio iam indicato, vel cum alio simili contra fidem: & in tali casu semper est duplex peccatum, & tanquam duplex, est confitendum, vt notat Sanchez, id est, peccatum infidelitatis, & peccatum præsumptionis; id tamen absolute non est necessarium: & idè peccatum præsumptionis potest absolute contingere sine errore in fide: potest enim quis ita tendere per

actum voluntatis in beatitudinem, & ita negligere auxilia gratiæ, & bona opera, ac si beatitudo reuera posset haberi sine illis; & potest ita mente retinere, quasi speculatiuè, dictamina fidei, vt tamen practice illis non vtatur; & ita se gerat, ac si haberet dictamina opposita. Et præterea potest quis retinere in genere, & in vniuersali dictamina fidei, & putare in particulari, quod Deus cum illo sit vsurus priuilegio aliquo speciali: in quo casu erit similiter præsumptuosus, & peccabit peccato præsumptionis contra præceptum de bene, & ordinate sperando; non autem erit infidelis, neque peccabit contra præceptum credendi. Et idem est, si quis propter spei immoderantiam differat penitentiam, & perseueret in peccatis vsque ad finem vitæ: quod similiter potest contingere sine errore in fide.

12. Et per hæc peccata præsumptionis tunc solum amittitur habitus spei ex eodem Suar. sect. 3. citata, num. 4. & Bannes art. 2. cit. dub. 4. quando sunt coniuncta cum infidelitate; siquidem spes non potest consistere sine fide: & quando destruitur obiectum formale, & proprium spei: vt, verbi gratia, si quis speret tantum bona temporalia; & nihil curet, aut cogitet de bonis supernaturalibus; vel, si illa speret non secundum ordinem diuinarum promissionum, quibus spes supernaturalis, & insula maximum nititur: siquidem, qui hoc modo se habet, est maxime indispositus, vt possit elicere actum spei: & idè non est, quod dicitur retinere habitum. Communiter tamen peccata præsumptionis, pro vt solum practice, & in actu exercito, excludunt auxilia gratiæ, & debitum ordinem à Deo præscriptum, non destruant habitum spei, vt subdit ibidem Suar. quia illi non opponuntur, nisi imperfectè: & qui hoc modo præsumit de suis viribus, aut de diuina misericordia; & adhuc retinet principia fidei, quæ est substantia, & fundamentum rerum sperandarum; non est inhabilis, & indispositus, vt possit modo debito elicere actus spei; & idè neque est, quod dicitur amittere habitum.

13. Quo autem modo præsumptio oriatur ex inani gloria, vel ex superbia, videri potest apud S. Thomam 2. 2. quæst. 21. art. 4. quatenus enim innititur propria virtuti, & aliquid attendat, vt sibi possibile, quod verè est supra vires; omnino oritur ex inani gloria: siquidem ex hoc, quod aliquis inordinate appetit gloriam, facile illam capiat, attendendo aliquid etiam supra vires. Et hoc modo S. Gregorius lib. 31. Moral. cap. 31. inter filias inanis gloriæ ponit præsumptionem nouitatum, quæ, scilicet, communiter habent maiorem admirationem, & idè maiorem gloriam refundunt in authorem: quatenus verò præsumptio inordinate innititur diuinæ misericordiæ, & potentiæ, & sperat se consequi gloriam sine meritis, & gratiam sine penitentia, maxime oritur ex superbia, per quam aliquis tanti se æstimat, vt etiam peccantem Deus non puniat, & etiam immerentem à gloria non excludat.

DISPUTATIO VII.

Quomodo probetur, quod charitas sit aliquid creatum, & vera amicitia hominis cum Deo.

- 1. Vocabulum charitatis sumitur multipliciter.
2. Præceptum charitatis est præambulum ad præcepta Decalogi.
3. Charitas, qua diligimus Deum, & proximum, est quid

- quid creatum; non autem ipsa persona Spiritus Sancti.
4. Charitas, & dilectio actualis non est solum à Spiritu Sancto, sine habitu charitatis infuso.
5. Charitas est vera, & propria amicitia hominis in se cum Deo.
6. In quo consistat amicitia proprie dicta.
7. Quomodo amicitia semper fundetur in aliqua communicatione.
8. Quomodo aequalitas sit necessaria in omni amicitia.
9. Et saluetur etiam in amicitia, quæ est cum Deo per charitatem.
10. Quomodo amicitia cum Deo fuerit cognita ab Aristotele.
11. Quomodo Deus nos amet propter seipsum.
12. Quomodo amicitia charitatis se extendat ad inimicos, & ad peccatores.
13. Præter charitatem supernaturalem erga Deum datur etiam charitas naturalis.
14. Etiam charitas naturalis potest appellari amicitia cum Deo.
15. Quamuis aliqui oppositum asserant.
16. Naturaliter potest cognosci, quod Deus sit primum efficiens, & vltimus finis rerum omnium.

1. Vocabulum charitatis sumitur multipliciter.

TIAM charitas multipliciter sumitur in sacris Litteris: neque tamen secundum omnes acceptiones est quid præambulum ad præcepta Decalogi: & idè neque debemus secundum omnes acceptiones de illa agere: nam primum sumitur pro ipso Deo, qui est obiectum illius, saltem primarium; & primum efficiens, & vltimus finis nostri amoris, & charitatis; & absolute primus, qui nobis est charus per charitatem supernaturalem, & ipse sibi essentialiter est charitas, sicut est sua bonitas, & sua iustitia; & personaliter ipse Spiritus Sanctus est amor, & charitas, cum procedat à Patre, & Filio per amorem. Et hoc modo dicitur 1. Ioan. 4. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet. Deinde sumitur pro ipso actu habendi aliquem charum, eumque diligendi, quomodo Ieremie 31. loquitur Deus, in quantum nos diligit, & habet charos: Charitate perpetua dilexi te. Et nos vicissim communiter dicimus charitate Deum diligere: & ex S. Augustino lib. 3. de Doctrina Christiana, cap. 10. tom. 3. nostra charitas definitur esse motus animæ ad fruendum Deo propter ipsum. Et denique sumitur pro habitu, & virtute supernaturali, & infusa ad eliciendum huiusmodi actum, & ad operandum per actum amoris circa huiusmodi obiectum: quomodo dicitur ad Rom. 5. Charitas Dei affusa est in cordibus nostris, & 1. Corin. 13. Manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. Et de illa his postremis modis accepta, agunt Scholastici cum Magistro in 3. disp. 27. & seqq. vsque ad 37. & cum S. Thoma 2. 2. à quæst. 23. vsque ad 44. & eius præcepta rectè numerantur inter præambula ad præcepta Decalogi, vt patet ex S. Thoma 1. 2. quæst. 100. art. 3. ad 1. & 2. quæst. 44. art. 1. ad 3. cum sint quasi prima principia, ex quibus dependet illorum omnium observatio; & ipsa vnio cum Deo, quæ fit per charitatem, sit finis vltimus omnis præcepti, iuxta illud 1. ad Tim. cap. 1. Finis præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bonâ, & fide non ficta. & idè inter præambula post fidem, & spem debemus agere etiam de charitate.

3. Siue autem loquamur de charitate secundo modo accepta pro actuali dilectione ipsius Dei, & pro actu secundo, quo illum habemus charum, siue de

charitate accepta tertio modo pro immediato principio talis dilectionis, & pro actu primo talis actus secundi; supponendum in primis est ex S. Thoma 2. 2. quæst. 23. art. 2. & omnibus communiter, eam esse aliquid creatum, & inherens in anima; non autem ipsam personam Spiritus Sancti in nobis inhabitantis, vt voluit Magister in 1. dist. 17. certum enim est, quod dilectio, qua actualiter, & formaliter diligimus Deum est verè, & realiter actus vitalis à nostra voluntate elicitus; & vt habet S. Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 10. cit. tom. 3. est verus animi motus ad fruendum Deo propter seipsum, & verissima affectio animi, qua Deum diligimus, & quæ coniungit nos Deo, vt idem habet lib. de moribus Ecclesie, cap. 12. quæ tamen omnia non possunt dici de ipsa persona Spiritus Sancti, quæ neque elicitur à nobis vitaliter; neque formaliter est motus, aut affectio nostri animi, vt ex se patet. Vnde, quanuis actualis, & formalis dilectio, qua Pater, & Filius in diuinis se inuicem amant, & qua amant etiam nos, sit ipse Spiritus Sanctus, qui etiam dicitur amor productus: dilectio tamen formalis, & actualis, qua nos vicissim diligimus Deum, & proximum, non est formaliter, & realiter ipse Spiritus Sanctus. Et quod dicitur 1. Ioan. 4. Deus charitas est. vel, vt legit S. Augustinus lib. 8. de Trinit. cap. 7. & 8. tom. 3. Deus dilectio est. eodem modo dicitur ex eodem S. Augustino lib. 15. de Trinit. cap. 17. quo dicitur: Deus spiritus est. Sicut tamen non hinc sequitur, quod Deus sit omnis spiritus; & quod sit etiam ille, qui est anima rationalis, aut Angelus: ita nec inde sequitur, quod sit omnis charitas, & omnis dilectio, etiam illa, qua nos diligimus Deum, aut proximum. Et sicut ex eo, quod dicitur: Deus est bonitas, & sapientia per suam essentiam, non sequitur, quod bonitas, & sapientia, qua etiam nos dicimur boni, & sapientes, sit ipsa diuina essentia, & ipse Deus; sed solum, quod sit quedam participatio Dei, & diuina essentia; & idem attributum bonitatis, & sapientia, quod per essentiam, & illimitatum conuenit Deo, conueniat etiam nobis per participationem, & limitatum: ita ex eo, quod dicitur: Deus est charitas, & dilectio per essentiam, non sequitur, quod etiam nostra charitas, & dilectio sit ipse Deus; sed solum quod sit quedam participatio charitatis, & dilectionis, quæ est Deus, vt bene explicat S. Thomas 2. 2. quæst. 23. art. 2. cit. ad 1. Et in hoc sensu debent intelligi similes locutiones, quæ non semel leguntur apud S. Augustinum, & præsertim in libris de Trinit. ex quibus Magister sumpsit occasionem errandi, vt subdit S. Thomas ibid. quia enim fuit imbutus doctrinis Platoniorum, non debet mirum videri, si etiam sit aliquando secutus eorum modos loquendi, & nostram dilectionem absolute significauerit esse ipsum Deum, aut ipsam dilectionem, quæ est Deus, & Spiritus Sanctus; cum tamen reuera solum sit participatio quedam illius. Et hoc eodem modo sunt intelligendi alij Patres, si quando vsurpent similes locutiones, vt S. Cyrillus lib. 9. in Ioan. cap. 24. & S. Bern. epistola 11. & alij similiter affueti doctrinis Platoniorum.

Sed quanuis Ocham, & Marfil. & alij alij ex veteribus Scholasticis in hoc sensu interpretentur sententiam Magistri, vt voluerit ipsam nostram charitatem, & dilectionem actualem, qua diligimus actualiter Deum, & proximum, esse ipsum Spiritum Sanctum: verè tamen non hæc fuit Magistri intentio, vt notat S. Thomas quæst. 23. art. 1. cit. sed solum, quod actus, seu motus nostræ dilectionis sit imme-

Dei, & proximum, est quid creatum; non autem ipsa persona Spiritus Sancti.

diatè à Spiritu Sancto, non autem mediante aliquo habitu supernaturali infuso, sicut sunt alij actus, verbi gratia, fidei, aut spei: expressè enim concedit Magister, quòd nostra charitas dicatur charitas Dei *ad Roman. 5.* quia Deus per illam nos faciat dilectores sui: sicut & nostra iustitia, & fides, & salus dicitur iustitia, & fides, & salus Dei, aut Domini, *Psal. 18. & 31. & ad Galat. 2.* quia Deus per illam nos facit iustos, & fideles, & saluos: & eodem modo nostram charitatem concedit esse affectionem, & motum animi; quia per eam à Deo moquetur, & afficitur animus ad diligendum ipsum Deum, & proximum.

Et denique expressè habet, quòd alios actus, & motus virtutum operatur Spiritus Sanctus median- tibus virtutibus, quarum sunt actus, vt actum fidei, fide media, & actum spei, media spe: diligendi. autem actum operatur tantum per se sine medio ali- cuius virtutis.

4. Charitas, & dilectio actus, non sit ex habitu inhaerente, & superaddito; sed immediatè, & solum à Spiritu Sancto, non est admittenda sententia Magistri; & meritò censetur hoc tempore esse temeraria, & erronea, & hæresi proxima; imò & hæretica, & contra fidem, vt videre est apud Suarez *disp. 3. de charit. sect. 1. num. 1.* & apud Bannes *2. 2. quæst. 23. art. 2. dub. 1. conclus. 1.* & Valent. *2. 2. disput. 3. quæst. 1. puncto 1. §. 2. vers. Sed assertio nostra.* & §. 3. in istis: quauis olim ab aliquibus admitteretur, vt proba- bilis, & tuta sufficienter, vt notat Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 3. quæst. 3.* dum enim *1. Corin. 13.* asserit S. Paulus, quòd maneat charitas, sicut manet fides, & spes, satis declarat, quòd etiam charitas sit qualitas, & habitus permanens, & superadditus, sicut est fides, & spes: & *ad Roman. 5.* dum asserit, quòd charitas sit diffusa in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, satis illam distinguit à Spiritu Sancto, tanquam aliquid infusum, aut dis- fusum ab infundente, & diffundente, & per conse- quens tanquam effectum, & donum à causa, & do- nante. Et hunc esse verum sensum, & veram intel- ligentiam huius loci, non debet reuocari in du- bium, cum in Concilio Arausicano *ca. 4. & 6.* al- ludendo ad illud definitur, iustificationem fieri per infusionem Spiritus Sancti: & clarius *ca. 25.* Spi- ritum Patris, & Filij, quem amamus, cum Patre, & Filio diffundere charitatem in cordibus nostris: & in Tridentino *sess. 6. cap. 7. de iustific. merito san- ctissimæ Passionis Christi charitatem Dei diffundi in cordibus eorum, qui iustificantur, istque inhære- re, & in iustificatione hæc omnia simul infundi, & simul accipi fidem, spem, & charitatem: & can. 11.* anathema iis dicatur, qui asserint, homines iu- stificari absque eo, quòd gratia, & charitas per Spi- ritum Sanctum diffundatur in cordibus eorum, ist- que inhaereat: ac proinde non est dubitandum, quòd etiam charitas sit aliquid inhaerens in anima; non autem ipsa persona Spiritus Sancti quasi assi- stens. Et potest addi etiam Concilium Viennense, quod refertur *Clement. unic. §. Ad hoc Baptisma. de summa Trinit.* ubi approbatur illa sententia Theo- logorum, quæ asserit, etiam paruulis in Baptismo infundi informantem gratiam, & virtutes; non qui- dem quoad vltimum pro illo tempore, cuius paruuli sunt incapaces; sed quoad habitum: similiter enim ex hoc loco habetur, quòd etiam charitas sit virtus informans, quæ generaliter infunditur in omni iu- stificatione, tam adultorum, quam paruulorum, vt iam retulimus ex Conciliis Arausicano, & Triden- tino. Et hoc idem clarè asserunt etiam Sancti Pa-

tres, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, & Gre- gorius, quos refert Valent. *2. 2. disp. 3. de charitate, quæst. 1. puncto 1. §. 2. vers. Tertio probatur ex Patri- bus. col. 531.* Et ratio est ex S. Thoma *2. 2. quæst. 23. art. 2. cit.* quia charitas actualis, seu motus, & actus secundus charitatis, non est à voluntate, tanquam ab instrumento, quod solum sit motus à Spiritu Sancto, & solum passiuè ad illum se habeat, sicut se habent instrumenta artium ad suos artifices: neque est ab illo, tanquam à principio necessario, in cuius potestate non sit illum elicere, & non elicere; sed est tanquam à principio intrinseco principali, & li- bero, cum essentialiter sit actus voluntarius, & idè essentialiter sit à principio intrinseco; & in hac vi- ta sit meritorius, imò & radix meriti per alios actus virtutum, vt dicitur *1. 2. quæst. 114. art. 4.* & idè sit à principio libero, & habente in sua potestate illum elicere, & non elicere. Debet ergo in ipsamet vo- luntate esse intrinseca virtus actiua, & elicitiua principalis, qualis est ipse habitus, & forma infusa, non autem debet huiusmodi virtus se habere ad vo- luntatem solum extrinsecè, qualis est ipsa persona Spiritus Sancti: quauis enim aliquid non con- stituitur per eam formam, cui sit connaturaliter proportionata, & debita aliqua operatio, non potest dici, quòd eam contineat, & aringat, tanquam causa principalis, & sola adiunctio agentis extrin- seci: potest quidem constituere aliquid in ratione instrumenti, & facere, vt instrumentaliter aringat effectum per actualem motionem, quam illi com- municat, vt patet in artifice, quando adiungitur, verbi gratia, ferræ: non tamen potest constituere in ratione causæ principalis: sic enim S. Thomas *3. part. quæst. 62. art. 1.* causam instrumentalem vni- uersaliter affirmat eam esse, quæ non agit in virtute suæ formæ, & ad quam si compararetur effectus, pro- ut ipsa iam intelligitur constituta in aliquo esse per aliquam formam, intelligitur illam excedere, & esse illa perfectior, vt pluribus explicatur in *Physicis*, dum tractatur de instrumento, & de causa instru- mentali *circa text. 31. libri 2. Physic.* & talis sine dubio esset dilectio, & charitas actualis, si voluntas ad illam compararetur secundum suum esse natu- rale tantummodo, & solum extrinsecus haberet ad- iunctam personam Spiritus Sancti; non autem re- ciperet formam, & habitum supernaturalem infu- sum, eumque haberet intrinsecè sibi inhaerentem, per quem constitueretur in esse supernaturali, cui esset debita, & proportionata talis operatio: pro- fus enim se haberet, sicut se habet, verbi gratia, se- ctio ligni, & opus artificiosum ad ferram, quando intelligitur solum extrinsecus habere adiunctam virtutem artificis, vt patet consideranti. Atque hoc est, quod intendit S. Thomas *2. 2. quæst. 23. artic. 2. cit.* dum asserit, nullum actum perfectè produci ab aliqua potentia actiua, nisi sit ei connaturalis per aliquam formam, quæ sit principium actionis; & idè Deum, qui omnia mouet ad debitos fines, sin- gulis rebus indere formas, per quas inclinentur ad fines sibi præstitutos; & sic disponere omnia sua- uiter, vt dicitur *Sap. 8.* & actum charitatis, quia est supernaturalis, & excedit naturam potentie vo- luntatis, fore ab illa minùs perfectè, quam sint actus naturales, aut morales à suis potentiis, & vir- tibus, nisi etiam ipsi esset superaddita aliqua for- ma, per quam ad illam inclinaretur: sensus enim est, quòd esset à voluntate solum, vt ab instrumento extrinsecus moto à Spiritu Sancto; non autem es- set tanquam à causa principali; qui modus est sine dubio minùs perfectus. Et cum dilectio actualis eliciatur maximè promptè, & maximè delectabili-

ter, omninò arguit ex hoc etiam capite formam ali- quam habitualem superadditam voluntati, vt idem subdit, cum communitè huiusmodi promptitudo, & delectatio in agendo, in aliis omnibus non ha- beatur, nisi ab habitu. Et ex his rectè concludit, quòd dependentia charitatis, & dilectionis actualis à solo Spiritu Sancto extrinsecus assistente, & operante, quam Magister Sententiarum maximè posuit propter excellentiam charitatis supra alios actus virtutum, potius credit in illius detrimentum, cum reuera ostendat, quòd minùs perfectè procedit à voluntate, & cum minori inclinatione, & delecta- tione intrinseca, cum non procedat tanquam à cau- sa principali, & libera; sed solum tanquam ab in- strumento; & non procedat ex habitu, qui est, & operatur quasi altera natura; sed solum ex motione agentis extrinseci, & Spiritus Sancti.

5. Charitas est

Posito autem, quòd charitas, tam actualis, quam habitualis, sit aliquid creatum, & inhaerens in ani-

ma, vt vltèrius explicetur, quid tandem sit; dica- dum est cum S. Thoma *2. 2. q. 23. cit. art. 1.* eam esse veram, & propriam amicitiam hominis iusti cum Deo: sic enim Christus Dominus *Ioan. 15.* ratione illius amicos dixit ipsos Discipulos: *iam non dico vos seruos, sed amicos meos.* Et paulò post: *Vos amici mei estis.* Et *Iacobi 2.* de Abraham dicitur, quòd ami- cus Dei appellatus sit. & *Sap. 7.* de iis, qui vtruntur sapientia, quòd fiant participes amicitie Dei: & *Psal. 138.* quòd Deus nimis honorificet suos amicos: & in Tridentino *sess. 6. cap. 10.* quòd homines per iustificationem fiant amici, & domestici Dei. Neque est, quòd hæc loca intelligantur de amicitia solum improprie, & metaphoricè accepta, sicut in- telliguntur loca alia, in quibus dicuntur, verbi gra- tia, iidem iusti esse ædificatio, & agricultura Dei, & tēpla Spiritus Sancti, *1. Cor. 3.* *ei agricultura estis. Dei ædificatio estis.* & paulò post: *Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Sanctus habitat in vo- bis.* Et iterum: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* & *2. Cor. 6.* *Pos enim estis templum Dei vini.* &c. Contra enim est: quia verba Scripturæ tunc solum sunt detorquenda ad tropos, & ad sententias metaphoricæ, & improprie, quando non possunt sine aliqua absurditate intelligi in sensu literali, & pro- prio, quem primò significant, vt est communis regula sacrarum Interpretum ex S. Augustino *lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 10. & 11.* quod tamen non accidit in casu præsentis, cum nulla sit absurditas, quòd iusti per charitatē vere, & proprie diligant Deum, & vicissim diligantur à Deo; & mutua hæc benevolentia vtriusque non lateat, in quo consistit tota descriptio amicitie proprie dictæ, quam tradit Aristot. *8. Ethic. cap. 2.* vt enim bene explicat *ibi- dem*, & S. Thomas *2. 2. quæst. 23. art. 1. cit.* non quilibet amor habet rationem amicitie; sed solus ille, qui est cum benevolentia, id est, quo volumus bo- num alteri, vt bonum illius nobis, vt contingit, quan- do amamus res inanimatas, verbi gratia, vinum, aut ratione carentes, verbi gratia, equum: nam ridicu- lus esset, si quis diceret, habere se amicitiam ad vi- num, aut ad equum; vel iis velle se bona, dum cu- pit, vt salua sint: cum reuera non illis cupiat bona, sed sibi; & ipse sibi velit habere, quicquid est en- titatis, & boni ipsorum. Et rursum ad amicitiam non sufficit benevolentia, quæ sit fortè ad aliquem, tantum in vno; sed requiritur, vt sit vicissim ad ipsum, etiam in altero: nam & amicus dicitur rela- tiuè amico amicus, nec potest saluari relatio tan- tum in vno. Et denique non sufficit, vt vnus sit be- neuolus alteri, & alter vicissim sit beneuolus ipsi, si vterque ignoret, quòd sibi ad inuicem sint bene affecti: nam sæpè contingit, vt se inuicem diligant, qui se inuicem non viderunt; sed solum nouerunt ex fama; vel vt statim se diligant, quando vident se inuicem; nec tamen propterea dicuntur ad in- uicem esse amici, cum vtrunque lateat mutua hæc benevolentia, qua se inuicem prosequuntur. Et quia hæc omnia conueniunt iustis, provt per cha- ritatem diligunt Deum, & vicissim diliguntur à Deo, & mutua hæc amatio, & redamatio vtriusque non latet, rectè dicitur charitas verè, & proprie esse amicitia, qua homines iusti dicuntur esse amici Dei. Neque deest communicatio, qua Deus se communicat iustis, & super qua fundatur illorum redamatio, & amicitia, vt notat S. Thomas *2. 2. quæst. 23. art. 1. in corp.* cum per gratiam illos efficiat suæ consortes naturæ, vt dicitur *2. Petri cap. 1.* cõ- munitate assumat, & adoptet in filios, & per consequens in hæredes paternæ hæreditatis, & in cohæredes ipsius

vera, & pro- pria amicitia hominis iusti cum Deo.

6. In quo consistat amicitia proprie dicta.

7. Quomodo amicitia sem- redamatio, & amicitia, vt notat S. Thomas 2. 2. per fundatur in aliqua communicatio- ne. Vide in- in hæredes paternæ hæreditatis, & in cohæredes ipsius

ipſius Chriſti, vt dicitur *ad Rom. 8* quia enim naturaliſter amor in alterum ſemper originatur ex amore ſui, & aliorum omnium finis aliquo modo ſemper ſumus nos ipſi, 2. *Phyſic. text. 24.* & quod abſolute eſt bonum, ita eſt abſolute amabile; vt tamen ſpecialiter non ſit amabile vnicuique, niſi quod eſt bonum vnicuique, 8. *Ethic. cap. 2. & 3.* & omnia, quæ attinent ad amicitiam, non niſi à ſeipſo deriuantur ad alios, 9. *Ethic. cap. 8.* hinc eſt, quòd etiam in Deum non ſit redamatio, niſi primò fundatur in aliqua communicatione, qua ipſe Deus ſe nobis communicet, & ex parte ſui iam amicus effectus, ſe ſe efficiat, & oſtendat bonum nobis, vt dicitur 9. *Ethic. cap. 5. cit.* & ſic efficiatur completè amicus etiam ex parte noſtra. Et ratio eſt: quia omnis amabilitas per amorem amicitie eſt quedam ſocialitas; quæ tamen in nobis ſolum originatur, & prouenit ex indigentia, 1. *Polit. cap. 2.* cum is tantum non veniat in aliorum ſocietatem, qui nullus eſt indigens, vt etiam diximus, dum ageremus de vitio, & peccatis in vniuerſum, diſp. 41. n. 6.

Sed huic amicitie iuſtorum cum Deo per charitatem videtur multum obſtare Dei ipſius infinitas, ſecundum quam non poteſt æqualitatem cum ipſis habere, ſicut requiritur ad amicitiam, quæ eſſentialiter eſt æqualitas inter amicos, vt patet ex Platone in *Phaedro*, & ex Ariſtotele 8. *Ethic. cap. 5. 6. & 8.* ſic enim dicitur ſimile ſimili eſſe amicum 9. *Ethic. cap. 3.* & ſi alter ex amicis multum crefcat in probitate, & virtute, & alter remaneat in priore gradu, & adhuc ſit animo puer, dum alter eſt vir, & planè euacuaui, quæ erant pueri; omnino ſoluitur amicitia, vt *ibidem* ſubditur. Et ſi contingat inter amicos ex quocumque capite magna diſtantia, verbi gratia, in diuitiis, in dignitate, in virtute, aut vitio; non ampliùs ſunt amici. Et hanc ob cauſam non poteſt, nec debet amicus velle alteri amico maxima bona, ex quibus proueniat inter ipſos magna inæqualitas: quia ſic velle inter ipſos amicitiam deſtrui, vt dicitur *lib. 8. cap. 7. in fine.* Et in hæc æqualitate, quæ ad amicitiam eſt neceſſaria, videtur fundari vulgare prouerbum, quòd maietas, & amor non bene conueniant, nec in vna ſede morentur; & quòd amicorum ſint omnia communia; & quòd amici ſint quodammodo vna anima in duplici corpore; & alia cuiusmodi; quæ tamen de hominibus iuſtis, & de Deo, prout ſe diligunt per charitatem, dici non poſſunt. Et magis in ſpecie, quòd hæc de cauſa non poſſit eſſe amicitia cum Deo, expreſſè habetur 8. *Ethic. cap. 7. cit. pag. 200.* & *lib. 2. magn. Moral. cap. 12. pag. 350. in fine.* Et optima ratio videtur haberi ex 1. *Politico. cap. 2.* quia Deus nullius indiget, & hæc de cauſa in aliorum ſocietatem non venit, & per conſequens neque in amicitiam, quæ eſſentialiter eſt quedam ſocietas, vt indicauimus paulò ante.

Sed reſpondetur ad hæc omnia, æqualitatem, quæ per ſe facit ad amicitiam, non eſſe illam, quæ attenditur penes qualitates, & conditiones ipſorum amicorum, verbi gratia, penes ætatem, penes diuitias, & fortunam, penes doctrinam, eruditionem, &c. ſed illam, quæ ſpecialiter attenditur penes officia, & munera ipſius amicitie, quæ amici ſibi inuicem præſtant, ſiue quoad actus internos mutue beneuolentie, ſiue quoad externa officia honoris, & reuerentie. Et hæc ipſa æqualitas non eodem modo requiritur in omni amicitia: ſed in ea, quæ dicitur ſuperexcellente, vel ſupereminente, de qua Ariſtoteles 8. *Ethic. cap. 7.* & eſt, v. g. inter patrem, & filium, virum, & vxorem, Regem, & ſubditum, & vniuerſaliter inter eos, quorum vnus in aliquo ex-

cellit, & ſupereminet alteri; ſatis eſt, ſi ſit æqualitas ſolius proportionis, ſiue proportionalis, ſecundum quam, ſcilicet, vnuiquique amicus obſequia, & officia æquat dignitati, & merito amici; & omnia illi exhibet, quæ ſunt debita, aut conuenientia pro illius ſtatu, & qualitate; neque ab illo expectat viciffim æqualia ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum aliam proportionem ſui ſtatus, & conditionis: & patet, verbi gratia, aut Rex, non amat filium, aut ſubditum, ad omnimodam æqualitatem, ſecundum quam ab illo amatur; nec eadem bona illi optat, & eadem obſequia exhibet, quæ ab ipſo recipit, ſed ſolum optat, & reddit ſecundum proportionem, & vt loquitur Ariſtoteles *cap. 7. cit. pag. 199. in fine.* tunc ſit æqualitas vniuerſaliter in amicitia, quando amor exiſtit pro dignitate. Et quauis reuera etiam æqualitas ſecundum quantitatem obſequiorum ſe habeat principaliter in amicitia; & quando hæc præſtari non poteſt, communiter diſſoluantur amicitie; & qui non poſſunt illam præſtare, indignos ſe reputent, vt ampliùs ſunt, & dicantur amici, vt ſubdit Ariſtoteles *ibidem*; non tamen propterea eſt ſimpliciter neceſſaria: & ratio amicitie paulò ante deſcripta pro mutua aliorum beneuolentia, quæ illos non lateat, bene poteſt conſiſtere cum ſola æqualitate ſecundum proportionem dignitatis, & de facto talis eſt in filiis erga parentes, & in hominibus erga Deos, à quibus maxima beneficia accipiunt, & quibus non poſſimus pari pari referre, vt patet clariffimè ex eodem Ariſtotele *lib. 10. cit. omni amicitia. cap. 12. pag. 209. in fine.* qui etiam rectè ſubdit c. 13. *ita.* huiusmodi inæqualitatem poſſe conſiſtere in qualibet ſpecie amicitie, & ſiue ſit ex honeſtate, ſiue ex vititate, aut voluptate. Non ergo poteſt, aut debet obſtare Dei infinitas amicitie, quam iuſti habent cum illo per charitatem, cum etiam illi poſſint cum illo facere aliquam æqualitatem proportionis, dum exhibent illi honorem, & cultum, quem poſſunt, & quem ipſe Deus ab illis poſtulat; & maxime cupiant, & procurent eundem præſtari, & exhiberi etiam ab aliis; & ſimul maxime gaudeant, & complacent ſibi de aliis omnibus bonis, & perfectionibus, quæ ſunt in Deo, & ſint parati eas illi conſerre, & communicare de ſuo, ſi Deus per impoſſibile illis careat, & ipſi poſſint. Et reuera ex S. Hieronymo in *cap. 7. Micheæ*, de ratione amicitie non eſt determinatè, vt ſit inter æquales; ſed vt ſaltem ipſa reddat aliquo modo æquales: idque non deeff in noſtra amicitia cum Deo, cum charitas Deum demerit, & humiliauerit ad nos, & nos euerit, & exaltauerit ad Deum. Neque ex iis, quæ communiter accidunt in humanis, & naturalibus amicitiiis, & alioqui etiam in illis non ſunt per ſe neceſſaria, eſt argumentum ſumendum ad amicitiam diuinam, & ſupernaturalem, quæ eſt charitas, & ideo neque ex eo, quòd ſimile ſit amicum ſimili, valet inferre, quòd homo iuſtus, qui in quam plurimis non eſt ſimilis Deo; non poſſit illi eſſe amicus; neque ex eo, quòd inter homines contingat mutatio in amicitiiis, quando contingit notabiliter variatio in ſtatu, & qualitatibus valet inferre, quòd hoc idem contingat etiam in Deo: neque ex eo, quòd Deus nullius ſit indigens, valet inferre, quòd etiam nullius poſſit eſſe amicus, cum illius amicitia, & ſocialitas non fundetur, ſicut noſtra, in indigentia, vt illi à nobis in aliquo beneficiat: ſed contra in omnimoda affluentia, & bonitate, & beneficentia, vt det nobis affluenter, ſuæque bona abundè communitet. Vnde & per gratiam facit nos ſuæ naturæ conſortes, & per Incarnationem aſſumpſit etiam ipſe in vniuerſam perſonam noſtram naturam, ſequè humiliavit,

18. Quomodo æqualitas ſit in amicitia, quæ eſt cum Deo per charitatem.

9. Et ſalutem etiam in amicitia, quæ eſt cum Deo per charitatem.

humiliavit, & fecit ſimilem nobis, ne fortè ſua maietas amorem noſtrum videretur excludere; & dum nos facit per gratiam ſibi adherere, vnū ſpiritum nos facit cum ipſo, vt dicitur 1. *Cor. 6.* quod eſt quaſi facere vnā animam in duplici corpore, vt notat Suarez de *char. diſp. 3. ſect. 2. n. 4. pag. 425.* Et parum reſert, quòd aliqua ex his non agnouerit Ariſtot. & ideo aliquando negauerit, poſſe homines habere amicitiam cum Deo: ſic enim *lib. 8. Ethic. c. 7. cit. ex eo id negat*, quia Diſ probis omnibus plurimum præſtant, & ideo illos contemunt, & indignum reputant, habere cum illis amicitiam. Et *lib. 2. magn. moral. c. 12.* ex eo capite negat, cum Deo poſſe eſſe amicitiam, ex quo non poteſt eſſe cum rebus inanimatis, v. g. cum vino, in quantum, ſcilicet, neque Deus, v. g. Iupiter, vt ipſe loquitur, neque vinum nos recipere relaxant, cum tamen amicitia ſolum ſit inter eos, inter quos eſt amor reciprocus. Quare, cum habeamus ex fide, quòd Deus nos redamat, & per gratiam dignos nos reputeat ſuo amore, iuxta illud *Plal. 145. Dominus diligit iuſtos.* & Prou 8. *Ego diligentes me diligo.* & Ioan. 14. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum non eſt, quòd curemus de Ariſtote. ſi hoc ignorauit.* Quòd addo, quia reuera non ignorauit, vt patet ex c. 12. *lib. 8. Ethic. paulò ante cit.* vbi eodem modo docet, eſſe hominibus amicitiam erga Deos, quo eſt filii erga parentes, id eſt, amicitiam ſuperexcellente, & ſupereminente. Quare, quòd tibi illam neget, debet ſolum intelligi de altera amicitia cõmuniter dicta æqualitatis, vel in æqualitate conſiſtens: quia eadem officia, & obſequia ab vtriſque amicis viciffim, & mutuè exhibentur, vt ipſe loquitur *lib. 8. c. 6. pag. 198. in fine.* quod tamen non accidit in amicitia ſuperexcellente, in qua officia, & obſequia ſolum exhibentur ſecundum proportionem dignitatis, vt explicauimus. Et rationes allatæ, quòd Diſ nõ reputent nos dignos ſua amicitia, neque nos mutuo redament, bene valent de amicitia æqualitatis; non autem de amicitia ſuperexcellente, cum reuera non debeant nos reputeare dignos amicitia æqualitatis, & ad æqualitatem ſimpliciter nos redamare; ſed latè habeant, ſi nos redament ad proportionem noſtri ſtatus, & conditionis, eaque redamatione nos reputeare dignos.

11. Quomodo Deus nos amet propter ſeipſum.

Neque ex eo tollitur perfectio amicitie Dei ad nos; quia Deus nos amet propter ſeipſam, & non propter nos: vt enim bene explicat Azor. *part. 1. lib. 9. c. 3. q. 1. 5. Poſtremo obſeruetur.* col. 178. per hoc, quòd dicitur Deus nos amare propter ſeipſum, non ſignificatur, quòd Deus non referat in ſuum commodum; ſicut nos communiter referimus in noſtrum, ea quæ amamus amore concupiſcentie: ſed ſolum, quòd ratio amandi ſit ipſemet, & ſua bonitas; non autem bonum aliquod noſtrum, aut virtus noſtra, & dignitas, quæ ſit in nobis, vt ab illo priùs amemus, ſicut contingit, quando amamus aliquem alium amore amicitie, quia eſt vir probus, aut nobis coniunctus, & abſoluit in ſeipſo dignus, qui à nobis ametur: certum enim eſt, quòd ipſe priùs diligit nos, nõ ſque diligit, quia bonus eſt, & diligit dilectione profluſu gratuita; non autem, quia agnoſcat in nobis aliquid, quòd ſit dignum ſua dilectione, eumque moueat, & alliciat, vt nos diligit. Et dum hoc modo nos diligit, verè diligit amore amicitie, cum nõ diligit in ſuum commodum; ſed, vt nos ipſi bono illius bene nos habeamus, & boni ſimus, & ſuam dilectionem ſittit quodammodo, & terminat ſolum in nobis, quantum poſſibile eſt eam terminare in natura creata hoc eſt, non referendo pro arbitrato ad aliquod aliud; ſed ſolum pro neceſſitate nature ad ſeipſum, tanquam ad

ultimum finem, ad quem eſſentialiter, & tranſcendentaliter eſt ordinata omnis natura creata. Et quòd hæc ordinatio, & relatio ad aliud, tanquam ad vltimum finem, non tollat verum amorem amicitie, rectè probatur ex eo, quia alioqui, neque nos ipſos, neque vllum alium poſſemus amare amore amicitie, cum & nos ipſos, & quencunque alium teneamur referre in Deum, tanquam in vltimum finem, vt bene notat Valent. 2. 2. *diſp. 3. quæſt. 1. puncto 2. S. Reſpondeo, amorem beneuolentie.* col. 543.

Et quauis eadem charitas, quæ eſt ad Deum, ſit etiam ad proximum, tanquam ad obiectum ſecundarium, ſequè extendat etiam ad inimicos, qui non redamant; & ad peccatores, qui non ſunt digni, vt à nobis amentur: id tamen non impedit veram rationem amicitie cum Deo, cum ſe extendat ſolum ratione, & reſpectu ipſius Dei, in quantum proximi, etiam mali, & inimici, ad Deum pertinent, & ſunt aliquid ipſius; non autem ſe extendat reſpectu ipſorum, & ratione alicuius, quòd ſit in ipſis, & ipſorum proprium, vt explicat S. Thom. 2. 2. q. 23. art. 1. cit. in reſp. ad 2. & 3. *Sic enim*, inquit, *qui habet amicitiam ad aliquem hominem, ratione illius diligit omnes ad illum hominem pertinentes, ſiue filios, ſiue ſeruos, ſiue qualitercumque ei adſistentes: & ita poteſt eſſe dilectio amici, quòd propter amicum amentur illi, qui ad ipſum pertinent, etiam ſi nos offendant, vel odiant: & hoc modo amicitia charitatis ſe extendit ad inimicos, quos diligimus ex charitate in ordine ad Deum, ad quem principaliter habetur amicitia charitatis.*

12. Quomodo amicitia charitatis ſe extendat ad inimicos, & ad peccatores.

Quòd ſi quæras, vtrum ſola charitas ſupernaturalis, & inſula ceneri debeat vera amicitia cum Deo; an verò etiam charitas naturalis, qua Deus diligit, in quantum naturaliter cognofcitur diligibilis, vt etiam de ſpe ſuprà diximus *diſp. 2. n. 3. Reſpondeo*, id parum referre ad noſtrum inſtitutum, quòd eſt ſolum in ordine ad conſcientias, & ad mores: certum tamen videri in primis, quòd ſit admitenda huiusmodi diſtinctio dilectionis Dei ſuper omnia in eam, quæ ſit naturalis, in quantum Deus eſt author nature, & vltimus finis, & ſummum bonum naturaliter cognofcibile; & in eam, quæ ſit ſupernaturalis, in quantum eſt author gratie, & vltimus finis, & ſummum bonum cognofcibile ſupernaturaliter: eam enim certò admittit S. Thomas 1. *part. 4. q. 60. art. 5. pro natura angelica, & 1. 2. q. 109. art. 3. pro natura humana;* & Theologi communiter apud Azor. *part. 1. lib. 9. c. 3. q. 2.* & apud Suarez *diſp. 1. de char. ſect. 2. n. 4. & apud Vaſq. 1. 2. diſp. 195. c. 1. & ante ipſos amicitiam naturalem ad Deum admittit etiam Ariſtot. 8. Ethic. c. 12.* quando aſſeruit, eodem modo eſſe amicitiam ad Deum, quo eſt filii erga parentes, vt paulò ante retulimus: & certum eſt, quòd non potuit id aſſerere de amicitia per charitatem ſupernaturalem, quam non agnouit. Et denique certò approbant, ne dicam, deſiniunt Summi Pontifices Pius V. & Gregor. XIII. in *Bulla contra Michaëlem Baïum, Doctorem Louanienſem*, vbi inter cæteras illius aſſertiones, quæ damnant reſpectiue, vt hæreticas, erroneas, ſuſpectas, temerarias, ſcandalolofas, & piarum aurium offenſiuaſ, n. 34. hanc etiam damnant: *Diſtinctio duplicis amoris, videlicet, quo Deus amatur, vt author nature; & grati, quo amatur, vt eſt beatiſicator; eſt vana, & commentitia, & ad illudendum ſacris Literis, & plurimis veterum teſtimoniis excogitata.* Et num. 35. *Omne, quòd agit peccator, & ſeruus peccati, peccatum eſt: & amor naturalis, qui ex viribus nature exoritur, ex ſola Philoſophia per elationem præſumptionis humana cum iniuria Crucis Chriſti deſenditur.* Dum verò damnant hi Summi Pontifices hanc aſſertionem affirmati-

13. Præter charitatem ſupernaturalem erga Deum, datur etiam charitas naturalis.

tiqum: *Distinctio amoris, quo Deus amatur, ut au-*
thor natura, & quo amatur, ut beatorum, est vana,
& commentitia, & solum defenditur per rationem
presumptoris humane, & cum iniuria Crucis Christi.
 omnino approbant, saltem ut veram, affectionem
 contradicentiam negatiuam, quod non sit vana, &
 commentitia, &c. Et ratio est: quia Deus, quemad-
 modum naturaliter potest cognosci, ut Deus; & ut
 primum principium, & ut finis vltimus omnium
 rerum, neque id potest haberi solum ex fide; sed
 etiam ex ratione, & lumine naturali, & de facto id
 habuerunt sapientes antiqui ex S. Paulo ad Rom. 1.
 ita & potest ex tali notitia, & ex tali propositione
 obiecti moueri voluntas, ut naturaliter eum diligat,
 cum essentialiter in id omne sit inclinatio, & ap-
 petitus, quod ei proponitur per rationem, ut bonum,
 & appetibile, 2. de anima, text. 50. Posito vero, quod
 dicitur huiusmodi charitas, & dilectio naturalis erga
 Deum, ut est author naturæ, certum videtur, quod
 non est quasi, nisi de nomine, si quaeratur, utrum
 talis dilectio naturalis sit appellanda amicitia. Ne-
 que apparet vlla ratio, quod non sit appellanda, cum
 reuera sit mutua benevolentia naturalis inter
 Deum, & homines, & utroque non lateat, & verè
 Deus homines diligit, ut author naturæ; & verè ab
 illis diligitur sub eadem ratione; & utriusque bene
 intelligant, quod diligantur ab invicem; & per
 consequens verè illi conueniat tota descriptio, aut
 definitio amicitia: paulò ante allata n. 6. ex Arist. 8.
 Ethic. c. 2. Et qua ratione appellationem, & nomen
 amicitia non dubitauit illi tribuere Arist. eodem
 lib. 8. c. 12. eamque æquiparauit amicitia filiorum
 erga parentes, ut iam indicauimus, & eadem ratione
 possumus illi tribuere eandem appellationem etiam
 nos.

14. Etiam chari-
tas naturalis
potest appl-
lari amicitia
cum Deo.

15. Quamuis illi
qui oppositum
asserunt.

Atque hoc videtur multò probabilius, quàm op-
 positum, quod volunt Bannes 2. 2. quæst. 23. art. 1. in
 responsione ad 2. argumentum, col. 8 18. & Suar. disp. 2.
 de charit. sect. 2. n. 6. qui contendunt, inter Deum, &
 homines, nullam aliam posse esse veram amicitiam,
 nisi charitatem supernaturalem: quia ex hac sola
 potest haberi conuersatio cum Deo, & secretorum
 communicatio, qua requiritur ad amicitiam. Et si-
 mile quid contendit etiam Vasq. 1. 2. disp. 195. vbi
 cap. 2. 7. in hoc solum distinguit amorem Dei na-
 turalem, & supernaturalem; quod ille possit esse
 tantummodo amor concupiscentia, quo Deum
 amemus, ut bonum nobis; non autem possit esse
 amor concupiscentia, quo Deum amemus propter
 se ipsum, & super omnia. Vnde & addit e. 4. n. 26.
 iudicium hoc, quod Deus sit summum bonum, &
 summè diligibilis propter se, & super omnia, non
 haberi, nisi ex fide supernaturali, & diuina; & idèd
 etiam dilectionem, que dirigitur, & habetur ex tali
 iudicio, solum esse supernaturalem. Sed contra Suar.
 & Bann. facit, quia falsum est, continuam conuersa-
 tionem, & omnium secretorum communicationem
 requiri ad amicitiam, & præsertim ad illam, quæ est
 superexcellentiæ, & supereminentiæ: & quando
 hæc perfectiones accidentales non possunt haberi in
 amicitia naturali cum Deo, satis, superque esse de-
 beret, si haberetur integra definitio aut descriptio
 amicitia. Et præterea facit: quia secundum vitam
 rationalem, & secundum operationes mentis bene
 potest haberi conuersatio cum Deo, etiam si non
 possit haberi secundum vitam sensibilem, & secundum
 operationes externas, & corporales, ut patet ex
 S. Thoma 2. 2. quæst. 23. art. 1. a. 1. & Deus, ut author
 naturæ bene potest communicare hominibus secreta
 naturalia: & hi bene possunt cum illo conuersari
 per operationes mentis, eiusque perfectiones

naturaliter cognoscibiles contemplari, eumque co-
 lere, & amare, in quantum naturaliter est amabilis.
 Contra Vasquez verò facit non solum auctori-
 tas Sancti Thomæ, qui tam in Angelis, quàm in
 hominibus expressè admittit dilectionem Dei na-
 turalem super omnia; & auctoritas Pij V. & Grego-
 rij XII. qui approbant distinctionem amoris
 naturalis, & supernaturalis penes hoc tantummodo
 assignatam, quod ille sit circa Deum, ut est author
 naturæ; & hic, proptèr est beatorum: sed etiam fa-
 cit, quia certissimum est, posse cognosci naturali ra-
 tione, quod Deus sit causa efficiens, & finalis mun-
 di, id est, primum efficiens, & vltimus finis, & per
 consequens quod sit amabilis propter se, & super
 omnia, cum hoc sit de ratione finis, ut sit id, quod
 propter ipsum, & propter quod amantur cætera, 1.
 Ethic. cap. 2. idque significetur communi descriptio-
 ne causæ finalis, quæ habetur 2. Physic. text. 23. 29.
 & 31. quando dicitur esse id, cuius gratia, & amore,
 &c. & cum in sententia Aristotelis certissimum sit,
 quod Deus sit causa finalis totius mundi, ut patet
 ex 12. Metaph. text. 38. & 52. & de hoc nullus dubi-
 tet, ut habet Simplic. 8. Physic. com. vlt. certissimum
 etiam debet esse in sententia eiusdem, quod sit pri-
 mum efficiens, cum finis necessariò importet, & si-
 gnificet agens; sicut motus importat moventem, ut
 habet Auerr. de substantia Orbis, cap. 2. siquidem es-
 sentialiter est id, propter quod agens operatur, 2.
 Physic. text. 29. & 63. & semper finis alicuius actio-
 nis est finis, 3. Met. text. 3. Si verò hæc utraque cau-
 salitas primè efficientis, & vltimè finis, potest cog-
 nosci de Deo naturali ratione, eamque de facto
 cognouit Aristoteles, ut iam indicauimus, & proba-
 tur in Physicis; falsum est, quod solum ex fide pos-
 sit haberi hoc iudicium, quod Deus sit summum
 bonum, & diligibilis propter se, & super omnia, ut
 vult Vasq. & per consequens, quod naturaliter non
 possit amari, nisi amore concupiscentia, & ut bo-
 nus nobis; non autem ut bonus in se, & propter se:
 & cum gentes naturaliter eum cognouerint, ut
 Deum, ut dicitur ad Rom. 1. etiam naturaliter potue-
 runt, ac debuèrunt eum glorificare, ut Deum; & per
 consequens etiam amare ut summum bonum, &
 propter se. Posito verò, quod Deus possit amari
 etiam amore veræ amicitia naturalis, non disputo
 hoc loco, quomodo ad hoc sit opus auxilio gratia, &
 præsertim in statu naturæ corruptæ: & partem af-
 firmatiuam suppono ex tractatu de gratia, & solum
 assero, non omnem actum amoris amicitia erga
 Deum esse supernaturalem, quoad substantiam, & a
 charitate supernaturali, ut bene explicat Azor. par. 1.
 lib. 9. cap. 3. quæst. 2. citata.

16. Naturaliter
potest cog-
sci, quod
sit primum
efficiens, &
vltimus fi-
nis omnium.

DISPUTATIO VIII.

Quomodo charitas sit virtus specialis, &
 excellentissima virtutum, etiam
 theologalium.

1. Charitas est virtus.
2. Quomodo amicitia in humanis sit verè, & pro-
priè virtus.
3. In amandis amicis potest contingere excessus, &
defectus; & idèd est opus virtute, qua ponat
mediocritatem.
4. Quomodo Aristoteles dicat sub disunctione, quod
amicitia, vel sit virtus, vel cum virtute.
5. Quomodo virtus amicitia reducatur ad virtutem
iustitia.
6. Coniuncta amicitia sunt beneficentia, & confidentia.
7. Quomodo

7. Quomodo charitas possit dici perfectior, quàm
anima rationalis.
8. Charitas est virtus specialis.
9. Et in specie infima.
10. Et excellentissima virtutum.
11. Etiam theologicarum.
12. De fide est, quod charitas sit excellentior, quàm
fides.
13. Quomodo in Scriptura aliquando dicatur insti-
ficari per fidem.
14. Quomodo fides operetur per dilectionem, & per
charitatem.
15. Virtutes intellectuales quomodo sint nobiliores,
quàm virtutes voluntatis.
16. Etiam charitas remissa est excellentissima vir-
tutum.
17. Quamuis à multis facile amittatur.
18. Sine charitate nulla virtus est simpliciter vera,
& perfecta.
19. Quomodo charitas sit forma virtutum.

1. Charitas est
virtus.

2. Quomodo
amicitia in
humanis sit
verè, & pro-
priè virtus.

CHARITATEM esse virtutem ex eo pro-
 bat S. Thomas 2. 2. quæst. 23. art. 3. quia
 illius actus attingunt primam regulam rec-
 titudinis, quæ est Deus, & que conformantur, dum
 illum amant super omnia, & propter ipsum, & in
 quantum ex fide cognoscitur esse amandus, ut sum-
 mum bonum, & tanquam finis simpliciter vltimus:
 nam, sicut virtus moralis in hoc consistit, quod at-
 tingat alteram regulam humanarum actionum, quæ
 est recta ratio; vnde & definitur 2. Ethic. cap. 6. quod
 sit habitus electiuus in ea mediocritate consistens,
 quam ratio, & prudentia definirunt: & virtus sim-
 pliciter est omnis illa quæ attingit regulam rectitu-
 dinis, & bonitatis, quæcunque tandem illa sit; &
 siue sit regula proxima, & immediata, quæ est recta
 ratio; siue sit regula simpliciter prima, quæ est ipse
 Deus.

Et confirmatur: quia amicitia etiam in humanis
 est verè, & propriè virtus, si accipiatur secundum
 id, quod dicit in recto, id est, in quantum est habitus
 ad operationes erga amicum honestè exercendas;
 non autem in quantum præterea connotat passiuam
 redamationem ex parte alterius: quauis enim ali-
 qui id negant, ut Alexander Piccolomineus gra-
 du 7. in Philosophia moralis, cap. 10. Petrus Victo-
 rius, & alij alij ex Philosophis in lib. 8. Ethic. ini-
 tio, & ex Theologis Capr. in 3. dist. 27. quæst. unica,
 Caiet. 2. 2. quæst. 23. art. 3. Bannes in commentario ad
 eundem art. 3. Valen. 2. 2. disp. 3. quæst. 1. punct. 2. §. Sed
 occasione huius, col. 545. & ipse S. Thomas in 3.
 dist. 27. quæst. 2. art. 2. ad 1. & quæst. 2. de virt. art. 2.
 ad 8. & 2. 2. quæst. 23. art. 3. cit. ad 1. multò tamen est
 probabilius, quod verè sit virtus, ut ex veteribus
 Philosophis docet Auerr. & Alpasius in eundem
 lib. 8. Ethic. initio, & Burid. ibidem, quæst. 2. & 3. & Al-
 ber. & S. Thomas ibidem, lect. 1. & ex Theologis Pa-
 lud. in 3. dist. 27. q. 1. & Aureolus apud Capr. quæst.
 unica cit. & Henric. Gandauen. quodlib. 10. quæst. 12.
 & probabile putat etiam ipse S. Thomas 2. 2. q. 23.
 art. 3. ad 1. & alij. Et ratio est: quia amicitia, proptèr de
 illa hic loquimur, nõsque disponit ad amicos hone-
 stè amandos, verè est habitus electiuus in medio-
 critate consistens, secundum prudentiam, & ratio-
 nem, quæ est definitio veræ virtutis, 2. Ethic. cap. 6.
 ut iam indicauimus. Et quemadmodum alij habitus
 virtutum moralium circa alias actiones rectè exer-
 cendas, & circa moderandas alias passiones, idèd
 ponuntur; quia appetitus non est ex se determina-
 tus ad attingendam mediocritatem ex præscripto
 prudentia circa illarum materias; sed potest etiam

excedere, & deficere; & idèd sunt, & dicuntur habi-
 tus virtuos, & virtutes propriè dictæ; quia dispo-
 nunt, & iuuant ad promptè, & delectabiliter attingen-
 dam mediocritatem: ita & est ponendus habi-
 tus amicitia pro amicis rectè amandis, cum simili-
 ter circa huiusmodi actus erga amicos possit con-
 tingere excessus, & defectus; & hic etiam habitus
 est habendus ut virtuosus, & tanquam virtus pro-
 priè dicta, cum disponat, & iuuat ad promptè, & fa-
 cilè attingendam mediocritatem, & ad amicos
 amandos, quantum oportet, & proptèr oportet, &
 quando oportet: ut enim notat Auerr. & Henricus
 Gand. loc. cit. in actibus amicitia contingit defe-
 ctus, si quis ad bonum, aut ad malum amici non mo-
 ueatur, & neque de bono gaudeat, neque de malo
 doleat, quantum oportet, vel si alicuius probitate,
 & amore nondum probato citius illum admittat
 ad amicitiam, quàm oportet, &c. Et contra con-
 tingit excessus, si plus gaudeat, vel plus doleat,
 quàm oportet, & ex solo amici aduentu, vel aspectu,
 v. g. mollior, & indecenter erumpat in lacrymas, vel
 ex illius interitu, etiam ipse interitum sibi afferat;
 vel post benevolentiam, & virtutem alicuius diu
 probatam, plus adhuc differat, ut eum admittat ad
 amicitiam: ac proinde non potest non esse virtus
 propriè dicta, si quis habitus in huiusmodi actibus
 ponat mediocritatem, ut certè ponit ipse habitus
 amicitia naturaliter acquisitus ex honestis, & vir-
 tuosis amationibus frequentatis. Vnde, quamuis ad
 amicitiam honestè fundandam debeant fortasse
 præsupponi in utroque amico alia virtutes; &
 idèd 8. Ethic. c. 3. & 5. illa tantum amicitia dicatur
 esse perfecta, quæ est proborum, imò & requiratur
 aliqua alia dispositio, & ex illius defectu dicantur
 aliqui non esse apti ad amicitiam: ut, v. g. si in con-
 gressibus sint solitarij, syluestres, austeri, morosi, liti-
 giosi, 4. Ethic. c. 5. & lib. 8. c. 5. cit. adhuc tamen præ-
 ter hæc omnia est opus virtute, & habitu amicitia,
 qui ponat mediocritatem in actionibus illius pro-
 priis; & qui est præditus aliis virtutibus, est quidem
 propensus, ut diligit alios virtuosos, & sibi similes,
 ut loquitur S. Thom. in 3. dist. 27. cit. & qu. 2. de virt.
 similiter cit. adhuc tamen non est determinatus, ut in
 amandis amicis non recedat à mediocritate virtutis,
 & neque excedat, neque deficiat; & idèd adhuc indi-
 get alia virtute, quæ specialiter illum iuuat ad me-
 dium rationis semper tenendum in amationibus
 amicorum, & ad illos solum amandos, proptèr oportet,
 & solum quando, & quantum oportet: & hac ratio-
 ne non solum est coniuncta cum virtute, in quan-
 tum ad illam est consequens; & qui habet in se vir-
 tutem, facile amat alios virtuosos, & probos, ut sibi
 similes; sed etiam est virtus ipsa per se, & distincta
 ab aliis, cum etiam ipsa habeat mediocritatem pec-
 culariarem, & propriam in amationibus amicorum,
 & etiam ipsa sit habitus electiuus in mediocritate
 consistens, ut iam explicauimus.

3. In amandis
amicis potest
contingere ex-
cessus, & de-
fectus; & idèd
est opus vir-
tute, qua ponat
mediocritatem.

Neque hoc negat Aristoteles 8. Ethic. cap. 1. ini-
 tio, quando asserit, post tractationem de virtutibus
 tractandum esse de amicitia: quia, vel est quædam
 virtus, vel cum virtute: quia enim res poterat esse
 dubia, neque tunc poterat definiti vnico verbo,
 rectè ponit utraque partem sub disunctione, &
 neutram affirmat, aut negat determinatè, cum
 utraque indeterminatè posset sufficere ad reddend-
 dam rationem, quare de illa institueretur tractatio.
 Neque locutio sub disunctione est accipienda in
 rigore enunciationis disunctiua strictè acceptæ,
 proptèr constat ex disunctis verè oppositis, & incom-
 possibilibus simul verificari: ut quando dicimus, v. g.
 Quodlibet est, vel non est, sed est latius accipienda,
 Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

4. Quomodo
Aristot. dicat
sub disun-
ctione, quod
amicitia vel
sit virtus, vel
cum virtute.

provt etiam illa distinctiue enunciantur, quæ sunt diuersa; & quantum est ex se, possunt simul, & non simul verificari, vt dicitur in *Summis*, & videre est apud *Tolet. lib. 1. in introductionis in Logicam, cap. 19. pag. mibi 61.* & pater, quando Christus *Matth. 19.* dixit sub distinctione: *Qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* cum tamen certum sit, quod hæc omnia pro Christi nomine, & amore, possunt relinqui etiam simul; neque est necesse, vt relinquatur solum diuisim. Et eadem ratione *Deuteron. 5. & Matth. 15.* enunciat sub distinctione, quod potest verificari etiam simul: *Qui maledixerit patri, vel matri, morietur.* & *Matth. 18. Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proice abs te: bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum, &c.* Potuit ergo etiam Aristoteles sub distinctione enunciare, quod amicitia, vel sit virtus, vel cum virtute, cum ad suum propositum posset sufficere alterutrum ex his duobus; & parum referret, quodnam ex illis esset verum determinatè; & verum esset verum simul vtunque. Et reuera non est negandum, quod de facto vtunque sit Thomas 2. 2. si bene considerentur illa, quæ pertinent ad rationem amicitia; in quantum est formaliter, & in recto dicit benevolentiam, & amationem actiuam ex præscripto rationis, est vera & propria virtus in vtroque amico, vt diximus: in quantum verò præter benevolentiam, quæ est intrinsecè in vtroque, etiam connotat extrinsecam redamationem, quasi passiuam pro vnoquoque, & sine illa non potest alteruter dici amicus, sed solum beneuolus, aut bene volens, vt diximus *isp. præced. num. 6.* non est virtus; sed est coniuncta cum virtute, & ad illam consequens: siquidem prouenit ex virtute, & probitate cuiusque, vt ab altero virtuoso, & probo similiter redametur; cum tamen virtus ex propria ratione non habeat pendere ab extrinsecâ voluntate alterius; sed satis habeat, si solum pendeat à voluntate intrinsecâ sui habitentis. Et propter hæc duo, quæ importantur nomine amicitia; rectè dicitur, quod vel sit virtus, vel cum virtute: quia, scilicet, ratione primi, quod dicit in recto, est vere virtus; & ratione secundi, quod connotat, est cum virtute. Et quod communiter accidit in aliis connotatiuis, vt ad variationem extrinseci connotati varietur denominationatio, & appellatio, & illa comestio, verbi gratia, quæ dicitur cœna, in quantum sit in tempore vespertino, non dicatur amplius cœna, si fiat alio tempore; idem accidit etiam in casu præsentis; siquidem ille habitus, qui est propriè virtus, in quantum facit suum habentem bene, & honestè amantem ex præscripto rationis, non est virtus, in quantum præterea connotat redamationem extrinsecam, & actiuam, vel habitualem pendentiam à voluntate alterius: & absolute si amicitia accipitur secundum totum id, quod importat nomine amicitia; & simul ratione vtiusque; rectè dicitur, quod sit cum virtute; cum etiam ratione primi id habeat, & ex eo, quod quis sit probus, simul proueniat, vt amet probos: & vt ametur à probis. Ex hoc tamen, quod sit cum virtute, etiam ratione primi, & ex eo, quod quis sit probus, facile consequatur, vt amet probos; non sequitur, quod ratione primi non sit virtus per se, & distincta ab aliis, cum etiam vir probus, & virtuosus per alias probitates, & virtutes, possit non esse probus specialiter in amationibus amicorum, & possit in illis excedere,

& deficere, & idèd specialiter indigeat etiam hæc probitate amandi, quam dicimus amicitiam. Et quadiu specialiter hanc non habuerit, poterit quidem per alias virtutes fieri bene amabilis, id est, proximè dispositus ad amicitiam, & vt bene amet, & bene ametur, non tamen poterit fieri formaliter bene amicus, vt notat Henricus Gandauen. *quodlib. 10. quest. 12. cit. versum finem.*

Idque solum existimo voluisse S. Thomam, & alios, quando negarunt, amicitiam esse virtutem; neque enim intellexerunt ratione primi tantummodo, & in quantum est habitus electiuus circa mediocritatem in amationibus; quomodo nos asserimus esse virtutem; sed ratione vtiusque simul, & provt nomine amicitia; importatur simul vtunque: quomodo nos etiam asserimus eam esse quid consequens ad virtutem, & in hoc deficere à ratione virtutis: quia pendet à voluntate, & libertate alterius; non autem solum à suo habente.

Quod si quæras de amicitia, etiam accepta ratione primi tantummodo, & in quantum specialiter attingit mediocritatem in amationibus, ad quam reducatur ex virtutibus principalibus, aut cardinalibus, ad quas reducuntur singulæ alia; virtutes morales ex M. Tullio *lib. 2. de inuent. post med. & S. Thom. 1. 2. qu. 61. art. 3.* Respondeo ex eodem S. Thoma 2. 2. *q. 23. art. 3. ad 1.* bene reduci ad iustitiam, cum etiam ipsa sit circa operationes, quæ sunt ad alterum; non quidem sub ratione debiti legalis, quomodo circa illas versatur iustitia proprie dicta; sed sub ratione debiti amabilis, & moralis; vel sub ratione beneficij gratuiti, quod potest esse proprium amicitia;. Et pro huiusmodi operationibus bene iuuatur etiam per alias virtutes, quas habet comites, id est, per beneficentiam, & confidentiam, vt notat Gandauen. *qu. 12. cit. circa med.* siquidem amicum omnes definiunt esse illum, qui vult amico, & agit bona, vt patet ex *Aristot. 9. Ethic. c. 4. sum. & ex S. Ioan. c. 3. Epist. 1.* non debemus diligere verbo, aut lingua; sed opere, & veritate. Et quantum benevolentia possit sufficere ad amicitiam inchoandam, & beneficentia tamen omnino requiritur ad conseruandam. Neque hæc sufficit, nisi accedat etiam confidentia, per quam amicus amici pectus apertum videat, summèque illi vicissim ostendat, vt est apud Tullium in *dialogo de amicitia*: & sic tollatur omnis suspicio simulationis, & fictionis, cum qua non potest dici consistere amicitia.

Vt verò redeamus ad charitatem supernaturalem, potiori ratione dicenda est esse virtus, quam amicitia naturalis, cum non sequatur ex naturali virtute ipsius habitentis; & quoad redamationem Dei, quam connotat, non fundatur principaliter super virtute humana; sed super bonitate diuina, vt loquitur S. Thomas 2. 2. *quest. 23. art. 3. ad 1.* neque Deus nos amet, aut redamet, quia nos boni sumus; sed, quia ipse est bonus, & ante omnem bonitatem nostram; imò & quia nos amat, bonitatem in nobis faciat.

Neque ex eo, quod charitas sit supernaturalis, & supra totum naturæ ordinem, & per consequens etiam supra ipsam animam rationalem, quæ est illius subiectum, sequitur, quod non sit habitus, aut virtus illi inhærens; sed participatio quadam Spiritus Sancti, quasi existens per se; vt enim patet ex S. Thoma 2. 2. *quest. 23. art. 3. cit. ad 3.* & Caietano *ibid.* nihil prohibet, quod aliquid secundum proprium esse, & simpliciter sit ignobilius alio, & secundum quid, vel secundum aliquam specialem rationem, & considerationem sit quid nobilius; & hoc modo omne accidens, tam naturale, quam supernaturale,

5. Quomodo virtus amicitia reducatur ad virtutem iustitiae.

6. Comites amicitia sunt beneficentia, & confidentia.

7. Quomodo charitas possit dici perfectior quam anima rationalis.

supernaturale, secundum proprium modum essendi, & simpliciter, est quid ignobilius omni substantia, cum sit essentialiter ens in alio, & entis ens: & contra omnis substantia essentialiter sit ens per se, & ens simpliciter; & tamen idem accidens, in quantum est forma, & actus substantia; & comparatur ad illam, vt ad potentiam, & tanquam perfectiorem ad perfectibile, rectè dicitur esse quid nobilius, vt habet idem S. Thomas 2. 2. *de virt. art. 1. ad 22. pag. 261. col. 3. initio.* Et eadem ratione, in quantum aliquod accidens non causatur ex principis subiecti; sed est participatio quadam alicuius naturæ superioris, rectè dicitur secundum aliquid, non autem simpliciter, esse illo nobilius: & talis est lux in corpore diaphano, in quantum est participatio quadam virtutis caelestis; & ipsa charitas supernaturalis respectu animæ, in quantum est participatio quadam Spiritus Sancti, vt loquitur S. Thomas 2. 2. *qu. 23. art. 3. ad 3. cit.*

Atque hoc videtur multò probabilius, quam quod habet Valent. 2. *disp. 3. q. 1. puncto 1. §. 3. v. f. de ex vado prob. col. 537.* quod charitas etiam simpliciter possit dici nobilior, quam anima rationalis: quia nihil impedit, quominus aliqua ratio communis, aut generica imperfectior possit contrahi per rationem, aut differentiam perfectiorem quam sit aliqua alia contrahens rationem genericam magis perfectam, vt etiam patet se probasse 1. *part. a. sp. 1. 3. puncto 6. §. Ad 2. obiectio. o. 97. vbi ex hoc principio admittit, quod celum ex sua propria ratione simpliciter sit perfectius, quam formica, aut corpus quodcunque animatum per animam vegetatiuam, aut sensitiuam; quoniam ratio generica corporis inanimati sit simpliciter imperfectior, quam ratio generica corporis animati. Nam contra est: quia differentia quæcunque specifica semper est quædam participatio rationis genericæ: & idèd est impossibile, vt in se habeat plus perfectionis, quam contineatur saltem virtute in tota latitudine rationis genericæ; & vt habet *Arist. 7. Metaph. text. 43. p. 152. initio.* si quis diuidat rationem genericam, v. g. animalis in illud animal, quod habet pedes; & in illud, quod non habet pedes: & rursus subdiuidat rationem animalis habitentis pedes in illud animal, quod habet pedes filios; & in illud, quod habet non filios; semper diuidit per differentias, quæ sunt aliquo modo ipsa ratio generica, vel aliqua illius participatio; & tam filio pedum, v. g. quam non filio, est aliqua peditas, vt ipse loquitur: & idèd est impossibile, vt in se habeat plus perfectionis, vel plus tribuat ipsi speciei, quam constituit, quam competat aliquo modo ipsi peditati, & rationi generica; quam contrahit: ergo eadem ratione, si ratio generica charitatis, v. g. quod sit accidens, aut qualitas, est quid imperfectius quam ratio generica anime rationalis, v. g. quod sit substantia, est impossibile, vt differentia illius sit quid perfectius; & ipsa charitas, provt constituta ex suo genere, & differentia simpliciter, & absolute sit quid perfectius anima rationali, cum etiam illius differentia sit necessarii aliqua accidentalitas. Sed de hoc non est hoc loco agendum pluribus, cum parum faciat ad nostrum negotium.*

8. Quod verò charitas non solum sit virtus, sed etiam sit virtus specialis, ex eo probat S. Thomas 2. 2. *q. 23. art. 4.* quia 1. *Cor. 13.* numeratur simul cum fide, & spe, & dicitur cum illis facere numerum: *Nunc autem manent tria hæc, fides, spes, charitas.* Et quia habet speciale obiectum, id est, Deum ipsum, vt bonum in se; vel ipsam bonitatem diuinam, provt est in se; & provt videtur à Beatis.

Baldell: Theol. Moral. Tom. II.

Et quod aliquando à Sanctis Patribus ponatur charitas in definitione virtutis simpliciter, vt quando S. Augustinus *epist. 29. vbi notat, in. 2.* definit virtutem, quod sit charitas, qua diligitur Deus; & proximus: imò & 1. *Cor. 13.* dicitur ipsa charitas esse benigna, esse patiens, &c. & *cap. viii.* extenderet se ad omnes actiones humanas: *Omnia vestra in charitate fiant.* solum est, quia omnes virtutes aliquo modo dependent a charitate, & ipsa omnibus imperat, cum versetur circa vltimū finem, qui est Deus; & alia; virtutes versentur circa alios fines secundarios, & non vltimos, vt subdit S. Thomas *in 4. in resp. sione ad primum, & ad 2.* Nam, quemadmodum virtutes morales, quia dependent a prudentia, & sine illa non sunt, Socrates dixit esse quosdam prudentias, vt est apud *Arist. 6. Ethic. c. vii. pag. 136. in fine*, & eandem ob causam ex eodem *Arist. 2. Ethic. c. 6. pag. 4. in fine.* prudentia ponitur in definitione virtutis simpliciter, quando dicitur, quod sit habitus electiuus in mediocritate consistens iuxta præscriptum prudentia; ita & ponitur à Sanctis Patribus charitas in definitione virtutis, eique tributur aliquo modo omnes actus virtutum, cum omnes aliquo modo ab illa dependant, tanquam ab imperante, & ordinante ad finem vltimum: sic enim etiam artes, ad quas pertinent fines aliqui secundarij, reducuntur sub illam, ad quam pertinet finis primarius, vt, v. g. sub artem equestrem ars effectiua frænorum, & aliorum instrumentorum equestrium; & ars ipsa equestris sub artem militarem, vt patet ex *Arist. 1. Ethic. c. i. pag. 4.* & idèd etiam virtutes morales, ad quas pertinent fines non vltimi, possunt reduci sub charitatem, eique subordinatis, ad quam pertinet finis vltimus.

Et hæc specialitas virtutis charitatis non est subalterna, quæ habeat sub se plures alias species infimas, in quas diuidatur, & per quas plurificetur, sicut diuiditur, v. g. amicitia humana in eam, quæ est ex honestate; & eam, quæ ex utilitate, aut voluptate, ratione ipsorum bonorum amabilium; & in eam, quæ est inter conciuies, vel inter commilitones, aut inter comites viæ, & peregrinationis, &c. ratione ipsarum communicationum, quas inter se habent diuersas; sed est omnino infima, & non amplius diuisibilis, aut plurificabilis in alias species, vt subdit S. Thomas *eodem q. 23. art. 5.* nam ratio boni amabilis est semper vna in specie infima, id est, ipsa bonitas Dei: & siue per charitatem ametur Deus, siue proximus, hic, aut ille; semper amatur propter bonitatem diuinam, vt propter immediatam, & proximam rationem formalem amandi, quæ apparet, & relucet in omnibus, & de qua omnes participant per auxilia, & dona gratia; & possunt adhuc magis participare per gloriam, & per æternam beatitudinem.

Quod si charitas comparetur cum aliis virtutibus, tam moralibus, quam theologis, affirmat S. Thomas 2. 2. *q. 23. art. 6.* eam esse excellentissimam omnium, quod excellat virtutibus moralibus, patet ex eo: quia attingit regulam simpliciter primam, quæ est ipse Deus, eique regulæ conformatur, dum illum amat, vt summè amabilem: cum tamen virtutes morales solum attingant regulam rationis, quæ non est simpliciter prima, & quæ non ita regulat, vt etiam ipsa non reguletur per aliam regulam superiorem, quæ est Deus, & ratio diuina. Quod verò etiam excellat virtutibus aliis theologis, id est, fidei, & spei, ex eo probat: quia magis per se attingit Deum: siquidem fides, & spes illum attingunt, in quantum ex illo nobis prouenit cognitio veri, & adeptio boni: charitas verò, vt in illo sistat,

9. Et in specie infima.

10. Et excellentissimam virtutem.

11. Etiam theologiarum.

& non vt aliquid ex illo nobis proueniat, & verè per actum amoris ad illum fertur solummodo propter ipsum, non autem propter aliquid, quod sit ab ipso. Et quemadmodum prudentia, quia attingit regulam, & rectam rationem per se, eamque applicat ad opus appetitus, & voluntatis, & facit per illam præscribi mediocritatem virtutis, est excellentior, quam alia virtutes morales, quæ non attingunt eandem regulam, & rationem, nisi prout existentem in mediocritate per ipsam præscripta: ita & charitas est excellentior, quam fides, & spes; quia Deum attingit maximè per se, & sistendo in illo; fides autem, & spes solum attingunt, quatenus est prima veritas obscure reuelans, & prima bonitas nobis se se communicans per dona gratiæ, & gloriæ, vt subdit S. Thomas *art. 6. citato.*

Ad idem faciunt loca Scripturæ, in quibus charitas præfertur aliis omnibus virtutibus, vt quando *Matth. 22.* dicitur primum, & maximum mandatum: & *1. Cor. 12.* post enumeratas varias gratias in vtilitatem; & bonum Ecclesiæ gratis datas, subiungitur de charitate, quod sit aliis omnibus excellentior: *Adhuc aliam viam excellentiorem vobis demonstro.* Et *cap. 13.* specialiter comparatur cum fide miraculorum, quæ montes transfert; cum prophetia, quæ nouit mysteria omnia; cum fortitudine, quæ tradit corpus, ita vt ardeat; & cum aliis pluribus donis, & virtutibus heroicis, eæque omnes dicuntur quasi nihil, sine charitate: & tandem concluditur, quod sit etiam maior, quam fides, & spes: *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.* Et ad *Colossen. 3.* post enumeratas eas virtutes, quæ decent Sanctos, & à Deo dilectos, & electos ad gratiam, & ad gloriam, vt certè decent omnes virtutes: *Induite vos, sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordie, benignitatem, modestiam, patientiam, &c.* subditur, quod super omnia habenda sit charitas; & quod hæc sit quasi vinculum, quod vnit, & ligat alias omnes, vt componant, & integrent quasi vnum corpus Christianæ virtutis, & perfectionis: sicut in physicis, v. g. forma mixti vnit, & ligat elementa, ne dissoluantur, & abeant vnunquodque ad suum locum, vt loquitur *Arist. 2. cali, text. 27.* & sicut anima in corporibus organicis, & animatis vnit partes, & membra, ne dissoluantur etiam ipsa, & similiter abeant ad sua loca, vt idem loquitur *1. de anima, text. 82. & lib. 2. text. 39.* similiter enim etiam charitas vnit virtutes in vnum corpus perfectionis Christianæ, eamque si rollas, virtutes dissolunt, & Christiana perfectio tota dissoluitur, vt ex *SS. Chrysof. Ansel. Theodor.* & aliis notat *Cor. à Lapide in c. 3. cit. ad Colos. n. 16.* in illa verba: *Super omnia autem hæc, charitatem habere, quod est vinculum perfectionis.*

Et in eandem sententiam pro excellentia charitatis super alias omnes virtutes, non est, quod pluribus referamus auctoritates, & loca *SS. Patrum*: sunt enim ex se notissima, & vnicuique facile obuia, & possunt videri apud *Suar. disp. 3. de char. sect. 1. n. 3.*

Ex his autem rectè colligitur, contra fidem errasse Lutherum, qui ex eo simpliciter asseruit virtutum omnium excellentissimam esse fidem; quia in Scriptura sæpius dicimur iustificari per fidem, & fides ad *Gal. 5.* dicitur operari per dilectionem. Contra enim est ex *Trid. sess. 6. c. 8. de iustific.* quia non aliter dicimur iustificari per fidem, nisi quia fides est initium humanæ salutis, & fundamentum, & radix omnis iustificationis, & in hoc tantum sensu Ecclesiastica catholica semper intellexit verba Scripturæ, quæ hoc significant. Et ex *Sancto Thoma 2. 2. quæst. 23. art. 6. ad 2.* non dicitur fides operari per

12. De fide est, quod charitas sit excellentior, quam fides.
13. Quomodo in scriptura aliquando dicimur iustificari per fidem.

dilectionem, quia charitate vtatur, tanquam instrumento ad operandum; sicut Dominus vtitur seruo: sed quia charitas, & dilectio est illi ratio, & principium operandi opera meritoria; sicut forma est principium operandi ipsi composito; cuius est forma. Et quemadmodum quando dicitur homo, verbi gratia, operari per animam *1. de anima, text. 64.* non significatur, quod anima sit instrumentum ad operandum; sed, quod sit forma, & principium primum, & principale: ita & quando dicitur fides operari per charitatem, solum significatur, quod charitas respectu fidei sit quasi forma, & eique proximè tribuat operari, prout oportet ad gratiam, & ad gloriam consequendam; ex quo tamen non sequitur, quod non sit dignior, & excellentior ipsa fide, vt ex se patet.

Et si accipiatur verbum operandi, non in significatione actiua; sed passiua; & sensus sit, quod fides exercentur, & executioni mandetur per charitatem; vt etiam indicat participium passiuum, quod habetur in textu Græco, *εσπρηθησθη*, res est multò clarior; & non modò non probat, quod fides sit excellentior, & charitate vtatur, vt instrumento; sed contra optimè demonstrat præstantiam, & excellentiam charitatis supra fidem: siquidem hæc solum ostendit, quid sit agendum, & facem quodammodo præfert operationi veluti famula: illa verò, veluti domina, ac Regina, actionem eligit, & imperat; & eius imperium exequuntur postea potentia alia executiua: & sic exercet, & operi applicat ipsam fidem, & hæc per illam passiuè dicitur esse exercita, & operata. Et hoc totum rectè explicatur per illud *Ioan. 1.* quod iis omnibus, qui recipiunt Christum per fidem, & credunt in nomine eius, datur potestas, vt fiant filij Dei; vt enim ibi explicat Maldonatus ex *Sanctis Chrysof. Augustino, Beda, Euthymio, & aliis*, sensus est, quod fides sit tantummodo quasi semen filiationis diuinæ; & is, qui credit, & nondum habet charitatem, & gratiam, non sit adhuc filius Dei, nisi potentia, aut potestate: sicut & semen cuiuscunque viuens solum potentia, & potestate est viuens; & habet animam ex *Aristotele lib. 2. de gener. animal. cap. 1. pag. 658. init. & c. 3. pag. 661.* Ac proinde, quemadmodum operationes cuiusque viuents non tribuuntur principaliter semini, sed formæ, per quam viuens formaliter constituitur, & generatur ex semine: ita operationes filiorum Dei non sunt tribuendæ principaliter fidei; sed gratiæ, & charitati, per quam formaliter constituuntur, & fiunt filij Dei; & proportionaliter eodem modo contingit regeneratio spiritalis, & supernaturalis in filios Dei, per gratiam, & charitatem, quo contingit generatio materialis, & temporalis in filios hominum: sicut enim, cum primum concipimur materialiter ex parentum semine, non statim efficiamur, & dicimur filij; sed tunc solum, quando infunditur anima rationalis, & constituimur similes in natura nostris parentibus: ita & spiritaliter fide primum concipimur, tanquam semine, in filios Dei; non tamen sumus, aut dicimur adhuc filij, quousque animemur per gratiam, & charitatem, quæ fidem animat, & facit viam, eique est principium earum operationum, quæ sunt propriæ filiorum Dei.

Et quod dicimus, charitatem esse excellentiorem, quam sit fides, non solum est verum, si charitas, v. g. in homine iusto comparetur cum fide informi, & mortua, quæ est in homine peccatore; sed etiam, si comparetur cum fide formata, & viua per charitatem in eodem homine iusto: sic enim etiam anima non solum est perfectior corpore, quando

14. Quomodo fides operetur per dilectionem, & per charitatem.

quando est mortuum, & separatam ab anima; sed etiam quando est viuum, & cum illa coniunctum; & *S. Paulus 1. Cor. 13.* quando asserit, quod charitas sit maior, quam fides, & spes, certum est, quod non loquitur de fide, & spe, prout possunt reperiri, & esse seorsim ab illa; sed simpliciter, & in quantum sunt fides, & spes, & manent simul, & cum illa faciunt numerum in eodem subiecto, vt notat *Bannes 2. 2. quæst. 23. art. 6. in commentario, §. Ex his quæ dicta sunt.*

Quod si obiicias, virtutes intellectuales ex proprio genere esse nobiliores, quam virtutes morales, sicut & intellectus ex propria ratione est nobilior, quam appetitus, aut voluntas; & idè etiam fidem ex proprio genere esse nobiliores, quam sit charitas: respondet S. Thomas *2. 2. quæst. 23. art. 6. ad 1.* id esse verum de virtutibus intellectualibus, in quantum sunt circa illa obiecta, quæ sunt infra nos; non autem in quantum sunt circa illa, quæ sunt supra nos, vt certè est Deus: quia enim operatio intellectus ex hoc completur, quod res intellecta est in intelligente, & intra ipsum quodammodo transit, & trahitur per speciem intelligibilem; & contra operatio voluntatis completur per hoc, quod ipsa voluntas fertur quodammodo ad obiectum, prout est extra, vnde & *6. Metaph. text. 8.* verum, & falsum, quod est obiectum intellectus, dicitur esse in mente; & bonum, & malum, quod est obiectum voluntatis, dicitur esse in rebus; rectè desumitur excellentia vtriusque operationis ex proprio modo cuiusque; & rectè dicitur, quod tunc intellectio est nobilior, quam volitio, quando obiectum est nobilior, prout existit in mente, quam prout existit in seipso: quod tamen solum accidit in iis, quæ sunt infra nos: nam hæc transeundo per speciem intelligibilem spiritualem intra mentem, depurantur quodammodo à sua materialitate, & spiritualizantur, ac proinde nobilitantur, & excellentiori modo sunt in intellectu, quam sint in seipsis; & in suo esse materiali; & idè intellectio, quæ circa illa completur, prout sunt in intellectu, est perfectior, & nobilior, quam actio voluntatis, & appetitus, quæ ad illas fertur, prout sunt in se: & contra, quæ sunt supra nos, & ex seipsis sunt spiritalia, transeundo similiter ad nostram mentem per species nobis proportionatas, materializantur aliquo modo, & extrahuntur à sua spiritualitate magis pura, & eccellente, quam spiritualitas nostra mentis; & idè minus dignè in nobis existunt, quam sint in seipsis; & consequenter etiam intellectio, quæ ad illa fertur, prout sunt in nobis, est minus digna, quam volitio, quæ fertur, prout sunt in se. Et hinc fit, vt in hac vita cognitio Dei, quæ habetur per fidem, & Deum attingit, prout est in nobis per species solum emendicatas ex phantasmatibus sensibilibus, sit minus excellens, quam dilectio, quæ habetur per charitatem, & Deum attingit, prout est in se; non autem prout est in nobis: & contra in patria cognitio Dei sit excellentior, quam dilectio: quia vtraque Deum attingit in patria, sicuti est; & illa est alioqui perfectior, in quantum est actus, & operatio perfectioris potentia. Neque ex hoc, quod virtus, aut operatio intellectus ex suo genere sit perfectior, quam virtus, & operatio voluntatis, similiter considerata ex suo genere; potest inferri, quod absolutè, & pensatis omnibus, semper virtus, aut operatio intellectus sit perfectior, cum possit ex aliquo alio multum deficere in perfectione; sed solum potest inferri, quod cæteris paribus sit perfectior; quod tamen non accidit in casu presenti de fide, & charitate,

15. Virtutes intellectuales quomodo sint nobiliores, quam virtutes voluntatis.

vt diximus, cum Deus per charitatem ametur, vt est in se; per fidem verò solum intelligatur, vt est in nobis, & representatus per species.

Atque hoc videtur multò rationabilius, quam quod asserunt aliqui apud *Suar. disp. 3. de charitate, sect. 1. n. 4.* quod fides sit perfectior in genere entis, & charitas sit perfectior in genere moris: contra enim est ex *Suar. ibidem*: quia etiam in genere entis perfectio actus desumitur ex obiecto, & ex modo in illud tendendi, illudque attingendi; qui tamen modus perfectior est in charitate, quam in fide, vt diximus. Et quauis Deus non ametur per charitatem, nisi cognitus, & cæteris paribus tantò magis ametur, quantò magis est cognitus, & clarius representatus, aut propostus vt amandus; non tamen idem est ordo, aut modus illum amandi, qui est cognoscendi, vt patet ex *S. Thoma 2. 2. quæst. 27. art. 4.* sed modus cognoscendi in hac vita est solum mediatus per creaturas, & per phantasmatia; & modus amandi est immediatus, cum ibi statim incipiat dilectio, vbi tandem terminatur, & desinit cognitio, id est, in ipso Deo cognito mediatè, vt idem subdit in *responsione ad primum, & ad secundum.* Neque charitas per se postulat ferri in Deum, prout est cognitus mediatè, & imperfectè: sed hoc est illi merè per accidens; & quantum est ex se solum postulat ferri in Deum, siue sit cognitus mediatè, & imperfectè, siue immediatè, & prout est in se.

Atque hæc, quæ dicimus de excellentia charitatis supra alias omnes virtutes, non solum debent intelligi de charitate valdè intensa, qualis est, vbi gratia, in homine iusto diu, multumque exercito in Deo amando, & in aliis honestis operibus referendis in Deum: sed etiam de charitate, quantum remissa, cum etiam minima charitas vniat voluntatem cum vltimo fine; & Deum attingat, prout est in se, cumque plus diligit, quam quauis cupiditas ad millia auri, & argenti, vt loquitur *S. Thomas 3. p. quæst. 70. art. 4. in corp.* & idè possit resistere omni concupiscentiæ, & tentationi, & vitare omne peccatum mortale, quod est contra Deum, & contra vltimum finem, vt habet *S. Thom. ibidem.*

Vnde & *1. Ioan. 2.* vniuersaliter dicitur de omni eo, qui seruat præcepta, (vt certè seruat omnis ille, qui est in gratia, quantum remissa,) quod habeat charitatem perfectam, cui, scilicet, nihil desit, quantum est ex ipsa, vt possit semper, & firmiter Deo adherere, & omnes tentationes pervincere: *Qui seruat verbum eius, in hoc charitas Dei perfecta est.* Et *cap. 3.* de omni eo, qui natus est ex Deo, & in quo manet Dei semen, quod est gratia, & charitas, siue intensa, siue remissa, dicitur, quod peccatum non facit, & quod non potest peccare, quoniam ex Deo natus est: *Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen Dei in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* in quantum, scilicet, filiatio, & natiuitas ex Deo per gratiam, & per charitatem, quantum est ex se, est quid permanens, & perdurans in totam æternitatem, nisi quis sponte, & liberè illam abiiciat, aut repudiet consentiendo concupiscentiis, & tentationibus. Quare non ex eo, quod charitas remissa facile ab aliquibus amittatur, potest probari, quod, quantum est ex se, non habeat firmitatem, & statum virtutis, & quod non possit semper resistere, & semper perdurare contra quascunque tentationes, & passiones; sed solum probatur, quod de facto tentationes, & passiones sæpè non vincat; & quod homo ex libertate arbitrij de facto sinat se illis vinci: sicut & vincitur aliquando, qui habet charitatem

16. Etiam charitas remissa est excellentissima virtutum.

17. Quauis à multis facile amittitur.

valde intensam, quanuis absolutè, quantum est ex charitate, & ex Dei auxiliis, quæ charitas secum trahit, possit non vinci, vt bene explicat Bannes 2. 2. quæst. 23. art. 4. in dubio de hac re, col. 834. & sine dubio hoc importatur per illud, quod dicitur gratia, & charitas esse semen Dei, & eum, qui per illam nascitur, nasci ex Deo: sensus enim est, quod ad eum finem à Deo infunditur, & quodammodo fertur in nostris animis, vt nos gignat filios immortalitatis, & diuinæ consortes naturæ, & per consequens Dei, & gloriæ in æternum hæredes; quod tamen non esset, nisi ipsa ex se, suæque natura esset semen immortalitatis, & quantum est ex se, esset semper perdurans.

18. Et eadem ratione de charitate quacunque, siue intensa, siue remissa, verissimum est, quod sine illa non possit vlla alia esse simpliciter vera, & perfecta virtus, vt probat S. Thomas 2. 2. quæst. 23. art. 7. quæ, scilicet, disponat ad optimum simpliciter, 7. Phys. text. 17. & 18. id est, ad finem simpliciter vltimum; non autem solum ad finem aliquem particularem, vltimè perfectibilem, & ordinabilem ad alium finem: sic enim etiam S. Paulus 1. Cor. 13. virtutes omnes ait esse imperfectas, & planè nihil, si sint sine charitate: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; si tradidero corpus meum, ita ut ardeam; &c. charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, & nihil sum. In quantum, scilicet, semper illi deest hæc perfectio vltior, vt bene particulare, quod intenditur per vnanquamque, referatur, & ordinetur, prout oportet, ad bonum vltimum, qui est Deus, & vltimus finis, & per illum perficiatur.

19. Et hinc etiam fit, vt qualibet charitas, siue intensa, siue remissa, rectè dicatur esse forma virtutum, vt eam appellat S. Amb. lib. 2. in Luc. & probat S. Thom. 2. 2. quæst. 23. art. 8. in quantum, scilicet, refert, & ordinat omnes virtutes ad vltimum finem; qui tamen in moralibus se habet vt forma, cum sit principium, & ratio agendi, vt alibi explicauimus, dum ageremus de vitiis, & peccatis in vniuersum, lib. 2. disp. 12. 10. pag. 161. Et quanuis aliquando etiam alia virtutes imperent charitati, & religio, verbi gratia, ordinet actum dilectionis in cultum Dei, & poenitentia eundem ordinat ad satisfaciendum Deo pro peccatis, & gratitudo ad recompensanda aliquo modo beneficia accepta: id tamen solum est quasi per accidens, & ex libertate ipsius operantis, qui potest virtutem superiorem ordinare ad certum finem virtutis inferioris, cum tamen charitas maximè per se, & ex proprio obiecto, & sine habeat imperare omnibus aliis virtutibus, & omnes aliæ maximè per se illi subordinentur ratione finis, vt supra diximus n. 8. ex doctrina Aristotelis 1. Ethic. cap. 1. pag. 4. & notat Suar. disp. 3. de charit. sect. 1. num. 5. pag. 424.

DISPUTATIO IX.

Circa quid versetur charitas, vt circa obiectum formale.

- 1. Obiectum charitatis, in quantum est amor concupiscentia, & in quantum est amor amicitia, est diuersum.
- 2. Ratio formalis in obiecto charitatis est diuina bonitas.
- 3. Non quidem prout est attributum distinctum ab aliis; sed prout est ipsa tota Dei perfectio.

- 4. Beneficia à Deo accepta quomodo possint esse ratio Deum amandi ex charitate.
- 5. Quomodo charitas naturalis, & supernaturalis habeat diuersam rationem formalem.
- 6. Quomodo charitas erga Deum, & erga proximum, non differant specie.
- 7. Quomodo ex S. Thoma diuina bonitas, quæ est ratio, & obiectum formale in dilectione Dei, sit etiam ratio, & obiectum formale in dilectione proximi.
- 8. Timor hominis, & timor Dei, quomodo possint esse vnius spec. et.
- 9. Secundum aliquos, amor Dei, & amor proximi differunt specie.
- 10. Ex unitate rationis formalis non tollitur ordo in actibus charitatis.

VIA actus charitatis essentialiter est actus amoris; & amare nihil aliud est, nisi velle alicui bonum, vt patet ex Aristotele 1. Rhetor. cap. 4. in intro, duo in primis possunt, ac debent in huiusmodi actu considerari; ad quæ necessariò tendit, & quæ possunt respectu illius dici obiecta, id est, bonum ipsum, quod quis vult alicui; & ille, cui vult huiusmodi bonum. Et certissimum est, quod actus charitatis diuersas habet denominationes respectu huius vtriusque: siquidem respectu boni, quod est alteri volitum, est, & dicitur amor concupiscentia; & respectu illius, cui tale bonum est volitum, est, & dicitur amor amicitia, vt bene explicat S. Thomas 1. 2. quæst. 26. art. 4. Dum ergo querimus, circa quid versetur charitas, vt circa obiectum, tam possumus querere de bono, quod per illam alicui volumus, quam de illo, cui volumus. Et quoad primum, sensus questionis erit, vt explicemus, quæ bona possumus, & debeamus optare, & velle per charitatem, vtrum solum beatitudinem supernaturalem, & dona gratia; an verò etiam bona naturalia, scientias, valetudinem, diuitias, &c. Et quoad secundum, sensus erit, vt explicemus, quibus possumus, & debeamus per charitatem bona velle, vtrum Deo, vtrum Angelis, vtrum aliis hominibus, siue bonis, siue malis, etiam reprobis, etiam damnatis; & vtrum nobis ipsis, nostrisque corpori, &c. Et de his vtrisque adhuc possumus id explicare dupliciter, id est, in quantum terminant solum materialiter actum charitatis, & sunt obiectum illius solum materiale; & præterea in quantum substant alicui rationi, quæ est illis quasi forma, & ratio formalis, vt terminent, & est, & dicitur obiectum formale charitatis, per se illam specificans, & distinguens ab omnibus aliis habitibus, & virtutibus.

Atque vt incipiamus ab hoc secundo, quod se habet ad charitatem magis per se, & est quid magis determinatum, certum est, quod ratio formalis in obiecto charitatis, & propter quam, vel sub qua terminatur actus illius ad hoc, vel illud obiectum materiale, est ipsa diuina bonitas, prout est in se, & prout facit ipsum Deum in se dignissimum, vt ametur à quacunque natura intellectiua, & rationali, sistendo actum amoris, & vltimò terminandò in ipso; non autem vltimè referendo, & ordinando ad aliquid aliud, propter quod, vel cui ametur ipsa diuina bonitas, vel ipse Deus. Ita expressè S. Thomas 2. 2. quæst. 23. art. 5. in corp. & ad 2. & art. 6. in corp. & quæst. 25. art. 1. Et ratio est: quia charitas, cum sit virtus theologica, semper debet in omnibus suis actibus attingere Deum immediatè, & proximè; & cum sit eadem charitas, qua amatur Deus, & qua amatur proximus, vt patet ex 1. Ioan. 4. Quis

1. Obiectum charitatis, in quantum est amor concupiscentia, & in quantum est amor amicitia, est diuersum.
2. Ratio formalis in obiecto charitatis, est diuina bonitas.

non diligit proximum, quomodo charitas Dei manet in eo? etiam in amore proximi debet necessariò attingere Deum; quod tamen non est, nisi quia Deus, cuiusque bonitas, est illi formalis ratio, vt ametur. Debet verò hæc bonitas non accipi, prout solum intelligitur, vt attributum distinctum ab aliis, & prout explicatur per relationem rationis ad creaturas, ad quas deriuat, vt prima causa, omnes perfectiones iuxta naturas cuiusque, quomodo ex S. Dionyho cap. 4. de diuinis nominibus, par. 1. ante medium, bonitas Deo tribuitur, vt primæ causæ efficienti, & Deus dicitur bonus, sicut ex quo subsistunt omnia, vt bene explicat S. Thomas 1. part. quæst. 6. art. 1. & 2. sed debet accipi, prout dicit omnimodam, & absolutam perfectionem, & quasi integritatem ipsius Dei, vt notat Suar. disp. 1. de charit. sect. 2. n. 2. sic enim ex S. Thoma 1. part. quæst. 4. intro, & quæst. 5. art. 1. 3. & 5. in tantum vnuquodque dicitur bonum, in quantum est perfectum in suo esse, eique nihil deest ex his, quæ sunt illi necessaria, & conuenientia: & cum bonum in vnoquoque sit illud, quod omnia appetunt 1. Ethic. cap. 1. & omnia maxime appetant suam perfectionem; hæc dicitur primò, & maximè bonitas, aut bonum in vnoquoque; ac proinde etiam in Deo prima bonitas, & prima appetibilitas, aut amabilitas, est ipsa perfectio; & secundum hanc solum Dei dicitur proprium, vt sit bonus per essentiam, vt bene explicat S. Thomas 1. part. quæst. 6. art. 3. in quantum, scilicet, eius solius essentia, est suum esse, eique soli nulla adueniunt accidentia; & quæ de aliis dicuntur accidentaliter, ipsi conueniunt essentialiter, vt esse sapientem, esse potentem, & similia, vt ipse loquitur: & similiter ex bonitate diuina sic accepta participant reliqua omnia, quæ dicuntur bona, per hoc, quod illi suo modo assimilantur, tanquam primo principio exemplari, effectiuo, & finali, vt lubdit S. Thomas ibidem, art. 4. Et hac ratione etiam S. Augustinus lib. 8. de Trinit. cap. 3. tom. 3. asserit, Deum esse bonum omnis boni: & non alio bono bonum, quam seipso: & addit modum, quo potest, ac debet Deus videri, & agnosci in aliis bonis, vt, scilicet, ab illis tollatur, & separatur per intellectum propria determinatio, & limitatio, seu restrictio boni, secundum quam dicitur non bonum simpliciter, & sine addito; sed restrictè, & limitatè, bonum hoc, aut illud, verbi gratia, bonum prædium, bona domus; & per hanc qualencunque præcisionem, & abstractionem relinquatur in illis, & intelligatur sola ratio boni, non intellecta vlla limitatione, & restrictione, cum qua de facto illam participant: & post enumerata plura, & plura, quæ dicimus bona, vt, verbi gratia, bonum prædium, amicum, & fertile; bonam domum, paribus membris dispositam, & amplam, & lucidam; bonum aërem, modestum, & salubrem; bonum cibum, suauem, atque aptum valetudini; bonam faciem hominis, dimeniam pariter, & affectam hilariter, & luculenter coloratam, &c. Bonum, inquit, hoc, & bonum illud. Tolle hoc, & illud; & vide ipsum bonum, si potes: ita Deum videbis non alio bono bonum, sed bonum omnis boni. Et paulò post: Sic amantur, inquit, est Deus, non hoc, aut illud bonum; sed ipsum bonum. Et quid hoc, nisi Deus? Non bonum animus, aut bonus Angelus, aut bonum calum; sed bonum bonum.

Quod verò sic accepta diuina bonitas pro ipsa perfectione absolutissima in omni genere excellentia, sit obiectum formale specificans charitatem, expressè habet S. Thomas 2. 2. quæst. 23. art. 4. vbi ex go probat, quod charitas sit virtus specialis distincta

ab aliis; quia versatur circa bonum diuinum, in quantum est obiectum beatitudinis, id est, eo modo, quo est in se, & videtur, & amatur à Beatis, vt exponit ibi Caiet. & clariùs art. 5. n. 2. vbi asserit, charitate diligi Deum propter seipsum, & rationem diligendi cætera omnia esse solum bonitatem diuinam, quæ est eius substantia. Et ratio est: quia hoc modo accepta diuina bonitas formaliter constituit Deum ipsum summè amabilem, non solum ab ipsis diuinis personis, Patre, & Filio, quæ amando se inuicem producant Spiritum Sanctum; qui dicitur amor, & charitas increata; sed etiam à quauis alia natura intellectu creata, per amorem amicitia, & propter se, & reliqua omnia, in quibus ipsa aliquo modo relucet, & quæ de illa participant, & ad illam dicunt attributionem, constituit amabilia propter ipsum, in quo consistit propria ratio obiecti formalis totalis, & adæquati. Et quanuis plures aliæ sint rationes, quæ nos mouent ad diligendum Deum, vt, verbi gratia, beneficia plurima, & maxima, quæ tota vita ab illo accepimus, & in dies accipimus, illa tamen potius faciunt obligationem, & debitum diligendi, quam vt sint motiuum, & obiectum formale, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 23. art. 5. ad 2. cit. & potius se habent, vt quædã dispositiones, quasi materiales ex parte nostri, vt idem habet quæst. 27. art. 3. in corp. sicut etiam se habent timor pœnarum, & spes præmiorum, vt idem subdit in responsione ad 3. & patet ex Tridentino sess. 6. de iustif. cap. 6. & quatenus dicantur etiam esse aliquo modo obiectum formale, non sunt nisi secundarium; & in quantum continent ipsam bonitatem diuinam, quæ sola est obiectum primum, & per se: nam, vt docet idem S. Thomas 2. 2. quæst. 106. art. 5. recompensatio beneficii potest pertinere ad tres virtutes, id est, ad iustitiam, quando beneficium inducit rationem debiti legalis; vt, verbi gratia, in mutuo, commodato, &c. & ad gratitudinem, quando inducit solum rationem debiti moralis, & formaliter compensatur, in quantum est gratis impensum, & non ex priore obligatione, vel propter aliud bonum, aut commodum, quod postea intendatur: & denique ad amicitiam, quando similiter inducit debitum morale; sed formaliter recompensatur, in quantum est impensum ex electione personæ, & ex amore, & affectu erga illam, & vt illi determinatè fieret bene. Et in hoc casu, si ex amicitia redametur ipse beneficians, ratio formalis, quæ mouet ad redamandum, non tam est ipsum beneficium acceptum materialiter pro re, aut bono sibi collato, quam ipse amor; & affectus beneficiantis, vt patet ex S. Thoma ibidem; & hic amor, seu affectus ex parte Dei conferentis in nos beneficia, certum est, quod maximè continet bonitatem diuinam, & cum non proueniat, nisi ex illa: & idè si Deus à nobis amatur propter beneficia, verè amatur ex charitate, & propter ipsius bonitatem expressam, & contentam in beneficiis, & in actu amoris, ex quo nos beneficiat, vt notat Suar. disp. 1. de charitate, sect. 2. n. 3. pag. 415. col. 2. Et si præterea huiusmodi actus reperitur habere motiuum formale gratitudinis, erit simul elicitus à charitate, & imperatus à gratitudine, ex sola libertate ipsius operantis, qui potest etiam virtutem superiorem ordinare ad certum finem virtutis inferioris, vt supra diximus disputat. præced. n. 19. de virtute religionis, & poenitentia; & de aliis huiusmodi, ad quarum fines possunt ordinari etiam actus charitatis, quanuis alioqui ex se sint longè præstantiores, & digniores.

Neque est hoc loco, quod pluribus explicemus, quomodo diuina bonitas diuersimodè specificet charitatem

4. Beneficia à Deo accepta, quomodo possint esse ratio Deum amandi ex charitate.

5.

Quomodo charitatem supernaturalem erga Deum, & charitatem naturalem erga eundem : de hoc enim satis egimus *supra*, *disp. 7. num. 13. & seqq.* ubi docuimus, non esse negandam hanc distinctionem duplicis charitatis : & illam per se verari circa Deum, eiusque bonitatem, in quantum est primum principium, & ultimus finis totius ordinis supernaturalis, & solum est cognoscibilis supernaturaliter; & hanc verari circa eundem, in quantum est primum principium, & ultimus finis solius ordinis naturalis, & solum est cognoscibilis naturaliter : idque totum in idem recidit cum eo, quod asserit S. Thomas 2. 2. *quest. 23. art. 4.* quod Deus, aut bonitas diuina sit obiectum charitatis, in quantum est obiectum beatitudinis : in quantum enim est obiectum beatitudinis supernaturalis, est obiectum charitatis supernaturalis; & in quantum est obiectum beatitudinis naturalis, est obiectum charitatis naturalis.

Quo autem modo eadem bonitas diuina sit ratio formalis amandi proximum, ac proinde recte assignetur, ut obiectum formale adaequatum eorum omnium actuum, qui eliciuntur à charitate, indicauimus *supra*, *disp. 7. n. 12.* ut enim patet ex S. Thoma 2. 2. *quest. 23. art. 1. ad 2.* potest quis amari non solum respectu sui, & propter amabilitatem ipsius propriam, & non relatam ad alium; sed etiam respectu alterius, & propter amabilitatem illius : ut quando quis habet amicitiam ad aliquem, & ratione illius amat omnes, qui ad ipsum pertinent, verbi gratia, filios, seruos, &c. & tanta potest esse dilectio alicuius amici, ut propter illum amentur etiam aliqui ex se inamabiles, imò & posituè odibiles, & nobis offensi, & inimici : & hac ratione diuina bonitas, quemadmodum facit ipsum Deum primariò, & summè amabilem, quatenus illi est intrinseca, & essentialis; ita & facit secundariò amabilem proximum, quatenus est illi extrinseca, & terminat illius habitudinem, & pertinentiam, non obstante, quòd alioqui ex se; & absolute sit malus, & posituè odibilis. Et eadem ratione in physicis bonitas finis, verbi gratia, sanitatis, quæ facit primum, & per se, & ratione sui amabilem sanitatem, cui est intrinseca, etiam facit secundariò amabilem portionem, & medicinam, cui est extrinseca, etiam si alioqui hæc sit amara, & ex se inamabilis, ut notat Suarez *disp. 1. de charit. sect. 3. n. 2. pag. 416. col. 2.* Vnde & finis describitur 2. *Phys. text. 23. 29. & 31.* quòd sit id, cuius gratia, & amore; hoc est, quòd sit illud, quod amamus, & volumus propter ipsum, & propter quod amamus, & volumus cætera, 1. *Ethic. cap. 2.*

Atque hinc ulterius intelligitur; quomodo dilectio Dei, & dilectio proximi ex charitate, non differant specie; & quomodo ipsa charitas, quæ ad utrumque extenditur, sit simpliciter vna virtus, & non distincta in plures species; ut patet ex S. Thoma 2. 2. *quest. 23. art. 5. in fine corp. & quest. 25. art. 1. in corp. & quest. 81. art. 4. ad 3. & supra* indicauimus n. 2. ex illo 1. Ioan. 4. *Qui non diligit proximum, quomodo charitas Dei manet in eo?* Id enim est ex eo, quia bonitas diuina, quæ est ratio formalis in utraque dilectione, & utraque specificans, est semper eadem, non solum materialiter, sed etiam formaliter: dum enim dicimus amari proximum propter Deum, vel propter bonitatem diuinam illi communicatam, vel ab ipso participatam, non significamus, quòd ratio formalis amandi, sit illa bonitas, quam ipse habet sibi intrinsecam; & quæ est participatio quædam bonitatis diuinæ, & distincta realiter ab ipsa; vel quòd sit attributio, vel habitudo, aut relatio transcendentalis, & formalis pertinentia, quam dicit ad bonitatem diuinam; siqui-

dem hæc omnia sunt aliquid creatum, & neque possunt formaliter specificare, & constituere virtutem theologiam: neque significamus, quòd ipsa diuina bonitas formaliter faciat Deum amabilem, quatenus intrinsecè ab illo est habita, & possessa; & faciat proximum amabilem formaliter, quatenus ad illum se habet extrinsecè, & terminat illius habitudinem, & pertinentiam: siquidem hoc modo diuina bonitas distinguitur à seipsa formaliter, & hæc distinctio potest sufficere ad specificandos diuersos specie actus, & habitus, ut patet ex Physicis; sed solum significamus, quòd ipsa diuina bonitas facit amabilem Deum, & amabilem proximum, quatenus reperitur quasi specificatiuè in utroque; & quòd diuersitas afficiendi vnum intrinsecè, & alterum extrinsecè, solum se habet, quasi vno ipsius bonitatis cum hoc, & cum illo; & idèd non ingreditur per se rationem formalem specificatiuam, quæ est ipsa sola diuina bonitas specificatiuè accepta; non autem reduplicatiuè, propterea sic, vel sic vnita, & communicata huic, aut illi. Exemplum potest afferri ex theologicis, & supernaturalibus, in adoratione latræ, quæ est eiusdem speciei, propterea tribuitur humanitati Christi ratione Diuinitatis vnitæ; & propterea tribuitur personis diuinis ratione Diuinitatis identitæ; absque eo tamen, quòd vno formaliter ingrediatur rationem adorandi, quæ est ipsa sola Diuinitas, quasi specificatiuè accepta; non autem reduplicatiuè, propterea vnita. Et idem est in adoratione imaginis, quæ est eiusdem rationis cum adoratione prototypi, absque eo, quòd relatio, vel habitudo ad prototypum formaliter ingrediatur rationem adorandi. Et ex Logicis, aut Metaphysicis potest afferri exemplum in analogo attributionis, verbi gratia, sanonam, sicut sanitas intrinsecè denominat animal sanum, & extrinsecè medicinam, & pulsuum sanum, absque eo, quòd tanquam forma extrinsecè denominans dicat habitudinem causæ, ratione cuius denominat medicinam; & habitudinem signi, ratione cuius denominat pulsuum: sed huiusmodi habitudines solum se tenent ex parte subiecti, quòd recipit denominationem, id est, ex parte pulsus, & medicinæ; & sunt quasi fundamentum, & ratio, propter quam intellectus illa denominat à tali forma, quæ est sanitas; non autem ab aliqua alia: ita & bonitas, & amabilitas diuina, quæ intrinsecè facit amabilem Deum, potest facere extrinsecè amabilem proximum propter habitudinem, & pertinentiam, quam habet ad illam, absque eo, quòd talis habitudo ingrediatur formaliter rationem amabilis, quæ totaliter potest esse ipsa sola diuina bonitas, supposita habitudine, & pertinentia ad ipsam, tanquam applicatione, & quasi vnione formæ extrinsecæ ad suum subiectum. Et vniuersaliter idem contingit in omni alia forma extrinseca, extrinsecè afficiente, & denominante subiectum, ut quando paries dicitur dexter à parte dextera animalis; & quantitas dicitur mensurata, à mensura extrinseca; & Deus dicitur Creator, aut Dominus, à creatura, & seruo, quem habet ad extra; absque eo, quòd formæ denominantes intrinsecè includant, aut dicant eas rationes, quæ sunt quasi vniones ipsarum cum huiusmodi subiectis; & quasi fundamenta, & rationes, propter quas ab ipsis sumuntur denominationes; ac proinde etiam proximus potest dici ex charitate esse amabilis per amabilitatem ipsius Dei; & filius, aut seruus amici cuiuscunque esse amabilis per amabilitatem ipsius amici, tanquam per formam extrinsecè afficientem, & denominantem ratione habitudinis, & pertinentiæ, quam verè habet ad ipsum Deum, vel ad amicum.

Et

7. Quomodo ex S. Thoma diuina bonitas, quæ est ratio, & obiectum formale in dilectione Dei, sit etiam ratio, & obiectum formale in dilectione proximi.

Et quòd hoc modo se habeat obiectum formale charitatis, propterea veritatur circa Deum, & circa proximum, potest ostendi etiam ex S. Thoma *quest. 3. de virtutibus*, quæ est prima de charitate, *art. 4. in corp. pag. 263. col. 4.* ubi asserit, quòd dupliciter possumus aliquem diligere: vno modo ratione sui, ut quando eum diligimus ratione proprii boni, quod habet in se, verbi gratia, quia est in se honestus, vel nobis utilis, aut delectabilis; & alio modo, ratione alterius, ut verbi gratia, quia attinet alicui alteri, quem diligimus secundum se; & hoc ipso quòd diligimus aliquem secundum se, etiam diligimus omnes familiares, & consanguineos, & amicos ipsius, in quantum illi attinent: sed in his omnibus est vna tantum ratio formalis diligendi, id est, bonitas, aut bonum illius, quem ratione sui diligimus, & quem diligimus in omnibus aliis. Et sic contingit in charitate, quæ diligit Deum ratione sui; & ratione illius diligit omnes alios; & ipsum in omnibus diligit, dum diligit proximum; quia in eo est Deus, vel ut in eo sit Deus.

Si ergo ex S. Thoma illa ipsa est ratio formalis diligendi proximum, quæ est ratio formalis diligendi Deum, id est, ipsa bonitas, vel bonum Dei, quem diligimus propter se, & idèd diligendo proximum, diligimus in proximo ipsum Deum existentem in ipso; non est, quòd dicamus, rationem formalem diligendi proximum esse formaliter ipsam attinentiam proximi ad bonitatem diuinam, propterea est quid creatum, & distinctum realiter ab ipsa bonitate diuina, eamque includit solum extrinsecè, & terminatiuè; quia sic conuinceretur ratio formalis non esse vna, & eadem in utraque dilectione; sed planè diuersa, sicut absolutum, quod terminat relationem, est diuersum à relatione, quam terminat: neque posset dilectio proximi dici virtus theologica, cum non attingeret Deum, nisi mediante relatione, & attinentia ad Deum: sicut neque religio est virtus theologica; quia non attingit Deum, nisi mediante cultu, quem illi exhibet, & qui sine dubio est quid diuersum à Deo.

Et 1. *part. quest. 6. art. 4.* quærit S. Thomas, utrum omnia sint bona bonitate diuina, & ut bene ibi notat Caiet. non quærit, utrum omnia sint bona à bonitate diuina; & utrum ab illa habeant, quòd sint bona; sed, utrum sint bona bonitate ipsa diuina, & hæc sit forma, qua res denominantur bonæ, sicut albedine denominantur albæ, & sicut loco denominantur locatæ; & posita distinctione eorum, quæ important relationem; & idèd denominantur ab extrinseco, ut verbi gratia, locatum à loco, & mensuratum à mensura; & eorum, quæ sunt absoluta, & denominantur ab intrinseco, duo responderet, id est, quòd vnunquodque dicitur bonum bonitate diuina, sicut primo principio exemplari, & effectiuo, & finis totius bonitatis; & præterea, quòd vnunquodque dicitur bonum similitudine, & participatione diuinæ bonitatis sibi inherente, quæ est formaliter sua bonitas intrinsecè ipsam denominans; & sic est bonitas vna omnium, & etiam sunt multæ bonitates. Et ex Caietano *ibidem*, conclusio hæc responsiva habet duas partes, id est, quòd diuina bonitas tanquam forma extrinseca, denominet bonum vnunquodque, in virtute in illo existens principium, & causa omnis bonitatis; & quòd præterea vnunquodque sit bonum bonitate sibi intrinseca, & sic vnunquodque dupliciter sit, & dicatur bonum, id est, bonitate diuina extrinseca, quæ est communis, & vna pro omnibus; & bonitate intrinseca, & sibi propria, quæ in multis est multiplex.

Qua ergo ratione diuina bonitas, tanquam for-

ma extrinseca, potest denominare, & facere res alias bonas ex sententia S. Thoma; etiam potest denominare, & facere proximum bonum, & consequenter verè amabilem ex charitate, & ex ratione formalis illius.

Et 2. *quest. 23. art. 1. ad 2.* explicans, quomodo charitas sit amicitia; & tamen se extendat ad inimicos, ait, ad illos non se extendere respectu ipsorum; sed solum respectu Dei, ad quem se extendit ratione sui; atque ita indicat, eandem bonitatem, quæ est ratio formalis amandi Deum ratione sui, esse etiam rationem amandi inimicum ratione alterius, & propter Deum. Et *art. 5. ad 2.* explicans, quomodo charitas sit vna virtus; cum tamen rationes diligendi sint multæ; ait, vnã solum rationem diligendi attendi à charitate, id est, diuinam bonitatem, quæ est eius substantia; atque ita indicat, quòd eadem bonitas, quæ est ipsa substantia, & essentia Dei, & est ratio diligendi ipsum Deum, sit etiam ratio diligendi proximum, quauis illi sit solum extrinseca. Et *quest. 25. art. 1.* ex eo probat, quòd dilectio charitatis se extendat ad proximum, & sit eadem specie cum dilectione Dei; quia ratio diligendi proximum est ipse Deus; & semper actus, qui fertur in rationem obiecti, est idem specie cum illo, qui fertur in obiectum sub tali ratione. Et in *resp. ad 1.* idem ait contingere in actu timoris; & eum, qui timet hominem, verbi gratia, Principem, propter id, quod est Dei in ipso, id est, propter ministerium diuinum, quod habet ad vindictam malefactorum, timere in eadem specie actus, in qua timet ipsum Deum, & tam hominis timorem, quam amorem, non distingui à timore, & ab amore Dei, quando vterque est sub eadem ratione timendi, aut amandi. Et hæc eadem sæpius repetit etiam *pluribus aliis locis*, quæ consulo omittimus.

Et certum videtur, quòd vnitas specifica in actibus charitatis, siue materialiter sint circa Deum, siue sint circa proximum, multò rationabilius ponitur, quam opposita distinctio, & pluralitas specifica, quam ponit Suarez *disp. 2. de charit. re. sect. 2. & alii* alij apud ipsum: neque enim in habitibus est admittenda illa extensio, aut latitudo ad plures actus distinctos specie, quæ admittitur in potentiis: siquidem hæc tribuuntur ab ipsa natura, & hi communiter acquiruntur per ipsos actus; & idèd adæquate commensurantur cuiusque naturæ, & indigentia, ut, scilicet, in illis remaneat, & conseruetur vnusquisque actus secundum speciem, sicut remanent, & conseruantur viuentia in suis seminibus, quæ ad hunc finem ex se producunt. Et quod communiter dicitur de habitibus naturalibus, & acquisitis, proportionaliter est dicendum etiam de supernaturalibus, & infusis; & bonitas diuina, quæ est ratio formalis specificans habitum charitatis, eumque constituens in vna specie infima, non apparet, quomodo plurificetur specie, & formaliter, in ipsis actibus; & propterea specificans actum amoris erga Deum, differat specie à seipsa, propterea specificat actum amoris erga proximum, cum etiam in proximo Deus ipse ametur, eiusque bonitas, ut iam diximus ex S. Thoma. Et quemadmodum diuina veritas obscure reuelans est tantum vna in specie infima, propterea specificat habitum fidei, & propterea specificat quoscunque actus; & idem est de bonitate diuina, in quantum est amabilis amore concupiscentiæ, & specificat habitum, & actus spei: ita & debet idem esse de eadem bonitate diuina, in quantum est amabilis amore amicitia, & specificat habitum, & actus charitatis; & alioqui, si huiusmodi bonitas diuina non semper attingeretur immediatè per

8. Timor hominis, & timor Dei, quomodo possint esse vnus speciei.

9. Secundum aliquos, amor Dei, & amor proximi, differunt specie.

per quencunque actum charitatis, non semper charitas est virtus theologica, vt iam indicauimus: quod tamen non est dicendum. Et denique certissimum est, quod hæc distinctio, & pluralitas specifica est contra S. Thomam, qui illam expressè negat, non solum in ipso habitu charitatis, 2. 2. *quest. 17. art. 3. quest. 18. art. 2. ad 3. quest. 23. art. 5. & quest. 81. art. 4. ad 3.* sed etiam in ipsis actibus diligendi Deum, & diligendi proximum, 2. 2. *quest. 25. art. 1. in fine corp. & ad 1.*

10. Ex unitate rationis formalis non tollitur ordo in actibus charitatis.

Neque hinc sequitur, tolli ordinem in actibus charitatis, & non magis appetitiuè esse amandum Deum, quam proximum; neque magis vnum proximum, quam alium, cum semper diuina bonitas, tam in se, quam in proximo, sit summè amabilis; & siue ametur, vt quod, & tanquam obiectum materiale, siue vt quo, & tanquam obiectum formale, semper sit eadem amabilitas, & semper apta facere idem amabile. Nam contra est: quia etiam in physicis non tribuunt formæ suos effectus, nisi iuxta capacitatem subiectorum: & idem calor, verbi gratia, receptus in ferro, alio modo reddit ferrum calefactum, quam reddat paleam, aut lignum, si in illis recipiatur, vt patet ex Aristotele *lib. 2. de par. animal. cap. 2. pag. 428.* & eadem potentia visiva alio modo facit potentem videre, si sit in oculo iuuenis, & bene disposito; & alio modo, si sit in oculo senis, & malè disposito, vt patet ex eodem Aristotele *1. de anima, text. 65.* & idèd non est mirum, si etiam bonitas diuina alio modo faciat Deum amabilem, hoc est, potentem mouere, & ad se trahere voluntatem per actum amoris erga ipsum; & alio modo faciat amabilem proximum, si hic ex se non est capax tantæ motionis, etiam prout intelligitur, quasi informati extrinsecè per eandem bonitatem diuinam: cum præsertim huiusmodi ordo in actibus charitatis non proueniat ex obiecto, aut ratione formali, sed ex conditionibus ipsius obiecti materialis, vt patet manifestè in illo ordine, qui est inter proximos, & secundùm quem est magis amandus cæteris paribus, qui est magis coniunctus, qui est magis probus, &c. etiam si omnes amentur propter eandem rationem formalem bonitatis diuinæ: & denique bonitas diuina non sit æqualiter in Deo, & in proximo; sed in Deo sit essentialiter, & secundùm totam rationem bonitatis; & in proximo sit solum participatiuè, vt loquitur S. Thomas 2. 2. *quest. 26. art. 2. ad 3.* id est, quasi secundùm partem, & non secundùm totalitatem.

Similiter ex hoc, quod proximo applicetur extrinsecè diuina bonitas, & per illam fiat amabilis formaliter amore charitatis, non sequitur, quod etiam possit extrinsecè applicari vnicuique ipsa sanctitas, & iustitia Christi Domini, & per illa fieri sanctus, & iustus, vt volunt Hæretici: vt enim definitur in Tridentino *sess. 6. cap. 7. & can. 10. de iustificatiõne*, quauis nostra iustificatio non contingat sine Christi iustitiâ, & sanctitate, per quam nobis meruit, vt iustificemur, & absque eo, quod nobis applicentur ipsius merita; non tamen contingit per eam solum, & absque forma intrinseca sanctitatis, & gratiæ, quæ ex huiusmodi meritis, & præposita nostra dispositione, & cooperatione nobis infunditur; de qua re non est, quod pluribus hoc loco agamus.

Atque ex hoc, quod ratio formalis amandi proximum per charitatem supernaturalem, sit ipsa diuina bonitas, aperte sequitur, quod, propriè loquendo, non sit dicendus amari ex charitate, si quis ametur propter intrinsecam probitatem, & propter dona etiam supernaturalia gratiæ, & virtutum, nisi

hæc ipsa amentur, prout continent bonitatem diuinam: & prout hæc in illis relucet, & est etiam illis formalis ratio, vt amentur: & eadem ratione non amatur ex naturali charitate, & amicitia erga Deum is, qui amatur ex propria bonitate, & honestate naturali, quam habet; nisi etiam hæc ametur ex bonitate diuina naturali, & naturaliter cognoscibili, tanquam ex ratione formali amandi.

Et idem accidit etiam in cultu, & actu religionis: quia enim ratio formalis adorandi, & colendi, verbi gratia, Sanctos; est propria illorum excellentia per dona gratiæ, & gloriæ; non autem excellentia increata Dei; cultus dulcis, qui illis tribuitur, non est idem specie cum cultu patriæ, qui tribuitur Deo, vt patet ex S. Thoma 2. 2. *quest. 25. art. 1. ad 2. & quest. 81. art. 4. ad 4.* Et contra, quia ratio formalis adorandi imaginem est vna, & eadem cum ratione formalis adorandi prototypum, id est, propria illius excellentia; etiam cultus imaginis est vnus, & idem cum cultu prototypi; & similiter in scientiis, quia ratio formalis assentiendi conclusioni est ipsa connexio extremorum cum medio, & ratio formalis assentiendi principiis est ipsa connexio immediata terminorum inter se; assensus conclusionis, & assensus principiorum non est vnus specie, sicut est amor Dei, & amor proximi propter rationem contrariam: quia, scilicet, charitas amando proximum propter Deum, diligit in proximo ipsum Deum, vt habent S. Augustinus *lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 27. tom. 3.* & S. Thomas 2. 2. *quest. 103. art. 3. ad 2.* Et quemadmodum qui perfectè cognosceret in scientiis prima principia secundùm totam suam virtutem, non opus haberet, vt ei seorsim proponerentur conclusiones; sed eas per se cognosceret in ipsis principiis; & qui bene cognosceret, & amaret bonitatem finis, amaret in fine etiam illa, quæ sunt ad finem; & vniuersaliter qui bene cognoscit virtutem causæ, cognoscit in illa etiam effectus: ita & qui bene cognoscit, & amat Deum, & bonitatem diuinam, amat in Deo etiam proximum; & amando proximum, non amat in proximo nisi Deum, vt bene explicat S. Thomas 2. 2. *quest. 44. art. 2.* vbi etiam hæc de causâ assertit speciale præceptum de dilectione proximi solum dari propter minus capaces, qui non de facili considerant, quod illud contineatur in alio præcepto de dilectione Dei; sicut & in scientiis specialiter, & signanter deducuntur conclusiones ex principiis propter eos, qui non sufficiunt considerare in principiis, quicquid in illis continetur virtute.

DISPUTATIO X.

Circa quid versetur charitas, vt circa obiectum materiale.

1. Obiectum materiale primum, & principale est ipsa Deus.
2. Obiectum materiale secundarium, & minus principale est proximus.
3. Qui sunt intelligendi nomine proximi.
4. Etiam Angeli sunt diligendi ex charitate, tanquam proximi.
5. Quomodo amicitia semper fundatur in aliqua communicatione.
6. Demones nullo modo sunt diligendi ex charitate.
7. Et idem est de hominibus iam damnatis.
8. Secus verò de aliis hominibus, etiam infidelibus, peccatoribus, & inimicis.

2. Quomodo

9. Quomodo peccatores possint, & debeant odio haberi, vt peccatores; & amari, vt proximi.
10. Quomodo inimici sint diligendi, vt proximi, ex charitate.
11. Etiam Christus est diligendus ex charitate, vt proximus.
12. Charitas erga proximum est verè amicitia.
13. Quomodo reprobi, & certo damnandi possint amari ex charitate.
14. Charitas erga seipsum non est amicitia ad seipsum.
15. Amor erga seipsum non est amicitia; sed aliquid maius, & quasi mensura, & forma omnis aliterius amicitie.
16. Ex charitate, quæ est amicitia ad Deum, amamus nos ipsos, vt Dei amicos, & tanquam aliquid Dei.
17. Amor sui ex charitate, & amor sui, qui est visus, est longè alius.
18. Peccatores non amant seipsos.
19. Ex charitate amamus nos ipsos, etiam secundùm corpus.
20. Castigatio proprii corporis in hac vita est maxime secundùm charitatem.
21. Obiectum materiale charitatis, in quantum est amor concupiscentiæ, est id omne, quod alteri amatur in ordine ad beatitudinem.
22. Etiam ipsa charitas est amanda ex charitate.

OBIECTVM materiale charitatis prius explicabimus, in quantum charitas est amor amicitie, & consideratur respectu illius, cui volumus bonum; & postea in quantum est amor concupiscentiæ, & consideratur respectu ipsius boni, quod alteri volumus, vt indicauimus *disp. præcedente, n. 1.* ex S. Thoma 1. 2. *q. 26. art. 4.*

Et primò certum est, quod charitas, in quantum est amor amicitie, primò, & principaliter habet pro obiecto materiali ipsum Deum. Ita S. Thomas 2. 2. *quest. 1. art. 1. ad 3. & art. 3. ad 1. & quest. 23. art. 5. ad 1. & ad 2. & quest. 66. art. 6. in corp.* & omnes communiter: idque significatur in sacris Litteris, quando appellatur charitas Dei ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.* & 1. Ioan. 2. *Qui seruat verbum eius, in hoc charitas Dei perfecta est.* neque enim est sensus de charitate increata, quæ est in Deo, & qua Deus ipse nos diligit, & habet charos, quasi hæc dicatur diffusa in cordibus nostris, id est, in nos effusa, & quasi profusa per ipsam communicationem Spiritus Sancti, & per eius dona: sicut & Princeps aliquis, communiter dicitur liberalitatem suam profundero, aut esse in aliquem profuse liberalitatis, quando illum cumulat maximis donis, & beneficiis: sed maxime est sensus de charitate creata, & nobis infusa, vt Deum ipsum diligamus, vt patet ex Trid. *sess. 6. cap. 7. de iustif. vbi de hac charitate, non autem de illa intelligit locum alatum ex S. Paulo, & ex Scholasticis communiter apud Cor. à Lapide in illum locum, pag. 76. n. 259.* & apud Suar. *disp. 1. de charit. sect. 1. n. 1.* Et ratio est: quia Deo maxime omnium conuenit diuina bonitas, quæ est ratio formalis in charitate, eumque maxime omnium, & maxime per se facit amabilem, ac proinde maxime principaliter circa Deum versatur, vt circa obiectum materiale; & maxime potest accipere ab illo denominationem, & dici charitas Dei: & cum vicissim etiam ipse nos redamet, rectè dicitur, quod charitas circa illum versetur, in quantum est amicitia.

Secundò, certum est, quod charitas, in quantum est amicitia, se extendit etiam ad proximum, & hic etiam est secundarium illius obiectum materiale. Ita

Baldelli *Theol. Moral. Tom. 11.*

S. Thomas 2. 2. *quest. 23. art. 5. ad 1. & quest. 25. art. 1.* & omnes communiter: & patet clarissimè ex 1. Ioan. 4. *Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.* & Si diligitur inimicem, charitas eius in nobis est. & Matth. 22. & Mar. 12. & Lucæ 10. *Hoc est maximum, & primum mandatum: Diliges Dominum Deum tuum, &c. secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Et ratio est: quia diuina bonitas etiam proximum facit amabilem, cum etiam in illo reperitur, tanquam primum principium, & causa totius amabilitatis, & bonitatis; vt supra explicauimus; & similiter cum etiam proximus sit caput redamationis in nos per similem habitum charitatis, quem potest in se habere, & quo potest nos redamare, similiter rectè dicitur, quod charitas vniuersaliusque circa illum versetur, in quantum est amicitia.

Quòd si quæras, qui sint intelligendi nomine proximi, & ad quos vitra Deum, possit charitas se extendere, in quantum est amicitia: Respondeo, certum esse, quod appellatio proximi ex ipsa vi nominis, importat quandam propinquitatem, & quasi affinitatem, aut accessum ad eisdem aliquos fines, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. *quest. 44. art. 7. & vt habet Sanctus Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 30. tom. 3.* certum est, quod nomen proximi est relatiuum, & ad aliquid, cum omnis proximus sit alicui proximus, imò & proximo proximus: & idèd ad nostrum propositum ex communi sententia apud Suar. *disp. 1. de charit. sect. 1. n. 3.* omnis ille est nobis proximus, & diligendus ex charitate, qui nobiscum participat de natura intellectuali, & est capax beatitudinis supernaturalis, in ordine ad quam est diligendus, & in hac latitudine nomen proximi accipit S. Augustinus *lib. 1. cit. de doctrina Christiana, cap. 23. 26. & 30. & tract. 83. in Ioan.* & Sanctus Chrysost. *hom. 55. ad populum, & Sanctus Prosper lib. 3. de vita contemplatiua, cap. 15.* & secundùm illam etiam Angeli veniunt appellatione proximi, vt probat S. Thom. 2. 2. *q. 25. art. 1. o. ex Sancto Augustino lib. 1. de doctrina Christiana, c. 30. cit. tom. 3.* quauis enim non contineant nobiscum in natura rationali, & discursiua; conueniunt tamen in natura intellectuali, & nobiscum communicant in eadem beatitudine supernaturali; & in ordine ad illam multa nobis officia misericorditer impendunt: & non est dubium, quod in hac communicatione, & participatione beatitudinis, quam cum illis habemus, potest fundari vera amicitia charitatis supernaturalis: sic enim ex Aristotele 8. *Ethica, cap. 11. & 12.* & ex S. Thoma 2. 2. *quest. 23. art. 5.*

4. Etiam Angeli sunt diligendi ex charitate, tanquam proximi.

5. Quomodo amicitia semper fundatur in aliqua communicatione.

III fundatur

fundatur in communicatione, & societate, imò & omnis amicitia in societate consistit, ut dicitur 8. *Ethic. cap. 12. m. 10.* cum præsertim etiam communicatio, aut communiò in aliquo semper sit aliqua unitas, aut vnio inter eos, qui communicant, & idèd alter alterum semper amet, ut aliquo modo sibi vnitum, & factum vnum, ut notat S. Thomas 2. 2. *quæst. 25. art. 4.* ex illo S. Dionysij *cap. 4. de diuin. nom.* quòd amor sit virtus vnitiua; & sicut explicat *opusc. 18. quod est de perfectis vite spiritualis, cap. 13. pag. 1. 9. col. 4.* vbi etiam asserit, hac de causa præcipi, ut vnusquisque amet proximum, sicut seipsum; quia ratione communionis, quam habet cum illo quoad beatitudinem, est quasi vnus cum ipso, ac proinde quia communicamus in beatitudine supernaturali etiam cum Angelis, & ab illis in multis iuuamur, & nos vicissim bene agendo obsequium, & gaudium illis præstamus, rectè dicimur, etiam illos habere proximos, & etiam ad illos se extendere charitas, in quantum est amicitia, & aliqua vnio.

6. Secus verò est de Dæmonibus, cum quibus nullam habemus communicationem quoad æternam beatitudinem; neque possumus ex charitate eam illis optare, cum ex Dei iustitia sint in æternum damnati, eamque punitionem, ut maxime iustam, tenemur approbare ex charitate erga ipsum Deum, ut patet ex S. Thoma 2. 2. *quæst. 25. art. 11.* Neque ex eo, quòd velimus etiam Dæmones conseruari, & permanere in suis naturalibus ad Dei gloriam, sequitur, quòd etiam illos verè diligamus ex charitate, nisi fiat quæstio de nomine, ut notat S. Thomas *ibid.* si quidem etiam bruta, & creaturas irrationales volumus conseruari ad Dei gloriam, & ad vtilitatem hominum; neque tamen ad illas est proprie charitas, aut amicitia, ut idem probat *e. dem. q. 25. art. 3.* sed factis est ad huiusmodi actus illa charitas, & amicitia, quæ est erga Deum, vel erga homines, propter quos, & quibus amantur huiusmodi creaturæ irrationales: quod idem etiam est de Dæmonibus, quos conseruari, & permanere solum optamus ex charitate in Deum, & in quantum id cedit in Dei gloriam; non autem in quantum est bonum ipsorum Dæmonum; atque ita solum amantur, ut res quædam ipsius Dei, non autem quatenus sunt ipsi, ut notat Valens 2. 2. *disp. 3. quæst. 3. puncto 1. §. Quinto, sequitur. col. 580.*

Et similiter, neque ex eo, quòd Dæmones nobis sint viles, dum nos tentando, fabricant nobis cotonas, ut notat S. Augustinus *lib. 11. de ciuit. cap. 17. rom. 5.* sequitur, quòd ipsi nos diligant ex charitate, & amicitia, vel, quòd ex huiusmodi vtilitate, quam ex illis capimus, debeamus induci, ut illos amemus ex charitate; siquidem hæc tota vtilitas solum prouenit ex Dei ordinatione, & prouidentia; non autem ex illorum intentione, quæ semper, & solum est, ut nos inducant ad malum; & idèd ex illa non debemus induci, nisi ut Deum amemus, qui etiam Dæmonum voluntatem, & peruersionem conuertit in nostram vtilitatem, ut subdit S. Thomas *quæst. 25. art. 11. cir. in responsione ad 3.*

4. Et quod dicimus de Dæmonibus, eadem ratione est etiam dicendum de hominibus iam damnatis ex eodem S. Thoma eodem *art. 11. d. 2.* cum etiam illi sint in æternum exclusi a beatitudine neque possumus eam illis optare ex charitate; sed contra debeamus eorum damnationem approbare, & solum optare conseruationem in esse; non in quantum est ipsis bona, sed solum quatenus cedit in Dei gloriam, & in ostensionem diuinæ iustitiæ, ut iam diximus. Et quauis Suar. *disp. 1. de charit. c. 1. §. 1. n. 4. in fine,* concedat, posse nos per charitatem modo

Et idem est de hominibus iam damnatis.

aliquo imperfecto versari circa damnatos, habendo circa illos desideria, & voluntates imperfectas; si tamen huiusmodi actus dicantur esse alij, quam circa eorum conseruationem in solam Dei gloriam, & in ostensionem diuinæ iustitiæ, ut iam diximus, non admittuntur à S. Thoma; nec charitas dicenda est versari circa illos, in quantum est amicitia; sed solum circa Deum, cuius gloriæ illi amantur in bonum hominum. Et quemadmodum Deus ipse non amat Dæmones, & damnatos, ut amicos; & neque etiam bona naturalia, & ipsum esse illis vult, in quantum sunt bona ipsorum; sed solum in quantum faciunt ad ostensionem suæ gloriæ, & iustitiæ; ita & nos non debemus ex charitate illos amare, ut amicos, optando illis bona, ut bona illorum sunt; & dolendo de malis, ut mala illorum sunt; sed solum referendo in Deum, tam bona, quæ illis optamus, quam mala, de quibus dolemus; sicut & possumus creaturis irrationalibus optare bona, & detestari mala; non propter ipsas, & quatenus bona, aut mala ipsarum sunt; sed solum propter homines, quibus solis illas amamus. Atque hoc tantum modo non esset damnandus affectus aliquis commiserationis, & displicentiæ de summis miseriis damnatorum, & aliquis actus desiderij inefficacis de illis leuandis, aut tollendis, si desissent, referendo, scilicet, omnia in ipsum Deum, in cuius gloriam maxime cederet, si omnes simplicitèr, tam Angeli, quam homines, salui essent, eiusque amici; & nullus vnquam illi fuisset, aut esset futurus inimicus.

De aliis verò hominibus, qui adhuc sunt viatores, certum est, quòd sint diligendi ex charitate, etiam si alioqui sint infideles, aut peccatores, vel etiam nobis offensi, & inimici. Ita S. Th. 2. 2. *quæst. 25. art. 6. & 8.* quia certum est ex S. August. *lib. 1. de doctr. Christ. c. 30. tom. 3.* quòd homines huiusmodi sunt nobis proximi, cum participent de eadem natura rationali; & sint capaces beatitudinis; & idèd hoc ipsum debemus in illis amare ex charitate, etiam si possumus, & debeamus simul odisse, quòd sint infideles, & peccatores; quod est maximum malum, etiam ipsis. Et solum hoc modo dicuntur in Scriptura odio haberi iniqui, id est, in quantum iniqui sunt, & solum iniquitatem odiendo, non autem naturam Pl. 118 *Iniquos odio habuit.* & tale odium rectè dicitur esse perfectum Pl. 138. *Perfecto odio oderam illos.* in quantum, scilicet, etiam ipsum est ex charitate, cum eiusdem rationis sit, odisse, vel detestari alicui malum; & amare, vel optare illi bonum, ex S. Thoma *art. 6. ad 1.* Neque mala, quæ peccatoribus, & iniquis ex legitimo præscripto inferuntur à Potestatibus publicis, inferuntur ex odio; sed ex amore, quo bonum publicum præfertur priuato, & ipsi etiam vitæ singularis alicuius personæ, & huic etiam singulari personæ non parum profunt ex eodem S. Thoma *ibid. in resp. ad 2.* cum profint ad culpæ expiationem, si culpæ illum pœniteat; vel saltem ad culpæ terminationem, & ne amplius illam contrahat, si non pœniteat. Et alioqui certum est, quòd non ex eo, quòd quis euadat malus in amicitia, sunt illi statim neganda, aut subtrahenda officia, & beneficia amicorum, & amicitia in totum est dissoluenda. Sed contra ex Arist. 9. *Ethic. c. 3. pag. 220. in fin.* & S. Thom. *in resp. ad 2. art. 1.* solum is id est faciendum, qui ob prauitatem sunt iam incurabiles, & aliis, qui curationem admittunt magis est ferendum auxilium pro recuperatione virtutis, & ut sanentur à prauitate, quam ferretur pro recuperatione pecuniarum, & facultatum, & ut subleuantur ab egestate, si forte in illam incidissent; siquidem probitas morum est multò præstantior, & amicitia multò accommodatior, quam

8. *Sed etiam de alijs hominibus, etiam in fidelibus, peccatoribus, & inimicis.*

9. *Quomodo peccatoribus, & infidelibus, & alicuius odio haberi, & amari, ut proximi.*

quàm pecuniæ. Et in hoc sensu debent maxime intelligi imprecationes malorum, quæ sæpè inueniuntur in Scriptura contra peccatores, ut Pl. 9. *Conuertentur peccatores in infernum: omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum.* & paulò post: *Conuertentur in infernum peccatores, & maligni.* ut, scilicet, culpa ipsa remoueat, & destruantur peccata; non autem ut destruantur natura, & malè habeant ipsi peccantes. Vnde & subditur Pl. 9. *Quærat peccatum illius, & non inuenietur.* Neque dilectio, quam habemus ad prauos, debet nos facere similes prauis, & ut ea velimus, quæ ipsi volunt, & de illis gaudeamus, de quibus gaudent, iuxta illud Arist. 9. *Ethic. c. 3.* cit. *Simile simili amicum est: & amicum idem est velle, & idem nolle.* sed contra debet illos facere similes nobis, & ut ipsi ea velint, & de eis gaudeant, quæ nos volumus, & de quibus gaudemus secundum virtutem; & illud debet impleri, quod dicitur Ieremia 15. in fine: *Conuertentur in se, & tu non conuertentur ad eos.* Et ad hunc finem laudabile est, ut probi conuertentur cum improbis, si ablit periculum, ne ab illis peruertantur ad improbitatem; & ad sit ipse, quòd illi è contra sint conuertendi ad probitatem, ut subdit S. Thoma *eodem articulo 6. in responsione ad 5.* & patet ex Christo Domino, qui ad hunc finem manducauit, & bibebat cum peccatoribus, ut dicitur *Matth. 9.*

10. De inimicis autem, quòd specialiter sint diligendi etiam ipsi ex charitate, patet manifestè ex illo *Matth. 5. Diligite inimicos vestros.* Verum id ex S. Thoma 2. 2. *quæst. 25. art. 8.* non est intelligendum, in quantum formaliter sunt inimici, & nobis contrarij: id enim peruersum est, & charitati repugnans, ut ipse loquitur: sicut, si quis è contra odio haberet amicos, in quantum formaliter sunt amici, eisque bene vult, & bene faciunt: sed debet intelligi, quantum ad naturam, & in vniversali, ut, scilicet, diligendo proximum generaliter, non excludamus ab hac generalitate inimicos, quia inimici sunt; sed parati simus etiam illis in speciali bene velle, & bene facere, si occurrat necessitas.

11. Potiori ratione inter proximos, ad quos extenditur amicitia charitatis, est numerandus etiam Christus, ut ex communi sententia Scholasticorum *in 4. sententia 1. m. & Sanctorum Patrum in ap. 1. o. S. Lucae,* notat Suar. *disp. 1. de charitate, sect. 1. num. 3.* verè enim etiam Christus, in quantum est homo, nobilicium participat de eadem natura, & est participes eiusdem beatitudinis supernaturalis; & ratione huius participationis est aliquo modo vnus nobilicium; & in hac communicatione, & quasi vnione potest fundari mutuis amor, & mutua benevolentia, quæ est amicitia charitatis, dum ille se totum nobis dedit Mediatorem, & Redemptorem; & nos vicissim nos totos illi damus, atque impendimus in illius gloriam, ut patet ex dictis paulò ante, n. 5. de amicitia ratione societatis, & communicationis cuiuscunque.

12. Neque ex eo, quòd hi omnes proximi solum amentur propter Deum, ut propter vltimum finem, & propter rationem formalem amandi, sequitur, quòd non amentur tanquam amici; & quòd charitas non se extendat ad illos, in quantum est amicitia; sed solum in quantum est amor concupiscentiæ; & quòd solum amentur, ut res aliqua ipsius Dei. Contra enim est: quia non amantur propter commodum, aut emolumentum, quod ex illis capiat Deus; sed in quantum sunt proximi, nostrumque amorem in illis sistimus, ac terminamus, quantum possibile est ex ipsa rei natura; & bona illis volumus, quatenus bona illorum sunt; quauis tandem, & ipsos, & bona referamus in Deum, ut in finem vltimum, & exemplum

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

potest afferri de illo, qui optat suum amicum seruare, verbi gratia, Regi: vere enim id optat ex amicitia, si optat, quia seruus Regis est illi bona, & utilis, etiam si tandem huiusmodi seruus sit etiam bona ipsi Regi Neque hoc est contra rationem amicitia, ut notat Suar. *ub. 3. de relig. c. 5. n. 12. & seq. pag. 38. tom. 1. Azor. part. 1. lib. 9. c. 3. q. 5. col. 106.* & Bannes 2. 2. *quæst. 23. art. 5. col. 836.* liquidem hæc non facit, ut omnes amici amentur æqualiter; sed solum ut vnusquisque ametur secundum propriam amabilitatem, & quantum amabilis est: quo certè modo omnes proximi sunt minus amabiles, quam Deus, & solum post Deum; & tanquam amici quidam secundarij; non autem ut amici primarij; & si etiam in illis sit charitas supernaturalis, per quam vicissim nos redament, nihil deest nostre charitati ad perfectam rationem amicitia: si verò non sit, ut contingit in infidelibus, & peccatoribus, solum est amicitia actualiter, quantum est ex parte nostra; & ex parte illorum non est redamatio nisi in potentia; ut subdit Bannes *loco citato*: quod idem etiam accidit, quando ex charitate amamus inimicos, & ab illis non redamamur: hoc enim est solum per accedens, quantum est ex parte nostra; neque habitus, qui est in nobis ad illos rectè amandos, & dicitur amicitia ex parte nostri, potest variari, nisi accidentaliter, ratione illorum, & secundum extrinsecam denominationem, ut supra explicauimus *disp. 8. n. 4.* cum præsertim hic, aut ille proximus in particulari solum respiciatur per charitatem, ut proximus; & secundum hanc rationem communem, non autem reduplicatiuè ut peccator, vel ut inimicus; & idèd mirum non sit, si non redamet, & charitas respectu illius ut sic, non sit completè amicitia, cum hanc rationem satis habeat respectu proximi in communi, qui est terminus, & obiectum materiale per se, qui certè proximus verè redamat in pluribus suis indiuiduis.

13. Quòd si querat, verum charitas se extendat etiam ad illos, qui quauis sint viatores, sunt tamen reprobi, & certè, & infallibiliter damnabuntur: Respondet Suar. *disp. 1. de charit. sect. 1. n. 5. pag. 414.* omnino extendi: quia, quauis plures sciatur quasi confusè, & indeterminate esse reprobi; & damnandij, non tamen sciuntur determinatè, & distinctè, quinà sint; & absolute quandiu sunt viatores, omnes possunt saluari, & idèd absolute nullus est excludendus à dilectione per charitatem: si tamen loquamur de reprobis, siue in vniversum, siue in particulari de hoc, aut illo; in quantum sunt reprobi; & ex suppositione, quòd sint damnandi, certum est, quòd non potest per charitatem optari illis beatitudo, aut procurari per actus desiderij efficaces, & perfectos, ut etiam supra diximus *disp. 2. n. 22.* in casu simili de actu spei, qui redditur omnino impossibilis pro beatitudine illi speranda; qui certè scitur esse damnandus; repellente, nimirum, hac ipsa certitudine nostras voluntates ab huiusmodi actibus. Et hoc modo Sanctus Augustinus *lib. 21. de ciuit. c. p. 21.* negat esse orandum pro reprobis, ex suppositione, scilicet, quòd sint reprobi, & ad effectum, ut saluentur. Potest tamen illis optari eadem beatitudo ex charitate per actus inefficaces, & imperfectos, qui absolute possunt haberi etiam de illis, quæ certè sciuntur non esse futura, imò & esse impossibilia, ut patet ex Aristotele 3. *Ethic. c. 2. pag. 54. in fine*: ut, si quis desideret, verbi gratia, esse immortalis, & nunquam mori, vel aliquid simile: & à fortiori possunt illis optari ex eadem charitate etiam per actus perfectos, & efficaces illa alia bona supernaturalia, quæ non sunt impossibilia cum reprobatione, & damnatione certè futura, ut sunt, v. g. dona

Quomodo reprobi, & certè damnandi possunt amari ex charitate.

III 2 dona

dona gratiæ, & auxilia ad vitanda peccata, & ad supplicia minuenda: sic enim etiam Deus non denegat reprobis huiusmodi auxilia, quandiu sunt in hac vita, & etiam illis, imò & ipsi etiam Antichristo concedit Custodes Angelos, per quos retrahuntur à pluribus malis, quibus possent, & sibi, & aliis multum nocere; & arcentur etiam Dæmones, ne noceant, quantum volunt, vt patet ex S. Thoma 1. part. quest. 113. art. 4. ad 3.

14. Verum autem charitas sit amicitia, prout etiam est erga nos ipsos, sic explicat S. Thomas 2. 2. q. 25. art. 4. Si loquamur de charitate, prout est amicitia ad illum, qui ex charitate diligitur, non potest dici, quod sit amicitia ad nos ipsos: quia ex S. Gregorio homilia 17. in Euangelia, amicitia charitatis minus, quam inter duos haberi non potest; & nemo proprio ad semetipsum habere charitatem dicitur; sed dilectio in alterum tendit, vt esse charitas possit: & certum est, quod amicitia ex propria sua ratione requirit redamationem, vt patet ex Arist. 8. Ethic. c. 3. & 8. quæ tamen redamatio non potest esse eiusdem ad seipsum: & hoc modo non solum charitas, & dilectio supernaturalis, prout est ad nos ipsos, non est amicitia; sed neque etiam charitas, & dilectio naturalis, vt subdit S. Thom. ibid. quauis sit aliquid maius, & supra amicitiam, cum sit radix, & mensura, & forma, seu exemplar omnis alterius amicitia: nam in tantum vnusquisque amat perfecte suum amicum, in quantum illum amat, sicut seipsum, & vt alterum se; sique amorem ponit sibi quodammodo ob oculos, tanquam exemplar, ad cuius similitudinem exprimere debeat amorem alterius, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quest. 26. art. 4. in arg. Sed contra est: quia amicitia est quedam vnio amicorum ad inuicem, & amor ex propria natura est virtus vnitiua ex Sancto Dionysio cap. 4. de diuinis nominibus; quemadmodum vnio aliquorum, tantò est maior; quanto magis accedit ad vnitatem; & ad omnimodam indiuisiorem, quam aliquis habet erga seipsum; & hæc vnitas potest dici quasi forma, & mensura omnis alterius vnionis: ita & amicitia, quæ est inter aliquos, tantò est maior, atque perfectior, quanto magis accedit ad amorem erga seipsum: & hic rectè dicitur esse mensura, & quasi forma omnis alterius amoris, qui habetur ad alios: Vnde & Aristoteles 9. Ethic. cap. 8. pag. 229. expressè asserit, quod quæ attinent ad amicitiam, non deueniunt ad alios, nisi à seipso; & quod etiam prouerbialia amicitia sunt maximè desumpta ex amore sui ipsius, vt, verbi gratia, quod amicorum sit anima vna, quod omnia sint communia, quod amicitia sit æqualitas amicorum, quod genu sit propinquius tibiæ, & similia: quia enim hæc omnia maximè insunt vniciueque erga seipsum, rectè ostendunt, quod nullus sit magis amicus, quam idem sibi; ac proinde quod amor erga seipsum sit mensura, & forma omnis alterius amicitia, aut amoris, qui sit erga alios.

15. Amor erga seipsum non est amicitia; sed aliquid maius, & quasi mensura, & forma omnis alterius amicitia.

16. Si verò loquamur de charitate, prout est in nobis amicitia ad ipsum Deum, rectè dicitur ex consequenti esse etiam ad nos ipsos, tanquam ad aliquod Dei, & tanquam ad Dei amicos, & pertinentes ad Deum, vt subdit Sanctus Thomas art. 4. cit. atque ita quauis nos ipsos ex charitate non diligamus, tanquam amicos nostros; neque charitas extendatur directè ad nos, vt amicitia erga nos; diligimus tamen, vt Dei amicos; & charitas ad nos extenditur ex consequenti, & indirectè, vt amicitia erga Deum. Vnde ex Caetano, & Bannes ibidem, non eodem modo ex charitate diligimus alios, quo diligimus nos; sed alios diligi-

mus, vt amicos Dei; & simul vt amicos nostros; & charitas non solum ex consequenti, & indirectè; sed etiam per se, & directè ad illos extenditur, vt amicitia, quauis non nisi post Deum, & secundariò, & minus principaliter; cum tamen nos ipsos non diligamus, nisi vt Dei amicos; neque charitas ad nos extendatur, vt amicitia, nisi ex consequenti, & indirectè, id est, vt amicitia erga Deum. Et idem posset contingere etiam in amicitia naturali, & purè humana, si quis post amatum per se, & directè amicum, seque illi quodammodo traditum, iterum conuerteret, & quasi reflecteret in seipsum actum amoris, seque amaret, vt amicum amici, & vt aliquid iam spectans, & numeratum inter bona amici. Et quauis communiter inter homines non contingat ex amore erga amicum reflecti, & nasci amorem erga nos ipsos; & virtus, & habitus amicitia naturalis, neque etiam ex consequenti, & indirectè sit communiter erga nos, sed solum sit erga alios; & amor nostri sit longè alius, & longè maior, quam amicitia, imò sit prima radix, & forma, & mensura omnis alterius amicitia, vt diximus; contingat tamen in amore per charitatem, & amicitiam erga Deum, cum hæc maximè per se, & directè, & primò, & principaliter sit erga Deum, & solum ab illo extendatur directè, vt amicitia etiam ad proximos, eoque amet, & verè habeat, vt nostros amicos secundarios, & minus principales; & tandem ad nos; neque etiam hoc modo possit directè extendi, vt amicitia; sed solum reflexè, & ex consequenti possimus ex amicitia charitatis nos amare, & habere, vt Dei amicos; non autem vt amicos nostros. Neque hic amor quasi reflexus ad nos, dicendus est esse mensura, & quasi forma amoris in Deum, sicut contingit in amore, & amicitia naturali; sed contra ipse amor in Deum est mensura, & forma amoris in nos per charitatem, cum nos ipsos solum amemus propter Deum, & in quantum postulat bonum Dei.

17. Arque hinc fit, vt amor, quo nos amamus ex charitate, sit longè alius ab amore sui, quem etiam Philosophi maximè vituperant, vt patet ex Aristotele 9. Ethic. cap. 8. per tot. & quem S. Augustinus lib. 14. de ciuit. cap. 21. tom. 5. maximè ait opponi amori Dei, & fundare ciuitatem Babylonis, & Diaboli contra ciuitatem Dei; & quem S. Paulus 2. ad Timoth. 3. maximè detestatur, quando ait: In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines amantes seipsos. vt enim notat S. Thomas 2. 2. quest. 25. art. 4. citato; ad 3. & fuse explicat Aristoteles cap. 8. citato; illi tantum amantes seipsos vituperantur, qui amant se secundum naturam sensibilem, cui obtemperant; non autem illi, qui amant se secundum naturam rationalem, sibi que volunt ea bona, quæ pertinent ad perfectionem rationis, vt certè sunt, qui se amant ex charitate.

18. Imò & qui amant seipsos primo modo, neque etiam verè se amant, vt probat S. Th. q. 25. cit. art. 7. & Arist. 9. Ethic. c. 8. pag. 230. in it. cū non verè seipsos cognoscant, eamque putent esse magis præcipuam partem sui, quæ talis non est; id est, naturam sensitiuam, & corporalem, cui indulgent, quam S. Paulus 2. ad Cor. 5. appellat hominem exteriorem; non autem mentem rationabilem, quam appellat hominem interiore. Vnde & in iis, qui primo modo amant seipsos, neque etiam illa reperiuntur, quæ Arist. 9. Ethic. c. 4. notat communiter reperiiri in iis, qui verè amant, vt, scilicet, cum, quem amant, velint esse, & viuere, & bona illi velint, & procurent, & delectabiliter illi conuiuant, & ab illo non dissentiant, atque discordent; sed iidem delectentur, & dolent, quibus ille-

Ex charitate, quæ est amicitia ad Deum, amamus nos ipsos, vt Dei amicos, & tanquam aliquod Dei.

19. Ex charitate amamus nos ipsos, etiam secundum corpus.

20. Castigatio proprii corporis in hac vita, est maximum secundum charitatem.

21. Obiectum materiale charitatis, in quantum est amor concupiscentia, est id omne, quod potest aliquo modo referri, & ordinari ad beatitudinem supernaturalem, siue sit aliquid naturale secundum substantiam, siue aliquid supernaturale: & hoc modo S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 2. docet, quod etiam ipsa charitas est diligenda ex charitate, non quidem sicut amicus, cui volumus bona; sed, sicut bonum, quod volumus amico: quia amor ex natura ipsius voluntatis, cuius est actus, necessariò habet, quod possit reflecti supra seipsum, in quantum, scilicet, obiectum voluntatis est bonum vniuersale, & idè totum id potest cadere sub actu voluntatis, quod potest representari, vt contentum sub ratione boni, qualis est etiam amor, & ipse actus voluntatis: vnde & potest vnusquisque non solum directè amare, & velle; sed etiam reflexè amare se amare, & velle se velle; & tam sibi, quam aliis optare per charitatem ipsam charitatem, & dilectionem, siue habituaalem, siue actuaalem: quomodo etiam S. August. lib. 8. de Trin. c. 8. tom. 3. dixit, quod qui diligit proximum, consequens est, vt etiam diligit ipsam dilectionem.

illie: cum enim hæc omnia maximè illis conueniant, qui diligunt seipsos secundum rationem, & secundum hominem interiore, dum maximè volunt in sua integritate seruari, & esse suum hominem interiore, eique optant, & procurent bona, quæ sunt bona spiritalia, & delectabiliter ad illum redeunt, eique conuiuant, & delectantur ex bonis cogitationibus de presenti, & ex memoria bonorum præteritorum, & ex spe futurorum, & à seipsis circa hæc omnia nunquam dissentiant; contra tamen hæc eadem minimè conueniunt illis aliis, qui se diligunt secundum sensum, & secundum hominem exteriorem, cum minimè curent de conseruatione, & integritate sui hominis interioris, qui in ipsis est pars potissima; neque bona spiritalia illi appetant, aut procurent, neque delectabiliter illi conuiuant, redeundo ad proprium cor, in quo non conueniunt nisi mala, tam præsentia, quam præterita, & futura; à quibus tamen maximè abhorrent: & denique, neque consentiant sibi ipsis, sed semper habeant, & semper audiant dissentientem, reprehendentem, ac remordentem conscientiam, suamque prauitatem semper ponentem ob oculos, iuxta illud Psalmi 49. Arguam te, & habitam contra faciem tuam. Et parum refert, quod in ordine ad hominem exteriorem, secundum quem diligunt seipsos, hæc omnia habeant: siquidem dum practicè existimant se esse præcipuè, & principaliter secundum sensum, & secundum exteriorem hominem; non autem secundum rationem, & secundum hominem interiore; & sic dirigunt suas actiones; non verè cognoscunt se se, & idè non verè se amant, dum eo modo se amant, vt rectè concludit S. Thomas art. 7. cit.

Quod verò dicimus, charitatem, prout est amicitia cum Deo, reflecti quodammodo etiam ad amandos nos ipsos propter Deum, in quantum sumus amici, & aliquid Dei, non solum debet intelligi secundum animam, & in ordine ad ea bona, quæ competunt animæ; sed etiam secundum corpus, & secundum ea, quæ competunt corpori. Ita S. Thomas 2. 2. q. 25. art. 5. & q. 26. art. 5. nam, quauis animæ ad corpus non sit amicitia ex Arist. 8. Ethic. c. 11. pag. 207. sicut neque artificii ad instrumenta, neque hero ad seruum; eadem tamen charitas, quæ in nobis est amicitia ad Deum, & à Deo ad nos reflectitur, non solum reflectitur secundum animam; sed etiam secundum corpus: & hoc etiam possumus, ac debemus amare ex charitate, dum amamus nos ipsos. Et quidem, si illud amemus in ordine ad Deum, & ad finem supernaturalem, optando, scilicet, etiam illi beatitudinem, cuius est capax in altera vita, & in hac volendo illi bona, quibus aptè, & conuenienter seruiat Deo, & rationi obediatur; non est dubium, quod amemus illud ex charitate, vt patet ex S. Thoma locis citatis, & ex S. Paulò ad Ephes. 5. vbi asserit, quod nemo debet carnem suam odisse; sed omnes tenentur eam diligere, & nutrire, & fouere, sicut Christus dilexit Ecclesiam: quia omnia sunt membra corporis eius, & de carne eius, & de ossibus eius. Et hinc etiam fit, vt maximè faciant ex charitate, qui ieiuniis, & asperitatibus illud affligunt, vt in illo concupiscentias vincant, & in totum rationi subiciant: hoc enim reuerà non est inferre illi, aut velle malum; sed pro bono maiore, & vero, quale est bonum virtutis, negligere illi, aut non velle bonum minus, & tantum appariens, qualis est præsens voluptas, & delectatio sensus. Et quemadmodum vir probus maximè dicitur seipsum diligere, dum amicorum, & patriæ causa nihil facit pecunias, honores, aut voluptates, & vitam ipsam sponte profundit; quia, dum aliis relinquit pecunias, easque negligit, eligit sibi

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

bonum virtutis, quod est præ omnibus aliis longè maximum, vt bene explicat Arist. 9. Ethic. cap. 8. pag. 231. ita & qui castigant corpus suum, illudque redigunt in seruitutem, non sunt dicendi illud odisse; sed maximè amant ex charitate, cum illi velint bonum longè maximum in hac vita, id est, subiectionem ad dictamen rationis; & in altera æternam felicitatem, prout potest etiam ab illo participari. Vnde, si fiat comparatio inter iustos, & peccatores, quoad amorem proprii corporis, omninò sunt dicendi magis illud amare ipsi iusti, dum illud odiant in hac vita, vt in vitam æternam illud custodiant, quam peccatores, qui è contra illud amant in hac vita, vt perdant in æterna vita, vt notat Ban. 2. 2. q. 25. art. 7.

Atque hæc circa obiectum materiale charitatis, in quantum charitas est amicitia, & in quantum consideratur ex parte illius, cui volumus bonum: vt enim patet ex dictis, huiusmodi obiectum, vel est Deus, vel proximus, vel nos ipsi, tam ratione animæ, quam ratione corporis: & hæc omnia à S. August. lib. 1. de doct. Christ. c. 23. & 26. tom. 3. ad quatuor reducuntur, quorum vnum est supra nos, id est, Deus; alterum circa nos, id est, proximus; tertium sumus nos ipsi; & quartum est infra nos, id est, nostrum corpus: quia enim quicquid amatur ex charitate, maximè amatur in ordine ad beatitudinem supernaturalem, & in hac communicatione maximè fundatur amicitia, quæ est charitas, rectè dicitur primò amari Deus, qui est primum principium beatitudinem influens; & deinde proximus, id est, homo; & Angelus, qui est nobis vnitus quoad huiusmodi participationem; & terriò nos ipsi, qui nobiscum maximè sumus quid vnum, & indiuisum; & denique nostrum corpus, quod participat beatitudinè per redundantiã à nobis ipsis, vt rectè explicat S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 12.

Si verò loquamur de obiecto materiali charitatis, in quantum est amor concupiscentia, & consideratur respectu ipsius boni, quod illi volumus, quem amamus amore amicitia; vnico verbo dici potest esse id omne, quod potest aliquo modo referri, & ordinari ad beatitudinem supernaturalem, siue sit aliquid naturale secundum substantiam, siue aliquid supernaturale: & hoc modo S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 2. docet, quod etiam ipsa charitas est diligenda ex charitate, non quidem sicut amicus, cui volumus bona; sed, sicut bonum, quod volumus amico: quia amor ex natura ipsius voluntatis, cuius est actus, necessariò habet, quod possit reflecti supra seipsum, in quantum, scilicet, obiectum voluntatis est bonum vniuersale, & idè totum id potest cadere sub actu voluntatis, quod potest representari, vt contentum sub ratione boni, qualis est etiam amor, & ipse actus voluntatis: vnde & potest vnusquisque non solum directè amare, & velle; sed etiam reflexè amare se amare, & velle se velle; & tam sibi, quam aliis optare per charitatem ipsam charitatem, & dilectionem, siue habituaalem, siue actuaalem: quomodo etiam S. August. lib. 8. de Trin. c. 8. tom. 3. dixit, quod qui diligit proximum, consequens est, vt etiam diligit ipsam dilectionem.

21. Obiectum materiale charitatis, in quantum est amor concupiscentia, est id omne, quod potest aliquo modo referri, & ordinari ad beatitudinem supernaturalem, siue sit aliquid naturale secundum substantiam, siue aliquid supernaturale: & hoc modo S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 2. docet, quod etiam ipsa charitas est diligenda ex charitate, non quidem sicut amicus, cui volumus bona; sed, sicut bonum, quod volumus amico: quia amor ex natura ipsius voluntatis, cuius est actus, necessariò habet, quod possit reflecti supra seipsum, in quantum, scilicet, obiectum voluntatis est bonum vniuersale, & idè totum id potest cadere sub actu voluntatis, quod potest representari, vt contentum sub ratione boni, qualis est etiam amor, & ipse actus voluntatis: vnde & potest vnusquisque non solum directè amare, & velle; sed etiam reflexè amare se amare, & velle se velle; & tam sibi, quam aliis optare per charitatem ipsam charitatem, & dilectionem, siue habituaalem, siue actuaalem: quomodo etiam S. August. lib. 8. de Trin. c. 8. tom. 3. dixit, quod qui diligit proximum, consequens est, vt etiam diligit ipsam dilectionem.

22. Etiam ipsa charitas est amanda ex charitate.

DISPUTATIO XI.

An, & quomodo in charitate, eiusque actibus sit aliquis ordo.

- 1. Certum est, quod in charitate est ordo.
2. Neque solum est ordo in ipsis actibus; sed aliquo modo est etiam ordo in ipso habitu charitatis.

HH 3 3. Quare

- 3. Quare in aliis virtutibus non sit ordo, sicut est in charitate.
- 4. Ordo non competit eodem modo rationi, & voluntati.
- 5. Multipliciter potest vnum amari magis, quam aliud.
- 6. Sed precipue tripliciter, id est, obiectiue, appetitiue, & intensiue.
- 7. Dilectio maior appetitiue non est eadem cum illa, qua est maior obiectiue.
- 8. Ordo charitatis non est secundum maiorem intensiorem dilectionis; sed secundum maiorem appetitiuam obiecti.
- 9. Intensio actus absolute, & simpliciter summa, non est in precepto charitatis.
- 10. Neque intensio summa in comparatione ad alios actus, qui forte sunt, aut fuerunt circa alia obiecta.
- 11. Ordo charitatis solum est secundum appetitiuam.
- 12. Nulla est culpa, si creatura intensius diligatur, quam Deus.
- 13. Etiam per actum charitatis supernaturalis, & theologice.
- 14. Quomodo Deus licite ametur propter beatitudinem, vel propter aliquid creatum.
- 15. Amor Dei mercenarius est intrinsece malus, sicut & timor seruilis cum seruitate.
- 16. Non sunt faciende comparationes explicitae, vtrum Deus magis ametur, quam res creata.
- 17. Licetum est ordinare dilectionem Dei, & actus virtutum ad beatitudinem, tanquam ad finem minus principalem.
- 18. Non tamen est licitum, illos ordinare ad bona temporalia.
- 19. Non est necessarium, vt bona temporalia explicitae ordinentur ad spiritualia, & solum propter illa appetantur.
- 20. Non est peccatum mortale, si bona temporalia nullo modo ordinentur ad spiritualia.
- 21. Est peccatum mortale, si quis velit perpetuo viuere, & semper esse in deliciis presentis vite.
- 22. Est vero solum veniale, si quis velit diu viuere, vt diuisi in deliciis.
- 23. Et potest etiam esse actus virtutis, & nullum peccatum, si quis id velit ex bono fine.
- 24. Quomodo in Scripturis dicitur Deus esse amandus super omnia, & per comparationem ad alios amores.
- 25. Qualitates non per solam maiorem intensiorem, sed pluribus aliis modis dicuntur alia aliis perfectiores.
- 26. Vocabulum appetitiuam non reperitur apud veteres Scholasticos.
- 27. Ordo charitatis secundum appetitiuam non inducit tepiditatem, & negligentiam in procuranda salute.
- 28. Quomodo ex charitate vnusquisque plus amet Deum, quam se.

Item aliquem ordinem in iis amandis, quae amantur ex charitate, hoc est, aliquam legem, ex cuius praescripto, & ordinatione, vnunquodque ametur; & hoc, verbi gratia, ametur prius, & magis; & illud ametur posterius, & minus; non potest esse dubium inter Catholicos, cum sit certissimum, quod Deus sit diligendus in primis, & super omnia, & post Deum plus debeat vnusquisque diligere se, quam alios proximos; & inter proximos plus debeat eos diligere, qui sunt ipsi magis coniuncti, & sic de aliis; idque communiter

asserunt omnes Scholastici cum Magistro in 3. disp. 27. & 29. & cum S. Thoma 2. 2. quae. 26. art. 1. & aperte significatur Math. 22. vbi praecipitur charitatis de diligendo Deo dicitur primum, & maximum, respectu alterius de diligendo proximo: atque ita innuitur, quod prius, & magis sit diligendus Deus, quam proximus; & quod seruandus sit ordo in huiusmodi dilectionibus. Et idem habetur ex Cant. 2. Ordinauit in me charitatem. vbi sumitur verbum ordinandi, prout est verbum militare, & prout significat certam dispositionem, certamque collocationem militum, quando sunt pugnaturo: & sensus est, quod, sicut tota vis, totumque robur exercitus maximè consistit in recta dispositione, & ordinatione militum; & haec si seruetur, maximè certa est spes victoriae; & si turbetur, certa est clades, & ruina totius exercitus; ita & vis, & robur charitatis ad Daemones, & tentationes, & vitia peruenienda, maximè consistit in recta officio, & actuum eius distributione, & ordinatione; & haec si peruertatur, tota charitas perditur, & euertitur, vt bene explicat eo loco Delrius, & Cornelius à Lapide ex S. Nicæno, S. Fulgentio, S. Augustino, & aliis. Et ratio est: quia in iis, quae ad vnum aliquod principium, aut primum in quouis genere, sunt aliis propinquiora, aut remotiora, non potest non dari ordo prioris, & posterioris, vt patet ex Aristotele 5. Metaph. text. 16. vbi agitur de priori, & posteriori; & si aliquid sit propinquius, verbi gratia, alicui loco determinato, & aliquid sit remotius, non potest illud non esse prius in ordine ad talem locum; & hoc non esse posterius; & per consequens non potest inter illa non dari ordo prioris, & posterioris. Ergo, cum inter ea, quae diliguntur ex charitate, non omnia se habeant aequaliter ad bonitatem, diuinam, & ad ipsum Deum, qui est primum principium diligendi; sed aliqua se habeant; vt magis propinquas, & aliqua, vt magis remotas; non potest inter illa non dari ordo prioris, & posterioris, & aliqua esse prius, & magis diligibilia, & aliqua posterioris, & minus, qui est ordo, de quo agimus in charitate, eiusque actibus; & bene saluatur etiam stante vnitatem rationis formalis diligendi, quae est diuina bonitas pro iis omnibus, quae diliguntur ex charitate, vt supra explicauimus disp. 9. n. 10. Et si loquamur de obiecto charitatis per se primò, qui est ipse Deus, non potest esse dubium, quod primò, & super omnia sit amandus; & quicquid aliud ex charitate amatur, solum ametur post ipsum, & infra ipsum, vel minus quam ipse: si vero loquamur de obiecto alio per se secundo, qui est proximus, & quicquid amatur post Deum, & propter Deum, eiusque bonitatem, vt propter rationem formalem amandi; certum similiter est, quod, quemadmodum non aequaliter omnia participant de bonitate diuina; ita neque omnia sunt aequaliter diligenda; sed prius, & magis est diligenda, v. g. humanitas Christi Domini, & Beatissima Virgo, quam alij Sancti inferiores, aut qui nobiscum sunt adhuc superstites. Et cum amicitia, quam ex charitate habemus ad proximos, maximè fundetur in communicatione, & quasi societate quoad aeternam beatitudinem, vt supra diximus disp. praeced. num. 5. quemadmodum etiam haec communicatio, & societas non est aequalis cum omnibus; ita neque aequalis ad omnes debet esse charitas, & amicitia; sed maior ad illos, qui magis communicant, & ad alios minor, qui communicant minus. Et vno verbo, cum dilectio ex charitate sit actus virtutis, & maximè reclus, atque honestus, non potest non esse ex praescripto rationis; & idèd inaequalis, quando ratio ita praescribit, & hunc,

ant

aut illum, verbi gratia, dicitur ex hoc, aut illo capite esse inaequaliter diligibilem, vt notat Suar. disp. 1. de char. sect. 4. n. 9.

Atque hic ordo non solum est admittendus in ipsis actibus charitatis, prout eliciuntur circa diuersa obiecta materialia inaequaliter diligibilia, vt diximus; sed suo modo est admittendus etiam in ipso habitu: nam, quauis secundum se totum, & quasi indiuisibiliter sit inclinatio ad diligenda ea omnia, quae diliguntur ex charitate, neque aliquid sit assignabile in illo, quod inclinet ad hoc, verbi gratia, diligendum prius, & magis, & aliquid, quod inclinet ad illud diligendum minus, & posterius, vt notat Bannes 2. 2. quae. 44. art. 8. conclus. 2. col. 1 & 59. nostro tamen modo intelligendi possumus illum concipere, tanquam inclinationem multiplicem, & diuersam pro multiplicitate, & diuersitate actuum, & obiectorum, vt notat Suar. disp. 1. de fide, sect. 4. num. 13. pag. 420. Et in quantum est inclinatio, verbi gratia, ad diligendum Deum, possumus dicere, quod sit inclinatio ad eum diligendum primò, & maximè, & super omnia: & quatenus est inclinatio ad diligendum proximum, possumus dicere, quod sit inclinatio ad eum diligendum posterius, & minus, quam Deum, & infra Deum; & sic de aliis secundum ordinem, & gradum diligibilitatis cuiusque. Idque videtur rectè explicari ex doctrina Aristot. 3. Physic. text. 10. vbi ait, potentiam, quae vna, & simplex cum sit, est tamen ad plura, etiam opposita, & contraria, posse dici multiplicem, & alteram, siue diuersam à seipsa, prout est ad vnum, & prout est ad alterum oppositum; & in sanguine, verbi gratia, & in humoribus animalis ita esse potentiam ad valetudinem, & aegritudinem per certam temperiem; & intemperiem ipsorum humorum, vt huiusmodi potentia sit quasi duplex, & altera in se ipsa, sicut & ipsum valere est verè alterum ab ipso aegrotare: similiter enim inclinatio habitualis ad diligendum, quae est charitas, quauis reuerà sit vna, & simplex respectu omnium; potest tamen à nobis concipi, & dici multiplex pro multiplicitate eorum, quae diliguntur; & prout est inclinatio ad diligendum, verbi gratia, hoc, quod est diligibile prius, & magis, quam illud, potest dici inclinatio prior, & maior, quam prout est inclinatio ad diligendum, verbi gratia, illud: atque ita etiam in habitu charitatis est admittendus suo modo aliquis ordo; non autem solum in ipsis actibus.

Quod si queras, quare ordo potius assignetur in charitate, quam in aliis virtutibus: Respondet S. Thomas 2. 2. quae. 26. art. 1. ad 1. ex eo id esse, quia charitas maximè versatur circa vltimum finem, qui in agibilibus, & in appetibilibus est principium simpliciter primum: & idèd charitas maximè importat comparationem plurium ad aliquod primum, id est, ad ipsam beatitudinem, & finem vltimum; quae tamen comparatio esse non potest sine ordine prioris, & posterioris, ad ipsum finem, vt diximus paulò ante ex Arist. 5. Metaph. text. 16. quod totum non contingit communiter in aliis virtutibus, quae solum versantur circa suas honestates particulares, & speciales; neque in ordine ad illas necessarii habent comparationem plurium. Et haec ratio potest valere etiam in fide, quae solum versatur circa primam veritatem obscure reuelantem. Et quemadmodum haec aequaliter, & sine vilo ordine prioris, & posterioris intelligitur quasi applicata omnibus reuelatis; ita & fides aequaliter, & sine vilo ordine credit omnia; non autem vnum credit magis, & aliud minus; cum tamen de contra diuina bonitas, circa quam per se, & primò versatur cha-

ritas, non applicetur aequaliter omnibus; sed magis participetur ab vno, quam ab alio; & idèd nec faciat omnia diligibilia aequaliter; sed vnum magis, quam aliud. Neque ex eo, quod ordinare sit actus rationis, & charitas ad voluntatem pertineat, sequitur, quod ordo non competat charitati: siquidem ad rationem pertinet ordo actiuis, per quem ipsa ratio dicitur ordinans; ad voluntatem verò, & ad charitatem pertinet ordo passiuus, per quem dicitur ordinata, vt loquitur S. Thomas 2. 2. quae. 26. art. 1. citato, ad 3.

Sed, dum asserimus, in charitate esse ordinem, & vnum esse diligendum magis, quam aliud; difficultas maxima est, vt explicetur, in quo consistat haec maior dilectio: nam ex communi modo loquendi multipliciter dicimus amari vnum magis, quam aliud; vt, verbi gratia, primò, quia plura, & maiora bona illi velimus; quomodo filio Regis volumus regnum, & victoriam ab hostibus, &c. Secundo, quia ex pluribus, & maioribus motiuis illum amemus; quomodo amamus aliquem, quia est doctus, prudens, sanctus, beneficus. Tertio, quia amor in illum sit magis secundum inclinationem, & propensionem naturae; quomodo connaturalius amamus amicos, quam inimicos. Quarto, quia maiori conatu, & cum maiori intensiōne actus in illum feramur; quomodo amamus ex passione concupiscentiae. Et denique, quia vnum amemus cum appetitione, & praerelatione ad alium; quomodo parentes communiter magis appetunt filium primogenitum, quam natu minimum, etiam si fortasse hunc ament tenerius, & suauius; & foeminae communiter magis appetunt quencūque filium, quam catellum, quem fortè habent maximè in deliciis.

Atque hos omnes modos diligendi vnum magis, quam aliud, commode possumus reducere solum ad tres, vt videre est apud Suar. disp. 1. de char. riu. sect. 4. num. 1. vt, scilicet, nostra dilectio, vel sit maior obiectiue; vt quando plura, & maiora bona volumus vni, quam alteri: vel ex pluribus, & maioribus motiuis illum amamus: vel sit maior appetitiue, & praerelatiue, vt quando filium magis appetimus, quam catulum: vel denique sit maior intensiue, vt quando amamus ex propensione, & inclinatione naturae, vel ex passione concupiscentiae. Et quauis Petrus de Soto tract. de iustit. Sacerdos. sect. 15. de Sacram. Pœnit. quae est de perfect. contrit. §. Caterum. pag. mibi 161. acriter impugnet hanc distinctionem quoad secundum membrum diligendi magis appetitiue; & solum admittat duo alia membra diligendi magis obiectiue, & diligendi magis intensiue; & ordinem charitatis contendat solum consistere in hoc; & vnus sit diligendus intensiue, quam alius; & sententiam aliam recentiorum Theologorum, quod huiusmodi ordo potius consistat in appetitione, & praerelatione vnus ad alium, appellet nouam, & minimè consonam Scripturae, & Patribus, & animabus minimè vtilem; imò & maximè periculofam; non est tamen, quod propter illius argumenta reiiciamus dilectionem appetitiuam, & praerelatiuam, vt distinctam ab aliis; & multò minus vt admittamus, ordinem charitatis necessariò consistere in dilectione intensiua, non autem in appetitiua, aut praerelatiua: Dilectio maior appetitiua non est eadem cum illa, qua est maior obiectiua.

Sed precipue tripliciter, id est, obiectiue, appetitiue, & intensiue.

4. Ordo non competit eodem modo rationi, & voluntati.

5. Multipliciter potest vnus amari magis, quam aliud.

6. Sed precipue tripliciter, id est, obiectiue, appetitiue, & intensiue.

7. Dilectio maior appetitiua non est eadem cum illa, qua est maior obiectiua.

est amari magis obiectiue; & recte posse ad illud reduci, tanquam inferius ad superius; cum omnis amor, qui est maior appetitiue, sit etiam maior obiectiue; non autem e contra omnis amor, qui est maior obiectiue, sit etiam maior appetitiue: negari tamen non potest, quin sit multo rationabilius, ut distinguantur huiusmodi amores, cum maior appetitio vnus supra aliud possit etiam provenire aliunde, quam ex maiori bonitate, aut excellentia obiecti, vel motui: ut, quando aliquis ex duobus inter se equalibus, aut similibus quoad amabilitatem, & bonitatem intrinsecam, & quoad totam rationem obiectivam, vnum praelegit, & praefert alteri propter solum exercitium suae libertatis; vel ex duobus maxime inaequalibus, & dissimilibus, id, quod est minus praelegit alteri, quod est maius, ut faciunt communiter peccatores, qui bonitatem leuissimam, & solum vmbralem creaturae, praefertunt Deo; & ideo dicuntur interpretatiue, & indirecte, ut loquitur Nau. in *Man. cap. 1. n. 19. §. Admonemus itero*: appetiunt magis creaturas, quam Deum: quia enim appetitio vnus supra appetitionem alterius dicitur comparationem vtriusque, & quandam deliberationem, seu quasi librationem ex parte intellectus, siue formalem, & explicitam, siue virtuales, & implicitam; & ex parte voluntatis dicitur acceptationem vnus, & praelectionem ad aliud, saltem pro casu, in quo non possit haberi simul vtrunque, ut bene notat Suar. *disp. 1. de charit. sect. 4. num. 5. pag. 418. & tom. 4. de poenit. disp. 4. num. 7. pag. 62. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 35. num. 2. pag. 297.* quemadmodum haec comparatio, & deliberatio, seu libratio intellectus, & haec acceptatio, & praelectio voluntatis non est semper, & necessario ex bonitate, aut ratione aliqua obiectiva, quae sit maior in vno, quam in alio; sed potest etiam esse ex aliquo alio merè extrinseco, & quod se habeat merè per accidens ad totum id, quod est in obiecto: ita & amor, qui dicitur maior ex appetitione, seu maior appetitiue; non semper, & necessario potest esse idem cum amore, qui dicitur maior obiectiue, nisi loquamur valde improprie, & etiam illum appellemus obiectiue maiorem, qui praelegitur alteri quomodocunque, & etiam ex aliquo merè extrinseco, & merè accidentaliter se habente ad ipsum obiectum.

8. Ordo charitatis non est secundum maiorem intentionem dilectionis, sed secundum maiorem appetitionem obiecti.

8. Quod verò praeterea contendit Petrus de Soto *sect. 1. §. cit. de poenitenti*, quod ordo ex necessitate seruandus in actibus charitatis solum sit quoad intentionem actus, non autem quoad appetitionem; & quando dicitur in Scriptura Deus esse amandus super omnia ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus, & ne ipse quidem pater, aut mater esse magis amandus, quam Deus, *Mat. 10. & 22. & Luc. 14. & aliis loc. verè praecipit summam intentionem actus, & summum conatum ex parte habitus, & ex parte potentiae; & idem esse etiam in actibus poenitentiae, & in detestatione peccati, quod in Scriptura dicitur esse, detestandum supra omne aliud detestabile, id est, detestatione summè intensa, ut ipse interpretatur: hoc, inquam, multo minus est admittendum; & ordo charitatis, qui cadit sub praecipitum, & necessario est seruandus, nullo modo est dicendus consistere in intentione actus, sed solum in appetitione obiecti, secundum quam primò, & maxime aliorum omnium appetiendus est Deus, & aliis omnibus praefertendus; tum verò alij in suo quisque ordine, & gradu amabilitatis, ut communiter docent alij, omnes praefertim recentiores apud Suar. & apud Sanchez *locis citatis*, Gabr. in *3. dist. 27. quast. vnica, part. 1. not. 6. & art. 2. concl. 7.* Nau. in *Man. cap. 11.**

num. 6. Valen. 2. 2. *disp. 3. quast. 4. puncto 1.* Azor. *par. 1. lib. 9. cap. 4. quast. 3.* Tolet. *lib. 4. cap. 9. num. 7.* Reginal. in *praxi, lib. 17. num. 97.* Bonac. in *praep. Decal. disp. 3. quast. 4. puncto 1. num. 2. pag. 161. tom. 2.* Paulus Layman. *lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 3. pag. 224. & alij.*

Et quidem quod ordo charitatis non possit rationabiliter poni in intentione actus, quae simpliciter, & absolute sit summa, & exhibeatur per totum possibilem conatum potentiae, ut videtur velle Adrianus in *4. quast. 2. de poenitentia*, & alij alij in praecipitum apud Suar. *de poenit. disp. 4. sect. 4. cit. num. 1. vltro concedit Petrus à Soto sect. 15. cit.* Et probatur ex eo, quia conatus possibilis potentiae per auxilia gratiae, quo solummodo est principium dilectionis ex charitate, & detestationis peccati ex poenitentia, non est determinatus in vilo gradu intensiois; sed semper potest esse maior, & maior in infinitum, ac proinde etiam intensio charitatis, aut poenitentiae, si dicitur cadere sub praecipitum secundum totum conatum possibilem potentiae, non erit determinata in vilo gradu; sed semper debet esse maior, & maior; neque vnquam poterit per vllam certam intensioem satisfieri obligationi praecipiti; quod tamen dici non potest, vel saltem erit Deus tam intense amandus ab vnoquoque, quam intense amatur ab anima Christi, ut notat Suar. *disp. 5. sect. 2. n. 2.* quod similiter dici non potest. Et quauis auxilia gratiae, cum quibus potentia haec, & nunc potest conari in vnoquoque, sint semper finita, & determinata in aliquo gradu; adhuc tamen non est obligatio conandi ex illis ad aequalitatem; sed satis est, si absolute conemur aliquo modo, & absolute respondeamus vocationi diuinæ, siue conatus, & responsio, vel consensus voluntatis sit ad aequalitatem, cum auxilio, & vocatione, siue non; & alioquin si ex duobus peccatoribus inaequalibus is, qui est minor, vocaretur vocatione maiore, & paratum habere minus auxiliium; & qui est maior vocaretur vocatione minore, & paratum haberet auxiliium minus; & tamen vterque responderet aequaliter, dicendus esset non iustificari vterque, & consensus, vel cooperatio voluntatis, quae in peccatore maiore minus vocato esset sufficiens dispositio ad gratiam, non esset sufficiens in peccatore minore magis vocato, solum quia est vocatus magis, & vocationi non respondit ad aequalitatem; quod tamen similiter dici non potest, ut notat Suar. *sect. 4. num. 1. cit.* cum sit contra rationem iustitiae, vt plus exigatur à peccatore minore, qui debet minus; & quod sufficit peccatori maiori pro gratia, & amicitia Dei recuperanda, non sufficiat peccatori minori; & loca Scripturae, quae praecipunt, & exigunt à peccatoribus actus poenitentiae, & dilectionis, aequaliter, & eodem modo loquantur de omnibus, neque vnquam mentionem faciunt de adhibendo, aut non adhibendo toto conatu potentiae, & de respondendo, aut non respondendo ad aequalitatem vocationi diuinæ, & auxilio gratiae; & quando asserunt Deum esse diligendum ex toto corde, & ex tota anima, & ex omnibus viribus, ut *Deuteronomij 6. & Matth. 22. & Marci 12.* non loquantur de intensioe actus; sed de appetitione obiecti, vt, scilicet, in corde, & mente nihil habeamus in tanto pretio, in quanto habemus Deum, cumque sit summum bonum, & finem vltimum omnibus praefertamus; & ideo totis viribus in illius acquisitionem tendamus, nihilque amemus, quod sit illi contrarium, vt exponit S. Augustinus *lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 22. tom. 3. & apud Maldonatum in cap. 22. Matth. num. 38. col. 465.* & patet ex S. Thoma 2. 2. *quast. 44. art. 4. in corp.*

9. Intensio actus absolute, & simpliciter summa, non est charitatis.

corp. & ad 2. quia enim ex 3. *hylic. text. 63* tunc aliquid dicitur totum, & perfectum, quando nihil illius est extra illud, quod, scilicet, illi desit: ita & cor ad Deum, vel amor Dei tunc est totus, & perfectus, quando nihil cordis, vel nihil amoris, quod sit debitum Deo, vel quod sit Dei, est extra, eique deest; id est, quando amor, & cor nihil recipit contra Deum, & nihil non recipit, quod sit Dei, & debitum Deo, ut patet ex S. Thoma *loc. cit.*

Et quemadmodum 3. *Reg. 14.* quando dicitur: *David iocutus est Dominum in toto corde suo.* non significatur intensio actuum; sed appetitio obiecti, id est, quod fecerit, quod placitum erat in conspectu Domini, vt statim subditur: *& cap. 15. de Abia, quod dicitur cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris eius.* solum significatur, quod ambulauerit in peccatis, vt ibi dicitur; non autem quod defecerit in intentione actuum: ita & quando praecipitur dilectio Dei, aut detestatio peccati ex toto corde, non praecipitur intensio actus; sed sola appetitio supra omne aliud appetibile.

10. Neque intensio summa in comparatione ad alios actus, qui forte fuerit, aut fuerint, aut fuerint circa alia obiecta.

Quod verò ordo charitatis neque etiam sit ponendus in intensioe actus, quae sit summa per comparationem ad alios actus, qui forte fuerint, vel facti fuerint ab vnoquoque circa alia obiecta, ut vult Petrus à Soto *loco cit.* & alij alij apud Suar. *de poenit. disp. 4. sect. 4. cit. num. 3.* probatur ex eo: quia nullus est, qui, dum elicit huiusmodi actus amoris, aut poenitentiae, mensuret, vt sic dicam, eorum intensioem ad alios actus, quos forte habet, vel habuit circa alia obiecta; neque vllus est, qui meminerit intensioem in aliis actibus; & qui super eam reflectat, dum actualiter operatur, & qui illam memoria teneat pro aliis actibus, quos postea esse habiturus, ut notat Suar. *in p. 5. de charit. sect. 2. num. 2. & 3.* Et difficillima esset omnino via salutis, ne dicam, moraliter impossibilis, si esset obligatio semper ponendi in actibus charitatis, aut poenitentiae, qui sunt de praecipitum, plures gradus intensiois, quam sint positi, aut ponantur in aliis actibus circa alia obiecta; neque aliquid potest afferri ex Scriptura, vel ex Concilijs pro huiusmodi obligatione; & quae dicuntur pro magnitudine amoris aut doloris, qui sit habendus, verbi gratia, circa Deum, vel circa peccatum, super omnia alia amabilia, aut detestabilia, rectè intelliguntur quoad appetitionem, quae semper est maxima in actu charitatis, & poenitentiae supernaturalis; & propterea oportet, & semper in illo includitur, & necessario provenit ex ipsa natura obiecti amabilis, & detestabilis, & ex motu illud amandi, & detestandi, quod est diuina bonitas; sicut & semper includitur in actu fidei diuinæ ex ipsa ratione autoritatis diuinæ, propter quam creditur maxima firmitas, & certitudo supra omnem aliam firmitatem, & certitudinem cuiuscunque actus scientiae, & in actu scientiae supra omnem actum opinatiuum, quantumvis alioquin intensissimum, ut notat Suar. *dis. 4. de poenitentia, sect. 4. cit. num. 7. & dis. 11. de charit. sect. 4. num. 13. in fine.*

11. Ordo charitatis solum est circa appetitionem.

Posito verò, quod ordo charitatis, qui est in praecipitum, non sit ponendus in gradibus intensiois, & quod haec neque absolute, & simpliciter debeat esse summa, & cum toto conatu, qui sit possibilem nostrae potentiae, neque debeat esse summa per comparationem ad alios actus, quos habuimus, vel habemus circa alia obiecta; quod praeterea sit ponendus, & rectè ponatur in appetitione omnium summa ex parte obiecti, & motui, vt docent communiter alij omnes, quos paulò ante retulimus *num. 8. in fine* probatur ex eo, quia haec sola appetitio est sufficiens, vt Deus, vel proximus, quando est diligendus

ex charitate, efficaciter diligatur, id est, non solum verbo, & lingua; sed opere, & veritate, vt dicitur 1. *Ioan. 3.* quauis enim ponatur diligere dilectione valde remissa quoad gradus intensiois; semper tamen efficaciter diligetur, & semper implebitur praecipitum, & obligatio diligendi; si dilectio illa remissa quoad gradus, appetitiue sit maxima; & quod per illam amatur, ametur praetatiue ad omnia alia; & cum hic tantum modus amandi appetitiue sit intrinsecus charitati, & ab illa inseparabilis, vt potè necessario proveniens ex proprio illius obiecto, & motiuo formali, hic tantum dicendus est cadere sub praecipitum illius iuxta doctrinam S. Thomae, & Caietani 2. 2. *quast. 44. art. 4. ad 1.* quod praecipitum de aliquo actu virtutis sit etiam necessario de modo, qui sit intrinsecus illi actui, & intrinsece pertineat ad rationem illius virtutis. Et contra, cum intensio quaecunque determinata, seu modus certa intentionis non sit de substantia actus; sed merè accidentaliter, & solum dependens à libertate actum elicientis; non autem proveniens necessario ex obiecto; non potest dici, quod cadat sub praecipitum, iuxta doctrinam eiusdem S. Thomae 1. 2. *quast. 100. art. 9. & 10. & 2. 2. qu. 44. cit. art. 1. ad 1.* quod modus accidentaliter virtutis non cadat sub praecipitum virtutis. Et sine dubio minus conformiter suae bonitati fecisset Deus, si praecipisset certam aliquam intensioem in actibus charitatis: siquidem nihil magis nos latet in nostris actibus, quam certim internis, quam gradus, aut mensura intensiois, ut patet experientia; & ideo nunquam possemus esse certi, etiam probabiliter, & moraliter de impletione praecipiti; sed semper essemus anxij, & in scrupulis, ne aliquis gradus esset omisus; & etiam probi, & pij viri, qui Deum, Deique legem maxime ta iunt, & malunt centies mori, quam Deum semel offendere, semper essent damnandi peccati mortaliter, quando uxorem, aut filios teneriore, & suauiore, & intensiore affectu amarent, quam Deum, etiam si protestarentur ex animo, quod eos solum amarent propter Deum; & paratissimi essent illos relinquere, & Deo in omnibus posthabere: quod tamen dici non potest, ut notat Valen. 2. 2. *dis. 3. quast. 4. puncto 1. §. Secundo, probatur.* & Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 35. num. 2.*

Et quod absolute nulla sit culpa, si quis aliquando intensius diligit creaturam, quam Deum, aperte admittunt Suar. *de poenit. disp. 4. sect. 4. cit. num. 7. & disp. 1. de charit. sect. 4. num. 11.* Valen. *punct. 1. cit. §. Tertio probatur.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 35. n. 2.* Layman. *lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 3.* Nau. in *Man. cap. 11. num. 19.* Tol. *lib. 4. cap. 9. num. 3. & alij.* Et patet manifestè ex dictis, cum sola maior appetitio Dei sit in praecipitum; non autem maior intensio secundum gradus amoris. Et quemadmodum nulla est culpa contra praecipitum de amandis parentibus, si quis feruentius, & suauius amet amicum, quam parentes, dummodo illos pluris aestimet, & in casu necessitatis paratus sit paratibus posthabere quencunque amicum; neque est culpa contra praecipitum de amandis filiis, si mater tenerius amet catulum, eique suauius blandiatur, quam filio, dummodo similiter quoad appetitionem omnes catulos posthabeat filiis: ita neque est culpa contra praecipitum de diligendo Deo, si intensius ametur creatura, dummodo Deus magis appetitur, & paratissimi semper sumus creaturas quascunque postponere Deo.

Neque hoc est intelligendum tantummodo de actu amoris naturalis, & qui solum eliciatur, verbi gratia, ex passione, vel ex aliquo principio naturali; non

12. Nulla est culpa, si creatura intensius diligatur quam Deum.

13. Etiam per actum charitatis non

13. *Super-naturalis, & theologica.*

non autem sit actus charitatis supernaturalis, & theologicæ: sed etiam debet intelligi de actu charitatis supernaturalis, & propriè dictæ: & reuerà nullius culpæ est reus, si quis per charitatem supernaturalem amando Deum, & amando proximum; Deum tamen amet remissius, & proximum amet intensius; sicut neque est reus vilius culpæ, si amet Deum, & non amet proximum; vel contra, si amet proximum, & non amet Deum, tanquam obiectum quod: nam, quanuis tota intensio habitus charitatis, & omnes, & singuli illius gradus, quasi indiuisibiliter habilitent, atque disponant ad diligendum intensè vtrunque, neque vllus sit gradus, qui disponat magis ad proximum, quam ad Deum, vel è contrarià, vt notat Suar. *disp. 1. de charit. sect. 4. num. 10. pag. 419. imò.* & omnes, & singuli prius, & principalis disponant ad Deum, & solum posterius, & secundario disponant ad proximum; & hæc ratio in ipso etiam habitu sit ordo charitatis, vt supra diximus *num. 2.* eo tamen ipso, quod certa intensio non cadit sub præceptum, siue circa Deum, siue circa proximum, vt iam probauimus, nulla potest esse culpa, si fortè deficiat quæcumque intensio, siue circa Deum, siue circa proximum, cum certum sit, quod malitia, quæ culpam constituit, non est carentia bonitatis, cuiuscumque conuenientis subiecto: sed solum bonitatis illi debita, vt patet ex materia de peccatis. Neque vllam iniuriam facimus, vt sic dicam, ipsi habitui charitatis, si magis vtamur illius intensio ad diligendum proximum, quam ad diligendum Deum, cum hoc sit positum in nostra libertate, & iure nostro vtamur, dum sic operamur, & dum vtimur nostro habitu, pro vt magis libet: quanquam reuerà non est negandum, quod dum intensè amatur proximus ex charitate, etiam intensè ametur Deus; imò & excellentior quodam modo ametur, vt subdit Suar. *sect. 4. cit. num. 2.* siquidem amatur semper vt quo, & tanquam ratio formalis amandi proximum, dum solus proximus amatur vt quod: & verissimum est, quod propter quod vnumquodque tale, & illud magis; & propter quod amamus aliquid, illud semper est magis amicum, vt patet ex Aristotele. *1. poster. text. 5.*

14. *Quomodo Deus licitè amatur propter beatitudinem, vel propter aliquid creaturæ.*

Ex hoc verò, quod Deus secundum ordinem charitatis sit maxime appetendus, & omnibus aliis sit præferendus, potest intelligi, quomodo possit licitè amari propter aliquid creaturæ, vt, verbi gratia, propter beneficia; etiam temporalia, quæ in dies accipimus; & propter beatitudinem, quam speramus; neque tamen hinc sequatur, quod huiusmodi bona creata appetentur magis, quam Deus, cum sint ratio, vt Deus ipse appetitur, & ametur: nam, vt patet ex S. Thoma 2. 2. *quest. 27. art. 3.* quando dicitur Deus amari propter beneficia, vel propter spem futuræ beatitudinis, & propter timorem futuræ damnationis, particula, *propter*, solum accipitur, pro vt importat causam dispositiuam: non autem pro vt importat causam formalem, aut finalem propriè dictam: & sensus est, vt idem explicat 2. 2. *quest. 17. art. 8.* quod, sicut aliquis introducitur ad amandum Deum propter hoc, quod timens ab ipso puniri, cessat à peccato, vt loquitur S. Augustinus *tract. 9. in epistolam canoniceam S. Iovannis, tom. 9.* & per hoc, quod sperat ab ipso remunerari, vt habetur in Tridentino *sess. 6. d. in st. ficar. p. 6.* ita & introducitur per beneficia accepta, & quatenus hæc maxime continent, & faciunt apparere bonitatem diuinam, quæ sola per se, & propriè est ratio formalis amandi, vt etiam supra diximus *disp. 9. num. 4.* & fufius *disp. 1. num. 9.* vbi explicauimus, quomodo Deus possit amari amore concupiscentiæ, & vt bo-

nus nobis, abique eo, quod nos constituamur vt finis Dei, eumque ad nos referamus, tanquam ad finem. Et sine dubio ex hoc, quod beneficia Dei, aut futura beatitudo, vel quodcumque aliud creatum nos introducat, & disponat ad Deum amandum; & hoc modo dicamur Deum amare propter illa, non sequitur, quod inordinatè Deum amemus, & quod illa appetemus magis, quam Deum, cum reuerà etiam illa referamus in Deum, vt in finem vltimum, & absolutè parati sumus Deum diligere, etiam sine illis. Et contra, si quis in illis constitueret finem simpliciter vltimum, & solum propter illa Deum amaret, alioqui sine illis non amaturus, certum est, quod peccaret mortaliter, & Deum non maxime appetiret, vt notat Sylu. *verb. Charitas, quest. 7. Tolle. 4. cap. 9. num. 2.* Paulus Layman *lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 4. pag. 224.* Nau. in *Manu. cap. 11. n. 20.* Bonac. *circa primum præceptum Decalogi, disp. 3. quest. 4. puncto 1. num. 3. pag. 161. tom. 2.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 35. num. 3.* & alij: quia, sicut metus seruilis, quando est cum seruitute, & cum actuali proposito non seruandi, verbi gratia, legem diuinam, si non esset gehenna, est intrinsecè malus, & non stat cum charitate, vt patet ex S. Thoma 2. 2. *quest. 19. art. 4.* & 6. ita & amor mercenarius, & seruilis, quando similiter est cum seruitute, & cum proposito aliter non amandi, est intrinsecè malus, & passim à Sanctis Patribus reprehenditur, & precipuè à S. Chrysostomo *lib. de compunctione cordis, in fine,* & apud Sanchez *loco cit.* Dico autem, cum proposito aliter non amandi: quia ad hunc amorem mercenarium malum non sufficit, si quis solum habitualiter sit ita dispositus, & ex propria infirmitate sit ita affectus, vt credat, Deum à se non esse amandum, eiusque legem non esse seruandam, si non esset spes premiij, aut metus supplicij, vt notat Valq. 1. 2. *disp. 27. cap. 2. n. 9.* & ex illo Paulus Layman *lib. 1. tract. 2. cap. 6. num. 9.* & *lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 4.* quia, scilicet, charitati, & gratiæ non id contrariatur, quod est solum in habitu; sed id solum, quod est in actu. Neque de hoc amore loquitur Tridentinum *sess. 6. cap. 11. in fine,* & *can. 31.* dum eos damnat, qui asserunt, peccare iustos, dum se cohortantur ad currendum in stadio propter mercèdem æternam, quam intuentur; & dum illius intuitu bene operantur: sed solum loquitur de amore seruilij sine seruitute, ex quo, scilicet, vel tacitè, vel expressè etiam ipsam beatitudinem, & mercèdem æternam in Deum referimus; & minoris illam appetiamus, quam ipsum largitorem mercedis; & parati sumus bene operari, & legem seruare, & Deum amare, etiam sine mercede, vt notat Nauar. *cap. 11. num. 20. cit.* & omnes communiter apud Azor. *pari. 1. lib. 9. cap. 4. quest. 5. col. 1067.* quanquam non est necessarium facere in particulari huiusmodi comparationes, & secum examinare, verbi gratia, quid quisque faceret, si non speraret beatitudinem, vel non timeret gehennam; & verum mallet vitam amittere, & bona omnia temporalia, quam Deum offendere, & super omnia non amare, vt notat Tolet. *lib. 4. cap. 9. n. 3.* & S. Bonau. *in 4. dist. 16. quest. 1. num. 33. pag. 376. col. 2.* sed satis est, si actualiter nihil magis appetit, quam Deum; & virtualiter, & interpretatiuè Deum magis appetit, quam cætera omnia, vt certè appetiat, quando illum amat, vt summum bonum, & vt finem vltimum. Et quanuis amor beatitudinis, & timor gehennæ licitè possit nos excitare, & impellere, vt citius, & promptius, & feruentius Deum amemus; non tamen licitè potest nos mouere, tanquam finis simpliciter, & principalis; & si referamus bona, quæ

15. *Amor Dei mercenarius est intrinsecè malus, sicut est amor seruilis cum seruitute.*

16. *Non sunt faciendæ comparationes explicite, vnde Deus magis ametur, quam res creata.*

17. *Actus est ordinare dilectione Dei, & actus virtutis ad beatitudinem, tanquam ad finem minus principalem.*
18. *Nō tamen est licitū, illos ordinare ad bona temporalia.*

facimus, & ipsam etiam dilectionem, qua Deum diligimus, ad beatitudinem, tanquam ad finem, non debemus positiuè excludere alium finem vltiorum, & magis principalem, qui est ipse Deus; sed solum possumus illam habere, vt finem minus principalem, & magis proximum, vt notat Sanchez *lib. 2. cap. 35. num. 3. cit.* qui etiam rectè subdit ex Valent. 2. 2. *disp. 3. quest. 5. puncto 2.* & Bannes 2. 2. *quest. 27. art. 3.* non eadem ratione bona spiritualia, quæ facimus, posse referri ad bona temporalia, tanquam ad finem, verbi gratia, ad sanitatem, vel ad diuitias consequendas, sicut possunt referri ad beatitudinem: quia omnino est contra rationem finis, vt quod est maius bonum, appetatur propter illud, quod est minus, vt propter finem, & magna est amoris perueritas, & magna deordinatio, vt bona spiritualia appetantur, & eligantur propter temporalia, nisi fortè etiam hæc vltorius ordinentur ad spiritualia, & appetantur, vt adiumenta, & tanquam dispositiones ad honestè agendum: quomodo ex communi vsu Ecclesiæ, & orationes, & elemosynæ, & Missæ Deo offeruntur pro sanitate corporali, & pro pluuia, & pro abundantia, &c. Neque est necessarium, vt huiusmodi bona temporalia, quando à Deo petuntur per media spiritualia, actu, & explicite ordinentur ad spiritualia: sed satis est, si ordinentur virtute, & in præparatione animi: & non excedit culpam venialem, si fortè ad illa nullatenus ordinentur, cum finis perueritas, qui a iocui ex se non est mortalis, non excedat culpam venialem, vt patet, quando quis orat, ieiunat, aut facit alia bona opera propter vanam gloriam, de qua re plura diximus, dum ageremus de vitiis capitalibus *lib. 3. disp. 4. num. 17.* Est tamen omnino mortale, si quis positiuè excluderet finem vltimum in amore bonorum temporalium, eaque amaret solum, & vltimò propter se, vt si quis, verbi gratia, deliberatè optaret semper, & perpetuè in illis esse, & idèd vellet præsentem hanc vitam semper viuere, vt notant Nau. *in Manu. cap. 11. n. 20.* ex Adriano *in 4. in materia de confessione, quest. 4. conclus. 1. §. Et ad probationem, pag. 121. col. 3. in fine,* vbi id asserit ex sententia Palud. *in 4. dist. 21. quest. 1. art. 1. Reginal. lib. 17. cap. 1. c. num. 103. pag. 38. tom. 2.* Bonac. *in 1. Decalogi præceptum, disp. 3. quæ. 4. puncto 1. num. 3. in fine,* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 35. n. 1.* & alij apud ipsum: id enim manifestè esset delicias, & voluptates præfentes æternæ Dei fruitioni præferre, & in illis constituere vltimum finem, & summum bonum; neque Deum super omnia appetiari, & amare, quod est contra charitatem. Et quemadmodum grauitè faceret contra amicitiam in humanis, si quis vellet semper separari, vel longè esse ab amico; non autem si quis id vellet solum ad tempus: ita & grauitè facit contra charitatem, & amicitiam Dei, si quis velit semper esse in hac vita, & semper esse separatus à Deo: non autem facit grauitè, si quis velit diu in illa esse, & solum ad tempus: quia enim non omnis charitas cupit dissolui, & esse cum Christo; sed solum illa, quæ est perfecta, & qualis fuit in S. Paulo, dum id scriberet ad Philippenses *cap. 1.* non facit contra charitatem simpliciter; sed solum contra charitatem perfectam, qui non cupit citò dissolui. Et si positiuè cupiat viuere, & non dissolui, idque propter delicias ipsius vitæ, etiam alioqui licitas; omnino peccat, sed mortaliter, si cupiat semper viuere propter huiusmodi delicias; & venialiter, si id cupiat solum ad tempus. Vnde, vt loquuntur Palud. & Adrianus loco citato: *Velle perpetuari in hac vita, non est sine mortali: & velle hanc vitam prolongari propter delicias,*

19. *Nō est necessarium, ut bona temporalia explicite ordinentur, ad spiritualia, & solum propter illa appetantur.*
20. *Nō est peccatum mortale, si quis velit perpetuè viuere, & sepe esse in deliciis præsentis vitæ.*

21. *Est peccatum mortale, si quis velit perpetuè viuere, & sepe esse in deliciis præsentis vitæ.*

22. *Est verò solum veniale, si quis velit diu viuere, & sepe in deliciis.*

ciæ, non est sine veniali. Nam, sicut si quis in articulo mortis ex plena deliberatione peccaret venialiter, vel positiuè non peniteret de veniali prius commisso, & sic eligeret retardari à gloria; non propterea peccaret mortaliter, quia nulla est obligatio sub mortali de gloria sibi non retardanda per veniale, vt tradunt ibi Paludan. & Adrianus, & Nauar. ita nec peccat mortaliter, qui ex nimio affectu ad præfentes delicias, optat diutius viuere, etiam si hinc sequatur retardatio gloriæ, idque ipse aduertat. Pro qua re possunt videri etiam illa, quæ diximus *lib. 3. disp. 19. num. 13. & 12.* dum ageremus de vitiis capitalibus, & specialiter de luxuria, & magis specialiter de amore sui, & de odio Dei, & de affectu præfentis sæculi, & de horrore futuri, quæ à S. Gregorio *lib. 31. Moral. cap. 31.* & à S. Thoma 2. 2. *quest. 53. art. 5.* numerantur inter filias luxuriæ. Et contra, si quis cupiat diu viuere, non ex affectu inordinato ad præfentes delicias; sed ex aliquo bono fine, verbi gratia, vt plus laboret pro Christo, & in auxilium proximorum, vel vt diutius, & melius satisfaciat pro suis peccatis; non modò non peccat, neque mortaliter, neque venialiter; sed etiam facit actum excellentissimæ charitatis, & virtutis: & si id cupiat ex naturali affectu ad vitam, potest etiam vacare culpa ex Bonac. & Sanchez *loco citato*: quia, si differt ad aliquod tempus consecutionem beatitudinis, & conjunctionem cum vltimo fine; non tamen auferit illam simpliciter, & pro semper, sicut si cuperet semper viuere.

Atque ex his, quæ diximus de ordine charitatis secundum appetitionem, facile potest responderi ad ea, quæ obiicit Petrus à Soto *lect. 15. cit. de perfectione contritionis*, pro intensioe, quam putat requiri summam, tam in dilectione Dei, quam in detestatione peccati, saltem per comparisonem ad alios actus, siue amoris, siue doloris, quos forte habuimus, vel habemus circa alia obiecta, vt paulò ante retulimus *num. 10.* Primò enim, quod asserit, in Scriptura Dei amorem semper præcipi summum per comparisonem ad alios quoscumque amores, vt quando dicitur Matth. 10. *Qui amat patrem, & matrem, plusquam me, non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam, super me, non est me dignus.* Et Luca 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* vltro est admittendum: sed comparatio non est faciendæ quoad gradus, & intentionem; sed quoad appetitionem, & estimationem, vt diximus. Neque hoc asserere villo modo est error, vt temerè, & nimis audacter pronunciat Petrus à Soto, cum asseratur à plurimis, & doctissimis viris, & ex optimis, & grauissimis rationibus, etque maxime faueat etiam S. Augustinus *lib. de moribus Ecclesiæ, cap. 11.* quem pro se citat Petrus à Soto, vbi asserit, diligere Deum super omnia nihil aliud esse, quam nihil in diligendo ei præponere: & hoc eodem modo loquitur S. Paulus ad Rom. 8. dum charitatem, & dilectionem erga Christum, & Deum omnibus præfert: *Quis nos separabit à charitate Christi? Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque creatura alia poterit nos separare, &c.* Et ratio est: quia, vt patet ex Arist. 7. *Phys. text. 24. & seqq.* non vno tantum modo possunt aliqua comparari ad inuicem; sed in omni eo, quod aliquo modo est vnum, & non æquiuocè conuenit pluribus, neque indiuisibiliter conuenit singulis; ac proinde etiam amores non solum in intentione, & in gradibus possunt inter se comparari, & vnus dici maior altero, vel supra alterum; sed etiam in pluribus

23. *Est potest etiam esse actus virtutis, & nulli peccatum, si quis id velit ex bono fine.*

24. *Quomodo in Script. dicitur Deum esse amandum super omnia, & per comparationem ad alios amores.*

pluribus aliis, vt ex communi modo loquendi in-
dicauimus paulò ante, num. 5. Et hoc modo amor
Dei facta comparatione cum aliis quibuscunque
amoris rectè dicitur maximus, & super alios om-
nes, si sit maximus appetitiuè, & nullus sit alius,
qui illi in æstimatione, & pretio præferatur.

25. *Qualitates non per se
maiores in-
tensionem, sed
pluribus aliis
modis dicun-
tur alie aliis
perfectiores.*
Deinde, quod asserit, qualitates, & formas acci-
dentales, qualis est etiam amor ex charitate, & do-
lor de peccatis, non alia ratione dici perfectiores,
& maiores alias aliis, nisi quia sunt intensiores
quoad gradus, & solum quoad illos suscipere magis,
& minus ex Aristotele in cap. de qualitate, & solum
quoad gradus dicit à S. Paulo, quod crescimus in
charitate ad Ephes. 4. & quod illa magis, ac magis
in nobis abundet, ad Philippen. 1. falsissimum est,
si vniuersaliter intelligatur: nam Aristoteles lib. 2.
de par. animalium, cap. 2. pag. 428. plures enumerat
modos, quo vnum dicitur calidius alio, quam per
solam intensiorem graduum, vt, verbi gratia, quia
maiores inferat sensum doloris, cum tangitur: quia
rei liquabilis liquantius sit, vt ipse loquitur, & rei crea-
mabilis sit cremantius: quia non cito, sed lente frigeat;
vel contra, quia cito, & non lente caleat. Et hoc modo,
inquit, aqua feruens plenius calef. cit. quam flamma;
sed flamma vris, & liquat rem, vris, aut liquari ido-
neam: quod aqua efficere non potest. Item, aqua fer-
uens calidior est, quam ignis exiguus: attamen citius,
magisque refrigescit, quam ignis, quantum exiguus,
quippe qui frigidus nunquam fiat. Ad hoc aqua fer-
uens calidior sentitur; sed celerius refrigescit, & con-
gelat, quam oleum: lapis etiam, ferrum, & reliqua
generis eiusdem, lentius quidem caleant, quam aqua;
sed vbi calefacta fuerint, vtere vehementius pos-
sunt, &c. Si ergo comparationes quoad solam for-
mam caloris, quæ est forma, & qualitas simplicissima,
possunt ex Aristotele multipliciter fieri, & se-
cundum illas dicitur vnum calidius alio, quod non
est illo intensius quoad gradus: quare non potest
etiam charitas, quæ est forma perfectissima, multi-
pliciter dici maior, si comparatur ad diuersa obie-
cta? & quare omnis illius maioritas debet confi-
stere in solis gradibus? Certè S. Paulus 1. Cor. 13. in
fine, non ad gradus; sed ad naturam, & perfectio-
nem, vel maioritatem essentialem respexit, quando
pronunciavit: *Manent fides, spes, charitas, tria hæc:
maior autem horum est charitas.* & communiter in
scientiis, non ad gradus respicimus; sed ad naturas,
& perfectiones essentielles habituum, quando di-
cimus, habitum principiorum esse perfectiorem, &
certiorem, quam sit habitus scientiæ; & hunc esse
perfectiorem, & certiorem quocunque habitum opi-
nionis, aut fidei humanæ, etiam intensissimo, quoad
gradus.

Quoniam ergo, si comparentur inter se duæ qua-
litates, aut duo actus omnino similes, & conformes
quoad omnia, non possit vna dici maior, aut perfe-
ctior alia, nisi ex gradibus intensiõis: si tamen
non sint omnino similes, & vna consideretur in or-
dine ad vnum, & alia in ordine ad aliud, bene po-
test dici, quod vna sit maior, & perfectior alia, præ-
sciendò à gradibus. Et sic contingit in actibus
charitatis, quibus charitas præferbit ordinem ex
diuersis capitibus, & facit, vt vnus præferendus sit
alteri, & magis apreciandus.

26. *Vocabulum
appreciationis
non reperitur
apud veteres
scholasticos.*
Nec multum refert, quod S. Thomas, & Schola-
stici veteres non vsurparint vocabulum
appreciationis in explicando ordine charitatis,
dummodo constet, quod approbatint rem ipsam
significatam, vt notat Suar. disp. 1. de charit. sect. 4.
num. 4. & de S. Thoma, quod illam approbatint, fa-
cile constat ex 1. par. q. 20. art. 3. vbi ex S. Augustin.

tract. 110. in Ioan. post med. tom. 9. docet, quod Deus
magis diligit creaturas rationales, quam irrationa-
les; & ex illis, eas amplius, quæ sunt membra Vni-
geniti sui; & multò magis ipsum suum Vni-
genitum, non, quia actus ipse amandi sit magis, vel minus
intensus; sed quia per eundem simplicem actum
vult illis maiora bona. Et quæst. 60. art. 5. quod
homo, & Angelus plùs, & principalius dilectione
naturali diligit Deum, quam se ipsum: quia Deus
est bonum vniuersale totius naturæ, quod certè
non tam facit ad intensiorem actus, quam ad ap-
preciationem, & prælationem obiecti: & bene po-
test vnusquisque bonum diuinum plùs appreciare,
quam bonum proprium; cum illud sit bonum vni-
uersale totius naturæ, & bonum simpliciter omnis
boni, vt supra diximus disp. 9. n. 3. ex S. Augustino
lib. 8. de Trinit. cap. 3. tom. 3. ac proinde contineat
etiam bonum proprium vnusquisque: & dum
illud amat ab vnoquoque, etiam ametur vnus-
quisque à se, & in amore illius verè includatur
amor sui: & hac ratione amor Dei verè sit maior,
quam amor sui, cum simul sit amor Dei, & amor sui,
& amor sui in ipso Deo, vt notat Durand. in 3.
dist. 29. qu. 2. §. A rationes prime opinionis, & cla-
rissimè idem S. Thomas 1. 2. quæst. 109. art. 3. ad 3.
docet, quod amor dicitur summus, non solum quan-
tum ad gradum dilectionis; sed etiam quantum ad
rationem diligendi; & quantum ad modum dile-
ctionis; & secundum hoc sumus gradus dilectionis
est, quo charitas diligit Deum, vt beneficentem:
& 2. 2. quæst. 184. art. 3. ad 2. docet, quod perfectio
dilectionis Dei, secundum quam impletur præce-
ptum, in hoc consistit, vt nihil supra eum, aut con-
tra eum, aut æqualiter ei diligatur: & in respo. sione
ad 3. quod perfectio charitatis pertinet ad illius
speciem, hæc est, vt Deus super omnia diligatur, &
nihil contra eum ametur: & Opusculo 18. de per-
fectione quæ spiritalis, cap. 5. pag. 115. col. 3. notat,
quod Deum tunc diligimus ex toto corde, & super
omnia, quando illum diligimus, vt finem vltimum,
& nihil in nobis est, quod actu, vel virtute in eum
non referamus. His autem locis, cum S. Thomas
non requirat maiorem intensiorem ex parte
actus, non est, quod Petrus de Soto in illa sola
constituat ordinem charitatis, sicut iacet in hoc sen-
tente cum S. Thoma. Et quantum 2. 2. quæst. 26. art. 6. 7.
& 11. duos tantum exprimat modos, quibus vnus
diligatur magis, quam aliud, id est, obiectiue, vel ex
parte obiecti; & intensiue ex parte agentis: eos
tamen modos sumit valde confusè, vt notat Suar.
disp. 1. de charit. sect. 4. num. 4. cit. & disp. 4. de vent.
sect. 4. num. 4. & nomine intensiõis comprehendit
quancunque firmiorem adhesionem potentia: si-
ue illa proueniat ex vera, & propria intensiõne
graduum; siue ex quacunque alia circumstantia, aut
conditione obiecti: & eadem ratione rem signifi-
catam per vocabulum appreciationis agnoscit ex
veteribus S. Bonau. in 4. dist. 16. quæst. 1. num. 33.
pag. mibi 376. col. 1. vbi asserit, ad charitatem requi-
ri, vt Deus diligatur super omnia; & hoc nihil
aliud esse, quam vt pro nullo damno, vel commodo
velit quis offendere Deum: quod certè est, Deum
præferre omnibus, & magis appreciare, quam que-
cunque damna, aut commoda. Et quantum, inquit,
oporteat, habentem charitatem velle mori pro Christo:
in casu tamen, in quo oporteat, vel amittere charita-
tem, vel vitam, tunc tenetur magis velle mori pro
Christo, quam charitatem amittere. & paulò post:
Si verò queratur, inquit, de comparatione, & præle-
ctione culpa, vel pænæ, dicendum, quod in casu, in
quo oporteat præligere, vel peccatum, & complacere

tiam peccati, vel tolerantiam pænæ; quilibet tenetur
præligere pænâ, quam velle peccare: quia omnis
voluntas est iniqua: quæ vult peccatum, vel absolute,
vel sub conditione cuiuscunque pænæ. Si ergo ex
S. Bonauentura, diligere Deum super omnia, est
pro nullo damno, aut commodo temporali velle
eum offendere; & in casu comparationis culpæ,
& pænæ, pænâ quæcunque est præligenda cui-
cunque culpæ, quid hoc est aliud, quam Deum esse
plùs appreciandum, & absolute esse omnibus præ-
ferendum? Et hæc eadem ratione loquuntur com-
muniter etiam alij: & hæc locutio est omnino suf-
ficiens, vt censentur approbasse appreciationem,
& prælationem, & secundum illam dicantur ex-
plicitè ordinem charitatis.

27. *Ordo chari-
tatis secundum
appreciationem
no inducit te-
piditatem, &
negligentiam
in procuranda
salute.*
Denique falsissimum est, quod tertio loco habet
Petrus à Soto, sententiam de ordine charitatis se-
cundum appreciationem esse valde periculosam pro
consequenda salute, cum tollat obligationem adhi-
bendi conatum in dilectione Dei, & operandi in-
tensè, & inducat tepiditatem, & negligentiam, quas
in Scripturis maxime reprehenditur, vt Ier. 48. Ma-
ledictus, qui facit opus Dei negligenter. & Malach. 1.
Maledictus, qui immolat debile Domino. & Matt. 11.
Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud.
Contra enim est: quia non potest esse periculosum
pro consequenda salute, si obligatio præcepti distin-
guatur à perfectione consilij, & intensio in dile-
ctione Dei dicatur solum esse de consilio; & sola
appreciatio super omnia alia appreciabilia dicatur
esse de præcepto. Imò neque intensio quomodocum-
que est de consilio circa dilectionem Dei: vt, v. g.
quod possit diligendus sit Deus intensius, quam
proximus; & proximus positus sit diligendus minus
intensè, quam Deus; siquidem eadem est intensio
habitus, circa vtrumque; & per consequens etiam
potest circa vtrumque exire in actum æquè inten-
sum; sed solum est de consilio per modum negati-
uum, vt, scilicet, nunquam Deus ametur remissius,
quam proximus; sed semper ametur intensius, vel
saltem æquè intensè, vt notat Suar. disp. 5. de charit.
sect. 2. n. 4. pag. 434. col. 1. Neque hoc, quod dicimus
de Deo super omnia diligendo quoad appreciatio-
nem inducit tepiditatem, & negligentiam in pro-
curanda salute; sed potius reducit in memoriam ne-
cessitatem feruoris, si casus vigeat de præligenda
potius morte, aut quouis alio damno, aut incòmodo
temporali, quam de incuranda Dei offensa, aut de
illo non diligendo, & aliis omnibus non præferendo.
Nam, quæuis inclinatio etiam naturalis, in homine,
& in Angelo, sit, vt Deus plùs ametur, quàm ipse ho-
mo, aut Angelus amet seipsum; & vt boni Dei ma-
ximè præferatur bono proprio ipsius amantis, vt ià
indicauimus ex S. Th. 1. par. q. 60. art. 5. imò & hæc
sit inclinatio totius naturæ; & quilibet creatura,
etiam irrationalis, & inanimata, vt sunt bruta, & la-
pides, suo modo plùs amet Deum, quam se, id est,
amore animali, & naturali, vt idem habet 2. 2. q. 26.
art. 3. & de facto sic amet Beati in patria, & sic
amassimus etiam nos in statu iustitiæ originalis, &
naturæ integræ, & ià de facto vnunquodque creaturæ
ex inclinatione naturæ plùs debeat velle suum non esse,
quam non esse Dei, si per impossibile hoc vtrumque
veniret in comparationem, vt notat Suar. disp. 1. de
char. sect. 5. n. 4. ad 3. negari tamen nõ potest, quin in
statu naturæ corruptæ id sit valde difficile propter
cognitionem valde imperfectam, quæ habemus de
bonitate diuina, & propter internas inclinationes
valde deprauatas, & propter externas tentationes, &
occasionem, quæ sæpè occurrunt; & ideo omnino est
opus magna diligentia, & magno auxilio gratiæ, vt

28. *Quomodo ex
charitate vn-
usquisque
plùs amet
Deum, quam
se.*
Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

præceptum charitatis seruetur, & magno lumine in-
tellectus, vt bonum Dei simpliciter intelligatur, tã-
quam bonum vniuersale boni, vt paulò ante retuli-
mus ex S. August. lib. 8. de Trin. c. 3. tom. 3. & per con-
sequens vt bene apprehendatur, quod dum illud
amatur, vt verè est, verè amatur in illo, etiam bonum
particulare cuiusque, & verè amatur etiam bonum
illius, qui amat, quantum non ametur quasi solum, &
restrictum in se, sed simul cum bono omnis alterius
boni, vt iam indicauimus ex Durando in 3. dist. 29.
quæst. 2. pag. mibi 202. col. 3. initio.

Neque id, quod diximus supra disp. 10. n. 15. quod
amor sui sit quasi mensura, & exemplar, seu forma
omnis alterius amicitia, & quid maius amicitia, vt
loquitur S. Thomas 2. 2. qu. 25. art. 4. repugnat alte-
ri, quod modò asserimus, quod amor Dei sit maior,
quam amor sui, & quod vnusquisque plùs teneatur
amare Deum, quam se: neque enim amor sui est
mensura quoad modum amandi, siue intensiue, siue
appreciatiue; sed solum quoad primam radicem, &
fundamentum amandi, quæ est aliqua vnio cum
ipso amante, cuius sine dubio est mensura, & quasi
forma ipsa vnio, quam vnusquisque habet secum,
hoc est, ipsa vnitas, & indiuisio; & ratione illius ipse
amor, quem habet vnusquisque ad se: & præterea
est mensura, & quasi exemplar quoad illum aman-
dum gratia sui, & quoad bonum illi volendum,
quatenus bonum illius est; sicut vnusquisque sibi
vult bonum, quatenus est bonum sui ipsius, Posita
autem vnio ad nos, tanquam prima radice, & fun-
damento amoris, facile potest accidere, vt aliquem
magis amemus, quam nos ipsos, si intelligamus,
eum esse magis bonum in se, & magis bonum nobis,
quam simus nos ipsi; & de facto sic contingit in
Deo, qui in se est ipsa bonitas omnino illimitata,
& infinita, & ipsa amabilitas totius naturæ, &
ipsum bonum cuiusque boni, vt diximus.

DISPUTATIO XII.

De iis, quæ cadunt sub primum, & maxi-
mum charitatis præceptum, quod est
de Deo super omnia diligendo.

- 1. Primum, & maximum, & maxime necessarium
charitatis præceptum est, vt Deus super omnia di-
ligatur.
- 2. Amari Deum super omnia obiectiue, & appreciati-
ue, & propter se, est de substantia huius præcepti.
- 3. Modus amandi Deum super omnia, & omnia re-
ferendi ad Deum, non est intrinsecus, nisi præcepto
charitatis.
- 4. Dilectio Dei super omnia debet esse supernaturalis.
- 5. Præceptum dilectionis Dei super omnia, vtrum
obliget ad aliquem actum externum.
- 6. Probabile est, quod actus externus, qui foris est de-
bitum Deo ex virtute religionis, possit etiam esse
debitum ex charitate, & amicitia.
- 7. Debitum virtutis minoris continetur in debito
virtutis maioris, vt, v. g. debitum gratitudinis in
debito pietatis, & hoc in debito religionis.
- 8. Ad actum externum si occurrat faciendus ex cha-
ritate, potest communiter sufficere charitas na-
turalis.
- 9. Quomodo debitum amicitia sit solum morale, &
gratum ex Aristotele, & S. Thoma.
- 10. Violatio diuina amicitia in quocunque peccato non
est speciale peccatum.

1. Primum. & maximum. & necessarium. & charitatis præceptum est, ut Deus super omnia diligatur.

1. **R**ACEPTUM de Deo super omnia diligendo expressè habetur Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & iterum cap. 10. Et nunc quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, & servias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua? & cap. 11. Si obedieritis mandatis meis, quia ego præcipio vobis, ut diligatis Dominum Deum vestrum in toto corde vestro, & in tota anima vestra. & Matth. 10. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus: & qui amat filium, aut fratrem plusquam me, non est me dignus. Et cap. 23. & Marc. 12. appellatur mandatum primum, & maximum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: hoc est maximum, & primum mandatum. Et Lucæ 10. dicitur necessarium ad vitam æternam: Magister; quid faciendum, vitam æternam possidebo? Diliges Dominum Deum tuum, &c. Hoc fac, & vivas. Et dicitur primum, non quia coincidat cum primo præcepto Decalogi, quod propriè non est de Deo super omnia diligendo; sed de summo, ac supremo cultu illi exhibendo; & propriè pertinet ad virtutem religionis ex ipsis verbis Exodi 20. Ego sum Deus tuus: non habebis alios Deos coram me. non autem ad virtutem charitatis; sed dicitur primum, quia præcepta charitatis sunt præambula, & quasi prima principia, à quibus dependent, tanquam conclusiones, omnia præcepta Decalogi, ut notat S. Th. 2. 2. q. 10. art. 3. ad 1. & 2. q. 44. art. 1. ad 3. & diximus supra, in initio huius libri, & disp. 7. n. 2. & inter hæc ipsa præcepta charitatis, primum, & præcipuum est præceptum de diligendo Deo: & dicitur maximum, quia est de actu omnium præstantissimo, qui est actus charitatis, & circa obiectum præstantissimum, qui est Deus; & dicitur necessarium ad vitam æternam, quia habet necessitatem non solum præcepti, sed etiam mediæ, ut communiter dicitur in materia de gratia, ut notat Suar. disp. 5. de charitate, sect. 1. n. 1.

2. Amari Deum super omnia obiectum, & propter se. est de substantia huius præcepti.

2. Dum verò præcipitur, ut Deus diligatur super omnia, tria præcipiuntur; id est, ut bona omnium maxima illi velimus, quod est illum amare obiectivè super omnia; & ut ipsum, & eius amorem aliis omnibus præferamus, & simpliciter plurimi estimemus, & appetemus, quod est illum amare super omnia appetitivè; & ut illum amemus propter se; non autem propter aliquod bonum creatum, quod sit ratio formalis, vel causa finalis, ut ille ametur, ut patet ex dictis disp. præced. n. 14. non autem præcipitur, ut eum summo conatu, & intensissime diligamus, sive habito respectu ad vires potentie, etiam adiuta per gratiam, sive facta comparatione ad alios actus, qui fortè intensissimi à nobis eliciuntur, aut solent elici circa alia obiecta, ut probavimus disp. præced. n. 8. & seqq.

3. Modus amandi Deum super omnia, & omnia referendi ad Deum, non est intrinsicus, nisi pro charitate.

3. Atque hic modus diligendi Deum super omnia, quoad hæc tria est omnino intrinsecus huic præcepto, & idè cadit sub illud, & est de illius substantia, ut patet ex S. Th. 2. 2. q. 44. art. 4. Caiet. ibidem, & omnibus communiter: & in hoc maximè differt hoc præceptum de diligendo Deo ab aliis præceptis, quorum actus, & observatio sæpè dicitur debere esse ex charitate, & alioqui nihil prodesse, ut patet ex S. Paulo 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam; charitatem autem non habuero; nihil mihi prodest, &c. Vnde, & monentur ibid. Corinthij c. 10. ut omnia faciant in Dei gloriam: Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. & c. 16. ut omnia faciant in charitate: Omnia

vestra in charitate fiant. Ut enim benè explicat Sanchez lib. 2. in Decal. c. 35. n. 5. quia modus hic, vñ omnia fiant propter Deum, in aliis præceptis est extrinsecus, & accidentaliter, benè potest illi adesse, & abesse absque eorum corruptione; & præceptum, vñ de honorandis parentibus, benè potest servari, etiam si observatio non referatur in Deum, neque parentes honorentur propter Deum; ut patet ex S. Th. 1. 2. q. 100. art. 10. Et contra, quia modus hic amandi Deum super omnia, est maximè intrinsecus præcepto charitatis de diligendo Deo, impossibile est, ut servetur hoc præceptum sine hoc modo. Vnde ex S. Th. ibid. dupliciter potest considerari actus charitatis in Deum. Vno modo, secundum quod est quidam actus per se; & sic cadit sub hoc præcepto: Diliges Dominum Deum tuum. Alio modo potest considerari, secundum quod est modus actuum aliarum virtutum, hoc est, secundum quod actus aliarum virtutum ordinantur ad charitatem, quæ 1. ad Tim. c. 1. dicitur finis præcepti, & ad Rom. 13. plenitudo legis; in quantum Deum, & legislator hoc maximè intendit, ut homines sint Dei amici, eiusque amicitiam in omnibus servant; & legislator hoc maximè intendit in suis legibus, ut civis assuefaciendos, reddat bonos, 2. Ethic. cap. 1. pag. 3. & hoc modo non cadit sub aliis præceptis; quoniam etiam alia sunt ordinanda ad charitatem tanquam ad finem; & siue intentio finis extrinseci sit actus distinctus ab electione eorum, quæ ordinantur ad finem; siue aliquando sit tantum modus ordinis superioris, ut vult S. Th. 1. 2. q. 8. art. 4. est semper accidentaliter, & non cadit intrinsecè sub aliis præceptis, ut specialiter de hoc modo dilectionis Dei, & charitatis affirmat idem S. Thomas 2. 2. q. 44. art. 4. ad 1.

4. Dilectio Dei super omnia debet esse supernaturalis.

4. Et quoniam de Deo super omnia diligendo tam sit præceptum naturale, in quantum Deus est author naturæ, & potest cognosci naturaliter, quam supernaturalis, in quantum præterea est author gratiæ, & beatitudinis supernaturalis, & cognoscitur lumine fidei, & revelato, ut videtur ex apud Suar. disp. 5. de charit. sect. 1. n. 2. Valen. 2. 2. disp. 3. q. 19. punct. 1. conclus. 2. & apud omnes communiter: præceptum tamen, de quo in presentia loquimur, maximè est de eo diligendo supernaturaliter, id est, ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, ut dicitur 1. ad Timoth. cap. 1. & proptè oportet illum diligere ad gratiam iustificationis, & ad beatitudinem, ac quietem nostram; ad quam tamen certissimum est, quod non sufficiant actus quicunque naturales, ut probatur in materia de gratia. Potest tamen sufficere aliquando etiam dilectio naturalis ex Soto lib. 2. de iust. q. 3. art. 1. o. col. 6. vers. Hoc tantum hic annotato. & lib. 1. de natura, & gratia, cap. 22. vers. Igitur ad propositum, & Bannes 2. 2. q. 44. art. 1. dub. 2. §. Et si quis nobis obiiciat, ut, verbi gratia, si sit faciendum aliquod opus externum ex dilectione Dei, sicut potest occurrere in humanis, ut aliquid sit faciendum pro amico ex sola dilectione, & amicitia: sicut enim possunt impleri præcepta quoad substantiam, absque eo, quod referantur simpliciter ad finem charitatis, ut diximus paulò ante ex S. Thoma 1. 2. q. 100. art. 1. o. ita & possunt impleri, si referantur tantummodo ad finem charitatis naturalis: quomodo ad Rom. 2. etiam Gentès dicuntur naturaliter facere, quæ sunt legis.

5. Illud tamen rectè addit Bannes loc. cit. & ex illo Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 35. n. 5. quod si fortè ex præcepto supernaturali charitatis, de quo loquimur, occurreret faciendum aliquod opus externum, tunc non sufficeret actus dilectionis naturalis; sed

5. Præceptum dilectionis Dei super omnia, non obligat ad aliquod actum externum.

5. sed omnino requireretur dilectio supernaturalis: siquidem illud opus, ut supponimus, non caderet sub præcepto, quatenus esset quomodocunque ex dilectione Dei; sed quatenus esset determinatè ex dilectione supernaturali, ac proinde non posset sufficere impleri, nisi per hanc. Vtrum autem reverè sub hoc præceptum dilectionis Dei super omnia possit cadere aliquod opus externum; an verò solum cadat actus internus, non constat inter Doctores. Affirmat Soto lib. 2. de iust. q. 3. art. 10. cit. §. Responso horum argumentorum. pag. 114. col. 1. ubi asserit, quod præceptum dilectionis non obligat præcisè, & solum ad internum affectum, sed etiam ad opus externum: quia affectus maximè est bonus propter opus bonum; & sine dubio ita contingit in dilectione proximi. Vnde de & monemur 1. Ioan. 3. ut non diligamus verbo, neque lingua; sed opere, & veritate: & casus, in quo tenemur ex interna dilectione Dei super omnia, etiam exire in actum externum ex Soto ibid. potest hic esse, si audiamus, v. g. aliquem publicè blasphemantem, & impudentè iacentem conuicia in Deum, eumque grauitè dehonorem: tunc enim omnino tenemur, si Deum diligimus, eius partes suscipere, eiusque honorem defendere, quantum possumus; sicut & tenemur hoc idem prætare pro amico ex sola obligatione, & lege amicitie: & hoc idem tenent Val. 2. 2. disp. 3. q. 19. punct. 1. conclus. 2. §. Posterior autem pars. col. 822. Regim. lib. 17. c. 9. n. 98. pag. 36. Suar. disp. 5. de char. sect. 2. n. 7. pag. 434. ex hac ipsa paritate amicitie purè humanæ, & naturalis, quantum addat, vix posse assignari talem aliquem actum externum, ad quem obligatio non possit oriri ex aliqua alia virtute, quàm ex charitate in Deum, & ex illius dilectione super omnia.

6. Probabile est, quod actus externus, qui fortè est debitus Deo ex virtute religionis, possit etiam esse debitus ex charitate, & amicitia.

6. Contrà verò id negat Bannes 2. 2. q. 44. art. 1. dub. 2. §. Et si quis nobis obiiciat, cit. col. 1438. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 35. n. 5. pag. 298. col. 2. init. & Filiuc. trañ. 2. 2. c. 9. n. 289. pag. 93. tom. 2. qui allocunt absolutè, nullum dari actum externum, qui per se, & proximè pertineat ad charitatem Dei; sed omnes actus externos, qui possunt esse circa Deum, vel circa aliquod bonum Dei, esse actus aliarum virtutum, & ex illis oriri eorum obligationes, non autem ex charitate; & hoc modo defensio, v. g. diuini honoris in casu posito contra blasphemantes, & Deum dehonorentes, solum pertinet ad virtutem religionis, cuius est debitus cultum Deo præstare, & procurare, quando opus est; & omnia auersari, quæ sunt illi contraria: quod tamen non accidit in amicitia purè humana, & naturali; & idè mirum non est, si ex illa possint oriri aliquæ obligationes ad actus externos erga amicos; non autem possint oriri ex amicitia charitatis supernaturalis erga Deum. Sed, si admittamus, quod isti asserunt, obligationes ad actus externos circa Deum, posse oriri ex aliis virtutibus, quàm ex charitate, non est necessariò admittendum id, quod negant, eas posse oriri ex charitate, cum nihil repugnet, quod vnus, & idem actus externus simul pertineat ad plures virtutes, & simul contineat plures honestates; & consequenter illius omnifio, ut antigraphis simul habeat plures multas: sic enim S. Thom. 1. 2. q. 72. art. 6. ad 2. expressè docet, quod distinctio peccatorum potest sumi ex diuersitate præceptorum, quando hæc non pertinent ad eandem virtutem; & rem non præcipiunt, aut prohibent in ordine ad eandem honestatem; & certum est, quod contrèctatio, v. g. rei alienæ in loco sacro, & percussio Clerici, & actus copulæ cum coniugata, simul pertinent ad plures virtutes, id est, ad iustitiam simul, & ad religionem, vel simul

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

ad temperantiam, & ad iustitiam; & idè etiam non defensio diuini honoris contra publicè blasphemantes, aut Deum iniuriantes, potest simul pertinere ad duas virtutes, id est, ad religionem, & ad charitatem, vel amicitiam, quæ habetur cum Deo: sic enim etiam non defensio honoris, aut vitæ, aut rei familiaris hominis, & proximi cuiuscunque, certum est, quod potest esse contra communem charitatem, quado defensio est propria, & facilis; & tamen omittitur; & si præterea sit non defensio hominis cõsanguinei, aut conciuis, potest præterea etiam esse cõtra pietatem, quæ specialiter respicit parentes, & patriam; quia specialiter sũ nobis principium essendi, & idè fundant in nobis speciale debitum, & specialem obligationem officij, & obsequij ex M. Tullio lib. 2. de officiis. fol. 4. ante Jun. lib. & ex S. Th. 2. 2. q. 101. art. 1. & nulla est ratio, quare etiam non possit specialiter esse contra amicitiam, si sit non defensio hominis amici, ad què est specialis obligatio, & debitum amicabile, ut diximus supra. disp. 8. n. 5. ex S. Th. 2. 2. q. 23. art. 3. ad 1. nam, sicut ex virtute amicitie tenemus modum in amationibus, & neque excidimus, plùs gaudente de bono amici, aut plùs dolèdo de malo, quàm oporteat; neque deficiamus, minùs gaudente, aut minùs dolendo, ut ibi diximus n. 3. ita & multum peccat cõtra amicitiam, qui ad amici dehonorationes nihil mouetur, & ne verbum quidè pro illo dicit, cum facile possit tueri illius honorem: si verò omnino facit contra amicitiam, qui sic deficit in defendendo amico, & præscindendo ab omni alio debito, quod possit habere ad illum defendendum, præterquàm à debito amicabili, & gratuito, quod est proprium amicitie: siquidem ex Arist. 9. Ethic. c. 4. init. is est amicus, qui non solum vult bona amico, sed etià facit. Quidni etiam faciat contra amicitiam erga Deum, quæ est charitas, is, qui similiter deficit in defendendo illius honorem, habita solum ratione debiti amicabilis, & gratuiti, quod habet cum illo, in quantum amicus, & præscindendo, si opus est, ab omni alio debito, quod verè habet ex honestate religionis, in quantum Deus est excellentissimè omnino summè, & omnino dignissimè, quæ ab omnibus sũme colatur? Neque enim videtur debitum hoc amicabile, quod habemus specialiter ex charitate, in quantum nobis est amicitia cum Deo, posse dici aliquid minùs, aut minùs excellens, quàm debitum ad eum colendum, vel ad procurandum, & defendendum illius honorem, quod habemus ex virtute religionis, ut propterea in illo continueatur, & quasi absorbeatur, sicut minus in maiori, ut loquitur S. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. & 2. 2. q. 101. art. 1. in corp. & ad 1. & q. 106. art. 1. de debito gratitudinis ad particulares benefactores, quod cõtineatur in debito pietatis erga parentes, & adhuc magis cõtinetur in debito religionis erga Deum, & in debito ipso pietatis erga parentes, quod similiter maximè continueatur in debito religionis erga Deum; siquidem religio ad Deum est quædam superexcellens pietas, & quædam superexcellens gratitudo, ex eodem S. Thoma 2. 2. q. 106. art. 1. cit. ad 1. Contrà enim est: quia, sicut virtus religionis est longè minor, & minùs excellens, quàm amicitia ad Deum, & charitas: ita & debitum, quod in illa fundatur, est longè minùs, quàm quod fundatur in hac; ac proinde potius illud dicendum est contineri, & quasi absorberi in hoc, quàm è contrariè & consequenter, qui deficit in vtroque debito per non defensionem diuini honoris, quando tenetur illum defendere ex vtraque virtute, vel est dicendus simul peccare contra debitum amicitie, & charitatis, quod est maius, quàm contra debitum religionis.

I. I. quod

quod est minus. Et tandem ex hoc videtur constare, quod non sit omnino improbanda sententia Soti, & aliorum, circa aliquem actum externum, ex præcepto dilectionis, & amicitiae Dei: quoniam hæc obligatio non multum occurrat, ut iidem dicunt. Et quoad hunc actum externum, quando occurrit faciendus ex obligatione charitatis, & amicitiae Dei, illud etiam non est improbandum, quod retulimus n. 4. ex eodem Soto, id est, quod communiter possit fieri ex sola dilectione, & amicitia naturali: ut, si peccator, v. g. aut infidelis, defendat Dei honorem contra dehonorem ex sola displicentia naturali de malo Dei. Neque est opus actu primario charitatis, etiam naturalis, per quem, scilicet, Deus ametur, ut author naturæ obiectivæ, & appreciativæ super omnia, sed potest sufficere etiam actus secundarius, per quem aliquis doleat de malo Dei, quem naturaliter diligit; & gaudeat de bono: sicut enim ex Arist. 9. Ethic. c. 4. & S. Thoma 2. 2. q. 27. art. 2. debet amicus non solum velle, & facere bonum amico, etiam optare, ut diu vivat, & sit, & delectabiliter illi coniuere, & hæc eadem etiam eligere; sed præterea debet condolare illi de malo, & congaudere de bono, cum specialiter ex amore oriatur gaudium de bono amari, & iustitia de malo, ut patet ex eodem S. Thoma 1. 2. q. 25. art. 1. & 2. q. 28. art. 1. ita & omnis, qui diligit Deum per amicitiam, etiam naturalem, debet illi congaudere de gloria, & condolare de ignominia: & ex hoc etiam amore potest oriri tristitia, & gaudium; & ad quam id pertinet, non autem duo, id est, alterum contra religionem, & alterum contra amicitiam, quæ est charitas. Et dum Christus Dominus Ioan. 14. sapius commendat observationem mandatorum ex sua ipsius dilectione: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me. Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Qui non diligit me, sermones meos non servat.* solum significat, quod ipse intendat, & ad quod ordinat sua præcepta, tanquam ad finem ipsius præceptis, id est, ut homines in charitate instituant, & conservent, ut loquitur S. Th. in 2. dist. 28. q. 1. art. 3. & ut illa remoueat; quæ charitati sunt contraria, & cum quibus charitas esse non potest, ut idem habet 2. 2. q. 184. art. 3. in fine; non autem significat, quod simul cum illis etiam præcipiat charitatem, quam ipse intendit, cum generaliter finis legis, aut præcepti, non cadat sub legem, & sub præceptum, ex eodem S. Th. loc. cit. & 1. 2. q. 100. art. 9. & omnibus communiter. Et, sicut legislator quicumque ex hoc, quod intendat per suas leges facere homines bonos, & assuetos virtuti, ut loquitur Arist. 2. Ethic. c. 1. non propterea præcipit directè ipsam bonitatem habituales, & ipsam assuetudinem: ita & Christus, & Deus, dum intendit servari leges, & præcepta ex charitate, idque declarat a se intendi 1. ad Timoth. 1. *Finis præcepti, charitas.* idque suadet, tanquam suavius, & perfectius; non propterea directè ponit sub ipsis præceptis talem modum illa servandi intuitu charitatis, & amicitiae; ac proinde non specialiter peccat contra amicitiam, qui illa non servat ex charitate, & amicitia: sed hic est modus omnino accidentaliter aliis præceptis, ut etiam supra diximus n. 3. imò nec simpliciter peccat contra charitatem is, qui peccat, siue mortaliter, siue venialiter contra alias virtutes, ut bene notat Valen. 2. 2. disp. 3. q. 19. pun. 1. §. 2. sequitur. col. 815. quia præceptum charitatis non est de non peccando contra alias virtutes; sed hoc specialiter relinquunt unicuique virtuti circa suam materiam, ut etiam diximus paulò ante n. 9. Et ad explicandum, & confirmandum potest facere illud, quod habet Reginaldus in praxi, lib. 17. cap. 10.

8. Ad actum externum, si occurrat faciendus ex charitate, potest communiter sufficere charitas naturalis.

9. Quomodo debuit amicitia sit solum morale, & gratuitum ex Aristotele, & S. Thoma.

pliciter, si quis amicus foret amico, quamvis faciat turpiter ex duplici capite, id est, ex ratione iustitiæ, quæ simpliciter obligat ad relinquendum suum cuique, & ex ratione amicitiae, quæ solum obligat ex decencia, & honestate ad benefaciendum amico, & ad eum nullo modo lædendum. Et fortasse hoc modo potest conciliari vtraque sententia, si, nimirum, admitamus cum Soto, quod charitas, in quantum est amicitia cum Deo, potest obligare ad actum externum defendendi illius honorem, quando occurrit occasio, & opportunitas, obligatione, scilicet, solum morali, & gratuita, quæ potest induci per amicitiam: & præterea si dicamus cum aliis, quod obligatio ad culpam propriè dictam in dicto casu solum est ex virtute religionis; non autem ex charitate, in quantum est amicitia: sicut enim generaliter, quando Deus aliquid præcipit, v. g. non colidolum, non præcipit simul, ut rem distinctam, quod non violetur, aut non dissolvatur ipsius amicitia per cultum idoli; & idem huiusmodi cultus, vnum tantum peccatum est; non autem duplex: & circumstantia amicitiae, quæ per illum dissolvitur, est solum circumstantia generalis, & non tribuit specialem malitiam, nisi directè intendatur: ita, & quando præcipit specialiter defendi ipsius honorem contra iniuriantes, id solum præcipit specialiter; non autem præcipit simul, ut rem distinctam, quod non omittatur officium amici: & idem si talis defensio omittatur, vnum tantummodo est peccatum contra virtutem religionis, ad quam id pertinet; non autem duo, id est, alterum contra religionem, & alterum contra amicitiam, quæ est charitas. Et dum Christus Dominus Ioan. 14. sapius commendat observationem mandatorum ex sua ipsius dilectione: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me. Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Qui non diligit me, sermones meos non servat.* solum significat, quod ipse intendat, & ad quod ordinat sua præcepta, tanquam ad finem ipsius præceptis, id est, ut homines in charitate instituant, & conservent, ut loquitur S. Th. in 2. dist. 28. q. 1. art. 3. & ut illa remoueat; quæ charitati sunt contraria, & cum quibus charitas esse non potest, ut idem habet 2. 2. q. 184. art. 3. in fine; non autem significat, quod simul cum illis etiam præcipiat charitatem, quam ipse intendit, cum generaliter finis legis, aut præcepti, non cadat sub legem, & sub præceptum, ex eodem S. Th. loc. cit. & 1. 2. q. 100. art. 9. & omnibus communiter. Et, sicut legislator quicumque ex hoc, quod intendat per suas leges facere homines bonos, & assuetos virtuti, ut loquitur Arist. 2. Ethic. c. 1. non propterea præcipit directè ipsam bonitatem habituales, & ipsam assuetudinem: ita & Christus, & Deus, dum intendit servari leges, & præcepta ex charitate, idque declarat a se intendi 1. ad Timoth. 1. *Finis præcepti, charitas.* idque suadet, tanquam suavius, & perfectius; non propterea directè ponit sub ipsis præceptis talem modum illa servandi intuitu charitatis, & amicitiae; ac proinde non specialiter peccat contra amicitiam, qui illa non servat ex charitate, & amicitia: sed hic est modus omnino accidentaliter aliis præceptis, ut etiam supra diximus n. 3. imò nec simpliciter peccat contra charitatem is, qui peccat, siue mortaliter, siue venialiter contra alias virtutes, ut bene notat Valen. 2. 2. disp. 3. q. 19. pun. 1. §. 2. sequitur. col. 815. quia præceptum charitatis non est de non peccando contra alias virtutes; sed hoc specialiter relinquunt unicuique virtuti circa suam materiam, ut etiam diximus paulò ante n. 9. Et ad explicandum, & confirmandum potest facere illud, quod habet Reginaldus in praxi, lib. 17. cap. 10.

10. Violatio sine amicitia in quocumque peccato, non est speciale peccatum.

cap. 10. n. 100. pag. 37. tom. 2. quod tam amor, quam odium Dei potest sumi dupliciter. Vno modo generaliter pro executione eorum, quæ Deo placent, aut displicent: quomodo dicitur Ioan. 14. quod servare mandata est Deum diligere: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui me diligit.* & contra communiter dicitur, quod peccare mortaliter, & legem transgredi, est Deum odisse, aut non diligere, quoad operum, scilicet, executionem, ut habet Tol. lib. 4. c. 9. n. 6. Et alio modo sumitur specialiter pro iplo actu interno amoris, aut odij, qui potest de Deo esse. Et primo modo neque amor generaliter sumptus, & distinctus ab actibus aliarum virtutum; neque odium est peccatum distinctum ab aliis; sed tam amor, quam odium est quid commune, & modus quidam, aut circumstantia generalis: & idem neque tribuit specialem honestatem, neque specialem malitiam: sumpsit verò secundo, pertinet amor ad charitatem, ut actus proprius, & specialis; & odium specialiter illi opponitur, ut peccatum per se, & distinctum ab aliis: & hinc est, quod transgressiones aliorum præceptorum non habeant malitiam contra charitatem acceptam specialiter, propterea est virtus distincta ab aliis; sicut neque illorum observationes habent bonitatem illius propriam. Neque tamen ex hoc, quod debuit amicitiae sit solum morale, & gratuitum, & quod modus servandi præcepta, & operandi ex amicitia non sit sub præcepto, sequitur, quod simpliciter non obliget præceptum charitatis, & quod specialiter non peccetur contra illam, si Deus non diligatur simpliciter super omnia: siquidem hoc non est præceptum formaliter amicitiae; & in quantum hæc formaliter consistit in mutua aliquorum benevolentia; quæ illos non lateat; sed solum est præceptum materialiter amicitiae, id est, illius virtutis, quæ est amicitia, quando habet redamationem; & idem simpliciter obligat, siue præterea illa virtus sit completa, & formaliter amicitia, & reuera habeat redamationem ex parte alterius, siue non,

DISPUTATIO XIII.

Vtrum præceptum diligendi Deum super omnia, obliget unquamque pro primo instanti vsus rationis.

1. Opinio S. Thoma, & Thomistarum.
2. Explicatur dupliciter.
3. Probatur rationibus.
4. Quid sit pervenire ad usum rationis; & quid requiratur, & quid conducatur ad huiusmodi usum.
5. Educatio multum inuadit ad usum rationis cuius, & bene habendum.
6. Deliberatio potest fieri etiam ex consilio, & directione alterius.
7. Prima deliberatio, quam facit, qui primo venit ad usum rationis, non potest esse libera; sed necessario est à principio extrinseco, id est, à Deo, vel à fortuna.
8. Prima deliberatio, secundum Thomistas, in eo, qui venit ad usum rationis, est de seipso ordinanda ad bonum.
9. Secundum S. Thomam, & Thomistas, non potest quis simul esse in peccato originali, & veniali.
10. Neque potest secundum illos facultas deliberandi prius haberi imperfecta, sicut sufficit ad veniales, & postea paulatim perfici, sicut requiruntur ad mortales.
11. Neque potest in primo instanti vsus rationis esse Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

- peccatum veniale ex indeliberatione, secundum Thomistas.
12. Ex communiore sententia, nulla est obligatio se convertendi in Deum, in primo instanti vsus rationis.
 13. Obligatio se convertendi in Deum, non est admittenda pro primo instanti vsus rationis.
 14. Primum instans vsus rationis non potest ab unoquoque certò cognosci.
 15. Prima deliberatio in eo, qui venit ad usum rationis, quomodo sit à Deo, vel à fortuna.
 16. Prima deliberatio in unoquoque communiter non est de Deo super omnia diligendo, aut de ultimo fine.
 17. Neque de sequendo bono honesto, & de viuendo secundum rationem.
 18. Imò nec potest de sequendo bono rationis esse prima deliberatio.
 19. Potest quis ignorare inuincibiliter omnem potestatem superiorem, à qua possit ipse induci obligatio, & debium aliquid faciendi, vel non faciendi.
 20. Cum ignorantia inuincibilis obligationis, & debiti, non potest stare peccatum.
 21. Secundum aliquos, cum ignorantia inuincibilis alicuius potestatis superioris, non potest stare vsus rationis.
 22. Sed hoc est falsum.
 23. Obligatio se convertendi in Deum, est, quando primum habetur illius notitia.
 24. Potest aliquis simul esse in peccato originali, & in peccato veniali.
 25. Facultas deliberandi, quæ est sufficiens ad peccatum veniale, quantum est ex obiecto, est etiam sufficiens ad mortale.
 26. Potest tamen ex parte cogitanti esse impedita, ne sufficienter deliberet ad peccandum mortaliter; sed solum ad peccandum venialiter.
 27. Quomodo puniretur, qui decederet in solo originali, & veniali.

DILIGENDI Deum super omnia, obligat unquamque pro primo instanti vsus rationis, expressè affirmat S. Thomas 1. 2. qu. 89. art. 6. & in 2. dist. 42. qu. 1. art. 5. ad 7. & q. 5. de malo, art. 2. ad 8. & q. 28. de verit. art. 3. ad 4. & Thomistæ communiter, Caiet. 1. 2. q. 89. art. 6. cit. Sot. lib. 2. de natura, & gratia, cap. 12. & lib. 2. de iustitia, quest. 3. art. 10. vers. Responso horum. Capreolus in 2. astir. El. 40. quest. unica, artic. 3. in responsione ad 3. Scoti contra 2. conclusi. Franc. Victoria in relect. de puero veniente ad usum rationis, præcipue part. 2. n. 1. & seqq. Bannes 2. 2. q. 44. art. 1. dub. 1. Sylva. ve b. Oratio. q. 8. Barth. Med. 1. 2. q. 89. art. 6. cit. Emm. Rodrig. in Sum. part. 1. c. 1. n. 3. Tol. lib. 4. cap. 9. n. 4. Nauar. in Man. cap. 11. n. 8. & in cap. Quando. de consecr. dist. 1. & alij.

Sed non omnes eodem modo id asserunt: nam quidam cum Capr. loc. cit. contendunt, unquamque teneri per actum charitatis verum, & proprium, se, & sua in Deum referre, tanquam in vltimum finem, qui propter se ametur, & propter quem amantur cætera omnia: alij verò cum Caietano, Victoria, & Bannes putant sufficere, si vnusquisque deliberet de honestate sequenda in suis actionibus, & de viuendo secundum rationem; & sic ordinet, & referat se, & sua in vltimum finem, cuiusque intendat, saltem confusè, & imperfectè cognitum, in ipsa honestate, & bonitate actionis.

Et pro asserenda huiusmodi obligatione in ipso primo instanti vsus rationis, ea potest asserri ratio ex S. Thom. q. 28. de ver. art. 3. ad 4. quia, cum teneatur

1. Opinio S. Th. & Thomistarum.

2. Explicatur dupliciter.

3. Probatur rationibus.

tur vnusquisque tota vita peccatum vitare, idque non possit, nisi debitum finem sibi præstituat, per quem regulat, & ad quem bene dirigat suas actiones, & à quo non aberret, neque peccet; non potest non teneri vnusquisque, cum primum est mentis, & sui compos, conuertere se se ad huiusmodi finem; qui tamen nullus est alius, nisi Deus: & certissimum est, quod tunc primum, & maxime debet vnusquisque cogitare de sua salute, eique incipere operam dare, vt habet idem S. Thomas in 2. dist. 42. quæst. 1. art. 5. ad 7. cit. quando primum incipit de illa periclitari, & esse capax tentationis à Dæmone, & peccati. Et quemadmodum si quis haberet curam alterius, tunc primum, & tunc maxime teneretur illi cauere, eumque munire contra pericula, quando hæc primum, & maxime contra illum insurgerent: ita & debet vnusquisque cauere sibi, seque munire, cum primum venit ad vsum rationis. Et cum præceptum charitatis, & dilectionis Dei super omnia sit præambulum ad alia omnia præcepta Decalogi, vt sapius diximus; non potest non esse præambula etiam illius obligatio ad alias omnes obligationes. Et cum primum per vsum rationis, & per lumen naturale promulgantur illæ, quæ dicuntur obligationes naturales, promulgatur etiam hæc, & statim est acceptanda, & statim implenda, cum sint necessaria pro omnibus aliis. Et quod aliqui dicunt, satis esse, si impleatur aliquando in tota vita, incepte dicunt, cum id, quod est necessarium pro tota vita, vt certè est hoc præceptum de se conueniendum in Deum, cõque super omnia diligendo, non debuerit relinqui pro tota vita arbitrio cuiusque; neque Adam, verbi gratia, qui vixit nongentis triginta annis, vt dicitur Gen. 3. & Machusalem, qui vixit nongentis sexaginta nouem annis, vt ibidem subditur, licet potuerit hoc præceptum differre ad vltimos dies, & totos ferè mille annos transigere sine conuersione in Deum, & sine illius dilectione super omnia, vt bene notat Victoria in relect. de eo, qui venit ad vsum rationis, part. 3. num. 11. pag. 388. Et cum alia omnia præcepta maxime ordinentur ad ea remouenda, quæ sunt contraria charitati, & cum quibus charitas esse non potest, vt habet S. Thomas 1. 2. quæst. 184. art. 3. in corp. omnino supponunt, quod charitas iam sit inducta; & per consequens, quod illius obligatio iam sit impleta, cuiusque actus primus, & maximus, qui est Dei dilectio super omnia, iam sit exercitus, ne alioqui dicantur, inutiliter laborare pro remouendis contrariis illius formæ, quæ nulla est.

Atque vt exactius doceant de huiusmodi obligatione pro primo instanti vsu rationis, & ad illam clarius, & certius manuducant, supponunt primo tunc aliquem peruenire ad vsum rationis, quando peruenit ad eum statum, vt possit consultare, & deliberare de agibilibus, & de actionibus, seu electionibus, id est, de iis, quæ in vniuersum, & non ex parte sunt homini bona, & de quibus consultat prudentia, vt habet Arist. 6. Ethic. c. 2. & 5. & 6. Metaph. text. 1. qualia sunt ea, quæ spectant ad genus moris; non autem ea, quæ spectant ad scientias, vel ad artes, de quibus fortasse potest quis deliberare, etiam si non peruenit ad vsum rationis, prout de illo hic loquitur, vt notat Victoria relect. cit. part. 1. num. 19. pag. 348. Et ad hanc facultatem deliberandi, & consultandi in materia morali, certissimum est, quod præter certam dispositionem materiale, & physicam ex parte organi, & sensus interioris, quæ communiter solet haberi circa finem primi septennij, requiruntur in intellectu species intelligibiles, cum alioqui intellectus ex se sit tanquam tabula

4. Quid sit, peruenire ad vsum rationis, & quid requiratur, & quid conducat ad huiusmodi vsum.

rasa, 3. de anima, text. 14. & tunc solum intelligat, quando per species est factus singula, vt dicitur ibid. text. 8. Et specialiter ad consultandum, & deliberandum de agibilibus, multum inuati memoria prætorum; quæ tamen sine assertionione specierum esse non potest: & si quis casu aliquo, aut morbo amittat species, quantum alioqui habeat organa bene disposita, non potest deliberare, aut consultare de aliquo, vt habet Victoria ibidem, n. 14. pag. 342. Et ad huiusmodi species citò acquirendas, & bene ordinandas certum est, quod multum inuati magistri doctrina, & educatio; & ratione illius citius potest ad vsum rationis venire vnus, quam alius, si solum sint impares, quoad educationem, vt idem subdit n. 15. Et hoc adiumentum ex doctrina magistri, & institutoris potest haberi etiam postea, si quis alteri viam aperiat, & rationes ostendat ad bene deliberandum, quando occurrit necessitas, aut occasio deliberandi; neque ex eo dicendum est alius non deliberasse ex usurpatione, quia forte deliberauit ex consilio, & directione alterius, dummodo fuerit verè capax talis consilij, & directionis: nam, quantum ille sit optimus, qui potest ex se cognoscere, & deliberare; est tamen bonus etiam ille, qui potest bene capere aliorum monita, & que bene obtemperare; & ille solum est planè ignauus, atque iners, qui neque ex se cognoscit, neque capit, quæ dicuntur ab alio, vt bene Hesiodus apud Aristotelem 1. Ethic. cap. 4. in fine, pag. 3.

Secundò, supponunt iidem Authores, quod prima deliberatio, quam facit is, qui venit ad vsum rationis, solum est ex causis extrinsecis, id est, à Deo, vel à fortuna, ex determinatione obiecti extrinseci; non autem potest esse proprie libera, & ex electione ipsius primò deliberantis: cum enim electio sit spontaneum præconsultatum, 3. Ethic. c. 2. id est, appetitio cõsultatrix, vt dicitur lib. 6. c. 2. in fine. si prima deliberatio esset ex electione, & proprie libera, etiam esset ex alia deliberatione, ac proinde non esset prima, & daretur deliberatio prior prima, & processus in infinitum, si etiam illa fuisset libera, & ex alia deliberatione. Vnde & Arist. lib. 7. Moral. Eudem. c. 18. pag. 471. & S. Th. par. 1. q. 82. art. 4. ad 3. vt tollant huiusmodi processum in infinitum, & non omnis consultans dicatur prius consultasse de consultando; & non omnis cogitans, aut intelligens dicatur prius cogitasse de cogitando, aut prius intellexisse de intelligendo; absolute, & vniuersaliter dicunt, quod primum principium consiliandi, aut cogitandi, vel intelligendi, est aliquid extrinsecum præstantius nostro intellectu, id est, Deus, vel fortuna; intelligendo hoc nomine accidentalem, & casualem concursum obiectorum, aut causarum extrinsecarum; qui tamen non accidit, nisi ex dispositione Dei, & autoris naturæ: & hinc vltèrius inferunt, quod prima deliberatio non potest cadere sub præcepto, cum non possit esse libera, & cadere sub electione; & is, qui primò deliberat, non habuerit id prius in sua potestate, & simpliciter non potuerit ante primam deliberationem deliberasse prius, vt videre est apud Victoriam in relect. cit. part. 1. n. 20. & seqq. pag. 348.

Posito verò, quod prima deliberatio illius, qui venit ad vsum rationis, sit à Deo, vt authore naturæ, dicunt vltèrius S. Thomas, & Thomistæ, eam semper esse in vnoquoque, de se referendo in vltimum finem, & de Deo super omnia diligendo; & hinc oriri obligationem, quam ipsi ponunt primò eliciendi huiusmodi actus: quia enim innata est nobis via, vt in cognitionibus incipiamus ab iis, quæ sunt nobis notiora; & inde procedamus ad alia minus nota, vt dicitur 1. Physic. text. 2. & communi-

5. Educatio multum inuati ad vsum rationis citò & bene liberandum.

6. Deliberatio potest fieri etiam ex consilio, & directione alterius.

7. Prima deliberatio, quam facit, qui primò venit ad vsum rationis, non potest esse libera, sed necessarius est à principio extrinsecus, id est, à Deo, vel fortuna.

8. Prima deliberatio, secundum Thomistam, in eo, qui venit ad vsum rationis, est de se ipso ordinanda ad bonum.

ter in vnaquaque re cognoscenda de nouo, rationes vniuersaliores iunt nobis notiores, quam minus vniuersales, vt dicitur ibidem, text. 4. Vnde & pueri, cum primum cognoscere, & loqui incipiunt, omnes viros appellat patres, & omnes feminas matres, vt subditur text. 5. quasi rationes communiores vici, & feminae sint illis faciliores, & priores cognitum secundum viam naturæ, quam rationes particulares huius viri, & huius feminae, quas non discernunt, nisi postea: hinc est, vt hæc eadem via dici debeat esse nobis innata secundum naturam, & tradita ab authore naturæ in deliberationibus, vt, scilicet, primò deliberemus de iis, quæ sunt nobis notiora; nostrisque sensibus, & nobis ipsis propinquiora; & postea deliberemus de aliis.

Et quia nihil est, aut potest esse nobis propinquius, quam nos ipsi, quod primò vniuersaliter cogitandum occurrerit, quando venit ad vsum rationis, est, vt deliberet de se ipso, vt loquitur S. Thomas 1. 2. quæst. 89. art. 6. cit. in corp. & idè de nobis ipsis, & non de aliis secundum viam naturæ necessarius est prima deliberatio nostra. Et hæc ipsa circa nos ipsos, prius est de vniuersalioribus, & communioribus, quam de minus vniuersalibus, vt, verbi gratia, prius est volendo nobis, & eligendo bono, quasi in communi, quam de hoc, aut illo bono particulari; & prius de vitando malo quasi in genere, quam de hoc, aut illo, & idè secundum ordinem, & viam naturæ prius vnusquisque deliberat de sequendo bono rationis, & honesto, quod est bonum simpliciter, & conuenit homini, prout homo est, & secundum se ipsum totum; quam de sequendo bono delectabili, quod est commune cum brutis, & non conuenit homini, nisi secundum partem ipsius, verbi gratia, secundum gustum, aut secundum tactum, vt explicat Caiet. 1. 2. quæst. 89. art. 6. cit. §. Ad cuius euideniam. & hæc deliberatio, saltem implicitè, & confusè, est de se referendo in Deum, & in vltimum finem, qui amatur propter se, & propter quem amantur cætera omnia, & per consequens de Deo super omnia diligendo: & qui sic deliberat, & facit, quod in se est, sequendo, & eligendo eam partem deliberatam, & præconsultatam, quam debet recipi à Deo gratiam, & iustificatur à peccato originali, si fortè non est baptizatus; & adhuc in illo est, vel certè peccat mortaliter, si non facit, quod in se est, & eam partem non eligit, sèque non refert in debitum finem, vt loquitur S. Thomas locis citatis.

Atque hinc vltèrius colligunt iidem Authores, impossibile esse, vt qui venit ad vsum rationis, prius peccet venialiter, quam mortaliter; & vt peccatum veniale sit in aliquo cum solo peccato originali, & non simul reperiat cum peccato mortali, quod sit contractum prius, quam veniale: si enim quando primò habetur facultas deliberandi, vt certè habetur, quando habetur vsum rationis, id, quod primò cogitandum occurrit secundum ordinem, & viam naturæ, est, vt deliberet vnusquisque de se, & vt se referat in debitum finem; & hæc est materia peccati mortalis: neque potest prius occurrere cogitandum, aut deliberandum de materia peccati venialis, impossibile omnino est, vt quis prius peccet venialiter, quam mortaliter. Et alioqui si contingeret, aliquem mori cum solo originali, & veniali, non esset locus, in quo posset puniri: siquidem in Limbo puerorum punitur, qui propter solum originale, non autem propter veniale, quod meretur penam sensus, quæ ibi non est, & in Inferno nullus punitur sine mortali, quod solum meretur punitionem æternam; & in Purgatorio solum

punitur, qui est in gratia, & suo tempore est futurus in gloria; qualis tamen non esset, qui simul esset in peccato originali, & in veniali.

Neque admittunt dicti Authores, quod facultas deliberandi possit prius haberi imperfecta, prout potest sufficere ad peccandum tantummodo venialiter, & posteriùs habetur perfecta, prout requiritur ad peccandum mortaliter; & quod in eo, qui primum venit ad vsum rationis, possit idem contingere, quod videmus communiter contingere in eo, qui redit ad eundem vsum rationis; verbi gratia, ex vehemènti aliqua passione, quæ illum totaliter impediatur, vel ex somno, aut ebrietate, vel phrenesi, amentia, furore, &c. vt, scilicet, prius redeat ad imperfectum, qui sufficit ad veniale; & paulatim procedat ad perfectum, qui requiritur ad mortale, prout paulatim remouetur physicum illius impedimentum per vapores, & qualitates indebitas; & paulatim restituitur, & perficitur dispositio debita, vt videre est apud Victoriam in relect. cit. de eo, qui venit ad vsum rationis, part. 2. n. 11. pag. 180. & seqq.

Et posito, quod facultas deliberandi, tam perfecta requiratur ad deliberandum de veniali ex suo genere, quam requiritur ad deliberandum de mortali; & quod aliquando in actu, & in exercitio actus minus libertatis, & actualis deliberationis possit sufficere ad peccandum venialiter, quam ad peccandum mortaliter, vt patet ex Caiet. 1. 2. q. 89. art. 6. cit. §. Ad obiectiones. hoc tamen posteriùs de veniali ex deliberatione, & libertate minus perfecta in ipso actu, & exercitio, non admittunt posse accidere in eo, qui primum venit ad vsum rationis: & si puer, verbi gratia, dum primò deliberat de se conuertendo in Deum, & in vltimum finem, distrahat ex curiositate ad videndum equum, aut aliud animal, quod fortè transit; & sic ponat impedimentum deliberationi, & conuersioni in Deum faciendæ quamprimum, non peccat, inquit, tantummodo venialiter, peccato curiositatis; sed peccat mortaliter peccato omissionis se conuertendi quamprimum in Deum, vt videre est apud Caiet. ibidem, §. In eodem sexto articulo. & §. Ad hoc dicitur.

Et primum illud, quod non possit prius haberi facultas deliberandi ita imperfecta, vt solum sufficiat ad peccandum venialiter, non autem possit sufficere ad peccandum mortaliter in aliquo genere, multipliciter probat Victoria eodem n. 11. cit. pag. mibi 382. in fine: nam plura mortalia sunt notiora, quam aliqua venialia; & nullus est, qui non facilius, & clarius, & certius cognoscat, verbi gratia, ex solo lumine naturæ, quod homicidium, & blasphemiam, & perurium sit malum graue, quam quod mendacium officiosum, aut verbum otiosum sit malum leue: & idè impossibile est, vt potentia, vel facultas, quæ bene potest cognoscere malitiam leuem mendacij officiosi, & verbi otiosi, ex se alioqui magis obscuram; & potest de illa bene deliberare; non etiam possit bene cognoscere malitiam grauem blasphemiam, aut homicidium; & non etiam de illa possit bene deliberare. Et in hoc recidit etiam ratio S. Thomæ 1. 2. quæst. 89. art. 6. cit. quod defectus ætatis, qui prohibet vsum rationis circa peccatum mortale, & ab illo excusat, multò magis eum prohibet circa peccatum veniale ex suo genere, & similiter ab illo excusat: in quantum enim vsum rationis facilius potest esse circa aliquod peccatum veniale, quod sit notius, quam circa aliquod peccatum mortale, quod sit ignotius; necessarium omnino est, vt vsum rationis, qui sufficit ad quodlibet veniale ex suo genere, etiam sufficiat ad aliquod mortale; & vt defectus rationis, qui excusat ab omni mortali, etiam excuset

10. Neque potest secundum illos facultas deliberandi prius haberi imperfecta, sicut sufficit ad veniale, & postea paulatim perfecti, sicut requiritur ad mortale.

11. Neque potest in primo instanti vsum rationis, esse peccatum veniale, ex indeliberatione, secundum Thomistam.

excuset à veniali; & idèd non possit dari potentia, quæ ex se sit solum ad veniale, & non sufficiat ad mortale, positus alioqui cæteris omnibus, quæ possunt requiri ad bene deliberandum de vtroque, vt sunt, verbi gratia, interiora phantasmata ex parte imaginationis, & sensus interiores, & species intelligibiles ex parte intellectus; & sublatis omnibus impedimentis, vt est, verbi gratia, nimietas vaporum, aut deprauatio spirituum animalium; per quos phantasmata deferuntur ad organum sensus: si quis enim fortè haberet deprauata phantasmata circa peccatum mortale quodcumque, & non haberet deprauata circa peccatum veniale, posset quidem bene deliberare solum de hoc, & non de illo: verùm id non proueniret per se ex parte potentia, & facultatis deliberatiua; sed solum per accidens ex defectu phantasmatum, vt nos etiam alibi docuimus, dum ageremus de humanis actionibus in vniuersum, lib. 1. disp. 12. præsertim n. 12. & 3. & 14. vbi explicauimus, quomodo aliquando contingat læsio mentis solum circa vnam aliquam materiam, non autem circa omnes.

Atque ex his omnibus putant Thomistæ, sufficienter manere probatam obligationem, quam ipsi ponunt, quando primum venit ad vsum rationis, & primò deliberatur, vt scilicet, vnusquisque teneatur sub mortali se conuertere in Deum, tanquam in vltimum finem, eumque diligere super omnia: siquidem de hoc ipso est prima deliberatio, & ad hunc finem à Deo immittitur, vt iam diximus.

Contra verò alij communiter dissentient negant hæc omnia, & in puero veniente ad vsum rationis, dicunt eam posse esse primam deliberationem, quæ primò occurrit ex determinatione alicuius obiecti extrinseci, præsertim sensibilis, & delectabilis, eamque posse esse imperfectam, & semiplenam, qualis tantummodo sufficit ad peccatum veniale; & nullam esse implicantiam, quominus puer primò peccet venialiter, siue alioqui iam sit in statu gratia, & per Baptismum sit illi remissum peccatum originale, siue adhuc in illo sit, & absolute spiritum esse obligationem, vt in primo illo instanti vnusquisque se conuertat in Deum, eumque super omnia diligat. Ita Dur. in 4. dist. 4. quæst. 7. §. Quicquid de conclusione. pag. 237. col. 1. & dist. 16. quæst. 2. versus finem, vers. Fingunt etiam isti, pag. 258. col. 1. in fine. Henricus de Gandauo quodlib. 5. quæst. 20. in responsione ad primum. vbi id asserit dubitatiuè pag. 196. & 197. Valen. 1. 2. disp. 6. quæst. 19. puncto 3. col. 321. & 2. disp. 3. q. 19. puncto 1. §. Primum casum est. col. 825. Suarez tom. 4. de peccat. disp. 11. sect. 2. n. 14. & 15. pag. 150. & de charit. disp. 5. sect. 3. n. 2. pag. 435. Azor. par. 1. lib. 4. cap. 10. quæst. 6. & lib. 9. cap. 4. quæst. 1. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 35. n. 6. & 7. Valquez 1. 2. disp. 148. c. 2. pag. 792. Filliucius tr. 2. c. 9. n. 288. pag. 93. tom. 2. & alij communiter. Imò etiam plures Thomistæ expressè concedunt, id esse saltem probabile, & communiter teneri à maiori parte Scholasticorum, vt videre est apud Victoriam in relectione de puero veniente ad vsum rationis, part. 3. n. 13. pag. 390. vbi ingenuè fatetur, suam sententiam esse contra communem Scholasticorum; & apud Bartholomæum Medinam 1. 2. qu. 89. art. 6. vbi asserit, viros doctissimos nostræ ætatis communiter tenere oppositum, vt etiam notat Sanchez cap. 35. cit. n. 7.

Et quidem, quod absolute non sit admittenda huiusmodi obligatio tam rigorosa, vt vnusquisque, statim atque pertingit ad vsum rationis, se conuertat in Deum, probatur ex eo: quia non est rationabile, vt obligatio asseratur pro illo instanti, aut tempore, quod non potest cognosci determinatè adel-

12. Ex communione sententia, nulla est obligatio se conuertendi in Deum in prima instanti vsum rationis.

13. Obligatio se conuertendi in Deum, non est admittenda pro primo instanti vsum rationis.

se, & pro quo communiter non fit, vel non aduertitur promulgatio obligationis, & ipsa obligatio communiter ignoratur: cum enim pueri per plures annos ex nimia cerebri, & neruorum humiditate impediuntur ab vsum rationis, vt explicauimus lib. 1. de humanis actionibus in vniuersum, disp. 9. n. 6. pag. 26. neque cognoscant ex instinctu naturæ, aut naturaliter, quæ sit temperies & complexio debita neruis, & cerebro, vt aptè inferuiant internis sensationibus, & operationibus mentis, eaque amplius non impediunt; impossibile omnino est, vt ex se ipsis, & ex instinctu naturæ cognoscant, quando primò perueniunt ad vsum rationis, hoc est, quando impedimentum nimia humiditatis sit primò sublatum, & verum sit dicere: Nunc primò humiditas cerebri, & neruorum, non est nimia ad vsum rationis, & immediatè antea fuit nimia. Et cum præterea ad vsum rationis requirantur phantasmata non vitata, & deprauata ex parte sensuum interiorum; & species intelligibiles ex parte intellectus; etiam hæc deberent necessariò cognosci à puero, simul concurrere cum remotione nimia humiditatis, & in eodem primo instanti simul haberi ad hoc, vt certò cognosceret, se primò pertingere ad vsum rationis: quod tamen similiter est impossibile. Et quicquid sit de hoc primo instanti cognoscendo determinatè à puero, certum præterea est, quod nisi à parentibus, aut magistris, & educatoribus doceatur puer de huiusmodi obligatione, eaque illi quodammodo promulgatur, non potest illam primò cognoscere quasi ex se, & ex solo instinctu, & ductu naturæ: ac proinde ex hoc etiam capite non est asserenda.

Quod si dicas, Deum ipsum, vt authorem naturæ, dum primò immittit primam deliberationem modo explicato n. 7. & 8. simul debere vnusquemque, quod habeat vsum rationis, & illi simul promulgare obligationem; & per internam viderem ad illam mouere; idèd puerum non posse excusari per ignorantiam. Contra est: quia ad cognoscenda tam occulta, & tam remota ab intelligentia pueri, esset opus; vt illi immitteret spiritum prophetia: & omnes communiter nihil tale experimur, neque talis deliberationis, & promulgationis, & motionis memoriam vllam habemus: quod signum est, nihil tale nobis euenisse: cum ea, quæ eueniunt, & sunt alioqui alicuius momenti, facillè relinquunt speciem sui, & memoriam: vnde & plurimum recordamur, quæ nobis euenierunt, etiam ante vsum rationis, vt patet ex Aristotele in libello de memoria, & reminiscencia, cap. 1. & 2.

Et falsum est, quod Deus, vt author naturæ vnicuique immittat primam deliberationem, vt assument Thomistæ Neque Aristoteles lib. 7. Moral. Eudem. cap. 18. aut S. Thomas part. 1. quæst. 82. art. 4. ad 3. hoc asserunt de ipsa tota deliberatione; sed solum de principio illius, id est, de prima aliqua cogitatione, apprehensione, & notitia, ex qua voluntas potest imperare deliberationem, id est, comparationem, & collationem aliorum duorum cum aliquo tertio, & eorum quasi mensurationem ad illud, vt ipsa postea liberè eligat, quod fuerit iudicatum melius, & pensatis omnibus antepositum alteri, vt fusè explicauimus ex Aristotele, & S. Thoma, dum ageremus de humanis actionibus in vniuersum, lib. 1. disp. 4. n. 6. pag. 10. Et certum est, quod hæc tota negotiatio mentis, & hæc comparatio, & mensuratio aliorum duorum ad tertium, non est immediatè à Deo in vnoquoque: siquidem alioqui semper electio esset bona, cum eodem modo se habeat electio, & actio in syllogismis practicis, quales sunt huiusmodi deliberationes, seu commensurationes;

14. Primum instanti vsum rationis non potest ab vnoquoque certò cognosci.

15. Prima deliberatio in eo, qui venit ad vsum rationis, quomodo fit à Deo, vel à fortuna.

surationes; sicut se habet conclusio in syllogismis speculatiuis. Et quemadmodum in his, statim atque præmissæ sunt positæ, sequitur in anima enunciatio conclusionis: ita in illis statim sequitur ipsa actio, vt dicitur 7. Ethic. cap. 3. & explicauimus, dum ageremus de vitiis, & peccatis in vniuersum, lib. 2. disp. 37. n. 10. pag. 230. Neque esset periculum, vt simul cum præmissis immittis à Deo, immisceretur cupiditas, aut passio sensus, suam etiam propositionem, & sic euaderet totus syllogismus ex quatuor terminis, vt communiter contingit in intellectu peccantis, & ibid. docuimus n. 11. liquidem alioqui tota prima deliberatio non esset à Deo, vt volunt Thomistæ; sed aliquid illius etiam esset à passione. Et cum sit certum, quod etiam ex prima deliberatione potest sequi electio, & actio praua, sicut in multis de facto sequitur, non est dicenda tota prima deliberatio in vnoquoque esse à Deo, vt authore naturæ; sed ad summum sola prima notitia, & apprehensio, ex qua sequitur deliberatio, id est, principium ipsum deliberandi, & consultandi, vel consiliandi, vt loquuntur Aristoteles, & S. Thomas locis citatis. Et hoc ipsum principium communiter prouenit ex accidentali, & causali concursu obiectorum, & rerum, quæ fortè accidunt, quando vnusquisque primò deliberat. Vnde & dicitur ab Aristotele prouenire à fortuna, quantum hic ipse concursus rerum non accidat nisi ex dispositione, & prouidentia Dei; & hæc de causa absolute dicatur, quod sit à Deo, & communiter secundum ordinem, & cursum naturæ, maxime est de re aliqua sensibili, & delectabili secundum sensum; & sic formatur prima deliberatio, verbi gratia: Bonum est prosequendum. Hoc, vel illud delectabile secundum sensum est bonum. Et statim loco conclusionis sequitur actio, & prosequutio, nisi impediatur, vt dicitur 7. Ethic. cap. 3. cit.

26. Prima deliberatio in vnoquoque communiter non est de Deo super omnia diligendo, aut de vltimo fine.

Et magis in specie, quod prima deliberatio in vnoquoque non sit de Deo super omnia diligendo sub ratione vltimi finis, & summi boni, & Deitatis, vltro concedunt etiam Thomistæ, vt patet ex Caiet. 2. 2. quæst. 10. art. 4. §. Ad evidentiam horum, vers. Tertio ad diligendum, & ex Victoria in relect. cit. part. 2. n. 2. pag. 354. & part. 3. n. 12. pag. 388. neque enim, quod Deus sit, est per se notum secundum nos, quantum sit per se notum secundum naturam, & prædicatum, id est, existentia sit de ratione subiecti, id est, Dei, vt patet ex S. Thoma 1. part. quæst. 2. art. 1. & idèd plures sunt, qui id negant; cum tamen de his, quæ sunt per se nota secundum nos, impossibile sit credere oppositum, 1. Poier. text. 5. n. fine, & text. ult. & 4. Metaph. text. 9. vt, verbi gratia, quod aliquid possit simul esse, & non esse, vel, quod totum non sit maius sua parte: & absolute verissimum est, quod intellectus noster ad ea, quæ secundum naturam manifestissima omnium sunt, quales certè sunt res diuinæ, se habet, sicut oculus vespertilionis ad lumen diei, vt dicitur 2. Metaph. c. 1. & idèd vix aliquid de illis capit ex sola institutione naturæ, sine magna difficultate. Et quantum inuisibilia Dei per ea, quæ sunt facta, conspiciantur ex S. Paulo ad Rom. 1. & etiam Aristoteles, & Philosophi, tam existentiam, quam plura alia de Deo cognouerint; negari tamen non potest, quin eorum ratiocinationes, & demonstrationes sint ex se valde difficiles; neque statim occurrant vnicuique, quando primum venit ad vsum rationis: sicut tamen esset necessarium, si statim diligendo. Vnde, si ponamus, puerum aliquem enutriti in syluis, & nullam habere institutionem, aut educatorem, à quo doceatur de Deo, & de rebus diuinis; sed relinqui purè, & soli institutioni naturæ;

sine dubio, vel tota vita, vel saltem ad longum tempus ignorabit inuincibiliter Deum, ac proinde non statim, ac venit ad vsum rationis, poterit primò deliberare de illo amando, vt authore naturæ, & sine vltimo rerum omnium: nisi dicamus, quod possit, & debeat prius illum diligere, quam possit cognoscere, vt loquitur Caiet. 2. 2. quæst. 10. art. 4. cit. vel quod possit, & debeat deliberare, & consultare de eo diligendo, quem omnino non nouit: & si dicatur esse à Deo illuminandus, vel interius ministerio alicuius Angeli, vel exterius ministerio alicuius Prædicatoris, si ipse fecerit, quod in se est, hoc ipsum probat contra Thomistas id, quod intendimus; vt etiam notat Victoria in relect. cit. part. 3. n. 14. pag. 393. in fine, id est, quod statim, & primò teneatur deliberare de Deo amando, eumque amare: siquidem prius teneatur quoad reliquæ facere, quod in se est: & quantum hæc fecerit, tunc debet credi, vt ipsi asserunt, esse à Deo illuminandus; si tamen etiam hoc bene creditur, quod Deus de lege ordinaria cum illuminet, qui facit naturæ virtus, quod in se est: de qua re pluribus agitur in materia de gratia.

Quod verò præterea prima deliberatio in vnoquoque, neque etiam sit de sequendo bono honesto, & de viuendo secundum rationem, vt diximus paulò ante n. 8. ex Caietano, & Thomistis, probatur ex eo quia, cum omnis nostra cognitio ortum ducat à sensibus; secundum ordinem; & cursum naturæ de illo prius deliberamus, quod prius occurrit per sensus; quod tamen non est bonum honestum, & rationis; sed bonum delectabile, & sensibile: & certum videtur, quod puer in syluis enutritus, & educatus, & soli institutioni naturæ relictus, non statim, & ex se excogitaret, & caperet diuersitatem, & differentiam boni honesti, à bono vtili, & à bono delectabili; sed oblato sibi aliquo delectabili, v. g. cibo, & aliquo vtili, v. g. medicina ad leuamentum doloris, & aliquo honesto, v. g. subuentione alterius indigentis, solum caperet de his omnibus, quod essent bona; non autem statim distingueret in vnoquoque propriam bonitatem à bonitate alterius, neque abstraheret ab omnibus rationem communem, & quasi vniuersalem ipsius boni; sed solum caperet quasi in confuso de omnibus, quod essent bona, sibi que conuenientia, & solum sub hæc confusa ratione posset de illis deliberare; quæ tamen deliberatio neque explicitè, neque implicitè esset de se referendo in vltimum finem, & in Deum; sed solum de illis bonis particularibus referendis ad se tanquam ad finem, cui essent bona, & conuenientia: neque vltèrius protenderet primam illam deliberationem, & cogitationem ad inuestigandum, vtrum ipse esset referendus ad aliquem alium finem vltiorem. Neque ex eo, quod innata sit nobis via, vt procedamus in cogitationibus à notioribus nobis, vt dicitur 1. Physic. text. 2. & magis vniuersalia sint nobis notiora, vt dicitur text. 4. sequitur, quod ratio boni quasi abstracta, & in communi sit nobis notior, & ab illa incipiat nostra deliberatio, vt supponunt Thomistæ: nam reuera quod aliqua ratio est magis vniuersalis, & magis abstracta à particularibus, eò est à sensibus magis remota; & idèd difficilior cognitio, & minus nota, vt dicitur 1. Poster. text. 5. & 1. Metaph. cap. 2. vnde & 1. de anima, text. 8. verissimè dicitur, quod animal vniuersale, aut nihil est, aut est posterius animalibus in particulari, & idèd non de vniuersalibus hoc modo acceptis, id est, abstractis, & in communi, intelligi debet, quod sint nobis notiora, vt dicitur 1. Physic. text. 4. sed solum, prout sunt in ipsis particularibus. Et sensus est, quod, quando aliquid primò cognoscitur,

17. Neque de se quando bona honesto, & de viuendo secundum rationem.

noscitur, prius cognoscitur cognitione confusa secundum rationes communiores, verbi gratia, quod sit corpus, & quod sit animal, quod sit secundum particulares, & proprias, verbi gratia, quale sit corpus, & quale sit animal, vt communiter tradunt Philosophi in materia de primo cognito, circa illos textus libri 1. Physic. Et hoc modo verissimum est, quod etiam puer, cum primum venit ad vsum rationis, prius cognoscit de aliquo cognitione confusa, quod sit bonum, & sibi conueniens, & appetibile, quam cognoscat distincte, quale sit bonum; & vtrum delectabile, secundum solum sensum, an verò etiam vtile ad alium finem, vel honestum, & secundum rationem: & si hoc modo deliberet de illo prosequendo, certum videtur, quod neque explicitè, neque implicitè per hoc deliberat de se referendo in vltimum finem, & de illo super omnia diligendo, vt iam diximus.

18. Quod si ponamus ante primum instans vsum rationis, acquiram esse à puero cognitionem primorum principiorum practiorum, vt, verbi gratia, quod bonum sit sequendum, & malum sit fugiendum; & quod sit viuendum secundum rationem, non autem secundum sensum, quando est rationi contrarius, &c. eaque principia fuisse habita per inductionem, & experimentum, vt dicitur 2. Poster. cap. ult. & 1. Metaph. in initio, vel per sensum, & assuetudinem, vt dicitur 1. Ethic. cap. 7. (quod tamen difficile creditur est,) etiam admittamus, quod per syndesmonem, quæ ex S. Thoma 1. 1. quæst. 79. art. 12. & quæst. 16. de verit. art. 1. est habitus huiusmodi primorum principiorum practiorum, proponantur vnicuique huiusmodi principia in primo instanti vsum rationis, (quod similiter videtur contra experientiam,) circa illa adhuc non posset esse deliberatio, neque ex illis posset sequi electio libera, saltem quoad specificationem: nam circa illa non contingit dubitari, aut credi oppositum, sicut neque circa prima principia speculabilia, vt diximus paulò ante, n. 16. & ad bonum in communi est appetitus innatus, & naturalis; & ideo voluntas circa huiusmodi bonum non est libera quoad specificationem; sed solum quoad exercitium, ac proinde nullus erit, qui in primo instanti vsum rationis non se conuertat, & ordinet tali modo ad Deum, si, scilicet, vnusquisque sic secum deliberet ex primo principio practico: Bonum est prosequendum; & quod ego statim sequetur electio, tanquam conclusio syllogismi practici, iuxta doctrinam Aristotelis 7. Ethic. cap. 3. & vnusquisque infallibiliter secum statuet sequi rationem; & nullus non se conuertet in vltimum finem. Cum autem reuera id non contingat, & secundum Thomistas plurimi sunt, qui in primo instanti non se conuertunt hoc modo ad Deum; si- gnunt est, quod non statim in primo instanti occurrunt vnicuique prima principia practica, neque potest ex illis statim fieri deliberatio; & per consequens, quod neque est obligatio, & præceptum de huiusmodi deliberatione, & electione.

19. Et confirmatur: quia puer enutritus in syluis, & omni educatore & institutore destitutus, sicut posset, cum primum venit ad vsum rationis, ignorare inuincibiliter Deum; ita & posset ignorare inuincibiliter omnem aliam potestatem superiorem, & simpliciter credere, quod esset omnino, & quoad omnia sui iuris, & nullum haberet, qui posset illi præceptum, aut legem imponere; & per consequens neque debitum, aut obligationem: & in tali casu impossibile esset, quod vilo modo peccaret, vt etiam probat Victoria in relect. cit. de puero veniens ad

Potesse quis ignorare inuincibiliter omnem potestatem superiorem, & quomodo possit ipse induci obligatio, & debitum aliquid facere, vel non facere.

20. usum rationis, part. 2. n. 9. pag. 374. in initio: siquidem omne peccatum necessariò supponit obligationem, & debitum faciendi oppositum, aut non faciendi ipsum; & malitia essentialiter consistit in carentia bonitatis, non cuiuscunque; sed debite, vt communiter dicitur in materia de peccatis; qualis tamen, vt supponimus, nulla bonitas vnquam esset in eo, qui nullum agnosceret Superiorem imponentem illi per legem, aut per præceptum obligationem, aut debitum sic, vel sic faciendi, vel simpliciter non faciendi. Et quauis, qui ignorat hoc modo potestatem superiorem, adhuc haberet directionem rationis, & luminis naturalis; & adhuc posset ab illa deficere, eamque non sequi; non tamen propterea posset peccare peccato proprie dicto, & esse culpabilis per culpam theologiam, de qua loquimur, & cui respondet poenitentia, & supplicium in altera vita: siquidem illa directio non agnosceretur, vt lex, & velut præceptum Superioris, à quo haberet vim obligandi; sed solum vt simplex directio, qualis est, verbi gratia, directio artis circa factibilia, vel directio prudentiæ, & disciplinæ moralis circa agibilia, & circa vrbantatem morum, & ciuilibus conuersationis: & ideo qui sic se haberet, non plus peccaret voluntariè recedendo ab huiusmodi directione rationis, & luminis naturalis, quam qui recederet voluntariè in aliquo artificio à directione artis; vel, qui committeret aliquid in humana, & ciuili conuersatione contra directionem prudentiæ, & disciplinæ moralis; vel, quam aliquando peccet ipsa natura, dum ex aliquo accidente aberrat à fine, & facit monstra, quæ 2. Physic. text. 82. dicuntur peccata naturæ. Et hoc idem de facto contingit in ipso Deo, qui ea de causa est planè incapax peccati, & culpæ; quia est incapax obligationis, & debiti, quod solum imponitur à potestate superiore, quæ certe non potest vlla esse responsio Dei. Vnde, quauis Deus rectè dicitur, verbi gratia, non posse mentiri, aut peierare, vel ea facere, quæ sunt per se mala; sicut etiam rectè dicitur non posse facere contradictoria, & impossibilia; non tamen rectè dicitur per locum intrinsecum, quod peccaret, si illa faceret; sicut nec rectè dicitur, quod peccaret, si per impossibile faceret contradictoria, & impossibilia, vt notat Victoria n. 9. citato, pag. 375. Si ergo ex sola institutione naturæ non statim apparet in vnoquoque potestas superior, à qua inducatur obligatio, & debitum ad veram culpam; & potest aliquid educatus in syluis, & soli naturæ relictus, per aliquod tempus id ignorare; quomodo potest prima deliberatio, quæ est à natura, vel à Deo, vt authore naturæ, esse in vnoquoque de se referendo in Deum, vel in vltimum finem sub obligatione ad culpam; & per consequens, quomodo potest vnusquisque peccare mortaliter, si fortè in talem finem non se referat in primo instanti?

21. Neque valet, si quis dicat cum eodem Victoria relect. cit. part. 2. n. 8. vers. Secunda propositio, pag. 370. quod non sit admittendus habere simpliciter vsum rationis, qui ignorat inuincibiliter omnem potestatem superiorem, & per consequens omnem obligationem, & debitum aliquid faciendi, aut omittendi: siquidem non potest deliberare de bono, & de malo morali, provt requiritur ad vsum rationis, de quo loquimur. Nam contrà est: quia talis ignorantia solum impedit vsum rationis actualem, determinatè circa malitiam, & circa peccatum proprie dictum; non autem impedit vsum rationis habitua- lem, & quasi in actu primo, qui secundum se est de omni deliberabili, & eligibili, quodcumque tandem illud sit. Et quemadmodum ex eo, quod cæcus,

Cum ignorat inuincibiliter obligationem, & debitum, non potest stare peccatum.

23. Obligatio se conuertit in Deum, est, quando primum habetur illius notitia.

22. Sed hoc est falsum.

verbi gratia, impeditur, ne iudicet de coloribus, non sequitur, quod absolute non habeat expeditam facultatem iudicariam de sensibilibus; ita nec sequitur, quod absolute is non habeat expeditam facultatem deliberatiuam, & electiuam, quæ appellatur vsum rationis, qui ex aliquo accidente est proxime impeditus, ne possit deliberare, & eligere hoc, vel illud determinatè. Et reuera, qui tali modo ignoraret inuincibiliter obligationem, & debitum; adhuc cognosceret honestatem, & turpitudinem operationis, cuiusque conuenientiam, & disconuenientiam ad præscriptum rationis, & verè posset deliberare de illa eligenda, aut non eligenda; præsciendo tamen ab omni obligatione ad culpam proprie dictam, & theologiam, & ad poenam, quæ ex illa consequitur; sicut cognoscit, & deliberat magister morum, & moralis disciplinæ peritus, conuenientiam, & disconuenientiam huius, aut illius actionis ad finem ciuilibus conuersationis; & artifex quicumque conuenientiam, & disconuenientiam sui operis ad finem artis, præsciendo similiter ab omni culpa, & poena theologica.

24. Quare, cum hæc obligatio sub culpa mortali ad se conuertendum ad vltimum finem, quando primum venit ad vsum rationis, communiter non habetur in vnoquoque ex solo instinctu naturæ; & puer soli naturæ relictus, communiter per multum tempus ignoret inuincibiliter Deum, & vltimum finem, & omnem obligationem ad huiusmodi culpam; & communiter nullus sit, qui certò cognoscat, quando primum incipiat posse vti ratione, non videtur poni rationabiliter talis obligatio pro primo instanti vsum rationis: sed ad summum pro illo instanti, aut tempore est ponenda, quo primum habetur notitia de his omnibus; siue id contingat ex instinctu naturæ; siue ex Dei inspiratione, & illuminatione; siue ex doctrina, & institutione educatoris, aut magistri, vel Prædicatoris; & hoc modo huiusmodi obligationem, vt valde rationabilem, admittunt, & explicat Dur. in 4. dist. 4. quæst. 7. Valen. 1. 2. dist. 6. quæst. 19. puncto 3. col. 7. 1. & 2. 2. dist. pur. 3. quæst. 19. puncto 1. casu 1. col. 825. Layman. lib. 2. tract. 2. cap. 2. n. 6. Filiucius tract. 2. 2. cap. 9. n. 283. col. 1. tom. 2. Nau. in Man. cap. 11. n. 8. & alij: & hoc solum probant rationes allatæ n. 3. pro sententia Thomistarum de primo instanti, si rectè expendantur.

25. Imò, & hoc solum dicendus est voluisse S. Thomas ex eodem Francisco Victoria in relect. cit. part. 1. n. 4. pag. 395. vbi asserit, quod nihil aliud vult habere celebrata opinio S. Thomæ de conuersione in Deum in primo instanti vsum rationis, nisi quod, cum primum quis actu cogitat, & deliberat de vita sua, oportet, vt habeat propositum ad bonum, siue in vniuersali, siue etiam diuinum, conformiter ad cognitionem: & hoc modo illius sententia est probabilis, & conformis rationi; & non solum Theologorum, sed etiam Philosophorum sententia est celebrata. Et addit, quod iuxta illam procedit fabula, quam veteres finxerunt de Herculis ad huc pueri viuio, & de duabus matronis, quarum altera eum hortabatur ad capeßendam viam virtutis, & laboris; & altera ad viam desidie, & voluptatis; neque enim hæc fabula procedit præcisè de primo instanti vsum rationis; sed de primo tempore, quo venit in mentem vnicuique, vt de seipso deliberet, vt ex se patet. Et reuera, quando primum habetur notitia de obligatione se referendi in Deum, vt in vltimum finem, eumque super omnia diligendi, non intimatur vnicuique hæc obligatio, tanquam præcepti indeterminati, quoad tempus, & cuius impletio possit differri; sed intimatur tanquam præcepti omnium maximi, & præambuli ad reliqua omnia,

23. Obligatio se conuertit in Deum, est, quando primum habetur illius notitia.

& à quo maximè pendeant omnes bonæ operationes, quæ faciunt vnusquisque per totam vitam: & ideo intimatur, vt maximè obligans ipso initio aliarum obligationum, & omnium bonarum operationum, id est, tunc maximè, quando primum intimatur, & primum habetur illius notitia. Et quemadmodum præceptum fidei, & præceptum spei, quia sunt præambula etiam ipsa ad præcepta Decalogi, & ad salutem sunt necessaria necessitate medijs, tunc primum obligant, quando primum proponuntur vnusquisque, & primum habetur illorum notitia, vt supra diximus: ita & præceptum charitatis, & dilectionis Dei super omnia, siue proponatur, provt est author naturæ, & amatur dilectione naturali, siue provt est author beatitudinis supernaturalis, & amatur dilectione supernaturali. Vnde, neque etiam est admittendum id, quod concludit Caiet. 1. 2. quæst. 89. art. 6. cit. in fine, quod ommissio conuersionis in Deum pro primo instanti vsum rationis, sit consistenda sacramentaliter, saltem tanquam peccatum dubium, vel tanquam peccatum occultum. Contra enim est: quia, quod certò ostenditur non esse peccatum, nullo modo est consistendum, & neque vt dubium, neque vt occultum.

24. Alia verò, quæ addunt Thomistæ pro explicatione, & probatione suæ sententiæ, quomodo sint admittenda, aut reicienda, facile potest constare ex dictis: primum enim falsum est, quod prima deliberatio in vnoquoque immittatur à Deo, eaque sit infallibiliter de se conuertendo, & ordinando in vltimum finem, vt patet ex n. 15. 16. & 17. Deinde falsum est, quod non possit aliquis simul esse in peccato originali, & veniali, vt notat Dur. in 4. dist. 16. quæst. 2. versus finem, & videre est apud Vasq. 1. 2. quæst. 89. art. 6. disp. 1. 48. cap. 2. pag. 748. Suarez. tom. 4. de penit. disp. 1. sect. 2. n. 14. & seqq. pag. 150. Azor. part. 1. lib. 4. cap. 10. quæst. 6. col. 348. Valen. 1. 2. dist. 6. quæst. 19. puncto 3. col. 723. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 35. n. 7. cum enim prima deliberatio cuiusque secundum ordinem, & cursum naturæ, possit esse de eo, quod primum occurrit ex sensibilibus, vt diximus n. 17. facile potest accidere, vt sit solum de re veniali, verbi gratia, de cibo immoderatè sumendo.

25. Et quauis facultas, quæ potest bene deliberare circa obiectum venialiter malum, possit etiam bene deliberare circa obiectum malum mortaliter; neque detur vsum rationis sufficiens ad peccandum venialiter ex obiecto, vel quantum est ex genere, & ex parte obiecti, & non sufficiens ad peccandum mortaliter: similiter ex obiecto, & quantum est ex genere, & ex parte obiecti, vt volunt Thomistæ, & probat Victoria in relectione cit. part. 2. n. 1. & bene explicat Caiet. 1. 2. quæst. 89. art. 6. §. Ad hæc dubia dicitur, cum quibus id asserit etiam Vasq. 1. 2. dist. 148. cit. cap. 1. n. 2. pag. 792. bene tamen potest facultas esse impedita ex parte organi per nimias humiditates, aut vapores, vel per phantasmata minus apta, à bene deliberando, provt requiritur ad peccatum mortale; & non esse impedita à bene deliberando, quantum sufficit ad peccatum veniale: & cum reuera malè deliberet circa vtrumque, & malè expendat vtrumque malitias; mala tamen deliberatio, & malitia expensio malitiæ venialis fieri potest, vt non omnino excuset à culpa veniali, & ad illam sit adhuc sufficiens; & sic contingit in ipsa euigilatione somno, aut cessatione ebrietatis, & sedatione vehementis aliquis passionis, & in aliis huiusmodi, quæ contingunt cum alteratione, & mutatione successiua, & in tempore: & talis est sine dubio etiam excusatio nimie humiditatis in puero, qui hac de causa non statim habet bene expeditum, & liberum vsum

Potesse aliquis simul esse in peccato originali, & in peccato veniali.

Facultas deliberandi, quæ est sufficiens ad peccatum veniale, quantum est ex obiecto, est etiam sufficiens ad mortale.

Potesse tamen ex parte organi esse impedita, ne sufficiens detur ad peccandum veniale.

rationis

rationis; sed paulatim magis, ac magis in illo proficit, provt paulatim magis, ac magis exsiccatur humiditas. Et quemadmodum in euigilatione à somno, dum paulatim solvuntur sensus, & conlumuntur vapores, quibus erant ligati, potest contingere peccatum veniale per subreptionem, & per imperfectam deliberationem; non autem potest contingere peccatum mortale, vt de consensu, & placencia pollutionis nocturnæ, quæ in huiusmodi euigilatione solet contingere, concedit S. Thomas in 4. dist. 9. qu. 1. art. 4. quæstion. 1. ad 5. quia, nimirum, vapores, qui adhuc remanent, solum impediunt deliberationem perfectam, qualis requiritur ad peccatum mortale; non autem imperfectam, qualis sufficit ad veniale; ita & humiditas nondum satis exsiccata in puero potest in illo impedire solum per. Nam deliberationem ad peccandum mortaliter; non autem imperfectam ad peccandum venialiter; & in tali tempore omnino poterit esse peccatum veniale simul cum originali. Et quicquid sit de huiusmodi impedimento quasi habituali, facillimè potest contingere impedimentum ali quod actuale, verbi gratia, incogitantia aliqua, & inconsideratio grauioris malitiae; hæc etiam excusabit à peccato mortali, non autem à veniali: & sic in hoc etiam casu erit simul peccatum originale, & veniale.

Neque tollit difficultatem id, quod asserit Caietanus, & paulo ante retulimus n. 11. etiam incogitantiam, & inconsiderationem actualem euadere culpam mortalem, dum tollit considerationem, & deliberationem debitam, sub mortali. Contra enim est: quia hoc ipsum potest inculpabiliter non aduerti; & in tali casu incogitantia erit omnino inculpabilis, vt plane inuoluntaria, & non cognita. Et quod dicimus de imperfecta deliberatione ad peccatum venialiter, & ad male agendum, proportionaliter est admittendum etiam pro bene agendo, & pro operando secundum virtutem; quauis ad hoc requiratur, vt quis agat sciens, & eligens, & propter ipsam virtutem, & honestatam, vt dicitur 2. Ethic. cap. 4. non tamen propterea requiritur deliberatio perfecta; sed potest sufficere etiam imperfecta, & etiam ex hac potest sequi electio bona, sicut sequitur mala, quicquid in contrarium dicat Victoria n. 1. cit.

Quod verò præcipue mouit S. Thomam, & Thomistas, vt negant, peccatum originale, & veniale posse esse simul: quia, nimirum, non esset locus, in quo puniretur, multipliciter soluitur ab Auctoribus, qui contrarium sentiunt, vt videre est apud Suarez de pæn. disp. 11. sect. 2. n. 16. & seqq. Azor. part. 1. lib. 4. c. 10. q. 6. col. 348. Vasq. 1. 2. disp. 1. 48. c. 2. n. 10. Sanc. lib. 2. in Dec. c. 35. n. 7. & alios: vel enim supposita determinatione, & destinatione locorum pro puniendis peccatis, quam Deus fecit, ad ipsius prouidentiam pertinebit efficere, vt casus non contingat, & vt de facto non moriatur quis in solo peccato originali, & veniali: sicut & pertinet, supposita prædestinatione alicuius, & efficaci illius electione ad gloriam, facere, vt ille de facto non moriatur in peccato originali, aut mortali, vel certe punietur, qui sic decesserit poena ignis in ipso Inferno; sed mitiore, quam puniantur damnati, idque erit per accidens ex coniunctione, quam habet tale peccatum veniale cum peccato originali, & cum priuatione gratiæ, quam coniunctionem ex se non requirit: & sic declarabitur, quod locus Purgatorij tunc solum fit pro puniendis venialibus; quando sunt in homine grato, & qui possit pro illis digne satisfacere; non autem quando sunt in homine inimico, & qui sit semper permanens in sua culpa, & per consequens etiam semper sit permanens in eodem statu pænæ.

27. Quomodo puniretur qui decesseret in solo originali, & veniali.

DISPUTATIO XIV.

An; & quomodo obliget præceptum diligendi Deum super omnia, quando obligant alia præcepta.

1. Præceptum charitatis negatiuum de Deo non odiendo, obligat semper, & ad semper.
2. Præceptum charitatis affirmatiuum potest obligare per accidens, & per se.
3. Secundum aliquos, obligatione per accidens semper obligat, quando obligat quodcumque aliud præceptum.
4. Quomodo ex sententia S. Thomæ sit adhibendus modus charitatis in obseruatione præceptorum Decalogi.
5. Quomodo finis primarius virtutis maneat in omnibus finibus secundariis.
6. Ad seruanda omnia præcepta collectiue, requiritur modus charitatis; non autem ad seruanda omnia distributiue.
7. Ad seruanda aliqua præcepta potest requiri specialiter dilectio Dei.
8. Quomodo sit præceptum de omnibus faciendis in Dei gloriam.
9. Modus charitatis cadit sub obligatione cuiusque præcepti, si illius obseruatio debeat esse meritoria.

L OQUIMUR specialiter de præcepto affirmatiuo, & positio diligendi Deum super omnia; non autem de negatiuo, quod in illo includitur, de Deo non odiendo, & de nihil supra Deum amando: quod enim communiter dicitur de aliis præceptis negatiuis, quod obligent semper, & ad semper, intelligi debet etiam de hoc: & ideo nullus potest dari casus, & nullum tempus, in quo tale præceptum non obliget, in quo Deus licite possit odio haberi, aut aliquid supra Deum licite amari, & pluris quam Deus licite appetiari.

Loquendo autem de præcepto affirmatiuo, dupliciter loqui possumus de illius obligatione, & de temporibus, aut casibus, in quibus urget; & in quibus Deus positiuè est amandus super omnia, & positiuè super omnia appetiendus: nam, quemadmodum actus spei aliquando est necessarius, necessitate tantummodo aliena, & per accidens, id est, solum quia urget alia præcepta, quæ sine spe impleri non possunt; & aliquando est necessarius necessitate propria, & per se, quia ipsi iure præceptum spei per se obligat; non autem vllum aliud alterius virtutis, & honestatis, vt supra diximus hoc eodem lib. 2. disp. 3. n. 5. & 7. ita & actus charitatis potest aliquando esse necessarius necessitate per accidens, & aliena, vt, verbi gratia, si aliquid aliud sit necessarium, quod illum requirat; & aliquando potest esse necessarius necessitate per se, & propria: & de hac vtraque necessitate est explicandum, quando contingat.

Et quidem necessitate per accidens, & aliena, primo certum videtur, non esse admittendam eorum sententiam, qui asseruerunt, modum charitatis generaliter cadere sub quouis præcepto, & dum præcipitur, verbi gratia: Honorâ parentes, etiam præcipi, vt id fiat propter Deum, & vt actio parentum honoratiua referatur in Deum, tanquam in vltimum finem, & quod alioqui tale præceptum non impleatur, vt refert S. Thomas 1. 2. quæst. 100. art. 10. & quæst. 2. de malo, art. 5. in responsione ad 7. Et tale quid

1. Præceptum charitatis negatiuum de Deo non odiendo, obligat semper, & ad semper.

2. Præceptum charitatis affirmatiuum potest obligare per accidens, & per se.

3. Secundum aliquos, obligatione per accidens semper obligat, quando obligat quodcumque aliud præceptum.

quid etiam ex sententia ipsius S. Th. docet Capr. in 2. dist. 18. q. 1. artic. 3. ad 2. Scoti contra 4. concl. & dist. 40. q. 1. art. 3. in respons. ad 1. contra 2. concl. & Conrad. 1. 2. n. 88. art. 1. cit. a respons. ad 2. & q. 100. art. 10. cit. & apud Suarez. disp. 5. de char. sect. 3. n. 1. quia enim, ex præcepto S. Pauli 1. Cor. 10. siue manducamus, siue bibimus, siue aliud quid facimus, omnia debemus facere in gloria Dei: & c. 16. omnia nostra debemus in charitate facere; & ad Colos. 3. omne, quodcumque facimus in verbo, aut in opere, debemus facere in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum; & opera etiam præceptorum, vt est, verbi gratia, elemosyna, & martyrium nihil possunt, si fiant sine charitate, vt subditur 1. ad Cor. 13. modus hic charitatis secundum istos Authores est necessarius in vnoquoque præcepto: & quod dicitur Matthæi 19. obseruatio mandatorum esse sufficiens ad vitam æternam: Si vos ad vitam ingredi, serua mandata. solum est intelligendum de obseruatione ex charitate; & per consequens quando urget obligatio, cuiuslibet præcepti; semper urget etiam obligatio charitatis, cuiuslibet actus semper est modus necessarius omnium actuum aliarum virtutum, de quibus dantur præcepta. cum charitas sit finis omnis præcepti, 1. ad Timotheum cap. 1. & semper intentio finis se habeat, vt modus formalis in quolibet actu ordinato ad finem, & semper sit ratio illum colendi, vt dicitur 1. 2. quæst. 1. 2. art. 4. & quæst. 1. 8. art. 6. & quæst. 100. art. 10. Vnde, quauis præceptum de honorandis parentibus, non includat proximè, & formaliter, vt honorentur ex charitate; sed solum, vt honorentur; & ideo qui patrem honorat, & charitatem non habet, non efficitur illius transgressor, vt loquitur S. Thomas qu. 100. art. 10. cit. quia tamen simul cum illo præcepto est etiam præceptum charitatis de Deo super omnia diligendo, & de aliis omnibus referendis in Deum, huius alterius præcepti transgressor efficitur, & propter hanc aliam transgressionem meretur pœnam, qui patrem honorat, & charitatem non habet, vt idem subdit: & quia pertinet ad præceptum charitatis, vt Deus diligatur ex toto corde, & consequenter, vt omnia referantur in Deum, vt probatur 2. 2. qu. 44. art. 4. tenetur is, qui honorat parentes, honorare illos ex charitate, non quidem ex vi præcepti de honorandis parentibus; sed ex vi alterius præcepti de Deo diligendo ex toto corde, vt idem habet qu. 100. art. 10. cit. in responsione ad 2.

Et quia hæc duo præcepta de honorandis parentibus, & de Deo diligendo, cum sint affirmatiua, non obligant ad semper, omnino efficitur, vt obligent pro diuersis temporibus, & ideo potest contingere, vt aliquis implens præceptum de honorandis parentibus, non tunc transgrediatur præceptum de adimplendo modo charitatis, vt subdit; sed sit transgressor iam antea, id est, quando debuit ex præcepto charitatis Deum diligere ex toto corde, & se, & sua pro toto tempore consequente in ipsum referre. Atque ita ex Capr. & Conrado postulat S. Th. simpliciter, & absolute modum charitatis, quando occurrit præceptum aliquod obseruandum, quauis non possit, vt talis modus tunc a libeat, quando illud occurrit; sed satis habeat, si sit a libebit prius, id est, quando ex obligatione charitatis Deus fuit amatus ex toto corde, & omnia fuerunt in Deum relata, eaque relatio virtualiter mansit, neque fiat per actum contrarium reuocata: vt enim habet idem S. Thomas quæst. 3. de virtutibus quæ est de charitate, artic. 11. ad 2. pag. 270 col. 2. in fin. huius in causis efficiuntur virtus prima

4. Quomodo ex sententia S. Thomæ sit adhibendus modus charitatis in obseruatione præceptorum Decalogi.

causa manet in omnibus causis sequentibus: ita etiam intentio finis principalis manet virtute in omnibus finibus secundariis. Vnde, quicumque actu intenuit aliquem finem secundarium, virtute intendit finem principalem: sicut Medicus, dum colligit herbas, & actu intendit conficere potionem, nihil fortasse de sanitate cogitans; virtualiter tamen intendit sanitatem, propter quam potionem dat. Et hæc eadem ratione, dum aliquis seipsum ordinat in Deum, sicut in finem, in omnibus, quæ propter se ipsum postea facit; tunc virtute intentio vltima finis, quæ est Deus, & in de in omnibus mereri potest, si habeat charitatem. Et hoc modo Apostolus præcipit 1. Cor. 10. quod omnia in Dei gloriam referantur. Et quemadmodum artifex semper operatur ex regulis artis, solum quia aliquando bene de illis cogitauit, etiam si de illis actu non cogitet, quando operatur, vt ad hoc idem explicandum habet Sanctus Thomas in 2. dist. 38. quæst. 1. ad 4. & apud Capr. dist. 40. quæst. 1. art. 3. in responsione ad 1. contra 2. conclusionem; & in scientiis propter prima principia semel cognita, certè, & firmiter assentimur conclusionibus, etiam quando de ipsis principiis non actu cogitamus, solum quia ex regulis artis est relicta determinatio ad sic operandum; & ex principiis scientiarum ad sic assentiendum conclusionibus: ita & potest ex actu charitatis, saltem semel elicto erga Deum, vt finem vltimum, esse relicta quasi formalis determinatio ad seruanda præcepta, & ad bene operandum propter vltimum finem, & propter charitatem, etiam si actu non cogitetur de vltimo fine, & de charitate.

Verum, si hæc omnia, quæ asserunt Capr. & Conrad. loc. cit. ex S. Thomæ bene expendantur, non probant, quod putat Suarez. dist. 5. de charit. sect. 3. n. 1. cit. quod præceptum charitatis obligatione aliena, & per accidens semper obliget, quando obligat quodcumque aliud præceptum; sed quod obliget suo tempore, & quod modus charitatis tunc sit adhibendus pro omnibus præceptis; quando omnes actiones sunt generaliter ordinandæ in Deum, & charitas debet exire in suum actum: nam ipse S. Thomas sic se declarat in 2. dist. 40. quæst. 1. art. 5. ad 6. vbi, postquam dixit, ad hoc vt aliqua actio sit meritoria, non esse necessarium, vt actualiter referatur per charitatem in finem vltimum; sed sufficere, vt aliquando omnes fines particulares actionum particularium sint in illum relati generaliter, sicut accidit, quando aliquis cogitat, se totum dirigere ad Dei dilectionem, in quo casu quicquid postea erit ab illo ordinatum ad seipsum, erit etiam ordinatum ad Deum, subdit: Et si queratur, quando oporteat actu referre in vltimum finem omnes actiones, hoc non est aliud, quam querere, quando oporteat habitum charitatis exire in actum, quia tunc fit ordinatio totus hominis in finem vltimum, & per consequens etiam illorum omnium, quæ ordinantur in ipsum hominem, & bona sibi. Et hoc, quod asserunt S. Thomas, & Capr. & Conradus est admittendum, tanquam verissimum, cum reuera nihil sit aliud, quam præceptum charitatis esse præambulum ad præcepta Decalogi, cuiusque actum, qui est dilectio Dei, & finis vltimi ex toto corde, esse formaliter, & actualiter ordinationem, & relationem, tam actiuam, quam passiuam sui ipsius, & per consequens eorum omnium, quæ sunt, aut erunt ipsius, & in ipsum ordinabuntur, vt ipsi bona; ac proinde pro toto reliquo tempore, tam ipsum, quam alia, quæ sunt ipsius, posse denominari iam ordinata, & iam relata passiuè in Deum; & hanc denominationem passiuè ordinati, & relati tandiu perdurare, quousque ponatur actus contrarius, per quem tollatur, & ponatur

5. Quomodo virtute maneat in omnibus finibus secundariis.

tur opposita ordinatio, & relatio ad creaturam, quod est verissimum, & a nullo potest negari: nam, sicut actus peccati, qui est formalis, & actualis de ordinatio a Deo, & ordinatio ad creaturam, tam actiua, quam passiva sui ipsius, & suorum omnium, pro toto reliquo tempore illa denominatur passivè de ordinata a Deo, & ordinata ad creaturam, donec per actum charitatis, aut contritionis, & penitentiae reponatur prior relatio, & ordinatio ad Deum; ita actus charitatis, qui est ordinatio, & relatio, tam actiua, quam passiva, pro toto reliquo tempore potest denominare passivè relata, & ordinata quovisque ponatur per actum peccati relationis, & ordinatio contraria.

Et hanc solum ordinationem, & relationem in Deum pro his omnibus, quæ facimus, probat auctoritas S. Pauli ex 1. Cor. cap. 10. & 16. *Omnia in gloriam Dei facite. ut paulò ante* retulimus ex Sancto Thoma *quæst. 3. de virtutibus, art. 1. ad 2. & in casu, quo desit hæc ordinatio, verissimum est, quod etiam observatio præceptorum, & ipsa erogatio totius substantiæ in pauperes, & ipsum martyrium nihil proficit ad vitam æternam, ut dicitur ex eodem Sancto Paulo 1. Cor. cap. 13. & quod observatio mandatorum sine charitate haberi non possit, ut contra Pelagium docet S. Augustinus in *lib. de heresibus, c. 88. tom. 6.* siquidem inter præcepta est etiam præceptum de charitate, & ideo non potest absolute dici, quod serventur præcepta, si inter illa non servatur charitas, ut bene notat S. Thomas 1. 2. *quæst. 100. art. 10. ad 3.* Quare, ut rem totam paucis concludamus, rectè notat Suarez *lib. 2. de legib. cap. 11. num. 2. & 3.* præcepta omnia sine charitate servari non posse, si hoc intelligatur de præceptis collectivè acceptis, cum inter illa sit etiam præceptum charitatis, ut diximus; posse autem, si intelligatur de singulis, & de præceptis distributivè acceptis: nam præceptum, verbi gratia, de honorandis parentibus, neque requirit actum dilectionis Dei, qui tunc actualiter eliciatur, quando illud occurrit implendum; neque requirit, ut talis actus sit prius elicitus, & ut maneat saltem virtualiter; sed potest sufficienter impleri, quantum est ex se, etiam ab homine, qui ignorat inuincibiliter Deum, & ultimum finem; & qui illum per consequens neque actu diligit, quando ex præcepto honorat parentes; neque unquam actu dilexit. Et idem est de peccatore quocunque, qui est a Deo aversus, & deordinatus ab ultimo fine; & tamen adhuc potest servare præcepta, & operari ex honestate circa hanc, vel illam particularem materiam, cum ad hoc non requiratur nostra ordinatio ad ultimum finem; siue quæ actu habeatur, quando operamur honestè; siue, quæ sit habita prius, & non sit retractata; sed sufficiat, ut operatio sit ex recta ratione, & conveniens homini, ut homo est; & propter hanc convenienciam, & ex illius amore efficiatur: in quo casu ex se ipsa tendit in ultimum finem, qui est summa, & ultima perfectio hominis. Et alioqui, si ad implenda singula præcepta requireretur nostra ordinatio actualis in finem ultimum, per charitatem, quæ aliquando saltem præcesserit, & non sit retractata, qui talem ordinationem non habuisset, vel prius habitam retractasset, non posset dici implere præcepta; & tunc etiam dicendus esset actu peccare, quando coleret, verbi gratia, & honoraret parentes; & quando impletet similia præcepta, & similes operationes honestas eliceret: & qui hoc diceret, manifestè erraret cum Michaele Baio damnato à Pio V. & Gregorio XIII. in sua Bulla, quando dixit proposit. 37. *omnem actum, qui non est a cha-**

6. Ad servanda omnia præcepta collectivè requiritur modus charitatis; non autem ad servanda omnia distributivè.

ritate esse vitiosam cupiditatem, & peccatum. Et præterea erraret contra Tridentinum *sess. 6. can. 7.* ubi definit, non omnia opera, quæ sunt ante iustificacionem ab homine peccatore, esse peccata: & *sess. 14. cap. 4.* ubi asserit, etiam attritionem in homine peccatore esse donum Dei, & impulsam Spiritus Sancti, non quidem inhabitantis, sed moventis, & disponentis ad iustitiam: quod idem sine dubio etiam est de aliis operibus bonis, quæ in Scriptura sæpe laudantur, etiam in peccatoribus, ut, verbi gratia, actus sancti timoris, elemosina, oratio, & similia, inter quæ non potest non numerari etiam observatio mandatorum; si etiam hæc sit operatio honesta, & fiat ab homine ex recta ratione, & pro ut hominem decet. Et quantum negari non possit, quin aliquando ad impletionem alicuius præcepti requiratur specialiter actus charitatis erga Deum, ut, quando Sacerdos, verbi gratia, est in peccato mortali, & tenetur ex officio celebrare, aut ministrare Eucharistiam, & alia huiusmodi facere, quæ requirunt specialem sanctitatem Ministrant, quando aliquis est in peccato mortali, & debet suscipere Sacramenta, & esse bene dispositus ad gratiam recipiendam, eique obicem non ponere; vel quando est in gravi periculo vitæ, & in peccato mortali, & tenetur ex charitate erga seipsum, constituere in tuto, quantum potest, suam salutem; & univèrsaliter quando imminet necessitas aliquid faciendi, quod sine charitate fieri non potest, ut loquitur S. Thomas *quæst. 23. de verit. art. 7. ad 7.* id tamen, ut ex se patet, est speciale in huiusmodi casibus; neque potest ex illo inferri obligatio generalis pro omnibus præceptis: & in his etiam casibus non est specialiter necessaria actualis dilectio charitatis, & ordinatio in ultimum finem, si is, qui operatur, rationaliter credat, se esse in statu gratiæ, & operetur ex proprio affectu religionis, aut pietatis, vel quoniam alio affectu honesto, ut notat Suarez *lib. 2. de legib. c. 1. cit. n. 10.* qui etiam addit, à fortiori id esse verum de præceptis supernaturalibus fidei, & spei, quæ sine dubio non possunt requirere ordinationem actualem per charitatem, cum necessariò prærequirantur ad omnem actum charitatis supernaturalis.

Neque vrgent in contrarium loca allata ex Sancto Paulo de nostris omnibus faciendis in Dei gloriam, & in nomine Christi, & in charitate: vel enim continent solum consilium, si intelligantur de nostris omnibus actualiter referendis in Deum, ut vult Cornelius à Lapide in eum locum 1. ad Cor. 10. *vers. 31.* & Suarez *cap. 1. cit. libri 2. de legib. n. 17.* quomodo Tertullianus *lib. de corona militis,* & S. Hieronymus in *epistola ad Eustochium* referunt, moris fuisse apud veteres Christianos, ut initio cuiusque operis signarent se signo Crucis, actu illo protestantes, se id opus dirigere ad Dei gloriam: vel, si dicantur continere præceptum, ut volunt Sanctus Anselmus, Sanctus Ambrosius, & alii alij ex Patribus apud eundem Cornelium *ibidem*, solum continent præceptum charitatis de se, suisque omnibus referendis aliquando in Deum, ut diximus paulò ante ex S. Th. *q. 3. de virtutibus, art. 11. ad 2.* & habetur etiam 1. 2. *q. 100. art. 10. ad 2.* vel est sensus ex Cornelio, & Suariorum loc. cit. quod nostra omnia debeant esse talia, ut ex seipsis cedant in Dei gloriam, & omnibus sint ædificationi, & bono exemplo: & ideo ex illis omnes Deum glorificent, ut etiam dicitur Matth. 5. *Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum.* non autem est sensus, quod singillatim, & expressè, & actualiter teneamur in Deum, & in finem charitatis referre singula, quando actualiter operamur: & ideo neque potest ex huiusmodi locis

7. Ad servanda omnia præcepta collectivè requiritur modus dilectionis Dei.

8. Quomodo si præceptum de omnibus faciendis in Dei gloriam.

9. Modus charitatis endit sub obligatione cuiusque præcepti, si illius observatio debeat esse meritoria.

locis probari obligatio charitatis pro singulis observationibus mandatorum. Et eadem ratione debent intelligi ex S. Augustino illa loca, in quibus asserit, id, quod est sine dilectione, non bene fieri, ut *lib. de gratia, & lib. arbitrio, cap. 18. & lib. 1. de gratia Christi, cap. 26.* & voluntatem sine charitate, totam esse vitiosam cupiditatem, ut *lib. 1. retract. c. 1.* hæc enim omnia ex eodem Suarez *c. 11. cit. n. 13.* solum intelliguntur de his, quæ non sunt consentanea charitati, & quæ ex se non sunt apta in charitatem referri: & certum est, quæ sunt hoc modo sine charitate, & non sunt apta referri, & dirigi in charitatem, non bene fieri, & voluntatem, in quantum hoc modo est sine charitate, & ut sic operatur, esse vitiosam cupiditatem. Neque tamen hinc sequitur, quoddam sit vitiosa cupiditas, quando aliquid vult ex honestate; nec tamen actualiter illud refert in charitatem.

Et quantum Deus per omnia præcepta præcipue intendat, ut vniatur cum illo per charitatem; & ideo dicatur 1. ad Timoth. 1. *Finis præcepti, charitas.* ut etiam supra diximus *disp. 1. 2. num. 106.* hic tamen finis, cum sit extrinsecus, & solum intentus ab ipso præcipiente, non cadit sub præcepto; & satis est, si unumquodque præceptum servetur secundum honestatem, & finem ipsi intrinsicum; & per hoc non ponatur illius transgressio, quæ charitati esset contraria. Et cum hæc remotio contrariorum ad charitatem, sit finis magis immediatus, & proximus à Deo intentus in aliis præceptis à charitate, ut patet ex S. Thoma 2. 2. *quæst. 184. art. 3. in corp.* & hæc remotio formaliter habeatur per ipsam positivam observationem cuiusque præcepti; satis omnino est hæc ipsa positio uniuscuiusque, siue dum illa sit etiam positio actus charitatis, siue non; & siue pro illa aliquando fuerit, siue non.

Per hoc tamen, quod observatio cuiusque præcepti per se, & absolute non requirat actum charitatis, cuiusque ordinationem, ac relationem in finem ultimum, siue existentem simul cum illa, siue que iam extiterit, & non sit reuocata per actum contrarium, ut iam diximus; non est negandum, quod illam requirat, ex suppositione, vel sub conditione, quod debeat esse meritoria vitæ æternæ: hoc enim est, quod dicitur 1. Cor. 13. neque fides, aut scientia, neque elemosina, aut martyrium quidquam prodesse, si præterea non habeatur etiam charitas: & expressè id habet S. Thomas in 3. *dist. 36. quæst. 1. art. 6.* & *quæst. 2. de malo, art. 5. ad 7.* & *quæst. 23. de verit. art. 7. ad 8.* dum asserit, modum charitatis absolute non cadere sub obligatione præceptorum; cadere verò sub conditione, si talis observatio debeat esse meritoria: & ideo quantum aliquis possit sine charitate implere præcepta, secundum substantiam, & eadem reatum peenæ, quæ esset debita transgressori; non tamen posse mereri beatitudinem. Et hic modus loquendi, quod charitas non absolute, sed solum sub conditione cadat sub præceptorum obligatione, erat communis, & magistralis tempore S. Thomæ; & ideo ab illo est usurpatus in *libris sententiarum, & in questionibus disput.* ut notat Conradus 1. 2. *q. 100. art. 10. §. Subiungit sententiam opinionem, pag. 810. col. 1. in fine,* & habet optimum fundamentum, cum charitas sit forma virtutum, mediante intentione ultimi finis; & per hanc imprimat aliis actibus quandam ordinem ad eundem finem, eosque trahat, & constituat in quadam formalitate, & modalitate superiore, quæ est esse meritorium vitæ æternæ, ut notat Conradus *ibidem*, §. *Pro intellectu huius questii, pag. 809. sol. 2. sub initium,* & communiter dicitur in materia Baladelli *Theol. Moral. Tom. II.*

ad mentem quamvis hoc ipsum, quod modus charitatis in se habet, ad hoc, ut obligatio præceptorum sit meritoria, non est intelligendum, quæ tunc debeat esse actus charitatis, quando elicitur voluntas servandi præcepta, & quasi hæc voluntas, actualiter, & necessario debeat imitari ex charitate; sed satis est, si actus charitatis fuerit elicitus prius; & suo tempore fuerit per illum relatus in Deum, ut in ultimum finem, omnes alij actus consequentes; eique relatio virtualiter maneat; & non fuerit retractata per actum contrarium, ut iam diximus *num. 4. & 5.*

DISPUTATIO XV.

Quibus alijs temporibus, & in quibus casibus obliget præceptum diligendi Deum super omnia.

1. Actus charitatis erga Deum semper requiritur, quando aliquid non potest bene fieri sine illo.
2. Secundum aliquos, actus charitatis in Deum est necessariò eliciendus singulis festis diebus.
3. Sed est falsum.
4. Sanctificatio Sabbathi in lege veteri quanam fuerit.
5. Præceptum colendi Sabbatum quomodo fuerit negatum, vel affirmatum.
6. Præceptum colendi Festa non requirit necessariò actum charitatis in Deum.
7. Sumptio Eucharistiæ in Paschate non requirit specialiter actum charitatis in Deum.
8. Præceptum charitatis in Deum non obligat, quando de novo recipitur à Deo magnum aliquid beneficium.
9. Gratiitudo in Deum est ipsa pietas; & in parentes est ipsa pietas; & in Principes est ipsa observantia.
10. Quomodo actus charitatis sit necessarius in susceptione Baptismi.
11. Quomodo sit necessarius in actu martyrii, & quando aggradiendum est aliquid valde arduum.
12. Martyrium potest esse ex alio motu proximo, & formali, quam charitatis.
13. Neque requirit actum charitatis, ut necessariam dispositionem ex parte subiecti, nisi quis forte sit in peccato mortali; & non habeat copiam Confessarii.
14. Actus charitatis non est necessarius ad impetrandum Dei auxilium in re maxime ardua.
15. Actualis dilectio Dei non est necessaria, quando vrget obligatio diligendi actualiter proximum.
16. Neque quando instat articulus mortis.
17. Potest esse necessaria, quando vrget gravis tentatio odij Dei.
18. Et quando alicui primò proponitur finis ultimus, & necessitas illum amandi.
19. Et sapius est reperenda per totam vitam.
20. Contra præceptum dilectionis divinæ primò, & maxime peccatur per odium Dei.
21. Quomodo Deus possit odio haberi.
22. Odium Dei est maximum peccatorum.
23. Quomodo contra præceptum dilectionis Dei peccatur omittendo.

OBLIGATIONE per accidens, & aliena tunc obligat præceptum charitatis erga Deum, ex S. Thoma 2. 2. *de vir. art. 7. ad 7.* quando obligat aliquod aliud, quod sine charitate

Actus charitatis erga Deum semper requiritur. K K 2 non

quando ali- quid non po- rest bene fieri sine illo.

non potest bene impleri, vt verbi gratia, si Sacerdos debeat conuicere, aut ministrare Eucharistiam, vel debeat quis suscipere Sacramenta, vel cogitare de sua salute, sequē ad illam disponere, vt etiam supra diximus disp. preced. num. 7. & vniuersaliter id est verum, quando quis debet, iustificari extra Sacramentum, vt notat Vasq. 1. 2. disp. 148. cap. 2. num. 9. ex communi sententia, cum ex Tridentino sess. 14. cap. 4. motus contritionis (qui certe est etiam motus charitatis) semper fuerit, & modo etiam sit necessarius ad impetrandam veniam peccatorum.

Et in his casibus, quando præceptum charitatis non obligat, nisi per accidens, & ratione alicuius alterius præcepti, quod obligat per se; idem est dicendum, quod ex communi sententia, supra diximus disp. 3. n. 5. de actu spei, quando similiter est necessarius solum per accidens; quod, scilicet, non sit duplex peccatum, si forte simul omittatur illud vtrunque præceptum; sed sit tantum vnum, id est, illud, quod est contra præceptum obligans per se, & cuius reductio est per se debita, vt etiam notat Suar. disp. 5. de charit. sect. 3. num. 3. in fine: sicut enim reductio alterius non est per se debita: ita & actus, qui illa caret, non est peccatum formaliter, provt illa caret, vel ratione carentia illius; sed provt caret reductio alia per se debita, cum eo tantum modo sit peccatum, quo caret reductio debita; & idem sit peccatum per se, si reductio sit per se debita; & sit peccatum per accidens, vel per aliud, si sit debita solum per accidens, vt communiter dicitur in materia de peccatis.

2. Secundum aliquos, actus charitatis in Deum est necessarius eligendi singulis festis diuinis.

Loquendo ergo de obligatione per accidens ex hoc principio putant aliqui primò, quod huiusmodi actus charitatis sit necessarius singulis festis diebus, quibus est in præcepto cultus aliquis Dei: quia hic, vel est ipsa charitas actualis, vel non est sine illa. Ita Scotus in 3. dist. 27. quest. unica, §. Quantum ad 2. dico. pag. mihi 49. vbi id asserit dubitativè: quia præceptum sanctificandi Sabbathum, Exodus 20. (pro quo iam est in Ecclesia inductum præceptum colendi Festa,) eo ipso quod præcipiebat cessationem ab opere seruilis externo: Non facies omne opus in eo, & Levit. 23. Omne opus seruilis non facietis in eo, etiam præcipiebat, vt vnusquisque interius se recolligeret, & ad Deum ascenderet per actum fidei, spei, & charitatis, quæ maximè faciunt ad cultum, & lætiam internam, vt etiam notat Aletius part. 3. quest. 32. m. 3. art. 2. §. Ad illud. Et idem asserit etiam Gabriel in 3. dist. 37. quest. unica, art. 3. dub. 2. & Tabiena verb. Charitas, quest. 20. & verb. Feria, quest. 46. & facit Angelus verb. Feria, num. 41. vbi docet, diebus festis obligare præceptum de contritione. Sed contra sentiunt alij communiter, dum asserunt, præceptum sanctificandi Sabbathum fuisse tantummodo de cultu externo, neque sub illo comprehensum fuisse cultum internum, sicut neque finis præcepti cadit communiter sub præcepto. Ita S. Thomas 2. 2. quest. 122. art. 4. Caiet. ibidem, & in Summa, verb. Contritio, & verb. Festorum violatio. Adrianus quest. 4. de confessione. Sotus lib. 2. de inst. quest. 4. art. 4. Suar. disp. 5. de charit. sect. 3. num. 1. & tom. 1. de relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 1. num. 4. & seqq. Azor. part. 1. instit. moral. lib. 9. cap. 4. sub initium, col. 106. Stephanus Fagundez in præcepta Ecclesie lib. 1. cap. 3. n. 1. Couar. lib. 4. var. resol. c. 19. n. 11. & in c. Alma mater. part. 1. §. 5. n. 3. Nau. in Man. c. 1. n. 7. & c. 1. 3. num. 2. & 17. & alij: vt enim bene notat Sanctus Thomas loco citato, ad cultum Dei internum, (in quocumque tandem consistat,) magis inducitur homo ex interiori instinctu Spiritus Sancti, quam

3. Sed est falsum.

ex præcepto; & idem præceptum in lege veteri specialiter fuit dandum de cultu exteriori secundum aliquod signum sensibile; & conuenienter fuit datum de cessatione ab opere seruilis in signum rememorationum beneficij creationis: Quia sex diebus fecit Deus calum, & terram, & in septimo requieuit, & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, vt dicitur Exodus 20. applicando illum, scilicet, & destinando specialiter suo cultui, eumque eximendo, & quasi liberando ab operibus seruilibus, quibus alioqui etiam ipse inseruiebat tanquam intrinseca illorum duratio, & mensura. Et quemadmodum alia omnia, quæ dicantur diuino cultui, dicuntur sanctificari, iuxta modum loquendi Scripturæ, vt vasa, templa, altaria; homines: ita & dies Sabbathi dicitur fuisse à Deo sanctificatus, dum fuit similiter destinatus ad cultum Dei. Et dum sanctificatio Sabbathi fuit præcepta in Decalogo, hoc fuit præceptum, vt omnes dies Sabbathi haberent, vt specialiter Deo dicantur; & ipsam cessationem ab operibus omnes assumerent in Dei cultum, & vt signum externum, & ceremoniam religiosam, & sacram, vt bene explicat S. Th. 2. 2. q. 122. art. 4. cit. ad 3. & Suar. c. 1. cit. de diebus festis, n. 7. pag. 158. col. 2. Qui etiam ex hoc rectè docet, quomodo hoc præceptum dici debeat in lege veteri fuisse negatiuum, aut affirmatiuum: quatenus enim res præcepta solum erat quid negatiuum, id est, cessatio, & quies ab operatione seruilis, rectè dicitur fuisse materialiter, seu secundum materiam præceptum negatiuum: quatenus verò hæc ipsa cessatio præcipiebatur, vt signum rememorationum creationis diuinæ, & assumebatur ex Dei institutione, vt signum, & ceremonia diuini cultus, & per illam dies infumebatur in Dei honorem, & rectè dicitur fuisse formaliter, vel secundum formam præceptum affirmatiuum, & idem continuisse; ac si aliis verbis dictum fuisset, Deum, vt Creatorem, esse colendum die Sabbathi cessatione ab opere.

Facta verò in lege noua veterum ceremoniarum abrogatione; & cultu Sabbathi eommutato, vel translato in diem Dominicum, & in alios dies festos; præceptum ecclesiasticum, de festis colendis ad cessationem seruilium operum, etiam adiunxit obligationem audiendi Sacrum, vel Sacro interessendi: & bene potest impleri, quoad hoc vtrunque, sine actuali dilectione Dei, cum neque cessatio à seruilibus, neque auditio Sacri ex propria ratione illam requirat: & idem non est, quod dicatur actualis dilectio esse necessaria, etià per accidens, quando occurrit necessitas, & obligatio colendi Festa. Et quantis ad Sacri auditionem requiratur aliqua intentio, & attentio interior; hæc etiam indirectè, & secundariò præcipiatur, provt necessaria, & conueniens ad actum externum humanum religiosum, qualis est auditio Sacri: & tamen bene sufficit, si sit ex virtute religionis, neque requiritur, vt sit ex virtute charitatis. Et similiter quantis cessatio à seruilibus, ad eum finem maximè præcipiatur, vt vnusquisque se colligat, & ad Deum ascendat, vt loquitur Scotus, & præcipue per actus fidei, spei, & charitatis: quia tamen hic ipse est finis extrinsecus legis, rectè dicitur non esse sub lege.

Quod si dicas, ipsam Sacri auditionem, etiam factam ex virtute, & honestate religionis, esse quandam protestationem fidei, spei, & charitatis, vt de ipsa virtute religionis docet S. Th. 2. 2. q. 102. art. 3. ad 1. & pater ex eo, quia cultus lætiae per Sacrificium Missæ non exhibetur nisi illi, qui creditur Deus, & primum principium, & vltimum finis, & per consequens in quem speratur, & quæritur.

4. Sanctificatio Sabbathi in lege veteri quanam fuerit.

7. Sumptio Eucharistia in Sabbatho non requirit specialiter actum charitatis in Deum.

5. Præceptum colendi Sabbathum quomodo fuerit negatiuum, vel affirmatiuum.

6. Præceptum colendi Festa non requirit necessariò actum charitatis in Deum.

Respondeo, si id amittatur; non tamen sequi, quod actualis, & formalis dilectio Dei specialiter obliget, quando obligat dies festus ad auditionem Sacri; sed solum quod obliget ipsa auditio Sacri, & quod hæc sit aliquo modo protestatio dilectionis Dei, saltem externa, & materialis. Nec potest dici, quod per hanc suppleatur ipsa dilectio formalis, & actualis, tanquam per aliquid equipollens, aut æquiualeus; nam reuera protestatio solum externa, & materialis non est æquipollens ipsi dilectioni; & obligatio dilectionis ex nullo capite probatur sufficienter, quod sit requisita ad obsequantiam diei festi, siue per se, siue per æquipollens.

Secundo, eadem ratione impugnatur id, quod asserit Bannes 2. 2. quest. 44. art. 1. dub. 1. in responsione ad 3. §. Alij dicunt. col. 1436. in fine, quod qui dignè sumit Eucharistiam semel in anno, simul adimplet specialiter præceptum charitatis: quia alioqui teneretur specialiter confiteri, quod per totum annum omisit adimpletionem illius: neque sufficeret, si solum confiteretur alia peccata, & hoc omitteret, quod tamen est contra sensum, & vltim Ecclesie. Impugnatur, inquam: quia, quantis Eucharistia, quasi antonomastice sit mysterium fidei, & memoriale præcipuum diuini amoris, & vinculum charitatis, vt eam appellant Concilia, & Patres; & idem possit dici etiam ipsa protestatio quædam externa, & declaratio charitatis, qua fideles vniantur, & colligantur cum Deo, & inter se: vsus tamen illius non potest supplere formalem defectum actualis dilectionis, si hæc est in præcepto singulis annis, cum reuera solum sit actus religionis, & non sit æquipollens charitati, quæ est virtus longè superior. Et fideles dum communicant semel in anno, idem non consentunt sacramentaliter, quod omiserint per totum annum impletionem huius præcepti: quia reuera non agnoscunt tale præceptum; neque illud sufficienter probatur ex nullo capite, siue per accidens pro ipsa sumptione Eucharistie, quæ satis habet, si is, qui communicat, sit in gratia, vt bene notat Azor. part. 1. lib. 9. c. 4. q. 1. & Sanc. lib. 2. in Dec. c. 3. n. 3. in fine, siue per se pro aliqua anni parte ad arbitrium vniuersi, cum similiter in Scriptura nihil tale præcipiatur, vt notat Sanc. ibid. & in re simili pro actu fidei, quem similiter alioqui voluerunt obligare, saltem semel singulis annis, notat eodem lib. 2. cap. 1. n. 3. vers. Quartum tempus est, & pro actu spei cap. 3. n. 3. vers. Tertium tempus est.

8. Præceptum charitatis in Deum non obligat, quando de nouo recipitur à Deo magnum aliquod beneficium.

Tertio addit Sotus lib. 2. de iustitia, quest. 3. art. 10. col. 6. vers. Responsio horum. Bartholom. Medina lib. 1. Summa, cap. 14. §. 2. in fine. Valen. 2. 2. disp. 3. quest. 19. puncto 1. §. Quartus casus est. col. 826. Tol. lib. 4. cap. 9. num. 5. §. Tertium. præceptum charitatis, & dilectionis Dei super omnia obligatione per accidens obligare, quando obligat specialiter gratitudo, id est, quando à Deo de nouo accipitur singulare aliquod beneficium, siue spirituale, siue temporale, vt, verbi gratia, quando aliquis liberatur à presentaneo aliquo periculo mortis, aut damni grauissimi, vel à grauissima, & molestissima tentatione, &c. quia talis beneficentia Dei, cum sit actus amicitie, & charitatis diuinæ in nos, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quest. 31. art. 1. omninò postulat ex parte nostra similem actum redamationis, & amicitie, vel charitatis in Deum; & omninò tenemur etiam redire cum illo in gratiam, & amicitiam, si forte sumus in statu peccati, vt notat Sotus, eumque redamare supernaturaliter, si beneficium sit supernaturale, vel saltem naturaliter, si sit naturale, vt notat Valen.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Sed hoc ex eo capite non placet Nau. in Man. cap. 1. n. 7. in fine: quia non probatur efficaciter vlla lege, aut ratione: & pro beneficio quocumque accepto satis est, si ex gratitudine gratie habeantur, & agantur, vt notat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 4. quest. 1. cit. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 35. num. 9. vers. Quartum tempus. pag. 300. col. 1. initio: Et potest addi, ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 106. art. 1. quod, licet gratitudo sit virtus specialis, & distincta ab aliis, in quantum respicit particulare debitum ad particulares, & communes benefactores; in quantum tamen respicit debitum ad benefactores præcellentes, vt est, verbi gratia, pater, qui est nobis principium proximum generationis, & disciplinatus vel educationis; & Deus, qui est nobis principium simpliciter primum omnium nostrorum honorum, & Princeps, qui est nobis principium ciuili societatis, & securitatis, & pacis, per administrationem, & regimen totius Communivitatis; non est virtus distincta ab aliis, quæ nos ordinat ad huiusmodi præcellentes benefactores; & gratitudo ad patrem est ipsa pietas; & gratitudo ad Principem est ipsa obseruantia; & ad Deum est ipsa religio; vnde & gratiarum actio 1. ad Timoth. 2. numeratur specialiter inter partes orationis, quæ per virtutem religionis ad Deum funditur, vt notat S. Thomas art. 1. cit. ad 1. & sup. q. 83. art. 17. Et ratio est: quia semper debitum minus continetur in maiore; & debitum accessorium semper sequitur principale, vt etiam diximus disp. 12. n. 7. ex S. Thoma 1. 2. quest. 60. art. 3. & 2. 2. quest. 101. art. 1. & idem etiam obligationes reddendi debitum, ita diuersificantur pro diuersitate causarum, ex quibus sit aliquem oritur debitum, vt semper obligatio minor ex causa minore, & accessoria contineatur in obligatione maiore ex causa maiore, & principali, & in illa quodammodo absorbeatur, ac proinde obligatio ex gratitudine, quæ est minima inter obligationes reddendi debitum propter communia beneficia, continetur respectu Principis in obligatione obseruantie; quæ specialiter ad illum habetur; & est maior, & respectu patris in obligatione pietatis; & respectu Dei in obligatione religionis; & sola religio respectu Dei sufficienter continet, & absorbet obligationes minores ex pietate, & ex gratitudine, quæ possent ad ipsum haberi, in quantum est pater, & in quantum est benefactor; & ipsa religio rectè dicitur quædam superexcellens pietas ad Deum parentem, & quædam superexcellens gratitudo ad Deum benefactorem, vt loquitur S. Thomas quest. 106. art. 1. cit. ad 1. Quodcumque ergo beneficium de nouo accipiamus à Deo, solum potest in nobis inducere debitum religionis, quæ est ad illum gratitudo superexcellens; non autem potest inducere debitum charitatis, & dilectionis formalis, & actualis, vt volunt Authores cit. cum præsertim debitum amicitie ad redamandum non sit necessitatis, quod inducat obligationem ad culpam, de quo debito in presentia loquimur; sed solius conuenientie, & honestatis; & idem ab Aristotele appelletur morale, & à S. Thoma omninò gratuitum, vt supra diximus disp. 12. num. 9.

Quarto, aliud tempus obligationis per accidens præcepti charitatis, & dilectionis Dei, de qua loquimur, assignant alij ipsum tempus Baptismi pro homine adulto: quia tunc datur nomen militie Christi, & tunc maximè agnoscit illum, & Deum; & tunc regeneratur in Filium Dei, & in heredem æternæ beatitudinis; & idem tunc tenetur illum diligere. Ita Sot. lib. 1. de nat. & grat. c. 2. 2. vers. Dicamus ergo in casu 1. & lib. 2. de inst. q. 3. art. 10. col. 6. vers. Responsio horum.

9. Gratitudo in Deum est ipsa religio; & in parentes est ipsa pietas; & in Principes est ipsa obseruantia.

10. Quomodo actus charitatis sit necessarius in susceptione Baptismi.

horum. & Valen. 2. 2. disp. 3. quæst. 19. punto 1. §. Secundus casus. vol. 3. 26. Sed neque hoc placet Nau. cap. 1. num. 7. & 8. & 9. neque Suar. disp. 5. de charit. lect. 3. art. 2. neque Azor. part. 1. lib. 9. cap. 4. quæst. 1. neque Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. num. 9. vers. Secundum tempus. quia ad Baptismum ritè, & validè suscipiendum ab homine adulto, satis est sola attritio de peccatis præteritis, & solum propositum seruandi præcepta, & non peccandi de cætero. Sed reuera quauis dilectio Dei non requiritur, vt dispositio in homine adulto ad validitatem Baptismi; requiritur tamen: quia tunc inchoatur Christiana vita; quæ tota est tendentia in Deum, vt in vltimum finem; & idè ante omnia prærequirit primam illius tractionem; & motionem metaphoricam per actum amoris. Et per tempus Baptismi in homine adulto intelligimus totum illud, quo disponitur ad Baptismum, & proponuntur illi, quæ sunt credenda, & quæ agenda ab homine Christiano: vt enim supra diximus disp. 3. num. 11. pro obligatione ad actum spei; quod tunc maximè sit eliciendus ex speciali præcepto, quando beatitudo sufficienter proponitur, vt finis vltimus, & vltimum bonum, vt acquirendum à nobis per auxilia gratiæ, & per nostras cooperationes: quia alioqui grauis iniuria fieret beatitudini, & summo bono sic cognito, si quis illud negligeret, & non admitteret primam illius tractionem, & finalizationem per primum actum amoris, & desiderij: ita & debemus hoc loco dicere pro obligatione ad actum charitatis; quia similiter grauis iniuria Deo fieret, quando iam effectus sufficienter propositus, vt summè amandus, & super omnia, & obligatio ad hunc amorem esset proposita vt præambula ad omnes alias obligationes præceptorum Decalogi, & adhuc non amaretur, sed summa bonitas, & amabilitas Dei negligenter, & nihil fieret. Et idè probant pro hoc tempore Baptismi rationes allatæ in disputatione 1. 3. num. 3. pro sententia Thomistarum de primo instanti vsu rationis: vt enim eas admittimus eadem de præambula, num. 2. 3. pro illo tempore, aut instanti, quo primum habetur noticia obligationis se conuertendi in Deum: ita & modò iterum admittimus pro tempore, quo quis instruitur, & disponitur ad Baptismum, si præsertim ponatur non habuisse prius notitiam de huiusmodi obligatione, & de facto non se conuertit per contritionem, aut per charitatem ad statum gratiæ. Et in hoc casu huiusmodi obligationem pro tempore Baptismi expressè admittit etiam Nau. cap. 1. num. 9. citato, vbi dicitur, obligationem charitatis pro vsu Baptismi, esse restringendam ad eos, qui ante Baptismum non habuerunt contritionem. Et quia hæc obligatio se conuertendi ad Deum non prouenit per se, & formaliter ex necessitate Baptismi, qui ex se satis habet, si suscipiatur cum actu attritionis pro peccatis præteritis, & cum proposito non peccandi in futurum; non est dicenda esse obligatio per accidens ratione Baptismi; sed est maximè per se, cum dilectio Dei etiam tempore Baptismi proponatur, vt per se necessaria, & per accidens sit, quod tempus, in quo proponitur, sit tempus Baptismi.

11. Quomodo sit necessarius in actu martyrij, & quæ lo agrediendum est aliquid valde arduum.

Quintò, obligationem per accidens huius præcepti ponunt Sotus, & Valen. locis citatis, quando occurrit subeundum martyrium, & præterea, quando est aggrediendum aliquid valde arduum, quod multù indiget Dei auxilio, & protectione, vt etiam habet Tolet. lib. 4. cap. 9. n. 5. §. Tertium. quia, nimirum, voluntas ipsa subeundi martyrium est actus maximè charitatis, iuxta illud Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, &c. & quatenus dicitur mar-

tyrium esse actus fortitudinis, & sufficere, si impetretur ex motiuo religionis, aut fidei, vel alterius cuiuscunque virtutis; negari non potest, quin maximè indigeat auxilio Dei, & si Martyr sit in peccato mortali, teneatur redire ad statum gratiæ per actum charitatis, & contritionis, & ad martyrium se se disponere, suamque salutem, & victoriam, quantum potest, in tuto ponere.

Sed neque hoc probat Suar. disp. 5. de charit. sect. 3. n. 2. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. n. 9. cit. vers. Quintum tempus est. quia ad impetrandum, & impetrandum diuinum auxilium in martyrio, & in re quauis ardua potest sufficere sola oratio; & martyrium per se non requirit actum dilectionis, qui tunc fiat; sed satis habet, si sit factus prius, & per illum fuerit etiam ipsum, saltem generaliter, ordinatum, & relatum in Deum, eaque ordinatio virtualiter maneat, & non sit retractata per actum contrarium, iuxta ea, quæ diximus in sp. præced. n. 4. & seqq.

Reuera actualis dilectio Dei non videtur necessaria ad martyrium, quasi hoc non possit esse, nisi ex illa, & ex formali, & actuali illius motiuo: potest enim etiam esse ex motiuo religionis, aut fidei; aut alterius cuiuscunque virtutis, vt notat Suar. tom. 3. de Sacram. disp. 2. §. 2. Potest tamen vltimè dubitari. Et patet ex eo: quia Christus Dominus Matth. 5. ad beatitudinem ex martyrio nihil aliud requirit, nisi vt quis patiatur persecutionem propter iustitiam; & cap. 10. satis habet, si quis illum confiteatur coram hominibus: & Marci 8. si perdat animam suam: neque addit, quod hæc faciat ex formali, & actuali motiuo charitatis. Et quod dicitur 1. Cor. 13. martyrium nihil prodesse sine charitate, non significat, ad illud requiri actualè motiuum charitatis; sed requiri charitatem ipsam habituentem, & statum gratiæ, saltem communiter, & per se loquendo, vt exponit S. Thomas in eum locum, lect. 1. in fine. Et quod dicitur Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, solum intelligitur materialiter, & obiectiue, in quantum mors pro amico, est materia, & obiectum maximæ dilectionis; siue præterea de facto subeat ex formali, & actuali motiuo illius; siue ex quocunque alio. Et denique id, quod asserit S. Thomas 2. 2. quæst. 124. art. 2. ad 2. quod martyrium sit actus elicitus à fortitudine, & imperatus à charitate, solum asserit, quia hæc vtraque virtus potest, & solet communiter elicere suum effectum circa martyrium, vt circa materiam valde proportionatam, vt notat Vasq. 1. 2. disp. 51. cap. 3. n. 14. non autem quod necessariò, & semper eliciat: sicut enim communiter dicimus, quod restitutio est actus iustitiæ; & solum significamus, quod communiter possit, & solet fieri ex honestate, & ex motiuo iustitiæ; non autem quod semper, & necessariò ex illo fiat, cum sæpè fiat do facto ex quouis alio motiuo; & sæpè aliquis faciat iustum, & non iustè, vt dicitur 2. Ethic. cap. 4. & lib. 5. cap. 8. ita & dicimus, quod martyrium, & tolerantia mortis pro Christo est actus fortitudinis, & charitatis, quia est materia maximè apta, & proportionata ad honestatem vtriusque, & communiter solet ex illa esse; non autem, quia semper, & necessariò ex illa sit.

Deinde, neque videtur actualis dilectio Dei esse per se necessaria ad martyrium, eiusque effectum, tanquam præuia dispositio; sed solum in casu, quo Martyr sit in peccato mortali, eiusque sit memor, & non habeat copiam Confessarij; nam, si sit in statu gratiæ, & propter iustitiam, & fidem Christi patiatur persecutionem, & perdat propter Christum animam suam, eumque sanguine ipso, & moriendo confiteatur,

12. Martyrium potest esse ex alio motiuo proximo, & formali, quæ charitati.

13. Neque requiritur actus charitatis, vt necessarium dispositionem ex parte subiecti, nisi quis sit in peccato mortali, & non habeat copiam Confessarij.

confiteatur, nihil omittit ex illis, quæ Christus requirit in suis promissionibus gloriæ; & idè non est, quare illas non debeat cõsequi. Et cõtrà, si sit in statu peccati mortalis, eiusque sit memor, & habeat copiam Confessarij, omninò debet sacramentaliter penitere; & absolui; & si non habeat Confessarium, debet elicere actum contritionis, & charitatis, vt notat Suar. tom. 3. de Sacram. disp. 2. §. 2. sect. 3. concl. 1. & alij apud Henriq. lib. 2. cap. 36. n. 2. in fine: quia occasio, aut necessitas subeundi martyrij non tollit alias obligationes eorum, quæ sunt de necessitate mediij, vel alio modo sunt specialiter necessaria pro articulo mortis, vt, verbi gratia, obligationem suscipiendi Baptismum, si fortè non est susceptus; addidendi mysteria fidei, si ignorantur; confitendi sacramentaliter, si habetur cõscientia peccati mortalis, & est copia Confessarij; vel saltem eliciendi actum contritionis, & charitatis, si non est copia, vt notat Henriq. lib. 2. cit. cap. 37. n. 1. Neque martyrium ex priuilegio Christi, vel ex rei natura hoc habet, vt per se remittat peccata, & suppleat quantumque aliam dispositionem aliquò debitam, & necessariam ad faciendum transiit ex hac vita, vt propterea liberè, & licitè possit eligi loco huiusmodi dispositionis; & hæc possit per illud suppleri: sed potius supponit, vt Martyr ex se sit benè dispositus ad faciendū hunc transiit, & postea illum maximè cumulat aliis donis gratiæ vberioris, & certioris remissionis peccatorum, tam quoad culpam, quam quoad penam, cum gerat vicè Baptismi, & sit verus Baptismus sanguinis. Idque est multò verius, & multò tutius, quam oppositum, quod asserit Vega lib. 6. in Trid. cap. 36. & 37. & Sot. in 4. disp. 3. quæst. unica, art. 1. versus fin. §. Est ergo ex his consequenti, qui docent, solam voluntatem moriendi pro Christo esse actum charitatis ita perfectum, vt solus sufficiat sine expresso dolore peccatorum, & solum hunc actum: Volo mortem pati pro Christo, posse sufficere ad martyrium, eiusque effectum absolute alia conuersione in Deum per detestationem peccatorum: quod etiam speculatiue esse probabile affirmat Suar. disp. 29. sect. 3. conclus. 1. cit. & esse piū, affirmat Henriq. lib. 2. cap. 39. n. 2. cit. littera L. Cõtrà tamen est: quia, nisi id intelligatur in aliquo casu particulari, in quo subita oblatio ad martyrium impediatur recordationem peccati, & actum penitentiæ, & charitatis, vt specialiter id asserit Sot. in 4. disp. 15. quæst. 1. art. 2. conclus. 3. negari non potest, quin practicè sit tenendum oppositum, cum id sit maximè dubium, & minimè tutum, & saltem ex ipso naturali præcepto charitatis erga seipsum, teneatur vnusquisque in articulo mortis prouidere sibi de medijs maximè certis; & idè etiam Martyr teneatur se disponere per actum contritionis, & charitatis, si aduerat, se esse in peccato mortali, illudque esse obicem ad effectum martyrij, vt rectè subdit idem Suar.

Quia ergo actualis dilectio Dei neque requiritur ad martyrium, tanquam proximum, & formale motiuum, ex quo esse debeat illius voluntas, & acceptatio; neque tanquam dispositio præuia ex parte subiecti, nisi in casu, in quo Martyr sit in peccato, eiusque sit memor, & non possit sacramentaliter confiteri; minùs rectè Sotus, & Valen. videntur dixisse absolute, & simpliciter, quod præceptum charitatis erga Deum specialiter obliget, quando est subeundum martyrium, cum reuera actus martyrij ex se non requirit huiusmodi actum, & sit illi valde per accidens, quod martyr sit in peccato, & habeat obicem ad illius effectum, & obligatio illud tollendi per actus charitatis, & penitentiz potius oritur ex natu-

rali obligatione ponendi in tuto suam salutem, quando in articulo mortis, quàm ex natura martyrij; in quantum est actus fortitudinis. Et quatenus ad huiusmodi actum est simpliciter necessarium auxilium gratiæ, rectè asserit Sanchez, quod ad illud imperandum potest sufficere sola oratio, etiam sine actuali dilectione Dei, quæ ad illam, etiam supernaturalem, & religiosam non est necessaria, vt notat Suar. lib. 1. de orat. in communi, cap. 25. n. 1. pag. 64. tom. de relig. & disp. 5. de charit. sect. 3. n. 2. & si esset ad huiusmodi impetrationem simpliciter necessaria charitas habitualis, & status gratiæ; quem tamen esse tantummodo valde vtilem, non autem simpliciter necessarium, probat idem Suar. n. 2. & seqq. obligatio, quam haberet Martyr ad se constituendum in statu gratiæ, & ad eliciendum actum charitatis, & contritionis pro impetrando Dei auxilio, immediata, & proximè solum esset ex præcepto orationis; non autem ex præcepto martyrij; & eadem esset pro quouis alia indigentia diuini auxilij ex quouis alia occasione: atque ita neque etiam ex hoc capite probatur sufficienter necessitas charitatis, & dilectionis actualis pro actu martyrij, vel pro quouis alio maximè arduo, quod fortè occurrat.

Sextò, obligationem per accidens ad actualem Dei dilectionem ponit Nauar. in Annu. cap. 11. n. 9. quando vrget obligatio diligendi actualiter proximum ex charitate: quia tunc amandus est proximus propter Deum; ac proinde multò magis amandus est Deus, iuxta vulgatissimum axioma Aristotelicum 1. Poster. text. 5. Propter quod vnus quodque tale, & illud magis. Sed neque hoc placet Suar. disp. 5. sect. 3. n. 2. cit. Sanchez lib. 2. in Decal. c. 35. n. 9. vers. Septimum tempus est. Quia, quauis Deus, eiusque bonitas sit ratio finalis amandi proximum, non tamen amatur Deus, nisi vt quo, & tanquam ratio amandi, quando actualiter amatur proximus. Neque hoc loco querimus de obligatione amandi, vt quo; sed vt quod. Neque axioma Aristotelicum necessariò intelligitur de ipsis actibus, actualiter, & in se existentibus, & distinctis, quasi vnus, qui est propter motiuum, & rationem formalem alterius, semper, & necessariò inferat alium, vt existentem, & magis perfectum, & satis est, si inferat saltem habitualiter, & virtutes quomodo certissimum est, quod qui ex charitate, & propter Deum amat proximum, est etiam dispositus, vt magis, & perfectius amet Deum.

Septimò, eandem obligationem per accidens ponit Valen. 2. 2. disp. 3. quæst. 19. punto 1. §. Septimus casus est. col. 3. 27. in fine. & Suar. disp. 5. de char. rit. sect. 3. n. 3. & Bonac. disput. 3. in 1. præceptum Decalogi, quæst. 4. punto 2. pag. 162. tom. 2. quando inflat articulus mortis: quia tunc maximè vrgent machinationes Dæmonum, & tentationes: & idè tunc maximè contra illas est opus se communitate per actus præcipuarum virtutum, quales sunt actus fidei, spei, & charitatis. Sed cõtrà inquit Azor. part. 1. lib. 9. cap. 4. quæst. 1. & Sanchez cap. 3. n. 9. cit. vers. Octauum tempus est. quia, si quis in articulo mortis probabiliter puret, se esse in gratia, & alias impleuerit hoc præceptum, & actu Deum dilexerit super omnia, & sequè, & sua in Deum retulerit, vt in vltimum finem; satis potest se communitate contra machinationes Dæmonum præsidio orationis, qua imploret diuinam opem, & exercitio earum virtutum, contra quas specialiter sunt tentationes. Et si fortè, qui sic est in articulo mortis, ponatur nunquam antea per totam vitam eliciisse huiusmodi dilectionem Dei super omnia, tenebitur quidem illam elicere saltem tunc, cum verè sit necessaria

14. Actus charitatis non est necessarius ad impetrandum Dei auxilium in re maximè ardua.

15. Actualis dilectio Dei non est necessaria, quando vrget obligatio diligendi actualiter proximum.

16. Neque querendum in stat articulus mortis.

necessitate medij: ea tamen obligatio non erit per accidens ex periculo mortis; sed maxime per se ex ipsa necessitate medij, & præcepti non prius impleti, & adhuc implendi, quando potest. Et quantum sit optimum, & tutissimum, ut eiusmodi actus charitati elicatur ab hominibus in articulo mortis, etiam si putent se esse in gratia, vel habeant copiam Confessarij, quia per illum constituunt maxime in tuto negotium suæ salutis, ut vult Suar. 7.3. cit. id tamen non videtur sufficere ad ponendam obligationem præcepti, cum satis sit, si unusquisque in tuto constituat suam salutem; non autem requiratur, ut illum constituat maxime in tuto.

Reiectis ergo his casibus, in quibus aliqui ponunt præceptum charitatis in Deum specialiter obligare per accidens, non potest pro hac obligatione per accidens tradi melior regula, quam illa, quæ generaliter traditur à S. Thoma *quest. 23. de virt. art. 7. ad 7.* & quam retulimus n. 1. quod charitas in Deum tunc per accidens obliget, quando obligat aliquod aliud præceptum, quod sine illa non potest impleri: & tunc, quia ratione illius bonitas non est per se debita: ita neque illius carentia est peccatum per se, & distinctum à transgressione alterius præcepti, propter quod ipsa est debita.

Loquendo verò de obligatione per se eiusdem præcepti dilectionis diuinæ, tunc eam virgere astringit Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 35. n. 9. cit. in fine*, & Bonac. circa primum præceptum Decalogi, *disp. 3. quest. 4. puncto 2. num. 2. pag. 162. col. 1. tom. 2.* & Layman *lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 6.* & Reginal. *in praxi lib. 17. cap. 9. num. 98. pag. 37. in fine, tom. 2.* quando virget grauis tentatio odij Dei; & periculum est, ne succumbat is, qui tentatur, nisi potius eliciat actum contrarium, & actualiter Deum diligit. Sed quæ diximus *suprà, disp. 3. num. 7.* pro simili obligatione actus spei, quando virget grauis tentatio desperandi, possunt dici etiam hæc: potest enim facile contingere, ut alicui per totam vitam nunquam accidat talis tentatio odij Dei; & si accidat, bene poterit illi occurrere per auxilia gratiæ à Deo impetrata per orationem, ad Deum non abominandum, & non odio habendum, abique eo, quod positiue eliciat actum amoris: & actus positiuus dilectionis diuinæ, non ideo est præceptus, quia est prohibitus actus contrarius odij; sed contra ideo hic est prohibitus, quia ille est præceptus: ac proinde si hoc tantum est tempus obligationis charitatis diuinæ, facile eueniet, ut aliquis per totam vitam nunquam teneatur illam elicere, quod nullo modo est admirandum, cum omnibus sit necessaria necessitate medij.

Quod ergo *ibidem* diximus *num. 10. & sequentibus*, pro simili obligatione actus spei, proportionabiliter debemus dicere etiam pro obligatione actus charitatis diuinæ, quod, scilicet, specialiter obliget, quando primo vnicuique proponitur illius necessitas, & obligatio; & Deus proponitur, ut summa, & vltima bonitas, quæ sit amanda propter se, & cuius gratia, & amore sint amanda, & facienda cætera omnia, & bona sint appetenda, & eligenda, ut media ad illius executionem; & mala sunt reprobenda, & fugienda tanquam impedimenta: hoc enim ipso, quod Deus proponitur, ut finis vltimus, eamque ad se allicere, & trahere per actum amoris; & hic debet esse prima motio vltimi finis, & primum principium aliarum motionum, quas debent facere alij fines non vltimi, ac quibus ipsa debet manere, salutem virtute, sicut

17. Potest esse necessaria, quando virget grauis tentatio odij Dei.

18. Et quando alicui primo proponitur finis vltimus, & necessitas illius amandi.

& motio primi efficientis manet virtute in aliis motionibus secundorum efficientium, ut *ibi* diximus ex S. Thoma 1. 2. *quest. 1. art. 6.* Et in idem recidit, si dicamus, quod hæc obligatio tunc primum incipit in vnoquoque, quando primum tenetur se conuertere in Deum, siue id accidat in primo instanti vsus rationis, siue postea, ut etiam *suprà* explicauimus *disp. 13. num. 23.* & notat Suar. *disp. 5. de charit. sect. 3. num. 4.*

Et si forte hic actus dilectionis Dei non statim elicatur, quando sit vnicuique sufficiens propositio finis vltimi, propter quem est creatus, & ad quem continuè tendit, quando est viator; certissimum est, quod est elicendus quamprimum, nec multum est differendus, nec trahenda est longa mora, ut notat Layman *lib. 2. cap. 2. num. 6. pag. 224. in fine*, cum ad officium viatoris maxime pertineat, ut se conuertat ad suum finem, & statim incipiat ad eum tendere, eumque præferat aliis omnibus; & alioqui neque iustitiam possit consequi, neque acceptam in Baptismo possit ad longum tempus retinere; neque acquirere per bona opera illius augmentum; nec promereri beatitudinem: & eo ipso, quod intelligit, se ad hunc finem creatum esse à Deo, ut Deum diligit, eique seruiat, suisque affectibus, & amoribus illi adhaereat, suisque actionibus ad illum tendat, & cætera omnia creata esse ipsius causa, ut ad hunc finem illi inseruiant, non potest non intelligere maximam suam obligationem de tali fine amando, ac profequendo.

Et eandem ob. causas, optimum est, ut hic amor vltimi finis sepius renouetur, & repetatur, id est, toties, quoties requiritur ad hoc, ut animus, & voluntas sit, & permaneat bene disposita ad bene operandum propter ipsum, & ad tollenda illius impedimenta, quæ sunt peccata, ut etiam diximus de actu spei, *disp. 3. cit. num. 13.* Et optimum, & saluberrimum consilium est, ut repetatur sepius, etiam extra casum obligationis præcisæ, siue per se, siue per accidens; cum sit certissimum, quod Deus diligentes se diligit, & hominibus, qui sunt facti participes amicitiae Dei, ipsa amicitia per ipsos exercita, sit infinitus thesaurus, ut dicitur *Sap. 7.* Et rectè addit Suar. *sect. 3. num. 4. cit.* delinquere illum contra hoc præceptum, qui per multos annos talem actum non elicit; quauis non nisi prudenti iudicio possit determinari, intra quantum tempus teneatur illum elicere.

Ex his verò, quæ diximus de obligatione præcepti charitatis in Deum, potest intelligi, quæ sint peccata, quæ habeant specialem malitiam contra illam: ut enim bene explicat Azor. *part. 1. lib. 4. c. 4. in fine*, Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 35. n. 10.* Reginal. *in praxi lib. 17. cap. 10. tom. 2. pag. 37.* & Tolet. *lib. 4. cap. 9. primo*, & maxime contra illam peccatur, quando Deus odio habetur: nam, quauis secundum se, in quantum est summum, & purum bonum, neque habet vllam admixtionem, aut speciem mali, non possit odio haberi; in quantum tamen nos punit, vel aliquid mali, aut molesti nobis infert; & in quantum nobis non confert ea bona, quæ ab illo optamus, & petimus; & illa prohibet, quæ nostræ sensualitati, & voluntati inordinatæ sunt consona; bene potest ratione horum effectuum apprehendi, ut nobis molestus, & infestus, & malus; & sic potest odio haberi, ut probat S. Thomas 2. 2. *quest. 34. art. 1.* Et patet in demonibus, & damnatis, qui ita Deum abominantur, ut etiam velint, illum non esse. Neque obstat, quod bene sciant, id esse impossibile; nam voluntas, quatenus

19. Et sapius est repetenda per totam vitam.

20. Contra præceptum dilectionis diuinæ primo, & maxime peccatur per odium Dei.

21. Quomodo Deus possit odio haberi.

quatenus est simplex inclinatio, aut affectio eam ratione, potest etiam esse impossibile; ut quando aliquis inclinatur, & afficitur, ut volet per aëra, ut cælum tangat, ut nunquam moriatur; quauis hæc omnia bene sciat naturaliter esse non posse, ut habet Aristoteles 3. *Ethic. cap. 2. pag. 54. in fine.* Et hoc modo etiam Demones, & qui Deum odio habent, quauis bene intelligant, quod Deus sit ens maxime necessarium, & quod sit maxime impossibile, ut non sit; adhuc tamen inclinantur, & afficiuntur voluntate, ut non sit: & talis affectio, quauis inchoetur ab apprehensione punitionis diuinæ, vel alterius effectus, qui sit ipsis molestus; verè tamen terminatur ad ipsum non esse Dei: & hæc est ratio verè terminatiua, quauis molestia punitionis, & affectus diuini sit ratio motiua, ut bene explicat Caiet. 2. 2. *quest. 34. art. 1. cit.*

Et hoc peccatum rectè dicitur esse omnium maximum; tum, quia directè opponitur virtuti omnium maximæ, quæ est charitas in Deum; & semper illud est pessimum, quod est contrarium optimo, ut dicitur 8. *Ethic. cap. 16. sub inuicem pag. 204. in fine*; tum, quia maxime per se importat auersionem à Deo; sicut & charitas per se importat conuersionem; cum tamen alia peccata solum importent quasi per aliud; & qui fornicatur, verbi gratia, ideo auertatur à Deo, quia inordinatè appetit delectationem, quæ habet annexam auersionem, ut bene explicat S. Thomas 2. 2. *quest. 34. art. 2.*

Deinde peccatur contra hoc præceptum peccato omissionis, si actualis dilectio tunc omittatur, quando specialiter est in præcepto. Et ad hunc modum reducuntur plures aliæ omissiones particularium circumstantiarum, ut, verbi gratia, si non ametur principaliter, & vltimè propter se; neque omnia referantur tandem in ipsum; sed ipse referatur in aliquid aliud; si non ametur appetitiuè super omnia, sed aliquid aliud plus æstimetur, quam ipse, ut bene explicat Tolet. *lib. 4. cap. 9. cit.* & Sanchez *lib. 2. cap. 35. num. 10.* Neque est, quod in his diuini immoremur, cum casus particulares iam satis sint explicati in superioribus.

Potest præterea, inter peccata, quæ sunt contra hoc præceptum dilectionis diuinæ, numerari peccatum acediae, quod propriè est contra gaudium charitatis, cum sit tristitia de bono diuino, in quantum est bonum nostrum, & in nobis reperitur; & ratione laboris, & molestiæ, quam habet adiunctam, nobis displicet. Sed de hoc satis egimus, dum ageremus de *virtu capitalibus, lib. 3. dispensatione 37. & 38.*

DISPUTATIO XVI.

De iis, quæ pertinent ad alterum charitatis præceptum, quod est de diligendo proximo.

1. De fide est, quod proximus sit diligendus ex charitate.
2. De diligendo proximo non solum est præceptum naturale, sed etiam supernaturale.
3. Et debuit specialiter exprimi ultra præceptum de diligendo Deo.
4. Modus diligendi proximum, sicut nos ipsos, vel sicut Christus dilexit nos, in quo consistat.
5. Præceptum diligendi proximum, quare dicatur præceptum nouum.
6. Quo tempore obliget.

7. Communiter ad præceptum hoc præceptum facis est dilectio naturalis.
8. Imprecationes, quæ in Scriptura habentur contra peccatores, quomodo sint intelligende.
9. Licetum est optare, & precari inimico aliquod malum corporale, aut temporale, propter aliquod minus bonum.
10. Quauis propter periculum odij rarissimum est, ut non optetur, nisi sub conditione.
11. Odium, erga inimicos omninò est deponendum, neque sunt excludendi a generalitate dilectionis.
12. Salutationes, & resalutationes quomodo sint debite inimicis.
13. Inimicum non est necessario recipiendus in familiaritatem priorem.
14. Non est cogendus salutare inimicum, qui ante inimicitiam eum non salutabat.

PRÆCEPTUM charitatis etiam esse de diligendo proximos, nemini potest esse dubium, cum sit de fide, ut notat Suar. *disp. 5. de charit. sect. 4. num. 1.* & expressè habetur in Scriptura; tam veterè, quam noua. *Leuitici 19. Diliges amicum tuum, sicut teipsum.* & *Matth. 22. vbi post explicatum primum, & maximum mandatum de diligendo Deo subditur: Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* & *Ioan. 13. Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexistis vos.* & *1. Ioan. 4. Hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.* Et certum est, ex S. Thoma 2. 2. *quest. 44. art. 7.* quod his locis idem intelligitur appellatione amici, & fratris, quod appellatione proximi: quia enim, qui sunt nobis propinqui, & quasi affines propter participationem eiusdem naturæ intellectualis, & propter capacitatem eiusdem beatitudinis, & ideo appellantur proximi, ut *suprà* diximus *disp. 10. num. 3.* verè habent esse ab eodem principio, & quasi parente, id est, Deo, rectè dicuntur etiam patres, cum hoc nomine illi intelligantur, qui ab eisdem nati sunt, & ab eadem radice habent esse, ut patet ex Aristotele 8. *Ethic. cap. 12. pag. 28. in fine*; & quia ita amantur propter has ipsas rationes, ut non amentur in bonum, & commodum alicuius alterius: sed nostrum amorem in illis sistimus, quantum possibile est, eoque verè amamus propter ipsos, rectè dicuntur etiam amici, & charitas, propterea est ad illos, verè est amicitia, ut explicauimus eadem *disp. 10. num. 12.*

Et quoniam charitas non solum est supernaturalis, & infusa ad Deum, & proximum supernaturaliter diligendum; sed præter illam etiam datur charitas naturalis, qua Deus diligitur, & author naturæ, & propterea naturaliter cognoscitur diligendus, & qua proximus diligitur in ordine ad societatem ciuilem, & ad finem naturalem, ut *suprà* diximus *disp. 7. num. 13.* præceptum hoc de diligendo proximo non est dicendum esse tantummodo naturale, ut vult Caiet. apud Suar. *disp. 5. sect. 4. cit. num. 2.* quasi proximus ex obligatione præcepti nunquam sit diligendus supernaturaliter: sed est etiam diligendus supernaturaliter, ut probat *ibidem* Suar. & etiam proximus est aliquando supernaturaliter diligendus, sicut & ipsa diuina bonitas supernaturaliter cognita facit illum supernaturaliter diligibilem, ut diximus *disp. 9. num. 6. & 7.* id enim expressè significatur locis citatis Scripturæ, quando præceptum de diligendo proximo dicitur simile præcepto de diligendo Deo; & quando proximus dicitur diligendus à nobis, sicut nos dilecti sumus à Christo;

1. De fide est, quod proximus sit diligendus ex charitate.

2. De diligendo proximo non solum est præceptum naturale, sed etiam supernaturale.

Christo; cum tamen certissimum sit, quod præceptum de diligendo Deo sit supernaturale, & quod Christus nos dilexerit supernaturaliter.

3. Et debuit specialiter exprimi ultra præceptum de diligendo Deo.

Et quoniam ex ipsa obligatione, & præcepto diligendi Deum necessarid consequatur etiam obligatio diligendi proximum, in quo reducet ipsa bonitas, & amabilitas Dei; adhuc tamen fuit conueniens specialiter exprimi, & addi præceptum de diligendo proximo, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 44. art. 2. & Valent. 2. 2. disp. 3. quæst. 19. puncto 2. S. Neo. satis fuit. col. 828. quia debuit etiam rudibus, & his, qui ex se non satis intelligunt, quid ex quo consequatur, clarè innotescere talis obligatio; & qua ratione in scientiis non solum proponuntur principia, in quibus continentur virtute conclusiones; sed etiam distinctè proponuntur, & explicantur ipsæ conclusiones, prout deducuntur ex principiis; quia ita postulat minor capacitas eorum, qui non satis eas cognoscunt in principiis, vt notat S. Thomas ibidem, & 1. 2. quæst. 91. art. 3. & quæst. 94. art. 2. & quæst. 100. art. 1. ad 2. ita & in moralibus non solum debent proponi illæ directiones, & illa præcepta, quæ nos benè ordinant ad finem virtutis, & in quibus continentur alia; quæ sunt circa media; sed optimum est, vt hæc quoque in se explicentur, propter eos, qui sunt minus capaces, & qui non facile aduertunt, quod continentur in aliis. Et eandem ob causam, vt consulari tarditati, & minori capacitati mulcorum, explicite proponuntur in Scriptura obligationes, & præcepta plurimum actuum, qui consequuntur ex dilectione proximi, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 44. cit. art. 3. ad 2. vt verbi gratia; de actu gaudij, ad Philipen. 4. Gaudete in Domino semper. de pace habenda, ad Hebræos 12. Pacem sequimini cum omnibus. de benè merendo de omnibus ad Galat. vlt. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. & sic de aliis. Et quoniam præcepta negatiua virtute contineantur in affirmatiuis oppositis, vt subdit S. Thomas ibidem, ad 3. sæpè tamen exprimuntur, & explicantur in se, & vt distincta, vt verbi gratia, præceptum prohibens odium proximi. Leuit. 19. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. prohibens discordiam, 1. Cor. 1. Id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. prohibens scandalum ad Roman. 14. Ne ponas offendiculum fratri, vel scandalum.

4. Modus diligendi proximum, sicut nos ipsos, sicut sicut Christus dilexit nos in quo consistit.

Debet ergo, qui ex mandato Dei diligit Deum, ex mandato etiam Dei diligere proximum, & fratrem suum, vt dicitur 1. Ioan. 4. & dicitur Matth. 22. debere illi diligere sicut seipsum, præscribitur illi modus, quo debet diligere: & per particulam, sicut, non significatur omni modo æqualitas, quoad omnia; sed solum similitudo quoad aliqua, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 44. cit. art. 7. in cor. Syn. verb. charitas, quæst. 31. & omnes communiter; & habetur cap. Charitas est, de pænâ, dist. 2. ex S. Prospero lib. 3. de vita contemplatiua, cap. 13. & præcipud quoad tria, id est, primò, quoad finem diligendi, vt, scilicet, proximum diligat propter Deum, sicut & propter Deum diligit se, & sic dilectionem proximi eliciat sanctam; secundò, quoad obiectum, seu regulam diligendi, vt; nimirum, non expetat proximo, nisi id, quod verè est bonum, sicut & hoc tantum expetit sibi; & sic dilectionem eliciat iustam; & denique quoad rationem diligendi, vt, scilicet, illum diligat propter bonum ipsius, & vt postulat vera ratio, caritas non autem propter utilitatem, aut commodum proprium, & sic dilectionem eliciat ve-

ram. Et hic idem modus quoad hæc tria præscribitur Ioan. 13. & 15. simili locutione Christi Dominus. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. similiter enim particulam, sicut, non significat æqualitatem, sed similitudinem, sicut & Matth. 5. dum iubemur esse perfecti: sicut & Pater noster celestis perfectus est, vt benè notat S. Athan. Serm. 4. contra Arianos. circa medium, & apud Valen. puncto 2. cit. S. Hoc igitur postulo. col. 828. & ex S. August. in 95. in Ioan. idèd, ponit Christus Dominus modum hunc diligendi per hæc verba: sicut dilexi vos, quia intèdit distinguere dilectionem proximi ex charitate à dilectione purè carnali, & mundana; & sensus est: Diligite inuicem, non sicut se homines diligunt, in quantum sunt homines; sed sicut se diligunt, in quantum sunt Dei, & filij Altissimi omnes, & fratres illius, qui est vnicus Filius Dei, & qui ego ipse sum. Quare, quemadmodum Christus dilexit nos sanctè, & iustè, & verè; amando nos solummodo propter Deum, & volendo nobis solummodo vera bona, & quatenus sunt nobis bona: ita & nos debemus diligere inuicem; & ratione huius imitationis ad dilectionem Christi, quæ nobis præcipitur, & proponitur ab ipso Christo, dicitur specialiter hoc præceptum dilectionis esse præceptum ipsius Christi, & nouum, Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. & cap. 13. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt notat Valen. puncto 2. cit. S. Nam, vt interpretatur ex eodem S. Augustino loco citato, in quantum, scilicet, dilectio proximi in lege veteri non erat præcepta sub imitatione Christi, & sub illius exemplo, qui per incarnationem, & per Eucharistiam nos omnes sibi vnigit, & archissime copulauit, & pro nobis animam posuit, vt. & nos, inuicem amaremus, tanquam vnitos specialiter in ipso Christo; & in hoc cognoscentes charitatem ipsius; quoniam ipse pro nobis animam suam posuit, intelligemus similiter, quod etiam nos debemus pro fratribus animas ponere, vt dicitur 1. Ioan. 3.

5. Præceptum diligendi proximum quare dicitur præceptum nouum.

Quod si quæras, quo tempore specialiter obliget hoc præceptum dilectionis proximi, respondent Suar. disp. 5. de charit. sect. 4. n. 4. & Valen. 2. 2. disp. 3. quæst. 19. puncto 2. 6. Tempus verè, col. 829. & Reginald. in praxi, lib. 17. cap. 1. sect. 2. num. 122. pag. 41. col. 2. tunc obligare, quando tenemur ei benefacere, siue corporaliter, siue spiritualiter, hoc est, ad positiuè eliciendum actum internum dilectionis proximi nunquam tenemur, per se loquendo, sicut tenemur ad positiuè eliciendum actum internum dilectionis Dei: sed solum tenemur per accidens ratione actus externi: quia enim actus internus non patet proximo, sicut patet Deo; & per se loquendo, ad nihil illi prodest, sicut prodest Deo, vt sic dicam, ad honorem, & cultum; non debuit per se solus, & ratione sui poni in præcepto; sed satis fuit, si poneretur ratione actus externi, & in quantum esset necessarius ad benè illi faciendum, & opere ipso externo eum diligendum.

6. Quo tempore obliget.

Et idem est, si forte sit necessarius ad vincendam aliquam tétationem interni odij, vt subdunt iidem Authores. Et communiter in his casibus potest sufficere actus naturalis secundum substantiam, vt notat Nauar. in Man. cap. 24. num. 8. & 9. & Suar. num. 4. cit. quoniam non sit negandum, quod aliquando possit contingere obligatio etiam ad actum supernaturalem, vt, verbi gratia, si sit illudandum consilium, vel auxilium circa rem supernaturalem, & sit iuuandus circa negotium æternæ salutis; vel tam grauis, & tam molesta sit contra illum tentatio

7. Communiter ad implendum præceptum fuit est dilectio naturalis.

tentatio interni odij, & externæ vindictæ, vt prudenter non credatur vinci, nisi per actum dilectionis supernaturalis, vt subdunt iidem Authores.

Atque hæc debent intelligi de iis omnibus proximis, ad quos extenditur charitas, ac proinde etiam de peccatoribus, & inimicis, vt supra diximus disp. 10. num. 8. 9. & 10. & patet ex S. Thoma 2. 2. q. 25. art. 6. & 8. & debet etiam ipsi ex charitate amari, non quidem secundum culpam, & in quantum sunt peccatores; sed secundum naturam, & in quantum sunt homines; & à generalitate nostræ dilectionis non debemus positiuè, & specialiter excludere inimicos; sed contra parati esse debemus etiam illis in speciali benè velle, & benè facere, si occurrat necessitas. Neque imprecationes, quæ passim in Scriptura leguntur contra peccatores, oppositum probant: nam ex S. Thoma 2. 2. quæst. 25. art. 6. cit. in responsione ad 3. & quæst. 83. art. 8. ad 1. primò intelliguntur in sensu tantummodo enunciativo illius, quod verè ipsi euident, nisi respiciant: quomodo Prophetæ sæpè solent in figura imprecantis futura prædicere, vt notat S. Augustinus de Sermonibus Domini in monte, lib. 1. c. 42. post medium, tom. 4. Deinde, si intelligantur in sensu optatiuo, solum intelliguntur ad correctionem ipsorum peccantium, & ad destructionem, & abolitionem peccati; non autem in odium, & malum personæ. Et terribè possunt intelligi ex conformitate ad diuinam iustitiam, quæ iustissime punit, & damnat suo tempore perseuerantes in malo, & qui non lætetur in perditione viuorum, vt dicitur cap. 1. lætatur tamen in sua iustitia: quia est iustus, & iustitiam dilexit, Ps. 19. eique potest, ac debet conformari quilibet alius, qui sit iustus: vnde & dicitur Psal. 57. Latabitur iustus, cum viderit vindictam. non quidem in quantum est pœna, & malorum eorum, qui puniuntur; sed in quantum est iustitia, & bonum ipsius Dei punientis. Et eadem ratione debet intelligi id, quod habetur Apocal. 6. quod animæ interfectorum propter verbum Dei, id est, animæ Martyrum, voce magna clamant, & petant vindicari à Domino eorum sanguinem: vt enim habet S. Augustinus de Sermonibus Domini in monte, lib. 1. cit. cap. 45. circa med. tom. 4. & lib. 2. de quæst. euang. cap. 45. eodem tom. 4. & ex illo S. Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 8. ad 2. vindicta Martyrum hæc est, vt euerteretur regnum peccati; quo regnante tot, & tanta perpessi sunt: & hanc vindictam à Deo postulant suis clamoribus: & si dicantur postulare vindictam, & punitionem etiam ipsorum peccantium, non tam postulant illam vocibus, & formaliter, quam ratione, & obiectiue, in quantum eorum sanguis iniuste fusus omni iure, & omni ratione dignissimus est; qui vindicetur per diuinam iustitiam: sicut & dicitur Gen. 4. vox languinis Abel clamare de terra contra Cain interfectorem, vt subdit S. Thomas ibidem, ex libro de quæstionibus veteris, & noui Testamenti, quæst. 68. inuer Opera S. Augustini, tom. 4.

8. Imprecationes, quæ in Scriptura habentur contra peccatores, quomodo sint intelligende.

9. Licetum est optare, & precari inimico aliquid malum corporale, aut temporale, propter aliquod maius bonum.

Ex hoc verò, quod sit licitum optare proximo, & precari aliquid malum, ad effectum, vt corrigatur, & respiciat à culpa idque sit licitum, etiam si persona, cui malum optatur, sit inimica, vt habet expressè Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 83. citata, ad tertium, & ex communi sententia probat Reginald. in praxi, lib. 17. cap. 12. sect. 2. num. 119. pag. 41. tom. 2. & alibi diximus, dum ageremus de vitis capitalibus, lib. 3. disp. 25. num. 5. neque id sit contra charitatem, cum correctio, & respicientia sit maius bonum, quam carentia ali-

cuius incommodi, aut mali corporalis, aut temporalis; rectè colligit Suar. disp. 5. de charit. sect. 5. m. 2. id esse verum, dummodo tale, ac tantum malum tantummodo illi optetur, quale, ac quantum est necessarium ad illum bonum finem, qui intenditur; non autem optetur malum maius, si potest sufficere malum minus: & hac ratione non esse licitum optare vitori per se, & directè damnationem æternam, cum hæc non possit esse necessaria, per se loquendo, ad vllum bonum, siue priuatum, siue publicum; & etiam Hæreticis, & aliis viris pessimis, qui fortè in Ecclesia corrumpunt fidem, ac mœurs, & quorum respicientia, & correctionis nulla esset spes, possit sufficere, si directè optetur sola mors temporalis, quomodo optatur ad Galat. 5. Vtinam abscondantur, qui vos conturbant. & damnatio consequens relinquatur diuinæ iustitiæ: & quantum est ex parte optantis, vel positiuè excludatur à desiderio, vel saltem negatiuè non includatur; sed solum permittatur, si fortè est secutura ex illius impœnitentia. Et à fortiori idem est de malo culpæ, quod similiter nulli potest optari licitè, cum ad nihil sit bonum, aut necessarium. Si quis verò, ex suppositione, quod aliquis esset certè damnandus, & nulla esset spes, quod à peccatis deberet respicere, & pluribus aliis exemplo, & verbis multum obesse, optaret illi, vt citò damnaretur, ne peccata peccatis adderet, & ne plures alios secum traheret in eandem damnationem, non faceret contra charitatem, vt notat Reginald. num. 118. Neque ex eo, quod tale aliquod malum non possit, verbi gratia, à me licitè inferri meo inimico, sequitur, quod neque etiam possit licitè illi optari: siquidem non optatur, vt inferendum à me, vel ab alio, qui non habeat potestatem inferendi; sed solum vt inferendum per suas causas legitimas, & à quibus possit iure inferri, vt benè subdit ibidem Suar. Et si fortè contingat, vt inferatur de facto per causam illegitimam, & indebitam, licitè possimus gaudere de ipso euentu, quem prius licitè optauimus, vt notat Reginald. loco citato, num. 126. quoniam non possimus gaudere de modo, & de causa, per quam euenit.

Atque hoc modo non est contra charitatem, etiam erga amicum, si quis illi optet, & petat à Deo, vt citò tollatur de mundo, etiam per mortem violentam illatam à Iudice per sententiam iustam; vel vt graue infortuniū illi eueniat, si fortè id credat posse, aut debere multum illi prodesse ad salutem spiritualem, & ad consecutionem beatitudinis; vel, si mater infanti recens nato, & baptizato, & capto ab infidelibus, mortem optet, & precetur à Deo, antequam veniat ad vsum rationis, ne postea peruertatur, & fidem deserat; vel, si quis sibi ipsi, aut filijs, vel amicis, mortem optet sub conditione, quod Deum sit offensurus: quia in his omnibus casibus non optatur malum; sed maius bonum, vt notat Reginald. lib. 17. cap. 12. sect. 2. cit. num. 20.

Et idem est, si alicui ad terminandam vitam miseriam ex maximis doloribus corporalibus, vel ex maxima ignominia, & infamia, in quam fortè incurrit, vel ex maxima egestate, optetur mors, quam ipse etiam sibi licitè optat, & à Deo precatur, vt malum minus, imò vt bonum ad fugam, & terminum mali maioris.

Et eadem ratione non est contra charitatem proximi, si Princeps pro defensione boni publici optet, & inferat bellum alteri Principi, vel homicidis, & furibus velit, & inferat penam mortis, & aliis delinquentibus pœnas proportionatas eorum delictis: quia & finis est per se bonus, id est, defensio,

fenſio, & conſeruatione boni communis, & media ad illum ſunt neceſſaria, id eſt, bellum, & punitiones; & idem tam intentio finis, quam electio mediocum eſt bona, nec deſt illi poteſtas publica, ex qua ſit bona etiam executio. Et contra poteſt quidem unusquiſque vir probus licite optare alicui improbo morbum aliquem corporalem, aut aliquod huiusmodi temporale incommodum, ad effectum, vt reſpicat à ſua improbitate: non tamen licite poteſt dare illi portionem morbiſicam, aut aliud damnum re ipſa inferre; quia non habet ad id poteſtatem; & deſiderium, quod eſt licitum, non eſt de morbo, vel damno à ſe inferendo, aut progurando; ſed de immittendo ab ipſo per cauſas legitimas.

10. *Quamquam propter periculum odij tuiffimum eſt, ut non optetur, niſi ſub conditione.*

Ceterum, quia periculum eſt, ne hæc deſideria mali corporalis, aut temporalis erga inimicos potius ex odio oriatur, quam ex zelo iuſtitie, aut alterius boni maioris, tutius eſt, ſi hæc etiam mala illis non optentur, niſi forte ſub conditione, quod illis, vel alijs certo ſint profutura. Et erga inimicos, quanvis non tenemur poſitiue elicere actus amoris, niſi quando ſunt in extrema neceſſitate, & tenemur opere ipſo illis ſuccurrere, ſicut & alijs omnibus proximis; vt notat S. Thomas 2. 2. quaſt. 25. art. 9. ſemper tamen tenemur non elicere poſitiue erga illos actus odij, niſi poſitiue non facile mala, quatenus mala illorum ſunt; & præterea ſemper tenemur poſitiue illos non excludere à generalitate noſtri amoris, quem habemus generaliter ad omnes proximis, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quaſt. 25. art. 8. & qu. 83. art. 8. Imò, & poſitiue tenemur erga illos deponere odium, & omnes iniurias ex corde remittere, iuxta illud Matth. 6. *Si non remiſeritis unusquiſque featri ſuo de cordibus veſtris.* Idque etiam exterius illis ſignificare, ſi petant veniam, ne alioqui hæc ipſa negatio externæ ſignificationis ſit ſignum odij, vt explicauimus, ſum ageremus de vitijs capitalibus, lib. 3. diſp. 23. num. 4. & ſeqq. Et eadem ratione, ſi quis beneficium conferat toti Communitati, tenetur non excludere inimicum ex eo capite, quia ſit inimicus; quia ſimiliter id eſt ſignum odij; poteſt tamen licite excludere ex alio capite, verbi gratia, quia excluduntur plures alij; quia ipſe non eſt præſens in ciuitate; quia eſt rebellis Principi.

Atque hoc modo ex Reginaldo lib. 17. cap. 12. num. 121. eſt mortale ex ſuo genere, ſi legando aliquid in beneficium Communitatis, excluderet à participatione illius inimicum, ex ea ratione, quia eſt inimicus, vel orando generaliter pro omnibus: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* vel vt Deus carceres adaperiret, & vincula diſſolueret, eundem inimicum excluderet, niſi forte ipſemet iuſte illum derineret in carcere.

Et quod dicimus de ſignificanda exterius inimico remiſſione iniuriæ, ſi petat veniam, idem eſt intelligendum etiam de alijs externis ſignificationibus interne charitatis, & dilectionis, quæ generaliter omnibus exhibentur; & idem non ſunt illi neganda communia ſigna beneuolentiæ, quæ communiter alijs non negantur, & quorum negatio facta ſpecialiter inimico, eſt erga illum ſignum odij, & pro tali communiter haberetur, ſiue ex ſe, ſiue ex circumſtantijs, vt patet ex S. Thom. art. 9. cit. Sylu. verb. *Charitas*, num. 3. verſ. *Quintò.* Naqar. in *Man. cap. 14. num. 25.* Suar. diſput. 5. de charit. ſect. 5. num. 6. & ſeqq. & alijs communiter.

Et ex hoc capite non eſt inimico neganda reſalutatio, ſi ipſe prius ſaluret; quia communiter ex communi vrbantate nulli negatur; & non poſſet com-

11. *Odiū erga inimicos omnino eſt deponendum, neque ſunt excludendi à generalitate dilectionis.*

12. *Salutationes, & reſalutatio-*

Salutationes, & reſalutatio-

muniter non accipi, vt ſignum odij, ſi negaretur inimico, vt notat Reginal. lib. 17. cap. 2. ſect. 2. cit. modo ſit de. Suar. diſp. 5. ſect. 5. cit. num. 8. & Valen. 2. 2. diſp. 3. quaſt. 3. puncto 2. §. *Hinc ſequitur primo.* col. 586. Et idem eſt de prima ſalutatione, ſi eorum alter, inter quos intercedunt inimicitia, ſit conditionis inferioris, & idem ex communi conſuetudine ſoleat alterum præuenire ſalutationibus, & ſignis honoris, vt ſubdit Valen. *ibidem*: vel ſi primus ipſe iniuriam intulit, & idem primus tenetur petere veniam, & dare ſigna communis beneuolentiæ, vt notat Reginal. num. 25. verſ. *Porro, qui poſſio eſt.* vel ſi ex circumſtantijs imminet ſcandalum, & gratiores inimicitia, niſi præueniant ſe inuicem; vt etque vtrunque; vel, ſi ſit necellarium ad deponendam internam odium ex parte præuenientis; vel ad placandum alterum, & faciendum. vt etiam ille deponat odium, vt ſubdit Suar. & Reginal. *ibidem*. Et quanvis, per ſe loquendo, ſalutatio ſit ſignum poſitiuum beneuolentiæ, quod exhibetur ſpecialiter huic, aut illi; non autem omnibus generaliter, & ſolum exhibetur ex debito morali, & gratuito, quale eſt debitum amicitia, vt ſup. diximus diſp. 12. num. 9. ex Ariſtotele 8. *Ethic. cap. 13.* & S. Thoma 2. 2. quaſt. 23. art. 3. ad 1. & idem illius negatio, per ſe loquendo, nulli ſit iniurioſa, cum ſimpliciter nulli ſit debita; ex accidente tamen facile poteſt accidere, vt ſit debita ſaltem ex charitate huic, & nunc, & in his, aut illis particularibus circumſtantijs: & illius omiſſio poterit eſſe peccatum tantummodo veniale, ſi malum, quod ex illa conſequitur, ſit tantummodo leue, vel etiam poterit eſſe mortale, ſi malum ſit graue, vt notat Reginal. & Suar. *locis citatis.*

13. *Inimicus non eſt neceſſarius recipiendus in familiaritate priorum.*

Postquam verò aliquis exhibuit inimico huiusmodi ſigna, eumque reſalutauit, aut etiam ſalutauit, non tenetur ulterius eum recipere in familiaritatem priorum, aut illi conuiuere, vel frequenter, & diu cum illo colloqui, vt conſueuerat prius; quia id neque etiam amicis eſt debitum, & licite poteſt cum illis omitti, quando ita placuerit: & idem multò minus eſt debitum inimicis, quos poſitiue non tenemur diligere, niſi quando grauius indigent noſtra ope, vt ſup. diximus num. 6. Vnde ex hoc capite, quod quis nolit recipere inimicum in familiaritatem priorum, non eſt illi à Confellario neganda abſolutio, vt notat Reginal. num. 124. ex Nau. cap. 14. num. 25. Sylu. verb. *Charitas*, num. 4. Caiet. 2. 2. quaſt. 25. art. 8. & 9. quanquam debeat diligenter examinari, vtrum hoc proueniat ex odio, quod adhuc retineatur in corde, & nondum ſit deſiſtitum; & ſi forte ſit ſcandalum, & hæc negatio familiaritatis communiter accipitur, vt ſignum odij adhuc perdurantis, & non depoſiti: remouendum eſt huiusmodi ſcandalum per alia ſigna magis communia, & per formalem aſſertionem, ſi opus eſt, etiam iuratum, quod familiaritas non negetur ex odio; ſed ex aliqua alia cauſa. Neque ex eo eſt quis damnandus à Confellario, tanquam retinens, & grauius peccans peccato odij, quia ſentiat illius motum in parte ſenſitua; vel, quia ex recordatione iniuriæ etiam ſentiat in voluntate inclinationem, & propenſionem ad illud; dummodo ſemper abſit conſenſus, vt notat Reginal. num. 117. cum huiusmodi ſenſus, & inclinatio, vel propenſio non ſit in noſtra poteſtate: & idem non ſit peccatum. Et bonum eſt, vt hoc bene doceatur, qui ſunt rudiores, ne alioqui facile peccent peccato odij ex conſcientia erronea, vt idem ſubdit: quanquam etiam eſt bene cauendum, ne hoc documentum non bene capiant, & minus diſtinguentes inter ſenſum odij

odij, & inter conſenſum, pütent ſibi licere, quod eſt verè illicitum.

Et ſimiliter ex eodem Reginal. n. 125. qui ante acceptam iniuriam ab aliquo, & ante contractam cum illo inimicitiam non conſueuerat illum alloqui, aut ſalutare, non eſt cogendus à Confellario, vt id faciat poſtea; ſed ſatis eſt, ſi declaret, ſe odium non habere, & iniuriam ex corde illi remittere; & cum illo non agere, non quidem ex odio, ſed quia non habet, quod agat, ſicut neque habebat prius.

DISPUTATIO XVII.

Quibus modis contingat ſpecialiter peccari contra charitatem proximi.

1. *Contra charitatem proximi poteſt peccari per exceſſum, & per defectum.*
2. *Si ex amore proximi fiat aliquid contra Deum, eſt peccatum per exceſſum.*
3. *Odiū proximi eſt intrinſecè malum.*
4. *Et ex ſuo genere eſt peccatum mortale.*
5. *Et grauiſſimum inter ea peccata, quæ committuntur in proximum.*
6. *Si attendatur ipſa deordinatio, & malum peccatis; non autem ſe attendatur externū nocumentum, quod ſit proximo per aliqua alia peccata.*
7. *Quo differat peccatum odij ab alijs peccatis, quibus optatur, & inferitur malum proximo.*
8. *Aliū odij non differunt ſpecie pro diuerſitate malorum, quæ optantur alteri.*
9. *Odiū Dei, & odiū proximi quomodo differant ſpecie.*
10. *Odiū Demonum erga homines non differat ab odio erga Deum.*
11. *Odiū proximi in ſe, & abſolute conſiderati, non opponitur charitati ſupernaturali.*
12. *Odiū proximi, quod non opponitur charitati ſupernaturali, quodnam ſit.*
13. *Odiū proximi circa mala ſpecie diuerſa, quomodo non differat ſpecie.*
14. *Peccata odij quomodo explicanda in Confeſſione.*
15. *Odiū non eſt vitium capitale.*
16. *Quomodo odiū oriatur ex inuidia.*
17. *Quomodo ex inuidia contingat peccari contra charitatem proximi.*
18. *Etiā ex diſcordia peccatur contra charitatem proximi.*
19. *Diſcordia ex proprio genere eſt peccatum mortale.*
20. *Etiā ex diſſenſione, aut diuerſitate opinionum poteſt peccari contra charitatem proximi.*
21. *Ex intentione quomodo peccatur contra charitatem proximi.*

1. *Contra charitatem proximi poteſt peccari per exceſſum, & defectum.*

PECCATA contra præceptum de proximo diligendo poſſunt diuidi in ea, quæ ſunt per exceſſum, vt quando proximus plùs diligitur, quam oportet, & quæ bona illi optantur, quæ non oportet; vel non optantur, prout oportet, & quando oportet, &c. & in ea, quæ ſunt per defectum, vt quando omnino omittimus illum diligere; vel minus diligimus, quam oportet; & quod actus internos poſitiue contra illum elicimus actum odij, & quæ mala optamus, quatenus mala illius ſunt; vel poſitiue triſtamur per actum inuidiæ de illius bonis; vel habemus cum illo diſcordias, diſſenſiones, & contentiones.

Vt ergo paucis agamus de his peccatis, ſi quis ob amorem proximi faciat aliquid contra Deum, vel contra propriam ſalutem, rectè dicitur excedere Baldelli *Theol. Moral. Tom. 11.*

in amore proximi, eumque plùs amare, quam oportet: nam ſemper prima hæc lex eſt habenda in amicitia, vt ab amicis honeſta petamus, & pro amicis honeſta faciamus, neque aliquis debet eſſe amicus, niſi vſque ad aras, vt eſt in proverbio; & qui pro amico Deum offenderet, & propriam ſalutem negligeret, ſaltem interpretatiue, & virtualiter, vel in actu exercito cum præferret ſibi, & Deo: quod ſine dubio non poteſt eſſe ex charitate.

Neque oppoſitum probatur ex illo S. Pauli ad Rom. 13. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatur.* neque enim eſt ſenſus, quod proximis debeamus ſemper optare, & facere bona maiora, & maiora; & quoad hæc nullus ſit terminus noſtri amoris, & deſiderij erga illos; & idem neque poſſimus vnquam peccare per exceſſum amoris, & dilectionis; ſed ſolum eſt ſenſus, quod debitum dilectionis, quod habemus ad illos, non poteſt vnica tantum dilectione diſſolui, ſicut diſſoluitur debitum iuſtitie vnica ſolutione totius pecunie; ſed, quod dilectio ſemper remanet debita pro alijs neceſſitatibus, quæ in futurum poſſunt occurrere; & hoc modo charitatem continuam ſemper debemus ad inuicem, vt dicitur 1. *Petri cap. 4.* & vt habet S. Auguſtinus *epiſt. 62. ad Caleſtinum*; mutuam charitatem ita debemus viciffim reddere, & viciffim recipere, vt quam recipimus, adhuc repetamus; & quam reddimus, adhuc debeamus.

Sed communiter huiusmodi amores inordinati, quos habemus erga proximum, ſolum materialiter ſunt contra charitatem, & formaliter ſunt contra alias virtutes, ad quas pertinent peculiaria obiecta, vt, v. g. contra manſuetudinem, ſi quis optet proximo vindictam de inimicis; contra temperantiam, ſi optet illi expletionem libidinis; contra iuſtitiam, ſi optet lucrum iniuſtum, &c. Poſſunt tamen etiam eſſe ſpecialiter contra charitatem, ſi ex circumſtantijs occurrat neceſſitas optandi oppoſitum ex charitate, noſtroque amori, aut deſiderio ſit ſpecialiter debita reſtitutio charitatis, eaque careat, vt, v. g. ſi imminet proximo graue periculum, aut graue damnum ex his ipſis apparentibus bonis, quæ inordinate illi optantur, eoque periculo, aut damno ſit liberandus ex charitate.

Ex peccatis verò, quæ ſunt per defectum contra charitatem proximi, præter omiſſionem totalem cum amandi, & iuuandi in caſu neceſſitatis; & quando charitas ſpecialiter obligat, vt ſup. diximus diſp. præcedente, n. 6. primo loco occurrit peccatum odij, quo proximus non ſolum non amatur, ſed poſitiue odio habetur, eique malum optatur, quatenus malum illius eſt; & bonum illius contra abominationem habetur, quatenus bonum illius eſt. Et nõ eſt dubium, quod huiusmodi actus ſit peccatum, vt probat S. Th. 2. 2. q. 34. ar. 3. cum opponatur actui amoris; & idem ſit intrinſecè malum, & tantum habeat de ratione mali, quantum è contra habet amor de ratione boni. Debet tamen id intelligi, vt S. Th. *ibid.* explicat, de odio ſecundum id, quod proximus intrinſecè malum habet à Deo, id eſt, ſecundum naturam, & gratiam, ſecundum quæ eſt illi debitus actus amoris: non autem de odio ſecundum id, quod forte habet à ſe ipſo, vel à Diabolo, id eſt, ſecundum peccata, & defectus iuſtitie: hæc enim, cum verè ſint mala, & ipſi habenti, & ſecundum ſe, ſunt etiam verè materia odij; & qui proximum verè amat ex charitate, meritò poteſt illa odiſſe, non modò ſecundum ſe; ſed etiam quatenus reperiuntur in proximo; & ratione illorum meritò poteſt odiſſe proximum, quatenus voluntariè, & culpabiliter illa habet, cum hoc reuera non ſit odiſſe ipſam per odium, quod

aliquid contra Deum, eſt peccatum per exceſſum.

Odiū proximi eſt intrinſecè malum.

appellatur inimicitiae; sed odisse mala ipsius per odium, quod dicitur abominationis; & non modò id non repugnet charitati, & dilectioni ipsius; sed contra sit illi minimè consonum, & conforme: siquidem est eiusdem rationis, quòd amemus bonum alicuius, & quòd odiamus illius malum. Et hoc modo etiam Deus, qui nihil odit eorum, quæ fecit; vt dicitur Sapientia 10. odit tamen omnes, qui operantur iniquitatem, vt dicitur Ps. 5. & detractores rectè dicuntur esse Deo odibiles, ad Rom. 1. & etiam parentes, quos iure naturæ, & sanguinis Exodi. 20. præcipitur honorari; ubi tamen odisse, quantum ad hoc, quòd aliquando præstant impedimentum nostræ salutis, vt patet Luca 14. & hæc odium non est iniquum, & secundum vitium, de quo dicitur Pl. 24. *Et odio iniquo oderunt me.* sed est perfectum, & secundum virtutem, de quo dicitur Pl. 138. *Perfecto odio oderunt illos.*

4. Et ex suo genere est peccatum mortale.

Et quoniam huiusmodi odium per se, & directè opponitur charitati erga proximum, & voluntatem ab illo auerit, ad quem per charitatem formaliter sit conuersa, rectè dicitur ex suo genere esse peccatum mortale, & solum ex indeliberatione, & actus imperfectione, vel ex materiæ leuitate potest esse veniale, vt patet ex Val. 2. 2. disp. 3. q. 11. p. 2. & apud Suar, disp. 6. de charit. sect. 2. initio. Vnde & in Scriptura grauissimè reprehenditur ad Tit. 3. vbi numeratur inter plura alia peccata grauissima: *Erasmus aliquando, & nos ipsi in sapientes, increduli, seruientes desideris, & uol. prauibus variis, odibiles, odientes inuicem.* & 1. Ioan. 3. vbi dicitur habere malitiam homicidij: *Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis, quòd omnis homicida non habet uitam æternam in semetipso manentem.*

5. Et grauissimè inter ea peccata, quæ committuntur in proximis.

Imò, quemadmodum charitas erga proximum est maxima inter eas virtutes, quæ respiciunt proximum: ita & odium est grauissimum inter ea peccata, quæ in proximum committuntur, vt probat S. Th. 2. 2. q. 34. ar. 4. quia, nimirum, quemadmodum charitas bonè ordinat voluntatem erga proximum, & hæc, quando est bonè affecta, & ordinata erga illud, facillimè exit in alias bonas operationes, ad quas disponitur per alias virtutes: ita & odium voluntatem deordinat, & malè afficit; & quando hæc est malè affecta, & deordinata, facillè exit in alias malas operationes, ad quas disponitur per alia vitia. Atque hoc est, quod in proximi dilectione tã operè commendatur ad Rom. 13. dum dicitur is, qui proximum diligit, totam lege impleffe, quæ in Decalogo spectat ad proximum: quia non adulterabis, non occides, non falsum testimonium dices, non corrupfices, & si quid est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. (vel, vt S. August. ep. 29. recapitulatur, id est, summam comprehenditur, vt exponit eo loco Tol.) Diliges proximum, sicut te ipsum. Si verò dilectio proximi, quia malum proximo non operatur, rectè dicitur esse legis impletio, aut plenitudo, & per consequens etiam charitas erga proximum rectè dicitur esse maxima eorum virtutum, quæ malum proximo non operantur: cõteraria ratione, quia odium proximi malum proximo operatur, etiã in illo potest dici quòd instauratur, recapitulatur, aut summam cõprehenditur tota legis transgressio, quæ est de proximo, & aliquo modo etiã ipsu est tota transgressio, ac proinde est grauissimum peccatorum, quæ circa speciales materias committuntur in proximum, vt ibi concludit S. Th.

6. Si attendatur ipsa deo vel alteri, in quem est peccatum, rectè addit, quòd huiusmodi peccatis odium proximi solum ex primo capite, & in ordine

ad ipsum peccantem est grauissimum; non autem ex secundo capite, & in ordine ad nocumentum alterius: quia enim ex S. Augustino in Enchiridion, c. 12. tom. 3. in tantum aliquod dicitur malum, in quantum nocet, certissimum est, quòd peccata, v. g. adulterij, furti, & homicidij, magis nocent illi, contra quem sunt, quàm noceant illi eidem actus odij, quem forte in ipsum habet, & concipit ipse adulter, & ipse fur, aut homicida. Et quia voluntas, quæ deordinatur per actum odij, est in homine quid potissimum, & ex illa est radix malitiæ, & peccati, & totum nocumentum exterius non esset peccatum, si non esset ex voluntate deordinata, hinc est, quòd absolute peccatum odij dicitur grauissimum, & excessus, quem habet super alia peccata ex voluntatis deordinatione, absolute præualeat alteri excessui, quem habent alia ex nocumento externo, vt notat S. Th. ibid. & rectè explicat Caiet. ad eundem artic. 4. §. In eodem articulo, idque est multò probabilius, quàm oppositum, quod habet Val. disp. 3. q. 11. p. 2. ar. 2. Si autem quædam aliquis, col. 729. vbi asserit, si vnde quæque considerentur alia peccata, quæ committuntur in proximum, præponderare illorum excessum quoad nocumentum externum, excessui, quem habet odium, quoad deordinationem voluntatis, & idè illa seuerius prohiberi, & puniri. Contra enim est: quæ actus externus, v. g. furti, aut homicidij, nec punitur, nec prohibetur, nisi vt pronenit ab actu interno. Et quauis vltimò compleat illius malitiam, & sit quasi vltimus illius gradus, vt alibi explicauimus, dum ageremus de peccatis in vniuersum, lib. 2. disp. 14. n. 1. hoc tamen ipsum illi non conuenit, nisi prout intelligitur ab illo proueniens, & simul cum illo; & tota malitia per se, & primò est in actu interno, & solum per accidens, & ratione illius est in externo; & idè dum per se agimus de grauitate alicuius peccati, magis illam debemus considerare in actu interno, in quo est per se, quàm in externo, in quo est solum per accidens, & per ipsum actum internum, cum præsertim actus externus, & actus interius sint moraliter vnicus actus humanus, & externu homicidij, v. g. & voluntas occidendi, sunt vnium tantum peccatū consummatum in sua specie, & peccata, quæ ex sua natura sunt apta consumari exterius, non sunt perfecta, nisi prout exercita in actu exteriori: & idè S. Th. dum comparat peccatum odij cum peccatis externis, non hæc considerat, prout distincta ab interiore voluntate eiusdem actus, aut obiecti interioris; sed prout vnium simul cum illa, vt notat Ban. in Commen. ad hunc artic. 4. & sensus est, quòd peccatum odij, quod perfectissimè consummatum in sua specie per solum affectum interiore, nec dicit ordinem ad vllum actum externum, sicut & charitas, aut dilectio est perfectissima in sua specie per solum actum interni amoris; sit grauissimum ex suo genere, etiam supra peccata externa, quæ sunt de nocumento proximi: quia ex se maximè deordinat voluntatem; & hæc est radix etiam alterius peccati externi, quod potest facillimè imperare, sicut & charitas est radix omnis bonæ operationis externæ, quam similiter facillimè imperat: atque ita ab ipso possunt pendere etiam alia peccata externa, & omnia proximi nocumenta.

non autem attendatur externum nocumentum, quòd sit proximo per aliqua alia peccata.

7. Quo autem modo differat peccatum odij ab aliis peccatis, quibus volumus alteri malum, verbi gratia, ab actu iræ, ex qua volumus, & inferimus mortem; ab actu iniustitiæ, ex qua furamur, & volumus, & inferimus priuationem rei suæ; ab actu inuidiæ, ex qua tristamur de bono alieno, & c. videri potest apud Suar, disp. 6. de charit. sect. 2. num. 4. & apud Azorium part. 1. lib. 3. cap. 12. quæst. 2. col. 199.

8. Quo differat peccatum odij ab aliis peccatis, quibus inferimus malum, & inferimus priuationem rei suæ, & c. videri potest apud Suar, disp. 6. de charit. sect. 2. num. 4. & apud Azorium part. 1. lib. 3. cap. 12. quæst. 2. col. 199.

col. 199. & nos etiam indicauimus, dum ageremus de ira, lib. 3. disp. 27. n. 7. & disp. 35. n. 7. vt enim patet ex S. Th. 2. 2. qu. 31. ar. 4. ad 2. quemadmodum omnia beneficia proximo volita, aut exhibita, reducuntur ad amorem, in quantum considerantur sub communi ratione boni: ita & omnia nocumenta reducuntur ad odium, in quantum considerantur sub communi ratione mali: ad alias verò speciales virtutes, aut vitia solum reducuntur, prout considerantur secundum speciales rationes, vel boni, vel mali. Igitur, siue proximo velimus hoc malum, siue illud, tunc proprie peccamus peccato odij specialiter dicti, quando illud volumus, in quantum est malum illius; eumque ita queramus, vt indignum putemus, cui bonum velimus; sicut & tunc facimus actum amoris specialiter dicti, quando volumus illi bonum, in quantum est bonum illius, eumque putamus verè dignum illo bono: tunc verò peccamus peccato iræ specialiter dictæ, quando volumus, aut inferimus illi mortem, in quantum illam apprehendimus, vt iustam vindictam acceptæ iniuriæ; & tunc peccato inuidiæ, quando apprehendimus bonum proximi, vt diminutiuum nostri honoris, & excellentiæ; & tunc peccato iniustitiæ, quando aduertimus alterius ius, illudque ex priuata cupiditate habendi, vel ex quocunque alio motu violamus, de qua re potest videri etiam Aristoteles lib. 2. Rhetor. cap. 4. versus finem, pag. 78. & apud Sanctum Thomam 1. 2. quæst. 29. ar. 6. vbi asserit, iram semper esse ad singulares personas, verbi gratia, ad Socratem, aut Calliam, à quo est accepta iniuria; odium verò etiam esse ad genera personarum, verbi gratia, ad furem, aut calumniatorem, quem etiam in genere omnes oderunt, & iram sanari tempore, intra quod est sumpta vindicta; odium verò non sanari, cum sit de malo indefinitè, & sine mensura: & denique iram hoc maximè intendere, vt dolorem, & malum sensibile afferat illi, in quem irascitur: quia etiam ab aliis vult cognosci, quòd sumat vindictam, cum tamen odium non curet cognosci ab aliis, sed maximè velit, vt in se affligatur, & malè habeat is, quem odit.

Vnde, quauis odium generaliter acceptum pro omni voluntate mali alterius, includatur in omni peccato, quod est contra proximum, sicut & amor acceptus generaliter pro omni voluntate boni alterius, includitur in omni virtute, quæ est ad illum, vt notat Caiet. 2. 2. quæst. 34. ar. 4. §. In eodem articulo, odium tamen acceptum specialiter non includitur; sed est peccatum speciale per se; vt nec includitur amor specialiter acceptus, & prout explicat eadem quæst. 34. ar. 5. in fine. §. In ar. 5. & 6. & hoc modo de amore, & de dilectione proximi generaliter accepta potest intelligi illud Sancti Pauli ad Rom. 13. quòd dilectio proximi malum non operetur: & idè in illa instaurantur, & recapitulentur omnia mandata Decalogi de non occidendo, non furando, non adulterando, & c. & quòd is, qui diligit, legem implet; & ipsa dilectio est plenitudo, & impletio totius legis: siue enim proximo velimus bona, quatenus bona illius sunt, eumque diligamus per dilectionem specialiter acceptam, siue velimus sub quacunque alia ratione, & honestate, semper illi non operabimur malum: ac proinde dilectio proximi accepta generaliter, est, quæ malum non operatur.

8. Atque ex hoc, quòd odium specialiter, & prescè acceptum specialiter sit de malo, prout est malum illius, in quem est odium, potest intelligi, quomodo actus odij, qui sunt de malis diuersis specie, Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

non differant specie; & siue alicui optemus carentiam rei familiaris, & egestatem, siue infamiam, & carentiam boni nominis, siue mortem, & carentiam vitæ, semper odia sint vnus speciei; & solum differant materialiter, vt probant Caietanus 2. 2. quæst. 34. ar. 6. §. In eodem articulo. 6. & Valent. 2. 2. disput. 3. quæst. 11. puncto 2. ar. conclus. 5. col. 732. & Bannes 2. 2. quæst. 34. artic. 6. dub. 2. conclus. 4. id enim ex eo est, quia omnia mala in hoc conueniunt, quòd sunt mala illius, in quem est odium, & odiu solum specificant sub hac ratione communi, in quantum mala illius sunt. Et quemadmodum actus amoris, & beneuolentiæ, quo volumus alteri bonum vitæ, & quo volumus bonum famæ, aut bonum fortunæ, omnes sunt eiusdem speciei; quia omnia volumus, in quantum bona illius sunt; & actus iræ, quo in vindictam acceptæ iniuriæ volumus alteri mortem, aut rapinam bonorum, aut infamiam, omnes sunt eiusdem speciei; quia omnia volumus sub ratione communi vindictæ, & in quantum singula sunt vindicta iniuriæ: ita & actus odij, quo volumus alteri mala, vt mala illius sunt, & solum sub hac communi ratione, non possunt esse diuersi speciei.

Atque hoc est multò probabilius, multoque verius, quàm oppositum, quod tenet Suar. disp. 6. de charitate, sect. 2. num. 2. vbi asserit, posse quidem habitum, aut vitium odij esse vnus speciei; in quantum respicit omnia mala alterius sub communi ratione mali alterius; non tamen posse id dici de peccato, & actu odij, si eliciatur ex diuerso motu, vel sit de malo diuerso, & secundum propriam illius rationem; quia alioqui odium hominis, & odium Dei non differunt specie; & qui optaret proximo damnationem, & mortem æternam, in eadem specie peccati esset, in qua si optaret solam ægritudinem, aut mortem corporalem, neque teneretur huiusmodi diuersitatem aperire in Confessione: quæ omnia sunt absurda.

Sed contra est: quia, si habitus, & vitium odij conceditur posse esse vnus speciei, idem potest concedi etiam de actu, cum ex communiore, & veriore sententia vnusquisque actus in specie producat habitum sibi tantummodo proportionatum, & solum inclinantem ad actus similes in specie; non autem ad alios: sicut & in viuentibus vnusquodque semen in specie producit viuens sibi proportionatum, & non aliud, vt communiter tradunt Philosophi in materia de habitibus. Et si ratio mali alterius, quauis communis, & generica, potest specificare vnium specie habitum, non obstante quacunque diuersitate motiui, ex quo habitus potest exire in actum, & quacunque diuersitate specifica ipsorum malorum, quæ potest esse sub illa ratione generica: ita & potest specificare vnium specie actum, & ex S. Thoma 1. 2. qu. 29. ar. 1. certissimum est, quòd malum ita est obiectum odij, sicut bonum est obiectum amoris; qui tamen est vnus speciei, non solum in habitu; sed etiam in actu, siue bonum, quod est alteri volitum per ipsum amorem sit vnium speciei, siue non, & siue sit volitum ex hoc motiui, siue ex illo, dummodo sit illi volitum, in quantum bonum illius est.

9. Et magis in specie ad illud, quod dicitur de odio Dei, & de odio proximi, etiam Caietanus, & Bannes, & Valent. supra citati absolute concedunt, quòd differant specie, imò & genere; sicut & differunt communiter peccata, quæ specialiter sunt in Deum, & peccata, quæ specialiter sunt in proximum, vel in nos ipsos, vt patet ex Sancto Thoma 1. 2. questione 72. articulo 4. & satis fusè nos explicauimus, dum ageremus de vitio, LL 2

honestate malorum, quæ optantur abteri.

Odium Dei, & odium proximi quomodo differant specie.

peccatis in uniuersum, lib. 2. disp. 16. Sed ne in hoc contingat deceptio, bene est advertendum, quod odium proximi non fit in eodem genere, in quo est odium Dei; sed, verè ab illo, differat genera: quod tunc accidit, quando non est deordinatum per illam ipsam deordinationem, per quam est deordinatum ipsum odium Dei, id est, per corruptionem illius ordinis, qui specialiter bene nos ordinat erga Deum, etiam excedenter ad rationem humanam, & appellatur ordo rationis diuinæ, vt ibi diximus; sed solum per corruptionem alterius ordinis, qui bene nos ordinat erga proximum, & est ordo rationis humanæ: sicut enim si proximus ametur formaliter, vt est aliquid Dei, & factus à Deo, & propter Deum, non amatur in alio genere, quam in illo, in quo amatur Deus; & idem ordo rationis diuinæ, qui nos ordinat ad amandum Deum, etiam ordinat ad amandum proximum, prout est aliquid Dei: ita, si odio habeatur formaliter, vt est aliquid Dei, similiter tale odium solum est in eodem genere, in quo est odium Dei; quia reuera per illud non tam habetur odio ipse proximus, quam ipse Deus in proximo; & certissimum est, quod idem ordo rationis diuinæ, qui bene nos ordinat erga Deum, etiam bene nos ordinat erga proximum, vt est aliquid Dei, & eadem deordinatio, aut corruptio, vel defectus ordinis, qui formaliter deordinat actum odij Dei, etiam deordinat actum odij proximi, in quantum proximus est aliquid Dei. Et de facto sic accidit in odio, quod habent Dæmones erga homines, vt notat Suar. *disp. 6. sect. 2. cit. n. 2.* siquidem non ex alio capite habent illos sibi inferos, aut contrarios, nisi in quantum sunt aliquid Dei; sicut & boni Angeli non ex alio capite habent homines sibi amicos, aut dignos, qui ab ipsis amantur, nisi quia sunt aliquid Dei; & ab ipso facti consortes gratiæ, & beatitudinis supernaturalis; ad quam sunt facti, & electi etiam ipsi.

Quando ergo dicitur odium proximi differre specie ab odio Dei, quia differt ab illo etiam genere, cum sit peccatum in proximum; & non in Deum, & semper ex regula Arist. in *Antepradic. c. 4.* diuersorum generum, & non subalternatum positiorum diuersæ sunt species, & differentia; non debet hoc intelligi de illo odio, quod habetur in proximum, prout est aliquid Dei, siquidem tale odium verè, & proprie est odium Dei, prout existit in proximo, & potius est contra Deum, quam contra proximum; neque est in alio genere, quam peccati in Deum; neque est deordinatum per corruptionem, aut defectum alterius ordinis, quam rationis diuinæ, quæ absolute prohibet odium Dei, siue in se, siue in aliquo, sui, vt diximus; sed debet intelligi solum de illo odio, quod est in proximum absolute, & in se consideratum, perinde ac si nullum ordinem, aut attentionem haberet ad Deum, quomodo consideratur ab homine ethnico, aut atheo, qui nullam habet notitiam Dei, aut finis supernaturalis: verè enim, qui hoc modo odit proximum, optat illi malum, prout malum ipsum est, & solum in ipso sistit motum sui desiderij; non autem ulterius protendit illum in Deum, sicut protenderet, si apprehenderet proximum, vt rem Dei, & per consequens malum proximi, vt malum Dei, cum semper id, quod est malum rei met, sit etiam in illa malum meum. Atque hoc est, quod asserit Bannes *q. 34. ar. 6. dub. 6. cit. col. 1304.* quod odium Dei, & odium proximi differunt plusquam specie, si illud accipiatur, prout directe opponitur charitati; & hoc, prout directe opponitur amicitia naturali: quia etiam dilectio Dei ex charitate, & dilectio proximi ex amicitia naturali, differunt plusquam

specie: & vtraque hæc conclusio ex eo habet veritatem, quia prima est, de amore proximi, in quantum formaliter est aliquid Dei; & secunda est de amore proximi considerati per se, & absolute, perinde ac si nullum ordinem, aut attentionem haberet ad Deum, & nullo modo esset quid Dei.

Nec obstat, quod etiam bona naturalia sunt amanda proximo ex charitate supernaturali, cum etiam illa sint referenda, saltem virtualiter, in finem supernaturalem, ex quo videtur sequi, quod odium proximi, etiam secundum hæc bona, sit contra charitatem supernaturalem, & in eadem specie cum odio Dei. Contra enim est: quia per odium proximi, prout directe opponitur amicitia naturali, non illud intelligimus, quod est quomodocumque secundum bona naturalia; sed illud, quod est de proximo consideratum in se, & absolute, sine villo ordine, aut referibilitate in Deum, quale potest esse non solum in homine ethnico, aut atheo, qui absolute nullam habet notitiam Dei, aut finis supernaturalis, & referibilitatis bonorum naturalium in ipsum; sed etiam in homine fideli, qui prorsus ignoret huiusmodi referibilitatem, vel de illa sit prorsus oblitus, vel actu non cogitet; & tamen eliciat actum odij in aliquo proximo, eique optet mortem, aut egestatem, vel infamiam, quatenus mala illius sunt, & sistat solum in ipso totum motum sui desiderij, vt diximus; enim in tali casu non peccat contra charitatem supernaturalem, cuius obligationem prorsus ignorat, vel actualiter non aduertit, eiusque odium non est deordinatum per defectum primi ordinis rationis diuinæ; sed solum peccat contra charitatem, aut amicitiam naturalem, & per defectum secundi ordinis rationis humanæ; & hæc ratione tale odium non solum specie, sed etiam genere differt ab odio Dei.

Idque est verum, siue accipiamus huiusmodi peccatum odij formaliter pro ipsa malitia, & deordinatione actuali, aut carentia rectitudinis debita, per quam formaliter constituitur in ratione peccati, siue illud accipiamus materialiter, & denominatiue pro ipso actu, in quo est malitia, & qui per illam denominatur malus: siquidem carentia rectitudinis debita ex charitate, & amicitia solum naturali, verè differt à carentia rectitudinis debita ex charitate, & amicitia supernaturali, sicut & differunt ipsæ rectitudines, quarum vtraque est carentia; & volitio mali humani, prout formaliter est malum proximi, verè differt à volitione mali diuini, prout formaliter est malum Dei.

Ad illud verò, quod asserit Suar. *disp. 6. de charit. sect. 2. n. 2.* pro diuersitate specifica actuum odij erga proximum, quia possunt esse ex motibus diuersis, & de malis diuersis, vt si quis ex ira, & appetitu vindictæ velit alteri mortem, prout malum illius est, vel ex inuidia velit alteri iacturam famæ, aut rei familiaris, &c. bene respondent Caiet. *2. 2. q. 34. ar. 6. cit.* & Bann. *ibid. dub. 2. concl. 4.* in vno, & eodem actu malo posse esse plures malitias, prout ad illum concurrunt plura vitia, id est, alterum imperando, & alterum eliciendo: sicut & contra in vno, & eodem actu bono possunt esse plures bonitates, prout ad illum concurrerint plures virtutes, vel tãquam elicientes, vel tanquam imperantes: & hoc modo si quis optet aliquid, v.g. mortem, aut infamiam, vel rapinam bonorum, in quantum mala illius sunt, primò peccat peccato iniustitiæ, cuius malitia est primaria, & intrinseca, vel essentialis in illo actu, & prouenit ab iniustitia, vt à principio eliciente, & deinde peccat peccato odij specialiter accepti, cuius malitia est secundaria, & extrinseca, vel accidentalis, & prouenit ab odio iniustitiæ, tanquam à principio imperante, & ordinante iniustitiam

12. Odium proximi, quod non opponitur charitati supernaturali, quodnam sit.

14. Peccata odij quomodo sint explicanda in Confessione.

15. Odium non est vitium capitale.

16. Quomodo odium oriatur ex inuidia.

13. Odium proximi circa mala specie diuersa, quomodo non differat specie.

iniustitiam ad suum proprium finem. Et quemadmodum, si quis occidat, vel furetur propter adulterandum, vel hæc faciat propter sumendam vindictam de accepta iniuria, malitia iniustitiæ potest esse diuersa specie, prout in vno actu est circa vitam, & in altero circa bona; & malitia adulterij, aut iræ potest esse eadem specie, tam in homicidio, quam in furto: ita & si quis velit alteri mortem, aut rapinam bonorum, vel etiam de facto illi inferat hoc vtrunque malum, in quantum malum illius est, malitia iniustitiæ poterit esse in duplici specie, & malitia odij erit tantum in vna: neque hoc censeri debet villo modo absurdum. Et ne quis putet, peccatum odij semper, & necessarium esse coniunctum cum peccato iniustitiæ, aut aliquo alio, eum actum assignat Caiet. *loco cit.* tanquam proprium solum odij, & in quo ipsius malitia sit separata ab omni alia, si quis, v.g. optet alteri malum indefinitè, vel etiam generaliter omne malum, prout malum illius est, & præscindat à modo, quo sit inferendum, vel etiam posituè intendat inferri; non contra iniustitiam; sed vel à Deo propter peccata, vel à Principe, & Potestate publica propter delicta.

Siue autem actus odij sit circa proximum, sub ratione, quia est aliquid Dei; & ided non differat specie ab ipso odio Dei; siue sit circa illum consideratum in se, & absolute; & ided differat specie; certum est, quod in Confessione sacramentali non solum est explicanda ipsa species odij; sed etiam circumstantiæ ex parte materiæ, vel ex aliis quibuscunque, quæ augent notabiliter illius malitiam. Et hoc modo ex Caiet. & Valent. *loco cit.* est necessarium explicandum, si actus odij sit per se circa Deum, vel circa proximum, prout est aliquid Dei; & quatenus sit circa proximum per se, & absolute consideratum, debet similiter explicari, si sit de morte, aut de infamia, vel de amissione bonorum; & si hæc mala optentur inferri contra iniustitiam, vel non contra iniustitiam, &c.

Quod verò addit S. Th. *2. 2. q. 34. ar. 5.* odium non esse inter vitia capitalia, satis explicauimus, dum ageremus de vitio capiti. *lib. 3. disp. 22. n. 4.* id enim vel est, quia non est principium aliorum vitiorum in genere causæ finalis, sicut requiritur ad vitium capitale, cum versetur circa malum, vt malum illius, in quem est odium: quo tamen modo non potest habere rationem finis, vt ibi diximus: vel quia non est primum inter vitia, à quo primò incipiat destructio probitatis, & virtutis, sicut requiritur ad rationem capitis; sed potius est vltimè, cum destruat illam probitatem, quæ est maxima, & maximè secundum naturam; & quæ non primò, sed vltimò aliarum destruitur; id est, amorem boni, tantum humani, quam diuini, vt ex professo habet S. Thomas *2. 2. q. 34. ar. 5.* & explicat Caiet. & Ban. *ibid.*

Et similiter, quod habet S. Thomas *eadem qu. 34. ar. 6.* odium oriri ex inuidia; satis explicauimus, dum ageremus de ipsa inuidia *disp. 36. num. 5.* quia enitit in homine vis apprehensiuæ, & appetitiua potest reflectere supra suos actus, non solum potest dari in nobis processus directus ab actu amoris erga aliquem ad actum desiderij, circa bonum illius, quando est absens, & ad actum delectationis, quando est præsens; & similiter ab actu odij ad actum fugæ, & abominationis, & ad actum tristitiæ; sed etiam potest dari processus reflexus ab actu delectationis ad actum amoris, & ab actu tristitiæ ad actum odij: sic enim & facile illos amamus qui nos delectant; & facile illos odimus, qui nos contristant; atque ita non solum potest oriri delectatio ex amore, & tristitia ex odio; sed etiam amor ex delectatione, & odium ex tristitia, vt bene explicat S. Thomas *art. 6. cit. ad primum.* Et hoc modo oritur odium ex inuidia; in quantum facile illum odimus, cuius bonum est diminutum nostræ excellentiæ, & ided nos contristat. Et sicut abominamur illius bonum, non solum in quantum nos contristat; sed etiam absolute: ita & ipsum odimus, non solum in quantum nos contristat; sed etiam absolute, vt notat Caietanus *ad art. 6. cit. §. Potest & breuius.* imò & consequenter protenditur odium, etiam ad Deum, in quantum est author boni proximi, vt subdit S. Thomas *in respons. ad 2.* & similiter odimus etiam Deum, non solum in quantum est author boni, quod nos contristat; sed etiam absolute: siquidem, quemadmodum delectatio facit amari illum, qui delectat, non solum in quantum delectat; sed etiam simpliciter, eiusque bonitatem facit quodammodo crescere secundum apprehensionem in bonitatem simpliciter, & quod reuera non est, nisi bonum delectabile, facit apprehendi, vt bonum simpliciter: ita & tristitia facit odium, qui contristat, non solum in quantum contristat; sed etiam simpliciter, & eius malitiam facit quodammodo crescere in malitiam simpliciter, dum facit apprehendi vt talem, & simpliciter vt talem odiri.

Atque ex hoc ulterius intelligitur, quomodo contingat etiam ex inuidia peccari contra charitatem proximi: contingit enim, proprie loquendo, quando ex inuidia nascitur odium proprie dictum, vt etiam indicauimus, dum agebamus de ipsa inuidia, prout est vitium capitale, *lib. 3. disp. 34. num. 7.* quo etiam loco per plures disputationes fusc egimus de his omnibus, quæ ad ipsam pertinent; & ided non est, quod illa hic repetamus.

Similiter contra charitatem proximi peccatur per discordiam, quando quis animo discordandi ab alio, cum quo ex charitate debet habere eundem sensum, & voluntatem; habet tamen contrarium sensum, & contrariam voluntatem, & res pertinet grauius ad Dei honorem, vel ad bonum proximi, quia enim pax est proprius effectus charitatis, vt probat S. Thomas *2. 2. quest. 29. ar. 3.* in quantum amando proximum, sicut nos ipsos, habemus cum illo idem velle, ac nolle, vt est apud Marcum Tullium in *Dialogo de amicit.* & erga amicum perinde nos gerimus, atque erga nos ipsos: tùm amicus sit alter ipse, vt est apud Aristotelem *9. Ethicorum, cap. 4.* & præterea amando Deum ex toto corde omnem nostrum appetitum in illum referimus, ac proinde neque habemus contrarietatem appetituum cum aliis, neque cum nobis ipsis, quod vtrunque ad pacem requiritur, vt probat idem S. Th. *q. 29. cit. ar. 1.* per discordiam tamen tollitur pax, quoad illud primum de vnione eordum, & voluntatum, & per consequens tollitur charitas erga proximum. Et cum de pace habeatur præceptum ad Rom. *12. Quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* & *2. Cor. 13. Idem sapite, pacem habete.* non potest discordia non esse peccatum, vt probat S. Thomas *2. 2. q. 37. ar. 1.* vbi ait, eam esse ex proprio genere peccatum mortale per contrarietatem, quam habet ad charitatem; dummodo sit discordia per se, & secundum intentionem; non autem solum per accidens ex diuersitate tantummodo opinionum circa aliquod particulare agibile; quæ diuersitas optimè potest stare cum vnione voluntatum, & intentionum, quæ per se est in præcepto. Et sic cum S. Paul. *ad Gal. 5.* dissensiones, id est, discordias, numeret inter opera carnis, de quibus subdit, quod qui talia agunt, regnum Dei non consequentur;

17. Quomodo ex inuidia contringat peccari contra charitatem proximi.

18. Etiam ex discordia peccatur contra charitatem proximi.

10. Odium Deum erga homines non differt ab odio erga Deum.

11. Odium proximi in se, & absolute considerati non opponitur charitati naturali.

inter ipsum tamen Paulum, & Barnabam...

Et quanvis dissensio, aut discordia semper...

Dissensio vero quoad intellectum tantummodo...


Ex discordia, aut dissensione, que importat...

20. Etiam ex dissensione...

21. Ex contentione...

veritatem inuestigandam in re dubia, vt communi...

Ad peccata contra charitatem plura alia possunt...



DISPUTATIO XVIII.

Quomodo ex charitate magis debeat unusquisque...

- 1. Proponitur status questionis. 2. Quis ordo amandi ex charitate exprimat in Scriptura...

23. Iactura proprii boni spiritualis non est subeunda...

1. Proponitur status questionis.

RATER peccata, que hactenus explicauimus...

2. Quis ordo amandi ex charitate exprimat in Scriptura.

Vt ergo agamus de ordine charitatis in diligendo...

neum diligendi nos ipsos magis, quam proximum...

Et quidem quoad bonum in communi, vel indefinitum...

3. Ex charitate magis debet quisque diligere se, quam proximum.

4. Etiam si proximus sit in se melior, & Deo charior.

etiam Deus idem magis amat eos, qui sunt meliores: quia quoad ceteras coniunctiones naturales, omnes sunt illi pares, cum omnes æqualiter sint creati ad illius imaginem, & propter beatitudinem, & solum propter maiorem bonitatem sint illi magis coniuncti, qui sunt meliores; & idem magis amantur.

3. *Quomodo charitas erga se ipsum dicitur non querere, quæ sua sunt.*

Et similiter id, quod dicitur 1. Cor. 13. quod charitas non querit, quæ sua sunt: & cap. 10. quod nemo debet querere, quod suum est; sed, quod alterius: & ad Philippen. 2. quod non debent singuli considerare, quæ sua sunt; sed, quæ aliorum; non significat, quod bonum proximi sit præferendum bono proprio, & quod proximus sit magis amandus ex charitate, quam nos ipsi; sed solum quod bonum publicum, & commune sit præferendum bono privato, vt exponit S. Augustinus in regula 3. tom. 1. & S. Thomas art. 4. cit. ad 3. vel, quod in amando proximo non sit querenda propria utilitas temporalis ipsius amantis, nec proximus sit amandus amore concupiscentiæ; sed sit querenda ipsa utilitas proximi, & hic sit verè amandus amore amicitie, & ipsi amanti sufficere debeat ipsum bonum virtutis, & ipsa honestas charitatis, ex cuius amore illum amat, vt notat Sanctus Chrysostomus humil. 3. in primam Epistolam ad Cor. & Scholastici communiter in 3. dist. 29. sic enim etiam accidit, quando quis patitur damnum aliquod temporale, aut corporale pro amico, & proximo, quomodo dicitur Proverb. 12. quod qui negligit damnum propter amicum, iustus est: & Joaz. 17. quod maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis: nam in tali casu non amat proximum magis, quam se, cum illi solum procurer, & velit bonum temporale, & corporale; sibi autem eligat bonum virtutis, & honestatis, quod est multo nobilius, & præstantius, vt generaliter de quolibet viro probò, qui seclatur honesta, dicitur 9. Ethic. cap. 8. pag. 229. in fine, & specialiter de amico notat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 4. cit. ad 2. & in 3. dist. 22. quæst. 2. art. 5. d. 3. & lib. 1. de regim. Principum, cap. 10. & idem Aristoteles 9. Ethic. cap. 8. cit. & omnes communiter.

6. *Qui patitur pro amico, quomodo non amat amicum magis, quam se.*

Quod si querat, quare de se, suoque corpore amando non sit in Scriptura speciale præceptum, sicut est de amando Deo, & proximo; respondet S. Thomas 2. 2. quæst. 44. art. 3. ad 1. ex S. August. lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 22. & 26. tom. 3. id est ex eo, quia, quantuncunque homo excidat à charitate, semper illi remanet dilectio sui, sui que corporis; & idem satis illi fuit, si præciperetur modus se diligendi; isque est satis præceptum per ipsum præceptum amandi Deum, & proximum: siquidem in hoc continetur, vt vnusquisque amet se propter Deum, & tam corpus, quam sua omnia ad Deum referat; & vt habeat sui amorem, tanquam exemplar; aut formam, siue ideam amandi proximum, vt iam diximus, ac proinde, vt nihil velit, aut faciat sibi, quod proportionem non possit velle, aut facere etiam proximo.

7. *Quare in Scriptura non sit præceptum speciale de se, suoque corpore amando.*

Vt verò magis distinctè, & magis clarè explicemus circa vnunquodque genus bonorum, quomodo debeamus magis amare nos ipsos, quam proximum; hæc videntur notanda specialiter circa bona spiritualia.

8. *In nullo caso est licitum querere, cità quæ sit utilitas, pro quousque bono spirituali proximi.*

Primò, nemini licet in vilo casu velle catere ex propria culpa bono aliquo spirituali, ne illo eodem, aut quouis alio careat proximus. Ita S. Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 4. in fine corp. & quæst. 43. art. 7. ad 5. vbi asserit, ne venialiter quidem esse peccandum pro quolibet bono spirituali, & pro ipsa tota salute proximi. Et idem probat etiam S. Augustinus in Ps. 5. &

lib. contra mendacium, cap. 8. de mendacio, etiam leuissimo: & vniuersaliter de quolibet peccato veniali ex communi sententia notat Valent. 2. 2. disp. 3. quæst. 4. puncto 3. conclus. 2. §. Porro ex hac doctrina. col. 597. & Suar. disp. 9. de charit. sect. 1. num. 7. Oppositum tamen docent aliqui apud Glos. in cap. Quod ad. verbo, Veritiosissimum, dist. 14. & apud S. Thomam 2. 2. quæst. 43. art. 7. ad 5. cit. qui asserunt, licitum esse peccare venialiter, ne proximus peccet mortaliter: quia etiam animam tenetur ponere pro amico, & promptè subire poenam temporalem, quæ sola debetur peccato veniali, ne ille subeat poenam æternam, quæ debetur peccato mortali. Sed hoc manifestè implicat in adiecto, vt notat S. Thomas ad 5. cit. cum id, quod est licitum, non sit peccatum; & quod in aliquibus circumstantiis est peccatum, eo ipso in illis iidem circumstantiis non possit esse licitum, ac proinde si est licitum peccare venialiter pro salute proximi, eo ipso conuincitur, quod peccare venialiter nõ est peccare: & si dicatur, quod sit peccare, eo ipso conuincitur, quod non sit licitum. Ad id facit etiam illud Christi Domini Matth. 18. Quæ prodest homini si vniuersum mundum lucratur, anima vero sua detrimentum patitur? Ex quo habetur, quod detrimentum spirituale non sit patiendū pro quolibet lucro, etiam spirituali totius mundi. Et regula Ecclesiastici 14. Qui sibi nequam, cui boni? & S. Pauli ad Rom. 3. quod non sint facienda mala, vt eueniant bona; & præceptum superius explicatum, quod Deus amari debeat super omnia, & per consequens quod nec bonum proximi, nec vllum aliud præferri debeat illius offensæ: quæ tamen est semper in quolibet peccato, siue veniali, siue mortali. Et denique facit: quia ex tali positione aperte sequitur, quod melius sit peccare, quam non peccare; siquidem, qui peccat peccatum leue, vt impedit proximum à peccato graui, verè peccat; & qui permittit peccare proximum, cuique non impedit, sed abstinere à suo peccato, quo possit illum impedire; non peccat: & tamen prior ille melius facit, quam hic posterior, cum faciat id, quod est licitum, & fortasse etiam debitum; ac proinde melius facit is, qui peccat, quam qui non peccat; & melius est peccare, quam non peccare; quod est absurdissimum.

9. *Quomodo ex duobus malis semper minus sit eligendum.*

Neque vrget contra hoc, quod ex duobus malis sepe minus est eligendū, c. Duo mala. c. Nemo. dist. 13. ac proinde quod si cõtingat simul instare peccatum nostrum veniale, & peccatum mortale proximi; neque possit hoc impediri, nisi per illud, quod sit eligendum peccatum nostrum veniale, tanquam minus, vt vitetur peccatū proximi mortale, tanquam maius. Contra enim est: quia axioma allatum, quod ex duobus malis semper minus sit eligendum, solum valet, quando eorum alterum est necessarium, neque potest vitari simul vtrunque, vt notat Bannes 2. 2. quæst. 26. art. 4. dnb. 1. conclus. 1. §. Sed dicunt aliqui, quod tamen in peccatis nostris; & proximi nunquam contingit, cum semper possit pro libertate, & pro auxilio gratiæ quilibet proximus vitare sua peccata, siue mortalia, siue venialia, sicut potest vnusquisque nostrum vitare sua. Et si fortè contingat, quod proximus nolit vitare aliquod peccatum, nisi nos committamus aliquod aliud; id non contingit ex necessitate; sed solum ex libertate, & malitia illius; & idem non potest excusare, aut facere licitum nostrum peccatum. Et si contingat vterius, quod simus perplexi, & putemus, quod teneamus vitare peccatum proximi, quanuis simul peccemus peccatum aliud

10. *Ex conscientia erronea potest dari etiam*

11. *Peccatum quodcumque non est committendum pro bono spirituali, etiam Principis, aut Communitatis cuiuscunque.*

etiam nos; id solum erit ex conscientia erronea; & vel simul peccabimus per vtranque partem, si talis conscientia sit vincibilis, & culpabilis; vel simul excusabimur ab vtraque parte, si sit inuincibilis, & inculpabilis; & non relinquat sufficientem potestatem, & libertatem pro vtraque parte vitanda, vt diximus alibi, dum ageremus de conscientia erronea, lib. 4. disp. 4. num. 3. & seqq.

12. *Maior Dei gloria non est optanda, & procuranda ex charitate per quacunque media.*

13. *Probabile periculum peccandi non est subeundum pro bono proximi.*

leue peccandi mortaliter, & solum est vitandum periculum graue, quod ex se prudenter censetur peccatum mortale. Vtrum autem, licet non liceat peccare, aut exponere se periculo peccandi pro bono proximo; ita etiam non liceat velle differre penitentiam, & resipiscentiã à peccato iam commisso, & velle ad aliquod tempus permanere in illo statu, non quidem ex complacencia ipsius peccati; sed ex bono aliquo fine, qui etiam faciat ad bonum proximi, dicemus infra, in fine disputationis. Secundò, licitum est ex charitate, velle pati iacturam boni alicuius spiritualis siue propria culpa; si ita sit necessarium ad bonum spirituale proximi. Ita Suar. sect. 1. cit. n. 5. & 11. Valent. puncto 3. cit. conclus. 1. §. Ex hac assertione, & concl. 2. §. Quarto, quæritur, & omnes communiter: nam hoc modo S. Paulus ad Philippen. 1. Coarctor, inquit, ad nos, de fideiurum habens dissolui, & esse cum Christo, multo autem magis necessarium manere in corpore propter vos. Quibus verbis clarè asserit, præferre se salutem, & bonum proximorum ipsi beatitudini, eiusque dilationem ad tempus præeligere, & præferre huiusmodi bono. Ad idem facit etiam illud S. Martini, quod maxime laudat S. Bernardus in Serm. de eius laudibus: Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Et illud, quod habetur cap. Cum priorem de renouari. & cap. Licet de Regular. & probat S. Thomas 2. 2. quæst. 289. art. 7. quod Episcopi non possint sine licentia Papæ ingredi Religionem, & Episcopatum deserere: quia communis utilitas animarum est præferenda utilitati priuata; & sollicitudo, & labor pro cura Episcopatus est præferendus contemplationi, & quieti Religionis: & illud S. Augustini epist. 81. ad Eusebium Abbatem, quod illi, quorum opera est necessaria pro salute proximorum, & pro bono Ecclesiæ, non debent ab illa se excusare per professionem monasticam: Quia, inquit, paruum est Ecclesiæ si noluerim ministrare illi, qui possunt, quomodo filij nascuntur? Et denique illud S. Chrysostomi hom. 78. in Act. quod salus proximi sit præferenda etiam martyrio. Et ratio est: quia iactura boni spiritualis, quod non est in præcepto, & idem potest incurrere sine peccato, & sine destructione, aut detrimento charitatis; & gratia habitualis, si eligatur propter Deum, & ex motu charitatis in bonum proximi, maxime cedit in gloriam Dei; & maxime compensatur honestate, & merito ipsius actus; quo sponte eligitur: & qui hoc modò omittit Deum diligere actualiter pro bono proximi, reuera hoc ipso eum maxime diligit, cum eius gloriam, quæ consequitur ex bono proximi, præferat bono suo spirituali, cuius iacturam sponte patitur. Vnde & S. Bernardus Serm. 50. in Cant. notat, quod quauis Deus amore affectuali, & habituali semper sit præferendus proximo; amore tamen actuali aliquando proximus potest præferri Deo. Et Ecclesiastic. cap. 4. in hoc eodem sensu dicitur, quod aliquando obedientia sit melior, quam victima, id est, quod opus perfectius, etiam spectans ad virtutem religionis, quæ est perfectissima, possit omitti propter opus alterius virtutis minus perfectæ. Atque ex hoc potest intelligi, quomodo sit licitum, imò & debitum in aliquo casu, vt quis relinquat vitam contemplatiuam pro actiua, quamvis illa ex sua natura sit perfectior, vt probat S. Thomas 2. 2. quæst. 182. per totum. Et quomodo filius possit, & debeat aliquando differre ingressum Religionis, vt pietatem exerceat erga parentes, eosque inuet in suis necessitatibus; & idem sit de parentibus, si habeant filios; isque non aliter provideant, vt educentur, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quæst. 189. cit. art. 6. Et

Et idem de seruis, qui tenentur ex iustitia seruire dominis, & non possunt sine eorum consensu tradere se Ecclesie, aut Religioni, cap. Si seruus. dist. 54. & denique intelligitur, quomodo licite possint aliquid, quando, quae sunt imperfectiora esse in praecipio, & quae sunt perfectiora esse solum in consilio; & ideo si forte occurrant simul implenda, relinquere debeant ex necessitate praecipii, quae sunt alioqui maioris perfectionis; & illa contra impleri debeant, quae sunt minoris.

15. Neque hinc sequitur, quod ex praecipio, aut ex virtute etiam charitatis impediatur aliquis, ne crescat in charitate, & in gratia, dum impeditur, ne exerceat, quod est perfectius, & maioris meriti, & obligatur ad minus perfectum, & minus meritum: siquidem meritum, quod forte non habetur ex operatione externa circa obiectum minus perfectum, facile potest suppleri per intentionem maiorem actus interni, ex quo imperatur operatio externa, ut notat Suar. disp. 9. de charit. sect. 1. n. 9. Et quauis possit impedi operatio externa perfectior; non tamen potest impedi interna voluntas, aut desiderium illam exercendi sub conditione, quod possit; & in hac voluntate maxime consistit meritum; & apud Deum haec reputatur pro facto, quando factum excluditur per necessitatem, ut loquitur S. Bernardus epist. 77. & indicat S. Paulus 2. Corinth. cap. 8.

16. Quomodo licet pro bono proximo velle pati iacturam gratiae, aut beatitudinis, siue ad seipsum, siue in perpetuum sine propria culpa. Quod si queras, vtrum vniversaliter sit licitum, & secundum ordinem charitatis erga seipsum, velle pati iacturam omnis boni spiritualis, quo possumus carere sine culpa, quando id postulat bonum proximi; ac proinde vtrum liceat velle minus diligere Deum in hac vita, & velle habere charitatem, & gratiam magis remissam, ut illum proximus magis diligat, & habeat eandem charitatem, & gratiam magis intensam; & consequenter in altera vita velle esse minus beatum, & minus clarum videre Deum, ut ipse proximus sit magis beatus, eumque videat magis clarum; Respondet ex Corduben. lib. 1. Quaest. 28. concl. 2. & 4. pag. 233. & Suar. sect. 1. cit. n. 6. si fiat comparatio boni nostri spiritualis, cuius iacturam pati debemus, cum bono proximi, quod illi optamus, & procuramus in eodem genere, & ordine boni, & quatenus bonum illius est, & si itepto solum in ipso, non esse licitum: quia semper ceteris paribus tenemus magis amare nos ipsos, quam alios, & semper charitas magis inclinatur ad sui conseruationem, & augmentum in ipso habente, quam in alio extraneo: si vero fiat comparatio cum bono proximi, quatenus fortasse cedit in maiorem gloriam Dei, & est bonum ipsius Dei, omnino esse licitum: quia charitas semper inclinatur ad Deum magis amandum, quam nos ipsos; & ideo ad praefertendum bonum Dei cuiusque nostro bono, & commodo. Et hac ratione sancti Viri dicuntur obtulisse se Deo ad perpetuum cendum beatitudine, & ad ipsam gehennam perpetuo sustinendam, si ita postulasset illius gloria: idque totum esse debuisse sine propria illorum culpa: & Sancta Catharina Senensis dicitur se obtulisse pro operculo ipsius Inferni, ne quis amplius eum descenderet: & S. Augustinus specialiter dicitur optasse transferre in Deum ipsam Diuinitatem, eamque a se abdicare, si ipse per impossibile fuisset Deus, & Deus, qui verus est, fuisset per impossibile Augustinus. Et quauis in huiusmodi actibus vere inuoluatur impossibilia, & secum pugnantia; negari tamen non potest, quin sint ex magno affectu charitatis, & maxime secundum charitatem erga Deum, quando sunt, & quando voluntas operatur per simplicem actum; non autem per electionem circa huiusmodi impossibilia, ut dicitur

3. Ethic. cap. 2. pag. 54. in fine. Et hoc solum fortasse optauit Moyses Exodi 32. quando Deum rogauit, ut parceret populo, vel ipsum Moysen delezeret de libro vitae, & ipsa beatitudine in aeternum priuaret: & Sanctus Paulus ad Rom. 9. quando optauit anathema esse a Christo pro fratribus suis, ut exponunt plures ex Patribus. Et hoc idem Apoc. 4. significauerunt vigintiquatuor seniores, qui, cum mystica animalia darent gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, procliderunt, & miserunt coronas suas ante eundem thronum, dicentes: Dignus es, Domine, accipere gloriam & honorem, & virtutem, &c. protestantes, nimirum, paratos se esse, etiam coronas regni, & beatitudinem ipsam deponere, si ita postulasset Dei gloria. Et Genes. 28. hoc idem fecerunt etiam Angeli, qui per scalam Iacob eadem promptitudine, qua ascendebant ad Deum, etiam descendebant ad terram, & aequaliter se habebant ad Dei contemplationem per ascensum, & ad actionem pro hominum salute per descensum, ut notat S. Thomas quaest. 5. de virtutibus, quaest. de charitate, art. 1. ad 6. pag. mibi 270. col. 3. Et ratio est ex eodem S. Thoma ibidem, quia inter cetera, hoc est discriminis inter amicitiam honesti, & amicitiam delectabilis, quod haec amicum non diligit, nisi propter delectationem; & ideo non admittit separationem ab illius praesentia, ex qua sola praecipitur delectatio; illa vero amicum diligit propter ipsum, & delectationem non querat, nisi ex consequenti, & secundario: & ideo si occurrat necessitas, aut occasio, propter ipsum etiam abstineat ab illius praesentia, & a delectatione, & plus illum amet, quando illius gratia, & amore ab illo se absentat, quam quando est illi praesens, etiam propter ipsum. Quia ergo Deus ex charitate maxime diligitur, propter ipsum; tunc maxime, & perfectissime diligitur, quando propter ipsum praetermittitur illius contemplatio, & fruitio; & ipsemet quodammodo deseritur propter ipsum, ut contingit, quando actualiter incumbitur salutem proximorum, aut aliter intenditur, & procuratur maior gloria, & maius bonum ipsius; & simul incurritur iactura maioris dilectionis actualis, aut alterius boni spiritualis sine culpa.

17. Licet enim bonum virtutis, & beatitudinis magis optare Communitati, quam sibi, ut vult Capr. in 3. dist. 27. q. vn. art. 3. ad 2. Durandi, contra 3. conclusionem, pag. mibi 212. col. 2. initio: quia ex S. Thoma 2. 2. q. 26. art. 4. ad 3. in tantum dicitur charitas non querere, quae sua sunt, 1. Cor. 13. in quantum anteponebat communia propriis; non autem propria anteponebat communibus; & semper bonum commune est magis amabile, quam bonum proprium, sicut & bonum totius est magis amabile, quam bonum partis, & semper ex charitate est praefertendum id, quod cedit in maius bonum, & in maiorem gloriam Dei, ut certe magis cedit, si tota natura humana, verbi gratia, saluetur sine me, quam si ego solus sim saluus sine aliis. Et quauis Suar. disp. 9. de charit. sect. 1. num. 6. in fine, & Valent. 2. 2. disp. 3. quaest. 4. conclus. 2. S. Secundo, sequitur, col. 598. init. & plures alij absolute reiciant hoc dictum Capr. quod licitum sit, & secundum ordinem charitatis, velle carere gratia, & beatitudine, siue ad tempus, siue in perpetuum, si

si ita expediat, & conducatur ad salutem Communitatis; non tamen videtur reiciendum, si fiat comparatio boni nostri spiritualis cuiuscunque, non cum bono spirituali aliorum, sed cum bono ipsius Dei, & cum maiore illius gloria, quae magis sequitur ex bono plurium, quam vnus tantum: & argumenta, quae afferunt in contrarium, solum procedunt secundum illam comparationem; non autem secundum hanc.

18. Non autem in quantum cedit in bonum Communitatis. Et quod assumit Capr. de bono communi, quod semper sit maius, & eligibilius quam bonum particulare, & priuatum; sicut & bonum totius est semper maius, quam bonum partis, non est verum vniversaliter, & absolute de quocunque bono communi, & respectu cuiuscunque boni priuati; sed solum quando ponuntur caetera paria, & priuato, quod participat de communi; & est respectu illius, quasi pars, ut bene explicat Corduben. lib. 1. quaest. 28. cit. in responsione ad 2. contra 4. conclusionem. S. Et ad probationem, pag. 235. col. 1. Si enim priuatus aliquis non sit pars alicuius Communitatis, & non participet de communi illius bono, nulla est ratio, quare debeat bonum illius tanquam commune, praefigere, & praeferre bono proprio; cum reuera bonum illius, neque sit illi bonum, aut conueniens, neque commune; sed disparatè ad ipsum se habeat, & semper bonum proprium sit amabile vniciuique, ut dicitur 8. Ethic. cap. 2. & 5. quod etiam clare patet in parte tam naturali, quam politica: siquidem neque manus, verbi gratia, exponit se periculo, nisi pro toto, cuius est pars, neque vllus curat de bono Communitatis, ad quam ipse non pertinet. Quare, cum in rebus spiritualibus, & supernaturalibus, qualis est gratia, & beatitudo, non detur vnio plurium, quasi in vnum corpus supernaturale politicum, sed vnusquisque haec bona habeat sibi, & independenter ab aliis, & sine participatione ab illis, aut communicatione ad illos, non est, quod debeat bonum illorum, tanquam commune, praeferre bono proprio priuato, cum reuera bonum alterius, id est, gratia, & gloria, ipsi soli sit bonum, & conueniens, & non commune cum aliis; nisi in quantum ipse, & alij sunt aliquid Dei, & pertinent suo modo ad bonum Dei; ac proinde non licet ex charitate velle pati iacturam talis boni, nisi in quantum id potest cedere in bonum Dei, & in maiorem ipsius gloriam; non autem quatenus cedit in bonum aliorum, & in illo sistit.

19. Christus, ut homo, est magis amandus ex charitate, quam nos ipsi. Secundum, potest admitti id, quod asserit Bannes 2. 2. quaest. 26. art. 4. dnb. 1. in responsione ad 1. col. 1032. & Valent. 2. 2. disp. 3. quaest. 4. concl. 3. S. Sed occurrit argumentum, col. 601. & Suar. disp. 14. de charit. sect. 4. num. 23. in fine, quod Christus Dominus, non solum vt Deus, sed etiam vt homo, sit magis amandus ex charitate, quam nos ipsi; ac proinde quod pro illo sit subeunda quacunque iactura cuiusque boni, siue spiritualis, siue temporalis: quia enim est Caput hominum, & Mediator ad Deum, & ab illo, & per illum habetur omnis charitas, & vnio cum Deo; merito debet ex charitate primum locum post Deum. Et hoc probat ratio S. Thomae 2. 2. quaest. 26. art. 4. quod Deus ideo diligitur ex charitate magis, quam nos: quia est nobis principium illius boni, super quo fundatur dilectio charitatis: quae ratio proportionem etiam valet de Christo, vt homine, cum etiam ipse post Deum sit nobis principium omnis boni. Et quemadmodum Deus non nisi in Christo vnitur personaliter, nostrae naturae, & solum ratione illius potest dici, quod homo sit Deus: ita &

solum per Christum vnitur nobis per gratiam adoptionis; & in tantum dicimur filij Dei adoptiui, in quantum regeneramur in Christo; & in tantum sumus Deo vniti per gratiam, in quantum sumus sub Christo Capite, & vnus corpus in illo. Vnde & iusti in Scriptura, per gratiam, & charitatem dicuntur esse, & manere in Christo, & Deus in Christo illos amare; & charitas Dei erga illos esse in Christo, &c. vt patet ex S. Paulo ad Rom. 8. & saepe alibi. Et quemadmodum bonum Dei ex hoc etiam capite est praefertendum bono cuiuscunque, quia est bonum commune totius naturae; & ad bonum cuiuscunque comparatur, vt bonum totius ad bonum partis: ita, & bonum Christi, &c.

20. Beatissima Virgo, qui liber alius de numero Beatorum, non est magis amandus ex charitate, quam nos ipsi. Alia vero est ratio ex eodem Bannes ibidem, de Beata Virgine, & de quouis alio, qui sit de numero Beatorum, imò & de tota caelesti Curia, vt ipse loquitur: quia enim non sunt nobis principium gratiae, sicut est Christus, neque nos in illis manemus, sicut in Christo, dum sumus in gratia, neque Deus in illis nos diligit, sicut diligit in ipso Christo, non est, quod bonum illorum, siue spiritualis, siue temporale, necessario debeamus plurius appetere, quam bonum nostrum, nisi que debeamus Deum ipsum, eiusque gratiam, & gloriam magis velle, quam nobis: si tamen Beatissima Virgo comparatur cum aliis quibuscunque proximis, quos amamus, & appetimus minus, quam nos; merito omnibus est praefertenda, etiam si alioqui sint maxime nobis coniuncti per naturalem originem, vt notat Richar. in 3. dist. 29. quaest. 6. pag. 343. col. 2. sub initium, & infra dicemus disp. 21. n. 17.

21. Licetum est pro lucro animarum, & pro reductione a peccatis, velle carere beatitudine, etiam perpetuo, quatenus id cedit in gloriam Dei. Tertio, potest admitti id, quod asserit Adrianus in 4. in materia de Confessione, qu. 2. de remissione peccatorum post mortem, §. Circa hoc tamè animaduerte, pag. mibi 169. col. 3. esse ex perfectione, & ex pinguedine, vt ipse loquitur, charitatis, vt quis pro lucro animarum, & pro reductione a peccatis cupiat perpetuo separari a Christo; non quidem per culpam commisionem, sed per gloriae priuationem: Sic enim, inquit, intellexisse videtur Chrysostomus, illud Apostoli, de quo illum singulari iussu excollit: Optabam ego anathema esse a Christo pro fratribus meis. Neque hoc repugnat absoluto desiderio essendi cum Christo, ad quod omnis charitas inclinatur. Et hoc totum admittit etiam Palud. in 4. dist. 17. quaest. 1. art. 6. concl. 3. & Dur. ibidem, quaest. 6. & ex illis Corduben. lib. 1. Quaest. 28. cit. concl. 2. & 4. dummodo intelligatur fieri comparatio cum bono Dei; non finaliter, & vltimo cum bono proximi, vt iam diximus.

22. Licetum est, non statim poenitere peccati commissi, & ad aliquod tempus voluntarie permanere in statu peccati, si id fiat ex bono fine. Quarto, potest admitti id, quod asserit Ioan. Medina C. de poenit. quaest. 6. §. Sed demus licitum esse, pag. 38. & Corduben. lib. 1. quaest. 28. cit. concl. 1. quod licitum sit existenti in peccato mortali, non conuerti ad statum gratiae, & non poenitere; sed permanere ad aliquod tempus in morte animae, & in carentia gratiae; non quidem ex complacentia peccati praeteriti, aut ex contemptu diuinæ amicitiae; sed ex affectu humiliter se subiiciendi diuinæ iustitiae, & patiendi poenas, & mala, quae meruit per actum peccati, inter quae est carentia gratiae, & reatus poenae aeternae, &c. Et si contingat ex aliquo accidente, quod haec dilatio poenitentiae, & haec permanentia in statu peccati ad aliquod tempus, conferat aliquo modo ad bonum spirituale alicuius proximi, & ad Dei gloriam; licite potest etiam ordinari ad talem finem; & qui sic patitur carentiam gratiae, recte potest dici, quod patiatur iacturam boni spiritualis pro bono proximi, & pro gloria Dei: quia enim de statim poenitendo post commissum peccatum, non est, pe se loquendo, vlla obligatio, aut praecipium, sed

Neque propter impediret quis, ne crescat in charitate, & merito.

Quomodo licet pro bono proximo velle pati iacturam gratiae, aut beatitudinis, siue ad seipsum, siue in perpetuum sine propria culpa.

17. Licet enim bonum virtutis, & beatitudinis magis optare Communitati, quam sibi, ut vult Capr. in 3. dist. 27. q. vn. art. 3. ad 2. Durandi, contra 3. conclusionem, pag. mibi 212. col. 2. initio: quia ex S. Thoma 2. 2. q. 26. art. 4. ad 3. in tantum dicitur charitas non querere, quae sua sunt, 1. Cor. 13. in quantum anteponebat communia propriis; non autem propria anteponebat communibus; & semper bonum commune est magis amabile, quam bonum proprium, sicut & bonum totius est magis amabile, quam bonum partis, & semper ex charitate est praefertendum id, quod cedit in maius bonum, & in maiorem gloriam Dei, ut certe magis cedit, si tota natura humana, verbi gratia, saluetur sine me, quam si ego solus sim saluus sine aliis. Et quauis Suar. disp. 9. de charit. sect. 1. num. 6. in fine, & Valent. 2. 2. disp. 3. quaest. 4. conclus. 2. S. Secundo, sequitur, col. 598. init. & plures alij absolute reiciant hoc dictum Capr. quod licitum sit, & secundum ordinem charitatis, velle carere gratia, & beatitudine, siue ad tempus, siue in perpetuum, si

19. Christus, ut homo, est magis amandus ex charitate, quam nos ipsi.

20. Beatissima Virgo, qui liber alius de numero Beatorum, non est magis amandus ex charitate, quam nos ipsi.

21. Licetum est pro lucro animarum, & pro reductione a peccatis, velle carere beatitudine, etiam perpetuo, quatenus id cedit in gloriam Dei.

22. Licetum est, non statim poenitere peccati commissi, & ad aliquod tempus voluntarie permanere in statu peccati, si id fiat ex bono fine.

sed solum per accidens, si forte instet periculum mortis, vel sit suscipiendum, aut ministrandum aliquod Sacramentum, quod requirat specialiter facultatem in ministro, & in recipiente, vt probat ibi Medina; non peccat, qui extra huiusmodi casus voluntarie, non statim poenitet; & si id velit, & faciat ex bono fine, etiam facit actum honestum; & si id cedat in bonum proximi; & in gloriam Dei, etiam facit ex charitate erga proximum, & erga Deum.

Postremo, ad haec omnia possumus addere ex Suario disp. 9. de charit. sect. 1. num. 9. & 10. non est dandum consilium, vt quis patiat iacturam proprii boni spiritualis pro bono proximi, vel pro Dei gloria, nisi urgeat magna necessitas, aut magna caula: quia semper, per se loquendo, tutissimum est, & maxime secundum charitatem erga se ipsum, vt vnusquisque vacet sibi, suoque bono, & profectui spirituali, & hunc non querat in iis, quae possunt habere multum periculi, vt certe habent multa ex iis, quae absolute diximus, posse esse licita. Atque ita non est dandum consilium de iis, quae formaliter, & essentialiter consistunt in diminutione ipsius charitatis, vel directe impediunt illius augmentum, vt, verbi gratia, quod quis directe cupiat minus diligere Deum, eumque minus glorificare, vt plures alij, vel etiam vt totus mundus magis eum diligat, & magis glorificet, &c. Quauis enim id possit optari sine culpa, & si optetur, adhuc charitas conseruetur, neque patiat in se detrimentum: quia tamen id per se non conducit ad huiusmodi finem, neque mundus, aut proximus propterea Deum maxime diligit, quia ego minus diligo, non est secundum prudentiam, vt de facto, & propter hunc finem id eligatur; & cum charitas non modo inclinet ad sui conseruationem, sed etiam ad perfectionem, & augmentum in ipso habente; maxime est secundum charitatem, vt vnusquisque hoc augmentum querat in se ipso per proprios actus intensiores; neque illius patiat iacturam propter bonum alterius, nisi urgeat specialis necessitas, aut magna caula: & in casu, quo res sit dubia, tutissimum est, sequi partem magis certam, & vacare proprio profectui, omisso bono, aut profectu proximi, & ingredi, verbi gratia, Religionem; non autem manere in saeculo, si necessitas parentum sit dubia, vt notat Bannes 2. 2. quaest. 26. art. 4. dub. 1. conclus. 4. col. 1032.

DISPVATIO XIX.

Quomodo ex charitate magis debeat vnusquisque diligere se, quam proximum, quoad bona temporalia, & corporalia.

- 1. Proponuntur rationes dubitandi, quod semper debeat vnusquisque, quoad bona temporalia, aut corporalia, se magis diligere quam proximum.
2. Proponuntur rationes, quod liceat oppositum.
3. Quomodo bona temporalia licite possint magis optari proximo, quam sibi.
4. Pro necessitatibus Communitatis necessariis sunt exponenda bona temporalia, & corporalia.
5. Pro necessitatibus alicuius priuati in multis casibus non sunt exponenda bona temporalia, aut corporalia.

2. 3. Iactura proprii boni spiritualis, non est subeunda pro bono proximi sine magna necessitate.

- 6. Et idem est de bono honoris, & fama.
7. Pro spirituali necessitate proximi possunt, ac debent aliquando exponi bona temporalia, & corporalia.
8. Si proximus sit in extrema necessitate spirituali, omnes tenentur illi subuenire, etiam cum periculo vitae.
9. Necessitas ordinaria grauis, & extrema quanam sit.
10. Pro necessitatibus spiritualibus proximi non est obligatio ponendi vitam, aut bona temporalia, se non sit spes, quod possit illis efficaciter prouideri.
11. Casus extremae necessitatis spiritualis qui possint assignari.
12. Necessitas spiritualis, si eam patienti sit voluntaria, non est necessitas.
13. Si necessitas spiritualis non sit extrema, communiter non est obligatio illi subueniendi cum periculo vitae.
14. Necessitas spiritualis proximi est subleuanda ex charitate, quando potest subleuari sine periculo, & sine graui incommodo, etiam si non sit extrema.
15. Si tota aliqua Communitas sit in graui necessitate spirituali, debet illi succurri, etiam cum periculo vitae.
16. Parochi, Episcopi, & Pastores animarum tenentur cum periculo vitae succurrere necessitatibus, etiam non extremis suorum subditorum.
17. Sed communiter magis tenentur Parochi, quam Episcopi.
18. Quauis etiam Parochi non semper tenentur succurrere per se ipsos.
19. Qui gerunt curam animarum, solum ex charitate, vel ex obedientia, vt sunt Superiores religiosi, tenentur illis succurrere etiam cum periculo vitae.
20. Qui ex officio gerunt curam animarum, tenentur etiam perquirere necessitates spirituales subditorum.
21. Qui per crimen, & iniustitiam sunt alteri causa damni spiritualis, tenentur, in quantum possunt, illud reparare, etiam cum periculo propriae vitae.
22. Qui dolose baptizat, nulliter tenentur ex iniustitia reparare alteri damnum spirituale, in quantum potest.
23. Qui tenentur ex iniustitia ad bonum proximi, virum peccent dupliciter, si illud negligant, id est, semel contra iniustitiam, & iterum contra charitatem.

Pro ordine charitatis, quo tenemur nos ipsos magis amare, quam proximum, praeter comparationem iam factam bonorum spiritualium cuiusque cum bonis spiritualibus proximi, duplex alia est facienda, id est, bonorum temporalium cuiusque, cum bonis temporalibus proximi, & eorundem bonorum temporalium cuiusque cum bonis spiritualibus eiusdem proximi. Et sensus quaestionis est, vtrum possimus, aut debeamus ex charitate bona temporalia, verbi gratia, fortunata, & vitam cum bonis spiritualibus proximi, duplex alia est facienda, id est, bonorum temporalium cuiusque, cum bonis temporalibus proximi, & eorundem bonorum temporalium cuiusque cum bonis spiritualibus eiusdem proximi. Et sensus quaestionis est, vtrum possimus, aut debeamus ex charitate bona temporalia, verbi gratia, fortunata, & vitam velle proximo magis, quam nobis; eorumque iacturam nos ipsi pati, ne illam eandem patiat proximus, vel etiam ne proximus patiat iacturam bonorum spiritualium. Et ratio dubitandi est: quia ex vna parte certissimum est, quod proximus non est magis amandus, quam nos, cum nos ipsi debeamus esse quasi forma, & exemplar ad illum amandum, vt supra diximus disp. precedente, n. 3. & semper vnitas, quam habemus nobiscum, &

1. Proponuntur rationes dubitandi, quod vnusquisque, quoad bona temporalia, aut corporalia, se magis diligere debeat.

quae nobis est ratio amandi nos, sit maior, & potior, quam vnio, quam habemus cum proximo, & quae nobis est ratio amandi proximum. Vnde & Seneca lib. 2. de benef. c. 15. eam amicitiam ait esse summam, quae aequat sibi amicitiam; non autem illam, quae praefert: & secundum hanc regulam, Dabo, inquit, amico egenti; sed, vt ipse non egeam: & consulam perituro; sed, vt ipse non peream. & S. Thomas 2. 2. quaest. 32. art. 6. expressè negat, debere fieri eleemosynam proximo de iis, quae sunt necessaria ad propriam vitam: & quaest. 64. art. 8. affirmat, quod vnusquisque tenetur prius prouidere propriae vitae, quam alienae: & S. Augustinus lib. de mendacio, cap. 6. asserit, quod si quis pro conferuanda vita alterius perdat propriam, plus alterum diligit, quam seipsum: quia caeteris paribus illi vult bonum magis, quam sibi. Et quemadmodum aperte faceret contra charitatem, si quis potius daret amico egenti, quam propriis filiis, aut parentibus: ita & qui potius dat amico, quam sibi, quem ex natura plus debet amare, quam filios, aut parentes. Et quemadmodum nemini licet pro vita amici exponere vitam alterius tertij: ita neque licet exponere propriam, quae est magis seruanda, quam alterius tertij. Et denique quemadmodum pignus, aut depositum nulli alteri possumus tradere, quam vero domino, aut deponenti; quia illius non sumus domini; sed custodes: ita & propriam vitam non possumus tradere pro amico, quia similiter etiam illius non sumus domini; sed custodes: & certum videtur, quod multo grauius faceret, qui suam vitam non custodiret, sed sineret sibi auferri, aut ipsem etiam prodigeret pro aliquo alio, quam si non custodiret vitam alterius, qui esset similiter ipsi traditus in custodiam: siquidem etiam occisio sui est multo grauior, quam occisio alterius, siue sit voluntaria directe, & à voluntate, in quantum est agens, siue indirecte, & à voluntate, in quantum non est agens, vt loquitur S. Thomas 1. 2. quaest. 6. art. 3.

2. Proponuntur rationes, quod liceat oppositum.

Ex alia vero parte, quod licitum sit, bona temporalia magis velle amico, & proximo, quam sibi ipsi; videtur clarè probari ex illo Prouerb. 12. Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. & ex facto ipsius Christi: Qui propter nos egenus factus est, cum esset diues, vt dicitur 2. Cor. 4. & ex consilio euangelicæ paupertatis, Matt. 9. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quae habes, & da pauperibus. & ex facto Apostolorum, qui pro Christo omnia reliquerunt, & quos postea plurimi alij sunt secuti, sua omnia distribuentes in vltus pauperum, eaque in illis reconcentes quasi thesauros in vasis fictilibus: & denique ex ratione S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 4. ad 2. quod qui sustinet detrimenta temporalia propter amicum, in hoc ipso magis se diligit secundum naturam spiritualem, & rationalem, quae in ipso est potior, & principalior, quam natura corporalis, & animalis, vt idem habet 2. 2. q. 25. art. 7. in quantum, scilicet, sibi diligit perfectionem virtutis, & amico solum eligit commodum aliquod corporale, quae ratio maxime congruit cū doctrina Arist. 9. Ethic. c. 8. p. 229. in fine, vbi asserit, virum probum, qui semper operatur ex virtute, sibi que vindicat, quod honestum est, maxime esse amatorem sui, cum sibi attribuat, quae sunt maxima, & honesta, & bona; & obsequatur praestantissimae sui parti, quae est mens, & ratio; & que in omnibus obtemperet, non autem parti infimae, qui est sensus, & cui obtemperant intemperantes, & improbi, qui hae de caula non rectè dicuntur amare seipsos.

Et idem etiam esse de bonis corporalibus, & de ipsa vita, & quod etiam hae licite possit poni per Arist. lib. 1. Ethic. c. 1. Moral. Tom. 11.

amico, videtur similiter clarè probari ex illo Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. & ex facto ipsius Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, nobisque exemplum dedit, vt sequamur vestigia eius, & nos similiter demus pro fratribus animas nostras, vt monemur 1. Ioan. c. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. & ex ratione paulo ante allata, quod dum ponimus vitam pro proximo, magis amamus nos ipsos secundum naturam spiritualem, & secundum perfectionem virtutis, quam proximum.

Sed breuiter tota haec dubitatio facile soluitur ex dictis supra, disp. precedente, n. 5. & 6. si enim fiat comparatio bonorum temporalium, aut corporalium cuiusque, cum bonis temporalibus proximi, certum est, quod ex charitate, per se loquendo, & caeteris paribus, semper debet vnusquisque secundum illa, magis amare se, quam proximum: & si vterque sit in aequali necessitate, potius debet illa sibi velle, quam proximo: si vero fiat comparatio bonorum temporalium, aut corporalium cuiusque cum bono virtutis, & honestatis, quod vnusquisque exercet, sibi que eligit, dum impendit rationabiliter pro temporalibus necessitatibus proximi bona propria temporalia, aut exponit pro eius necessitatibus corporalia, aut exponit pro eius necessitatibus corporalibus propria bona corporalia; certum est è contra, quod licite potest vnusquisque, per se loquendo, & caeteris paribus illa impendere, aut exponere, & aliquando etiam teneri: neque facit villo modo contra charitatem, cum reuera magis diligit se, quam proximum, sibi que eligit bonum virtutis, quod est in supremo ordine bonorum, & proximo velit bona temporalia, aut corporalia, quae sunt in ordine inferiore. Et primum illud rectè probant rationes allatae pro prima parte dubitationis: & hoc secundum rectè probant aliae rationes, quae sunt allatae pro secunda parte. Et sub hac distinctione hanc vtranque partem tradunt Scholastici communiter, vt notat Val. 2. 2. disp. 3. q. 4. punct. 3. col. 599. & Bannes 2. 2. q. 26. art. 4. circa 2. concl. col. 103. & Suar. de char. disp. 9. sect. 2. p. 464. & Sayr. lib. 7. clau. reg. c. 10. n. 26. in fine, pag. 484. & Petr. Nau. lib. 2. de res. c. 3. n. 73. & segg. & Regin. lib. 21. c. 4. n. 41. & 42. & alij. Et patet ex S. Th. 2. 2. q. 26. art. 4. ad 2. cit. vbi id expressè asserit.

3. Quomodo bona temporalia, & corporalia licite possint magis optari proximo, quam sibi.

Dicitur autem vtraque pars habere locum, per se loquendo, & solum caeteris paribus; quia ex accidente, & si caetera non sint paria, fieri potest, vt aliquis teneatur secundum bona temporalia, aut corporalia, magis diligere proximum, quam se; & contra, vt teneatur magis diligere se, quam proximum; neque sit locus vlli virtuti, aut honestati, propter quam licite possit illa bona tradere proximo: nam, si Ciuitas ipsa, aut Respublica, vel ipse Princeps, & Caput Reipublicae, & Ciuitatis, sit in necessitate bonorum temporalium, vel in periculo communis salutis, & libertatis, omnino tenetur vnusquisque priuatus, quoad huiusmodi bona, magis diligere Communitatem, aut Principem, quam seipsum, vt patet ex S. Thoma 1. 1. quaest. 60. art. 5. in corp. vbi asserit, quod vnusquisque secundum naturam semper magis, & principaliter inclinatur in bonum alterius, quam in seipsum, si id, quod est, alterius est: & hoc modo pars naturaliter exponitur pro conseruatione totius; & manus pro defensione capitis, & totius vitae, naturaliter exponitur iectui, dum exponitur absque deliberatione; & ciuitas, si esset pars naturalis Ciuitatis, & Reipublicae, ex naturali inclinatione, & naturaliter se exponeret periculo mortis pro illius conseruatione: M M &

4. Pro necessitatibus Communitatis necessariis sunt exponenda bona temporalia.

& quia est pars solùm ciuili ex inclinatione, & obligatione solùm ciuili se exponit, si sit virtuosus, & omninò conuincitur non esse virtuosus, & non facere secundam virtutem, si se non exponit. Et hac ratione etiã tenetur priuatus quisque pro salute Reipublice ire ad bellum, & sequi exponere periculo mortis; & potest à Principe etiã cogi, si necessitas urgeat, & ipse alioqui sit habilis, & non excusatus ab oneribus personalibus, vt solent esse minores, & qui grauantur senectute, aut infirmitate, vt dicitur communiter in materia de bello, & videre est apud Sylu. *Bellum*, 1. num. 7. Et eadem ratione Episcopi, & Pastores animarum tenentur ponere animas suas pro ouibus suis, vt dicitur Ioan. 10. Et si Tyrannus minetur excidium Ciuitati, nisi priuatus aliquis illi tradatur, tenetur hic ex charitate seipsum tradere, vt notat Sotus lib. 5. de iust. *quæst. 1. art. 7.* Petrus à Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 16. 22. & 46. & alij. Et hæc omnia idè sic se habent: quia inter eum, qui exponit bona propria temporalia, aut corporalia, & eum, pro quo exponit, non sunt cætera paria, & bonum huius est longè maius, quàm bonum illius: & idè merito est præferendum secundum ordinem charitatis. Et quod dicimus exponenda esse hæc bona non solùm pro tota Communitate, sed etiã pro Principe, & Capite Communitatis; quia etiã bonum illius est principalius, & reducit ad bonum commune; debet intelligi etiã pro patre, qui est caput propriæ familiæ, & domus, vt notat Petrus Nau. lib. 2. de restitut. cap. 3. n. 57. pag. 185. & vniuersaliter de omni eo, cuius incolunitas, & bonum est principalius.

5. Pro necessitatibus alicuius priuati in multis casibus non sunt exponenda bona temporalia, aut corporalia.

Et contra propter eandem rationem, quòd cætera non sunt paria, potest contingere in multis casibus, quòd non liceat amare proximum pluraquam se, quoad bona temporalia, aut corporalia; & quòd peccetur etiã mortaliter, si aliter fiat, vt notat Bannes 2. 2. *quæst. 26. art. 4. circa 2. conclusiohem.* Si quis enim habeat filios, & familiam, quam teneatur alere, & sustentare, vel habeat alios sibi coniunctos, qui sint in eadem necessitate, in qua est, verbi gratia, hic, aut ille proximus, alioqui extraneus; non potest sine graui peccato magis amare hunc, aut illum extraneum, eique tradere sua bona temporalia, omittis filiis, & coniunctis: & si vita alicuius sit multò excellentior, & magis utilis, aut necessaria Reipublice, vel familiæ, quàm vita vnius rustici, aut plebeij, non potest sine peccato, illam exponere, & quoad vitam, & bona corporis, magis amare rusticum, quàm seipsum.

6. Et idem est de bono honoris, & fama.

Et quod dicimus de bonis fortunæ, & de bonis corporis, idem est etiã de bonis famæ, aut honoris, si sequamur communioem sententiam, quòd illorum habeamus dominium: si enim contingat meam infamiam, verbi gratia, non in me sistere; sed transire, & pertingere etiã ad alios, verbi gratia, ad posteros, & ad totam familiam, vel ad totum Ordinem religiosum, in quo dego, & sum, & c. non possum sine peccato illam negligere, ne simile dânum honoris, & famæ patiatur alius proximus, vt subdit Bannes *ibidem.*

7. Pro spiritualibus necessitatibus proximi possumus, ac debet aliquando exponi bona temporalia, & corporalia.

Quòd si fiat comparatio bonorum temporalium, aut corporaliũ cuiusque, non cum bonis temporalibus, aut corporaliũ proximi; sed cum bonis spiritualibus eiusdem, multò magis potest esse licitum, imò & debitum in multis casibus, vt vnusquisque magis amet proximum secundum bona spiritualia, quàm seipsum secundum bona temporalia, aut corporalia. Ita S. Thom. 2. 2. *q. 26. art. 5. vbi probat ex S. August. lib. 1. de doctrina Christiana, c. 27. post*

*medium, tom. 3. & ex ratione, quòd homo tenetur ex charitate magis diligere proximum, quàm corpus proprium: quia proximus est diligibilis, & diligendus propter conuocationem, quam habet nobiscum in plena participatione beatitudinis. Et hæc est maior ratio diligendi, quam tota participatio beatitudinis, per redundantiam a beatitudine animæ, quæ est ratio diligendi proprium corpus. Ita etiã Scholastici communiter in 3. *art. 29.* Adrianus in 4. *q. de correctione fraterna.* Valent. 2. 2. *disp. 3. quæst. 4. puncto 3. conclus. 5. col. 602.* Suar. de charit. *disp. 9. sect. 2. num. 1.* Bannes 2. 2. *quæst. 26. art. 4. conclus. 2. & art. 5. per totum.* Aragonius *ibidem.* Bonac. in 1. *preceptum Decalogi, disp. 3. quæst. 4. puncto 4. num. 2. pag. 163. tom. 2.* Reginal. lib. 4. cap. 25. num. 359. Layman. lib. 2. *tract. 2. cap. 3. num. 3. pag. 226. col. 2.* Nauar. in *Mân. cap. 24. in fine.* & omnes communiter, & clarè patet ex 1. Ioan. 3. paulò antè citato: *1. hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Sèlus enim est, quòd, quemadmodum Christus se se obtulit morti pro nostris necessitatibus spiritualibus, ita debemus facere etiã nos pro necessitatibus spiritualibus proximi. Et reuera hoc est præceptum ipsius Christi, vt diligamus inuicem, sicut ipse dilexit nos, *Ioan. 15.* & per consequens, vt animam ponamus pro inuicem, quòd vrget necessitas, sicut posuit ipse pro nobis, vt re-ctè infert ex hoc ipso testimonio S. August. lib. de mendacio, c. 6. vbi etiã asserit, neminem de hoc dubitare, qui sit Christianus: *Et temporalem vitam suam, inquit, pro aeterna vita proximi non dubitabit Christianus amittere.**

8. Si proximus sit in extrema necessitate, omnes tenentur illi subuenire etiam cum periculo vitæ.

Et præter rationem paulò antè allatam ex S. Thoma de conuocatione, quæ proximum habet nobiscum in plena participatione beatitudinis, & c. potest addi: quia, vt dicitur Ecclesiastici 10. *Proxi-que mandauit Deus de proximo suo.* in quantum, scilicet, omnes sumus vnus corpus in Christo, & singuli alter alterius membra, vt dicitur ad *Ephes. 4.* & idè omnes tenemur pati iacturam in eo, quòd incomparabiliter est maius, vt certè est status gratiæ, & bonum spirituale, si conferatur cum bonis temporalibus, aut corporalibus quibuscunque: sicut & vnus membrum ex ipsa natura patitur malum minus, ne aliud membrum patiatur malum longè maius; cum præsertim hoc etiã cedat in maiorem Dei gloriam, quæ est finis simpliciter vltimus cuiusque actus charitatis supernaturalis.

Dixi verò, non solùm esse licitum, sed etiã esse debitum in aliquibus casibus, vt quis patiatur iacturam bonorum temporalium, aut corporaliũ, ne proximus eam patiatur in bonis spiritualibus: quia, si proximus sit in extrema necessitate spirituali, est pro illo etiã vita exponenda periculo, vt patet ex S. Th. 2. 2. *q. 26. art. 5. ad 3. vbi asserit, de necessitate charitatis non esse, vt quis exponat proprium corpus pro salute proximi, nisi in casu, quo tenetur prouidere illius saluti, id est, in casu necessitatis extremæ, quantum est ex necessitate proximi; vel in casu, quo quis specialiter tenetur ex officio, quantum est ex parte ipsius prouidentis: & q. 44. art. 8. ad 2. vbi asserit, etiã ordinem charitatis cadere sub præcepto; & idè vnunquèque teneri diligere magis proximum, quàm proprium corpus, & pro illo debere ponere etiã vitam, id est, saltem in casu extremæ necessitatis, vt exponunt Doctores communiter, Caiet. *ibid.* Ban. *ibid. conc. 2. Val. 2. 2. disp. 3. q. 4. puncto 3. concl. 5. §. 4. dico. col. 604.* Suar. *disp. 9. sect. 2. cit. n. 2. & tom. 4. de penit. disp. 44. sect. 3. num. 7.* Alex. *part. 3. q. 189. memb. 3.* Nau. in *Man. cap. 24. num. 9.* Et sine dubio hoc*

hoc saltem probant rationes, & loca paulò antè allata.

9. Necessitas ordinis grauis, & extrema, quædam sit.

Vnde, vt in casibus particularibus bene dignoscatur, quanta sit obligatio cuiusque ex charitate ad subueniendum proximo indigenti spiritualiter, bene est expendenda, quanta sit illius necessitas, & indigentia: vt enim notat Valen. *concl. 5. cit. §. Est igitur sciendum. col. 603.* potest esse omninò triplex, id est, ordinaria, grauis, & extrema. Et ordinaria, vel non grauis tunc est, quando potest sine magna difficultate ipse proximus prouidere: grauis verò tunc est, quando non potest sine magna difficultate: & denique extrema, quando absolute non potest, & difficultas est simpliciter maxima, & penè insuperabilis, & censetur saltem moraliter impossibilis. Et rursus ex parte illius, de cuius obligatione ambigitur, est bene considerandum, vtrum habeat aliquam aliam obligationem, præter communem omnibus ex charitate, vt, v. g. vtrum sit Parochus, aut Episcopus, vel Prælatus, cui ex officio specialiter incumbat cura animarum; & qui specialiter teneatur ratione proprii muneris, & officij, quo fungitur, prouidere necessitatibus, & indigentis spiritualibus subditorum: & denique est expendendum, quanta sit spes, quòd eius opera certò, & efficaciter sit profutura indigentis proximi. Primb enim, si nulla sit spes, quòd efficaciter sim profuturus, non est, quòd multum laborem de obligatione, cum omnis meus conatus futurus sit irritus, ac proinde etiã cadat in irritum omnis mea obligatio de adhibendo conatu. Et ratio est: quia eorum, quæ sunt impossibilia, quauis possit esse voluntas, aut desiderium, non tamen potest esse electio, vt dicitur 3. *Ethic. cap. 2.* & semper desistimus ab aliqua actione, aut prosecutione, quando incidimus in rem impossibilem, vt subditur *ibidem, cap. 3. pag. 57. in fine,* & explicauimus *suprà*, dum ageremus de ratione formalis spei lib. 2. *disp. 2. n. 22.* Idque est verum, non solùm de impossibili metaphysicè, quòd inuoluit contradictionem; nec potest fieri etiã à Deo per quancunque potentiam; & de impossibili physicè, quòd excedit quancunque facultatem, aut potentiam naturalem; sed etiã de impossibili moraliter, quòd est tam difficile, vt moraliter reputetur impossibile, & difficultas sit penè insuperabilis: similiter enim quando occurrit tale aliquid impossibile, repellitur voluntas ab illius prosecutione; nec potest circa illud esse electio, vt iam diximus ex Aristotele; & per consequens neque potest esse obligatio ad huiusmodi electionem, aut prosecutionem, & semper pro iudicanda obligatione charitatis, de qua loquimur, est habenda ratio ipsius spei, quòd spiritualis necessitas proximi sit efficaciter subleuanda.

10. Pro necessitatibus spiritualibus proximi non est obligatio ponendi vitam, aut bona temporalia, si non sit spes, quòd possit illis efficaciter prouideri.

Dico autem, si nulla sit spes: quia ad obligationem ex charitate, non requiritur, vt spes sit certissima, & infallibilis; sed satis est, si sit probabilis, & prudens, vt notat Valen. *concl. 5. cit. §. His possit. col. 603.*

11. Casus extremae necessitatis spiritualis qui possunt assignari.

Et quanvis inter Christianos adultos, raro contingat extrema necessitas spiritualis, cum possint saluari per contritionem sine Confessione in re; & idè non possint dici certè indigere auxilio, aut opera Confessarij, aut cuiusvis alterius, vt notat Nau. *cap. 24. n. 9. cit. §. Tertiò, peccat mortaliter.* negari tamen non potest, quin aliquando possit contingere, vt videre est apud Nauar. *ibidem,* & apud Suar. *disp. 9. sect. 2. n. 3.* & Valen. 2. 2. *disp. 3. quæst. 4. concl. 5. §. Sed illustrabitur. col. 604.* & Bonac. in *primum preceptum Decalogi, disp. 3. quæst. 4. puncto 4. n. 2. pag. 163. tom. 2.* & alios, vt, verbi gratia, si paruulus ex Christianis parentibus natus sit inter infideles Baldelli *Theol. Moral. Tom. II.*

nolentes, & nescientes eum baptizare; & sit mortis proximus, nec possit per Baptismum illi succurri sine iactura magna pecuniæ, aut sine periculo vitæ. Vel, si adultus in mortali existens, & mortis proximus putet, se posse saluari per solam attritionem, neque curet de Sacramento Confessionis, per quod ex attrito fiat contritus, eumque ego possum iuuare, & inducere ad Confessionem sacramentalem, vel aliter intruere, & disponere ad contritionem. Vel, si quis in mortali existens certò sciatur noctu, & inter dormiendum esse occidendus ab hostibus, & interim possit moneri, saltem de Confessione, & ad illam iuuari. Vel, si quis sit in proximo periculo aeternæ damnationis, & à nullo possit iuuari pro loco, & tempore, nisi à me. Vel, si Hæreticus aliquis disseminet hæresim, & plebem peruertat; nec sit alius, qui se illi opponat præter me. Vel, si quis infidelis sit proximus mortis, & probabiliter speretur conuertendus ad fidem, & ad Baptismum, si à me instruat, & c. in his enim, & similibus casibus certum videtur, quòd necessitas spiritualis proximi sit extrema; & idè subleuanda à quibuscunque, cum quocunque periculo, etiã vitæ, si sperent, saltem prudenter, & probabiliter, quòd efficaciter poterunt subleuare. Et parum refert, vnde oriatur talis necessitas proximi, & vtrum sit per se, & ex ipsa rei natura; an verò solùm per accidens ex malitia alterius; cum obligatio ex charitate solùm respiciat ipsam necessitatem, non autem illius originem, vt bene notat Suar. *num. 3. cit.* qui etiã rectè subdit *num. 4.* non esse censendam necessitatem extremam, si ipsi patienti sit voluntaria, & per solam illius voluntatem possit non poni, aut etiã tolli: sic enim iniustus aggressor, quannis sit in proximo periculo damnationis aeternæ, si occidatur ab eo, quem aggreditur; non tamen dicitur esse in necessitate damnationis; sed solùm in voluntate: & idè nulla est obligatio ex charitate, vt is, quem aggreditur, magis illum diligat, quàm corpus suum; & sinat se temporaliter ab illo occidi, vt eum liberet à morte aeterna, vt etiã notat Bonac. *puncto 4. cit. num. 3.* Et idem est, si quis ex propria malitia peccet mortaliter, & probabiliter existimetur non statim esse moriturus; sed habiturus sufficiens spatium poenitentiae: similiter enim nullus tenetur cum periculo vitæ illi succurrere, ne peccet mortaliter, vel vt eum statim poeniteat peccati commissi, cum similiter, etiã hæc, vel absolute non sit necessitas, vel saltem non sit extrema.

12. Necessitas spiritualis, si eam parienti est voluntaria, non est obligatio.

Et in his casibus, quando necessitas spiritualis non est extrema, non teneri generaliter omnes priuatos, vt illi prouideant cum periculo vitæ, aut cum alio magno incommodo, expressè habet Valent. 2. 2. *disp. 3. quæst. 4. puncto 3. concl. 5. cit. §. Secundo, dico. col. 603.* & Bonac. *puncto 4. cit. n. 4.* & Suar. de oba-
13. Si necessitas spiritualis non sit extrema, communiter non est obligatio illi subueniendi cum periculo vitæ.

rit. disp. 9. sect. 2. concl. 4. & Nau. in *Man. cap. 24. n. 12. §. Dicendum primò in fine.* & Sanctus Thomas Opu-
culo de perfectione vite spiritualis, cap. 14. & 2. 2. *quæst. 26. art. 5. ad 3.* vbi etiã Bannes *concl. 3.* & alij communiter. Et ratio est: quia suprema media, vt certè est amissio vitæ, & bonorum temporalium, non sunt adhibenda ex necessitate, & obligatione simpliciter, nisi quando habetur suprema indigentia ipsius finis per huiusmodi media; & alioqui non proportionabitur necessitas mediõrum cum necessitate finis: quando autem necessitas spiritualis proximi non est extrema, non potest dici, quòd proximus supremè indigeat iuuari ab hoc, aut illo, cum periculo vitæ; siquidem absolute potest iuuari etiã ab alijs, & per alia media; & idè nec potest dici, quòd hic, aut ille teneatur eum

iuuare cum tali periculo : siquidem obligatio ex charitate ad aliquem actiue iuuandum, non oritur, nisi ex indigentia illius, vt iuuetur passiuè : & alioqui plurimi essent damnandi peccati mortalis; quia non succurrunt cum periculo vitæ spiritualibus necessitatibus proximi; nec se exponunt, v. g. tempore pestis, vt audiant confessiones ægrorum, nec suscipiunt peregrinationem, aut navigationem longissimam, & molestissimam vsque ad Indos, vt eos iuuent, & conuertant ad fidem, & sic de aliis: quod tamen dici non potest.

14. Sed rectè addit Valen. loco citato, §. Tertio dico. Necessitas spiritualis est subleuanda ex charitate, quando potest subleuari sine periculo, & sine graui modo, etiam si non sit extrema. Et Suar. concl. 4. cit. n. 5. & Bannes art. 5. concl. 1. quod etiam extra casum extremæ necessitatis spiritualis iuuandus est proximus ex charitate, si potest iuuari sine periculo vitæ, & sine alio notabili damno: & si necessitas sit grauis, iuuandus est etiam cum aliquo damno, aut incommodo temporali: hoc enim postulat fraterna coniunctio charitatis, qua omnes sumus obligati ad inuicem; & præsertim si sumus fideles, & vnum corpus in Christo; & singuli alter alterius membra. Et quemadmodum omnes tenentur succurrere proximo in necessitatibus temporalibus, quando id possumus sine nostro incommodo: vnde & dicitur generaliter Ecclesiastici 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. & specialiter Exod. 23. quod si viderimus a finem, aut bonum proximi nostri, iacere sub onere, non debemus pertransire; sed subleuare simul cum eo: ita & tenemur à fortiori illi succurrere in necessitatibus spiritualibus, quando similiter id facile possumus, & sine magno incommodo. Et in hac re ad rectè iudicandum de grauitate obligationis, & per consequens de grauitate culpæ contra charitatem, si talis obligatio non impleatur, oportet benè expendere grauitatem necessitatis spiritualis, in qua est proximus; & facilitatem, aut difficultatem cum iuuandi, in qua sumus nos, & prudenti iudicio comparare vnam cum altera; & vtilitatem, & bonum, quod recipiet proximus, cum labore, & incommodo, quod patimur nos: si enim illa sit magna, & hic sit paruus, vel etiam nullus, non poterit non facere grauius contra charitatem, si quis illam negligat: & tunc præsertim quando aduertit, quod proximus grauius indiget, & quod tunc temporis difficile potest haberi aliquis alius, qui opportunè suppleat indigentiam illius, suamque iniuriam, & negligentiam, vt notat Suar. num. 5. cit.

15. Si tota aliqua Communitas sit in graui necessitate spirituali, debet illi succurri, etiam cum periculo vite. Et si necessitas spiritualis non sit personæ aliquius particularis; sed totius Communitatis, facile potest accidere, vt sub mortali sit subleuanda, etiam cum periculo propriæ vitæ: quanuis ipsa necessitas ex se non sit extrema, vt notat idem Suar. disp. 9. sect. 2. cit. conclus. 3. num. 4. & Bonacina in 1. præceptum Decalogi, disp. 3. quæst. 4. punct. 4. num. 5. pag. 163. tom. 2. Si enim videam, vbi gratia, in aliqua ciuitate prædicari hæresim, & fidem in multis periclitari, nec facile inueniri, qui Hæreticis, & Prædicantibus se se opponat, & fidem defendat, & ciues priuatos à periculo liberet; omninò teneor cum quocunque periculo me ipsum opponere, si alioqui probabiliter sperem, me profuturum: quia necessitas spiritualis, quando est grauis pro tota Communitate, vix potest non esse extrema pro multis particularibus, & priuatis de Communitate; & idè non potest non teneri vnusquisque, vt illi succurrat cum quocunque periculo, si alioqui sit potens, & aptus succurrere, vt etiam in casu simili de necessitatibus spiritualibus, quæ toti alicui Communitati possunt, & solent occurrere tempore pestis, notat

idem Suar. tom. 4. de penit. disp. 44. sect. 3. n. 14. Et in hoc etiam casu habet locum præceptum illud, vt animas ponamus pro fratribus; & vt bonum fidei, quod est bonum ipsius Dei, aliis omnibus præferamus; & bonum commune reputemus, vt bonum totius, & pluris appetiemus, quam bonum partis, & cuiuscunque priuati; & specialiter quando est bonum spirituale, & ordinis omninò supremi.

Atque hæc de obligatione ex charitate, qua omnes tenemur, quoad bona spiritualia, magis diligere proximum, quam nos ipsos quoad bona temporalia, aut corporalia; & absolutè illum magis diligere, quam proprium corpus, vt docet S. Th. 2. 2. quæst. 26. art. 5. Præter illam tamen potest haberi etiam obligatio ex iustitia, vt patet in Episcopis, Parochis, & Rectoribus animarum. Et si non solum tenentur sub mortali, quando spiritualis necessitas suorum subditorum est extrema; sed etiam quando est grauis, cum ita conuenerint quasi ex pacto, & ex contractu; & subditi promiserint eos alere certis stipendiis; & ipsi promiserint adesse subditis in suis necessitatibus spiritualibus: sicut milites tenentur stare in præsidio, & bellare, etiam cum periculo vitæ; quia specialiter conuocantur contra hostes Communitatis; & bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis, quia specialiter conuocatur contra lupos, & hostes gregis materialis: ita & Parochus, aut Pastor animarum tenetur illis succurrere cum periculo vitæ, cum similiter ad hoc alatur, & sustentetur, vt semper præstò sit contra hostes spirituales, & animabus subiectis semper succurrat in necessitatibus spiritualibus. Ita S. Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 5. ad 3. & magis ex professo qu. 185. art. 5. Suar. tom. 4. de penit. disp. 32. sect. 1. & disp. 44. sect. 3. & tract. de char. disp. 9. sect. 2. concl. 3. n. 4. Valen. 2. 2. disp. 3. qu. 4. punct. 3. concl. 5. §. Quoad alteram verò partem. col. 604. vbi etiam asserit, quod Pastores animarum tenentur in necessitatibus ordinariis suorum subditorum: & §. Porro eorum. col. 605. vbi addit, quod etiam tenentur inquirere de necessitatibus spiritualibus subditorum. Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 3. num. 1. pag. 224. col. 2. Bannes 2. 2. quæst. 26. art. 5. concl. 4. & omnes communiter. Benè tamen aduertit Suar. de penit. disp. 32. sect. 1. cit. num. 2. quod non omnes Pastores, & Rectores animarum æqualiter tenentur ad necessitates spirituales subditorum; sed magis tenentur Parochi, qui propriè appellantur proprii Sacerdotes cuiusque, quam teneantur Episcopi, quorum regimen est vniuersalius, & pluribus aliis debet esse intentum, quam audientis, verbi gratia, Confessionibus subditorum, aut iis iuuandis in hac, aut illa particulari necessitate: quanuis etiam ipsi possint ad id teneri ex officio, & ex iustitia, & sub peccato mortali, si fortè occurrat grauis necessitas, nec sit Parochus, aut alius, qui possit, aut velit opportunè succurrere.

Et similiter num. 5. benè aduertit, quod etiam Parochus non semper est damnandus peccati mortalis, si non statim, & per se ipsum succurrat spirituali necessitati alicuius subditi, etiamque sacramentaliter audiat, verbi gratia, vel aliud Sacramentum illi impendat: potest enim etiam Parochus quoad hæc iuuari per alium Sacerdotem, & ad illum potest remittere subditum: & satis est si hic non patiat graue damnum spirituale; sed opportunè illi prouideatur, non solum pro damno vitando; sed etiam pro lucro spirituali captando, quale est, verbi gratia, si sit lucrandum aliquod iubilæum, vel procurandus spiritualis profectus per Sacramentorum frequentiam, ad

ad quæ omnia tenetur Parochus ex officio iuuare subditum.

Et quod dicimus de Parochis, & Pastoribus animarum, qui aluntur certis stipendiis, idem est intelligendum etiam de aliis, qui nulla habent stipendia; sed ex charitate, vel ex obedientia suscipiunt officium, & curam animarum, vt sunt, v. g. Superiores Religionum: tenentur enim etiam ipsi ex iustitia succurrere subditis cum periculo vitæ, quando grauius indigent spiritualibus adiumentis, vt notat Suar. tom. 4. cit. de penit. disp. 44. sect. 3. n. 7. pag. 613. col. 1. cum subditi Religiosi, qui non habent alios Parochos, quam suos Superiores, nõ debeant esse deterioris conditionis, quam subditi laici; nec debeant esse magis destituti auxiliis, quando illis maxime indigent; & ipsi Superiores, dum officium, & curam animarum suscipiunt, verè substituunt loco Episcoporum, aut Parochorum; & totam illam obligationem in se recipiunt, quæ communiter habetur à Parochis, & ab Episcopis; & etiam illi pactum tacitum cum subditis iniuerunt, vt subditi ipsis exhibeant reuerentiam, & obedientiam, & ipsi illis impendant Sacramenta, & curam spiritualem, ipso Summo Pontifice, vel ipsa Religione supplente aliunde stipendia necessaria, & ad eum finem alente huiusmodi Superiores, vt sint loco Parochi, & Episcopi. Vnde, quod sup. diximus lib. 1. disp. 13. dum ageremus de confessione fidei, & de fuga tempore persecutionis, non esse licitum, vt fugiant omnes Ecclesiastici, & deserant laicos, quando maxime indigent illorum præsentia; idem est dicendum de quibuscunque Parochis, & Rectoribus animarum, & pro quibuscunque necessitatibus spiritualibus subditorum: & etiam hi non possunt deserere subditos; sed semper tenentur illis adesse, vel saltem illis prouidere de idoneo ministro, vndeque tandem proueniant huiusmodi necessitates, & siue proueniant ex persecutione Tyranni, siue ex æris intemperie, & ex contagio morbi, vt contingit tempore pestis, & benè explicat Suar. disp. 44. sect. 3. cit. n. 9. & 10. & Caiet. 2. 2. q. 185. art. 5. Et hi omnes animarum Rectores ratione proprii muneris, & officij, etiam tenentur spiritualibus necessitatibus subditorum perquirere, & potius inuigilare eorum salutem, & bono spirituali, vt notat Val. §. Porro eorum. cit. col. 605. & Bonac. punct. 4. cit. n. 5. §. Ad idem. & alij siquidem proportionaliter etiam pastores materiales perquirunt necessitates, & indigentias gregis, iisque seruandis diligenter inuigilant.

21. Addit verò Paulus Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 3. num. 3. §. Præterea quod dixi. pag. 226. col. 2. ad eos, qui tenentur ex iustitia ratione proprii muneris, & officij, ad subleuandas spirituales necessitates proximi cum periculo vitæ, reduci etiam illos, qui per actionem aliquam iustam coniecerunt proximum in extremam, aut grauem necessitatem spiritualem, neque possunt aliter reparare huiusmodi damnum, & proximum subleuare, sicut tenentur ex obligatione iustitiæ, nisi se prodant Magistratui, & constituent in periculo pœnæ, & damnationis etiam ad vltimum supplicium. Et hic Author hos etiam ait teneri ex iustitia, vt proximum subleuent, suumque crimen Magistratui prodant, & quocunque periculum nihili faciant: quia hi omnes tenentur pluris facere salutem spiritualem alterius, quam salutem propriam corporalem: & qui tenentur ex iustitia per quasi contractum implicite initium per susceptionem officij, aut beneficij curæ, tenentur speciali obligatione, non possunt non teneri specialiter etiam illi, qui tenentur ex delicto, & iniustitia prius commissa. Idque explicat

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

exemplo, & casu verè grauissimo, quem ait tunc contigisse, & pluribus viris doctis fecisse negotium: siquidem oblitit quædam sacramentaliter est confessus, quod quadraginta circiter infantes baptizasset in nomine Zabulon, iisque postea à Parochosolùm essent adhibite solennitates, & ceremonie sacræ; non autem esset repetitus verus Baptismus. Et quia eorum aliqui erant iam defuncti; & alij dispersi per varias regiones, nec poterant aliter moneri de nullitate Baptismi, hoc fuit excogitatum, vt simul omnes monerentur per publicum edictum à Magistratu, & Potestate publica, & per illud promulgaretur, & omnibus fieret notum factum mulieris, & illi specialiter nominarentur, quibus ipsa damnum fecisset, & quod indigeret reparatione: & hæc obligatio fuit mulieri declarata à Confessario, vt ipsa se proderet Magistratui, non obstante quocunque periculo, quod fortè incurreret. Et quidem qui sic censuerunt de obligatione mulieris, valde rationabiliter censuerunt: siquidem ex communi sententia etiam ille, qui iniuste alterum accusando coniecit illum in periculum vitæ, tenetur retractare accusationem, eumque liberare, in quantum potest, etiam cum pari periculo propriæ vitæ, vt videre est apud Sotum lib. 4. de iust. questione 6. art. 3. §. De vita autem. pag. mibi 317. & apud Reginal. lib. 21. n. 46. pag. 255. & Petr. Nau. lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 251. pag. 241. & Lessium lib. 2. cap. 11. dub. 15. num. 91. pag. 117. quia semper, cæteris paribus, est melior conditio innocentis; & iustitia commutatiua semper postulat, vt fiat restitutio in iis bonis, in quibus facta est iniustitia, & damnum illatum, etiam si inde sequatur ipsi restituenti iactura similis in iisdem bonis. Vnde & restitutio pecuniæ semper fit cum iactura pecuniæ; & restitutio famæ cum iactura famæ; & reparatio vitæ, cum periculo vitæ; ac proinde à fortiori ratio iustitiæ etiam postulat, vt reparatio maximi damni spiritualis, quod est illatum per nullitatem Baptismi, fiat cum iactura boni alterius inferioris, qualis est vita, si cum hac potest fieri talis reparatio, & non potest aliter fieri sine hac; quod semper est benè considerandum: siquidem etiam ille, qui falsò alterum accusauit, eumque coniecit in periculum vitæ, tunc solum tenetur cum pari periculo retractare accusationem, quando est spes, quod talis retractatio sit illi profutura; non autem si nulla sit spes, vt benè notat Petr. Nau. loco cit. & Reginal. lib. 21. cap. 4. n. 46. pag. 255.

22. Qui doctè baptizant, nulliter tenentur ex iustitia reparare alteri damnum spirituale, in quantum potest. Sed, quanuis hæc in rigore iustitiæ ita se habeant; benè tamen potuisset dicta mulier donari impunitate, si sponte prodidisset suum crimen, eamque penitisset ex animo, & constanter egisset pro reperendo Baptismo, & pro reparando damno spirituali iniuste illato: siquidem etiam Inquisitores absolunt Hæreticos, si respiciant ab hæresi, & coram ipsis sponte compareant, & crimen prodant: & fortasse Confessarius potuisset excogitare faciliorem aliquam viam monendi singulos de nullitate Baptismi, vbiunque gentium tandem essent: siquidem literæ ad omnia loca, & ad omnes dirigi possunt: & plures aliæ restitutiones, compensationes, & damnorum reparationes sunt secretò: & sic potuisset facere etiam hanc, & alio modo potuisset iuuare feminam ad reparationem damni spiritualis illati, absque eo, quod illam induceret ad crimen prodendum, & sequè constituentem in periculo mortis, & vltimi supplicij.

Vtrum autem hi omnes, qui tenentur ex iustitia ad procurandum, aut reparandum bonum spirituale

23. tuali proximi dupliciter peccent, si illud negligant, id est, semel contra charitatem supernaturalem, aut naturalem; & iterum contra iustitiam, facile potest explicari ex dictis *supra disp. 12. num. 5. & seqq.* quia enim debitum amicitiae communiter est solum morale, & gratuitum, ut ibi explicauimus *num. 9.* ex Aristotele, & Sancto Thoma; & idem violatio diuinae amicitiae, quae reperitur in vnoquoque peccato non est speciale peccatum; sed solum est circumstantia generalis, nisi quando intenditur per se, & directe, ut ibi diximus *num. 10.* recte videtur posse dici, quod etiam in iis, qui tenentur ex iustitia ad bonum proximi, debitum charitatis non est speciale, & rigorosum, sicut potest esse in aliis: sed transfunditur quodammodo in ipsum debitum iustitiae, & in illo continetur, sicut minus in maiore, ut ibi diximus *num. 7.* & in se solum remanet, ut circumstantia generalis, cum praefertim sit debitum solum charitatis naturalis, & de actu illius solum secundario, ut explicauimus *num. 8.*

DISPUTATIO XX.

Quomodo liceat ex charitate diligere proximum magis, quam seipsum, quoad bona temporalia, aut corporalia, extra casum obligationis, aut necessitatis.

- 1. Ex S. Thoma exponere proprium corpus extra casum obligationis, maxime est secundum perfectionem charitatis.
- 2. Secundum alios, non licet pro vita alterius exponere vitam propriam.
- 3. Quomodo vtriusque sententia concilietur.
- 4. Exponere vitam pro vita alterius potest absolute esse licitum.
- 5. Qui hoc fecerunt maxime commendantur in historiis, tam profanis, quam sacris.
- 6. In hoc, quod dicitur vita pro amico licite exponi, quia exponitur pro virtute, non committitur peccato principii.
- 7. Non potest vita licite exponi pro quolibet, & a quolibet.
- 8. Pro Principe, & pro parentibus licitum est exponere vitam, eosque a seruitute redimere potius, quam se.
- 9. Et tabulam in naufragio illis porrigere.
- 10. Et idem est pro amico priuato.
- 11. Et parum refert, quod tabula in naufragio sit iam apprehensa, & occupata.
- 12. Licitum est non se defendere ab iniusto aggressore.
- 13. Dummodo ipse aggressus non sit valde utilis, aut necessarius bono communi, vel familia.
- 14. Si aggressor sit valde necessarius bono communi, non potest licite occidi.
- 15. Vitam sit licitum non defendere tertium innocentem, & finire illum occidi ab aggressore iniusto.
- 16. Licitum est tempore pestis ministrare, & iniungere infirmis.
- 17. Vir licite potest assistere marito peste laboranti.
- 18. Ministrare infirmis tempore pestis potest & Confessario licite imponi pro poenitentia sacramentali.

19. Ordo charitatis aliquando est in precepto, & aliquando est solum in consilio.

DISPVTATIONE precedente maxime egimus de obligatione, & debito, quod potest haberi, siue ex charitate, siue ex iustitia, ad diligendum magis proximum, quam seipsum, quoad bona temporalia, & corporalia: nunc vero instituius praesentem disputationem, ut melius explicemus extra casum obligationis, & debiti, quomodo possit id esse licitum, & non repugnans aliqua ex parte ordini charitatis, secundum quem tenemur ceteris paribus plura appetere nos ipsos, quam proximum, & semper praeferre bonum nostrum bono illius. Et quidem Sanctus Thomas 2. 2. *quae. 26. art. 5. ad 3.* de iis, quibus non imminet cura de salute proximi, & qui non tenentur ex necessitate charitatis proprium corpus pro illo exponere, solum ait, quod faciant ex perfectione charitatis, si sponte se offerant: siquidem ex Christo Domino Ioan. 15. *Ad maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* eoque articulo notat Caietanus, quod hac de causa laudabiliter faciunt Religiosi, & alij, qui tempore pestis se exponunt ad ministrandum infirmis, quibus alioqui non obligantur. Eiusque rei illa est ratio, quam *supra* indicauimus *disp. 19. n. 3.* ex eodem Sancto Thoma *art. 4. precedente ad 2.* quia qui sustinent propter amicum detrimenta corporalia, in hoc ipso magis se diligunt secundum naturam, & mentem spiritualem, quam amicum, cum sibi eligant perfectionem virtutis, & charitatis, & proximo, & amico subsidium temporale, aut corporale. Et hoc idem, quod absolute sit licitum, & virtuosum vitam exponere pro amico, affirmat idem S. Thomas in 3. *disp. 29. quae. 2. art. 5. ad 3. & lib. 1. de regim. Principum, cap. 10.* & cum illo S. Antonin. *part. 4. tit. 6. cap. 3. §. 8. Durand. in 3. disp. 29. quae. 2. Palud. ead. disp. n. 2. Sot. lib. 4. de iust. quae. 2. art. 3. conclus. 1. vers. Quod si contra obicitur, pag. 269. col. 2. & lib. 5. quae. 1. art. 6. per totum, pag. 367. Franc. Victoria in relect. de homic. n. 2. 5. vers. Pro 4. argumento, pag. 141. & n. 27. pag. 143. Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 2. & n. 8. in fine. Corduben. lib. 1. quae. 38. in solutione ad 4. pag. 321. Reginal. lib. 2. 1. cap. 4. n. 41. pag. 254. & n. 47. pag. 255. Less. lib. 2. cap. 9. dub. 6. n. 29. & seqq. Molin. tract. 3. cap. 3. n. 4. Tol. lib. 5. cap. 6. n. 6. Sayr. lib. 7. clau. reg. cap. 9. dub. 6. n. 19. Bonac. in primum proceptum Decalogi, disp. 3. quae. 4. puncto 4. n. 6. pag. 164. & alij communiter. Quamuis oppositum teneat S. Bonavent. in 3. *disp. 29. quae. 3.* Abulen. in cap. 11. *Iosue, quae. 11. Petr. Nau. lib. 2. de resit. cap. 3. n. 41. & seqq.* & alij alij, qui absolute id negant, & ordinem charitatis volunt maxime obligare circa vitam, siue & obligat circa gratiam, & circa bona spiritualia, quorum absolute non habemus dominium, ut liberè, & licite possimus de illis disponere pro solo arbitratu: sic enim, inquit, neque etiam possumus liberè, & licite disponere de vita, cum similiter non habeamus de illa dominium; sed solum custodiam, & usum; & idem nec possumus pro arbitratu illam exponere pro vita alterius. Et nemini videtur posse esse dubium, quod in se graui grauius faceret contra rationem vir aliquis honestus, & probus, si vitam exponeret pro hoc, aut illo hominione, non aliter sibi noto; quam de facie, & tantum semel, & ex ipsa infima plebe, & moribus pessimis, & perditissimis. Et vniuersaliter quando venit in deliberationem cuiusque, vtrum debeat vitam exponere pro aliquo alio, si aduertat, quem ordinem ponat charitas, quando sit comparatio inter vitam,*

vitam, & vitam, & quod in tali casu possit praescribat praeferi vitam propriam vitae alienae, impossibile est, ut simul putet, sibi licere oppositum, & posse esse actum virtutis id, quod est contra praescriptum ordinem charitatis: & dum intelligit, quod facit secundum virtutem, & charitatem, quando ex illa se diligit magis, quam proximum, suamque vitam plura appretiat, quam vitam illius; impossibile est, ut simul intelligat, quod etiam facit secundum charitatem, si proximum amet magis, quam se, eiusque vitam magis appretiet, cum actus contrarij in iisdem circumstantiis, nunquam possint esse simul boni, & pertinere ad eandem virtutem; sed obiectum vniuersum semper fundet malitiam, & disconuenientiam ad rationem, quando obiectum alterius fundat conuenientiam, & bonitatem.

Sed vtriusque haec opinio recte potest conciliari, prout etiam indicauimus *supra disp. 18. & 19.* si bene aduertatur, super quo fiat comparatio, quando quaeritur, vtrum liceat exponere vitam pro vita alterius: si enim solum fiat comparatio vitae cum vita, certissimum est, quod non licet vitam propriam exponere pro vita alterius: & hoc solum contendunt Auctores secundae sententiae: & hoc probant illorum rationes. Si vero fiat comparatio vitae propriae cum virtute, & honestate, quae saepe consequitur in his, aut illis circumstantiis ex amissione propriae vitae pro conferenda vita alterius, verissimum est, quod maxime faciat ex perfectione charitatis, si quidem illam sponte offerat, & amittat, ut loquitur S. Thomas, & alij communiter.

Vnde in vnoquoque casu particulari bene est considerandum, vtrum occurrat aliqua ratio, quae cohonestet huiusmodi actum, eumque faciat simpliciter bonum, & conuenientem rectae rationi, & virtuosum, cum alioqui ex se, & ex solo obiecto id non habeat; sed possit bene, & male fieri; & aliquando laudari debeat, qui pro altero moritur, & aliquando vituperari. Et quod absolute possit esse honestum iuxta pro altero, expressè habet Aristoteles 9. *Ethic. cap. 8. pag. 230. in fine.* vbi ait, pro amico, & pro patria ea omnia esse facienda, & de facto fieri à viro proba, quae sunt honesta, etiam si oppetenda pro ipsis sit ipsa mors: atque ita etiam mors pro amico suscepta numeratur inter honesta, quae sunt à viro proba, manente laude probitatis: sicut & numeratur, quando suscipitur pro ipsa patria. Et hoc idem videtur persuadere etiam illa, quae apud omnes habent locum prouerbij, dum incidit sermo de amicitia ut refert idem Aristoteles *eodem cap. 8. vt.* verbi gratia, quod amicus sit alter ipse; quod amicitia sit aequalitas; quod amicorum sit anima vna; quod omnia sint communia, &c. haec enim, & similia clare indicant, quod ex ipsa virtute, & honestate amicitiae tam licite potest mors obiri, & sustineri pro bono amici, quam potest ab vnoquoque pro bono proprio, cum bonum amici reputetur, ut proprium; & in amico, cuius vita seruatur, adhuc viuat superstes aliquo modo alter amicus, cuius vita exponitur, & vtriusque existimetur vita, & anima quasi vna in duplici corpore. Atque hinc fit, ut in historiis, tam profanis, quam sacris, maxime commendentur ob amicitiam sanctè cultam, & sanctè exercitam, qui tale aliquid pro amicis tentarunt, ut Pilades pro Oreste apud Marcum Tullium in *Dial. de amicitia*, & apud S. Augustinum *lib. 4. Confess. cap. 6.* affirmante, nimirum, ad Regem Pilade, quod ipse esset Orestes, ut pro Oreste necaretur; & contra reclamante Oreste, & conuulserat id pernegante, ne Pilades falsò creditus

esse Orestes, mortem obiret Orestis debitam. Et siue dicamus hanc fuisse historiam, siue fabulam, quod tamen haec voluntas in his amicis moriendi pro inuicem, tantoperè, & tam communiter commendetur, satis ostendit communitate iudicium, quod sit honestissima, & maxime digna commendatione. Et idem probat factum alterum apud Pythagoricos celeberrimum Damonis, & Pythiae, apud eundem Marcum Tullium in *libris de officiis*, & apud S. Thomam *lib. 1. de regimine Principum, cap. 10.* & apud S. Ambrosium *lib. 2. de Virginitibus, versus finem, col. mibi 91.* siquidem cum Pythiae esset iam destinatus dies necis à Dionysio, Syracusarum Tyranno, & inducias aliquorum dierum impetrasset, ut domum profectus, res suas componeret, ita Damon se se pro illo dedit obidem eidem Tyranno, ut omnino occisus fuisset, nisi redeunte ad horam Pythiae, tam sanctam amicitiae fidem admiratus Tyrannus, & quod amicitiam haberent chariorem, quam vitam, ut loquitur S. Ambrosius, vtrunque liberasset, & instanter rogasset, ut se quoque ad amicitiam tertium adscriberet. Et ex historiis sacris ad id facit id, quod refert, & maxime laudat, tamquam factum ex perfectissima charitate, & ad Christi imitationem, S. Greg. *lib. 3. Dial. cap. 37.* de Sanctulo Presbytero, qui, ut Diaconum quendam captum à Longobardis, & morti destinatum, ab ea liberaret, se pro illo morti obtulit; idque cum fecisset ex virtute, & maxime ex charitate, Deus ipse probauit miraculo: siquidem manus carnificis ita obrigit, ut gladium super eius collum iam eleuatum vibrare non potuerit; & hoc videntes, & admirantes Longobardi, eum, ut Sanctum venerari ceperunt, & omnes captiuos eo petente liberos dimiserunt. Et hoc factum confert S. Ambrosius *lib. 2. de Virginitate paulò ante et. col. mibi 89.* cum eo, quod antè narrauerat *eodem col. 89.* de Sanctis Didymo, & Theodora, ut etiam communiter legitur in *Vitis Sanctorum, ad diem 15. Iov. n. 17.* quod, scilicet, postquam Didymus liberasset Theodoram à lupanari, facta vestium commutatione; & propterea morti esset adjudicatus; iterum illa accurrerit ad locum supplicij, & multum inuicem de morte contenderint, & alter pro altero mori curauerit, donec tandem verque occisus est; & corona martyrij, & perfectissimae charitatis non est diuisa vtriusque, sed addita, ut loquitur *eo loco* S. Ambrosius.

Ad idem pertinet factum aliud S. Paulini Nolani Episcopi apud S. Gregorium *lib. 3. Dial. cap. 1. col. 977. tom. 1.* & apud alios communiter, qui cum omnia erogasset pro redimendis captiuis, tandem erogauit etiam se ipsum, & sequè fecit captiuum loco filij cuiusdam viduae, eiusque libertatem ex perfectione charitatis plura fecit, quam suam; illum, scilicet, imitatus ut ibi loquitur S. Gregorius, qui formam serui accepit, ut nos liberaret à seruitute peccati.

Et illud de Sanctis Quadragenta Alexandrinis, de quibus in Romano Martyrologio *die vltima Februarij* dicitur, quod religiosa piorum fides consuevit illos venerari, veluti Martyres; quia, dum pestis leuissimè grassaretur Alexandriae, tempore Valeriani Imperatoris, sponte se obtulerunt, ut in fœcis, & laborantibus ministrarent: & sic mortem libentissimè oppetierunt: quicquid enim sit in praesentia, vtrum mors hoc modo suscepta pro actu corporalis misericordiae, & charitatis, quale est ministrare infirmis, sit martyrium proprie dictum, & rigorosè acceptum, de quo non disputo; certissimum

mum est ex allata historia, quod eadem mors sit actus perfectæ virtutis, & honestissimus; & quod pro illo maximè liceat exponere vitam tanquam pro bono superioris ordinis; sicut & licuit huiusmodi Sanctis Alexandrinis: cum enim ex hac causa, vel sola, vel potissima, recensentur, ut Sancti, in Rom. Martyrologio, & dicantur digni veneratione, & cultu, veluti Martyres, quia sunt mortui ministrantes infirmis, suamque vitam certissimo periculo pestis exposuerunt pro huiusmodi ministerio; clarissimè habetur, quod non modò hoc ministerium ex fraterna pietate, & charitate susceptum est ex se secundum virtutem, & honestatem, & potest licitè intendi, tanquam finis honestus; sed etiam, quod licitè potest pro illo assumi, tanquam medium, ipsa mors, vel ipsum periculum certissimum mortis; neque per hoc vitatur, tanquam per circumstantiam medij indebiti, & mali.

6. Et per hoc etiam ostenditur, quando non committatur petitio principij, vt vult Sotus lib. 5. de iudiciis, quæst. 1. art. 6. cit. §. At verò, pag. 368. col. 2. ab iis, qui dicunt, idèd licere ponere vitam pro amico: quia licet eam ponere pro virtute; & virtus est, eam ponere pro amico: primò enim qui sic asserunt, statuunt, & assumunt, vt certum, quod sit honestum, benefacere amico, eiusque vitam seruare, in quantum potest; quod etiam Sotus concedit: & deinde subsunt, quod non semper, & in quolibet casu tenemur seruare vitam propriam, eamque à periculis custodire, & non exponere, vt patet in militibus tempore belli, ad defensionem boni publici; & in vnoquoque ad succurrendum spiritali necessitati proximi, & ad defensionem fidei, & honoris diuini; imò & ad defensionem proprii honoris, & propriæ rei familiaris. Idque asserunt esse ex eo: quia, quanuis vitæ non habeamus dominium; sed solum vsum, & custodiam; hanc tamen ipsam solum habemus sub præcepto affirmatiuo, & per consequens non ad semper, ac proinde nec in casu, in quo concurret maius bonum, vt certè est non solum bonum commune, & diuinum, & spirituale cuiusque; & bonum honoris, & rei familiaris, ex cuius defectu vita ipsa dicitur misera, & absolutè non dicitur; sed etiam bonum honestum quodcumque, cum etiam hoc sit simpliciter maius, & ordinis superioris, & maximè pertineat ad bonum animæ, & ad Dei honorem. Et tandem hinc inferunt, quod vitæ custodia neque etiam obliget, quando concurret in specie bonum amici, & conseruatio vitæ illius; & concurret in illis circumstantiis, in quibus alioqui fundat conuenientiam ad rectam rationem, & est honesta ex se: & in tali casu cum conseruatio vitæ propriæ non sit in præcepto, non potest illius omisso reputari indebita, & mala, & vitiosa; & per consequens neque vitare, vt circumstantia mala, conseruationem vitæ alterius, alioqui bonam, quantum ex se, suæque natura.

Vnde vis argumenti, & rationis, qua vultur, non hæc est, vt peratur admitti, tanquam principium, illud ipsum, quod est in questione, & est probandum, vt ex se patet, id est, quod mori pro amico sit virtus; sed assumitur, vt per se notum, lumine ipso naturæ, & communi exiustimatione Sapientum, vel vt probatum aliunde, quod benefacere amico, eiusque vitam seruare, sit ex se bonum bonitate virtutis, & honesta, nisi vitietur mala aliqua circumstantia; & subsumitur, quod non vitietur per hanc circumstantiam, quod exponatur vita propria, cum hæc circumstantia non sit mala, quando vita exponitur pro virtute, & pro bono maiore, atque ita non petitur admitti, tanquam princi-

pium id, quod est in questione; sed assumitur, vt per se notum, & concessum ab omnibus, quod sit licitum exponere vitam pro bono virtutis; & subsumitur, vt similiter notum, & concessum hoc aliud, quod benefacere amico, eiusque vitam seruare, sit bonum virtutis; & ex vtroque inferitur conclusio, quod pro illo sit licitum exponere vitam: in qua tota argumentatione nulla est petitio principij.

Sed, quoniam hoc ipsum, quod est benefacere alteri, eiusque vitam seruare, perdendo, & exponendo propriam, non debet esse cum aliorum iniuria, qui forte habent ius ad vitam, quæ perditur; idèd est bene considerandum etiam hoc, vt bonum sit ex integra causa, & non contingat malum ex aliquo defectu: quod enim supra diximus disp. præced. n. 5. non esse licitum succurrere proximo quoad bona corporalia, aut temporalia, quando familia, verbi gratia, aut alij, quibus magis tenemur, sunt in eadem necessitate; idèd est dicendum hoc loco de seruanda vita alterius cum periculo propriæ: neque enim licitè faceret, qui esset necessarius suæ familiæ, aut maximè vtilis Reipublicæ, si vitam exponeret pro quouis rustico, aut plebeio, qui nec sibi, nec aliis esset bonus; & hoc, quod est, mori vnum, vt viuat alter, non fundat sine dubio honestatem, & conuenientiam ad rationem, nisi sit maior is, qui viuunt, quam is, qui moritur, vel saltem nisi sint pares. Et quemadmodum in consumptione pecuniarum, quando est nimia, & indebita, committitur prodigalitas; ita & potest committi in perditione, seu non conseruatione sui ipsius, si etiam hæc fiat indebitè, & non secundum rationem, vt ex Aristotele 4. Ethic. cap. 1. sub initium. Vnde & Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 32. art. 6. quemadmodum asserit esse licitum, & laudabile, si quis subtrahat necessaria sibi, & suis, vt ea det magnæ alicui personæ, per quam Ecclesia, aut Respublica sustentetur; ita & negat esse licitum, & laudabile, si quis subtrahat necessaria sibi, & suis, vel sibi, & suis vitam subtrahat, vt det pauperi, cuius vita nulli est vtilis, aut necessaria; & absolutè ait, esse inordinatum, si quis tantum sibi subtrahat de propriis bonis, & aliis largiatur, vt de residuo non possit vitam transigere conuenienter ad proprium statum, & ad negotia occurrentia. Et Petrus Nauar. lib. 2. de resur. cap. 3. cit. num. 73. id, quod dixerat supra, non esse licitum mori pro altero, limitat, non valere; quando concurret maius aliquod bonum, & vita exponitur ex bono fine: & hoc modo conciliat loca aliqua Sancti Thomæ, quæ videntur pugnantia; & Reginaldus lib. 2. 1. cap. 4. num. 41. cit. tunc ait esse licitum mori pro altero, quando subest rationabilis causa, & postulat, verbi gratia, Dei honor, aut euitatio alicuius peccati, vel exercitium, & executio alicuius virtutis; & vniuersaliter quando ita est in præcepto, vel saltem in consilio. Et Corduben. lib. 1. quæst. 38. in solutione ad 4. cit. tunc concedit, posse aliquem cedere iuri suo de vita tuenda, quando subest rationabilis causa, vt est, verbi gratia, officium amicitie, fidelitatis, patientiæ, fortitudinis, aut alterius virtutis. Et hoc idem communiter asserunt etiam alij, quos supra retulimus disp. præced. num. 3. & ex quibus conciliauimus sententias oppositas de magis amando, aut non amando proximo, quam nos ipsos, secundum bona temporalia, aut corporalia.

Atque ex hoc explicantur plures casus particulares. Nam licitum est, pro vita Principis, aut parentum, exponere propriam, eosque potius redimere à seruitute, & pascere in extrema necessitate

7. Nō potest vitæ licitè exponi pro quibuslibet, & à quo liber.

8. Pro Principe, & parentibus licitum est ex-

ponere vitam, & que à seruitute redimere potius, quam se. Et pascere in extrema necessitate. Et tabulam in naufragio illi porrigere. 9. Et idem est pro amico priuato. tate ciborum quam se, isque permittere, aut dare tabulam tempore naufragij potius quam illam sibi accipere, aut retinere, vt notat Pet. Nauar. lib. 2. de resur. cap. 3. cit. num. 57. & 63. Victoria in relect. de homicid. num. 25. in respons. ad 4. & ad 5. Sayrus lib. 7. clau. reg. num. 20. & 21. & alij communiter: quia vita Principis maximè facit ad bonum commune; & seruare vitam parentum maximè est secundum pietatem. Et hæc omnia licitè sunt etiam pro amico priuato, nisi aliquid obstat, quod specialiter faciat oppositum esse in præcepto, aut in consilio, vt iam diximus num. 7. cum simpliciter etiam officium amicitie sit honestum, & ex se laudabile, & maximè vtile, & necessarium humanæ societati; & ex S. Ambrosio lib. 3. de offic. cap. 16. in rebus humanis nihil sit pulchrius amicitia, & amico fideli nulla sit comparatio, vt dicitur Ecclesiastici 6. & idèd amicitia sit maximi facienda; & possit amicus etiam fidem dedisse amico, de vita illius seruanda, cum certo periculo amittendi propriam; & in tali casu etiam teneatur ex virtute fidelitatis stare promissis: & certum sit, quod sit actus maximæ fortitudinis, si quis pericula subeat propter huiusmodi actus virtutum. Atque ita etiam de amico priuato Doctores communiter concedunt hæc omnia, vt patet ex Soto, Franc. Victoria, Corduben. Petro Nauar. Sayro, Tol. & aliis, quos supra retulimus num. 1.

10. Et parum refert, quod tabula in naufragio sit iam apprehensa, & occupata. Et quod dicimus de tabula tempore naufragij, tam est intelligendum, quando tabula est iam occupata, & accepta ab vno, isque eam dimittit, & tradit alteri, quam si nondum sit accepta; & occupata; sed solum relinquatur, & permittatur occupari ab alio: nam, quanuis Sotus lib. 5. de iust. quæst. 1. art. 6. ad 1. §. Ex hac autem solutione, pag. 369. & alij alij existiment, solum licere hoc secundum, non autem illud primum; & eum, qui tabulam iam à se occupatam tradit alteri, perinde facere, ac si positiuè proiciat se in mare, & positiuè submergat, quod non est licitum; alij tamen communiter oppositum sentiunt, vt patet ex Franc. Victoria num. 26. Petro Nauar. lib. 6. §. seqq. Sayro n. 20. Tolet. lib. 5. cap. 6. n. 6. casu 5. pag. 461. in fine: quia reuera parum refert, quod tabula iam sit in manu, & actualiter apprehensa, vel sit ante oculos, & statim possit manus ad illam extendi: imò possessio potest aliquando apprehendi etiam oculis, cum etiam oculi sint veluti longæ quædam manus, quibus contrectamus res absentes, vt notat Less. lib. 2. cap. 3. dub. 11. num. 47. pag. 28. Et alioqui, si tabulam iam apprehensam tradere alteri, esset positiuè se submergere, & occidere, vt vult Sotus, non modò esset licitum pro vita amici, sed neque etiam pro vita parentis, aut Principis, & pro bono totius Communitatis; cum neque etiam pro his possit aliquis positiuè se occidere: quod tamen licere, expresse concedit etiam Sotus; & patet expresse ex S. Thoma 2. 2. quæst. 32. art. 6. paulò ante cit. vbi asserit, esse licitum, & laudabile, vt quis subtrahat sibi necessaria ad vitam, eaque det alicui alteri magnæ personæ, per quam Ecclesia, aut Respublica sustentetur.

Et eadem ratione non esset licitum tradere Principi, aut parenti vnicum panem, quem fortè habet subditus, aut filius, & quo etiam ipse extremè indiget; sed solum esset licitum permittere, vt illi prius acciperent: quod tamen similiter parum refert: & qui tabulam, aut panem à se occupatum tradit alteri, non se positiuè occidit; sed solum sibi subtrahit aliquod adiumentum ad vitam seruandam, suamque vitam committit diuinæ prouiden-

tia, idque facit ex rationabili causa, & pro bono virtutis: & si mors illi contingat, solum est dicendus illam pati ab extrinseco, & per vim, iuxta ea, quæ dicuntur de violento 3. Ethic. cap. 1. & notat Pet. Nauar. cap. 3. cit. num. 66. pag. 187. in fine.

Et si contingeret casus, vt laicus, & Sacerdos essent simul in extrema necessitate panis tempore naufragij, & tertius aliquis in eadem necessitate existens, vel aliter quomodocumque in certo periculo, aut articulo mortis diceret se indigere Confectione sacramentali, & imploraret auxilium Sacerdotis, & Confessarij; potiori ratione licitè posset, ac deberet laicus ille panem, ac tabulam Sacerdoti relinquere, vt posset audire Confessionem tertij, vt subdit Pet. Nauar. ibidem: siquidem in tali casu cum extrema necessitate, & indigentia corporali ipsius Sacerdotis, simul concurreret extrema necessitas spiritualis, & indigentia proximi.

Similiter ex principio posito, quod possit vita licitè exponi pro bono virtutis, intelligitur, quomodo sit licitum, non occidere aggressorem; sed sinere se occidi ab illo, ne ille simul pereat morte corporali, & aeterna, vt videre est apud Sotum lib. 5. de iustitia, quæst. 1. art. 6. cit. ad 1. & art. 8. post medium. Caiet. 2. 2. quæst. 64. art. 7. Pet. Nauar. lib. 2. de resur. cap. 3. cit. num. 62. Franc. Victoria in relect. de homicid. num. 24. in responsione ad 3. Sylu. Bellum, 2. quæst. 3. Mol. tract. 3. disp. 14. Sayrum lib. 7. cap. 9. num. 19. & cap. 10. num. 25. & alios: primò enim, si directè intendatur bonum spirituale illius, id est, vitatio damnationis aeternæ, clarissimè patet, quomodo liceat pro illo negligere vitam propriam temporalem ex perfectione charitatis, & contra illum non se defendere: siquidem etiam Christus pro nostra salute spirituali non se defendit contra suos aggressores, cum facile posset, & Petrum volentem eum defendere grauiter increpare. Deinde, si intendatur sola perfectio charitatis, & sola honestas, quæ consequitur ex conseruatione vitæ alterius cum iactura, & detrimento vitæ propriæ, similiter id esse licitum, patet ex dictis, cum bonum virtutis sit longè maius, quam bonum vitæ: & certissimum est ex Franc. Victoria, & Sayro locis citatis, quod si infidelis in solitudine aggressiatur Catholicum ex odio fidei, & hic facile possit eum occidere, & se defendere sine scandalo, aut offensione cuiusque; adhuc tamen licitè potest se non defendere, & mortem patienter subire in testimonium fidei. Qua verò ratione pati fortiter pro causa fidei meritò reputatur bonum maius, quam conseruatio vitæ; eadem ratione est reputandum, ac bonum maius, pati fortiter etiam pro causa charitatis, qualis est conseruatio vitæ alterius. Et de hoc non solum habemus exemplum Christi, qui se ab aggressoribus non defendit, vt diximus; imò ad terram deiectos, benignè crexit, vt habetur Ioan. 18. sed etiam habemus ipsius consilium Matt. 5. dum explicaret perfectionem legis Christianæ, & euangelicæ: Audistis, quia dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistite malo: sed, si quis te percuterit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei, qui voluerit tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicumque te angariauerit mille passus, vado cum illo & alia duo. Et ad Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes; non vosmetipsos defendentes, charissimi: sed date locum ira. Vnde & Apostoli missi sunt sicut oues, & sicut agni inter lupos, Matth. 10. & Luca 10. quia Deus ipse erit daturus, & concess-

Licitum est, non se defendere ab iniurioso aggressore.

tur

furus, vt vincerent, non confertione manuum; sed patientia: & illa fulgentissima victoria erat futura, quæ inferentem patiendū superasset, vt loquitur S. Chrysol. hom. 85. in Matth.

12. Dummodo ipse aggressus non sit valde vitiosus, aut necessarius bono communi.

Hoc tamen, quod liceat non se defendere ab iniusto aggressore, non est intelligendum de iis, quorum vita est valde vitiosa, aut necessaria Communitati, & Republicæ, siue quoad spiritualia, siue quoad temporalia, vel etiam priuatæ familiæ, & vxori, & filiis, vt supra diximus num. 7. quia in his casibus est positua obligatio, vt quis se defendat, vt notat Sayrus num. 19. cit. in fine, & cap. 10. num. 26. §. Dico secundò. & est obligatio sub peccato mortali, vt addit Molin. tract. 3. disp. 14. cit. concl. 1. quia, quanuis possit vnusquisque cedere iuri suo pro bono virtutis; non tamen potest cedere iuri Communitatis, aut familiæ, cui specialiter, & grauius est obligatus. Et contra, si cõtingat, vt ipse aggressor sit persona publica, & bono cõmuni maximè vitiosa, aut necessaria; & ipse aggressus sit persona communis, aut vitiosa, cuius vita nihil, aut parū faciat ad bonum commune, est obligatio ex parte aggressi, vt se non defendat; sed potius sinat se occidi, quam vt ipse aggressorem occidat, vt notat Sayr. cap. 10. num. 26. cit. §. Dico primò. & Mol. concl. 2. quia bonum commune, quod est coniunctum cum vita aggressoris, & ab illa multum dependet, necessarium est præferendum bono priuato, qualis est vita ipsius aggressi. Atque ita, si Rex, aut Princeps, verbi gratia, quando Republicæ sunt grauius perturbatæ, & ipse non habet successores idoneos, qui turbas componant, & regni pacem, & bonum, vt par est, tueantur, iniuste aggressiatur aliquem priuatum; non potest hic licitè illum occidere cum tanta iactura boni communi, sicut licitè posset, si contra haberet successores idoneos, qui Republicam æquè benè essent gubernaturi; & per consequens, si graue damnus non immineret bono communi; & ipse aggressus nolleret cedere iuri suo, vt subdit Azor. ibidem, & Sayr. §. Dico quartò.

13. Si aggressor sit valde necessarius bono communi, non potest licitè occidi.

Quod si quæras, vtrum similiter liceat non occidere aggressorem iniustum alicuius alterius innocentis, & sinere innocentem occidi, quando non potest illius vita aliter defendi, quam occidendo ipsum aggressorem: Respondeo primò ex Almaino in 3. dist. 29. quest. 1. & Suar. disp. 9. de charit. sect. 4. num. 15. pag. 468. col. 1. in fine, & Lessio lib. 2. cap. 9. num. 92. probabilissimum videri, quod, per se loquendo, non sit obligatio occidendi huiusmodi aggressorem pro defendendo huiusmodi innocente: quia, eam occiso hominis alioqui non inimici, & extra calorem iracundiæ, sit res valde difficilis, & valde repugnans inclinationi, & naturæ humanæ, non videtur ad illam extendi naturalis obligatio charitatis, qua tenemur defendere innocentem. Et quemadmodum vitam propriam non tenemur seruare per abscisionem valde dolorificam alicuius membri, vt notant Sot. lib. 5. de iust. quest. 2. art. 1. conclus. 3. & Petrus Nauar. lib. 2. de restitu. cap. 3. num. 101. vel medicinam maximè pretiosam, in qua absumatur bona pars externæ substantiæ, vt notat Franc. Vict. in relect. de homic. n. 35. pag. 148. ita nec tenemur seruare vitam alterius per id, quod tantoperè abhorret natura. Deinde dico, si occidatur talis aggressor pro defensione innocentis, & seruato moderamine inculpatæ tutelæ, licitè occidi: quia, quemadmodum licitè faceret ipse aggressus, si eum occideret: ita & licitè faceret, qui eum iniurent, vt notat Ant. Gomez tom. 3. var. resol. cap. 3. num. 21. Couarr. in Clement. Si furiosus, part. 3. §. unico, n. 5. Molin. in 2. disp. 18.

14. Vtrum si licitè non defendere tertium innocentem, & sinere illum occidi ab aggressore iniusto.

Et in hoc casu puto verissimum id, quod placet Molinæ disp. 18. cit. num. 6. col. 1781. in fine, quod in pari casu, & in pari damno vtriusque, melior debeat esse conditio innocentis, & pro illius defensione teneatur quicumque tertius aggressorem occidere, iuxta illud Proverb. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem; & eos, qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.

num. 1. Less. lib. 2. cap. 9. num. 87. Et eadem ratione ex omni capite licitè faceret, qui eum non iniurent; sed sinerent ab aggressore occidi, si ipse aggressus ex amore virtutis, & honestatis ita veller, & cederet iuri suo quoad se defendendum; vt notat Molin. ibidem, num. 6. Tertio dico, quod si aggressus nolit cedere iuri suo de vita conseruanda; sed tertius simul aduertat, quod si occidatur, & moriatur aggressor, omnino in æternum damnabitur; si verò moriatur ipse aggressus probabiliter saluabitur; ex hoc etiam capite licitè potest non occidere aggressorem, & sinere occidi innocentem aggressum: quia, cum vita corporalis vtriusque sit illi quoad charitatem in eodem gradu, & ordine; & vita corporalis aggressi, quatenus est vita innocentis, sit præterea in gradu superiore; vita tamen aggressoris, quatenus habet adiunctam moralem certitudinem damnationis æternæ, est in ordine superiore boni spiritualis, & in illo ordine est bonum maximum; & idèd licitè potest simpliciter præferri cuiusque bono corporali, etiam maximo ordinis inferioris, qualis est vita corporalis aggressi etiam innocentis. Et quanuis, tam aggressus, quam tertius, de quo loquimur, non teneatur habere rationem de hoc malo spirituali aggressoris, cum illius necessitas solum proueniat ex libera ipsius malitia, & voluntate, & possit omnino non poni, aut etiam tolli, si velit desistere ab aggressionem, vt supra diximus disp. 19. n. 12. licitè tamen potest vterque habere de illo rationem, & maxime eam habebit ex perfectione charitatis, si velit, & si nolit eam habere ipse aggressus, non propterea ad id tenetur etiam tertius, & licitè potest sinere eum occidi temporaliter, quanuis sit innocens, ne alioquin aggressor occidatur spiritualiter, & æternaliter: secus verò si forte etiam aggressus esset in statu peccati mortalis, & in certo periculo damnationis; quia tunc etiam vita illius esset in illo ordine boni spiritualis, & esset in illo ordine bonum maximum; & idèd cum esset quoad cetera omnia par conditio vtriusque; esset tamen ex innocentia melior conditio ipsius aggressi, ac proinde illius bonum meritò esset præferendum ex charitate bono simili aggressoris.

Pro qua sententia etiam citat Nauar. in cap. Nos inferenda. 23. quest. 3. num. 23. & Franc. Victoriam in relect. de homic. num. 25. Neque in hoc casu loquuntur Almainus, & Suar. paulò ante citati, dum negant, teneri aliquem ex charitate occidere aggressorem, vt defendat innocentem; sed solum loquuntur facta comparatione solius vitæ corporalis, vel solius æqualis damni, & iacturæ vtriusque. Vnde & specialiter ponunt exemplum, si meus pater, verbi gratia, aut frater, vel amicus iniuste aggressiatur aliquem innocentem, & hunc non aliter possum defendere, quam illos occidendo: quia enim ius paternum est simpliciter maximum inter omnia iura humana, omnino dicunt præferri posse cuiusque alteri, & nullam obligationem posse esse, vt quis temporaliter, aut spiritualiter, & æternaliter eum occidat pro liberando quocumque alio ab iisdem malis, tam temporalibus, quam spiritualibus, & æternis. Et hac de causa etiam diximus,

diximus, eorum sententiam esse veram, per se loquendo: quia ex accidente facile potest contingere, vt sit obligatio de opposito: vt, verbi gratia, si ipse aggressus periclitetur non solum de vita; sed etiam de damnatione æterna; & quoad cetera sit par conditio vtriusque: si sit valde vitiosus, & necessarius bono communi, si mihi sit valde coniunctus, si ego tenear ex officio defendere innocentes contra quoscumque, & omni modo, quo possum, &c. Neque in his, & similibus casibus magni est faciendi difficultas, aut horror, qui habetur ex ipsa natura ad hominem occidendum, quando ratio, & necessitas, siue publica, siue priuata præscribit oppositum.

15. Licitum est tempore pestis ministrare, & inuiserari infirmis.

Tertio intelligitur ex eodem principio, quomodo non sit contra ordinem charitatis; sed absolutè sit licitum, & valde laudabile, vt quis tempore pestis sponte se exponat ad ministrandum ægrotis, & nihili faciat periculum maximum, atque certissimum propriæ vitæ: ita Caiet. 2. 2. quest. 26. art. 5. Franc. Victoria in relect. de homic. n. 31. & relect. de temperantia, n. 9. Nau. in Man. c. 24. n. 11. vers. Tertio. Valent. 2. 2. disp. 3. q. 4. punct. 3. Sayr. lib. 7. cap. 9. n. 24. Bonac. in præcept. Decalogi, disp. 3. q. 4. punct. 4. n. 6. pag. 164. col. 1. Reginal. lib. 2. c. 4. n. 47. §. An autem, pag. 256. & alij. Neque solum id est verum in ordine ad ministranda Sacramenta, & spiritualia; sed etiam in ordine ad ministranda corporalia, & ad exhibendam illis temporalem cõsolationem, & præstandum officium amicitia, ne miserius ferant miseriam suam, dum vident se destitutos ab omnibus, & præsertim a coniunctis, & charis. Vnde non desunt, qui vxorem excusent, imò & laudent, si ex solo affectu erga maritum, illi assideant, dum peste laborat; & videre est apud Franc. Victoriam in relect. de homic. n. 31. in responsione ad 9. & relect. de temper. n. 9. cit. Reginal. n. 47. §. An autem, cit. Sayrum n. 24. cit. & alios. Et idem est, si amici inuiserant amicos, dum similiter peste laborant, vt obsequium aliquod, vel cõsiliū, quo forte indigent, illis præsentent, vel etiam vt se ostendant veros, ac fideles amicos, qui est maximum amicitia fructus, etiam per se, & cõsuetim acceptus ab aliis commodis, vt tradunt iidem Doctores. Et cum amici communiter inter bona externa, tanquam bonum maximum reputentur, & etiam felici, & beato sint maximè necessarij, & per consequens maximè chari, vt probat Aristoteles 9. Ethic. cap. 9. non potest illorum præsentia non esse magnum solamen, & leuamen amico ægrotanti; & ex parte ipsorum non potest non esse laudabile, & honestum, vt statim accurrant ad amici miseriam; & prompti sint ad eam leuandam, & ad beneficia rependenda, in quantum possunt: & præsciendū ab huiusmodi coniunctionibus animorum, aut sanguinum, quæ sunt inter amicos, aut consanguineos, vel affines, quod absolutè sit opus misericordiæ, & charitatis ministrare infirmis, etiam peste infectis; & idèd laudabiliter, & ex virtute possit eligi, non obstante periculo vitæ, patet manifestè ex historia Sanctorum Quadraginta Alexandrinorum, quos, vt diximus paulò ante, num. 5. ex Romano Martyrologio ad diem vltimam Februarij, religiosa piorum fides venerat, vt Martyres, solum quia mortui sunt, ministrantes ægrotis tempore pestis. Et præterea, quia Christus ipse in definiti quibuscumque infirmis, declarat, & repukat vt factum sibi: Infirmus eram, & non visitasti me. Amen dico vobis, quando fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Certum au-

16. Vxor licitè potest assistere marito peste laboranti.

tem est, quod etiam infirmi ex peste sunt ex fratribus Christi minimis; & idèd etiam obsequium illis præstitum est verè honestum, & vere dignum, pro quo vita licitè exponatur, sicut exponeretur pro obsequio ipsius Christi.

17. Amicus licitè potest inuiserare amicum tempore pestis.

Atque hac de causa, quia ministrare infirmis tempore pestis, est opus magnæ virtutis, & valde poenale, licitè potest imponi alicui a Confessario pro poenitentia sacramentali, vt notat Rutilius Benzonus in suo Speculo Episcoporum, disp. 1. quæ est de fuga in peste, quest. 3. pag. 95. §. Accedit etiam, imponi pro poenitentia sacramentali. 18. Administrare infirmis tempore pestis potest a Confessario licitè imponi pro poenitentia sacramentali.

tem est, quod etiam infirmi ex peste sunt ex fratribus Christi minimis; & idèd etiam obsequium illis præstitum est verè honestum, & vere dignum, pro quo vita licitè exponatur, sicut exponeretur pro obsequio ipsius Christi.

Atque hac de causa, quia ministrare infirmis tempore pestis, est opus magnæ virtutis, & valde poenale, licitè potest imponi alicui a Confessario pro poenitentia sacramentali, vt notat Rutilius Benzonus in suo Speculo Episcoporum, disp. 1. quæ est de fuga in peste, quest. 3. pag. 95. §. Accedit etiam, imponi pro poenitentia sacramentali. 18. Administrare infirmis tempore pestis potest a Confessario licitè imponi pro poenitentia sacramentali.

Et eadem ratione licitè faceret Summus Pontifex, si huic operi adiungeret Indulgentias, & ad illud sub Indulgentiis hortaretur fideles; sicut & potest hortari ad militandum corporaliter pro Terra sancta.

Quod si ministerium infirmis exhibitum tempore pestis sit specialiter quoad Sacramenta, & bona spiritualia, est multò magis honestum, & laudabile; & idèd cum maiori virtute, & merito charitatis potest vnusquisque pro illo exponere vitam. Et quidem si necessitas spiritualis sit extrema, & paruulus, verbi gratia, moriatur sine Baptismo, vel adultus in mortali existens, & peste infectus, det signa desperationis, & damnationis, &c. omnes tenentur illi succurrere, non obstante quocumque periculo; vt supra diximus disp. 19. num. 8. & notat Rutilius Benzonus disp. cit. de fuga in peste, quest. 1. concl. 1. coroll. 1. pag. 3. si verò necessitas non sit extrema, solum tenentur Curati, & Pastores animarum, vt supra diximus disp. 19. cit. num. 16. Quæ autem Sacramenta, & quomodo sint ministranda tempore pestis, non est huius loci. Videri potest Suarius tom. 4. de poenit. disp. 44. sect. 3. & alij.

Dum verò asserimus, in his, & similibus casibus secundum ordinem charitatis licitè posse exponi vitam periculo pro bono proximi, quia exponitur pro bono virtutis; & idèd vnusquisque plus diligit bonum suum, quam bonum proximi; non propterea valet inferre, quod hoc sit etiam debitum, & in præcepto: siquidem charitas, cuiusque ordo est in præcepto, vt patet ex S. Thoma 2. 2. q. 44. art. 8. nam, vt patet ex Caiet. ibidem, §. Dicendum est ergo, ordo charitatis non est in præcepto, nisi supposito, quod ipsa charitas, & dilectio actualis sit in præcepto; non autem solum sit dilectio ex supererogatione: & vt notat Petr. Nau. de restitu. lib. 2. c. 3. n. 44. pag. 181. & Mol. in 3. de iust. disp. 14. n. 2. col. 1765. dupliciter charitas præscribit, & ponit ordinem in suis actibus: nam aliquos omnino præcipit, & constituit sub præcepto; & aliquos solum approbat, & constituit, vel relinquit solum in consilio: neque ex hoc secundo, qui est ordo solius approbationis, & consilij, potest inferri ille primus, qui est ordo obligationis, & præcepti; & quæ hîc diximus de exponenda vita pro bono virtutis, solum pertinent ad ordinem approbationis, & consilij; non autem ad ordinem præcepti: neque S. Thomas art. 8. cit. vniuersaliter asserit, quod omnis ordo charitatis sit in præcepto; sed solum indefinitè, quod ordo charitatis sit in præcepto. Et hoc satis verificatur, quando ipsa charitas est in præcepto; non autem si solum sit in consilio: & si teneor, v. g. hîc, & nunc succurrere parenti, & succurrere extraneo, certum est, quod etiam teneor seruare ordinem

18. Administrare infirmis tempore pestis potest a Confessario licitè imponi pro poenitentia sacramentali.

19. Ordo charitatis aliquando est in præcepto, & aliquando est solum in consilio.

in succurrendo vtrique ; & teneor prius, & magis succurrere parenti, quam extraneo : quod tamen non est, si solum ex supererogatione, & ex consilio succurrat vtrique : siquidem, quemadmodum est mihi integrum sine vlla culpa neutri succurrere ; ita & licite possum sine culpa succurrere vni, & non alteri, prout voluero.

DISPUTATIO XXI.

Quis proximus, & quomodo, & quas ob causas sit magis diligendus secundum ordinem charitatis.

- 1. Proponitur ratio dubitandi, quod omnes proximi sint amandi aequaliter.
2. Et contra, quod in amandis proximis necessario sit admittendus aliquis ordo, & inaequalitas.
3. Secundum aliquos, proximi sunt amandi aequaliter quoad affectum, non autem quoad effectum.
4. Sed hoc est dictum irrationabiliter, & necessario sunt amandi inaequaliter quoad effectum appetituum.
5. Nulla est obligatio amandi omnes aequaliter quoad affectum interituum, aut obiectiuum.
6. Bona gratia, & gloria, secundum Durandum, sunt optanda aequaliter omnibus proximis.
7. Verum id non est admittendum.
8. Ordo charitatis circa proximos recte attenditur ex coniunctione ad ipsum diligentem, & ex coniunctione ad Deum.
9. Coniunctio, tam ad diligentem, quam ad Deum, qua potest causare ordinem in dilectione proximi, est multiplex.
10. Naturaliter nobis coniuncti sunt magis amandi, quam meliores.
11. Charitas via non in omnibus est conformanda cum charitate patrie.
12. Dilectione proximi ex aliis coniunctionibus quomodo sint ex charitate supernaturali.
13. Magis coniuncti sunt magis amandi, quam minus coniuncti, secundum eandem coniunctionem.
14. Est peccatum mortale, si magis coniuncti non magis amentur.
15. Si tamen coniunctio non sit magna, poterit esse etiam veniale.
16. Paruitas materia in transgressione ordinis charitatis erga proximum, unde sumatur.
17. Qui notabiliter sunt meliores, possunt, ac debent magis amari, quam parum nobis coniuncti.
18. Christus Dominus, & Beatissima Virgo, secundum ordinem charitatis, sunt magis amandi, quam ipsi parentes.
19. Insignes benefactores possunt aliquando magis amari, quam carnaliter nobis coniuncti.
20. Si parentes sunt valde impij, & crudelis in filios, possunt ab illis minus amari, quam alij insignes benefactores.
21. Amicitia etiam naturalis, & strictissima soluitur, aut minuitur, per excessum notabile alienius vitij.



Quod hic quaerimus, solum quaerimus de personis particularibus, & priuatis: & has tantum hic intelligimus nomine proximi, cum certum sit, de tota aliqua Communitate, & de illis, qui Communitati sunt maxime vtilis, aut necessarii, quod sint magis diligendi, & eorum bona sint preferenda, & plaris ap-

pretianda, quam bona aliorum, qui sunt de Communitate, cum haec comparentur ad illa, sicut bona partium singularum ad bona totius.

De personis autem particularibus, & priuatis ratio dubitandi est: quia ex vna parte omnes videntur esse diligendi aequaliter, cum omnes aequaliter approximent nobiscum ad eodem fines participandae beatitudinis; & in illa omnes aequaliter nobis associantur: quae est ratio, vt charitas, & dilectio supernaturalis ad illos se extendat, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quae. 25. art. 1. & 12. vnde & omnes dicuntur esse amandi, sicut nos ipsi, Math. 22. quod tamen non esset, si vnus esset amandus magis, quam alius; neque amores erga omnes deberent esse aequales, & vt sic dicam, eiusdem mensurae; neque omnes deberent commensurari vni, & eidem amori, quo amamus nos ipsos: sicut enim, quae sunt aequalia vni tertio, sunt etiam aequalia inter se, vt est commune proloquium in Mathematicis: ita & contra, quae inter se non sunt aequalia, conuincuntur non posse esse aequalia vni tertio; ac proinde neque amores in proximos poterunt esse, sicut amor in nos ipsos, & illi aequales, tanquam amori tertio, & communi mensurae, si inter se sunt inaequales.

Ex alia vero parte non potest negari, quod sit ordo non solum in dilectione Dei, & proximi; & quod Deus sit diligendus magis, quam proximus; sed etiam in dilectione ipsius proximi; & quod vnus proximus sit diligendus magis, quam alius, vt probat S. Thomas 2. 2. quae. 26. art. 6. & diximus supra, disp. 9. num. 10. & disp. 11. num. 1. cum enim in iis omnibus sit aliquis ordo, in quibus est aliquid prius, & aliquid posterius ad aliquid vnum, quod sit principium, & simpliciter primum in aliquo genere, vt patet ex Aristotele 5. Metaph. text. 16. cap. de prioribus, necessarium debet esse etiam ordo in dilectione proximi, cum vnus sit prior, & propinquior; & alius sit posterior, & remotior primis, principis dilectionis, qui est ipse Deus, & ipsemet diligens, vt habet S. Thomas ibidem; & vere vnus sit coniunctior Deo per maiorem sanctitatem, & gratiam; & alius sit coniunctior ipsimet diligenti per maiorem coniunctionem naturalem, vt, verbi gratia, si sit consanguineus, aut affinis; vel per coniunctionem ciuilem, si sit conciuis, aut commilito, &c. vel etiam per coniunctionem spiritualem, si sit Pater spiritualis in Baptismo, vel in Confirmatione, vel in Confessione sacramentali, &c.

Hanc difficultatem putant aliqui facile solui, si distinguamus in dilectione duplicem maioritatem; & alteram attendamus, & appellemus secundum affectum, & alteram secundum effectum; & ordinem charitatis solum ponamus in hac secunda, non autem in illa prima. Ita Palud in 3. dist. 29. quae. 1. & alij alij ex veteribus apud Mag. ibidem, & apud S. Thomam 2. 2. quae. 26. art. 6. & quae. 2. de virtute, quae est prima de charitate, art. 9. Et tale quid habet etiam Glos. in cap. Si qui filij, ver. fideles, dist. 30. vbi concludit, aliam esse obligationem diligendi ex charitate secundum effectum, & aliam secundum affectum. Et idem habet etiam Raymundus apud Sylu. verb. Eleemosyna, quae. 3. vbi ait, patrem infidelem in exhibitione alimentum esse proponendum extraneo fidei, etiam si in dilectione interna sit de conuerso.

Sed recte asserit S. Thomas loco citato, id esse dictum irrationabiliter: quia, quemadmodum in naturalibus ad illud idem est inclinatio intrinseca, & innata, ad quod est actio, & motus extrinsecus; & terra, verbi gratia, & aqua, ad illum eundem locum deorsum habent internam inclinationem virtutis motu,

1. Proponitur ratio dubitandi, quod omnes proximi sint amandi aequaliter.

2. Et contra, quod in amandis proximis necessario sit admittendus aliquis ordo, & inaequalitas.

3. Secundum affectum, proximi sunt amandi aequaliter quoad affectum, non autem quoad effectum.

4. Sed hoc est dictum irrationabiliter, & necessario sunt amandi inaequaliter quoad affectum interituum, aut obiectiuum.

motu, & grauitatis, ad quem habent externam tendentiam, & descensum, quando non sunt impedita: ita & in supernaturalibus ad illud idem est interna inclinatio gratiae, ad quod est externa operatio eiusdem gratiae, ac proinde impossibile est, vt ad aliquid sit externa operatio, & effectus charitatis, ad quod non sit etiam interna inclinatio, & affectus. Et cum in affectu etiam interno charitatis, & dilectionis detur aliquid simpliciter primum, & quod maxime omnium, & super omnia sit diligendum, id est, ipse Deus; & post Deum ipsemet diligens; impossibile est, vt quoad alia diligibilia non detur ordo, & illa prius, & magis non sint diligenda post illa duo per internum affectum, quae illis duobus sint magis coniuncta, & magis proxima, vt patet ex ratione, & doctrina Arist. paulo ante allata. Et denique cum ordo in charitate, qui est in precepto, non attendatur secundum maioritatem interni amoris intensiuum, aut obiectiuum; sed solum secundum appetitiuum, & praelatiuum vnus ad aliud, vt sup. probauimus disp. 11. impossibile est, vt bonum vnus pluris appetiatur, quam bonum alterius secundum effectum, eique re ipsa anteponatur, & praeferatur; & non simul pluris appetiatur, & praeferatur secundum affectum, & actum internum, a quo dependeat ipse effectus, & actus externus.

Et quod omnes sint amandi aequaliter secundum affectum, non solum est irrationabile, & falsum, si intelligatur de affectu appetitiuo, secundum quem ordo charitatis est in precepto, vt diximus; sed etiam si intelligatur de affectu intensiuo, aut obiectiuo, secundum quem ordo quilibet est in libertate cuiusque, & non in precepto: nam quilibet, v. g. patrem, quantum debet, eiusque bonum anteponit; & praefert bono amici, quoad amorem appetitiuum, si praeterea intensius, & suauius, & tenerius amet amicum, nullam iniuriam facit patri; & simpliciter non peccat contra ordinem charitatis, cum per appetitionem illam maiorem, plenius satisfaciat obligationi amandi patrem; neque vltimus teneatur amare illum intensius, & suauius, vt patet ex S. Th. 2. 2. quae. 26. art. 7. in corp. & quae. 44. art. 8. ad primum, quod clare probat, non esse omnes ex charitate amandos aequaliter secundum affectum intensiuum. Et confirmatur: quia alioqui matres dici deberent peccare grauius contra ordinem charitatis, dum filium natu maximum magis amant appetitiue, & filium natu minimum amant magis intensiue, imò & intensiue magis amant catellum, quam filium: quod tamen communiter non admittitur. Et idem est de affectu, qui sit maior obiectiuus: siquidem licite potest vnusquisque velle patri, verbi gratia, ea bona, quae sunt illi proportionata; & alicui alteri velle bona maiora, tam in hac vita, quam in futura, cum ex ordine charitatis, qui est in precepto, non sit obligatio amandi omnes singillatim, & in particulari; sed solum amandi omnes generaliter, & nullum excludendi a communi amore. Et quemadmodum est libertas amandi specialiter, & in particulari, hunc potius, quam illum; ita & est libertas volendi huic potius, quam illi in particulari haec, aut illa bona maiora, vel minora, pauciora, vel plura: quod est illum amare magis, aut minus obiectiue. Vnde non est admittendum id, quod habet Dur. in 3. dist. 39. quae. 1. art. 1. quod, quanuis affectus approbationis, & complacentiae de bonis proximi ab illo iam habitis, & possessis, possit, & debeat esse inaequalis, cum etiam in Beatis bona gratiae, & gloriae sint inaequalia, & in domo Patris mei mansiones multae sint, vt dicitur Ioan. 14. & in hac vita, tam bona

gratiae, & virtutum, quam alia omnia non ab omnibus habeantur aequaliter; & tamen de omnibus, prout de facto habentur ab vnoquoque, habenda sint complacentia, & approbatio; affectus tamen desiderij de bonis non habitis, debeat esse aequalis pro omnibus, loquendo saltem de bonis gratiae, & gloriae; & quod vnusquisque ex charitate tantum gratiae, & tantum gloriae optare debeat vniciuique, quantae est capax, vel simpliciter, & absolute attendita capacitate obedientiali creaturae rationalis, vel saltem quantae est capax sub conditione diuina praedestinationis; & attendita praeterea Dei ordinatione, & voluntate, cui charitas primo inhaeret, & secundum quam solum cupit omnia fieri. Eiusque rei ex Durando illa est ratio: quia bonum diuinum, quale est bonum gratiae, & gloriae, in tantum per charitatem optandum est proximo, in quantum per illud tendit in Deum, idque vltimò cedit in bonum; & in gloriam ipsius Dei: si autem hoc bonum non vellemus aequaliter omnibus; sed vni magis, & alteri minus, consequenter neque etiam vellemus aequaliter in Deum tendere, Deumque omnes glorificare aequaliter; sed vnum magis, & alterum minus; & idem neque etiam vellemus Deum ipsum glorificari aequaliter, sed magis ab vno, & ab alio minus; ac proinde non summe glorificari ab omnibus, & quantum glorificabilis est: quod est contra charitatem ipsius Dei. Et quod dicitur 1. Cor. 13. charitas non amulari, hoc est, non inuidere, vt exponunt Patres communiter; videtur hoc ipsum aperte damnare, quod quis non aequaliter velit omnibus bonum; sed vni maius, & alteri minus, cum hinc aperte sequatur, quod etiam doleat, & tristetur, si etiam hic in bono crescat, & alterum aequet, contra id, quod volebat, quae est manifesta inuidia.

Verum, quod haec sententia non sit admittenda, patet ex S. Thoma 2. 2. quae. 26. art. 7. in corp. vbi asserit, quod possum velle ex charitate, vt iste, qui est mihi coniunctus, sit melior alio, & sic possit peruenire ad maiorem gradum beatitudinis. Et ratio est ex Caiet. ibid. quia interna charitas, seu dilectio erga proximum, per se loquendo, & extra casum necessitatis, solum est in precepto, quoad specificationem; non autem quoad exercitium; & solum tenemur non elicere actum odij; siue circa proximum in communi; siue circa hunc, aut illum proximum in particulari: non autem tenemur postiuè elicere actum amoris; ac proinde licite possum quoad exercitium exire potius in actum circa hunc proximum, quam circa illum; & si huic optem gratiam, aut gloriam, v. g. vt centum; & alteri solum vt decem, vel etiam circa illum simpliciter non exeam in vllum actum, & nihil cogitem de gratia, aut gloria illius, nulla iniuria alteri facio; & simpliciter non facio illicite, cum postiuè illi non optem, aut velim priuationem gratiae maioris, vel etiam gratiae, aut gloriae simpliciter, sed negatiue me habeam, & neque velim, neque nolim huiusmodi priuationem. Et quemadmodum Deus ipse; qui est prima regula recte amandi, ita vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vt tamen plus gratiae, & gloriae velit vni, quam alteri; & Christus Dominus sua merita plus applicat vni, quam alteri; neque praeterea vlli facit iniuriam, quia simpliciter nulli debet, & solum vult, & applicat ex mera liberalitate, & libertate suae voluntatis: ita & quilibet licite facit, si habitualiter, & in actu primo, & in preparatione animi, vt loquitur Caiet. omnes diligit, & postiuè nullum excludat a sua dilectione; & tamen actualiter diligit hunc, & non diligit illum; vel magis diligit hunc quam illum, cum simpliciter nulli debeat actum

7. Verum id non est admittendum.

5. Bona gratiae, & gloriae, secundum Durandum, sunt optanda aequaliter omnibus proximis.

exercitum suæ dilectionis. Vnde falsum est, quod teneamur ex charitate, actualiter, & positivè optare tantum gratiæ, & gloriæ unicuique, quantæ est capax, siue simpliciter, siue sub conditione, vt vult Dur. cum absolutè possimus pro nostra libertate negatiuè nos habere circa omnes quoad exercitium huiusmodi actuum, & positivè potius circa vnum, quàm circa alium. Neque propterea huic alteri dici debemus, quod volumus positivè, vt non tendat, vel vt minùs tendat in Deum, & vt Deus non glorificetur, vel vt minùs glorificetur per ipsum; quod sine dubio esset contra charitatem; sed negatiuè nos habendo circa huius tendentiam, & circa glorificationem Dei per ipsum, positivè nos habemus circa tendentiam, & glorificationem illius, quod solùm est secundùm charitatem erga illum; non autem contra charitatem erga hunc: neque est periculum, vt hinc sequatur tristitia, si forte etiam alter, ad quem negatiuè nos habemus, crescat in bono, & alterum æquet, cum id non sit contra nostram voluntatem; sed solùm præter illam, & per consequens neque est periculum inuidiæ, vt vult Dur.

Et quod sit licita hæc inæqualitas actuum circa diuersos proximos in particulari, adhuc clariùs demonstratur, si demus Durando id, quod ipse contendit secundo loco, id est, quod saltem tantum gratiæ, & tantum gloriæ debemus ex charitate optare unicuique, quantæ est capax sub conditione diuinæ ordinationis, & voluntatis; cum enim certissimum sit, quod Deus non ordinavit, & prædestinavit ad gloriam omnes æqualiter; sed animam Christi Domini, v. g. & Beatissimæ Virginis, & S. Ioannis Baptistæ, & aliorum ordinavit ad gloriam longè maximam supra gloriam paruulorum, qui solùm fuerunt regenerati per Baptismum, clarè conuincitur, quod si optemus omnibus eam gloriam, ad quam à Deo sunt ordinati, non omnibus optamus æqualem; sed vni maiorem, quàm alteri, cum vnus reuerà sit ordinatus ad maiorem, quàm alter.

Neque rationes dubitandi paulò ante allatæ n. 1. pro æqualitate dilectionis ad omnes, multum vrgent: quod enim omnes sint proximi, & nobiscum approximent ad eosdem fines participandæ beatitudinis, solùm probant, quod omnes sint diligendi ex charitate, quoad specificationem, & omnibus sunt optanda indefinitè bona gratiæ, & gloriæ; non autem probat quoad exercitium, quod omnes sint actualiter amandi, & non possit actualiter amari vnus, quin ametur actualiter, & positivè, & æqualiter etiam alius.

Et quod omnes sint amandi, sicut nos ipsi, non probat æqualitatem omnimodam dilectionis actualis, & quoad exercitium, de qua loquimur; sed solùm similitudinem quoad aliqua, vt etiam supra diximus disp. 16. n. 4. vt, scilicet, proximum diligamus propter Deum, eique velimus, & procuremus in casu necessitatis vera bona; & id faciamus, non propter nostram vtilitatem; sed propter ipsum, &c. & solùm quoad hæc, & similia potest admitti, quod amotes erga omnes proximos sint æquales, & eiusdem mensuræ; non autem quoad intensiorem actuum; & quoad magnitudinem obiectorum.

Posito verò, quod non omnes proximi particulares sunt amandi æqualiter secundùm effectum, siue secundùm affectum, & per consequens quod inter illos sit admittendus aliquis ordo prioris, & posterioris, tam in benè illis faciendo exterius, quàm in benè illis volendo interius, ex duplici capite inuestigat, & explicat hunc ordinem Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 6. & seqq. id est, vel ex eo, quod quis est nobis magis coniunctus, vel ex eo,

8. *Ordo charitatis circa proximos rectè attenditur ex coniunctione ad ipsum diligentem, & ex coniunctione ad Deum.*

quod est magis coniunctus cum Deo: quia enim principium dilectionis actualis per charitatem, vel est principium effectuum, quod sumus nos ipsi, qui diligimus adiuti per gratiam, & à quibus erit actualis dilectio; vel est principium obiectiuum, & formale extrinsecum, quod est ipse Deus, & Dei bonitas, ad quam tendit, & sub qua tendit omnis dilectio charitatis; rectè attenditur ordo prioris, & posterioris, quicumque sit inter proximos diligendos, ex maiore, aut minore propinquitate ad vnum aliquod ex his duobus principiis, vt etiam indicauimus paulò ante n. 2. Et quemadmodum in naturalibus specificatio motus rectè attenditur ex termino ad quem, & intensio velocitatis, ex virtute mouentis supra dispositionem mobilis, vt loquitur S. Thomas art. 7. & quicquid est in motu, totum attenditur ex his duobus principiis, qui sunt terminus motus, & efficiens: ita & specificatio dilectionis, & maioritas, siue prioritas, & quicquid est in dilectione, totum attenditur ex obiecto, qui est Deus; & ex principio efficiente, qui sumus nos.

Vt ergo explicemus ordinem charitatis in diligendis proximis, hoc in primis est explicandum, quænam ex his duabus rationibus, aut coniunctionibus ad principia charitatis, sit potior, & fundet prioritatem, vtrum coniunctio ad Deum, an coniunctio ad ipsum diligentem; & vtrum sit magis amandus, qui est sanctior, an verò qui est nobis coniunctior; quando non potest vterque amari, & vterque iuari in casu necessitatis, provt aliqui deberet. Neque est quæstio de his coniunctionibus, quando forte simul reperiuntur in vno, & non in altero: vt, verbi gratia, si ex duobus æqualiter mihi coniunctis, vnus simul sit sanctior, & Deo coniunctior; non autem alter, vel ex duobus æqualiter sanctis, & Deo coniunctis, vnus præterea sit coniunctior mihi, non autem alter: nam in his casibus certum est, quod coniunctio simul vtraque fundat prioritatem dilectionis super alteram tantum, & data paritate vnus coniunctionis inter aliquos duos, ille semper est præferendus, qui præterea habet aliam coniunctionem: sed est quæstio, quando hæc coniunctiones reperiuntur seorsim, & diuisæ ab inuicem; & qui est mihi coniunctus, v. g. non est simul coniunctus Deo, & sanctus; & qui est coniunctus Deo, & sanctus, non est simul coniunctus mihi: in quo casu iure potest quis dubitare, pro quo iter ex illis duobus prælatio, & prioritas dilectionis.

Et hæc ipsa coniunctio, tam cum Deo, quàm cum homine diligente, non est vnus tantum gradus, aut modi; sed multiplex. Et potest de his etiam gradibus dubitari; an, & quomodo fundent prioritatem: nam coniunctio cum Deo alia est generalis, & communis, non solùm hominibus; sed etiam Angelis, & creaturis omnibus intellectualibus, in quantum omnes sunt ordinatæ ad beatitudinem, & illius sunt capaces: & alia est magis specialis per solam fidem, vel etiam per spem, & charitatem, quæ reperitur in solis fidelibus, aut existentibus in statu gratiæ.

Et ad coniunctionem cum Deo potest reduci etiam illa, quæ est eum aliis; sed propter Deum, vt est coniunctio spiritualis, verbi gratia, inter Patrem, & filium spirituales ratione Baptismi, aut conuersionis per prædicationem, & per Sacramenta; & inter fratres spirituales ratione eiusdem fidei, ex qua omnes fideles dicuntur fratres; vel ratione eiusdem professionis religiosæ, ex qua specialius fratres spirituales, vel in Christo dicuntur omnes Religiosi. Et similiter coniunctio, quæ habetur cum homine diligente, alia est naturalis, & alia ciuilis,

9. *Coniunctio, tam ad diligentem, quàm ad Deum, potest causari ordinem dilectionis, & est multiplex.*

ciuilis, & moralis: nam naturalis, & communissima est ratione eiusdem naturæ specificæ, quam omnes participant; & magis propria, & quali individualis est ratione originis, cuius principia sunt alij aliis, vt, verbi gratia, parentes filiis, & nepotibus, & descendentibus, qui omnes ab illis ducunt originem; & ipsi fratres, qui ducunt originem ab iisdem parentibus; & ipsi coniuges, qui ad hunc finem sunt coniuncti, vt sint filii principium originis. Et ciuilis coniunctio est inter eos, qui nati in eodem loco, aut ciuitate, viuunt iisdem legibus, & sub eodem Gubernatore, & Principe; & qui societatem aliquam inter se ineunt, & in eodem col laborant, vt commilitones, & nautæ, & mercatores; & qui ex pacto, & conuentione inter se conuiuunt; & similes. Et denique coniunctio moralis est, quæ fundatur in aliqua virtute, v. g. in amicitia, aut beneficentia, aut gratitudine, qualis est inter amicos, & inter eos, qui beneficia conferunt, & eos, qui accipiunt, &c. Et de his omnibus coniunctionibus, certum est, quod, siue se teneant ex parte eorum, qui diligunt ex charitate; siue ex parte eorum, qui diliguntur, semper fundant prioritatem aliquam, & prælationem in dilectione: & de hac prioritate est explicandum, quando se habeat, & quomodo obliget.

10. *Naturaliter nobis coniuncti sunt magis amandi, quàm meliores.*

Et certum videtur, quod coniunctio naturalis, per se loquendo, & in iis bonis, quæ ad ipsam pertinent, præferri debet non solùm coniunctioni ciuili, & morali; sed etiam coniunctioni spirituali; & idèd in iis, quæ pertinent ad conseruationem naturæ, plus est amandus, qui naturaliter est coniunctus ipsi amanti, etiam si alius, qui non est coniunctus, sit in se melior, & magis coniunctus Deo, vel etiam nobis per alias coniunctiones. Ita S. Thomas 2. 2. q. 26. ar. 7. & in 3. dist. 29. q. 1. ar. 6. & q. 2. de virt. quæ est prima de char. ar. 9. Mag. & Schol. in 3. dist. 29. cit. Valen. 2. 2. disp. 3. q. 6. punct. 5. §. 2. regula, & §. 3. reg. Suar. disp. 9. de char. sect. 4. n. 4. & omnes communiter: nam, vt bene ratiocinatur S. Th. in 3. dist. 29. q. 1. ar. 5. cum omnis amor sit circa bonum ipsius amantis, & illud solùm sit bonum amabile vnicuique, quod est illi proprium, vt loquitur Aristot. 8. Ethic. c. 2. & 5. Deus ipse in tantum à nobis amatur primò, & maximè per charitatem, in quantum omne bonum nostrum, & quicquid est nobis amabile, reperitur in illo perfectissimo modo, tanquàm in causa vniuersali omnis boni, & tanquàm in bono cuiusque boni, quod non alio bono est bonum, quàm seipso, vt loquitur S. August. lib. 3. de Trin. cap. 3. tom. 3. & supra reuelimus disp. 9. n. 3. & post Deum secundo loco in tantum amamus nos ipsos, & magis quàm proximum, in quantum bonum nostrum perfectius reperitur in nobis, quàm in proximo, cum in nobis reperitur in proprio esse, in quo est factum, & causatum à Deo, vel potest esse factum, & causatum; & in proximo solùm reperitur per similitudinem, hoc est, in quantum etiam ipse participat de eodem bono omnis boni, quod est Deus; & in hac participatione nobiscum communicat, vt explicat ipse Sanctus Thomas quæst. 1. citata, art. 6. debet ergo etiam ille proximus magis amari quoad aliquod genus bonorum, qui in illo participando à Deo, maiorem habet similitudinem, & communicationem nobiscum, vt certè habent, quoad bona spectantia ad conseruationem naturæ, illi, qui naturaliter sunt nobis coniuncti, & quoad bona spectantia ad bonum ciuile, aut morale, illi, qui nobis sunt coniuncti ciuilitè, aut moralitè. Vnde, quemadmodum vnusquisque magis

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

debet diligere se quoad naturam, etiam si ipse sit malus, quàm alium quencunque, etiam bonum, & sanctum: ita & debet magis diligere sibi coniunctos naturaliter, quàm si mali, vt subdit S. Thomas artic. 6. cit. ad 1. Et in hoc ipso maximè conformatur ad Deum, dum eos magis diligit, quos habet sibi coniunctos coniunctione sibi apta, & secundùm naturam; sicut & Deus magis diligit coniunctos sibi secundùm gratiam, vt habet in responsione ad 2. neque charitas aliter Deo conformatur, quantum ad hoc, nisi secundùm proportionem, vt habet idem S. Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 7. ad 2. vt, scilicet, ita nos magis amemus coniunctos nobis, sicut ille magis amat coniunctos sibi.

Dixi autem, magis coniunctos esse magis amandos quoad bona spectantia ad illam coniunctionem: quia sic notat S. Thomas art. 8. & non ex eo, quod miles, v. g. teneatur plus amare parentes, & consanguineos, quàm belli ducem, sequitur, quod etiam illis debeat magis obtemperare in iis, quæ spectant ad bellum, quàm ipsi duci; & quod Prælati, & dispensator bonorum ecclesiasticorum potius debeat illis conferre beneficia ecclesiastica, si alioqui sunt minùs idonei ad inseruiendum Ecclesiæ: nam obedientia militaris, & collatio beneficiorum non est ex bonis spectantibus ad coniunctionem sanguinis; sed ad alias coniunctiones, quæ non simul habentur cum coniunctione sanguinis. Et contra, quia coniunctio spiritualis per communicationem gratiæ, & gloriæ habetur cum omnibus; & simul reperitur cum coniunctione naturali, & eum alia quacunque, benè potest, ac debet gratia, & gloria magis optari coniunctis, & consanguineis, quàm exteris, cum reuerà ad illos sit duplex coniunctio, id est, naturalis, & spiritualis; ad hos verò sit tantum vna, id est, tantum spiritualis, vt notat Bannes 2. 2. quæst. 26. art. 8. dub. 2. corol. 2. col. 1046. Et si fiat comparatio inter diuersas coniunctiones, & indigentia, quæ forte occurrunt simul supplicanda per charitatem, sint diuersæ, & in diuerso genere, & dum parentes mei, verbi gratia, aut coniuncti secundùm originem indigent corporaliter, aut temporaliter, aliquis alius, qui mihi sit coniunctus solùm spiritualiter, verbi gratia, filius, aut frater spiritualis, simul indigeat spiritualiter; & quæque indigentia sit extrema, aut grauis, nec possit simul vtraque à me suppleri; certum est, quod secundùm ordinem charitatis prius teneor subuenire necessitati spirituali, quæ ex proprio genere est maior, quàm necessitati corporali; & quod in tali casu coniunctio naturalis non præualer coniunctioni spirituali, quàmuis id contingat per accidens ratione indigentia spiritualis, quæ simul occurrit cum indigentia corporali, & quæ ex proprio genere semper illi est præferenda, vt notat Suar. disp. 9. de char. sect. 4. num. 4. & Valen. 2. 2. disp. 3. quæst. 4. puncto 5. §. Dixi autem. col. 610.

Et si contingat, vt, qui est mihi coniunctus secundùm originem, sit in eadem necessitate spirituali, in qua est alius mihi coniunctus spiritualiter; & tempore naufragij, verbi gratia, extremè indigeat absolute meâ sacramentali, tam parens, aut filius meus carnalis, quàm pater, & filius meus spiritualis; adhuc debeo coniunctum carnaliter præferre coniuncto spiritualiter, vt notat Suar. sect. 4. cit. n. 11. quia coniunctio carnalis est quasi substantialis, & non recipit mutationem, vt etiam habet Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 7. cum tamen alia coniunctiones sint accidentales, & facile recipiant mutationem. Et præterea, quia in extre-

N N 2 ma

ma necessitate omnia sunt communia, & cessat...

11. Charitas via...

Neque ex eo, quod Charitas in patria ex nulla...

patrem habeo, v.g. infidelem; & pessimum, possum...

Quod si dicas, posse quidem, ac debere magis...

Et quod diximus de coniunctis secundum originem...

12. Dilectionis...

13. Magis coniu...

14. Si peccatum...

15. Si iam coniu...

16. Paruitas ma...

17. Qui notabil...

18. Christus Do...

19. Insignes be...

cum hic ordo preferendi coniunctos, & magis...

peccarem mortaliter, si non succurrerem tali ami...

DISPUTATIO XXII.

Quomodo parentes, & filij sint specialiter...

- 1. Parentes, quoad bona honoris, & subiectionis...

20. Si parentes...

21. Amicitia...

- 6. Benefici plus amant eos, in quos sunt benefici, quam amantur ab illis.
- 7. In casu necessitatis sunt plus amandi, & inuandi parentes, quam proprii filij.

QX dictis disputatione precedente, de coniunctis magis amandis, tam secundum effectum, quam secundum affectum, & tam in ordine ad bona huius vite, quam in ordine ad bona alterius vite, facile explicantur particulares quaestiones circa hos omnes, qui specialiter sunt coniuncti ipsi homini diligenti.

1. Nam circa parentes, & circa filios diligendos, primò est quaestio, quis ordo seruari debeat secundum charitatem; & vtrum parentes sint magis diligendi, quam filij; an verò è contra sint magis amandi filij, quam parentes: & si quis ex vna parte habeat parentes, ex quibus est genitus; & ex altera habeat filios, qui ab ipso sunt geniti, neque possit in casu necessitatis vtriusque succurrere, quos, & quibus praeferre debeat. Sed breuiter ex S. Thomae 2. 2. quaest. 26. art. 9. & in 8. sent. dist. 29. quaest. 1. art. 7. pag. 108. col. 3. & quaest. 2. de virtutib. quae est prima de charitate, art. 9. ad 18. pag. 269. col. 1. hæc possunt colligi. Primò, quoad bona honoris, & reuerentiae, & subiectionis, & obedientiae, est magis amandus pater, quam filius: quia coniunctio, quae habetur cum patre, ratione principationis, & causationis passiuæ ipsius esse, quod filius habet à patre, hæc bona maximè postulat, & semper vnusquisque est præferendus secundum illa bona, quæ spectant ad coniunctionem, quæ cum illo habetur, vt diximus disputatione precedente, n. 10. Et contra, quoad

2. curam provisionis bonorum externorum, est magis amandus filius, quam pater: quia contraria ratione coniunctio, quæ habetur cum filio, ratione principationis, & causationis actiuæ eiusdem esse, quod pater illi communicat, hæc alia bona maximè postulat: vnde & dicitur 2. Cor. 12. Non debent filij thesaurizare parentibus; sed parentes filiis. Idque specialiter est verum pro eo tempore, quo filius manet sub potestate patris, & non est ab illo emancipatus: nam in tali casu videtur pater iam compleisse suum munus thesaurizandi filio, vt notat Suar. de charit. disp. 9. sect. 4. n. 7. pag. 467. Et ratio est ex eodem Sancto Thoma in 3. dist. 29. quaest. 1. art. 7. cit. ad 1. quia ad patrem, in quantum est causa, & principium filij, maximè pertinet, vt in illum influat, tantquam in causatum, & principiatum; non autem è contra pertinet ad filium, in quantum est causatus, & principiatum; vt influat in patrem, tantquam in causam, & in principium; sed, sicut ad patrem, in quantum est causa, spectat, per se loquendo, influere in filium, vt in causatum, eique communicare ea omnia, quibus indiget ad suum esse, & ad illius conseruationem: ita & spectat ad filium, per se loquendo, in quantum est effectus, & quid causatum, dependere à patre, eumque agnoscere, vt principium, & causam sui, in quo fundatur subiectio, & obedientia, & honor, quem illi debet. Et quoad hoc amor parentum erga filios maximè proportionatur amor Dei erga homines; & amor filiorum erga parentes proportionatur amor hominum erga Deum: siquidem etiam Deus nos amat ad nostram vtilitatem; & nos redamamus Deum ad illius honorem, vt habent S. Augustinus lib. 1. de doctrina Christ. cap. 32. tom. 3. & ex illo S. Thomas 2. 2. quaest. 26. art. 9. ad 3. & hoc idem etiam habetur ex Aristotele 8. Ethic. cap. 11. pag. 206. vbi ait, parentes idèd habere ex ipsa natura imperium in filios; quia sunt illis principium ipsius esse, & educationis, & in-

1. Pater, quoad bona honoris, & subiectionis, sunt magis diligendi, quam filij.

2. Filij, quoad bona externa, sunt magis diligendi, quam parentes.

stitutionis: si autem natura habent parentes inperium in filios, etiam filij habent natura subiectionem ad parentes, & per consequens illis debent honorem, & obedientiam; & si parentes sunt filijs principium, vt sint, etiam debent illis subministrare, quæ sunt necessaria, vt conseruentur in esse.

Secundò, colligitur ex Sancto Thoma lectr. cit. quòd quæcunque tandem sit maior amabilitas parentum supra amabilitatem filiorum, rectè potest, ac debet referri in dignitatem, & nobilitatem obiecti; & quæcunque tandem sit maior amabilitas filiorum supra amabilitatem parentum, rectè potest, ac debet referri in ipsiūmet diligentem, & in illam coniunctionem, quam habent filij cum parentibus, & quam non habent parentes cum filiis: nam, vt docet idem Sanctus Thomas 2. 2. quaest. 26. cit. art. 4. ad 1. & art. 7. & supra notauimus disp. 21. num. 2. & 8. ex duplici capite potest attendi, quòd aliquid sit magis diligendum, quam aliud, id est, ex parte obiecti, quod ex se est nobilior; & idèd propinquius primo, & maximo diligibili, qui est Deus: & ex parte ipsius diligentis, qui obiectum, quod diligit, habet sibi propinquius, & magis coniunctum, etiam si alioqui ex se non sit nobilior, & propinquius Deo. Dum ergo parentes diliguntur à filiis, in quantum illis sunt principium, & causa essendi; & dum filij diliguntur à parentibus, in quantum ab illis accipiunt esse, & sunt aliquid illorum, & quasi alteri illi, vt loquitur Aristot. 8. Ethic. cap. 12. pag. 208. certum est, quòd maior parentum dilectio supra dilectionem filiorum maximè oritur ex parte obiecti, id est, ex ratione principij, quæ ex se est bonum eminentius, & Deo similis: & maior dilectio filiorum supra dilectionem parentum maximè oritur ex coniunctione ad ipsosmet diligentes, qui illos habent, vt aliquid sui, & tanquam alteros se, eosque diligunt dilectione maximè simili, & affini ad dilectionem sui ipsorum, vt loquitur S. Th. 9. 26. n. 9. cit.

Quòd si queras, quomodo filius sit, & dicatur magis coniunctus patri, quam sit; & dicatur vicissim etiam pater coniunctus filio: Respondeo cum Aristotele 8. Ethic. cap. 12. cit. pag. 208. sub initium, id esse ex eo, quia semper id, à quo aliquid est, aut oritur, maiorem habet necessitudinis coniunctionem cum eo, quod est, aut oritur ab ipso; quàm habeat è contra id, quod est, aut oritur ab aliquo cum eo, à quo est, aut oritur; siquidem id, quod oritur, est proprium, & quasi possessio illius, à quo oritur, & absolute est illius, & ab illo habetur; non autem è contra id, à quo oritur, est possessio illius, quod oritur, neque ab illo habetur, aut est illius: sic enim capillus, verbi gratia, quia oritur ex capite, dicitur proprius, & possessio capitis, & haberi à capite, & absolute capillus capitis; non autem è contra ipsum caput, ex quo oritur, dicitur absolute caput capilli, aut haberi à capillo, vel esse proprium, & possessio capilli: & imiliter dens, quia oritur ex maxilla, dicitur absolute dens maxillæ; non autem è contra dicitur maxilla dentis, aut esse propria, & possessio ipsius dentis, vel ipse dens habere maxillam: & idem est de arbore, ex qua oritur ramus, & flos, & fructus, quæ omnia hac de causa dicuntur absolute esse quid proprium, & quasi possessio ipsius arboris; non autem è contra ipsa arbor dicitur esse quid proprium, & quasi possessio rami, & floris, & fructus: sicut & manus, aut pars alia integralis, verbi gratia, Petri, dicitur absolute esse Petri; non autem Petrus dicitur absolute esse ipsius manus, aut partis alterius integralis. Eadem ergo ratione ex hoc ipso, quòd filius, verbi gratia, Socrates, habet esse à patre, verbi gratia, à Sophronisco, maiorem habet necessitudinis connexionem

3. Quod parentes quoad eligenda sunt magis amandi, quàm filij, maxime est ex nobilitate obiecti; & quod filij, quoad alia, sunt magis amandi, quàm parentes, maxime est ex maiori coniunctione, quam habent ad illos.

4. Quomodo filius sit magis coniunctus patri, quam pater filio, quàm pater filio.

ipie Sophroniscus cum Socrate, quàm habeat è contra Socrates cum Sophronisco. Vnde & absolute dicitur Socrates esse Sophronisci; non autem Sophroniscus esse Socratis: & vniversaliter is, qui est filius, dicitur esse quid proprium, & possessio patris, 5. Ethic. cap. 6. versus finem, pag. 125. & quasi membrum, & pars illius, lib. magn. Moral. cap. 31. pag. 308. non autem è contra is, qui est pater, dicitur esse possessio filij, aut quasi membrum, & pars illius. Et ratio potest afferri ex Alberto in caput 12. lib. 8. Ethic. quia parentes præbendo semen, aut materiam pro generatione filiorum, manent illis coniuncti, habendo in illis aliquid sui, & quod verè fuit decissum de illorum substantia, & vt addit Buridanus ibidem, quaest. 16. dando, & communicando illis esse, iunguntur illis, tanquam tendentes in ipsos: cum tamen filij non maneat coniuncti parentibus, habendo in illis aliquid sui, vel decissum de sua substantia, & recipiendo ab illis esse; sed potius exeant extra illos, & ab illis recedant; quæ sine dubio est maior coniunctio, quantum est ex propria formalitate, & prout consideratur ex parte ipsorum filiorum. Et ne in hoc contingat deceptio, parentes, & filij non sunt accipiendi formaliter, quatenus substantant relationibus mutuis, & appellantur nominibus relatiuis, quomodo dicuntur ad conueruentia, vt patet ex Aristotele in cap. ad aliquid; & æqualiter sunt coniuncti ad inuicem, & sequè inuicem ponunt, ac tollunt; & tam filius est, & dicitur patris filius, quàm pater est, & dicitur filij pater; sed sunt accipiendi materialiter, & quatenus tantummodo substantant fundamentis relationum, & significantur nominibus absolutis; & is, qui genuit, & est pater, dicitur, verbi gratia, Sophroniscus; & is, qui est genitus, & est filius, dicitur Socrates: hoc enim modo clarè apparet, quòd Sophroniscus est magis coniunctus Socrati, quàm Socrates Sophronico, cum verè Sophroniscus sit coniunctus per aliquid sui, non autem Socrates; & idèd Socrates absolute dicitur esse Sophronisci, & eius possessio; & quasi membrum, aut pars; non autem Sophroniscus dicitur tale aliquid esse Socratis.

5. Atque hinc vltèrius fit, vt parentes magis ament filios ex naturali inclinatione, quàm amentur à filiis, vt bene explicat, & probat Aristoteles 8. Ethic. cap. 12. cit. id enim ex eo contingit; quia illos amant, vt existentes aliquid sui, vt ipse loquitur; & idèd amor in filios est maximè similis amor erga seipsum, vt loquitur S. Thom. 2. 2. quaest. 26. art. 9. cit. & omnino includitur in amore sui, vt idem habet quaest. 1. de charit. art. 9. ad 18. imò & est plane idem, sicut & amor, quo amo manum meam, vel aliud membrum meum, est plane idem cum amore, quo amo meipsum, & addit in 3. dist. 29. quaest. 1. art. 7. in corp. & idèd huiusmodi amor plus habet de ratione beneuolentiae, quæ est principium, & radix amicitiae, & potest esse etiam ad seipsum quàm de ratione amicitiae, quæ essentialiter est ad alterum, vt idem S. Thomas ibidem subdit: & propterea patres plus amant filios, quàm amantur à filiis ex Aristotele cap. 12. cit. libri 8. Ethic. & S. Thoma 2. 2. quaest. 26. art. 9. quia parentes magis sciunt, quòd filij ex ipsis sint geniti, quàm sciant filij, quòd ex ipsis sint geniti; & certum est, quòd amor cæteris paribus semper est maior, quando cognitio de ratione amandi est maior, cum hæc se habeat quasi applicatio obiecti, & hoc maximè moueat, quando maximè est applicatum, vt etiam contingit in agentibus, & mouentibus physicis. Et denique idem probat longinquitas, & diuturni-

5. Patres plus amant filios, quàm amantur à filiis.

tas temporis, quo patres amant filios, supra illud, quo filij redamant patres: siquidem illi itatim incipiunt eos amare, quando primùm sunt nati: hi verò non incipiunt redamare, nisi progressu temporis, quando intelligentiam, & sensum sunt iam adepti; & certum est, quòd hæc longinquitas, & diuturnitas multum facit ad firmitatem, & perfectionem amoris, cum inducat saltem assuetudinem ad amandum, & hæc manent etiam eadem noticia de ratione amandi semper tribuat promptitudinem, & facilitatem, & delectationem ad actum amoris, vt communiter dicitur in materia de habitibus. Vnde & monetur Eccl. 9. vt non derelinquamus amicum antiquum: quia nouus non erit similis illi: vinum enim nouum, vt ibi dicitur, amicus nouus: & sicut vinum tunc bibitur cum suauitate, quando iam inuezerauerit, & fuerit bene defæcatum, & depuratum; ita & amicus tunc est optimus, quando fuerit diu amatus, & multo tempore bene probatus.

Ad hoc idem probandum, quòd patres magis ament, quàm amentur, possunt afferri rationes aliae, quibus Aristoteles lib. 9. Ethic. c. 7. pag. 227. & S. Thomas 2. 2. quaest. 26. art. 12. hoc idem probat de beneficiis, quòd, scilicet, magis ament eos, in quos sunt benefici, & quibus beneficia conferunt, quàm vicissim redamantur ab illis: cum enim parentes sint in filios maximè benefici; & dum illis conferunt esse, & educationem, & institutionem, conferant beneficia omnium maxima; optimè possunt de illis afferri, quæ afferuntur de beneficiis. Et primò potest afferri, quòd id contingat ex ipsa ratione debiti, quæ est in illis, quibus aliquis est beneficus: sicut enim in mutuis, & in debitis pecuniariis, illi, qui debent restituere mutuum, aut pecuniam soluere, minimè curant de bono illorum, quibus debent, imò & maximè volunt, eos non esse, vt sic leuentur onere debiti, & obligatione soluendi, & contra illi, qui debent recipere mutuum, & recuperare pecuniam, multum curant de salute, & bono debitorum, vt sic recipiant, & recuperent id, quod dederunt: ita & benefici multum curant de bono illorum, in quos sunt benefici; quia sic sperant, gratias ab illis recipere: & contra, qui beneficia receperunt, parum curant de ipsis beneficiis, imò & eos volunt non esse; quia sic illis nihil retribuunt. Eadem ergo ratione etiam patres multum curant de filiis, eosque amant; quia ab illis sperant, & expectant rependi gratias, & beneficia: & contra filij parum curant de parentibus, & parum redamant, imò & volunt eos non esse; quia parum curam referre gratias, imò & volunt leuari hac ipsa obligatione, & onere referendi. Et si hæc ratio dicatur cum Aristotele ibidem esse tantum humana, & apparens; non autem solida, & naturalis, neque esse simile id, quòd dicitur de mutuantiis: siquidem hi non verè amant mutuatarios, & debitores; neque curant de bono illorum, vt bonum illorum est; sed solum amant seipsum, & solum curant de bono proprio, dum volunt recuperare mutuum, quod dederunt; benefici autem verè amant illos, in quos sunt benefici, & verè cupiunt illis bona, quatenus bona illorum sunt. Si inquam, hæc ratio minus placeat, potest afferri secundo loco illa alia, quam Aristoteles appellat naturalem: & in hoc consistit, quia est maximè naturale vniciuique, vt diligat opus suum, sicut & est naturale, vt diligat suum esse, & suum viuere: nam, cum esse vniciuiusque habeatur ab actu, & hic sit duplex, id est, primus, qui est ipsa forma; & secundus, qui est operatio, 2. de anima, textu 1.

6. Benefici plus amant eos, in quos sunt benefici, quàm amantur ab illis.

et 3. etiam esse vnuscuusque est duplex, id est, primum, & in actu primo, quod etiam dicitur esse in habitu, & quasi in somno, 2. de anima, text. 5. & secundum, vel in actu secundo, quod etiam dicitur simpliciter, & absolute in actu, & quasi in vigilia, id est, esse excitatum, & operans; non autem quasi consopitum, & ligatum, aut impeditum ab operatione: vnde & absolute dicitur, esse dupliciter, id est, operatione, & actu, & viuendo, & agendo, 9. Ethic. cap. 7. cit. qua ergo ratione vnique est maximè naturale, vt diligat suum esse; siue illud sit esse primum, & in actu primo per ipsam formam; siue secundum, & in actu secundo, per ipsam operationem: eadem ratione vnique est maximè naturale, vt diligat suum opus, cum etiam in illo, tanquam in effectu, habeat, & retineat aliquo modo, & manifestet suum esse: nec solum est naturale, vt diligat; sed etiam, vt magis diligat, quam vicissim diligatur ab opere, si esset animatum, vt loquitur Aristoteles, *ibidem*; siquidem non ipse eodem modo est esse operis, siue primum, siue secundum, quo ipsum opus est esse operantis: & sic contingit in artificibus respectu operum artificiosorum, & in Poëta respectu poematum, & in parentibus respectu filiorum, vt notat Aristoteles, *ibidem*, & lib. 4. cap. 1. pag. 82. quare, cum etiam beneficium habeat aliquo modo, & retineat suum esse in beneficiato, tanquam in proprio opere, & effectu, vnde & communiter dicitur etiam esse illius opus, & factura, & creatura, si magnum aliquod beneficium ab illis accepit, vel ad magnum aliquem gradum sit promotus, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 16. cit. in corp. & in 3. dist. 29. q. 1. art. 7. ad 2. & ex illo Valen. disp. 3. quæst. 4. puncto 5. §. *Etsi autem hoc ita sit*, col. 613. omnino debet etiam beneficium naturaliter diligere beneficiatum, & plus diligere, quam vicissim diligatur ab illo, cum non ea ratione habeat beneficium suum esse in beneficio, qua habet beneficium in beneficiato. Tertio ad idem facit ex eodem Aristotele, & S. Thoma locis citatis, quia beneficium in beneficiato agnoscit suum bonum honestum; quod est operatus, bene illi faciendo: beneficiatus vero non agnoscit in beneficio, nisi suum bonum utile, quod ab illo est consecutus; multo autem est delectabilius considerare, & recolere bonum, quod nos ipsi fecimus, & est diuturnius, quam considerare, & recolere bonum utile, quod ab alio accepimus, & fortasse cito transiit; & ideo beneficium magis gaudet in bono beneficiati, quam beneficiatus in bono beneficii; & magis amat, quam redametur.

Quarto, idem probatur; quia amare est simile actioni, & amari est simile passioni, cum ad amantem pertineat agere, id est, velle, & optare bonum amato; & ad amatum pertineat pati, id est, recipere bonum ab amante. Si ergo magis pertinet ad amantem, vt agat, quam vt patiat; hoc ipso magis pertinet, vt amet, quam vt ametur; & de facto plus amet, quam redametur.

Quinto denique, quia naturaliter plus diligit vnusquisque id, quod habet cum labore, quam id, quod habet sine labore, vt patet in iis, qui per se ipsos, & cum labore acquirunt pecunias, easque propterea magis amant, quam qui accipiunt acquiritas ab aliis, & sine labore. Cum ergo beneficere, & ipsum bonum beneficiati, vel ipse beneficiatus constet beneficio magno labore; & contra bene accipere, vel ipse beneficium non constet beneficio vilo labore; non potest beneficium non magis amare beneficiatum, quam amet beneficiatus ipsum beneficium.

His vero iisdem rationibus nemo non videt, quomodo probetur, quod dicebamus paulò ante n. 5. de parentibus, quod magis ament, quam amentur; cum reuera etiam ipsi sint in filios maximè beneficii, & in illis agnoscant, & ament suum esse in actu secundo; & considerent, & recolant bonum honestum, quod fecerunt in iis educandis, & instituentibus; & bene intelligant, quod ad principium, & causam, quales ipsi sunt respectu filiorum, magis pertinet agere, ac proinde amare, & bonum velle, & operari, quam pertinere pati, ac proinde amari, & bonum recipere; & denique bene sciant, quod non nisi magna cura, & labore constant filij iam adulti. Et quia hoc totum maximè prouenit ex iam coniunctione, quam naturaliter habent parentes cum filiis, & quam è contra non habent filij cum parentibus, rectè in illam refertur tota maior amabilitas filiorum, vt supra diximus n. 3. & S. Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 9.

Sed circa ordinem charitatis in diligendis filiis, aut parentibus, illud potest notari tertio loco, quod si forte ex aliquo accidente existat meus pater in extrema necessitate boni spiritualis, aut temporalis, in qua simul existit etiam meus filius; neque possim ego vtrique succurrere; præferre omnino debeo necessitatem patris necessitati mei filij, eique succurrere omisso hoc. Ita expressè S. Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 9. ad 3. & in 3. dist. 29. quæst. 1. art. 7. ad 1. Richard. in 3. dist. 29. cit. art. 1. quæst. 7. pag. 344. & omnes communiter apud Azor. part. 2. lib. 2. cap. 2. quæst. 16. pag. 79. col. 1. nam, quauis patri, in quantum est pater, & principium, vel causa filij, per se loquendo, conueniat superioritas, & sufficientia, aut virtus ad influendum specialiter bona temporalia ipsi filio; & ideo ex parte filij, per se loquendo, sit illi debita reuerentia, & subiectio, vt supra diximus n. 1. & 2. non autem conueniat indigentia, aut subiectio ad ipsum filium: si tamen ex accidente, & in casu aliquo etiam ipse indigeat ope filij, erit id quidem per accidens, in quantum est pater, & superior filio, vt loquitur S. Thomas; non tamen poterit filius non præter illi esse, & non ferre auxilium, etiam omisso quocunque alio, cum magnitudo obligationis, quam ad illum habemus propter ipsum esse acceptum, superpleat omnem aliam obligationem ex coniunctione, vel ex quocunque alio titulo. Vnde, si contingat, verbi gratia, vt meus pater, & meus creditor, cui debeo ex iniustitia, simul redigatur ad extremam inopiam, neque possim succurrere simul vtrique; potius debeo succurrere patri, quam creditori, vt notat Azor. part. 2. lib. 2. cap. 2. cit. quæst. 17. pag. 79. ex Caiet. Soto, & aliis; quia in extrema necessitate, bona, quæ habeo, non sunt creditoris; sed communia: & ideo, quemadmodum possum ex illis licite succurrere mihi ipsi, si extremè laborem; ita & possum succurrere meo patri, ad quem habeo maiorem obligationem, quam ad creditorem, stante, quod bona sint facta communia, vt etiam notat Suar. disp. 9. de charit. sect. 4. n. 12. pag. 467. in fin. Bonac. in Decal. disp. 3. quæst. 4. puncto 5. n. 3. pag. 164. col. 2. tom. 2. Idque etiam est secundum inclinationem naturæ, ex qua vnusquisque difficilius inducitur, vt patrem occidat, vel domo expellat, quam vt occidat, aut expellat filium; & ex qua bruta ipsa, si agnoscunt parentes, maximè illos inuuant in necessitatibus, & indigentibus, vt de ciconiis refert S. Basil. homil. 8. in Hexameron, & ex illo S. Thomas in 3. dist. 29. quæst. 1. art. 7. citato, in fine corporis, quod parentes suos atate confectos fouent plumis, & alimenta iis ministrant, & in volatu supportant. Et quatenus in homine non sit tanta inclinatio, & instinctus nature ad inuandos parentes,

7.
In casu necessitatis sunt plus amandi, & inuandis parentibus, quam propriis filij.

parentes, quanta est in brutis, & magis sint propensi ad inuandos filios in temporalibus, quam parentes; id tamen ex S. Thoma *ibidem* solum est; quia natura inclinatur ad illud, quod est per se; non autem ad illud, quod accidit in casu, vt certè accidit indigentia parentum; & defectum naturæ, si quis est quoad hoc, bene supplet in hominibus ratio, & bene facit eam inclinationem, quæ est in brutis ex sola natura. Et si est licitum in casu necessitatis magis saluare vitam parentum, quam propriam, eosque pascere tempore famis, & tabulam in naufragio illis porrigere, vt ex communi sententia supra diximus disputat. 20. n. 8. potiori ratione est etiam licitum magis illos saluare, quam filios; & debitum gratitudinis, & pietatis, quod specialiter est ad parentes propter beneficia omnium maxima, quæ ab illis accepimus, in quantum sunt nobis principium essendi, bene continet; & quasi absorbet debitum coniunctionis aliquantulo maioris, quam habemus ad proprios filios, vt supra diximus generaliter de obligatione, & debito virtutis minoris, quod continetur in debito virtutis maioris disputat. 1. 2. n. 7. & ideo absolute est magis debitum in casu necessitatis inuare parentes, quam proprios filios; & est minus peccatum, si quis in illo deficiat, quam in hoc, vt expressè habet S. Thomas in 3. dist. 29. art. 7. cit. ad 1. & indicat in re simili 2. 2. quæst. 26. art. 1. 2. ad 2. cum præferat ipsa prioritas, & anterioritas dilectionis, qua parentes præueniunt filios, antequam filij possint illos amare; & diuturnitas temporis, quo illos amant, magnoperè ab illis extorquet redamationem, & magnoperè prouocet ad redamandum, saltem in casu necessitatis, cum ex S. Augustino in libro de catechizandis rudibus, cap. 4. tom. 4. nulla sit maior prouocatio ad amandum, quam præuentio in amando; & nullus sit animus ita durus, qui dilectionem nolit rependere, si forte noluit primus impendere.

DISPUTATIO XXIII.

Quis sit ordo in amandis ipsis parentibus, & ipsis filiis: & quomodo pater sit magis amandus, quam mater; & vnus filius magis, quam alius.

1. Mater est magis amanda, quam filij; & minus, quam pater.
2. Mater non concurrit alicui ad generationem filij, neque præbet semen propriè dictum.
3. Idem totum ex sententia Aristotelis etiam asserit S. Thomas.
4. Etiam Beatissima Virgo ad conceptionem Christi Domini non concurrit alicui.
5. Similitudo filij ad parentes non prouenit ex alicuius alicuius, sed maximè ex temperamento.
6. Similitudo ad parentes maximè inuatur cogitationibus, & affectionibus ipsorum parentum, tempore generationis.
7. Potest mater ex accidente plus amari, quam pater.
8. Matres sunt amantiore filiorum, quam patres.
9. Si pater valde parum amat filios, potest ab illis amari minus, quam mater.
10. Si mater plus ametur, quam pater, non est peccatum mori illi.
11. Etiam filij à parentibus sunt amandi cum certa ordine, & alij aliis sunt præferendi.
12. Filij illegitimi, etiam spurij, sunt necessariò amandi quoad alimenta, & necessaria vita.
13. Nomine alimentorum quid intelligatur.

14. Filia illegitima, & spuria, inter alimenta, debetur à parentibus etiam dos.
15. Filiis illegitimis, & spuris debentur alimenta à patre Clerico, etiam de bonis ecclesiasticis.
16. Privilegia concessa à supremis Principibus laicis extra statum ecclesiasticum, pro filiis Clericorum, sunt valida, & non sunt reuocata per Bullas pontificias.
17. Alimenta simpliciter necessaria ad vitam, non possunt prohiberi filiis spuris per vltimum ius postriuum.
18. Filius primo triennio est alendus à matre, & postea à patre.
19. Filij illegitimi sunt necessariò amandi, etiam quoad subsidia spiritualia.
20. Filij illegitimi, & spurij, quomodo sint alendi à patre Religioso, & Professo.
21. Filij illegitimi, secundum ordinem charitatis, sunt minus amandi quam legitimi.
22. Mares sunt magis amandi à parentibus, quam femina.
23. Primogeniti, & maiores sunt magis amandi à parentibus, quam posterius geniti, & minores.

SI quæras, quomodo se habeat ordo charitatis circa ipsos parentes; & vtrum filij teneantur æqualiter amare vtrumque parentem; an verò possint, ac debeant eorum alterum præferre alteri, verbi gratia, patrem matri, aut matrem patri; & quomodo se habeat idem ordo charitatis circa ipsos filios, & vtrum parentes teneantur æqualiter amare omnes; an verò possint, ac debeant eorum aliquos præferre aliis, verbi gratia, legitimos illegitimis, mares feminis, & primogenitos, & maiores posterius genitis, & minoribus: Respondet S. Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 10. & cum illo omnes communiter apud Azor. part. 2. lib. 2. cap. 2. quæst. 18. pag. 79. parentes à filiis non esse amandos æqualiter; sed magis esse amandum patrem, quam matrem: quia, quauis etiam hæc sit filiis principium generationis; & ideo etiam illi sunt debita bona honoris, & reuerentiæ, & subiectionis, sicut & patri; & etiam ipsa sit magis amanda, quam filij, quantum est ex nobilitate obiecti; & in casu necessitatis plus ipsi sit succurrendum, quam filiis, vt pater ex dictis; si tamen veniat in comparisonem cum ipso patre, à communibus filiis est minus amanda, quam pater: quia etiam habet respectu illorum principium minus excellentem, cum pater sit principium per modum agentis; & in semine patris sit tota virtus actiua, & formatiua membrorum: mater verò sit magis principium per modum patientis, & tota materia, quam præbet, tam per sanguinem, quam per humorem alium album, quem Medici appellant semen mulieris, solum concurret per modum materię, in quam se profundit, & inuoluit intra matricem semen virile, & ex qua est operator membrorum, vt loquitur Auicenna lib. 9. de animalibus, cap. 1. & apud Richard. in 3. dist. 29. art. 1. quæst. 8. ad 1. attenuando illam, scilicet, & incrassando secundum diuersas partes, prout opus est ad formationem totius corporis, & aptam illius dispositionem, & organizationem pro anima rationali.

Neque facit in contrarium id, quod habet Galenus lib. 1. de semine, & fusè Fernellius lib. 7. de hominis procreatione, c. 6. & Paulus Zacchias in questionibus medicolegalibus, lib. 3. tit. 1. quæst. 7. num. 11. & seq. vbi etiam citat Hippocratem lib. de genitura, post mod. & Medicos communiter, quod etiam femina

1.
Mater est magis amanda, quam filij, & minus, quam pater.

2.
Mater non concurrit alicui ad generationem filij, neque præbet semen propriè dictum.

foeminae in generatione concurrant actuè, & etiam illæ necessariò præbeant semen, illudque fecundum, si alioqui sit bene temperatum in qualitate, & quantitate; & quod sine illo non possit naturaliter fieri generatio: quod idem ex Theologis docet etiam Scotus in 3. dist. 4. quæst. unica, pag. 10. col. 4. Nam contra est: quia oppositum expressè asserit Aristoteles lib. 1. de gener. animal. c. 19. & 20. vbi ex professo probat, quod foemina non præbet semen, sed sanguinem ex purgationibus menstruis; & quod hic sanguis proportionè respondet femini, quod præbet mares: vnde & eadem ætate incipiunt foeminis menstrua, quæ maribus incipit semen, id est, circa annos pubertatis; & eadem ætate desinunt, id est, circa senectutem, & simul in vtrisque contingit proportionaliter mutatio vocis, & simul extensio, vel intumescencia, & dilatatio partium: quæ omnia videntur indicare, quod menstrua, & semen proportionè sibi respondeant: & alioqui si calor naturalis, qui est in foeminis, posset bene concoquere sanguinem, & superfluum alimenti in semen, sicut contingit in maribus, non essent in illis menstrua, sicut nec sunt in maribus. Et quauis non sit negandum, quod etiam Aristoteli fuerit cognita substantia illa alba, quam mulieres habent in vasis feminariis, & quam Medici appellant semen muliebrem, vt patet ex lib. 10. de hist. animal. cap. 3. 4. 5. 7. & 8. vbi asserit, etiam foeminas in anteriorem vteri partem profunderè, id est, iis accidere etiam in somnis; hanc tamen substantiam Aristoteles non putauit propriè esse semen; neque inseruire generationi, tanquam causam efficientem, aut tanquam materiam simpliciter necessariam; sed vt sudationem quandam, aut humectationem vteri; quomodo etiam salua humectat palatum, & conducit ad gustationem ciborum, & ad locutionem, vt ipse loquitur lib. 19. cit. de hist. animal. cap. 4. pag. 3. 87. in fin. Et quod non sit simpliciter necessaria hæc substantia alba ad generationem, ex eo colligit lib. 1. de gener. animal. cap. 20. cit. in initio, pag. 630. quia non contingit omnibus foeminis, quæ generant, sed communiter tantum iis, quæ sunt nitidæ, & foeminales; non autem iis, quæ sunt fulcæ, & viragines; & quibus contingit, communiter contingit in maiori copia, & quantitate, quam soleat esse etiam in maribus copia feminis; & hæc copia multum excrefcit ex qualitate ciborum, vt, verbi gratia, ex illis, qui sunt acris saporis: quæ omnia clarè ostendunt, quod illa substantia alba non sit propriè semen ex vltimo alimento bene concoctum, sed superfluitas quædam propter caloris debilitatem, non valentis bene concoquere. Et cum in foemina forma ipsa, & species oris sit similis formæ adolescentuli, signum est, quod etiam ipsa est quasi mas infemnis, id est, quasi adolescentulus. & ipsa tota est quædam impotentia, cum semen ex alimento concoquere nequeat propter naturæ frigiditatem.

Neque ex eo, quod hæc substantia emittatur cum sensu voluptatis, sicut & semen, sequitur, quod concurrat vt semen: siquidem huiusmodi sensus non solum habetur ex fluxu feminis, sed etiam ex aliis, vt ex consuetudine spiritus, ex quo semen emittitur, vt patet in adolescentulis, qui nondum seminant, & in aliis genituræ expertibus: quibus tamen scalpendo, & fricando voluptas accidit, vt subdit Arist. ibid. & si hæc humiditas quomodocunque est utilis ad generationem, bene potuit natura etiam illi adiungere voluptatem; quauis non sit propriè semen, neque ad illam concurrat vt semen. Et denique cum foemina sepe concipiant sine vilo sensu voluptatis,

vt habet idem Aristoteles lib. 1. cit. de hist. animal. cap. 19. pag. 639. aperte sequitur, quod hæc substantia non semper habet adiunctam hanc voluptatem, vel saltem quod conceptus, & generatio potest contingere sine hac substantia ex parte foeminae; sicut & contingit sine hac voluptate; & per consequens, quod hæc substantia non sit necessaria.

Dum autem dicimus, hanc substantiam albam ab Aristotele non fuisse agnitam, vt propriè semen; non intelligimus, quod aliquando etiam ipse non appellauerit eam semen, vt patet ex libro 10. de hist. animal. cap. 4. vbi ait, foeminam, si bene valeat, & in ætate sit constituta, procreare semen: & c. 8. vbi addit, ad foecunditatem conceptus non solum requirit emissionem feminis factam a viro; sed etiam factam a foemina: sed intelligimus, quod talis substantia verè non habeat vim effectiuam, & formatiuam, nec ad generationem concurrat in genere causæ efficientis, in quo genere concurrat semen propriè dictum, 2. Phys. text. 31. & 5. Metaph. text. 3. Et cum in natura generatio foeminae solum contingat præter intentionem agentis, & ex defectu materiæ, vt dicitur lib. 4. de generat. animal. cap. 2. & idem nouella ætas, & senescens, magis quam florens, foeminas generet, quia calor in altera nondum est perfectus; & in altera deficit; & cum in earum generatione natura primùm degeneret, vt dicitur ibid. cap. 4. & ipsa foemina nihil sit aliud, nisi mas læsus, vt habetur cap. 3. & ipse sexus foemineus sit quædam læsio, & detrimentum naturæ, vt ibi concluditur cap. 6. non debet mirum videri, si foemina in hoc maxime à mari deficiat, quod semen non generet; & in hoc maxime sit mas læsus, quia est mas infemnis, vt ipse Aristoteles explicat lib. 1. de generatione animalium cap. 20. citato, & ipse sexus foemineus idem sit læsio, & detrimentum naturæ, quia ipsa foemina tota est quædam impotentia, propter naturæ frigiditatem, vt ibi subditur. Vnde in sententia Aristotelis, quauis non sit negandum, quod foemina necessariò aliquid conferat ad generationem, vt ipse probat lib. 10. de hist. animal. cap. 8. siue illud sit tantummodo sanguis ex purgationibus menstruis, siue substantia magis concocta in propriis vasis, & in album conuersa: qua de causa, & à Medicis, & ab ipso Aristotele appellatur nomine feminis; omnino tamen est negandum, quod huiusmodi substantia sit propriè semen, & quod habeat virtutem actiuam, & formatiuam; & simul cum semine viri concurrat actuè, cum ipsa foemina ex proprio temperamento frigidiorè, aut minus calido sit mas infemnis, & læsus; & omnino non possit ad perfectionem perducere, & sufficienter concoquere substantiam feminis, vt facit mas; & illud, quod præbet, solum se habet, vt materia; & tota vis, & ratio agendi est in semine viri, quod ad illam se habet, sicut coagulum ad lac, lib. 1. de gener. animal. cap. 20. cit. pag. 643. eamque condensat, & bene format, provt est necessarium ad finem naturæ, qui est procreatio prolis. Atque hoc modo bene saluatur, vt ibi subditur, quod motor, & mobile sunt semper distincta; & quod semper id, quod mouetur, moueatur ab alio; non autem illud idem, quod mouet, sit etiam motum, vt probatur in Physicis, lib. 7. & 8. quod tamen non potest saluari, si tam illud, quod præbet foemina, quam illud, quod præbet mas, est causa efficiens, & principium, vnde motus, & generatio: siquidem in tali casu nihil est aliud, in quod agat, vt in materiam, & in quo motus recipiatur, vt in subiecto, & mobili, vt ex se patet, & notat S. Thomas in 3. dist. 3. quæst. 2. art. 1. in corp. Et similiter bene saluatur, quomodo potentiæ animæ vegetatiuæ sint eiusdem

eiusdem speciei in foemina, cuius in mari, sicut & est ipsa anima vegetatiua; & idem etiam in illa sit potentia generatiua per actiuam productionem feminis in propriis vasis, & per actiuam illius transmissionem ad vterum, & ad proprium locum generationis; non autem solum sit potentia passiuæ & pure receptiuæ ab extrinseco, id est, à mari; & quomodo mater plus aliquid faciat in generatione filij, quam faciat terra in generatione, verbi gratia, metalli, ad quam solummodo præbet materiam, & locum conuenientem ad recipiendam actionem cæli, quod est potissimum argumentum Scoti in 3. dist. 4. quæst. unica cit. propter quod dissentit ab Aristotele, & absolutè asserit, quod etiam foemina concurrat actuè ad prolis generationem, & formationem; quauis non concurrat æqualiter cum ipso mari, sed solum secundariò, & minus principaliter; saluatur, inquam, hoc totum: quia verè dantur in foemina vasa seminaria, & virtus actiuæ ad producendum semen, quantum est ex intentione naturæ particularis, sicut & datur in adolescentibus ante annos pubertatis, & in senibus iam ætate confectis, vt etiam notat Caietan. 2. 2. quæst. 154. art. 12. §. Ad 6. sed ex defectu caliditatis minime potest illud perducere ad eam perfectionem, quana requirit natura, & fecunditas feminis; & idem ex institutione naturæ vniuersalis illud præbet, non vt actiuum, & formatiuum; sed vt materiam, & vt receptiuum actionis ab alio, id est, à semine maris.

3. Idem totum ex sententia Aristotelis etiam asserit S. Thomas.

Et hoc totum cum Aristotele etiam docet S. Th. in 3. dist. 3. quæst. 2. art. 1. vbi ait, virtutem matris generatiuam solum esse ad præparandam materiam, eamque postea bene fouendam in ipso vtero, aut matrice, & totâ formationem, vel organizationem corporis solum esse à virtute actiuæ patris; & idem illam respectu huius dici imperfectam; quia semper ars, quæ præparat, & disponit materiam, est imperfecta, & quasi ancilla, & famularix respectu illius, quæ postea inducit formam, vt, verbi gratia, lignorum complantatiua, respectu artis compaginatiuæ, & formatiuæ ipsius nauis, 2. Physicorum text. 24. & 25. & 1. Ethic. cap. 1. & hæc solum ratione potentiæ matris esse actiuam, sicut alia potentiæ animæ vegetatiuæ; ad quam ipsa pertinet, & hoc maxime differre à terra, verbi causa, cum præbet materiam ad generationem plantæ; nec tamen dicitur illius mater: quia non præparat, aut disponit ipsa per se talem materiam, provt requiritur ad esse matris, vt subdit in responsione ad 4. & ad 5. & 3. part. quæst. 31. art. 5. ex professo docet, quod in generatione animalis, hoc habet conditio naturalis, vt foemina præbeat materiam, & solum ex parte maris sit principium actiuum; & materiam, quam præbet mater in generatione hominis, esse sanguinem, non quencunque, sed perductum ad ampliores digestionem per eius virtutem generatiuam, sicut requiritur, vt sit materia apta ad conceptum: & in responsione ad 3. semen foeminae non esse aptum generationi, sed esse quid imperfectum in genere feminis, quod non potuit perducere ad complementum propter imperfectionem virtutis foeminae; & idem tale semen non esse materiam, quæ de necessitate requiratur ad conceptum, & in Conceptione Corporis Christi ex Beatissima Virgine de facto non fuisse, cum præsertim resoluatur cum quadam concupiscentia, quæ in conceptu virginali locum non habuit. Vnde & S. Damascenus lib. 1. de fide orthodoxa, c. 1. 4. 6. & 7. sapius reperit, quod Corpus Christi non formaliter est conceptum, sed ex purissimis, & castissi-

mis sanguinibus Beatissimæ Virginis, in quantum, scilicet, sanguis menstrualis, quem foemina per singulos menses emittunt, habet quandam naturalem impuritatem corruptionis, vt ibi subdit S. Thomas, sicut & cæteræ superfluitates, quas natura expellit, & quibus non indiget; & ex tali menstruo, quod natura repudiat, non formatur conceptus; sed hoc est purgamentum illius puri sanguinis, qui digestionem quadam est preparatus ad conceptum, quasi purior, & perfectior alio sanguine; & in conceptione aliorum hominum habet impuritatem libidinis, in quantum ex commistione maris, & foeminae atrahitur ad locum congruum generationi; quod tamen in conceptione Christi non contingit, cum talis sanguis operatione Spiritus Sancti statim sit adunatus, & formatus in prolem; & idem dicitur Corpus Christi esse formatum ex castissimis, & purissimis sanguinibus Beatissimæ Virginis. Et hoc idem, quod Beatissima Virgo solum passiuè concurrerit, & solum materiam præbuerit ad conceptionem Christi, expressè docet 2. 2. quæst. 33. art. 4. ad 2.

Et hoc totum cum Aristotele, & S. Thoma docet Theologi communiter, & præcipuè Caietan. 2. 2. quæst. 154. art. 12. §. Ad euidentiâ S. Antoninus 3. part. tit. 1. cap. 11. sub initium, Scot. in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 4. vers. Hoc autem perplexum. Richar. in 3. dist. 4. art. 2. quæst. 1. & dist. 2. art. 1. quæst. 8. Henric. lib. 11. de matr. cap. 8. num. 8. in comment. littera N; & cap. 15. n. 3. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 2. n. 10. Suar. tom. 2. in 3. partem, quæst. 31. art. 5. in comment. & disp. 10. sect. 1. vbi ait, id esse probabilis. Sylu. Matrimonium, quæst. 15. & ex Medicis, & Philosophis hoc idem tenet Conciliator differentia 137. per totam, & plures alij apud Hugon. Senen. in lib. Tegni lib. 2. ad §. Frigidum verò, & calidum. & quod plus est, ipse Galenus sibi contrarius lib. 2. de sanit. tuenda, cap. 1. & lib. de natural. facult. cap. 3. vt loquitur Sanchez num. 10. cit. & ipse Auicenn. lib. 9. de animal. cap. 1. & Albert. lib. 15. de animal. in fine, & ex Canonistis Nau. cons. 2. num. 13. de frigidis, & malef. lib. 4. pag. 29. col. 4. & alij apud Sanchez num. 10. cit.

Et quod dicimus communiter contingere in foemina circa generationem prolis, dicendum est etiam contingisse de facto etiam in Beatissima Virgine circa Conceptionem Christi Domini, eamque de facto tribuisse totum id, quod communiter tribuunt matres, siue illud sit solus sanguis, siue etiam substantia alia, quæ dicitur semen muliebrem, vt videre est apud Richar. in 3. dist. 4. art. 2. quæst. 1. cit. & apud Suar. tom. 2. in 2. part. disp. 10. sect. 1. dummodo hæc aliam substantiam dicatur tribuisse sine vilo sensu concupiscentiæ, & voluptatis; & sine vlla inordinatione, & commotione membrorum, ac proinde sine vilo etiam minimo detrimento purissimæ, & integerrimæ virginitatis, sic obumbrante, & operante virtute Spiritus Sancti, vt ipse ibidem explicat, §. Secundo, inferitur. & qui hoc dixerit, de huiusmodi substantia, non propterea dicit aliquid contra S. Damascenum, & alios Patres, qui solum exprimunt, quod Christus sit conceptus ex purissimis sanguinibus Beatissimæ Virginis: siquidem illius materiam potuerunt sic appellare à maiore, & potiore, & certiore illius parte, quæ est ipse sanguis; vel hanc etiam substantiam potuerunt comprehendere nomine sanguinis, cum reuerà nihil sit aliud, nisi sanguis magis concoctus, vt notat ibidem Suar. Neque vltius dicenda erit Beatissima Virgo concurrisse actuè ad Christi generationem, cum hæc substantia in aliis foeminis non sit actiuæ

4. Etiam Beatissima Virgo ad Conceptionem Christi non concurrat actuè.

actiua respectu formationis, & organizationis membrorum; & respectu huius in Christo Domino nullum aliud fuerit principium actiuum, nisi Spiritus Sanctus, & virtus Altissimi, vt notat S. Thomas 3. part. quest. 31. art. 5. in corp. & idem S. Damascenus lib. 3. de fide orthod. cap. 1. & seqq. sæpius repetat, quod Corpus Christi non est conceptum seminaliter. Ex quo sine dubio potest sumi non leue argumentum contra eos Medicos; qui obstinate contendunt contra Aristotelem, omnes matres præbere semen, illudque esse actiuum ad formationem prolis: vel enim consequenter ad hanc sententiam tenentur dicere, quod etiam Beatiſſima Virgo præbuit semen, illudque actiuum, si verè est mater, sicut alia femina, ac proinde quod Christus seminaliter est conceptus, contra S. Damascenum; vel consequenter tenentur negare, quod non sit mater verè, & propriè; sicut alia, si non præbuit semen actiuum, quod rationem est contr. fidem.

Neque vrgent ratione Medicorum, quibus probant, quod semen mulierum sit actiuum: nam primò, quod huiusmodi semen ex institutione naturæ eodem modo generetur in foeminis, atque in maribus, id est à parente a generatiua, quæ pertinet ad animam vegetatiuam, & in vasis propriis seminaris, & eodem modo in illis decidatur, atque in his, id est, cum sensu delectationis veneret; & tunc maximè quando generationi danda est opera, &c. probat quidem, quod à natura sit ordinatum etiam ipsum ad finem generationis, non tamen probat, quod sit ordinatum tanquam principium actiuum, & formatiuum fetus; sicut est ordinatum in maribus, vt bene notat Caiet. 2. 2. q. 54. art. 12. cit. 6. Ad euidenciam questionis. vers. Inter has autem opiniones. col. 3. circa medium; sed satis est, si sit ordinatum, tanquam materia, & tanquam principium passiuum proximè dispositum, & præparatum, vt etiam explicauimus paulò ante, num. 2. in fine, ad argumentum Scoti.

Deinde, quod partus aliquando sit similis matri; & si mater laboret, verbi gratia, castro, aut podagra, aut morbo comitiali, iisdem laboret etiam partus, & aliquando sit similis patri, & læsi gignantur ex læsis, & claudi ex claudis, & cæci ex cæcis, vt habet Aristoteles lib. 7. de histor. animal. cap. 6. pag. 260. vers. hanc; non prouenit ex actiuitate vtriusque seminis, & ex prædominio vnius supra aliud; ita, scilicet, vt quando præualet semen mulieris in agendo, gignatur filius similis matri; & quando præualet semen viri, gignatur similis patri: nam, si hoc esset, semper filius deberet gigni similis alterutri ex parentibus, cum ex seminibus vtriusque semper alterum præualeat alteri, siue ex toto, siue ex parte; non autem posset gigni vtriusque dissimilis, & solum similis alicui tertio, vel etiam nulli; vt sæpè contingit: sed maximè prouenit ex proprio temperamento, & complexionem materiæ proximæ, ex qua vniuersusque formatur, vt bene explicat Paulus Zacchias in questionibus medicol. lib. 1. tit. 5. qui est de nator. similis & dissim. q. 3. Sicut enim ex temperamento, verbi gratia, huius materiæ, ex qua generatur hic, aut ille, prouenit in hoc, aut illo magnitudo, aut paruitas membrorum, crassities, aut tenuitas, leuitas, vel asperitas, color, crispitudo, & alia omnia, quæ in ipsis sunt ex necessitate materiæ, aut naturæ: ita etiam detur in aliquo alio simile temperamentum materiæ, ex qua generatur, necessariò proueniet etiam in illo eadem similitudo, & proportio partium. Et quemadmodum, quia hic est, verbi gratia,

5. Similitudo filiorum ad parentes non prouenit ex actiuitate seminum, sed maximè ex temperamento.

temperamenti calidi, habet caput magnum, oculos prominentes, colorem rubicundum, capillum rufum, aut crispum, & est loquela promptus, incessu celer, actionibus præceptis, audax, iracundus, &c. quia calor partes dilatat, & nervos, & musculos benè soluit, & spiritus animales multos, & bonos benè format, a que diffundit: & contra quia hic alius est temperamenti frigidioris, habet caput paruum, & oculos remissos, & colorem album, & capillum promissum, & nigrum, & est loquela tardus, incessu piger, actionibus segnis, timidus, & ad iram difficilis, quia frigus contraria ratione restringit, & nervos, & musculos quodammodo ligat, & spiritus animales non benè format, atque diffundit: vnde & Medici ex his apparèntiis, & signis externis communiter colligunt internam temperiem, & complexionem cuiusque: ita & omnis, qui fuerit illi similis, non solum in qualitate; sed etiam in gradu talis temperamenti calidi, aut frigiditatis, erit etiam illi similis quoad omnia, quæ ex illo proueniunt.

Atque hoc modo omnes homines sunt similes inter se, quoad ea, quæ sunt communia speciei; quia sunt similes in temperamento debito speciei: & qui sunt eiusdem sexus, sunt adhuc similes in sexu; quia præterea sunt similes in temperamento, ex quo prouenit sexus: ac proinde si quis vterius sit similis vni indiuiduo, verbi gratia, Socrati, in temperamento, ex quo illi proueniunt proprietates, & accidentia indiuidualia; erit etiam illi similis quoad huiusmodi proprietates, & accidentia; cum hæc omnia necessariò proueniant ex iisdem causis, & semper proueniant, quando illæ concurrunt. Et de facto sic contigit duobus illis pueris forma egregiis, quos refert Plinius lib. 7. c. 12. tanquam geminos fuisse venditos Marco Antonio, iam Triumuiro; cum tamen reuerà eorum alter in Asia, & alter trans Alpes genitus esset, & inter se tanta dicuntur fuisse similitudine, aut vnitatem, vt non potuerit aliter detegi fraus venditoris, nisi ex diuersitate sermouis, quo vterque loquebatur, & quæ detecta non aliter venditor excusauit magnitudinem pretij, quo illos vendiderat, nisi dicendo, non esse miram similitudinem eorum, qui eduntur eodem vtero, in quantum, neque est mira similitudo temperamenti ab iisdem parentibus, & eodem tempore dantibus operam generationi, & generantibus geminos, & simillimos. Et hæc eadem similitudo temperamenti potest etiam esse in causa, vt aliquis alterum referat in iis, quæ sunt præter naturam; & verrucas, verbi gratia, & nauios, & cicatrices, vel aliquid tale habeat hereditarium à maioribus, vt refert Aristoteles lib. 7. de histor. animal. cap. 6. cit. idque etiam habeat generationibus non continuatis; sed interruptis; & filius, verbi gratia, nihil tale habeat à parentibus; habeat verò filij filius, id est, nepos ab avo, vt sæpius contigit ex Aristotele ibidem, & specialiter in eo, cuius parens puncti notam habebat in brachio, eamque habuit ipse nepos; & in ea, quæ in Sicilia patrat adulterio cum Æthiopo, filiam genuit non Æthiopem; sed hæc postea Æthiopem genuit ex viro alio non Æthiopo; & auum reulit in nepote, vt etiam refert Plinius lib. 7. naturalis historia, cap. 12. cit. Et contra ex diuersitate temperamenti potest contingere, vt ex læsis, & mancis nascantur integri, & non læsi; idque sæpè contingere, testis est Aristoteles eodem loco.

Quia ergo parentes communiter substantiam præbent eiusdem temperamenti, cuius ipsi sunt, & quæ substantiæ, dum ad inuicem agunt, & patiuntur

triantur secundum qualitates actiuas, seque ad inuicem benè commiscunt, sæpè altera alteram vincit ex toto, & in suum temperamentum totam conuertit, & sæpè vincit solum ex parte; & aliquando temperamentum vtriusque degenerat, & mutatur in tertium, & planè diuersum ab vtroque, hinc est, quod filij communiter assimulantur parentibus; & aliquando vni tantum illorum, aut alteri ex toto; & aliquando vni, aut alteri solum ex parte; & aliquando illorum neutri; sed alicui tertio, aut simpliciter nulli. Atque hinc prouenit, quod fratres communiter sunt magis similes inter se, quam cum parentibus; & qui eduntur eodem partu, communiter sunt simillimi; & foeminae communiter sunt similes matri, & mares patri: hæc enim omnia maximè proueniunt ex temperamento magis, vel minus simili: & quia parentum semina, dum ad inuicem agunt, per qualitates actiuas facile transeunt in temperamentum aliquod tertium, hinc est, quod gemini, qui ex vno, & eodem temperamento tertio generantur, sunt communiter simillimi; & fratres idem sunt magis similes inter se, quam cum parentibus: quia semen cuiusque facile mutatur à propriis conditionibus per actionem alterius; & quia ratione mutatur in generatione vnius; simili ratione mutatur etiam in generatione alterius: & denique idem foeminae sunt communiter similes matri, & mares patri; quia communiter illæ plus participant de temperamento illius; & hi de temperamento huius, quantum, quoad hoc, nulla sit certa ratio; & etià gemini aliquando nascantur dissimiles, & qui non sunt gemini, nascantur similes, & foeminae aliquando sunt similes patri, & mares matri, ex Arist. lib. 7. de hist. animal. c. 6. in fin. & ex Plin. lib. 7. nat. hist. c. 12. cit. vbi plura, & mira habet exempla similitudinum; quæ tamen omnia rectè explicantur per similitudinem temperamenti, siue illa contingat casu, siue quomodocumque.

Atque hanc rationem satis attigit Aristot. lib. 1. de gener. anim. c. 19. pag. 636. in fin. quando dixit, idem filios esse similes parentibus; quia quod ab ipsis accedit, & transmittitur ad partes, & ad loca generationis, est simile illi, quod remanet; & est potentia, vel facultate, & virtute illud totum, quod ipsi sunt actus; & semen manus, v. g. aut faciei, vel totius animalis est ipsa manus, aut facies, vel ipsum totum animal indefinitum, id est, nondum formatum, & actu perfectum, & terminatum; sed manens, & existens tale solum in potentia, & virtute, seu facultate. Et clariù hanc eandem rationem assimilationis habet Caiet. 2. 2. q. 154. art. 12. cit. 5. Ad euidenciam quest. vers. Ratio autem Galeni. vbi ait, quod ratio assimilationis filij ad matrem est: quia mater effectiue facit, & præparat materiam proli; non autem quia materia ipsa coëfficiat semini virili, sicut coëfficeret, si esset propriè semen: & hoc ipso, quod mater efficit materiam, filius illi assimilatur, nisi materia à semine viri, vel aliunde declinet à conditionibus, quas habet à sua factrice: & hoc intèdunt Philosophi dicentes, quod si semen viri dominatur super materia, filius assimilatur patri, &c. sensus enim est, quod sicut semen propriè dictum, quod præbet mater, habet virtutè assimilandi filij patri; quia ex naturæ institutione est effectiue præparatum à patre ad finem generationis: ita & semen latè acceptum, quod præbet mater, habet similitè virtutem assimilandi filij matri: quia similitè est effectiue præparatum à matre ad eundem finem generationis, quod tunc dubio non est esse actiuum, & formatiuum ipsius filij, & potest cōpetere semini matri, etiam si non admittatur esse actiuum, & formatiuum.

5. Negari tamen non potest, quin hæc ipsa assimilatio

latio filiorum multum iuuetur ex imaginatione, & animi applicatione, quam habent maiorem, aut minorem ad actum generationis ipsi parentes: sic enim Arist. in problem. sect. 10. q. 12. pag. 405. in fin. hoc affert causæ, quare proles cæterorum animalium magis, quam hominis, nascatur similis suis parentibus: Quia homo, inquit, vago, variòque plurimum animo in cōitu est: & prout pater, materque in conceptione prout affecti fuerint; ita partus enariant: cætera verò animalia omnia, aut certè plurima rei tantum ipsi intendunt, totaque se se veneri dedunt. Et eadem ratione Plin. lib. 7. c. 12. Cogitatio, inquit, vtriuslibet animi subitò transuolans effingere similitudinem, aut misere existimatur: idèque plures in homine, quam in cæteris animalibus differentia: quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas, multiformes notas imprimi; cum tamen cæteris animalibus immobiles sint animi, & similes omnibus, singulique in suo cuique genere. Et tale quid habet etiam Gloss. in l. Non sunt liberi. ff. de statu hominum, vbi maximè refert in cogitationem ipsius matris, quam fortè habuit tempore conceptus, & formationis fetus, si fortè pariat aliquid monstruosum. Et idem asserunt plures alij ex Iuristis, vt Bart. in l. Gall. n. 14. de lib. & posth. Malcar. de prob. concl. 272. n. 7. vol. 2. Grat. disc. for. c. 567. n. 32. vol. 3. & alij apud Zacch. lib. 1. tit. 5. cit. q. 1. n. 4. Et ratio est: quia cogitationum varietas, & distractio animi tempore generationis, etià distrahit, & dissipat spiritus animales, per quos maximè esset formandum bonum temperamentum; & toto tempore conceptus, & formationis fetus plurimum operantur cupiditates, & affectiones ipsius matris, vt patet in iis, quæ postea apparent in partu.

Vt verò tandem redeamus ad rem nostram, si mater non concurrat actiue ad generationem filij, sicut concurrat pater; & idem habet hic excellentiorem principiationem, quam illa; & digniorem, & nobiliorem amabilitatem, quantum est ex parte obiecti, meritò à filiis est magis amandus secundum ordinem charitatis, vt supra diximus ex S. Th. 2. 2. q. 26. art. 10. Et hic ordo satis significatur Exodi 20. & Deuter. 5. & Matth. 15. & ad Ephes. 6. & aliis locis, vbi fit mentio de honorandis parentibus, & semper primo loco ponitur pater: quod tamen non esset, nisi ex propria sua ratione esset plus honorandus, vt notat Richar. in 3. dist. 29. art. 1. q. 8. pag. 344. col. 2. & idem expressè asserit S. Hieron. in illud Ezech. 44. Ne polluatur vir super patrem, & matrem. tom. 4. & apud Mag. in 3. dist. 29. vbi ait, quod post Deum, omnium Patrem, primo loco est diligendus pater, secundum carnem; & postea mater. Sed rectè monet S. Th. art. 10. cit. quod hæc comparatio inter patrem, & matrem est maximè intelligenda quoad ea, quæ per se faciunt ad vtrumque: & sensus est, quod pater, in quantum est pater, est plus amandus, quam mater, in quantum est mater: quia, quantum vterque sit filio principium essendi, dando illi aliquid sui, eumque habendo, vt quid proprium, & vt propriam possessionem, & absolute vt quid sui, vt supra explicauimus disp. præced. n. 4. principiatio tamen patris est excellentior, & nobilior, quam principiatio matris, cum illa sit in genere causæ efficientis, & hæc in genere causæ materialis, vt diximus.

Excludendo autè ab hac cōparatione ea omnia, quæ ad rationè patris, & matris se habent per accidens, debet primò excludi ex eod. S. Th. ibid. si inter ipsos sit magna distàtia virtutis, & malitiæ: siquidè in tali casu magna prauitas omnino solueret amicitiam ad eum, qui esset valde prauus, vt diximus disp. 21. n. 20. ex Arist. 8. Eth. c. 7. & idem alter esset magis amandus, nõ obstante cæcellentiore principiatione, aut

7. Pater mater ex accidente plus amari, quam pater.

8. aut quavis alia nobiliore amabilitate. Et deinde debet excludi, quod matres communiter sunt amantiores filiorum, quam patres, vt patet ex Aristotele 8. *Ethic. c. 12. pag. 208. circa medium, & lib. 9. c. 7. in fin. pag. 228.* tum, quia laboriosior est illarum generatio, & educatio; tum etiam, quia certius sciunt, quod sui sunt filij, vt ibi dicitur; & statim natos secum tenent, & nutriunt, & sic diutius cum illis versantur, & amicitia naturali etiam adiungunt amicitiam sociale. Debet tamen hæc etiam ratio redamandi matres, propter laborum, & amoris maioritatem, & diuturnitatem, à presenti comparatione excludi: quia hæc etiam se habet per accidens ad proprias illorum rationes, vt subdit S. Thomas in *responsione ad 2. cum sit longè alia species amicitia, qua amamus amantem, & qua diligimus generantem; & ad hanc non se habeat illa, nisi per accidens, & absolute loquendo; quauis mater plus ponat de suo in generatione, & educatione filij, quam pater: de eo tamen, quod est filij, & manet in filio, plus ponit pater, quam mater, ex eodem S. Thoma in 3. *distinct. 29. quæst. 1. art. 7. ad 4. cum pater det formam; & virtus formatiua sit solum ab ipso; & mater det solum materiam: & hinc fit naturaliter, vt per se loquendo sit magis amandus pater, & consanguinei ex parte patris, quam ex parte matris: & idem subdit, non obstantibus alijs, quæ concurrunt per accidens ex parte matris, & sunt minoris momenti. Non tamen videtur improbandum id, quod habet Richar. in 3. *dist. 29. art. 1. quæst. 8. ad 2. Reginald. lib. 4. n. 311. Bonac. in præcepta Decalog. disp. 3. quæst. 4. puncto 5. n. 2. quod filius ita parum posset diligere à patre, & in tantum posset diligere à matre, vt deberet ipse è contra plus diligere matrem, quam patrem: siquidem hic tam parum amando, multum deficeret à virtute, & bonitate debita patri; ac proinde amicitia ad ipsum facile solueretur, vt diximus paulò ante, n. 7. & disp. 21. n. 20. Et pensatis omnibus, quæ concurrunt communiter ex parte matris, & possunt augere amabilitatem illius, rectè notat Suar. *de charit. disp. 9. sect. 4. num. 8. pag. 467.* quod non esset peccatum mortale, si ordo charitatis inter ipsum, & patrem non seruaretur à filiis: siquidem excessus amabilitatis patris non est tantus, vt non possit ex magna parte compensari per ea, quæ concurrunt ex parte matris.***

9. Si pater valde parum amat filios, potest ab illis amari minus, quam mater.

10. Si mater plus amat, quam pater, non est peccatum mortale.

11. Etiam filij à parentibus sunt amandi cum certo ordine, & alij alijs sunt præferendi.

12. Filij illegitimi, etiam spurij, sunt necesse seruid amandi quoad alimentum, & necessaria vite.

naturales efficiantur sui. §. fin. & Auth. Licet patri. C. de natural. liberis. ad finem, vel fuit postea reuocatum; & correctum per Ius canonicum, vt vult Molina disp. 166. §. Panormia. m. col. 663. & Less. lib. 2. de iust. cap. 19. n. 69. vel solum intelligitur, quando hi filij possunt aliunde nutrirri, quam à parentibus, vt notat Azor. quæst. 7. cit. & cap. 12. quæst. 1. Et sic seruari de facto etiam in foro laico, & seculari, testis est Couar. loc. cit. & nomine alimentorum, quæ necessariò sunt præstanda huiusmodi filiis, intelliguntur omnia, quæ ad vitam sunt necessaria, id est, victus, vestitus, & habitatio, L. Legatus. ff. de alimen. & cib. legat. & L. Verbo, videtur. ff. de verb. signif. Et præterea medicina pro tempore aegritudinis L. Verbo, videtur. cit. Et denique ea, quæ spectant ad disciplinas, & bonas artes addiscendas, L. Qui solum. ff. ubi pupill. educari, & morari debeat. & ex communi sententia notat Molin. disp. 168. §. Alimentum. col. 661. & Azor. part. 2. lib. 2. cap. 4. cit. quæst. 2. pag. 82. col. 2. qui etiam addit quæst. 20. pag. 5. col. 2. ex Couar. part. 2. cap. 8. cit. §. 6. n. 11. & omnibus communiter apud ipsum, iure alimentorum debentur etiam dotem filia spuria; & ex æquitate canonica sic seruari communiter, etiam in foro laico; & idem est de expensis funeris, & pro anima defuncti, si moriatur, vt notat Molin. ibidem.

Neque solum hæc alimenta debentur filiis illegitimis, & spuris de bonis laicalibus, & patrimonialibus, si pater sit laicus, aut habeat huiusmodi bona; sed etiam de bonis ecclesiasticis, & beneficiis, si sit Clericus, & beneficiatus, nam, quauis Pius V. constituit, *Quæ ordini.* de anno 1570. generaliter prohibuerit, ne ex bonis, aut rebus ecclesiasticis, aut ex quouis peculio clericali quicquam perueniat ad illegitimos, siue per testamentum, & per dispositiones quascunque vltimas, & causa mortis, siue inter vivos; & omnes huiusmodi dispositiones ipso iure fecerit irritas, quod idem postea declarauit, & confirmauit de anno 1572. constitutione alia, *Ad Romanum spectat.* & in vtraque constitutione solum permiserit, vt bona, siue per testamentum, siue quomodocunque, transmittantur ad domos hospitaliales expositorum, aut orphanorum, vt refert Azor. c. 4. cit. q. 7. §. Quæret. plures tamen, ac graues Doctores solum intelligunt huiusmodi constitutiones, vt solum intendant reuocare gratias, & priuilegia specialia quibuscumque concessa à se, vel ab alijs Summis Pontificibus in fauorem illegitimos, siue suorum, siue alienorum, & extraneorum, quauis dicantur legitimi; non autem vt intendant vlla ex parte derogare iuri communi, & tollere æquitatem canonicam iam explicatam. Et inter cæteros sic habet Nauar. *de spoliis Cler. §. 19. n. 9. & seqq. & conf. 4. & 5. de testam. lib. 3. pag. 156. col. 3. Steph. Quarant. in Sum. Bull. verb. Illegitimi, §. Et quauis hæc constit. pag. 281. Molin. disp. 168. §. Iure tamen canonico. col. 660. & §. In dotem. col. 662. Azor. part. 2. lib. 2. c. 4. q. 7. & 20. & c. 12. q. 4. Et hoc idem confirmat Rota Romana *decis. 487. diuers. vol. 1. & decis. 505. ex nouis, part. 1. vbi asserit, pro filiis illegitimis & spuris disponi primum debere de bonis patrimonialibus, aut alijs acquisitis, quam ex beneficijs; & deinde in subsidium posse disponi etiam de fructibus beneficiorum, & pensionum. Atque ita, non obstantibus dictis constitutionibus, licet possunt parentes, etiam Clerici, & in sacris Ordinibus constituti donare, & relinquere filiis illegitimis, & spuris, tã suis, quã alienis, siue inter vivos, siue per vltimas voluntates, de suis bonis ecclesiasticis, quicquid pro illis permittitur iure cõmuni, c. Cũ haberet. cit. de eo, qui dux. in m. quã pol. per ad. & c. Per venerab.**

13. Nominè aliorum quibusdam intelligatur.

14. Filia illegitima, & spuria, inter alimenta debentur etiam dotem.

15. Filij illegitimi, & spurij debentur alimenta à patre Clerico, etiam de bonis ecclesiasticis.

qui fil. sint legit. & solum prohibentur donare, & relinquere quicquid per speciales facultates, & gratias est ipsis concessum à Summis Pontificibus vltra ius commune. Imò ex eodem Nauar. *conf. 5. cit. n. 6. & 7. pag. 157. col. 1.* quemadmodum Summus Pontifex per dictas constitutiones non intendit derogare iuri suo communi; ita neque intendit derogare, aut præiudicare priuilegijs, & indultis, si quæ forte habentur, concessa filiis Clericorum ab Imperatore, Regibus, aut alijs habentibus iura regalia, quoad capacitatem, & successionem in bonis temporalibus extra statum ecclesiasticum, cum expressè solum loquatur de facultatibus, & priuilegijs concessis per Summos Pontifices, atque ita si alicubi extra dominium temporale Papæ, sit concessa filiis, qui habent iura regalia, facultas aliqua filiis Clericorum, vt sint capaces succedendi, & capiendi, siue ab intestato, siue per testamentum, seruari omninò debent, non obstantibus dictis constitutionibus Pij V. & perinde ac si illæ non essent editæ, vt etiam notat Quaranta *verb. Illegitimi, cit. §. Item declaratur. pag. 282.*

Quod si hæc interpretatio constitutionum Pij V. minùs probetur, vt certè non probatur aliquibus alijs apud Azor. *part. 2. lib. 2. c. 4. q. 7. & 20. citatis, & absolute dicatur Pontifex prohibuisse, ne filiis illegitimis alimenta præstentur à Clericis de bonis ecclesiasticis, quæ specialiter sunt instituta ad alendos Ministros Ecclesiæ, & ad miseriam pauperum subleuandam, hæc etiam prohibitio secundum hos ipsos Doctores non est intelligenda vniuersalissimè de omnibus alimentis; sed solum de illis, quæ non sunt simpliciter necessaria ad vitam, vt sunt, v. g. doctes sceminarum, & ea quæ spectant ad comparandas bonas artes, & disciplinas, cum alioqui sit omninò de iure naturæ, vt filiis præstentur illa, quæ sunt simpliciter necessaria ad vitam; neque hæc possunt prohiberi per vllum Ius humanum, & posituum, vt notat ibid. Azor. & Molin. *disp. 168. initio. col. 660. & quod diximus paulò ante n. 12. fuisse prohibita alimenta filiis spuris per Ius ciuile, non de iis alimentis intelligi debeat, quæ sunt simpliciter necessaria vt subdit Molina ibidem, sed de alijs.**

Atque hoc modo tenetur mater de iure naturæ alere prolem primo triennio, vel suis sumptibus curare, vt alatur, si possit, & post primum triennium tenetur pater, donec filius possit se alere sua industria, L. Nec filium. C. de patria potest. & cap. fin. de conuers. infidel. & notat Glof. in c. Cũ haberet. *vers. Secundum facultates. de eo, qui duxit in mat. Panorm. ibid. n. 9. Couar. in Epit. part. 2. c. 8. §. 6. n. 13. Molin. de iust. v. 2. disp. 168. cit. §. Mater. col. 663. Less. lib. 2. c. 19. n. 70. Nau. in Man. c. 14. n. 17. & omnes communiter, quanquam ex Molin. & Azor. *part. 2. lib. 2. c. 5. q. 8. pag. 87.* obligatio matris etiam pro primo triennio solum est ad præbendum lac, & alia expensæ etiam pro illo tempore pertinent ad patrem; & si mater lacte careat, vel aliquo alio iusto impedimento non possit lactare filium, hæc quoque expensæ lactis spectabunt ad patrem, vt idem subdit S. Si mater. col. 664. & contra etiam mater tenetur præstare filio spurio integra alimenta, si pater non possit, L. Si quis à liberis. ff. de liber. agnos. Et quia sic postulat Ius naturæ, non possunt parentes, etiam Clerici, hæc alimenta negare filiis spuris sine gravi peccato; siquidem ex naturali charitate, & sub peccato mortali nullus esset, qui nõ teneretur alere huiusmodi paruulos, si illos videret extreme egentes, & per consequens multò magis ad id tenentur ipsi parentes, vt notat Molin. *disp. 168. cit. initio, & idem est etiam de auis in defectum parentum, vt idem**

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

subdit, *Non solum. & §. In defectum. & Azor. part. 2. lib. 2. c. 4. q. vltima. in quantum, scilicet, etiam auis, & maiores habent nepotes, vt ex se descendentes, & vt filios, vt patet ex Arist. 8. Ethic. cap. 11. pag. 206. vers. fin. Et si contingat, vt neque parentes, neque auis, aut maiores præstent hæc alimenta, præstanda erunt ab alijs consanguinejs ex Molin. *eodem §. In defectum. vel ab alijs quibuscumque, cum obligatio charitatis erga quoscumque extreme egentes, ad omnes pertineat. Et quauis ea alimenta, quæ non simpliciter sunt necessaria ad vitam, licet possint negari in aliquibus casibus magnæ ingratitudinis, aut aliorum certorum criminum statutorum à Iure; & tam parentes possunt illa negare filiis, quam filij possunt negare parentibus, vt subdit Molin. §. Illud postremo. col. 664. & notat Azor. *part. 2. lib. 2. c. 3. q. 6. pag. 81.* illa tamen, quæ simpliciter sunt necessaria, in nullo casu possunt negari, cum sint omninò de iure naturæ.**

Et quod diximus de alimentis corporalibus necessariò præstandis filiis spuris à parentibus, in quantum possunt, à fortiori est etiam intelligendum de subsidijs spiritualibus simpliciter necessarijs ad salutem, vt est, v. g. Sacramentum Baptismi, & rudimenta Christianæ fidei, cum etiam necessitas spiritualis, quando est grauis, aut extrema, sit subleuanda ex obligatione, & ordine charitatis ab omnibus generaliter, & specialiter à parentibus.

Quod tamen diximus n. 15. alimenta corporalia esse præstanda filio spurio à patre Clerico, etiam ex bonis ecclesiasticis, non est eodem modo intelligendum de patre Monacho, & Professionam, quauis Monasterium teneatur alere filium spurium sui Monachi, quando successit in bonis patris, & per professionem illa acquisiuit, tanquam hæres, vt notat Bart. in l. Si quis à liberis. §. Item rescripserunt. ff. de lib. agnos. Couar. in Epit. *part. 2. cap. 8. §. 6. art. 14. Surd. de alimen. tit. 1. de aliment. tit. 1. q. 29. n. 9. Azor. part. 2. lib. 2. c. 5. q. 5. Sanch. lib. 7. in Decal. c. 10. n. 8. in quantum, scilicet, bona patris affecta erant hoc ipso onere alendi filios, etiam spurios; & solum cum hoc onere transferunt ad Monasterium, sicut & transfissent ad quoscumque hæredes, vt probant Authores citati: si tamen Monasterium non successit in bonis Monachi patris, & ipse Monachus nihil habet, ex quo possit filium alere; neque Monasterium, neque Monachus tenetur alere; sed talis spurij in tali casu est alendus ex bonis Hospitalium, si habentur, vel est relinquendus prouidentia Principis, & Gubernatoris, & communi omnium charitatis, vt notat Molin. *tr. 2. disp. 168. §. In defectum. col. 664. Vnde & cap. Cũ haberet. de eo, qui duxit in matrimonium. expresse dicitur, quod parentes tenentur subministrare alimenta filiis illegitimis, in quantum eis suppetunt facultates; quia nimirum, si facultates non suppetunt, & absolute non habent, vnde possint subministrare, non tenentur, vt notat Lessius *lib. 2. cap. 19. num. 67. citato, & ex se patet.***

Quod tamen in his omnibus filij legitimi, & naturales præferri debeat huiusmodi filiis illegitimis, & in casu necessitatis, si non possint vtrique iuuari à parentibus, iuuari debeant primo loco, qui sunt legitimi, non est, quod probetur, cum incerta, & vaga coniungia, ex quibus generantur filij illegitimi, communiter apud omnes gentes agnoscantur, vt contra naturam, & communiter tam ipsa, quam filij ex ipsis geniti; parui fiant, respectu aliorum, quæ contrahuntur inseparabiliter, & certis legibus, & Sacramentis. Vnde & Iura communia adimunt illis hæreditates parentum, cãque committere

O O 2 tribuunt

19. Filij illegitimi sunt necessarii amandi, etiam quoad subsidia spiritualia.

20. Filij illegitimi, & spurij quomodo sint nutriendi à patre Religioso, & Professore.

21. Filij illegitimi, secundum ordinem charitatis, sunt minus amandi quam legitimi.

tribuant solis legitimis; quod tamen non esset, si verique essent amandi æqualiter, vel illegitimi plusquam legitimi.

22. Mares sunt magis amandi à parentibus, quam feminae.

Ex legitimis verò certum similiter est, quod mares sunt à parentibus plus amandi, quam feminae: quia, cum in utrifque existant parentes, ut in aliquo sui; in maribus tamen existunt perfectius, & per illos conservatur familia, & successio sanguinis; non autem per feminas, quæ communiter exeunt extra familiam; & ideo mares communiter instituuntur hæredes, & feminae excluduntur. Idque est verum, non solum respectu patris, cui mares sunt magis similes; sed etiam respectu matris, cui è contra magis similes sunt feminae: siquidem similitudo feminarum ad matrem non est secundum ea, quæ sunt perfectionis, & possunt esse ratio magis amandi; sed solum secundum ea, quæ sunt imperfectioris, & defectus; & potius sunt ratio minus amandi, ut notat S. Thomas in 3. dist. 29. quæst. 1. art. 7. ad 5.

23. Primogeniti, & maiores sunt magis amandi à parentibus, quam posterius geniti, & minores.

Tertio, ex maribus sunt magis amandi primogeniti, & maiores, quam posterius geniti, & minores: sic enim res se habebat in lege veteri, in qua primogeniti aliis præferbantur quoad dignitatem sacerdotij, & quoad portionem ex decimis, aut oblationibus: siquidem omnes erant Sacerdotes, & accipiebant portionem duplicem, ut notat S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. ad 3. & patet Exodi 13. & Dent. 2. 1. & aliis locis; & nostris temporibus pro ipsis instituuntur primogenitura, & maioratus; & in his semper succedunt, qui sunt maiores, ut notat Mol. tract. 2. de maiorib. disp. 624. n. 1. col. 243. Et pro his omnibus ratio est: quia, prout sunt priores in tempore; ita & censentur potiores in iure, & à parentibus primi accipiunt esse, & sunt quasi primum vinculum, aut primus nexus, quo parentes inter se colligantur, qui hac de causa est etiam fortior, ut dicitur 8. Ethic. c. 12. & diutius conuiuunt cum parentibus, & primos amores parentum primi occupant, & bona parentum prius ipsis sunt obligata, & debita, quam aliis. Et quantum amore quodam suauiore, & teneriore magis ametur, qui est natu minimus, & præsertim quandiu est etiam ipse in ætate teneriore; amore tamen appetitiuo, & solidiore semper amat, qui est natu maior, dummodo aliqui non sit incapax, & indignus, ut v. g. fatuus, & inhabilis ad conseruationem familiæ, & bonorij, vel notabiliter criminofus, ut sup. diximus. Et tale quid ex instinctu nature etiam contingit in aliquibus brutis: siquidem sues, cum pariunt, primam mammam primogenito præbent, ut refert Arist. lib. 6. de hist. anim. c. 18. in fin. & hirundines primogenitum primo pascunt ex Aliano lib. 3. c. 25. & ita pascunt alios pullos, ut consuetudine quadam bene obseruent, ne is, qui accipit, bis accipiat, ut refert Arist. lib. 9. de hist. animal. cap. 7.

DISPUTATIO XXIV.

Quis sit ordo in amandis coniugibus; & utrum vxor, aut maritus sit magis amandus, quam parentes, aut filij.

- 1. Amicitia coniugalis inter virum, & uxorem est à natura.
2. Et sæpius præcipitur in sacris Litteris.
3. Amor coniugum ex obiecti nobilitate, & excellentia, est minor, quam amor parentum; & ex coniunctione ad nos ipsos est maior.
4. In casu necessitatis plus debent iuari parentes,

- 5. quam vxor.
6. Ex maiori coniunctione possunt coniuges magis amari, quam parentes.
7. Beneficari, non nisi ex accidente, amantur plus quam benefici.
8. Vxor, per se loquendo, magis tenetur diligere virum, quam vir uxorem.
9. Quomodo coniux sit magis amandus, quam filius, aut filius sit magis amandus, quam coniux.

DEBERE coniuges amare se inuicem ex charitate, nulli dubium est, cum id aperte doceat ipsa natura, & sæpius præcipiatur in sacris Litteris. Et quod hæc amicitia sit à natura, pluribus probat Aristoteles 8. Ethic. cap. 12. pag. 209. in medio: Homo enim inquit, coniugate magis, quam ciuile animal est, quia prior, magisque necessaria est familia, quam ciuitas. Et ut notat eo loco S. Thomas, utitur argumento à maiori. Si homo ex natura est animal ciuile, ut probatur 1. Polit. cap. 2. multo magis est animal coniugale: siquidem familia, & societas domestica, quæ primo constituitur per virum, & uxorem; & primo fundat amicitiam coniugalem, est prior, quam ciuitas, & ciuilis societas, quæ solum constat ex multis familiis, quasi totum ex partibus; & ideo illas supponit, ut priores; sicut & totum supponit partes: & cum societas domestica sit ad supplendam in homine maiorem indigentiam, quam societas ciuilis, siquidem illa est ad supplendam indigentiam essendi, & viuendi simpliciter, & filij suum esse, & viuere, & educari solum habent à parentibus per societatem, & amicitiam coniugalem; & ipsi parentes filios procreando, eoque faciundo, quales sunt ipsi, participant, in quantum possunt, ipso semper, & diuino, quod omnia appetunt, & cuius gratia agunt omnia, quæcunque agunt secundum naturam, ut dicitur 2. de anima, text. 33. hæc verò solum est ad commodè, & sufficienter viuendum. Est etiam eadem amicitia coniugalis magis necessaria, & per consequens etiam magis à natura. Et præterea procreatio filiorum, ad quam præcipue ordinatur amicitia coniugalis, est communis etiam brutis; & ideo maxime est secundum naturam, cum iis conueniat, in quibus natura maxime viget, quantum in brutis solum est ad filiorum procreationem, & nutritionem, & non amplius durat, quam requirit huiusmodi finis: in homine verò est etiam ad mutua officia sibi præstanda circa vitæ necessitates: vnde & coniuges diuisa inter se habent officia, & alia sunt officia viri, & alia vxoris; & ad hunc finem ex primo œconom. c. 3. ab eadem natura factæ sunt feminae imbecilliores, timidiore, & ad externa negotia minus aptæ: quia domi, & domestico operi debent vacare; & quæ à viris quaruntur foris, seruare domi; & sic opitulantur sibi mutuo per totam vitam; & ad hunc finem in commune cõstituunt, quæ habent propria; & vtilitatem capiunt, & voluptatem ex se inuicem: & si vterque sit probus, sequæ ament ex probitate, habent præterea etiam honestatem, & per ipsos filios, tanquam per aliquod commune, magis nectuntur inter se, & archiori quodam quasi vinculo ad inuicem colligantur; & sic eorum amicitia est solidior, & suauior, & diuturnior.

Quod verò etiam præcipiatur in sacris Litteris, patet clarissime ex Gen. 2. vbi coniuges dicuntur ita debere sibi inuicem adherere, ut propter hoc etiam relinquant patrem, & matrem, & sint duo in carne vna; id est, quodammodo efficiantur vnum corpus, ut exponit Sanctus Paulus 1. Cor. 6. in quantum, scilicet, per ius, & quasi dominium, quod eorum vterque vtrique tribuit in proprium corpus, & per corporum

Amicitia coniugalis inter virum, & uxorem est à natura.

3. Amor coniugum ex obiecti nobilitate, & excellentia, est minor, quam amor parentum; & ex coniunctione ad nos ipsos est maior.

2. Et sæpius præcipitur in sacris Litteris.

corporum commisionem efficiuntur quasi vna caro: sicut & mercatorum substantiæ, & pecuniæ per societatem, quam inter se ineunt, efficiuntur quasi vna substantia, & vna pecunia vtrique communis, & indiuisa, ut notat Cornelius à Lapide in eum loc. ver. 16. pag. 245. col. 1. in fin. Et clarius idem præcipitur ad Ephes. 5. vbi dicitur, quod mulieres debent esse subdita viris suis, sicut Dominus, quia vir est caput mulieris; sicut Christus est caput Ecclesiæ: & ideo sicut Ecclesiæ subiecta est Christo, ita & mulieres debent esse subiecta viris suis, & quod viri debent diligere uxores suas, sicut & Christus dilexit Ecclesiæ, & quod debent illas diligere, sicut & corpora sua, & sicut se ipsos: quia nemo carnem suam odio habet; sed nutrit, & fouet eam: & propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Dum verò S. Apostolus amore viri erga uxorem comparat amoris Christi erga Ecclesiæ, qui, ut illam sanctificaret, sibi que, exhiberet gloriosam, non habentem maculam, neque rugam; & ut esset sancta, & immaculata, tradidit semetipsum pro ea; aperte docet, quod etiam viri debent ita diligere suas uxores, ut admonitionibus, sanctæque sua conuersatione illas emendent ab omni leuitate, & dicacitate, & superbia, & ab omni alio vitio feminarum, ut etiam ipsæ sint sanctæ, & non habeant neque maculam, neque rugam; & dum addit, quod debent diligere uxores, ut corpora sua, & ut se ipsos, similiter addit, quod caro, & corpus vtriusque sit reputandum ab vtroque, ut caro, & corpus proprium; & vterque vtrunque debeat reputare, quasi vnum hominem, & ut vnam personam ex duobus constatam; sicut & constatur ciuilliter, & moraliter quasi vnum corpus ex Christo capite, & ex Ecclesiâ.

Et ratio est: quia, si charitas ad eos omnes extenditur, qui sunt proximi, & accedunt ad eisdem fines beatitudinis supernaturalis, ut supra diximus, non potest non extendi etiam ad coniuges, qui præterea habent ad inuicem proximitatem aliam corporum, & animorum, quoad mutuâ vitæ societate, & quoad mutua omnia obsequia, ut diximus.

Posito verò, quod coniuges debeant se inuicem diligere ex charitate, dupliciter potest comparari amor coniugum, ut constat de ordine, quem habet, & fundat cum aliis amoribus, id est, cum amore, qui est ad parentes, & tum amore, qui est ad filios. Et quoad primam comparisonem deo asserit S. Th. 2. 2. q. 26. art. 1. id est, quod ex obiecti nobilitate, & excellentia plus debeant amari parentes, quam vxor, aut vir: siquidem illi amantur, tanquam principium ipsius esse, quod nos habemus; vxor verò, aut vir amatur, ut comprincipium illius esse, quod tribuimus filiis: & certum est, quod illud respectu nostri est bonum longè eminentius, & ideo fundat, & exigit maiorem amorem. Et præterea quod ex coniunctione ad nos ipsos plus debet amari vxor, aut vir, quam parentes: siquidem illi amantur, ut facti nobiscum vna caro, & tanquam facti proprium corpus, & tanquam nos ipsi, ut iam retulimus ex S. Paulo ad Ephes. 5. quod tamen non accidit respectu parentum.

Atque ex his rectè concludit S. Th. in fin. ar. quod si coniuges magis se ament quoad suauitatem, & intensiorem amoris, quam ament parentes; hos tamen omnino debent plus amare, quoad honorem, & reuerentiam, quam ipsi exhibent: & cum vniuersisque ex charitate sit maxime amandus quoad illa bona, quæ spectant specialiter ad coniunctionem, quæ cum illo habetur, ut supra diximus disp. 21. n. 10. & disp. 22. n. 1. omnino debemus quoad bona ho-

noris, & reuerentiæ plus amare parentes, quam coniuges; & quoad comoda, & obsequia domestica æconomica amare plus coniuges, quam parentes, cum illa bona sint specialiter debita coniunctioni ad parentes; & hæc coniunctioni ad coniuges. Et solum quoad hæc comoda, & obsequia æconomica intelligitur, quod propter vxorem debeat homo relinquere patrem, & matrem, ut notat S. Thomas art. 11. cit. ad 1. non autem intelligitur, quod debeat relinquere quoad omnia.

Et quantum coniunctio ad vxorem reducatur ad coniunctionem, quam aliquis habet ad se ipsum, & ideo à S. Paulo ad Ephes. 5. dicitur esse amanda vxor, ut proprium corpus, & ut nos ipsi, & ex S. Thoma in 3. dist. 29. qu. 1. art. 7. ad 3. & qu. 2. de virt. que est prima de charitate, art. 9. ad 18. pag. 269. amor ad vxorem sit potius beneuolentiæ, quam amicitia; & ideo sit reponendus in eodem gradu, in quo ponitur amor ad filios; & includendus in amore sui ipsius, ut de amore ad filios diximus disp. 22. n. 5. non tamen quoad omnia amor vxoris est æquandus amoris sui ipsius, ut habet idem S. Thomas 2. 2. qu. 26. art. 1. cit. ad 2. sed solum quoad ea, quæ illi conueniunt, in quantum est vna caro cum viro. Et quia hæc vnitas, ut paulè ante diximus, solum est ratione iuris, & dominij, quod illi tribuit in suum corpus; non autem ratione veræ vnitatis, & indiuisiõis physicæ, quam cum illo habeat secundum proprium corpus, & propriam carnem; hinc est, quod amor vxoris non sit quoad omnia regulandus per amorem sui ipsius.

Quod tamen asserit S. Th. q. 26. cit. art. 9. ad 3. & notauimus supra, disp. 22. n. 7. de dilectione ad filios, quod in casu necessitatis plus sunt amandi, & iuuandi, parentes, quam filij: quia obligatio, quæ ad illos habetur ex magnitudine beneficij, multum præualet obligationi ex coniunctione ad filios, idem debet intelligi etiam de dilectione vxoris. Et reuera coniunctio ad parentes ex propinquissimo nature gradu est multo fortior, quam coniunctio ad vxorem ex solo contractu, & ex mutuo tantum consensu per verba expresso; & bonum ipsius esse, & nutritionis, & educationis, quod accipimus à parentibus, est multo maius, quam bonum adiutorij ad procreationem prolis, & remedij contra æstum concupiscentiæ, & solatij in necessitatibus vitæ, quod accipimus ab vxore, ut notat Richard. in 3. dist. 29. art. 1. q. 10. pag. 346. col. 2. & ideo in casu necessitatis etiam vxor est posthabenda dilectioni parentum: & si non potest simul iuari parens, & vxor, omittenda est vxor, & parens iuuandus, ut notat Richard. ibid. & Ban. 2. 2. q. 26. art. 11. cit. & Valent. 2. 2. disp. 3. qu. 4. punct. 5. §. Decimo sequitur. col. 613. & Azor. part. 2. lib. 2. c. 2. q. 18. in fin. pag. 79. col. 2. & Suar. de charit. disp. 9. q. 4. n. 16. pag. 468. vbi etiam asserit, id esse multo verius, & probabilius, quam oppositum, quod vult Rupertus, & Procopius, & Hugo in illud Gen. 2. Relinquet homo patrem, & matrem, &c. vbi asserunt, coniunctionem coniugum esse omnino maximam, & fortissimam; & priuilegium dilectionis fuisse translatum ad vxorem; & ita postulare ipsum genus humanum, quod non aliter potest consistere, quam per nuptias, & per dilectionem viri, & vxoris: & expressè ita haberi lib. 3. Esdræ, cap. 4. n. 25. cum dicitur: Diligit homo uxorem suam magis, quam patrem, & matrem. quæ tamen omnia facile possunt negari, nisi explicentur in bono sensu, quem iam explicauimus: & liber Esdræ tertius, vel est eodem modo interpretandus, vel non est magni faciendus, cum in Tridentino sess. 4. in decreto de canonicis Scripturis, solum

In casu necessitatis plus debent iuari parentes, quam vxor.

solū primus, & secundus liber Esdræ, non autem tertius numeretur inter Scripturas canonicas; quāvis propterea non sit omnino abiiciendus, cū interdum citetur ab aliquibus Sanctis Patribus, ut notatur ipso initio illius libri: qua de causa diximus, illum esse interpretandum in bono sensu.

5. Ex maiori cōiunctione possunt coniuges magis amari, quā parentes.

Neque obstat, quod filius respectu patris sit beneficiatus, & ab illo accipiat esse, & nutritionem, & educationem; & respectu vxoris sit benefactor, eique tribuat fecunditatem, eamque regat, & iuuet in domesticis necessitatibus. Neque enim hinc sequitur, quod filius absolute plus debeat amare vxorem, quā patrem, iuxta regulam Aristotelis 9. Ethic. cap. 7. quod benefactor plus amet, in quantum est benefactor, & beneficiatus, in quantum est beneficiatus redamet minus.

6. Beneficiarius, nisi ex accidento, plus amatur, quā beneficius.

Nam, si etiam beneficius, & beneficiatus inter se comparentur quoad proprias amabiles, id est, beneficius, in quantum alteri facit bonum; & beneficiatus, in quantum ab altero recipit bonum; certum est, quod multo nobilior, & excellentior est illa ratio, quā hęc; & ideo, per se loquendo, ex maiore, & nobilitate obiecti est magis amandus beneficius, quā beneficiatus, ut probat S. Thomas 2. 2. quæst. 26. cit. art. 12.

Et quod asserit Aristoteles 9. Ethic. cap. 7. quod benefactor plus amet, quā ametur; & beneficiatus è contra plus ametur, quā amet, non est per se ex ratione obiecti maioris, & nobilioris; sed solum per accidens ex maiori coniunctione, secundum quam beneficiatus est magis coniunctus benefactori, & est magis illius, quā benefactor sit coniunctus beneficiato, ut subdit Sanctus Thomas art. 12. cit. & patet ex dictis supra, disp. 22. num. 4. & 5, ubi similiter diximus ex Aristotele, & Sancto Thoma, quod filij sunt magis coniuncti parentibus, quā parentes sint coniuncti filiis; & ideo filij plus amantur, quā ament, etiam si parentes, quantum est ex nobilitate obiecti, sint magis amandi: sic enim etiam beneficiati sunt magis coniuncti beneficiis, quā benefici sint coniuncti beneficiatis; & ratione huiusmodi coniunctionis magis amantur, etiam si benefici, quantum est ex obiecto, & per se sint magis amandi. Vnde, si vxor, in quantum beneficiata, magis ametur à viro, quā ab eodem viro amentur parentes, ut benefici, aut benefactores illius; id non est per se, & ratione propriæ amabilitatis; solum per accidens ratione maioris coniunctionis, quæ præterea accidit propriæ amabilitati, & ex illa consequitur, ut notat Richardus in 3. dist. 29. quæst. 10. ad 2. pag. 346. col. 2. & Sanctus Thomas in 3. dist. 29. cit. quæst. 1. art. 7. Et hoc, quod dicimus de maiori excellentia amabilitatis benefici supra amabilitatem beneficiati, & de maiori coniunctione beneficiati ad beneficium, quā benefici ad beneficiatum, idem est de excellentia parentum supra filios, & viri supra vxorem, & de coniunctione filiorum ad parentes, & vxoris ad virum: nam ratio benefici se habet, ut quid superius, & tanquā genus respectu parentum, & respectu viri: & ratio beneficiati respectu filiorum, & vxoris, cū omnis parens, & omnis vir sit beneficium respectu filiorum, & respectu vxoris; & omnis filius, & omnis vxor sit beneficiata: non autem è contra omnis beneficium sit parens, aut vir; neque omnis beneficiatus sit filius, aut vxor: ac proinde, quemadmodum maior coniunctio beneficiati ad beneficium est quid consequens, & quid posterius ad ipsam rationem benefici, & beneficiati, & se habet per accidens ad proprias illorum amabiles:

ita & maior coniunctio filiorum ad parentes, & vxoris ad virum est quid consequens, & posterius ad ipsam rationem parentum, & viri; & se habet per accidens ad amabiles illorum: & si filij, & vxor ratione illius magis amentur, rectè dicitur, id esse per accidens, & absolute; & per se rectè dicitur, quod parentes, & viri sunt magis amandi, quā filij, & vxores.

7. Vxor, per se loquendo, magis tenetur diligere virum, quā vir vxorem.

Et ex hoc ulterius intelligitur solutio alterius difficultatis, vtrum coniuges æqualiter teneantur se se diligere, an verò alter magis teneatur diligere alterum, verbi gratia, vir vxorem, aut vxor virum: nam, si loquamur per se, & ex propria amabilitate cuiusque, certum est, quod amabilitas viri est maior, & excellentior, quā amabilitas vxoris, & ideo vxor magis tenetur diligere virum, quā vir vxorem: siquidem ille est caput mulieris, sicut & Christus est caput Ecclesiæ, ut dicitur ad Ephef. 5. & ideo mulieres debent esse subditæ suis viris, sicut Ecclesia subiecta est Christo; & viri debent diligere suas vxores, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, ut ibi subditur: & præterea tribuit feminæ fecunditatem, & prolem, & hæc fecunditatem, & prolem ab illo accipit: & non est dubium, quod est multo excellentius dare, quā accipere, & multo nobilius agere, quā pati, cū illud supponat actum, & formam, à qua est, & hoc supponat potentiam, & materiam, in qua recipitur: & hæc de causa etiam Aristoteles 1. Physic. text. 81. indigentiam, & appetitum, quem habet materia respectu formæ, comparat indigentiam, & appetitum quem habet femina respectu viri, in quantum, scilicet, etiam femina; quantum est ex se solum est in potentia, & actum fecunditatis non recipit, nisi à viro. Si verò loquamur per accidens, & ratione coniunctionis, quā vxor, ut beneficiata à viro, habet maiorem cum ipso viro, quā habeat vir, ut beneficius, cum vxore, tenetur vir contraria ratione plus diligere vxorem, quā vxor virum, ut iam explicauimus. Sed tam vir, quā vxor, ut ordinatè, & rectè se diligant, illud debent meminisse, quod notat Aristoteles 8. Ethicorum, cap. 10. pag. 205. versus finem, & cap. 11. pag. 206. in fine, quod eorum societas, & amicitia est similis administrationi, & potestati, quā in ciuitate, & communitate habent optimates; & ideo debet quidem vir pro dignitate imperare, sed solum circa ea, quæ virum decent, & ea, quæ conueniunt vxori, liberè debet illi relinquere; & si velit ipse esse omnium dominus, omnino id faciet præter dignitatem, & à potestate optimatum delabatur in paucipotentiam, id est, in societatem, & potestatem eorum, qui pauci cum sint, & alij æquales; volunt tamen omnibus imperare, ut inæquales. Et idem est de vxore, si velit dominari etiam ipsa in omnibus supra virum, sicut communiter iis accidit, qui multum patrimonium habent, & propter diuitias dominantur.

8. Quomodo cōiunctio sit magis amandus, quā filius, aut filius sit magis amandus, quā coniunx.

Circa alteram comparisonem, quæ potest fieri inter amorem vxoris, & amorem filij, similiter duo asserunt Caiet. & Bannes 2. 2. quæst. 26. art. 12. id est, quoad obiecti nobilitatem, & excellentiam plus esse amandam vxorem, quā filium, quia illa amat, ut comprincipium generationis; hic verò ut effectus; & præterea quoad coniunctionem magis esse amandum filium, quā vxorem: quia coniunctio ad filium est secundum naturam; coniunctio verò ad vxorem est secundum contractum, & secundum mutuum consensum liberè præstitum: & hinc inferit, quod

vxor est plus honoranda, quā filius, & filius in casu necessitatis est plus iuandus, quā vxor: quod idem quoad hoc postremum docet etiam Val. 2. 2. disp. 3. quæst. 4. puncto 5. §. Decimo sequitur. col. 613; & Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 3. n. 6. pag. 227. col. 2. & ab utroque in hoc dissentit Suar. disp. 9. de charit. sect. 4. num. 17. pag. 468. col. 2. versus finem, & Bonac. circa primum præceptum Decalogi, disp. 3. quæst. 4. puncto 5. num. 2. pag. 164. col. 1. tom. 2. & Reginal. in praxi, lib. 4. num. 313. pag. 245. col. 1. tom. 1. quod negat, coniunctionem cum filio esse maiorem, quā cum vxore; imò asserit, quod fortasse est etiam maior. Et hinc putet provenire, quod vnus coniunx sæpe plus amat alterum coniugem, quā filium, & sæpe relinquit filium, & adhæreat coniugi: & tandem concludat, pensatis omnibus, quod si vlla est inæqualitas coniunctionis cum filio, & cum vxore, certè tam parua est, ut nunquam sit obligatio sub mortali, ut altera alteri præferatur, vel è contra. Sed non est, quod dissentiamus à Caietano: re enim vera longè maior est coniunctio sanguinis, quæ habetur cum filio, quā coniunctio per contractum, quæ habetur cum vxore, aut cum marito: & quod de facto vnus coniunx magis amet alterum coniugem, quā filium, eumque relinquit, ut adhæreat coniugi, solum probat, quod magis amet intensiùs; non autem, quod magis amet appetitiuè; neque aliter coniugem relinquit filius, nisi quoad cohabitationem, & conuictum: quo etiam modo relinquitur pater, & mater; neque tamen hinc sequitur, quod non magis ametur appetitiuè. Neque magni est faciendæ coniunctio corporum solum materialis per copulam, si præcindatur à iure, quod ad illam sibi inuicem tribuunt per contractum, cū talis cōiunctio materialis etiam habeatur cum meretrice, & ut dicitur 1. Cor. 6. etiam ille, qui adhæret meretrici, vnus corpus cum illa efficiatur: & cum ex tali coniunctione non oriatur obligatio, quæ vlla ex parte sit maior supra obligationem, quæ habetur ad filios, clarè ostenditur, quod tota obligatio, quæ habetur ad vxorem, maximè oritur ex contractu, quo coniuges sibi inuicem tradunt iura corporum: quæ tamen obligatio ex propria ratione est minor, quā obligatio ad filios, quæ oritur ex natura.

DISPUTATIO XXV.

Quis sit ordo in amandis fratribus, & aliis consanguineis, & coniunctis.

1. Propria amabilitas fratrum in quo consistat.
2. Amicitia fraterna est maximè in æqualitate.
3. Etiam patruus, & consobrini amantur, ut fratres.
4. Fratres germani sunt magis amandi, quā consobrini.
5. Fratres sunt magis amandi, quā sorores.
6. Et qui sunt ex utroque parente, quā qui solum ex altero.
7. Et qui solum ex patre, quā qui solum ex matre.
8. Et qui simul sunt educati, vel sunt coetanei, vel habent ad inuicem maiorem similitudinem morum, & affectionum, vel sunt meliores.
9. Ex consanguineis illi sunt magis amandi, qui sunt propinquiores parenti ipsius amantis.
10. Filij, & vxor, sunt magis amandi, quā pa-

11. Coniuncti spiritualiter eodem ordine sunt amandi, quo amantur coniuncti carnaliter.
12. Non tamen sunt præferendi coniunctis carnaliter, si vtrique sint in eadem necessitate.
13. Coniuncti naturaliter præferri debent, per se loquendo, coniunctis moraliter ex virtute amicitie.

X Aristotele 8. Ethic. cap. 12. pag. 208. versus finem, ex eo fratres se mutuo diligunt, quia ex iisdem nati sunt: & eadem naturam, quam habent cum parentibus, faciunt illos esse eadem etiam inter se: vnde & dicunt se habere eundem sanguinem, & eandem radicem. Et sensus est, quod propria amabilitas fratrum in hoc consistit, quod sunt nati ex iisdem parentibus: hoc enim ipso, quod vnusquisque illorum est aliquid parentum, & quasi alteri ipsi, ut ibi loquitur Aristoteles, est etiam vnusquisque quasi idem cum altero: siquidem ex communi axiomate, quæ sunt eadem vni tertio, sunt etiam eadem inter se. Idque clarius intelligitur, si aduertamus, finem generationis, quæ reperitur in viuentibus, hunc esse, ut generans faciat aliud, quale est ipsum; & sic participi ipso semper, & diuino, in quantum potest, cum omnia illud appetant, & illius causa agant omnia, quæcunque agunt secundum naturam, ut dicitur 2. de anima, text. 34. & 47. & ad hunc finem tale semper in potentia est semen, quale est actu ipsum generans, ut dicitur lib. 1. de gener. animal. cap. 19. hinc enim provenit, ut vnusquisque iam genitus ex semine eiusdem generantis, sit iam actu alter talis, qualis est ipse generans; ac proinde etiam plures iam actu geniti, quales sunt plures fratres, sint actu plures tales, qualis est generans, & per consequens etiam vnusquisque sit aliquo modo actu talis, qualis est alter, cū omnes sint actu tales, qualis est tertius, id est, qualis est ipse generans.

1. Propria amabilitas fratrum in quo consistat.

2. Amicitia fraterna est maximè in æqualitate.

Atque hinc fit, ut amicitia, quæ est inter fratres, maximè sit in æqualitate, & ideo assimilatur illi administrationi, aut societati ciuili, quæ appellatur consensuaria, in qua omnes ciues reputantur æquales, & per vices censentur, & principiantur ex æquo, ut patet ex Aristotele 8. Ethic. cap. 10. in fine, & cap. 11. sub initium: quia enim fratres omnes hoc habent commune, ut ab eodem sint geniti, & in hoc perfectè æquantur inter se; neque plus dignitatis, aut prærogatiuæ, quantum ad hoc, conuenit vni, quā alteri; rectè dicitur eorum societas, & amicitia esse maximè posita, & fundata in æqualitate, ut notat Albert. eo loco, text. 3. cap. 3. Vnde, quod diximus supra, 23. num. 23. de primogenitis, non probat inæqualitatem fratrum quoad rationem fraternitatis, de qua nunc loquimur; sed quoad circumstantiam, merè accidentalem ipsius temporis, ex qua propter bonum commune, & ad splendorem, & bonam melius conseruanda in familia, legumlatores ex inspiratione, & instinctu etiam ipsius Dei, sumplerunt occasionem, & fundamentum statuendi aliquid pro iis, qui ex eodem parente essent geniti, prius quā alij; & similiter id, quod asserit Aristoteles 8. Ethic. cap. 10. cit. quod si fratres multum inter se distent, quoad ætatem, non est amplius inter ipsos amicitia fraterna; non significat, quod per differentiam ætatum deficiat inter ipsos fraterna amabilitas, & non amplius possunt, aut debeant amare se inuicem amore fraterno; & ex hoc formaliter, quod ab eodem geniti sunt: sed solum significat, quod definit quoddam complementum æqualitatis fraternæ, id est, ut sint similia

miliū affectuum, & similitū mōrum, vt solent esse, qui sunt coactanei, vt subdit idem Aristoteles cap. 11. pag. 206. in fine.

3. *Etiam patrueles, & consobrini amantur, vt fratres.* Atque hæc amabilitas fraterna non solum reperitur in iis, qui propriè appellantur fratres; sed etiam in iis, qui appellantur patrueles, vel consobrini, vt expressè habet Aristoteles 8. Ethic. cap. 12. pag. 208. in fine: habent enim etiam hi coniunctionem ad inuicem, ex eo, quòd ab hisdem originem sumunt; & sunt etiam hi aliquo modo inter se idem, cum sint idem suis parentibus, & his mediantibus sint idem etiam auis, & proavis, à quibus habent primum principium, & primam radicem suæ originis. Vnde etiam illorum dicuntur filij, vt patet Matth. 1. de Christo Domino, qui dicitur filius Abraham, & David. Debent tamen non multum distare ab huiusmodi primo principio, & radice sui esse; & si multum distent, parum censentur esse coniuncti inter se, neque illorum coniunctio communiter apprehenditur, vt amabilitas fraterna; imò & in totum censetur euanescere, vt patet in coniunctione omnium hominum, qui tandem reducuntur ad vnum commune principium totius originis, id est, ad Noë, eiusque filios post diluuiū, vel etiam ad Adamum in prima creatione. Quanta autem, & per quot gradus debeat esse distantia à communi principio, ad hoc vt coniunctio reputetur sufficiens ad amabilitatem fraternam, potius videtur determinandum ex legibus positivis, siue ciuilibus, siue canonicis, & ex communi existimatione, quam ex ratione aliqua naturali. Olim sextus etiam, & septimus gradus magni fiebant, cum per leges ecclesiasticas vsque ad illos prohiberentur coniugia, cap. Ad Sedem. 35. quest. 5. & notat Henriquez lib. 11. cap. 1. num. 3. littera E: nunc verò etiam quintus. nihil fit, cum matrimonia non prohibeantur ultra quartum, cap. Non debet. de consanguin. & affinis.

4. *Frater germani sui magis amandus, quam consobrini.* Si ergo loquamur de ordine charitatis in amandis huiusmodi fratribus, certum est, quòd magis sunt amandi germani fratres, qui immediatè vniuntur in eodem communi principio sui esse, quam patrueles, & consobrini, qui vniuntur solum mediatè, cum vno immediata sit ex se maior, & faciat fratres magis propinquos ad inuicem, & vno mediata faciat patrueles magis alienos ab inuicem, vt loquitur Aristoteles lib. 8. Ethic. cap. 12. cit.

5. *Frater suus magis amandus, quam soror.* Ex fratribus verò germanis plus debent amari fratres, quam sorores ex S. Thoma in 3. dist. 29. q. 1. art. 7. ad 5. quia perfectius participant de communi principio; id est, de patre, cumque perfectius imitantur: & eandem ob causam plus debent amari fratres ex utroque parente, quam solum ex altero, & plus qui sunt ex eodem patre, quam qui ex eadem matre, cum semper consanguinei ex parte patris sint magis amandi, quam ex parte matris, ex eodem Sancto Thoma ibidem; in responsione ad 4. & societas, aut amicitia inter consanguineos, quanuis sit varia, tota dependeat ex paterna, vt habet Aristoteles 8. Ethic. cap. 12. cit. pag. 208. in fine: & idè inter aliquos tunc sit maior, quando ad patrem est propinquior: & si in aliquibus hæc omnia sint æqualia, ordo charitatis, & dilectionis est desumendus ex aliis accidentibus, quæ possunt multum facere ad inclinandas voluntates, & ad conciliandas amicitias, vt subdit ibidem Aristoteles, ead. m. pag. 208. in fine, vt est, verbi gratia, coeducatio, ætatum æqualitas, aut maior coniunctio quoad ortum, similitudo mōrum, & affectionum, maior probitas, &c. Et ex his omnibus potest quis esse magis amandus ex charitate,

6. *Et qui sūt ex utroque parente, quam qui solum ex altero.* Et qui sūt ex utroque parente, quam qui solum ex altero.

7. *Et qui solum ex patre, quam qui solum ex matre.* Et qui solum ex patre, quam qui solum ex matre.

8. *Et qui sūnt sunt educati, vel sūnt carissimi, vel habent ad inuicem maiorem similitudinē mōrū, & affectionū, vel sūnt meliores.* Et qui sūnt sunt educati, vel sūnt carissimi, vel habent ad inuicem maiorem similitudinē mōrū, & affectionū, vel sūnt meliores.

& in casu necessitatis esse magis appetendus, & magis iuandus.

9. *Ex consanguineis illi sunt magis amandi, qui sunt propinquiores patri ipsius mantis.* Atque ex his potest intelligi, quid sit dicendum de ordine charitatis circa alios consanguineos; quia enim consanguinitas tota dependet ex coniunctione paterna, vt iam diximus ex Aristotele, quando aliquis erit propinquior, & magis coniunctus ad meum patrem, tanto erit propinquior, & magis coniunctus per consanguinitatem etiam mihi; & idè erit magis amandus, quam alij consanguinei, vt retulimus ex S. Thoma. Verum id non est intelligendum, nisi formaliter, ratione consanguinitatis, & coniunctionis cum meo patre: vnde, si aliquis, alius ex alio capite sit mihi propinquior, & magis coniunctus, omninò poterit, & debet magis amari, quam qui est coniunctus meo patri, vt notat S. Thomas art. 7. cit. in responsione ad 6. de patruo, seu fratre germano mei patris, qui, quanuis eidem patri sit magis coniunctus, quam mei filij non est tamen propterea à me magis amandus, & magis appetendus in casu necessitatis, cum mei filij sint mihi ipsi magis coniuncti; & coniunctio ad me ipsum sit mihi ratio magis amandi, quam coniunctio ad meum patrem: & hæc ratio hoc idem probat etiam de vxore, quæ similiter ratione coniunctionis, quam habet ad me, & ad communes filios, si existunt, est à me magis amanda, quam meus patruus ratione coniunctionis, quam habet ad meum patrem.

10. *Filius, & vxor sūt magis amandi, quam patruus; non obstante quòd hic sit propinquior patri.* Quòd si comparatio fiat inter consanguineos ex parte patris, & consanguineos ex parte matris, iam diximus num. 7. ex S. Thoma in 3. dist. 29. q. 1. art. 7. ad 4. quod illi sunt magis amandi, & præferendi, sicut & pater est magis amandus, quam mater.

11. *Coniuncti spiritualiter eadē ordine sūt amandi, quo amantur coniuncti carnaliter.* Pro ordine charitatis circa alios coniunctos multa diximus disp. 21. præsertim à num. 9. & hæc possunt addi. Primo, inter parentes, & filios, & fratres spirituales, idem ordo proportionaliter est seruandus, qui inter parentes, & filios, & fratres carnales; vt, scilicet, parentes spirituales præferantur filiis propter magnitudinem beneficij spiritualis ab illis accepti; & filij spirituales præferantur fratribus propter maiorem coniunctionem ratione ipsius esse spiritualis communicati. Ita Bonac. disp. 3. in Decal. quest. 4. puncto 5. num. 4. col. 2. tom. 2.


12. *Non tantum sūt præferendi coniuncti carnalibus, sed etiam eadē necessitate.* Deinde, si spiritualiter nobis coniuncti comparentur cum coniunctis corporaliter, omninò sunt præferendi in iis, quæ pertinent ad suam coniunctionem spirituales; sicut, & contra non sunt præferendi in iis, quæ pertinent ad coniunctionem naturalem: ita enim generaliter asserit S. Thomas 2. 2. quest. 26. art. 3. de iis, quæ pertinent ad vnanquamque coniunctionem, secundum quam vnusquisque diligitur, & nos supra notauimus disp. 21. num. 10. vbi etiam addidimus, quòd si vtrique nobis coniuncti simul reperiantur in eadem extrema necessitate, siue corporali, siue spirituali, semper debent præferri coniuncti corporaliter, cum talis coniunctio pro omni casu sit immutabilis, & inducat obligationem prouidendi non solum de bonis temporalibus; sed etiam de spiritualibus; & etiam hæc ad illam pertineat; & denique omne aliud ius particulare cuiusque fiat commune omnibus pro casu extremæ necessitatis, vt videre est apud Suarez disp. 9. de charit. sect. 4. num. 12. pag. 467. & apud Bannes 2. 2. quest. 26. art. 8. dub. 2. concl. 2. pag. 1046. col. 2. & apud Layman lib. 2. tract. 5. cap. 3. num. 6. coroll. 7. pag. 218. col. 1. si quis tamen contraria ratione præferret coniunctos

spiritualiter, non propterea esset damnandus peccati mortalis, vt subdit Suarez num. 3. quia reuera excellentius coniunctionis temporalis supra spirituales, est valde dubius; & etiam coniunctio spiritualis potest esse valde perfecta, & in gradu valde magno.

Sed contra est: quia, quantuncunque sit coniunctio spiritualis, semper inducit minorem obligationem, quam coniunctio naturalis; & semper pater carnalis, qui dat esse naturale, maius beneficium confert, quam pater spiritualis, qui dat esse gratiæ, & supernaturalis; non, quia materialiter non sit maius bonum, vt quis per gratiam sit filius Dei, quam vt sit filius hominis per naturam; sed quia filiatio diuina per gratiam non eo modo nobis tribuitur à Patre spirituali, quo tribuitur à patre carnali filiatio per naturam, vt notat Richard. in 3. dist. 29. art. 1. quest. 9. pag. 345. & Reginal. lib. 4. num. 314. siquidem hæc verè tribuitur, tanquam à causa efficiente principali; & illa solum tribuitur, tanquam à causa ministeriali, & instrumentali, & esse naturale, quod recipimus à patre carnali est substantiale, & fundamentum totius esse supernaturalis, quod recipimus à Patre spirituali; neque causalitas Patris spiritualis est tam necessaria pro esse spirituali, sicut est necessaria causalitas patris naturalis pro esse naturali: siquidem in defectu illius supplet Deus per internas motiones; non autem supplet in defectu huius. Vnde, satis est, si propter materialem excessum boni spiritualis supra bonum naturale, exhibeamus Patri spirituali plus honoris, & reuerentiæ, quam patri carnali, vt subdit Richard. ibidem, eiusque sectamur, verbi gratia, genua; non autem est necessarium, vt in casu necessitatis, plus illum appetiamus, eumque

preferamus patri carnali, & de facto sic etiam habet communis existimatio, & communis praxis, cum nullus sit, qui Parochum, verbi gratia, aut Episcopum, à quo recipit Sacramentum Baptismi, Confirmationis, aut Penitentiae, vel Prædicatorem, & Doctorem, à quo fuit doctus fidem Christianam, in casu necessitatis plura faciat, quam patrem carnalem; & nullus est, qui non grauiter reprehendat talem filium, si oppositum faciat.

13. *Coniuncti naturaliter præferri debent, per se loquendo, coniunctis moraliter ex virtute amicitiae, aut beneuolentiae.* Tertio, si coniuncti naturaliter comparentur cum coniunctis purè moraliter, verbi gratia, ex virtute amicitiae, ex beneficentia, gratitudine, &c. per se loquendo, semper illi debent præferri: quia nullius amici, aut benefactoris beneficium potest esse tantum, quantum est ipsorum parentum, vt loquitur S. Thomas 2. 2. quest. 31. art. 3. ad 3. & idè parentes in beneficiis recompensandis semper sunt præferendi omnibus alijs; & etiam ille, qui fortè se exposuit periculo vitæ, vt me ab eodem periculo liberaret, non est æquandus cum meo patre, qui mihi vitam non seruauit tantummodo, quod est facilius; sed primam dedit, & nutriendo, & educando ad perfectum perduxit, vt etiam notat Reginal. lib. 4. num. 307. & Bonac. in Decal. disp. 3. quest. 4. puncto 5. num. 3. pag. 164. col. 2. Ex accidente tamen, si parentes, & naturaliter coniuncti fuerint erga me valde impij, & crudeles, vel in aliquo vitio notabiliter excesserint; ita potest erga illos minui obligatio, vt licitè possim illis præferre insignem alium amicum, aut benefactorem, vt etiam supra diximus disp. 21. num. 19. & 21. quo verò modo sint amandi benefactores, & qua de causa magis ament, quam amentur; satis explicauimus supra, disp. 22. num. 6. & disp. 24. similiter num. 6.





DISPUTATIONVM
EX THEOLOGIA
MORALI,
LIBER TERTIVS.

De Dei Adoratione, & Oratione, quæ maximè præcipiuntur
primo, & maximo diuina Legis Præcepto.



DITUM Præceptum primæ Tabulæ sic habet Exodi 20. *Ego sum Dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me.* Et primis verbis, dum Deus asseritur, & proponitur, vt absolute Dominus, id est, vniuersalis, & supremus respectu omnium creaturarum, satis declaratur, quod supremi honores, tanquam supremo Principi, illi debentur, & summa reuerentia, & famulatus; & in his omnibus summa fidelitas, vt notat S. Thomas 1. 2. *quest. 100. artic. 5.* Et dum additur, quod sit noster, etiam additur, quod omnis boni, tam naturæ, quam gratiæ, & gloriæ sit nobis largitor; & ideo maximè à nobis sit inuocandus, & orandus in omnibus indigentis, vt notat Azorius *part. 1. lib. 8. cap. 1. quest. 1.* Et postremis verbis, dum præcipimur, non habere coram ipso Deos alienos, præcipimur nulli alteri exhibere honores diuinos, & nullum alterum inuocare pro iis, pro quibus ipse est inuocandus: & vno verbo præcipimur fugere superstitiones, & vitia religioni contraria, vt notat S. Thomas 2. 2. *quest. 92. initio.* Specialiter verò in hoc Præcepto ideo posituè prohibetur cultus falsorum Deorum; non autem posituè præcipitur, aut declaratur cultus veri Dei: quia apud Hebræos, quibus hæc Præcepta dabantur, nullus erat, qui non agnosceret verum Deum, eumque non intelligeret esse colendum cultu diuino: multi autem erant, qui eum non agnoscebant, vt Deum solum; sed simul eum eo venerabantur etiam alios Deos, & claudicabant in duas partes, vt dicitur 3. *Reg. 18.* & simul cum Deo Israëlitis colebant Deos Gentium, vt de Samaritis habetur *lib. 4. Reg. cap. 17.* & ideo fuit opus specialiter, & posituè hoc illis prohibere, vt notat Sayrus *lib. 4. Clauis regie, cap. 3. num. 2. pag. 225.* Vt ergo de hoc agamus, primò agemus hoc tertio libro de Dei adoratione, & oratione, tam priuata, quam publica: & deinde libro quarto agemus de superstitione, & de aliis huiusmodi vitiis, quæ Deo exhibent cultum indebitum, vel cultum Deo debitum exhibent creaturæ. Et quia hæc omnia maximè pertinent ad virtutem religionis, cuius præcipui actus sunt adoratio, & oratio; & eius opposita vitia sunt superstitio, & irreligiositas; prius aliqua attingemus de virtute religionis in vniuersum.

DISPV

DISPUTATIO I.

Quid sit religio, & quomodo ad illam pertineat adoratio, & oratio.

1. Religio quæ ad appellationem vocabuli unde sit dicta.
2. Religio est propriè virtus.
3. Quomodo sit distincta à dono timoris, quo Deum reueremur, & honoramus.
4. Religio est una virtus.
5. Sub qua ratione Deus colatur per virtutem religionis.
6. Religio est virtus specialis distincta ab aliis.
7. Religio non dicitur vera, & falsa, quia pertinet ad intellectum.
8. Non vagatur per omnia, nisi per actus imperatos.
9. Quomodo religio non differat secundum essentiam à sanctitate.
10. Non est virtus theologica, sed moralis.
11. Honor, & cultus Deo exhibitus per virtutem religionis in quo consistat.
12. Etiam actus merè interni possunt assumi in Dei honorem.
13. Et vniuersaliter omnes actus boni.
14. Per omnes actus religionis Deus colitur, vel, quia aliquid nostrum ipsi offertur, vel, quia aliquid Dei pro nobis assumitur.

NOMEN religionis non accipimus hoc loco, provt dicit generalem statum totius Ecclesiæ catholicæ, quæ profitetur veram doctrinam, verumque modum colendi Deum, & communiter dicitur Religio Christiana: neque provt dicit statum specialem eorum hominum, qui communiter dicuntur Religiosi; quia sub aliqua certa Regula Deum colunt, & totam vitam suam diuino cultui dedicant, & propter illum à mundanis negotiis se se abstrahunt; sicut & Contemplatini dicuntur, qui deputant totam vitam contemplationi; non autem solum, qui contemplantur quomodocunque, vt notat S. Thomas 2. 2. *quest. 81. art. 1. ad 5.* sed solum accipimus, provt dicit virtutem moralem, qua bene disponimur ad debitum cultum, atque honorem Deo exhibendum, vt videre est apud S. Thomam *quest. 81. cir. initio.* Et si queramus etymologiam, & deriuationem vocabuli; vel est dicenda hæc virtus esse dicta, & appellata religio à relegendendo, vt vult S. Hieronymus *lib. 10. etymol. cap. 17.* quia, quæ pertinent ad Dei cultum, iterata, atque frequenti electione relegendi debent; & Deus ipse, quem per peccatum negleximus, & amisimus, debet relegendi, & reassumi, vt vult S. Augustinus *lib. 10. de ciuit. cap. 4. paulò ante medium, tom. 5.* Vel certe est deriuata à relegendendo: quia hæc virtus Deo nos religat, vt vult Lactantius *lib. 4. diuinarum institutionum, cap. 28.* & S. Augustinus *lib. de vera relig. versus finem, tom. 1.* Vel denique est deriuata à relegendendo, vt vult Marc. Tullius *lib. 2. de natura Deorum:* quia, quæ pertinent ad Dei cultum, iterum, & sæpius debent relegendi, & retractari. Quod verò præterea habet Caict 2. 2. *quest. 81. art. 1. §. In eodem articulo.* & Suarez *lib. 1. de relig. cap. 1. num. 2.* quod vocabulum religionis secundum aliquos deriuatur à relinquendo: quia, qui Deo dicantur, & Dei cultui deputantur, debent relinquere alia omnia, quæ sunt humana, & debent ab aliis omnibus separari; videtur minus pro-

1. Religio quæ ad appellationem vocabuli unde sit dicta.

bandum quam aliæ deriuationes allatæ, cum vox ipsa, *religio*, minorem habeat similitudinem nominis cum voce, *relinquo*, quam cum aliis, *relego*, *reliquo*, aut *reliquo*, vt ex se patet.

Et quod religio hoc modo accepta, provt bene nos ordinat, & disponit ad cultum Dei, sit verè, & propriè virtus, non eget probatione, cum bonum faciat ipsum habentem, & opus eius reddat bonum, in quo consistit definitio virtutis tradita ab Aristotele 2. *Ethic. cap. 6.* eo enim ipso, quod hominem ordinat, & disponit ad cultum debitum Deo, ordinat, & disponit ad aliquod bonum, cum sit certissimum lumine ipso naturæ, quod reddere debitum vnicuique, habet, per se loquendo, rationem boni, & bene constituit ipsum reddentem in ordine ad eum, cui reddit debitum, vt bene aduertit S. Thom. *quest. 81. cir. art. 2.*

Et quanuis per donum timoris, qui dicitur filialis, & castus, Deum reueremur, & maximè refugiamus nos illi subducere, vt loquitur idem S. Thomas 2. 2. *quest. 19. art. 9. in fine corporis;* non tamen propterea non indigemus virtute religionis, vt Deum colamus, cum donum timoris, & reliqua dona Spiritus Sancti, sint quid perfectius, quam virtutes morales; & ad hunc finem infundantur à Deo simul cum gratia, & charitate, vt vires animæ bene disponant ad promptè recipiendas motiones diuinas, seque illis bene subdendas, vt idem explicat 2. 2. *quest. 68. art. 1. & seqq.* & præter huiusmodi dona, indigemus etiam virtutibus moralibus, quæ vires appetitiuas bene disponant ad promptè recipiendas motiones rationis, iisque bene obtemperandum: cum enim in nobis principium mouens omnino sit duplex; & alterum sit interius, id est, ratio; & alterum exterius, id est, Deus, vt etiam patet ex Aristotele *lib. 7. Moral. Eudem. cap. 18.* & perfectio cuiusque mobilis, quantum est mobile, hæc maximè sit, vt bene proportionetur suo motori, & sit bene dispositum, vt bene ab illo motionem recipiat; omnino indigent vires appetitiuæ dupliciter perfici in ordine ad duplex mouens, id est, per virtutes morales in ordine ad mouens intrinsecum, quod est ratio; & per dona infusa in ordine ad mouens extrinsecum, quod est Deus, vt bene explicat S. Thom. 2. 2. *quest. 68. art. 1. cir.* & ideo si disponimur per donum timoris, vt Deum promptè reueremur, & honoremus, quando, & quatenus ad id inspiramur, & mouemur à Deo motore extrinsecò; debemus præterea etiam disponi per virtutem religionis, vt promptè eum colamus, quando, & quatenus ad id mouemur à recta ratione, quæ est motor intrinsecus.

Et quod Deum reueremur, tam ex dono timoris, quam ex virtute religionis, non probat, quod timor, & religio sint idem habitus: sed solum, quod vtraque sit dispositio ad Deum reuerendum, & honorandum; & altera sit perfectior, & altera minus perfecta, eique subordinata, provt etiam se habent ipsæ motiones, & ipsi mouentes, id est, Deus, & ratio, in ordine ad quos bene ordinant, & disponunt eandem potentiam voluntatis, aut appetitus, vt patet ex eodem S. Thom. 2. 2. *quest. 81. art. 2. ad 1.*

Neque ex eo, quod actus colendi Deum sint multi, vt, verbi gratia, adorare, orare, sacrificare, vouere, &c. sequitur, quod etiam religio sit multiplex virtus: siquidem omnes huiusmodi actus in hoc conueniunt, quod sint exhibitio cultus debiti Deo; sicut & omnes actus iustitiæ sunt redditio debiti, vel sui vnicuique, vt notat S. Thomas *ibid.*

2. Religio est propriè virtus.

3. Quomodo sit distincta à dono timoris, quo Deum reueremur, & honoramus.

4. Religio est una virtus.

art. 3.

art. 3. & Caiet. art. 2. §. In eodem 2. articulo. Vnde, quemadmodum redditio debiti, & iuris proprii vnicuique, est actus adæquatus, & adæquatum specificatum iustitiam; & hæc est vnica virtus, non autem multiplex: ita & exhibitio cultus debiti Deo est actus adæquatus, & adæquatum specificatum religionis; & etiam hæc est vnica virtus, non obstante, quod habeat plures actus inadæquatos, cum præsertim etiam in obiecto, id est, Deo, respondeat illi vna ratio terminativa, & specificatiua omnium, id est, ratio primi principij creationis, & gubernationis rerum omnium creaturarum, ratione cuius specialiter illi est debitus omnis honor, & omnis protestatio, & declaratio excellentiæ, vt subdit S. Thomas art. 3. cit. iuxta illud Malachiæ 1. Si ego Pater, vbi est honor meus. Sicut enim patri in humanis debetur honor, quia est principium totius productionis, & gubernationis familiæ: ita & Deo, quia est principium totius esse, & gubernationis rerum omnium creaturarum; & quia ad hanc ipsam rationem primi principij concurrunt cætera omnia attributa diuina, & ipsa tota essentialis perfectio, & excellentia Dei, in quantum intelligitur quodammodo constitui, & resultare ex omnibus attributis: siquidem non aliter Deus producit omnia, & gubernat, nisi per sapientiam, voluntatem, & potentiam bonitatis suæ, vt loquitur Sanctus Thomas art. 3. cit. ad 1. hinc est, quod in idem recidat, si fundamentum religionis, & cultus debiti ex parte Dei, dicatur esse ipsa ratio primi principij, vel ipsa excellentia diuinæ naturæ, vel suprema potestas, & supremum dominium, quo plenissime habet omnia sibi subiecta, & eique omnia debent seruire. Vnde & Sanctus Thomas promiscue loquitur de his omnibus: & cum assignasset *quæst. 81. cit. art. 1. & 3.* rationem primi principij, statim postea *eodem art. 3. ad 2.* assignat diuinam excellentiam, & nostram subiectionem, aut seruitutem: & *art. 4. in corp. & ad 3.* similiter assignat singularem Dei excellentiam, in quantum transcendit omnia in infinitum, & omnimodum excessum habet super omnia, vt etiam bene explicat Suar. *lib. 1. de relig. cap. 1.*

5. Sub qua ratione Deus colatur per virtutem religionis.

6. Religio est virtus specialis distincta ab aliis.

7. Religio non dicitur vera, & falsa, quia pertinet ad intellectum.

8. Non vagatur per omnia, nisi per actus imperator.

quia virtus religionis sit generalis, & nullos habeat proprios actus; sed, quia habet duplices actus, vt bene explicat S. Thomas 2. 2. *quæst. 81. art. 1. ad 1. & art. 4. ad 1. & ad 2.* id est, actus elicitos, & imperatos, & solum per actus imperatos vagatur per omnia, quæ possunt quomodocumque facere ad Dei gloriam, & honorem, cum semper illa virtus, ad quam pertinet finis, possit imperare aliis omnibus, ad quæ pertinent media, vt notat S. Thomas *ibid.*

Et quatenus imperat huiusmodi actus aliarum virtutum, eosque omnes refert in Deum, & in hoc ipso habet stabilitatem, & firmitatem, & propter hoc non se immiscet rebus terrenis; sed ab illis se abstrahit, vt munda, & impermixta tota sit in Dei cultu; non distinguitur secundum essentiam à sanctitate, vt subdit S. Thomas *art. 8.* cum sanctum, ex Græco vocabulo, *ἀγιος*, illud dicatur, quod est sine terra; & apud Latinos, idem sit sancire; atque lege firmare: vel etiam hoc nomen, *Sanctus*, pertineat ad mundiciam; & idem sit, atque sanguine tinctus, eod quod antiquitus, qui volebant purificari, sanguine hostiæ tingebantur, vt idem refert ex S. Isidoro *lib. 10. etymol. cap. 18.* atque ita sanctitas supra religionem communiter dictam addit solum huiusmodi perfectiones accidentales, id est, stabilitatem, & firmitatem in cultu Dei, & mundiciam, & impermixtionem à rebus terrenis.

Quod verò religio sit virtus moralis, & non theologica, ex eo probat S. Thomas *eodem quæst. 81. art. 5.* quia non habet pro obiecto, circa quod immediatè versetur, ipsum Deum, sicut requiritur ad virtutem theologicam; neque actus intencus, quem elicit immediatè, id est, voluntas colendi Deum, vel Deo exhibendi debitum cultum, immediatè, & proximè est circa Deum; sicut actus fidei, verbi gratia, est credere Deo; & actus spei, & charitatis, est sperare, & amare Deum: sed est circa cultum debitum Deo: atque ita Deus respectu huiusmodi actus interni, & immediatè eliciti à virtute religionis, non se habet, vt obiectum quod, sed solum vt obiectum, vel vt finis cui, vt bene explicat Suar. *tom. 1. de incarnat. disp. 51. sect. 1. §. Tertio tandem. vt supra diximus lib. 2. de spe, & charitate, disp. 2. num. 11.* ex Caiet. 2. 2. *quæst. 81. art. 3.* & ex eodem Suar. *lib. 1. de virtute religionis, cap. 3. num. 7.* & patet ex ipso S. Thoma *art. 5.*

Quod si quæras, in quo tandem consistat huiusmodi cultus, aut honor, qui per virtutem religionis exhibetur Deo: Respondeo, consistere in omni eo, quod à nobis exhibetur in manifestationem illius existimationis, quam habemus de diuina excellentia, in quantum est primum principium productionis, & gubernationis rerum omnium per suam sapientiam, voluntatem, potentiam, & bonitatem; & in quantum omnia in infinitum transcendit secundum omnimodum excessum, vt diximus paulò antè, *num. 5.* ex S. Thoma *quæst. 81. art. 3. & 4.* Quia enim honor in vniuersum ex 1. *Ethic. cap. 5. & lib. 4. cap. 31. & lib. 10. cap. 8. & 14.* & S. Thoma 1. 2. *quæst. 2.* nihil est aliud, nisi signum, aut testimonium dictis, vel factis exhibitum, quo manifestatur interna existimatio, quam habemus de excellentia alicuius, & per quod gignere possumus, & intendimus similem aliam existimationem, etiam in iis, coram quibus exhibemus tale signum, aut testimonium; etiam honor, qui exhibetur Deo, debet consistere in aliquo signo, aut testimonio ad manifestandam illius excellentiam, nostramque subiectionem ad illum manifestandam. Et quoniam Deo, qui signis externis non eget; sed

9. Quomodo religio dicitur ferat, secundum essentiam à sanctitate.

10. Non est virtus theologica, sed moralis.

16. Honor, & cultus Deo exhibitus per virtutem religionis, in quo consistat.

12. interna quæcumque intimè, & optime introspicit, ipsa etiam bona existimatio, quam de illo habemus; potest esse per se ipsa, tanquam testimonium & signum sui; hæc etiam potest illi exhiberi, tanquam cultus, si ex affectu religionis, eumque colendi; & honorandi; illam actu concepiamus, & sentiamus de Deo in bonitate, etiam si exterius nullo alio signo eam significemus, vt bene notat Sanctus Thomas 2. 2. *quæst. 103. art. 1. & Suar. lib. 1. de relig. cap. 7. num. 7. & cap. 8. num. 1. & de Incarnat. disp. 51. sect. 3. §. Secundo loco.* Quod idem etiam est de omnibus aliis actibus bonis internis, si eliciantur similiter ex affectu religionis, imò & de ipsa voluntate colendi Deum, si etiam hæc referatur in cultum Dei, per alium actum reflexum volendi colere Deum, etiam per actum volendi colere; vt notat Suarius *lib. 2. de religione, cap. 2. num. 3. & 4. & de Incarnatione, disp. 51. sect. 2. §. Quari autem.*

13. Et vniuersaliter omnes actus boni. Sed, vt magis distinctè explicemus, qui sint actus, per quos possumus exhibere Deo honorem, & cultum ex virtute religionis, vnico verbo possumus dicere, quod sunt omnes illi, qui possunt aliquo modo conducere ad hunc finem; & ad illum assumi, tanquam media, vt diximus paulò antè *num. 8.* ex Sancto Thoma 2. 2. *quæst. 81. art. 1. ad primum, & art. 4. ad primum, & secundum, & notat Suarius lib. 1. de religione, cap. 7. num. 4. & Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 1. punto 2.* si tamen loquamur magis in specie de illis actibus, qui non dicuntur imperati; sed eliciti à virtute religionis, ij tantum sunt assignandi, qui peculiariter, & specialiter continent protestationem diuinæ excellentiæ, & subiectionem creaturæ ad Deum, & proueniunt ex interna existimatione, quæ habetur de Deo, & ex voluntate illam manifestandi, vt est, verbi gratia, adoratio, oratio, genuflexio, sacrificium, & similia: & vno verbo actus adæquatus, & adæquate specificatiuus huius virtutis, ad quem reducuntur, & sub quo continentur omnes alij, potest dici esse voluntas exhibendi Deo debitum cultum, & omnes alij, qui sub hoc continentur, possunt reduci ad duo capita, vt notat Sanctus Thomas 2. 2. *quæst. 81. art. 3. ad secundum, & quæst. 89. in ius.* & ex illo Suarius *lib. 2. de religione, c. p. 2. num. 6.* vel enim per illos exhibetur cultus, & honor Deo, quia aliquid nostrum Deo ipsi offertur; vel certè, quia aliquid Dei, aut diuinum ad nostrum vsum assumitur. Et ad primum caput, tanquam actus interni, pertinet deuotio, id est, primum affectus voluntatis tradendi se ad illa omnia, quæ pertinent ad Dei famulatum, & cultum, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. *quæst. 82. & interna adoratio, quæ maximè consistit in interiori mentis deuotione, vt loquitur Sanctus Thomas quæst. 84. art. 3. & votum, quo aliquid Deo promittitur, & præstatur in illius honorem, de quo, idem Sanctus Thomas quæst. 88.* Tanquam actus verò externi pertinent genuflexiones, capitis inclinationes, & totius corporis prostrationes, & similia, quæ dicuntur adoratio exterior, de qua Sanctus Thomas *eodem quæst. 88.* & præterea sacrificia, & oblationes earum rerum, quæ immediatè consecrantur ipsi Deo, & solum debent consumi in honorem illius, absque eo, quod debeant cedere in vsum hominum; de quibus Sanctus Thomas *quæst. 85.* vel etiam earum, quæ solum mediare dicuntur Deo, & immediatè dantur Dei ministris, & cedunt immediatè in eorum vsum, & commodum, vt sunt primitiæ, & decimæ, de quibus Sanctus Thomas *quæst. 86. & 87.*

14. Per omnes actus religionis Deus colitur; vel, quia aliquid nostrum ipsi offertur; vel, quia aliquid Dei pro nobis assumitur.

Ad secundum verò caput, tanquam actus internus, pertinet oratio, quæ proprie mente perficitur, & exhibet Deo honorem, & reuerentiam: quia per illam is, qui orat, se Deo subiicit, & profitetur, se illo quoad omnia indigere, tanquam auctore, & datore bonorum, de qua S. Thomas *q. 83.* & tanquam actus exterior pertinet iuramentum, quo assumitur Dei nomen ad firmanda ea, quæ dicimus, de quo *q. 89.* & adiuratio, qua idem nomen assumitur ad alios inducendos ad aliquid, de qua *q. 90.* & inuocatio, qua assumitur ad aliquid impetrandum per orationem, & laudem, de qua *q. 91.* & denique vñus Sacramentorum, & eorum, quæ à Christo, vel ab Ecclesia sunt instituta ad aliquid sanctificandum, aut faciendum, de quibus S. Thomas 3. *part. q. 60.* pertinet enim etiam hic vñus ad virtutem religionis, dum per illum protestamur, Deum esse auctorem gratiæ, nõque ab illo sanctificari, & emundari à peccatis.

Quia tamen pleraque ex his parum habent difficultatis quoad negotium morale, vt est, verbi gratia, deuotio, & oratio mentalis, vel aliis locis habent commodiorem explicatam, vt iuramentum, quod pertinet ad secundum præceptum; & votum, quod per affinitatem ad idem reducitur; & sacrificia, quæ pertinent ad materiam de Eucharistia, & de Missa; & primitiæ, & decimæ, quæ pertinent ad præcepta Ecclesiæ; & denique vñus Sacramentorum, qui pertinet ad materiam de Sacramentis: idè hoc loco solum explicabimus aliqua de adoratione, quæ primo hoc præcepto principaliter præcipitur; & aliqua de oratione, præsertim publica, qualis præscribitur in Horis canonicis.

DISPUTATIO II.

Quid, & quotuplex sit adoratio.

1. Adoratio quid proprie sit.
2. Honor latius patet, quam adoratio.
3. Cultus quid proprie sit, & quo differat ab adoratione.
4. Reuerentia quid proprie sit.
5. Veneratio quo differat à reuerentia.
6. Laudare, & glorificare quo differant inter se.
7. Adoratio est actus vniuersalis.
8. Religio est in voluntate, vt in subiecto.
9. Quomodo possit Deus actualiter coli per ipsam formalem voluntatem colendi.
10. Subiectio ad Deum, quæ fit in adoratione, non spectat ad virtutem humilitatis.
11. Quomodo adoratio Dei possit esse etiam per actus aliarum virtutum à virtute religionis.
12. Adoratio interna, & adoratio externa quonam sit.
13. Est maximè conueniens, vt Deus ab homine adoratur per adorationem externam.
14. Adoratio laetitia, dulcia, & hyperdulcia, quonam sit.
15. Adoratio absoluta, & adoratio respectiua, quonam sit.
16. Adoratio laetitia, & dulcia, differunt specie.
17. Quare Deus, & homo, possint amari eadem specie dilectionis; non autem possint adorari eadem specie adorationis.
18. Adoratio hyperdulcia differit specie ab adoratione dulcia.
19. Quomodo Beatissima Virgo dicatur habere affinitatem, & consanguinitatem ad Deum.
20. Humanitas Christi quomodo habeat affinitatem ad Deum per unionem hypostaticam.

- 21. Adoratio absoluta, & respectiva quomodo inter se differant.
- 22. Vtrum species adorationis conueniant vniuersè.

1. Adoratio quid proprie sit.

ADORATIO, & veneratio, quæ ex primo præcepto debetur Deo, tanquam primo principio, & supremo Domino rerum omnium, proprio nomine appellatur adoratio; & nihil est aliud, nisi actus aliquis, siue internus, siue externus, quo nostram subiectionem, & humiliationem ad illum significamus, & protestamur, vt patet ex S. Damasceno orat. 1. & 3. de imaginibus, & S. Thoma 2. 2. quæst. 84. art. 1. & 2. & Scholasticis communiter in 3. dist. 9. & Suar. tom. 1. de Incarnat. disp. 51. sect. 1. initio, & Valquez tom. 1. in 3. part. disp. 93. præsertim cap. 1. & aliis communiter: nam, quanuis vocabulum adorationis aliquando sumatur pro quacunque ueneratione, quæ alteri exhibetur propter præstantiam, atque excellentiam suæ dignitatis, siue sapientiæ, aut sanctitatis, aut cuiuscunque alterius optimæ qualitatis, quomodo in sacris Litteris etiam Angeli, & homines sæpius dicuntur fuisse adorati, vt Gen. 19. quando Lot, uisus Angelis, iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terram: & 3. Regum 1. quando Bethsabee inclinauit se, & adorauit Regem: & Actuum 10. quando Cornelius introeunte Petro, procidens ad pedes eius, adorauit: proprie tamen solum accipitur pro illo actu religionis, quo Deus colitur, vt patet Apoc. 22. quando Angeli prohibuerunt sibi exhiberi adorationem, eamque mouerunt soli Deo esse præstandam: quod idem Act. 10. & 14. fecerunt etiam Petrus, & Paulus, & Barnabas.

2. Honor latius patet, quam adoratio.

Et quanuis adoratio possit dici esse honor, & cultus, & reuerentia, & ueneratio, & laudatio, & glorificatio Dei; cum nullo tamen ex his potest dici, quod sit proprie idem; sed ab omnibus aliquo modo distinguitur, vt videre est apud Henricum de Gandauo quodlib. 10. quæst. 6. initio, & apud Suarez, & Valquez loc. cit. nam honor latius patet, quam adoratio; & hæc ad illum se habet, vt species ad genus, cum omnis adoratio sit honor; non autem omnis honor sit adoratio, & honor potest exhiberi etiam æqualibus, iuxta illud Sancti Pauli ad Roman. 12. *Honore inuicem præuenientes*, adoratio uero etiam late accepta non potest exhiberi nisi Superioribus; & his ipsis tunc solum dicitur exhiberi adoratio, quando exhibetur honor magnus, & excellens. Vnde & in 7. Synodo, actione 4. dicitur adoratio esse ueluti emphasis, & excellentia honoris, id est, honor excellentissimus, & magnæ excellentiæ debitas, vt exponit Suar. tom. 3. de Sacramentis, disp. 8. sect. 8. Cultus uero dicit frequentationem quandam honorationis, vt patet ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 81. art. 1. ad 4. siue hæc honoratio, quæ frequentatur, sit ad maiores, siue sit ad æquales: sic enim ab eadem frequentatione agrorum, aut locorum denominantur etiam agricolæ, aut incolæ, qui agros frequentant quoad culturam, uel ciuitates, & loca quoad habitationem, vt subdit S. Thomas ibidem.

3. Cultus quid proprie sit, & quo differat ab adoratione.

Ab adoratione, & cultu hoc differt reuerentia, quod proprie importet quandam timorem, ne fati assequamur, & ne dignè prosequamur excellentiam illius, quem reueremur: unde & pertinet ad donum timoris ex eodem Sancto Thoma 2. 2. quæst. 81. art. 2. ad 1. & quæst. 103. art. 1. ad 1. & in 3. dist. 9. quæst. 1. art. 1. quæst. 1. ad 3. & communiter reuerentia semper fundat timorem, vt alibi explicauimus, dum ageremus de humanis actionibus in uniuersum, lib. 1. disp. 22. num. 2. & seqq. Et à

reuerentia hoc differt ueneratio, quod secundum nominis etymologiam sit quasi uenia oratio; & uenerari, sit quasi ueniam orare, vt uolunt aliqui ex Latinis Grammaticis; in quantum, scilicet, is, qui alterum reueretur, & timet, ne satis assequatur, aut prosequatur illius excellentiam, facile inducitur, vt de hoc ipso ueniam oret. Et denique laus, & glorificatio hoc differunt ab his omnibus, quod maximè sunt uerbis; & glorificatio specialiter intendit non solum exprimere bonam existimationem, quam habet de excellentia alicuius; sed præterea intendit illam imprimere, & formare, etiam in aliis, cum ex S. Augustino lib. 83. quæstionum, quæst. 31. gloria describatur esse clara cum laude notitia; ac proinde etiam glorificatio, seu factio gloriæ, sit factio, seu formatio huius notitiæ in aliquo alio per ipsam laudem. Vnde S. Thomas 2. 2. quæst. 103. art. 1. ad 3. docet, quod gloria est effectus honoris, & laudis: quia ex hoc, quod testificatur de bonitate alicuius, clarescit bonitas eius in notitia plurimorum, & hoc importatur per nomen gloriæ. Quanuis autem hæc uocabula his modis differant inter se; communiter tamen à Sanctis Patribus, & Theologis non accipitur unumquodque secundum proprietatem, & rigorem suæ significationis; sed facile confunduntur ad inuicem, & sumuntur pro eodem; & idem intelligitur per adorationem, uerbi gratia, Dei, quod per honorem, cultum, reuerentiam, & uenerationem Dei, aut debitam Deo, vt notant Suar. & Valq. loc. citatis.

7. Adoratio est actus uirtutis.

Atque ex hac notione uocabuli, seu descriptione adorationis, non modò colligitur, quod sit actus uirtutis, & honestus, vt supra diximus disp. 1. num. 2. cum sit ex se honestus, & uirtuosus, reddere suum cuique: ac proinde etiam honorem, & subiectionem, pro ut alteri debita; sed etiam quod suo modo pertineat ad iustitiam, intelligendo hoc nomine omnes illas uirtutes, quæ sunt ad alterum, vt est iustitia commutatiua, & distributiua proprie dicta, religio, pietas, obseruantia, gratitudo, & similes, quæ in aliquo conueniunt cum iustitia proprie dicta, & in aliquo ab illo deficiunt, vt videre est apud Sanctum Thomam 2. 2. quæst. 80. art. 1. Et ulterius hinc fit, quod adoratio, proprie loquendo, sit actus uoluntatis, & uirtus religionis sit in uoluntate, vt in subiecto; quanuis includat, & præsupponat aliquid ex parte intellectus, id est, bonam existimationem de excellentia illius, qui adoratur, vt etiam supra diximus disputat. præcedente, num. 7. sic enim etiam iustitia est in uoluntate: quanuis requirat ex parte intellectus notitiam debiti, & æqualitatis faciendæ: cum illo: & fieri potest, vt quis habeat ueram, & bonam existimationem, uerbi gratia, de excellentia Dei; & quod Deus propter illam dignissimus sit, qui ab omnibus adoretur; nec tamen propterea se illi subiiciat, eumque adoret, pro ut debet, vt notat Bellarminus lib. 1. de Sanctorum beatitudine, cap. 12. tomo 1. & patet ex Sancto Paulo Epistola ad Romanos cap. 1. ubi de Gentibus expressè ait, quod Deum cognouerunt; sed non sicut Deum gloriificauerunt; & in ipsis Dæmonibus, qui Dei excellentiam benè intelligunt; nec tamen illi sese subiiciunt.

8. Religio est in uoluntate, ut in subiecto.

Quis autem actus uoluntatis sit adæquatus, & adæquatè specificatiuus uirtutis religionis, diximus supra, disputat. præcedente, num. 13. est enim ipsa interna uoluntas colendi Deum; & ad illam possunt dici se habere extrinsecè, & esse quasi actus externi, etiam illi, qui consummantur exterius in ipso

9. Quomodo possit Deum aequaliter colere per ipsam formalem uoluntatem colendi.

ipso intellectu, aut uoluntate, neque indigent alio in ministerio corporis, & membrorum, quod appareat exterius, vt est, uerbi gratia, genuflexio, prostratio, &c. in quantum, scilicet, sunt extra huiusmodi actum per se primarius, & ab illo proueniunt per modum imperij; & tanquam actus secundarij, vt videre est apud Bellarm. loc. cit. & apud Suar. de Incarnat. disp. 51. sect. 1. §. *Observandum uero uolentius est.* & lib. 2. de relig. c. 1. n. 4. & 11. & cap. 2. n. 2.

Et si queratur de hoc ipso actu primario, qui est uoluntas colendi Deum indefinitè, utrum possit etiam ipse dici formaliter cultus Dei, cum per se ipse satis Deo innoscat, & satis significet, & protestetur illius excellentiam: Negat Suar. lib. 1. de relig. cap. 2. cit. n. 3. & 4. nisi etiam ipse imperetur, tanquam cultus formalis, & actualis per alium actum reflexum uolendi colere per ipsam formalem uoluntatem colendi, vt etiam supra diximus, disputatione præcedente, n. 12. quia hoc, quod est esse cultum actuale, est obiectum uoluntatis colendi; & idè est impossibile, vt cum illa identificetur; & eadem realitas, quæ est obiectum specificans actum, sit etiam ipse idem actus specificatus ab obiecto. Et præterea, quia cultus actualis, & formalis, non est actus religionis, nisi secundarius, & solum prouenit mediante uoluntate colendi, quæ est actus primarius; & idè est impossibile, vt sit ille ipse, & simul sit secundarius, & primarius; & simul proueniat mediata, & immediata. Sed, quanuis hæc, & similia satis urgeant, si loquamur de cultu formali, & actuali, in quantum est uolitus, & comparatur ad uirtutem religionis, tanquam obiectum; non tamen uidentur multum urgere, si de illo loquamur, in quantum est uoluntarius; & comparatur ad illam, tanquam effectus: quia enim uoluntarium ex Aristotele 3. Ethicorum, cap. 1. est illud omnne, quod est à principio intrinsecò cognoscente singula; & actus aliquis secundum omnem illam rationem est uoluntarius; quæ in illo est cognita, actualis uoluntas colendi Deum, quæ est actus primarius uirtutis religionis, etiam in ratione cultus formalis, & actualis dicenda est esse uoluntaria; si hæc etiam ratio sit in illa actualiter cognita, & simul ab intellectu sit representatum, quod sit bonum, & honestum uelle colere Deum, & quod actualiter, & formaliter possit coli per ipsam uoluntatem colendi, & omnis alia uoluntas reflexa, quam requirit Suar. potest quidem facere, vt uoluntas directa sit actu uolita in ratione cultus formalis, & actualis; & comparatur ad illam, vt obiectum ad actum; non tamen potest facere, vt sit uoluntaria, si independentè ab illa sit iam elicitata, & dicta ratio cultus formalis, & actualis ab illo intellectu sit cognita, & præsentata. Atque hoc modo Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 103. art. 1. absolute docet, quod honor Dei, & testificatio de illius excellentia, si sit exhibendus coram ipso Deo, qui est inspector cordium, potest consistere in solo interiori motu cordis, quo aliquis recogitat Dei excellentiam; uel etiam alterius hominis coram Deo; ac proinde potest consistere etiam in interna uoluntate Deum colendi, si etiam hæc Deo exhibeatur, vt testificatio excellentiæ ipsius iam cognita, & recogitata.

Quia tamen communiter interna uoluntas Deum colendi, & adorandi, semper habet à se prouenientem, & quasi externum, & imperatum alium actum, qui magis formaliter, & actualiter est cultus, & adoratio; non debet hic accipi, vt per se, & seorsim ab illo; sed debet intelligi ex utroque simul quasi componi moraliter unus actus

Baldelli Theol. Ad oral. Tom. 11.

adorationis, vt subdit Suar. de Incarnat. disp. 51. sect. 1. cit. §. *Observandum uero uolentius est.* cuiusque obiectum rectè potest dici esse ipse Deus, aut persona, cui exhibetur subiectio, & adoratio; & cuius excellentia recognoscitur, vt idem subdit. Et quia huiusmodi subiectio non exhibetur ad reprimendum inordinatum affectum superbiæ, & propriæ excellentiæ, quod est motuum formale humilitatis; sed ad præstandum Deo debitum cultum, quod est motuum religionis; uerè, & proprie huiusmodi subiectio est adoratio, & actus religionis; non autem est proprie humiliatio, & actus humilitatis, vt notat ibi Suar. §. *Vnde obiter.* pag. 644. & Valq. tom. 1. in 3. part. disp. 93. cap. 4. num. 40.

10. Subiectio ad Deum, quæ sit in adoratione, non spectat ad uirtutem humilitatis.

Loquendo autem magis in specie de adoratione, pro ut est actus religionis distinctus ab aliis, quos enumerat, & explicat S. Thomas 2. 2. quæst. 82. & seqq. uerè habeat etiam ipsa pro obiecto, omnes actus aliarum uirtutum, & omnes possunt assumi ad præstandam Dei excellentiam, nostramque subiectionem; an uerò solum illi, qui ex se sunt nota subiectionis, ut est, uerbi gratia, capitis inclinatio, genuflexio, humi prostratio, & similes; fusè disputat Valquez tom. 1. in 3. partem, disp. 93. cap. 2. & partem negatiuam pluribus conatur probare. Negari tamen non potest, quin adhuc maneat ualde probabilis pars affirmatiua, quam ipse impugnat: siquidem eam asserunt plures, & graues Theologi, quos ipse refert num. 12. vt Alen. part. 3. quæst. 30. membr. 1. art. 3. Henriquez quodlib. 10. quæst. 6. non longe ab initio. Albertus in 3. dist. 9. artic. 1. ad 5. Richardus artic. 1. quæst. 3. ad 3. Paldanus quæst. 1. artic. 2. Cordubensis lib. 1. quæst. 5. sub initium, §. *Neque est uirtus Theolog.* & alij. Et ratio est: quia omnes uirtutes uerè continent, & significant subiectionem ad aliquam excellentiam Dei, ut, uerbi gratia, fides ad priorem ueritatem, cui reuelanti etiam obscure mentem captiuat; spes ad bonitatem, qua est nobis summè bonus; charitas ad eandem bonitatem, qua est summè bonus in se; iustitia, temperantia, & omnes alie, quæ sequuntur medium rei, aut rationis, ad primam regulam omnis rectitudinis, &c. & idè si huiusmodi actus imperentur ex formali, & directa intentione exercendi, & protestandi huiusmodi subiectionem, omninò imperabuntur, ex motu adorationis. Et hoc modo S. Augustinus lib. 12. de Trinit. c. 14. & in Enchir. cap. 3. absolute asserit, quod cultus Dei consistit in fide, spe, & charitate; in quantum, scilicet, hi omnes actus maximè continent subiectionem ad Deum, & possunt assumi ad illam protestandam, & declarandam, uel significandam; in quo maximè formaliter consistit cultus Dei, vt benè notat Bellarm. lib. 1. de Sanctor. beat. cap. 12. nar. 5. col. 743. initio. Et quatenus huiusmodi actus ex sua natura non continent ullam huiusmodi subiectionem; adhuc possent ex institutione, & uoluntate cuiusque assumi, & exerceri; ut signa ad protestandam excellentiam Dei, seque illi subiiciendum, sicut & assumuntur communiter ex sola institutione, & beneplacito hominum res disparatæ ad significandas res disparatas, ut, uerbi gratia, ramus ad res uendibiles, & sonus campanæ ad conuocandos hos, uel illos ad hoc, uel illud; & funiculus coccineus ad fenestram ligatus à Rahab meretrice, Iosue cap. 2. ad certum aliquid significandum exploratoribus Iericho; & notat, aut cistæ nihil ex se significantes, & solum ad placitum, & ex conuentione cum aliquo usurpatæ pro signis, & caracteribus,

11. Quomodo ad oratio Dei possit esse etiam per actus aliarum uirtutum à uirtute religionis.

ribus, & plura huiusmodi. Vnde, si actus virtutum quarumcunque admittantur, ut vult Valquez disparare se habere ad significandam, & protestandam subiectionem ad Deum; sicut requiritur ad proprie dictam adorationem; adhuc potest vniuersique ex priuata sua deuotione illos instituere, ut signa ad placitum; & si postea illos exerceat ex hac intentione subiiciendi se Deo, verè per illos se se subiiciet Deo, suamque subiectionem ipsi significabit, & protestabitur, cum etiam Deus non possit in illis actibus, non agnoscere rationem signi, tributam ipsis ad placitum, & ex priuata deuotione ipsius operantis; ac proinde per illos verè etiam exhibebit adorationem. Et confirmatur: quia in Scriptura clarè habetur, quòd etiam actus aliarum virtutum à religione possunt assumi ad cultum Dei; & quòd iustitia, & spiritus contribulatus, & cor contritum, & humiliatum sit sacrificium, quod sacrificandum est Deo *Psalm. 4. & 50.* & quòd visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo, sit religio munda, & immaculata, ut loquitur Sanctus Iacobus *cap. 1. sua Epistola*; & quòd omnia possint fieri in Dei gloriam, ut loquitur Sanctus Paulus *1. ad Corinthios, cap. 10.* & hoc idem etiam asserunt Sancti Patres, ut patet ex Sancto Augustino *lib. 10. de ciuitate, cap. 2. tom. 5.* vbi ait, quòd Deo sacrificamus hostiam humilitatis in ara cordis per ignem feruidæ charitatis; & quòd hic est Dei cultus, & vera religio, & vera pietas; & hæc tantum est seruitus Deo debita: & *cap. 6.* quòd verum sacrificium est omne opus, quod geritur, ut sancta societate Deo iungamur, qualia sunt opera misericordiæ, siue in nos, siue in proximum; & ex Sancto Chrysostomo *hom. 32. in Ioann.* & Sancto Cyrillo *lib. 2. in Ioann. cap. 93.* & ex Sancto Hilario *lib. 2. de Trinitate*, & aliis, qui solum de actibus aliarum virtutum intelligunt illud Sancti Ioannis *cap. 4.* quòd Deus sit spiritus, & in spiritu; & veritate sit adorandus, id est, cultu vero, qui est cultus fidei, spei, charitatis, contritionis, & cæterarum virtutum, ut refert eo loco Cornelius à Lapide; & denique hoc idem expressè, & ex professo doceant graues Theologi iam citati, & præcipue Sanctus Thomas *2. 2. quest. 81. art. 1. ad 1.* vbi ait, religionem imperare; & ordinare ad Dei cultum; tanquam ad finem, etiam actus aliarum virtutum, & specialiter actus misericordiæ, visitando pupillos, & viduas, & actus temperantiæ, custodiendo se immaculatum ab hoc seculo: & *art. 4. similiter ad 1.* vbi asserit, quòd omne opus virtutis est sacrificium, in quantum ordinatur ad reuerentiam Dei. Cum ergo Scriptura, & Patres, & Scholastici disertè asserant, quòd Deus verè & proprie potest adorari per actus aliarum virtutum, si imperentur à virtute religionis, & assumantur, tanquam media ad illum finem, quem ipsa intendit, non est, quòd multum curemus de opposito; & valdè rationabiliter facimus, si verba Scripturæ, & Patrum intelligamus in proprietate sermonis, quando ex illis sic intellectus nihil absurdum, aut falsi sequitur, ut est communis regula interpretandi. Et quòd asserit Valquez *disp. 93. cap. 2. cit. num. 18.* opera aliarum virtutum in tantum posse imperari à virtute religionis, in quantum possunt assumi, ut materia voti; vel certe loca Scripturæ, & Patrum, quæ id asserunt, solum intelligi de religione larè accepta, prout amplectitur omnes virtutes, & non est ipsa ex se virtus specialis;

negari non potest, quin sit expositio valdè exorta, & valdè parum conueniens textui.

Diuisiones adorationis, quas proposuimus explicandas in altera parte disputationis, possunt desumi ex duplici capite, id est, ex parte actus, in quo illa consistit, & ex parte obiecti, circa quod elicitor huiusmodi actus: nam ex parte actus diuiditur in adorationem internam, & in adorationem exteriam, ut patet ex Sancto Thoma *2. 2. quest. 84. art. 2. & quest. 103. art. 1.* Suario *de Incarnat. disputat. 51. sect. 2. §. Primum ergo.* Azorio *part. 1. lib. 9. cap. 5. quest. 4.* Sayro *lib. 4. Glan. reg. cap. 3. num. 6.* Layman *lib. 4. tract. 10. cap. 2. num. 3.* Bonacina *circa primum præceptum Decalogi, disp. 3. quest. 1. punct. 1. num. 4. tom. 2.* & aliis communiter. Et adoratio interna, propriè loquendo, est omnis illa, quæ exhibetur interius per solos actus intellectus, & voluntatis; non autem exhibetur exterius ministerio corporis, & per signa externa, & sensibilia: & contra illa est proprie adoratio externa, quæ exhibetur exterius per signa externa, ut sunt capitis inclinatio, genuflexio, plicatio manuum, humi prostratio, &c. Et quauis etiam aliqui ex actibus intellectus, & voluntatis, possint dici adoratio externa, id est, omnes illi, qui imperantur per actum primarium voluntatis adorandi, & consummantur solum interius, ut diximus paulò ante, *num. 8.* in quantum, scilicet, sunt extra ipsum actum primarium, qui, simpliciter, & primò est adoratio interna, sicut & voluntas, verbi gratia, occidendi, aut fornicandi, potest dici interna occisio, aut fornicatio, ut notat Suarius *sect. 2. cit. §. Primum ergo. in fine*, iuxta illud Christi Domini *Matth. 5. Iam mœchatus est eam in corde suo.* Absolutè tamen, & simpliciter illi solum dicuntur adoratio externa, qui exhibentur exterius ministerio corporis, & membrorum. Et negari non potest, quin sit valdè conueniens, ut etiam ministerio corporis, & actibus verè externis, & sensibilibus Deum colamus, & adoremus, ut patet ex Sancto Thoma *2. 2. quest. 84. art. 2.* si quidem constamus ex duplici natura, id est, ex spiritu, & corpore; & idèdè maximè conuenit, ut per operationem vtriusque generis protestemur, & declarem nostram subiectionem ad Deum, ut loquitur Sanctus Damascenus *lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 13.* cum præsertim etiam actus externi multum valeant ad excitandum in nobis, & fouendum internum affectum erga Deum, ut notat Sanctus Augustinus *lib. de cura pro mortuis habenda, cap. 5.* in quantum, scilicet, est nobis conaturalis, ut per sensibilia procedamus ad intelligibilia, ut loquitur Sanctus Thomas *art. 2. cit.* Vnde & communiter apud Theologos nomine adorationis simpliciter prolato non intelliguntur soli actus interni, neque soli externi; sed simul vtrique, quasi componentes, & integrantes vnum actum humanum, & vnam adorationem, quæ præcipitur per primum præceptum Decalogi.

Ex parte verò obiecti, circa quod est adoratio, diuiditur in latram, dulia, & hyperdulia: nam, quauis hæc vocabula apud Græcos ex primaria impositione significant quem libet cultum, seruitutis, quem serui deferunt dominis, ut notat Azotius *part. 1. lib. 9. cap. 5. quest. 3.* iam tamen ex communi vsu Ecclesiæ Latinitate donata, solum vsurpantur pro actibus adorationis; & latra solum accipitur pro supremo cultu, ac seruitute, quæ Deo debetur, ut patet ex Sancto Augustino *lib. 10. de ciuitate, cap. 1. & lib. 1. de*

12. Adoratio interna, & adoratio externa, quam sit.

15. Adoratio absoluta, & adoratio respectiua, quam sit.

13. Est maximè conueniens, ut Deus ab homine adoratur per adorationem externam.

14. Adoratio latra, dulia, & hyperdulia, quam sit.

16. Adoratio latra, & dulia, differunt specie.

17. Quare Deus, & homo possunt amari eadem specie dilectionis; non autem possunt adorari eadè specie adorationis.

de Trinitate, cap. 6. & Sancto Isidoro *lib. 8. etymologiarum, cap. 61.* & ex septima Synodo *actione 4.* & dulia solum accipitur pro cultu, & seruitute, quæ debetur Beatis. Et quoniam inter Beatos maximè excellit Beatissima Virgo, quæ non solum habuit sanctitatem in gradu longè maximo, supra omnes alios; sed etiam obtinuit gratiam maternitatis, & speciali ratione pertinuit ad Christum, & ad vniouem hypostaticam, eamque ob causam specialis aliquis cultus supra alios illi debetur; idèdè speciale vocabulum fuit excogitatum ad talem cultum significandum, id est, hyperdulia, quæ Latine idem est, atque, ut sic dicam, supereruitus, id est, cultus quidam eximius & superexcellens inter eos, qui debentur Beatis. Et hæc ipsa vocabula latrae, dulae, & hyperdulae non solum vsurpantur à Theologis ad significandas adorationes actuales, quæ actu aliquo exhibentur Deo, & Beatissimæ Virgini, & Beatis, siue Angelis, siue hominibus; sed etiam ad significandos habitus, qui ad illas disponunt, ut notat Bellarminus *lib. 1. de Sanctorum beatitudine, cap. 12. §. Quomodo obseruandum. col. 742. tom. 2.* Scotus *in 3. distinctione 9. questione unica,* & Sanctus Bonauentura *ibidem, art. 2. quest. 1.* & ex illis Suarius *de Incarnat. disp. 51. sect. 2. §. Secundò, disindi solet.*

Et quoniam excellentia, propter quam exhibetur adoratio, aliquibus conuenit per se, & intrinsecè, & aliquibus solum extrinsecè propter attributionem, & ordinem, aut pertinentiam, quam dicunt ad aliud; hinc est, ut etiam adoratio diuidatur in absolutam, & respectiuam; & illis competat adoratio absoluta, quibus conuenit excellentia per se, & absolute, ut est, verbi gratia, Deus, & Beatissima Virgo, & alij omnes Beati; & illis competat adoratio respectiua, quibus conuenit excellentia solum extrinsecè per attributionem, & ordinem ad aliquod aliud, ut sunt, verbi gratia, Imagines, & Reliquiæ, & similia, ut videre est apud Suar. *de Incarnat. disp. 51. sect. 2. cit. in fine.*

Quo autem modo adoratio latrae, quæ exhibetur soli Deo, propter excellentiam increatam, specie differat ab adoratione dulae, quæ exhibetur Sanctis propter excellentiam creatam gratiæ, & gloriæ, fuscè disputat Suar. *lib. 3. de relig. cap. 5. tom. 1. & tom. 1. de Incarnat. disp. 52. sect. 3. §. Circa hanc distinctionem.* & videri potest apud Sanctum Thomam *2. 2. quest. 103. art. 3. & 4. Caiet. ibidem,* & alios communiter: quauis enim Sancti, si adorentur formalitè, in quantum sunt imagines Dei, & sedes, & templa Spiritus Sancti, in quibus Deus specialiter residet, possint dici, quòd adorentur eadem specie adorationis, & eadem adoratione latrae, quia reuera adorantur adoratione relatiua; & Deus ipse in illis adoratur, ut ex communi sententia notat ibi Suar. *num. 5. & 8.* si tamen adorentur propter intrinsecam dignitatem creatam, quam habent supernaturalitè à Deo per gratiam, & gloriam; non adorantur eadem specie adorationis; sed alia valdè inferiore, quæ appellatur dulia; sicut & ratio adorandi, id est, excellentia, est valdè inferior, & fundat obligationem, & debitum valdè inferius, ut etiam dicemus *infra, disp. 11.*

Neque ex eo, quòd per eandem speciem charitatis, & dilectionis, qua diligitur Deus, diligitur etiam proximus, ut *suprà* diximus; & charitas Dei tunc in nobis perfecta sit, quando diligitur inuicem, ut dicitur *1. Ioan. 4.* sequitur, quòd etiam per eandem speciem adorationis, qua adoratur Deus, possint adorari etiam Sancti: nam ex Sancto Thoma *2. 2. quest. 25. art. 1. ad 2. & quest. 81. art. 4. ad Baldelli Theol. Moral. Tom. II.*

hoc est discriminis inter amorem, & honorem, quòd amor, quem amici sibi inuicem exhibent, respicit bonum quasi communicatum, & factum vnum, vel commune aliquo modo in omnibus: vnde & dicitur, quòd amicorum sunt omnia communia, & quòd amicus sit alter ipse: & communi experientia, & vsu constat, quòd quando amici amicabiliter inter se agunt, obliuiscuntur quodammodo inæqualitatis, quæ fortè ex pluribus capitibus est inter ipsos, eamque dissimulant, perinde ac si profus non effet: at verò honor contraria ratione respicit excellentiam honorati supra honorantem, & omninò inæqualitatem; & etiam amici, quando tractant de honore sibi inuicem exhibendo, maximè attendunt dignitatem cuiusque, ut bene notat Suarius *lib. 3. de religione, cap. 5. citato, num. 21.* & fufius *tom. 1. in 3. part. disp. 52. sect. 3. §. Quartò, in dubium verè potest.* & Valquez *tom. 1. in 3. part. disp. 98. cap. 2. num. 6. & sequentibus.* Et hinc fit, ut possit inter Deum, & homines esse dilectio vna specie; non autem possit esse vna adoratio, in quantum, scilicet, vna ratio diligendi potest aliquo modo esse communis vtriusque, id est, diuina bonitas; non autem potest esse communis vna ratio honorandi, aut adorandi.

Quod verò addit Sanctus Thomas *2. 2. quest. 103. art. 4. cit. ad 2.* quòd hyperdulia, qua specialiter exhibetur cultus Beatissimæ Virgini, in quantum habet speciale affinitatem ad Deum ratione maternitatis, & donorum, quæ ex illa consequuntur, sit potissima species dulae communiter sumptæ, hoc est, secundum quod exhibet reuerentiam cuiuscunque homini ratione cuiuscunque excellentiæ, quæ in illo sit, ut ipse explicat *ibidem, in corpore*, non est intelligendum de dulia secundum primariam tantummodo impositionem vocabuli, prout significat seruitutem humanam, & vilem; sed prout comprehendit etiam sacram, & honorariam. Et sensus est, quòd sit perfectissima species illius venerationis, & subiectionis, quæ exhibetur specialiter creaturæ intellectuali ratione cuiuscunque excellentiæ, siue illa sit naturalis, siue supernaturalis: & dum asserit absolute Sanctus Thomas, quòd sit perfectissima, & potissima species, satis indicat, quòd differat specie etiam à dulia sacra, quæ exhibetur Sanctis, in quantum ipsa est specialiter propter maternitatem, & propter affinitatem ad Deum; non autem solum propter excellentiam, & excessum in gradu gratiæ, & gloriæ: nam, quemadmodum excellentia maternitatis, & consanguinitas, & coniunctio cum Christo, & Deo secundum carnem est specie distincta ab excellentia solius gratiæ, & gloriæ, ut notat Valquez *tom. 1. in 3. part. disp. 99. cap. 1. num. 2.* ita & fundat debitum adorationis, & reuerentiæ distinctum speciei, & per consequens etiam specificat adorationem distinctam specie, ut notat Sanctus Thomas *in 3. dist. 9. quest. 2. art. 2. in corp.* & Durand. *quest. 3. cit. & Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 22. sect. 3. §. Quartò.* Et quauis Deus, proprie loquendo, neque habeat affines, neque consanguineos, cum sit simplicissimus, & purissimus spiritus; Scriptura tamen per quandam similitudinem, & analogiam illi tribuit non modò affines, & consanguineos; sed etiam filios, & hæredes, ut bene explicat Petrus Canisius *lib. 5. de Maria Deipara Virgine, c. 5. col. 96.* & in his principalem locum meritò tenet Christi humanitas, quæ ad personam Verbi assumpta, eique vnita in vnitatem personæ, rectè dicitur facta esse illi affinis: sicut & vxor per coniugium dicitur

18. Adoratio hyperduliae differt specie ab adoratione dulia.

19. Quomodo Beatissima Virgo dicatur habere affinitatem, & consanguinitatè ad Deum.

fieri affinis viro, quanuis ante coniugium talis non esset, vt notat ibi Canisius, & Caiet. 2. 2. q. 103. art. 4. §. In respons. ad 2. Et alterum locum merito tenet Virgo Deipara, quæ præbuit materiam humanitati assumptæ à Verbo: & ideo verissimè dicitur Mater Dei, & consanguinea Christi. Et cum huiusmodi coniunctiones affinitatis, & consanguinitatis cum Deo trahant secum plurima dona & absolute sint excellentia longè superior ad excellentiam quoruncunque Sanctorum per dona quæcunque solius gratiæ, & gloriæ, merito fundant obligationem, & debitum honoris, & reuerentiæ longè maioris; & per consequens etiam adorationem longè superiorem, quæ specialiter dicitur hyperdulia, & est excellentissima inter omnes species duliæ, vt loquitur Durand. quest. 3. cit. & melius constabit disp. 10.

20. Humanitas Christi quomodo habeat affinitatem ad Deum per unionem hypostaticam.

21. Adoratio absoluta, & respectiva, quomodo inter se differant.

De adoratione absoluta, & respectiva, vtrum differant specie, vel non differant, videtur quasi potius metaphysica, quam moralis: certum enim est, quod eadem est excellentia gratiæ, & gloriæ, quæ fundat, & specificat adorationem duliæ, v.g. in Sancto Petro, in quantum est ab illo intrinsecè habita, & possessa, quomodo dicitur adoratio absoluta, & quæ fundat, & specificat eandem adorationem duliæ in Imagine, aut Reliquia S. Petri, in quantum illas afficit solum extrinsecè, & terminatiuè, id est, in quantum terminat illorum habitudines, & attributiones, vel pertinentias ad S. Petrum, quomodo dicitur adoratio respectiva. Et sicut non est quæstio, nisi metaphysica, si queratur, vtrum sanitas, v.g. in quantum intrinsecè afficit, & denominat animal sanum, differat specie à se ipsa, in quantum extrinsecè, & terminatiuè denominat pullum, aut medicinam, vel ambulationem sanam propter habitudinem, aut pertinentiam signi, vel causæ, quam hæc omnia dicunt ad illamita & in casu præsentis de excellentia, & sanctitate, in quantum fundat, & specificat adorationem absolutam propter afficiendam, & denominationem intrinsecam, & in quantum fundat, & specificat adorationem respectiuam propter afficiendam, & denominationem extrinsecam, ad negotium morale parum refert, quicquid dicitur.

22. Vtrum species adorationis conueniant vniuocè.

Et idem est, si queratur, vtrum huiusmodi adorationes, provt tribuuntur Deo, & creaturis, præsertim intellectualibus, id est, latria, & dulia, conueniant vniuocè: nam similiter parum refert ad nostrum propositum, quicquid dicatur; & non est quæstio, nisi metaphysica: & eas conuenire vniuocè affirmat Suarez. tom. 1. in 3. disp. 51. sect. 2. §. Quæri verò hic potest, & conuenire solum æquiuocè affirmat Vasquez tom. 1. in 3. part. disp. 98. cap. 4. num. 18. Et conuenire analogicè affirmat Bellarm. lib. 1. de Sanctior. beat. cap. 1. 2. not. 3. coll. 7. 2. Suique sententias omnes confirmant ex S. Thoma. Sed, vt dixi, ad nostrum propositum parum refert, qui equid dicitur.

DISPUTATIO III.

Quomodo Deo, & Personis diuinis debeat, & tribuatur cultus latriæ.

- 1. De fide est, quod Deo debeat cultus latriæ.
2. Multi sunt, qui impellunt ad Deum summe colendum.
3. Cultus latriæ tam debetur singulis Personis diuinis, quam omnibus.

- 4. Adoratio Dei, in quantum excellit in hoc, vel illo attributo, non differt specie.
5. Essentia diuina essentialiter includit attributa, & essentialiter in illis includitur.
6. Distinctio rationis in attributis diuinis, quare non differat adorationes, quæ possunt esse circa illa.
7. Etiam latria potest dici, quod sit perfectissima species duliæ.
8. Quomodo sacrificia veteris legis Deo offerrentur sub diuersis rationibus, & perfectionibus.
9. Quomodo Deus, vt benefactor, & vt Saluator, adoretur eadem adoratione latriæ, qua adoratur, vt Deus.
10. Quomodo actus externi, qui sunt in Dei cultum, possunt esse actus latriæ.

ADORATIONEM latriæ, id est, testificationem, & protestationem omnimodæ subiectionis, di heri Deo, vt prin. o. & supremo principio totius productionis, & gubernationis rerum omnium; & propter excellentiam simpliciter primam, & supremam, quam habet supra omnem excellentiam creatam, vt diximus, sup. disp. 1. n. 5. nemini potest esse dubium, cum sit de fide, iuxta illud Deuter. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues. quem locum Christus ipse Matth. 4. est interpretatus de suprema adoratione, & soli Deo debita, quando tentati Satanae, & regna omnia offerenti, si cadens eum adoraret, respondit: Adde, Satana: scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, &c. Neque in hoc magnoperè laborandum, cum ex se sit maximè notum, neque vlla sit tam barbara natio, quæ primum fundamentum suarum legum, suæque administrationis non ponat Dei cultum, eumque maximum, & supremum. Sicut enim nomine ipso Dei omnes intelligunt ens aliquod primum, & perfectissimum, & omnibus aliis longè excellens: ita & intelligunt esse ab omnibus illi debitum honorem, & cultum longè excellentem; eumque cultum, qui soli Deo est debitus, in tantum exhibent aliquando etiam illis, quæ non sunt Deus, in quantum apprehendunt etiam in illis excellentiam Diuinitatis, eamque intendunt honorare, & reuereri per externam testificationem, & declarationem diestimationis, & apprehensionis; vel certe si talem excellentiam non apprehendunt; & tamen alicui exhibent cultus diuinos, solum exhibent, vt alios fallant, & exterius significant, se eum habere, & venerari vt Deum, quem reuera non habent; vel etiam id faciunt solum materialiter ex quavis alia intentione, & voluntate deprauata, & mala; & absolute non sunt dicendi, eum verè adorare adoratione latriæ, cum actus, & signa externa non sint talia, nisi provt assumuntur ex intentione significandi existimationem Diuinitatis, vt notat Vasquez tomo 1. in tertiam partem, dissertatione 94. cap. 1. num. 2. pag. 686.

De fide est, quod Deo debeat cultus latriæ.

Multi sunt, qui impellunt ad Deum summe colendum.

dicitur Psal. 47. & 144. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. & Ecclesiastici 1. Vnus est altissimus Creator, omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus, & cap. 43. Terribilis Dominus, & magnus uehementer, & mirabilis potentia ipsius. Glorificantes Dominum, quantumcunque potueritis, superualebis adhuc: & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum exaltate illum, quantum potestis: maior enim est omni laude, &c. Et specialiter impellit magnitudo sapientiæ, & cognitionis ipsius, de qua dicitur ad Hebr. 4. quod omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. & Psal. 146. quod magnus Dominus, & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerus. Et in quantum se extendit ad futura, dicitur esse maximum signum Diuinitatis, Isaiæ 41. Annunciate, quæ uenura sunt in futurum: & scietis, quia Dei estis uos. Cum ergo ex ipso instinctu, & ductu naturæ cuiusque excellentiæ, & magnitudini debeat aliquid honor, non potest magnitudini, & excellentiæ Dei, id est, maximæ, & infinitæ non esse debitum maximum honor, & ductu naturæ Deinde impellit maxima largitas, & quasi profusio in benefaciendo omnibus, de qua dicitur Psal. 4. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. & Psal. 144. Oculi omnium in te sperant, Domine: & tu das illis escam in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, & implet omne animal beneficentia. Vnde S. Paulus 1. Cor. 4. vniuersalissimè interrogat: Quid habes, quod non accepisti? Cum ergo naturalissimum sit, vt illi honorentur, qui beneficia contulerunt, & possunt conferre; & idè honor maximè sit iudicium existimationis beneficentiæ, vt habet Arist. 1. Rhet. c. 5. id est, illius, quæ habetur de aliquo, quod sit beneficus, & possit nobis benefacere; & illa beneficentia primas teneat, quæ salutis, & vt sumus, est nobis causa, vt idem subdit; & illa secundas, quæ est causa diuitiarum, aut alterius boni, quod vel omnino, & simpliciter, vel hic, & nunc non facile acquiritur; non potest maximum honor non esse debitus Deo, qui omnibus est maximè benefactiuus, & est simpliciter causa ipsius esse, & salutis, & omnis boni, quodcunque tandem sit, aut possit esse. Et huc pertinet etiam præmij magnitudo, quod Deus promittit diligentibus, & honorantibus se; de quibus dicitur Matth. 22. & Lucæ 20. quod erunt sicut Angeli Dei: & ad Roman. 8. quod omnes passionis huius temporis, quæ forte sunt preferendæ pro Deo colendo, & honorando, non sunt condignæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et si admittamus cum S. Antonino part. 1. tit. 14. cap. 4. §. 2. ci. vers. Secunda ratio, quod uocabulum, Dominus, ex sono uocis dicatur, quasi dominus, rectè intelligimus, quod etiam ex hoc capite sit maximè honorandus, vt verè Dominus, cum de illo dicatur Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Et si idem uocabulum ex eodem sono uocis interpretetur fortasse meliùs, vt Dominus dicatur, quasi, do minus, adhuc possumus idem colligere, cum Deus reuera det minus laboris, quam requirat condignitas præmij; & verè dicantur non esse condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam: in qua re contraria ratione se exhibent suis seruus domini temporales, dum illis dant minus præmij, quam laboris; cum tamen Deus, vt diximus, det plus præmij, quam laboris.

gubernationis rerum omnium, quomodo est adæquata ratio adorationis latriæ, indiuisibiliter conuenit tribus Personis diuinis, hinc est, vt etiã indiuisibiliter illis conueniat adoratio latriæ; siue omnes accipiantur quasi collectiue, provt significantur nomine Trinitatis; siue accipiantur per se singula, & quasi distributiue, provt significantur propriis nominibus reatiuis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: sicut enim est in illis omnino indiuisa, & indiuisibilis ipsa natura, & essentia diuina, ratione cuius omnes dicuntur esse vnus Deus, & ratione naturæ sunt etiam indiuisa in illis, & indiuisibilia ipsa attributa, ratione quorum omnes dicuntur esse vnus æternus, vnus immensus, vnus omnipotens, non autem tres æterni, aut tres immensi, vel tres omnipotentes: ita & est indiuisa, & indiuisibilis ipsa perfectio, & excellentia naturæ, provt integratur quodammodo, & constituitur ex omnibus attributis, & ipsa ratio primi principij, & ipsa actiua principatio, & operatio ad extra; & per consequens est etiam indiuisa in omnibus, & omnino indiuisibilis ipsa adorabilitas, seu ratio, & fundamentum passiuæ adorationis. Atque hoc modo Gen. 18. ad Abraham dicitur, quod tres uidit, & vnum adorauit: & Christus ipse Ioan. 5. asserit, quod qui non honorificat Filium, neque etiam honorificat Patrem, in quantum, scilicet, in utroque est eadem honorificabilitas; ac proinde qui illam non agnoscit, aut honorat in Filio, simpliciter non agnoscit, neque honorat etiam in Patre: & cap. 14. addit: Qui uidet me, uidet & Patrem meum: quia ego in Patre, & Pater in me est, in quantum, scilicet, quæ sunt in diuinis, vt habet Sanctus Augustinus lib. 6. de Trinitate, cap. vlt. singula in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia. Et in ipsis Personis diuinis, tam omnibus, quam singulis, datur mutua immanentia, seu existentia, quam S. Damascenus lib. 1. de fide orthod. cap. 11. & apud Cornel. à Lapide in cap. 14. cit. S. Ioan. appellat ἀεὶ ὁμοῦν, & Theologi communiter appellant circuminfessionem, de qua Suar. tract. 3. in 1. partem S. Thomæ, lib. 4. cap. 7. 16. Per hoc tamen non tollitur, quominus possimus vnanquamque Personam nominatim, & per se, & provt distinctam ab alia venerari, & colere: sicut & possumus vnanquamque per se, & provt distinctam mente concipere, & verissimè affirmare, quod sit Deus; non quidem explicitè, & positiuè excludendo alias à nostra adoratione; sed negatiuè nos habendo ad illas, vt bene notat Azor. par. 1. lib. 9. cap. 5. quest. 7. quæ enim ratione ex institutione, & vsu Ecclesiæ vnicuique Personæ diuinæ, provt distinctæ ab aliis, dicatos habemus certos dies festos, & quotidie vnanquamque per se oramus, & obsecramus in Litanis: Pater de calis, Deus, Fili Redemptor mundi, Deus, Spiritus Sancte, Deus, eadem ratione etiam possumus specialiter nos subiacere vnicuique, & ad vnanquamque dirigere nostram adorationem.

eam debetur singulis Personis diuinis, quædam omnibus.

Adoratio Dei in quantum excellit in hoc, vel illo attributo, non differt specie.

Et quoniam excellentia Dei, in quantum est primum principium productionis, conseruationis, &

par. quest. 30. membr. 1. art. 3. §. 2. & 3. Suar. tom. 1. de Incarn. disp. 51. sect. 3. Valq. tom. 1. in 3. part. disp. 94. c. 3. Azor. part. 1. lib. 9. c. 5. §. 4. in fin. & alij: quia excellentia diuina non aliter potest considerari, aut accipi, quasi partialiter, & inadæquate, nisi quoad expressionem nostri conceptus. Et reuera tam essentia Dei, prout est à se, & increata, & simpliciter infinita in genere entis, includit essentialiter attributa, vt probat Suar. tr. 1. in 1. part. lib. 1. de essentia Dei, c. 11. quàm attributa includunt essentialiter ipsam essentiam, vt idem subdit c. 12. & eadem attributa essentialiter includunt se inuicem, vt probat c. 13. pag. 28. Ac proinde dum concipio, v. g. diuinam essentiam sub ratione essentia; eam non exprimo in meo conceptu, nisi prout Deo est ratio essendi, & reliqua omnia in hoc implico, & confundo: & contra dum concipio, v. g. diuinam iustitiam, aut bonitatem sub ratione iustitia, & bonitatis, solum exprimo, in quantum eidem Deo est ratio essendi iustum, aut bonum, & reliquas omnes rationes confundo, & implico. Et hinc fit, vt etiam apprehensio diuinæ excellentiæ non aliter differat, quando excellentia apprehenditur quasi totaliter, & quando apprehenditur quasi partialiter, nisi secundum expressionem huius, aut illius rationis. Et reuera excellentia, quæ apprehenditur, semper est eadem; & per consequens etiam adoratio, quæ illi exhibetur, in quantum exprimitur, vt excellentia sapientiæ, aut bonitatis, non potest differre ab illa, quæ exhibetur, in quantum exprimitur, vt excellentia essentia; & naturæ, cum semper sub his rationibus, quæ exprimiuntur, inuoluuntur, & confunduntur reliquæ omnes, & verum specificatiuum, & terminatiuum adorationis semper sit idem, id est, excellentia diuina. & increata, cui non se habet, nisi prout accidens, quod in nostro conceptu exprimitur sub hac ratione, vel sub illa. Et simile quid etiam contingit in actibus charitatis, quæ, siue Deum diligat consideratum explicite, vt sapientem; siue vt potentem, aut iustum; semper diligit per actus eiusdem rationis, quorum formale specificatiuum est ipsa bonitas, & perfectio simpliciter infinita, qua Deus est bonus, & perfectus in se, & quæ includit, & inuoluit reliqua omnia, & cui se habet solum per accidens, quod à nobis exprimitur secundum hanc, vel illam perfectionem, & bonitatem.

6. *Distinctio rationis in attributis diuinis, quare non differat adoratio, quæ posuit esse circa illa.*

Quod si vrgeas, distinctionem rationis, quæ sola admittitur in attributis diuinis posse sufficere ad diuersitatem specificam nostrorum actuum, & hoc modo accidere in actibus fidei, & charitatis, & spei: siquidem Deus, in quantum est verax in dicendo, specificat fidem; & in quantum est bonus in se, specificat charitatem; & in quantum est bonus nobis, specificat spem; cum tamen in Deo, & veracitas, & bonitas, in se, vel absoluta, & bonitas nobis, vel relatiua, non differat nisi ratione: & idem hanc eandem distinctionem rationis posse sufficere ad diuersitatem specificam, etiam nostræ adorationis, si per vnã adoretur Deus, vt sapiens; & per alteram adoretur, vt potens, vel vt misericors, &c. Respondendo, distinctionem rationis inter formalitates alicuius obiecti tunc solum sufficere ad distinctionem specificam nostrorum actuum, quando vna formalitas, vt ratione distincta ab alia, se habet per se, & primò ad ipsum actum; non autem quando se habet solum per accidens, aut non primò, vt communiter dicitur in *Physicis*, circa textum 33. lib. 2. de anima, quando agitur de specificatione potentiarum per actus, & actuum per obiecta: sicut enim potentia visua, verbi gratia, non specifica-

tur per calidum, aut dulce, quod fortè est coniunctum cum colorato; quia hæc se habent ad coloratum merè per accidens: neque specificatur per album, aut nigrum; quia hæc non se habent, vt ratio primaria, quam respiciat per se primò potentia visua, & ratione cuius respiciat cætera: sed specificatur per rationem colorati; aut per rationem communem colori, & lumini; quia hanc respicit per se, & primò; non autem illam respicit per aliud; & ratione alicuius alterius, quod intelligatur respicere prius; & ratione huius respicit album, & nigrum, & cætera omnia, quæ participant de ratione communi ipsius colorati, & luminoficitæ & adoratio Dei, quæ appellatur latria, non potest specificari per excellentiam Dei; in quantum exprimitur, verbi gratia, vt sapiens, vel vt potens: quia hæc non est ratio per se prima, ratione cuius respiciat cæteras excellentias Dei; sed solum significatur per excellentiam Dei, quasi communem ad omnes rationes excellentiæ diuinæ; & illi rationi quasi communi se subiicit propter ipsam, & solum ratione ipsius se subiicit aliis, quas apprehendit, vt excellentias Dei: Et idem est etiam in fide, charitate, & spe, de quibus est sermo in argumento: idem enim specificantur per Dei veracitatem, & bonitatem, tam absolutam, quam respectiuam: quia respiciunt has ipsas rationes, vt per se primas; neque fides, verbi gratia, respicit Deum sub alia ratione, nisi in quantum est verax in dicendo; neque charitas, nisi in quantum est bonus in se, & absolute; neque spes, nisi in quantum est bonus nobis; & relatiuè, & bene potest sufficere sola distinctio rationis in his formalitatibus, aut rationibus obiectiuis ad specificandos huiusmodi habitus: sicut & sufficit ad specificandum, verbi gratia, intellectum, & voluntatem eadem distinctio solius rationis inter verum, & bonum, quæ maximè identificantur realiter in vnoquoque ente: quia enim tam potentia, quàm actus non specificantur per obiecta, tanquam per aliquid ipsi intrinsecum; sed solum tanquam per terminum suarum transcendentalium habituum, quæ in ipsis se habent, vt differentia essentialis, & intrinsecæ; parum refert, quòd distinctio sit realis, aut solius rationis in obiectis, & terminis, dummodo sit realis; & essentialis distinctio in ipsis habitudinibus transcendentalibus, & in modo tendendi ad eadem obiecta: & sicut ad eandem realitatem, verbi gratia, cuiusque entis, in quantum est veritas, terminatur intellectus, & in quantum est bonitas, terminatur voluntas, & ad eandem albedinem terminatur similitudo alterius albi, & dissimilitudo alterius nigri; & intellectus, & voluntas, similitudo, & dissimilitudo diuersimodè specificantur, & verè differunt, etiam si rationes specificatiuæ, & terminatiuæ in obiectis, & terminis sint idem realiter: ita & potest ad eandem realitatem, quæ est Deus, diuersimodè tendere habitus fidei, & charitatis, & spei; & diuersimodè ab illa specificari, etiam si rationes terminatiuæ, & specificatiuæ in ipsa eadem realitate non differant nisi ratione. Sicut autem realis identitas in obiecto non impedit diuersam specificationem habituum, & actuum, si alioqui diuersimodè ad illam ferantur: ita & distinctio rationis in eodem obiecto non arguit necessariò diuersam specificationem, si alioqui non diuersimodè ad illud ferantur; sed solum sub vna & eadem ratione per se, & prima, quæ deinde sub se comprehendat plures alias rationes, quasi secundas. Et hoc modo res se habent in adoratione latriæ, quæ per se primò solum respi-

cit excellentiam Dei, & per illam specificatur, & hanc, vel illam excellentiam ratione distinctam, verbi gratia, excellentiam in sapientia, in bonitate, &c. solum respicit per se secundò, in quantum sunt etiam ipsæ excellentiæ Dei, & continentur sub illa ratione confusa, & quasi communi.

7. *Quomodo latria potest dici, quod sit per se prima specificatiua spei ad illa.*

Neque facit in contrarium illud S. Augustini quest. 94. in *Exodum*, & Gloss. in illa verba Psal. 7. *Domine Deus meus, in te speraui*, & apud Sanctum Thomam 3. part. quest. 25. art. 2. in corp. quòd omnium Domino per potentiam debeat latria, & Deo per creationem debeat latria: nam, vt bene explicat idem S. Thomas 2. 2. quest. 103. art. 3. ad 1. & in 3. dist. 9. quest. 2. art. 1. ad 1. quemadmodum religio per excellentiam dicitur pietas, in quantum Deus per excellentiam dicitur Pater: ita & latria per excellentiam dicitur latria, in quantum Deus excellenter est Dominus: & sensus est, quòd, quemadmodum ratio dominij, & appellatio Domini, absolute loquendo, est communis Deo, & creaturis; sed Deo tribuitur per excellentiam; & idem absolute, & antonomastice dicitur Dominus: ita & ratio seruitutis, quæ dicitur latria, absolute loquendo, est communis Deo, & creaturis; de se Deo conuenit per excellentiam, & ratione excellentissimi dominij debetur illi excellentissima seruitus; quæ tamen, prout tribuitur Deo, & prout distinguitur à seruitute, quæ potest esse debita creaturis; est ipsa latria; non autem est adoratio distincta; & in quantum appellatur latria, quod vocabulum etiam tribuitur creaturis, rectè dicitur Deo deberi, in quantum est Dominus per potentiam: quia appellatio, & ratio Domini similiter tribuitur creaturis; & in quantum appellatur latria, quod vocabulum non tribuitur nisi Deo, rectè dicitur illi deberi, in quantum est Deus per creationem: quia similiter hæc ratio soli Deo tribuitur; non autem est communis creaturæ, vt etiam notat Alenf. part. 3. quest. 30. membr. 1. art. 3. §. 2. & 3. Durand. in 3. dist. 9. quest. 3. ad 2. Caiet. 3. part. quest. 25. art. 2. Suar. de Incarn. disp. 51. sect. 3. §. 4. ad primam confirmationem. Valq. tom. 1. in 3. part. disp. 94. cap. 3. num. 10. Valentia tom. 4. disp. 1. quest. 24. puncto 1. in fine, & alij communiter.

8. *Quomodo sacrificia veteris legis Deo offeruntur sub diuersis rationibus, & perfectionibus.*

Neque facit in contrarium pro distinctione specificæ adorationum illud aliud, quod habet S. Thomas 1. 2. quest. 102. art. 3. ad 8. quòd in veteri lege aliud esset sacrificium, quo Deus colebatur ex debito suæ excellentiæ, & maiestatis, id est, holocaustum; & aliud, quo colebatur, vt supremus benefactor ex debito gratitudinis pro beneficio iam accepto; vel ex desiderio, & spe accipiendi de nouo, id est, hostia pacifica; & aliud, quo colebatur, vt saluator, & liberator à peccato, id est, hostia pro peccato: quia enim excellentia Dei, in quantum est supremus benefactor, & saluator, aut liberator, verè est illa ipsa, quæ absolute est excellentia Dei, & ab illa non differt, nisi ratione certæ expressionis, prout est, verbi gratia, excellentia benefactoria, & saluatoria; in idem recidit, quòd Deus per vnum sacrificium dicitur coli, vt Deus; & per aliud, vt benefactor, vel vt saluator; ac si per omnia dicitur coli vt Deus, cum etiam excellentia benefactoris, & saluatoris sit ipsa excellentia Dei, vt diximus. Et si quis specialiter, & expressè intendat per hoc, vel per illud sacrificium Deum colere in gratiarum actionem pro beneficio aliquo accepto, vel in satisfactio-nem pro peccato commisso, prater motiuum, & honestatem ex virtute religionis, etiam habebit motiuum, & honestatem ex gratitudine, vel ex pec-

nitentia; & illud se habebit, vt motiuum eliciens, & hoc, vt motiuum imperans; & actus externus idem materialiter simul efficietur ex vtroque motiuo, vt notat Suar. disp. 51. sect. 3. cit. §. 4. ad 2. confirmationem. vel certè, si quis intendat in hoc, vel illo sacrificio offerendo solum motiuum gratitudinis, aut penitentia; neque cogitet villo modo de motiuo religionis; actus externus solum materialiter erit idem, & tota diuersitas solum erit penes actum internum, qui, propriè loquendo, erit solum actus gratitudinis, aut penitentia; non autem actus religionis: sed, quando dicimus, coli Deum per cultum latriæ, etiam in quantum est benefactor, & saluator, non intelligimus, quòd, proxima, & formalis ratio eum colendi, sit ipsum beneficium, aut saluatio, prout est aliquid extra Deum, & receptum in creatura; sed solum quòd occasione beneficii, & saluationis, quæ est in creatura, & extra Deum, excitemur, & impellamur ad colendam ipsam Dei excellentiam benefactoriam, & saluatoriam, quæ sine dubio est colenda per cultum latriæ, vt bene notat idem Suar. sect. 3. cit. §. 5. Ex quo infero. & Valq. tom. 1. in 3. partem, disp. 94. cap. 2. num. 5. ex Alenf. part. 3. quest. 30. membr. 1. art. 3. §. 2. & 3. cit. in responsionibus ad argumenta: qui etiam rectè aduertit, huiusmodi expressiones, sub quibus dicitur Deus coli vt Deus, vt benefactor, vt saluator, &c. solum posse arguere diuersum debitum adorandi ex parte nostra: siquidem, etiam si esset apprehensus, vt tantummodo Deus, non autem, vt benefactor, aut saluator; adhuc teneremur eum colere suprema adoratione: & si tantummodo esset cognitus, vt supremus benefactor, & saluator, & nihil sciremus de maiestate, & excellentiâ adhuc illi deberemus supremum cultum; non tamen arguere ex parte ipsius Dei diuersam rationem formalem, aut diuersum meritum, vt adoretur: siquidem excellentia suprema benefactoris, & saluatoris, tam secundum realitatem, quàm secundum rationem & cognoscibilitatem, est ipsissima excellentia Dei; & solum differt quoad expressionem, vt iam diximus. Et quemadmodum is, qui diceret, verbi gratia, in *Physicis*, risibilitatem deberi homini, vt homo est, idem diceret ex parte hominis, ac si diceret, eam illi deberi, vt rationalis est, vel vt animal rationale; quia homo, vt homo, & homo, vt rationalis, vel vt animal rationale, solum differt secundum expressionem conceptus, & significationis; non autem secundum rem, aut rationem cognitam: ita & qui dicit, adorationem latriæ deberi Deo, vt Deus est, vel ratione excellentiæ diuinæ, idem dicit ex parte Dei, ac si diceret, eam illi deberi, vt est Creator, vel vt est Dominus, vt benefactor, vt saluator, &c. quia Deus, vt Deus, & Deus, vt Dominus, vt benefactor, &c. solum differt secundum expressionem, quantum est ex parte ipsius Dei; & præterea solum connotat aliquid extrà, id est, creaturam, beneficium, saluationem, &c. Atque hinc fit, vt summa adoratio, & cultus latriæ, tam illi sit debita, in quantum nobis confert beneficium minimum, quàm est debita, in quantum confert beneficium maximum, cum semper conferat ex eadem infinitate suæ bonitatis, & excellentiæ, vt notat Alenf. §. 3. cit. ad 2. & liberalitas non attendatur ex multitudine eorum, quæ dantur; sed ex habitu, & dispositione illius, qui dat; vt est apud Aristotelem 4. *Ethic. cap. 1.* Vnde & *Luca* 21. paupercula vidua mittendo in gazophylacium duo minuta, dicitur plus misisse, quàm omnes alij; quia misit ex magno affectu. Atque hoc tantum modo potest admitti

9. *Quomodo Deus, vt benefactor, & vt saluator, adoretur eadem adoratione latriæ, quæ adoretur vt Deus.*

mitti id, quod habet Corduben. lib. 1. *Questionarij*, *quest. 3. dub. 2.* & indicat Scotus in 3. *dist. 9. quest. unica, art. 3. Respondeo, & dico.* Quod si fingamus tres Deos; quorum vnus in se habeat infinitam, & supremam excellentiam Dei; sed nihil boni ad extra communicet, & solum sit Deus; non autem Creator; aut Redemptor, vel benefactor: & alter omnia creet, conferuet, & gubernet, & sit Creator, & Dominus omnium, vt nunc est; non autem sit Redemptor, & Saluator: & tertius sit solum Redemptor, & Saluator, vt nunc est; & quoad omnia dona gratiæ; & gloriæ sit supremus, & independentis largitor; & benefactor: vniqueque illorum ratione suæ supremæ, & independentis excellentiæ debeatur latria in suo genere, ac proinde etiam nunc Deo vni, qui simul est Deus, & Creator, & Saluator, debeatur latria ex hac triplici ratione: hoc, inquam, non potest admitti, nisi eo modo, quo diximus, id est, vt istæ tres excellentiæ solum fundentur tripliciter debitum adorationis latriæ ex parte nostra; non autem quia arguant tripliciter meritum, vt sic dicam, ex parte Dei, cum hoc reuera semper sit idem, siue exprimitur vno modo, siue alio, vt bene explicat Alen. *loco cit.* Et ad casum impossibilem positum de tribus Diis, quorum vnus non esset nisi Deus; & alter non nisi Creator; & tertius non nisi Saluator, & benefactor, bene respondet Vasq. *disp. 94. cit. cap. 2. n. 5. in fine*, quod reuera nulli competeret adoratio latriæ, sicut neque competeret vera excellentia Dei, quæ essentialiter, & intrinsecè est infinita simpliciter in genere entis; & idè est etiam potentia, & sapientia, & bonitas creatura; & saluatoria, & benefactoria, &c. & eo ipso, quod ponitur in aliquo Deo non esse hæc omnia, simpliciter ponitur non esse excellentia Dei; nec simpliciter digna adoratione latriæ, & ille simpliciter non esse Deus.

10. Posito verò, quod cultus latriæ soli Deo, & solis Personis diuinis sit debitus; & quod semper sit idem, & eiusdem rationis specificæ, siue exhibeatur vni Personæ, siue pluribus, aut etiam omnibus; & siue exhibeatur expressè ratione vnus attributi, aut perfectionis diuinæ, siue ratione alterius; certum præterea est, quod non eodem modo est proprius solius Dei, prout exhibetur per actum internum, & prout exhibetur per externum: nam interna apprehensio excellentiæ diuinæ simpliciter infinitæ, & interna voluntas eam colendi supremo cultu, sequitur illi, vt supremo rerum creaturarum principio subiiciendi, quam *suprà* diximus esse actum primum virtutis religionis; certum est, quod non potest esse de villo alio, quam de Deo; externa verò humi prostratio, aut genuflexio, quæ fortè assumitur in signum talis actus interni, non est ex se determinata, vt solum possit assumi, vt signum illius; sed potest etiam assumi, vt signum cultus inferioris, qui exhibetur Beatissimæ Virgini, aut Beatissimæ cum Deo regnantibus, vel etiam Regibus, aut hominibus adhuc degentibus in hac vita: & idè huiusmodi actus externi communiter non sunt adoratio externa latriæ, nisi prout dependent, & efficiuntur ex latria interna, vt notat Suar. *de Incarnat. disp. 51. sect. 3. cit. §. Secundo loco in fine.* & vix vnus est ex huiusmodi actibus, qui possit solum fieri in cultum Dei, siue ille consistat in gestu, aut actu corporis, siue in verbis. Quod enim habet Azor. *part. 1. lib. 9. c. 5. q. 6.* & aliqui alij apud eundem Suar. *ibid.* talem esse unionem peccatoris, & verba hæc: *Me se ere nostri.* quia illa significat penitentiam internam, & petitionem veniæ, quæ à solo Deo potest haberi; & hæc implorant misericordiam, quæ similiter solius Dei est propria;

Quomodo actus externi, qui sunt in Dei cultum, possint esse actus latriæ.

vnde & Ecclesia in Litanijs per illa verba non precatur, nisi Personæ diuinæ; hoc, inquam, non est verum vnuerſaliter, cum ex communi vsu etiam vulgi, dum aliquis petit veniam pro iniuria illata alicui alteri, bene possit tundere pectus; neque faciat inordinatè, si tundat: & dum implorat alterius opem; bene possit illi dicere: Misere mei, neque ab villo reprehendatur, si dicat. Quare in his signis maximè est attendenda interna intentio assumentis, vt diximus; & præterea institutio aliqua ex potestate, & autoritate publica, & sic communiter vsurpata ad solum cultum diuinum, vt contingit, verbi gratia, in sacrificijs, quæ ex hominum impositione, & ex communi vsurpatione aptid omnes gentes, solum sunt in cultum Dei, & in protestationem supremæ dominij, & supremæ excellentiæ, vt notat S. Augustinus lib. 8. *de ciuit. cap. 27. & lib. 10. cap. 19.* & S. Thomas 2. 2. *quest. 84. & 85.* & Suar. *loc. cit.* & Valen. 2. 2. *disp. 6. qu. 3. puncto 2.* Lessius lib. 2. *cap. 38. num. 5.* & omnes communiter. Et patet manifestè ex eo: quia occisio vituli, verbi gratia, quantum est ex se, suæque natura, ex nullo capite habet, vt significet summum Dei dominium, & potestatem; & idè vt assumatur ad eum colendum, & ad protestandum exteriùs, quod sit dominus vitæ, & necis: sed hoc solum habet ex hominum institutione, & impositione communiter recepta. Et idem est in lege euangelica de sacrificio Eucharistiæ per transubstantiationem panis, & vini; & per oblationem ipsius Christi, & rememorationem passionis, & mortis illius; quæ omnia similiter habet, non ex rei natura; sed ex Christi institutione: & ad sacrificium sic institutum etiam reducitur consecratio Sacerdotum, & templorum, quæ fit primariò sunt propter sacrificium; ita & primariò sunt propter cultum latriæ, & Deo proprium, vt notat Suar. *ibidem*: & in his actibus, & rebus externis est ratio longè diuersa, quam in internis, quæ ex se ipsis, & non ex humana institutione possunt protestari diuinum cultum, vt est, verbi gratia, internum mentis sacrificium, quo quis se totum deuouet, & consecrat Deo, eique soli acceptum refert se totum, vt notat Valen. 2. 2. *disp. 1. quest. 3. puncto 2. cit. §. Tale quoque est.* Et hæc eadem institutio ad significandum aliquid proprium solius Dei, est magis certa etiam in vocibus: & si quis appellationem, verbi gratia, Dei, aut Creatoris, aut Redemptoris, & similes, tribuat creaturæ, certissimum est, quod perinde faciat, ac si illi tribuat, quod est proprium solius Dei.

DISPUTATIO IV.

Quomodo idem cultus latriæ debeatur Christo, eiusque Humanitati.

1. De fide est, quod Christo debeatur cultus latriæ.
2. Non solum Diuinitas, sed etiam Humanitas in Christo est adoranda adoratione latriæ.
3. Latria, qua adoratur Humanitas, est illa ipsa, qua adoratur Diuinitas.
4. Rectè dicitur, quod Humanitas coadoretur Diuinitati.
5. An, & quomodo dicatur, quod Humanitas in Christo adoretur per accidens ratione Diuinitatis.
6. Etiam partes Humanitatis, id est, anima, & corpus, in Christo sunt adoranda adoratione latriæ.

7. Quare

7. Quare Humanitas in Christo non ametur super omnia simpliciter, sicut amatur Deus.

1. De fide est, quod Christo debeatur cultus latriæ.

1. ODEM perfectissimo, ac supremo cultu latriæ, quo colitur Deus, & Personæ diuinæ, coli etiam Christum, id est, hunc hominem Deum, & hoc suppositum in humana, ac diuina natura subsistens, non potest inter Catholicos esse dubium, cum sit de fide, & sapius habeatur in sacris Litteris, & sapius sit definitum in sacris Concilijs, & sapius sit affirmatum in Sacris Patribus, vt videre est apud Suar. *tom. 1. de Incarnat. disp. 53. sect. 1. initio*, Vasq. *tom. 1. in 3. part. disp. 95. cap. 2. num. 5.* & omnes communiter: sic enim S. Paulus ad Rom. 14. de Christo Iudice interpretatur illud Isaiæ 45. *Mihi curuabitur, aut flectetur omne genu.* & ad Philippen. 2. ex eo ait, in nomine Iesu flecti debere omne genu, caelestium, terrestrium, & infernorum, quia factus est obediens vsque ad mortem: & ad Heb. 1. de eodem interpretatur illud Psal. 96. *Adorate eum, omnes Angeli eius.* Idque ait præceptum fuisse omnibus Angelis, quando Deus illum introduxit, vt primogenitum, in Ordo terrarum: & Apoc. 5. seniores dicuntur cecidisse coram Agno, tanquam occiso, eique cantasse simul cum Angelis, qui erant in circuitu throni super millia millium: *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Diuinitatem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* & *Sedenti in throno, & agna, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sacula seculorum.* quæ sine dubio important cultum latriæ, non alteri debitum, nisi Deo. Et hoc eodem modo *Matth. 2.* tres Magi Reges procedentes adorauerunt Christum infansem, suisque muneribus clarè sunt protestati, quod illum agnoscerent, & adorarent, vt Deum, vt exponunt Patres communiter: & Ioannis 20. hoc idem fecit post resurrectionem etiam S. Thomas Apostolus, quando dixit: *Dominus meus, & Deus meus.* & denique Christus ipse, Ioann. 5. clarè asseruit, se omnia posse, & omnia facere, quæ faceret Pater; & hunc omne iudicium dedisse Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem; & eum, qui non honorificat Filium, neque etiam honorificare Patrem, qui misit illum.

Et hoc idem, quod vna, & eadem adoratione, qua adoratur Deus Verbum; & eadem supplicatione, qua supplicatur, sit etiam supplicandus, & adorandus, Emmanuel, id est, Deus nobiscum, vel Deus homo, & ipse Christus; expressè definitur contra Nestorium in Synodo Ephesina sub Caeclestino I. *can. 8.* vt etiam refert S. Thomas 3. *part. quest. 25. art. 1. in fine corp.* & idem habetur in 5. Synodo Constantinopolitana *collat. 8. can. 9.* & in 7. Synodo *art. 6.* & in Tridentino *sess. 13. cap. 5. & can. 6.* ex eo definitur, augustissimo Sacramento Eucharistiæ deberi cultus latriæ, qui vero Deo debetur: quia ille idem Deus in illo est præfens, quem Pater æternus introducens in Orbem terrarum, dixit: *Adorem eum omnes Angeli eius.* & quem Magi procedentes, & Apostoli in Galilea adorauerunt, vt Scriptura testatur; id est, quia in illo est præfens ipse Christus. Si autem existens sub speciebus sacramentalibus est adorandus adoratione latriæ; potiori ratione est adorandus, prout existens in se, & prout subsistens in vtraque natura, & hoc modo Ecclesia in orationibus, quas dirigit ad Christum, non eo modo illum orat, quo orat Sanctos, vt, scilicet, orent Deum, & ab illo aliquid impetrent; sed eo modo, quo orat Patrem, & Personas diuinæ, vt, scilicet, ipsemet hoc, vel illud

concedat, tanquam ex potestate: atque ita in illo agnoscat supremam potestatem, etiam prout est Christus, & prout subsistit in vtraque natura; & per consequens etiam agnoscat obligationem, & debitum superni cultus. Et hoc idem sapissimè asserunt etiam Patres, tam Græci, quam Latini, vt Athan. Epiph. Damasc. Cyrill. Nazianzenus, August. & Ambros. quos refert Vasq. *disp. 95. cit. cap. 2. num. 7. & seqq.* & Suar. *disp. 53. sect. 2. concl. 1.* Et ratio est: quia Verbum diuinum, ex eo; quod factum est caro, eamque induit; non amisit excellentiam Diuinitatis, quæ sola fundat adorationem latriæ: & idè tam est dignum adoratione latriæ, in quantum est Christus, & Verbum incarnatum, seu factum caro, quam est dignus simpliciter, in quantum est Verbum, & Persona diuina.

Verum, cum in Christo, Deo, & homine, seu Verbo incarnato, & humanato, sint duæ naturæ, hoc ipsum vltius est explicandum, quomodo latria in illo sit debita vtrique naturæ, vtrum, scilicet, per solam communicationem idiomatum, ex qua reliquæ omnes perfectiones, & attributa quæ sunt propria ipsius Dei, sunt communia etiam hominis, & de illo prædicantur in quantum significatur nomine concreto, quod importat suppositum, seu habens humanitatem; & contra, naturales imperfectiones, & defectus, qui sunt proprii ipsius hominis, sunt communes etiam Dei, in quantum similiter significatur nomine concreto, & tanquam habens Deitatem: an verò præterea cultus latriæ sit per se debitus in Christo vtrique naturæ per se acceptæ, & non solum possit dici, quod hic homo, qui est Christus, id est, hoc suppositum, quod est diuinum, & ipse Verbi, sit adorandum latria; sed etiam quod hæc Humanitas, vel hæc natura humana, quæ est in Christo, sit adoranda eadem adoratione.

Et breuiter dicendum est, quod non solum hic homo, qui est Christus, est adorandus latria; sed etiam hæc Humanitas, quæ est in Christo. Ita expressè S. Thomas 3. *part. quest. 25. art. 1. & 2.* Magister, & Scholastici communiter in 3. *sem. dist. 9.* Henricus quodlibet. 10. *quest. 6.* Suar. *de Incarnat. disp. 53. sect. 2. cit.* Vasq. *disp. 85. cap. 2. cit. num. 5. & seqq.* Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 5. qu. 7.* Bonac. in 1. *preceptum Decal. disp. 3. quest. 1. puncto 2. num. 5. tom. 2.* Sayr. *lib. 4. Clau. reg. cap. 3. num. 7. & 8.* & omnes communiter: quia, quanuis suprema excellentia, cui per se debetur latria, non sit propria huius Humanitatis per se, & præcisè consideratæ; est tamen illius, quatenus est in Verbo, & coniuncta Diuinitati in vnitatem Personæ; & quatenus est Humanitas Christi, seu Verbi diuini in illa subsistentis, & incarnati: & ipsa excellentia Diuinitatis non solum est ratio sibi ipsi, & Diuinitati, & diuino supposito, vt sit adorandum latria; sed etiam ipsi Humanitati, quam habet substantialiter sibi vnitam. Ad quod explicandum possunt afferri plura exempla, etiam ex naturalibus, & ex moralibus: nam, vt notat S. Damascenus lib. 3. *de fide, cap. 8. & lib. 4. cap. 3.* & S. Cyrillus lib. 1. *ad Reginas*, & apud Vasq. *cap. 2. cit. num. 8.* dum timeo tangere ferrum, aut carbonem ignitum, non solum timeo tangere ignem, qui fortè est intra poros ferri, aut ligni; sed etiam timeo tangere ipsum ferrum, aut lignum ratione ignis; & intangibilitas, quæ est propria ignis, verè extenditur etiam ad ferrum, & lignum, & verè sunt duo, aut tria intangibilia, id est, ignis, & ferrum, seu lignum: quanuis ferrum, & lignum non sit intangibile ratione sui; sed solum ratione ignis; & quatenus est ferrum,

2. Non solum Diuinitas, sed etiam Humanitas, in Christo est adoranda adoratione latriæ.

ferrum, aut lignum ignitum, aut coniunctum simul cum igne: & vt notat idem S. Cyrillus in Apologetico, circa defensionem 8. Capituli, & apud eundem Valq. disp. cit. cap. 3. num. 14. & Suar. disp. 53. sect. 2. concl. 1. cit. dum adoratur virum aliquem sanctum, verbi gratia, S. Petrum, propter excellentiam gratiæ, aut gloriæ, quæ est in anima; non solum adoro ipsam animam; sed concomitanter etiam corpus, in quantum per se est vnitum animæ; & ipsum totum compositum, quod resultat ex anima, & corpore; & adorabilitas animæ verè extenditur etiam ad corpus, & ad compositum; & adorabilia ratione animæ verè sunt duo, aut tria, id est; ipsa anima, & ipsum corpus vnitum animæ, & ipsum compositum: ergo similiter dum Christum adoro adoratione latriæ propter Diuinitatem, vt propter fundamentum, & rationem talis adorationis; adoro simul Humanitatem eiusdem Christi, quæ in illo est coniuncta substantialiter Diuinitati; & simul cum illa eum constituit, & componit, vt subsistentem in duplici natura, & vno Verbo, vt Christum; & adorabilitas Diuinitatis verè extenditur ad Humanitatem; & vtraque natura est adorabilis per latriam, id est, ipsa Diuinitas ratione sui; & ipsa Humanitas ratione Diuinitatis. Et quemadmodum vna, & eadem personalitas, & substantia Verbi facit subsistere in Christo vtranque naturam, id est, diuinam, vt subsistentia propria, & humanam, vt aliena: ita & vna adorabilitas potest vtranque facere adorabilem propter conjunctionem, quam habent ad inuicem, id est, naturam diuinam, vt adorabilitas propria; & naturam humanam, vt aliena.

Ad hoc idem explicandum potest afferri ex Physicis doctrina Aristotelis 5. Phys. text. 1. quod affectiones, & denominationes aliquibus tribuantur merè per accidens, vt quando dicimus, Musicum ambulare: quia is ambulat, cui accidit, vt sit Musicus; & aliquando tribuantur non primò ratione sui, sed ratione alicuius, quod est ipsorum, verbi gratia, ratione partis: vt quando dicimus, aliquem sanari, quia sanatur ipsius oculus, aut thorax; non autem quia primò, & ratione sui sanetur ipse; quamuis reuerà etiam ipse sanetur per se secundò in suo oculo, aut thorace; & absolute non possit dici, quod sanetur per accidens: & denique aliquando tribuantur primò ratione sui, non autem per accidens, aut ratione partis; vt quando aliquid dicitur esse mobile, aut de facto moueri per se primò, & in quantum est ipsum; & homo, verbi gratia, per se primò, & in quantum est homo, dicitur esse risibilis; non autem, quia risibilitas priùs conueniat alicui alteri. Eadem ergo ratione, quamuis adorabilitas per latriam non conueniat per se primò Humanitati, quæ est in Christo; sed per se primò conueniat Diuinitati; bene tamen potest illi conuenire concomitanter; & vt sic dicam, per se secundò, id est, dependentem ab ipsa Diuinitate, cui per se est coniuncta Humanitas in vnitate Personæ; sic enim etiam risibilitas, verbi gratia, quæ per se primò conuenit homini, vt rationali, & ratione naturæ specificæ, per se secundò conuenit Petro, & indiuiduo ratione talis naturæ: & ratio partium, seu extensio in ordine ad locum, quæ per se primò conuenit quantitati, per se secundò conuenit corpori, vel substantiæ corporeæ, cui est debita, & actualiter inest ipsa quantitas; & idem etiam adorabilitas per latriam, quæ per se primò conuenit Diuinitati, & Personæ diuinæ, conuenit per se secundò etiam Humanitati, quæ in Christo per se est vnita Personæ diuinæ.

Et denique ex moralibus ad hoc explicandura potest afferri id, quod habetur Authent. de Consulibus. §. Et actiuaque. vers. Si verò. de Augusto, aut coniuge Imperatoris, & vniuersaliter de coniuge Consulibus, aut cuiuscunque alterius viri illustri, quod deceat etiam illam frui claritate sui coniugis; siquidem vxores, Lege, Hoc dante. coruscant radiis maritorum: quæ enim ratione lux dignitatis, & maiestatis, quæ est in marito, suos quasi radios transmittit ad coniugem; illque facit etiam ipsam splendere, & coruscare, quasi secundariò; & dependentem à luce mariti; & eosdem honores, & titulos secundariò illi deferri, qui per se, & primariò debentur marito; eadem ratione lux, & splendor Diuinitatis, quasi secundariò extenditur ad Humanitatem, & secundariò etiam Humanitas redditur digna eodem cultu, & adorabilis eadem adoratione.

Neque videtur quoad hoc esse admittenda distinctio, quam ponit Alen. part. 3. quæst. 30. membr. 2. & aliqui alij apud Valq. disp. 95. cit. cap. 1. n. 3. & apud Suar. disp. 53. sect. 2. §. Secundò oportet. de duplici latria, id est, strictè accepta, & latè, vel, vt alij loquuntur, superiore, & inferiore; & quod latria superiore, & strictè accepta, sola Diuinitas, & Persona Verbi in Christo sit adoranda; latria verò inferiore, & latè accepta possit, & debeat adorari Humanitas; nisi enim sit quæstio solum de nomine, & latria superior, & strictè accepta illa intelligatur, quæ debetur excellentiæ diuinæ in se ipsa, & per se primò, & latria inferior, & latè accepta, vel per extensionem vocabuli sit illa, quæ debetur eidem excellentiæ, prout communicata Humanitati; & hæc per illam adoratur per se secundò, multò est probabilius, quod latria, qua adoratur Humanitas, sit illa ipsa, qua adoratur Diuinitas; & hæc vtraque natura in Christo rectè adoratur per vnâ, & eandem latriam, non solum specie; sed etiam numero: sic enim fecerunt, verbi gratia, Angeli, quando Deus introduxit Christum, vt primogenitum, in Orbem terrarum, vt dicitur ad Hebr. 1. & actum, quo adorabant actualiter Verbum diuinum, non aliter variarunt, quam addendo aliquid solum materiale ex parte obiecti, & rei adoratæ, id est, ipsam naturam humanam, eumque actum fecerunt maiorem solum quantitatiuè, & extensiuè, quatenus illam terminarunt ad plura adorabilia, id est, ad vtranque naturam in eodem supposito existentem; non autem fecerunt maiorem intensiuè, id est, perfectiorem, vt loquitur Alen. part. 3. quæst. 30. membr. 2. §. Ad 2. confirmatio-nem. Et idem fecerunt etiam Magi flectentes exteriùs genua, & figentes oscula sanctissimi pedibus Christi infantis; eique munera offerentes, & interiùs dirigentes, & extendentes, & terminantes affectum ad vtranque naturam, prout simul vnitam in eadem Persona. Et sine dubio hanc vnitatem videntur probare exempla allata de carbone, & ferro ignito, quæ sunt intangibilia per vnâ, & eandem intangibilitatem ipsius ignis; & de anima, & corpore, vel ipso toto composito alicuius viri sancti, quæ sunt adorabilia per vnâ, & eandem adorabilitatem dulciæ ipsius animæ, in qua est sanctitas, & excellentia gratiæ; & de quantitate, & substantia quanta, quæ habent partes extensas, & extra partes per vnâ, & eandem rationem partium; & de natura specifica, & indiuiduo, verbi gratia, homine, & Petro, quæ sunt risibiles per vnâ, & eandem risibilitatem; & denique de Augusta, aut coniuge viri Principis, & de ipso Principe, qui simul

simul splendent vno, & eodem splendore, aut luce dignitatis, & Principatus. Et hanc eandem identitatem, & vnitatem adorationis pro vtraque natura videntur importare etiam locutiones Conciliorum, & Patrum: nam in Concilio Ephesino can. 8. dicitur, quod in Christo homo assumptus, id est, Humanitas, coadoratur Deo Verbo, non tanquam alter, qui per se adoratur cum altero; sed, quia Emmanuel, id est, Deus nobiscum, vel homo Deus, vna supplicatione, & vna glorificatione colitur: quod tamen esset falsum, si vna latria superiore coleretur Deus Verbum, & alia inferiore, homo assumptus, seu Humanitas; & in 5. Synodo Constantinopolitana collat. 8. can. 9. expressè damnantur duæ adorationes, per quarum vnâ quali separatim adoratur Verbum, & per alteram homo assumptus, id est, Humanitas; & definitur, quod secundum traditionem Ecclesiæ vna tantum adoratione est adorandus Deus, Verbum incarnatum simul cum eius carne, quo similiter contra latriam duplicem nihil potest esse clarius: & in 7. Synodo generali, quæ est Nicæna 2. actiōe 6. in fine, & apud Suar. disp. 57. sect. 2. co. 1. dicitur, quod adoratur Christus, non separatim Humanitas à Diuinitate; sed vtraque, vt vnum adoratur latria: & denique in Trident. sess. 13. c. 5. vnus tantum latriæ sit mentio; non autem duplicis, dum definitur, quod Eucharistia est adoranda latria propter præsentiam Diuinitatis, & Humanitatis. Et eadem ratione S. Damascenus lib. de fide, cap. 8. & lib. 4. cap. 3. asserit, quod caro in Christo non adoratur, vt nudè, id est, per se, & vt non includens Diuinitatem; sed adoratur, vt caro Dei, & vt deificata per Deitatem; sicut & ferrum ignitum non refugitur, vt ferrum nudum; sed vt ignitum; quod tamen similiter esset falsum, si Humanitas adoraretur per aliam latriam; siquidem adoraretur, vt nuda à Deitate, & solum vt induta, & ornata per alias excellentias creatas, v. g. per dona gratiæ, & gloriæ, & vnionis hypostaticæ, &c. & S. Epiphanius in Anchirao, circa med. non dicit, Humanitatem in Christo adorari, quasi per se, & adoratione propria ipsius; sed coadorari simul cum Diuinitate; sicut & purpura Regis non adoratur per se, & adoratione sibi propria; sed coadoratur simul cum Rege. Et denique S. Augustinus Serm. 58. de Verbis Domini, ea solum de causâ ait adorari Humanitatem in Christo, quia est suscepta à Diuinitate, & Deitati vnita: si autem Deitas, vt vnita Humanitati, est tota ratio formalis, propter quam, & sub qua adoratur Humanitas per adorationem latriæ; impossibile est, vt latria, qua adoratur Humanitas, non sit illa ipsa, qua adoratur primariò Deitas, cum semper actus qui fertur in obiectum secundariò sub aliqua ratione primaria, sit idem cum illo, qui fertur in ipsam rationem primariam, vt patet ex S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 1. & diximus supra p. 9. n. 9. dum ageremus in re simili de vnitate specifica actus charitatis, prout versatur circa Deum, & prout versatur circa proximum propter eandem bonitatem Dei: quemadmodum enim in Physicis extensio rei quantæ est eiusdem speciei cum ipsa quantitate, per quam formaliter res est extensa, & quanta, imò & formaliter est ipsa quantitas, prout in subiecto, & in re quanta, & vniuersaliter effectus formalis, & denominatio cuiusque formæ accidentalis est ipsa forma: ita & adorabilitas Humanitatis in Christo per Deitatem, est eiusdem speciei cum adorabilitate ipsius Deitatis; & Deitas, siue adoratur per se, & vt quod, siue adoretur in Humanitate, & vt quo, semper est digna eadem suprema adoratione latriæ; non autem vna latria

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

superiore est adoranda vt quod, & alia inferiore est adoranda vt quo; & semper quod in aliquo genere est tale vt quod, si præterea alicui alteri sit ratio vt quo essendi tale, solum potest esse illi ratio, vt sit tale in eadem specie, vt patet in exemplo allato de quantitate, quæ est extensa vt quod, & præterea rei quantæ est ratio vt quo essendi extensam, non in alia specie, sed solum in illa, in qua est ipsa; & idem etiam Deitas, quæ per se adoratur vt quod adoratione latriæ, & præterea coniuncta Humanitati est illi ratio vt quo, vt adoratur, solum potest esse ratio in eadem specie, & non in alia; quia, scilicet, non est illi ratio formalis solum sub qua, sicut abstractio, verbi gratia, in obiectis scientiarum, dicitur esse ratio formalis, sub qua de illis sunt demonstrationes, sed est ratio formalis quæ, id est, quæ ita formaliter, & intrinsecè constituit Humanitatem in esse adorabilis, vt etiam ipsa verè ingreditur adorabilitatem illius, & verè attingatur per actum adorationis, ac proinde solum facit eam adorabilem per illam adorationem, per quam adoratur etiam ipsa; quæ tamen est sola adoratio per latriam superiorem, & propriè dictam.

Neque contra hoc, quod dicimus ex S. Epiphanius, quod Humanitas in Christo non tam adoratur adoratione latriæ, quam coadoratur simul cum Deitate, facit Concilium Ephesinum cap. 8. cit. vbi dicit anathema illi, qui dixerit assumptum hominem esse coadorandum Deo Verbo, & conglorificandum, tanquam alterum cum altero, sicut syllaba, con superadicta cogit intelligi. Vt enim notat Valq. tom. 1. cit. in 3. part. disp. 95. cap. 2. n. 11. id solum dicitur contra Nestorium, qui in Christo diuidebat, & distinguebat duplex suppositum, & vtranque dicebat esse adorandum, vt verè distinctum, & tanquam alterum ab altero: & solum hoc modo, & cum hac alteritate admittebat vnum coadorari alteri; non autem dicitur contra Sanctum Epiphanium, & contra Catholicos, qui solum agnoscent dupliciter naturam cum vnitate suppositi; & dignitatem naturæ diuinæ dicunt esse rationem, vt adoratur Humanitas adoratione latriæ; & idem simul attingi per actum adorationis, & Humanitatem non aliter adorari nisi per illam, & solum concomitanter, & simul cum illa, idque solum intelligunt per coadorari. Et quemadmodum in Physicis rectè dicitur, quod res quanta coextenditur quantitati, quia hæc per se ipsam extenditur, sibi que coextendit rem quantam; non autem, quia illam facit esse extensam quasi seorsim à quantitate: ita & Diuinitas rectè dicitur, quod coadoratur Humanitati; quia per se ipsam est adorabilis, sibi que facit Humanitatem coadorabilem; non autem quia illam facit adorabilem, quasi seorsim à Diuinitate, eamque non includendo, vt rationem formalem, cur ipsa sit adorabilis. Imò hoc est, quod subdit Concilium Ephesinum eodem can. 8. dum definit, quod vna tantum supplicatione est venerandus Emmanuel, & vna glorificatio est illi impendenda, secundum quod Verbum est caro factum, vt supra indicauimus n. 1. est enim sensus, quod illa ipsa, quæ est adoratio Diuinitatis, prout in Christo, vel prout Verbum est caro factum, est etiam adoratio Humanitatis, & illa ipsa, quæ est adoratio Humanitatis, prout assumptæ, & deificatæ à Verbo, est etiam adoratio Diuinitatis: Et hoc modo Sanctus Cyrillus lib. 1. de fide ad Reginas, & apud Suarium tom. 1. de Incarnat. disp. 53. sect. 2. concl. 1. in fine, negat, esse in Christo vnâ naturam, quæ adoratur; & aliam, quæ non adoratur; sed

4.
Rectè dicitur, quod Humanitas coadoratur Diuinitati.

QQ

sed ait, vnam Verbi naturam incarnatam esse adorabilem vna adoratione cum carne sua ; quia , nimirum , adoratio vnus semper est adoratio vel coadoratio etiam alterius . Rectè tamen addit ibi Suar. quoad modum loquendi Conciliorum , & Patrum , non esse dicendum , quòd Christus coadoratur Deo ; sicut dicitur , quòd Humanitas coadoretur Diuinitati : quia nomine Christi importatur suppositum diuinum , quod per se , & ratione sui adoratur , vt Deus , & non ratione alicuius alterius , cui sit coniunctum , & quod sit illi ratio , vt adoretur , sicut contingit in Humanitate respectu Diuinitatis .

5. An, & quomodo dicatur, quòd Humanitas in Christo adoratur per accidens ratione Diuinitatis.

Vtrum autem ex hoc, quòd Humanitas in Christo adoratur latria propter Diuinitatem suppositi, possit dici, quòd adoretur per accidens, seu per aliud, parum refert ad nostrum propositum. Afirmat Durand. in 3. dist. 9. quest. 2. vbi ait, illud solum honorari, vel adorari per se, in quo est causa talis honoris, aut adorationis; & illud adorari, vel honorari per accidens, in quo non est talis causa, sed dicit aliquam habitudinem ad illud, in quo est; & hoc modo adorationem latriæ per se deberi soli Deo, & supposito diuino, & per accidens deberi Humanitati Christi, quæ incidit, vt ipse loquitur, in supposito diuinum. Et hunc eundem modum loquendi, quòd Humanitas adoretur per accidens per vniõnem, & pertinentiam ad suppositum diuinum, probat, & defendit etiam Cordub. lib. 1. Quest. 9. 5. dub. 3. puncto 4. concl. 2. & Valq. disp. 95. tit. cap. 3. num. 12. & 14. Improbatur verò, & reprehendit illum Suar. disp. 53. sect. 2. conclus. 1. quia minus cautè videtur dici, quòd Humanitas adoretur per accidens, propter coniunctionem, & vniõnem cum Verbo; cum hæc coniunctio sit maximè per se, & in vniõnem suppositi; non autem sit per accidens, sicut videtur significari, dum dicitur, quòd sit ratio, vt Humanitas adoretur per accidens: sed nisi dicamus, quòd hæc quæstio sit solum de nomine, & locutio Durandi, & Vasquez benè explicetur, multò aptior, & tutior videtur locutio Suarij: siquidem ex Aristotele 5. Physic. text. 1. illud solum denominatur per accidens, quòd accidit illi, quòd denominatur per se, vt quando Musicus dicitur ambulare, quia ambulat is, cui accidit, vt sit Musicus: & hoc modo in tantum Humanitas potest dici adorari per accidens, in quantum ipsa accidit Christo, & supposito diuino, quòd adoratur per se; quòd tamen dici non potest, cum reuera non accidat; sed maximè per se cum illo vniatur, & ad illud pertineat. Et quòd subdit Aristoteles ibidem, posse aliquid denominari etiam ratione partis, vt quando corpus dicitur fanari, quia fanatur oculus, aut thorax, quæ sunt partes totius corporis; non significat, quòd etiam hic modus pertineat ad denominationem per accidens, vt putat Vasquez num. 15. siquidem ab Aristotele asseritur, vt modus planè diuersus, & tanquam denominatio per se, non quidem primò, & ratione sui; sed per se secundò, vt diximus paulò ante n. 2. & idè non probat, quòd Humanitas in Christo adoretur per accidens; sed solum quòd adoretur per se secundò ratione Diuinitatis, aut suppositi, quòd adoratur per se primò. Et hoc modo etiam Sanctus Thomas 3. part. quest. 25. art. 1. de eo, qui honoratur in aliquo sui, vt dum alicui osculamur, verbi gratia, manum, aut pedem, non ait, quòd honoraretur per accidens in huiusmodi partibus; sed, quòd honoraretur per se, & ratione propriæ excellentiæ, & honorabilitatis, quæ secundariò redundat etiam in manus, aut pedes; non autem ratione excellentiæ, quæ sit primariò in ipsis par-

tibus, & ab illis extendatur ad ipsum totum. Et addit, quòd per hunc modum potest quis honorari, etiam in aliquo exteriori, verbi gratia, in veste, in imagine, aut in nuncio; & in his omnibus causam honoris ait esse id, ex quo is, qui honoratur, habet aliquam excellentiam: & Caietanus eo loco, §. Vbi habes. expressè ait, quòd his omnibus modis honoratur aliquis secundum se; & totum, verbi gratia, secundum se honoratur sua parte; & representatum, vel imaginatum secundum se, honoratur sua imagine; & qui mittit nuncium, aut legatum, secundum se honoratur suo nuncio, aut legato, in quantum, scilicet, totum intelligitur secundum se esse in suis partibus; & prototypum, seu imaginatum in sua imagine; & Princeps in suo nuncio, vt idem subdit §. Circa distinctionem alteram. Quate, cum etiam Humanitas in Christo se habeat veluti pars, & tota ratio eam adorandi sit ipsa excellentia Christi, & suppositi diuini, quæ in illam redundat; sicut & excellentia Principis, aut Pontificis, redundat in manum, aut pedem, quem immediatè, & proximè honoramus per osculum; neque ipse Christus dici debet adorari per accidens, dum adoratur in ipso Humanitas; neque Humanitas dici debet adorari per accidens, dum adoratur in Christo, & veluti in suo toto; sed vtique dici debet adorari per se, id est, Christus, & suppositum diuinum per se primò, & Humanitas in Christo concomitanter, & quasi per se secundò.

Et quòd dicimus de Humanitate, aut natura humana in Christo, quòd sit adoranda adoratione latriæ, idem est intelligendum de ipsius anima, & corpore ab inuicem separatis in triduo mortis, cum verè manserint vnita Verbo; non autem fuerint ab illo dimissa, vt notat Sayrus lib. 4. Clauis regie, cap. 3. num. 8. & Azorius part. 1. lib. 9. cap. 5. quest. 7. Et idem est, etiam de sanguine, si in eodem triduo mansit vnitus, vt idem subdit quest. 8. quanquam non desint, qui putent; eum fuisse pro tunc dimissum à Verbo, & idè non debuisse, aut potuisse adorari latria, nisi fortè eo modo, quo adoratur Crux, & clauis, & alia huiusmodi, quæ terigerunt ipsum Christum, vt vult Sanctus Thomas 3. part. quest. 25. artic. 4. Imò eadem adoratione latriæ sunt adoranda hæ partes, etiam extra triduum mortis, & extra tempus realis separationis ab inuicem, si vnaquæque per se saltem mente consideretur, vt vnita Diuinitati, & diuino supposito; & prædicatur ab alia comparte, vt patet ex vulgarissima oratione, qua dicimus: Anima Christi, sanctifica me. Corpus Christi, salua me, &c. Et si contingat, vt in angustiissimo Sacramento Eucharistiæ, aut alibi miraculosè appareat sanguis ipse, aut caro, vt sæpiùs contigit; ea quoque est adoranda cultu latriæ, cum reuera, vel sit ipse sanguis, aut caro Christi, vt aliqui volunt; vel saltem representet verum sanguinem, & veram carnem illius, vt vult S. Thom. 3. part. q. 76. art. 8. & videre est apud Suarium tom. 3. de Sacramento, disp. 55. sect. 2. Vasquez tom. 3. in 3. partem in Commentaria ad art. 8. qu. 76. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 6. qu. 3. Layman lib. 4. tract. 7. cap. 5. num. 13. Bonacina de Eucharist. disp. 4. quest. 3. puncto 6. §. 3. num. 5. tom. 1. & in primum præceptum Decalogi, disp. 3. quest. 1. puncto 2. num. 9. tom. 2. & apud alios. Vnde saltem huiusmodi sanguis, aut caro miraculosa est adoranda adoratione latriæ respectiua, vt benè explicat Layman: sicut & adorantur Imagines, quæ representant Christum, & Deum, vt infra dicemus.

Neque

Neque contra hæc multum facit, quòd neque partes naturæ humanæ assumptæ à Verbo, neque ipsa tota Humanitas, & natura humana, prout est in Christo, sit æqualis excellentiæ cum ipsa natura diuina; neque sit primum principium rerum omnium, & idè neque sit capax eiusdem supremæ adorationis, quæ est latria: id enim solum probat, quòd non sit capax illius, per se primò, quomodo est capax ipsa Diuinitas; non autem probat, quòd non sit capax per se secundò, propter coniunctionem, quam habet in eodem supposito cum natura diuina, vt benè explicat Suar. disp. 53. sect. 2. cit. concl. 1. §. Neque contra. & Valq. disp. 95. c. 3. n. 21. Et hac ratione etiam sacrificium, quod Christo exhibetur ratione Diuinitatis, redundat secundariò in ipsam Humanitatem, vt subdit ibid. Suar. non quòd excellentia supremi principij, & finis vltimi rerum omnium, quæ propriè significatur, & repræsentatur, & honoratur per sacrificium, per se conueniat Christo ratione Humanitatis; sed, quia, dum per illud honoratur ipse Christus ratione Diuinitatis, simul honoratur in Christo, quicquid est Christi, & per consequens etiam Humanitas, & saltem per communicationem idiomatum, rectè dicitur, quòd sacrificium offertur huic homini, qui est Christus, cum reuera sit etiam Deus, vt explicat Valq. disp. 96. c. 8. n. 61. Et idem est de actu dilectionis simpliciter super omnia: quia enim huiusmodi actus ex propria ratione specialiter respicit bonitatem Dei verè summam, & infinitam, prout est in se; non autem prout coniunctam cum alio, vel prout alteri communicatam; hinc est, vt non possit competere Humanitati Christi, & hæc secundum ordinem charitatis semper sit minus amanda, & appetianda, quam Deus, quauis in concreto hic homo Deus, prout importat suppositum, non sit minus amandus, cum verè sit Deus: & quemadmodum excellentia diuina non eodem modo facit adorabilem Deum, cui conuenit per se primò, & adorabilem Christi humanitatem, cui solum conuenit per se secundò, & illum facit simpliciter adorabilem, prout est in se, & hanc solum facit coadorabilem, prout est in alio, id est, in Verbo, vt iam explicauimus: ita & bonitas non eodè modo facit amabilem Deum, cui conuenit per se primò, & amabilem Humanitatem, cui coniungitur per se secundò; sed illum facit amabilem simpliciter primò, & simpliciter super omnia; & hanc facit amabilem solum secundò, & solum post Deum, sicut & facit amabiles alios proximis, quibus coniungitur longè minus, quam Christo.

7. Quare Humanitas in Christo non amatur super omnia simpliciter, sicut amatur Deus.

6. Etiam partes Humanitatis, id est, anima, & corpus, in Christo sunt adoranda adoratione latriæ.

DISPUTATIO V.

Vtrum Christo, eiusque Humanitati possit tribui alius cultus, præter cultum latriæ.

- 1. Proponitur ratio dubitandi.
2. Ex S. Thoma Humanitati Christi potest esse debitus alius cultus, præter cultum latriæ.
3. Et idem asserunt plures alij ex Scholasticis.
4. Sed contra videtur probari ex Conciliis, & ex Patribus, & ex usu Ecclesie, & ex ratione, quòd solus cultus latriæ sit illi exhibendus.
5. Et sic asserunt plures alij.
6. Quomodo vtraque sententia possit conciliari.
7. Cultus hyperdulæ, aut dulciæ exhibitus Christi Humanitati secundum aliquos est cultus superfluus, scandalosus, & illicitus.
8. An, & quomodo Christi Humanitas possit orari, vt orat pro nobis.

- 9. Quibus modis Christus in calo existens pro nobis orat.
10. Christus in calo non orat, vt aliquid impetret nisi de nouo; sed vt Deus re ipsa conferat, quòd ab illo iam impetrau.
11. Ex eo, quòd Christi Humanitas possit orari, vt distincta à Verbo, non sequitur, quòd etiam possit adorari.
12. Et idè est, si possit laudari laudatione ipsi propria.
13. Quomodo omnes excellentiæ Humanitatis simul adorentur eadem adoratione, qua adoratur excellentia Verbi.

Ratio dubitandi est: quia, præter excellentiam increatam Diuinitatis, quam participat Christi Humanitas in ipso Verbo, & ratione cuius illi debetur cultus latriæ, vt iam explicauimus, multiplex alia excellentia creata potest in illa considerari, ratione cuius videtur illi esse debitus aliquis alius cultus, vt, v.g. excellentia vniõnis hypostaticæ, gratiæ habitualis, sapientiæ, & scientiæ infusæ, & aliorum donorum, quæ se habent vt formæ, & tanquam habitus permanentes; & præterea excellentia operationum, v.g. ipsius redemptionis, qua nos redemit de rigore iustitiæ; excellentia actualis influxus, quem habet tanquam Caput Ecclesiæ in omnia membra, excellentia doctrinæ, qua nos docuit veram fidem, & viam salutis; excellentia curationum, & miraculorum, quibus pertransiit benè faciendo omnibus, & omnes sanando, &c. quia enim honor est præmium virtutis, vt dicitur 4. Eschicor. c. 3. & virtus est digna honore, non solum prout existit in habitu, quomodo honoramus viros sapientes, & fortes, & sanctos, etiam quando nihil actu operantur; sed etiam prout est in actu, quomodo illos honoramus, quia nos docuerunt, vel quia pro nobis hostes vicerunt, vel aliquid à Deo nobis impetrarunt; Christi Humanitas vtroque modo videtur digna honore, id est, & propter excellentias habituales, & propter excellentias actuales; & quia hic honor non potest esse cultus latriæ, qui solum tribuitur excellentiæ increatæ, omnino erit aliquis alius, id est, supremus inter honores, qui possunt deberi excellentiis quibuscunque creatis.

Et hoc modo præter cultum latriæ possè tribui Humanitati Christi etiam alium cultum inferiorum, videtur clarè asserere S. Th. 3. part. qu. 25. art. 1. vbi ait, esse quidem in Christo vnam tantum adorationem, quantum est ex parte personæ, aut suppositi, quòd adoratur, & honoratur; esse tamen etiam plures, quantum est ex parte causæ, qua honoratur; & alio honore eum honorari, v.g. propter sapientiam increatam; & alio propter sapientiam creatam. Et clariùs hoc idem explicat art. 2. dum subdit, adorationem Humanitatis in Christo, si fiat ratione ipsius Verbi, esse adorationem latriæ: si verò fiat ratione ipsius Humanitatis, quæ est perfecta omnimunere gratiarum, esse adorationem dulciæ, & vnam, & eandem personam Christi adorari adoratione latriæ propter suam Diuinitatem, & adoratione dulciæ propter perfectionem Humanitatis: neque hoc esse inconueniens, cum ipsi etià Deo Patri debeatur honor latriæ propter Deitatem; & honor dulciæ propter dominium, quo gubernat creaturam, iuxta illud Glossæ in illa verba Psal. 71. Domine Deus meus, in te speraui, &c. vbi dicit: Domine omnium per potentiam, cui debetur dulciæ; & Deus omnium per creationem, cui debetur latria. Et quævis fortasse hic honor dulciæ, qui tribuitur Deo Patri, propter dominium, quo gubernat creaturam, non differat nisi ratione, & solo nomine

1. Proponitur ratio dubitandi.

2. Ex S. Thoma Humanitati Christi potest esse debitus alius cultus, præter cultum latriæ.

mine ab honore patriæ, qui illi tribuitur propter Deitatem, qua est principium creationis, vt supra explicauimus disp. 3. num. 7. si quis tamen absolute contendat, posse tribui Deo etiam veram duliam, id est, adorationem inferiorem patri ratione actualis dominij, quod exercet in gubernatione creaturarum, & in quantum hæc est quædam excellentia actualis, & quædam operatio transiens in ipsas creaturas, non dicet, nisi conformiter sensui, & locutioni S. Thomæ iam allatæ ex 3. part. q. 25. art. 2. quam etiam repetit in 3. dist. 9. q. 2. art. 2. & non erit reprehendendus, dum modo, tanquam rationem exhibendi duliam, accipiat solam externam gubernationem; nõ autem simul inuoluat illius principium ex parte Dei, id est, infinitam sapientiam, & bonitatem; quomodo semper est adoranda adoratione patriæ, vt supra notauimus disp. 3. num. 9.

Et hoc idem, quod humanitas Christi possit adorari alia adoratione, quam patriæ, expresse asserit idem S. Thomas in 4. dist. 9. q. 2. art. 2. vbi ait, inter omnes rationes excellentiæ, eam esse præcipuam, qua creatura honoratur ratione vnionis ad Creatorem, sicut Humanitas Christi, & quæ ad ipsam pertinent; & hanc adorationem speciali nomine appellari hyperduliam.

Et cum S. Thoma etiam sentiant Scotus in 3. dist. 9. quest. 1. art. 2. §. Sed restat. & S. Quantum ad vnum plures alij ex Scholasticis. Dur. ibidem, quest. 3. n. 7. Palud. q. 2. Caiet. 3. part. quest. 25. art. 1. & 2. Henricus Gandau. quodlib. 10. quest. 6. Corduben. lib. 1. quest. 5. dub. 3. puncto 4. Canisius de Beatissima Virgine lib. 5. c. 15. §. Verum ad hyperduliam. Suar. tom. 1. de Incarnati. disp. 53. sect. 2. concl. 2. & 3. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 5. quest. 7. Bonacina in primum præceptum Decalogi, disp. 3. quest. 1. puncto 1. n. 7. tom. 2. & plures alij apud Vasq. de Incarnati. disp. 96. cap. 1. num. 1.

Contra verò, quod Christi Humanitati non sit exhibendus alius cultus, nisi patriæ, videtur probari ex iis locis Conciliorum, & Patrum, quæ supra attulimus disp. præcedente, num. 3. & damnant pluralitatem adorationum in Christo, per quarum vniam adoretur Verbum, & per alteram adoretur Humanitas, quasi separatim, & tanquam altera ab altero; & definiunt, quod quando adoratur Christus, non separatur Humanitas à Diuinitate; sed vtraque, vt vnium, adoretur patriæ, & caro in Christo non adoratur, vt nuda; sed vt caro Dei; sicut & ferrum ignitum non est intangibile per se, sed vt ignitum; & purpura Regis non adoratur, nisi vt continens, & vestiens Regem, &c. hæc enim omnia non videntur consistere, si admittamus hyperduliam, aut duliam ratione excellentiæ creatæ, quæ potest considerari in Humanitate Christi; & etiam hanc dicamus posse illi exhiberi præter patriam. Et confirmatur; quia Ecclesia ex antiquissimo, ac receptissimo vsu vnica tantum adoratione patriæ Christum adoratur, cæque tantummodo preces ad illum fundit, quæ sunt accommodatæ Diuinitati, & respondent patriæ, dum semper dicit, *Miserere nobis*, & nunquam illas adiungit, quæ respondent hyperdulie, aut dulie, dicendo, verbi gratia: *Intercede pro nobis*, aut, *Oratio pro nobis*, vt etiam, concedit Caiet. 3. part. quest. 25. art. 1. cit. §. Circa primam distinctionem. Et ratio videtur esse: quia aliæ omnes excellentiæ creatæ, quæ possunt considerari in Humanitate Christi; ita absorbentur ab excellentia increata, quæ illi communicatur per vnionem cum Verbo, vt sunt prorsus quasi nullius considerationis, & planè indignæ, quæ honorentur, aut adorentur per se, quandiu manent quasi absorptæ ab ex-

3. Et item asserunt plures alij ex Scholasticis.

4. Sed contra videtur probari ex Concilio, & Patribus, & ex vsu Ecclesiæ, quod solus cultus patriæ sit illi exhibendus.

5. Et sic asserunt plures alij.

6. Quomodo vtraque sententia possit conciliari.

cellentia increata: nam, vt ait Nicetas in orationem 51. S. Gregorij Nazianzeni, in illa verba, *Quocirca*, & apud Vasq. tom. 1. de Incarnati. disp. 96. cap. 3. num. 11. quemadmodum, si totus aer esset igneus, & in illum iniiceretur paruum granum, aut frustum ferri; ita igniretur, & qualitibus ignis ita imbiberetur, etiam ipsum, vt in toto aere nihil aliud reputaretur esse, nisi ignis; & qualitates, & natura ferri ita manerent, vt tamen haberentur planè pro nihilo, & perinde ac si non manerent: ita & natura humana in Verbo ita imbiberetur excellentia Verbi, vt omnes aliæ excellentiæ inferiores, & creatæ, quæ possunt in illa considerari, sint quasi nullæ, & quasi euanescent, & totæ absorbeantur in ipsam excellentiam Verbi, & idè nec mereantur per se honorari, aut adorari, quasi extra illam: quod etiam clarissime demonstratur exemplo alio apud eundem Vasq. disp. 96. cit. cap. 5. num. 54. cap. 7. n. 49. de eo, qui electus in Regem, vel Imperatorem, simul retineat dignitatem, & titulum, verbi gratia, Ducis, Baronis, Marchionis, & Comitibus; & electus in Summum Pontificem, simul retineat dignitatem Episcopi, Sacerdotis, Diaconi, &c. sicut enim Maiestas regia, & imperatoria, & summa Dignitas pontificia planè absorbet omnes alios titulos, ac dignitates inferiores; & idè magnum iniuriam faceret Regi, aut Imperatori, qui illum in ipsa Regia veneretur solum, vt Comitum, vel vt Ducem; & Summum Pontificem specialiter solum coleret, vt Sacerdotem, vel vt Diaconum: ita & excellentia increata in Christi Humanitate planè absorbet omnes alias excellentias inferiores, & creatas; & magnam iniuriam facit Christo, qui illum adoratur specialiter, & præcisè, vt hominem sapientissimum, & sanctissimum omnium; neque vnus cogitat de illo adorando, vt homine Deo, cum vnusquisque, si honoratur, semper sit honorandus secundum maximum suæ honorabilitatis, non autem secundum minimum; & quod asserit Aristoteles 1. celi, text. 116. potentiam semper esse definiendam, & determinandam per excessum, & maximum, in quod potest: vt, verbi gratia, potentiam leuatium, & portatuum ponderis vt centum, per ipsa centum, in quæ potest, idem possit intelligi etiam in honorabilitate vnus cuiusque, & etiam hæc semper est apprehendenda, & honoranda secundum maximam excellentiam, quam habet vnusquisque; non autem secundum alias, quæ sunt infra maximam.

Et propter has rationes non esse exhibendum Humanitati Christi nisi cultum patriæ; & si quis alius cultus inferior hyperdulie, aut dulie, possit illi exhiberi, quantum est ex natura excellentiæ inferioris, & creatæ; eum tamen non esse decentem, & conuenientem, stante excellentia omnium maxima, & increata per Deitatem, quam habet vniam; sed esse cultum planè superfluum, & scandalosum, & illicitum, docet Valen. tom. 4. disp. 1. q. 24. puncto 1. §. Sed cum confet. Corduben. lib. 1. quest. 5. dub. 3. puncto 4. conclus. 4. & fusè Vasq. tom. 1. de Incarnati. disp. 96. c. 4. n. 18. & seqq. vbi etiam citat ex veteribus Thomam Valdensem, Catarinum, Sanctum Bonauenturam, Maiorem, Richardum, Albertum, qui asserunt, Christi Humanitatem semper esse adorandam patriæ: quia semper est coniuncta Diuinitati; & adorationem hyperdulie, aut dulie non esse illi exhibendam, nisi in eo casu, in quo dimitteretur à Verbo, & remaneret per se cum suis aliis excellentiis inferioribus.

Sed fortasse non multum discrepant inter se, qui tuentur hanc vtranque sententiam, & facile possunt conciliari, si aduertamus, S. Thom. Scot. &

5. Et sic asserunt plures alij.

6. Quomodo vtraque sententia possit conciliari.

& alios primo loco citatos, nunquam asserere, quod in praxi, & de facto teneantur fideles alium cultum tribuere Humanitati Christi; præter cultum patriæ; & quod non plenè satisfaciant suæ obligationi de illa colenda, si semper colant, vt conueniam Diuinitati, & vnium cultum patriæ semper illi tribuant: imò expresse id negant, dum asserunt, Christi adorationem esse vniam tantum, quauis causæ adorandi sint plures; sed solum assignare, speculatiuè loquendo, diuersitatem adorationis, in quantum prouenit ex diuersitate causarum, & in quantum est apta fundari, si ipsæ causæ respiciantur per se, & quasi præcisè, & separatæ ab inuicem. Et hoc ipsum non modo non negant, sed expresse asserunt Authores alij, vt patet ex Valen. loc. cit. §. Ad argumenta. col. 380. vbi ait, quod, quantum est ex natura rei, & seclula consuetudine Ecclesiæ, potest Christus, ratione Humanitatis, honorari etiam dulia: & Corduben. cum dixisset concl. 1. Christi Humanitatem in se consideratam cum suis donis, & non vniam Verbo, non esse adorandam patriæ; sed hyperduliam, subdit concl. 4. eam in adoratione non esse separandam à Verbo: & Vasq. n. 18. cit. vbi ait; Humanitatem Christi nunquam decenter adorari, nisi adorata simul Deitate, & ipso Verbo, cui est vnita: & n. 32. non decere vlla ratione, vt relicta maxima dignitate, & excellentia, minor cultus ei deferatur; & n. 34. S. Th. dum in Christo admittit duplicem adorationem, solum velle, quod ex duplici titulo possit illi esse debita adoratio; non autem quod duplex motus, aut actus adorationis possit, & debeat in illum esse, id est, alter propter solam Diuinitatem, & alter propter solam excellentiam gratiæ, & donorum, quasi per se, & seorsim ab excellentia Diuinitatis; sicut & Regi, vel Imperatori, qui simul sit etiam Dux, & Comes, & Marchio, rectè dicitur, quod ex pluribus titulis sit debitus honor; non autem quod plures honores sint illi debiti, & de facto sint exhibendi, singillatim correspondentes singulis titulis: & n. 48. non esse decentem, & congruentem modum adorandi, qui debetur ratione maioris dignitatis, & excellentiæ, & qui sub eadem adoratione cõplectitur Humanitatem, tanquam aliquid ipsius suppositi; & n. 49. si Humanitas consideretur cum sola gratia habituali, esse quidem possibilem hunc modum adorationis, vt solum colatur hyperduliam; non tamen esse decentem, & conuenientem; neque per illum adorari Humanitatem Christi, vt oportet, cum non adoretur secundum maximam excellentiam; sicut neque esset conueniens, & vt oportet, adoratio Regis, qui simul haberet alios titulos Ducis, & Comitibus, & secundum illos tantummodo honoraretur; non autem secundum titulum Regis, qui est omnium maximus, & alios omnes minores quasi absorbet.

7. Cultus hyperdulie, aut dulie exhibitus Humanitati, secundum aliquos, est cultus superfluum, scandalosus, & illicitus.

Atque hac de causa, quia cultus, & adoratio Humanitatis ex sola excellentia gratiarum, & donorum, non est proportionatus fini adorationis, vt, scilicet, protestemur veram illius excellentiam, nõque illi subiciamus, damnamus illum Valent. loc. cit. §. Itaque, tanquam cultum superfluum, qui à S. Th. 2. 2. q. 93. art. 2. ponitur, vt species superstitionis, circa cultum veri Dei; & quia præbet occasionem recedendi à communi vsu Ecclesiæ, quæ Christi Humanitatem communiter colit solo cultu patriæ, & iuxta definitiones, & modum loquendi Conciliorum non exhibet illi, nisi vniam adorationem, eum damnat, vt scandalosum, & simpliciter vt illicitum: quod idem admittit etiam Vasq. dum illum negat esse decentem, conuenientem, congruum, & vt oportet, vt iam retulimus: ac proinde dicendum est, ex horum

sententia, huiusmodi cultus esse saltem peccatum veniale, vt communiter dicitur in materia de superstitione. Addit Valen. §. Dixi autem, quod tunc solum huiusmodi cultus hyperdulie, aut dulie Humanitati exhibitus, est damnandus, vt cultus superfluus, & illicitus, quando exhibetur ex primariâ intentione adorationis, & cultus, id est, solius protectionis excellentiæ, quæ reperitur in ipsa, & nostræ subiectionis, quâ profitemur ad ipsam; non autem, si exhibetur ex aliquo alio affectu, vt g. orandi ipsam Humanitatem, vt aliquid pro nobis petat à Diuinitate: nam, quauis Ecclesia nomine publico non oret hoc modo Christum, vt Dominum, vel eius Humanitatem, neque dicat: *Oratio pro nobis*, vel, *Intercede pro nobis*, sed oret solum, vt Deum, & solum dicat: *Audi nos. Exaudi nos. Miserere nostri*, vt notat S. Th. in 4. dist. 15. q. 4. art. 6. q. 2. ad 1. & Nauar. de orat. cap. 1. n. 23. & 24. & Azor. par. 1. lib. 9. c. 29. q. 8. quia sic maximè vitat hæresim Arrii de inæqualitate Filij, & Verbi diuini ad Patrem; & hæresim Nestorij de duplicitate suppositi humani, & diuini in Christo, vt ibi loquitur S. Th. & quia maximè in Christo agnoscat id, quod est dignius, & præstantius, id est, suppositum diuinum, vt notat Suar. de Incarnati. disp. 45. sect. 2. §. Ad primam confirmationem. & Corn. à Lap. in c. 8. ad Rom. n. 218. si quis tamen id faciat ex priuata deuotione, & in Christo benè distinguat duplicem tantum naturam, & duplicem voluntatem, per quarum alteram potest petere, & intercedere, id est, per humanam, & per alteram potest tribuere, & concedere, id est, per diuinam; non erit reprehendendus ex Caiet. Nauar. Corduben. Canisio, Suar. Valen. & Cornelio loc. cit. quia hoc modo fuit Christus sæpius rogatus, dum in terris degeret, & ipsemet sæpius orauit, & nunc etiam mihimè illum dedecet, vt pro nobis oret, cum sit pro nobis aduocatus ad patrem, & propitiatus pro peccatis nostris, 1. Ioan. 2. vel, vt legit S. Cyprianus epist. 54. cit. sit deprecatio, & etiam sedens ad dextram Dei interpellat pro nobis ad Rom. 8. & idè habeat sempiternum sacerdotium: quia semper est viuens ad interpellandum pro nobis, vt dicitur ad Heb. 7. Et hoc idem etiam ipse promissit Ioan. 17. dum esset proximus ascensioni ad cælum; *Ego ad Patrem vado: & quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam: & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*.

Neque hæc debent intelligi de oratione solum interpretatiua, vt eam appellat S. Thomas in 4. dist. 45. qu. 3. art. 3. & in c. 7. ad Hebr. & apud Suar. disp. 45. sect. 2. cit. init. in quantum, scilicet, ipsius merita diuino conspectui sunt semper præsentia, & quæ ipsius, suæque cicatrices pro nobis susceptas, atque retentas, continuè exhibet, atque ostendit, quæ sine dubio interpretatiuè, & virtualiter est pro nobis magna oratio, & magnorum honorum petitio, vt patet ex S. Thoma 3. part. qu. 57. art. 6. Vnde, & S. Ambrosius lib. de Isaac, c. 8. post medium, de Christo ait, quod sit vox nostra, per quam loquimur ad Patrem, id est, quod ipse totus sit nostra oratio. Et Sanctus Cyprianus epistola 54. quod sit nostra deprecatio; & ad Hebræos 9. dicitur, quod inuoinit in cælum, vt appareat vultui Dei pro nobis. & cap. 12. quod eius sanguis meliùs loquitur, & clamat ad Deum, quam sanguis Abel: sed maximè debent intelligi de oratione expressa, & formali, qua nobis petit subsidium diuine pietatis.

Et quod Christus verè, & propriè pro nobis oret, etiam sedens ad dextram Patris, & verè exerceat munus Pontificis, & mediatoris, & aduocati, deseruè a serunt plures ex Patribus, S. Gregorius Nazian-

8. An, & quomodo Christi Humanitas possit orari, ut oret pro nobis.

9. Quibus modis Christus in cælo existens pro nobis oret.

zenus orat. 4. de Theologia, Sanctus Ambrosius ad Roman. 8. Origenes homilia 7. in Leuit. S. Gregorius in Psal. 5. penitent. S. August. in Psal. 29. & 85. & tract. 102. in Ioan. & plures alij apud Cornelium à Lapide in c. 8. ad Rom. n. 215. & apud Toletum in c. 16. S. Ioan. annot. 35. & in c. 8. ad Rom. annot. similiter 35. & apud Azorium part. 1. lib. 9. cap. 29. qu. 7. & apud Suarium tom. 1. de Incarnat. disp. 45. sect. 2. vbi ex professo id probat. Neque hic modus orandi dedecet Christum, siue ex eo, quod sit Deus, siue ex eo, quod sit Beatus: siquidem alioqui neque orasset, quando in terris degebat, cum etiam tunc esset Deus, & Beatus, quantum ad animam; & modò etiam Beati pro nobis orant. Et quemadmodum minimè dedecet illius statum, & dignitatem, vt ex virtute religionis agat gratias Deo pro beneficiis, eius intuitu in nos collatis, eumque laudet: ita nec dedecet, vt pro nobis oret. Et qua ratione in sacrificio Missæ, quod est verè propitiatorium pro viuis, atque defunctis; idem ipse est actu offerens ministerio Sacerdotum, qui fuit per se solum actu offerens idem sacrificium cruentum in ligno Crucis, vt dicitur in Tridentino sess. 22. cap. 2. neque hoc dedecet illius statum ad dexteram Patris: eadem ratione nec dedecet, vt dicatur pro nobis esse actum orans, Deumque placans, atque propitiatus.

Sed rectè monet Nazianzenus orat. 4. citata, & ex illo Suarez sect. 2. cit. §. Ad fundamenta contraria sententia. quòd dum asserimus, Christum pro nobis orare, vt aduocatum ad Patrem, non debemus asserere, quòd ipso habitu, & figura corporis se se aduoluat ad pedes Patris, & seruilis modo se se in terram abiciat: nam hæc abiectio est planè seruilis, spiritusque indigna; neque est Patris, vt hoc præstet ad Patrem; neque est pium, aut æquum, vt hoc cogitemus de Deo; neque hic modus orandi est amplius consentaneus Christo pro statu patriæ, quamuis fuerit consentaneus pro statu viæ; vnde & legitur Matth. 26. quòd procidit in faciem suam; & Marc. 14. quòd procidit super terram: & Luc. 22. quòd orauit positus genibus, &c.

Et similiter rectè norant idem Suar. tom. 1. cit. de Incarnat. disp. 39. sect. 3. §. Sed contra. & disp. 45. sect. 2. §. Ad fundamenta. & Corn. à Lapide in cap. 8. ad Rom. num. 216. orationem, quam Christus pro nobis orat, etiam sedens ad dexteram Patris, non esse ad effectum nobis merendi, aut impetrandi aliquid de nouo; cum omnia, & singula ad salutem, & bonum cuiusque spectantia, satis petierit, & impetrarit à Patre, dum esset nobiscum, suisque meritis totius vitæ, suæque morte ita omnia composuerit, atque conluserit, vt habuerit de omnibus, & de singulis suo tempore implendis perfectissimam, & distinctissimam cognitionem, & plufquam certissimam promissionem; & idèd nihil reliquerit impetrandum de nouo: vnde & dicitur Matth. 28. esse illi data omnis potestas in cælo, & in terra: & Ioan. 13. certò sciuiffe, quia omnia dedit ei Pater in manus; sed eius oratio solum est ad effectum quodammodo exigendi ius sibi debitum, & re ipsa nobis præstanda, & eroganda, quæ iam pridem erant nobis promerita, & Christo ipsi pro nobis promiffa, & iam concessa pro suo tempore.

Neque hæc oratio dicenda est prorsus inanis, & perfunctoria, & frustratoria, vt pluribus contendit Valq. de Incarnat. disp. 82. cap. 3. num. 19. & seqq. pag. 589. col. 2. & disp. 96. cap. 2. num. 5. pag. 694. col. 1. in quantum, scilicet, nemo orat, quod sapius iam orauit, & impetrauit, & iam habet in manu;

sed solum gratias agit, & laudat liberalitatem donantis, & concedentis: nam contra est: quia, quemadmodum nec inaniter, nec perfunctorie, nec frustratorie, dum adhuc viueret, multiplicauit pro nobis preces, & actus meritorios; & tandem adiecit etiam sanguinis, & vitæ profusionem, quamuis benè sciret, satis, superque posse esse ad omnia etiam vnicum actum; & non inaniter, & frustratorie ad fructum suæ Passionis efficaciter applicandum huic, aut illi, & ad præstanda re ipsa auxilia, & dona gratiæ, quæ nobis promeruit, vult adhiberi præterea etiam orationes, & intercessiones Beatissimæ Virginis, & aliorum Sanctorum; & ad effectum, & fructum sacrificij Missæ, ipsemet voluit pro nobis manere, & esse principalis offerens, & Sacerdos, vt definitur in Trident. sess. 22. cap. 2. cit. ita nec inaniter, & perfunctorie, aut frustratorie potuit velle pro nobis de nouo orare, non quidem ad promerendum, aut impetrandum de nouo, quod iam pridem promeruit, & impetrauit; sed ad præstandum re ipsa, quod ab ipso initio potuit nolle præstari sine hac oratione de nouo facta, & Patri exhibita. Et cum hoc absolūtè non sit impossibile, neque vllam contineat indecentiam, & sit valde conforme locutioni Scripturæ, & Patrum, & magistorum Theologorum, asseritur multò rationabilius, quam vt dicatur Christus solum orare per orationem interpretatiuam, & per hoc, quòd ipse merita diuino conspectui sunt semper præsentia, vt paulò antè retulimus. Neque loca Scripturæ, & Patrum, quæ directè affirmant, Christum orare, satis intelliguntur de illa tantum oratione, quam orauit, dum viueret, & quæ adhuc perseuerat ac permanet, vt sic dicam, in aure, & mente Patris, & continuo ad illum pro nobis clamat, & loquitur, vt vult Valq. disp. 82. cit. cap. 4. num. 28. & seqq. quomodo etiam Iurista communiter dicunt, quòd lex, postquam est lata, quotidie loquitur, & semper disponit de nouo, L. Arriani. C. de Heret. nam sine dubio non de hac oratione locutus est Christus, quando promissit Ioan. 17. Ego rogabo Patrem. & S. Paulus ad Hebr. 7. quando dixit, eum habere sempiternum sacerdotium: quia est semper viuens ad interpellandum pro nobis. Et præter orationem, quam orauit, dum viueret, non est impossibilis, aut inconueniens etiam alia oratio, quam oret de nouo. Et quemadmodum Christi Humanitas, etiam sedens ad dexteram Patris, verè, & proprie est creatura, & per virtutem religionis Deum colit cultu latriæ, vt Creatorem, ac Dominum, vt loquitur Cornelius à Lapide in cap. 8. ad Rom. n. 217. & gratias illi agit pro beneficiis nobis collatis, eumque laudat, laudatione non solum antiqua; sed etiam noua: ita & potest illum orare oratione non solum antiqua; sed etiam noua.

Ex hoc verò, quòd Christi Humanitas, vt creatura, & vt distincta à Verbo, possit orari oratione non directa, & terminata ad Verbum, non sequitur, quòd etiam possit adorari adoratione, quæ terminatur solum ad ipsam, & non ad Verbum, vt dicebamus paulò antè, num. 7. ex Valent. tom. 4. disp. 1. quest. 24. par. 1. §. Dixi autem. col. 380. quia oratio, per se loquendo, non est ad protestationem excellentiæ in illo, quem oramus; nostræque subiectionis, quam ad illum profitemur: sed est ad impetrationem illius, quod petimus, & ad subleuationem nostræ indigentia: & idèd, per se loquendo, solum respicit potestatem, & voluntatem ad id præstandum: quæ tamen in Christi Humanitate potest esse sola potestas, & voluntas creata, vt etiam notat Valq. disp. 96. cit. cap. 8. num. 55.

10. Christus in cælo non orat, vt aliquid impetret quæ sit de nouo; sed, vt Deus vniuersis conferat, quod ab illo iam impetravit.

11. Ex eo, quòd Christi Humanitas possit orari, vt distincta à Verbo, non sequitur, quòd etiam possit adorari.

num. 55. pag. 704. col. 2. initio. Et contra adoratio, si sit congrua, & conueniens suo fini, per se respicit excellentiam secundum totum excessum; & secundum maximum, quod habet in eo, ad quem est, cum sit essentialiter, & ex propria sua ratione formalis protestatio huiusmodi excellentiæ; & ad illam totam formalis professo subiectionis; non autem solum ad aliquam illius partem, & præcipuè ad illam, quæ planè tota absorbeatur, & quasi euanescat in alia longè maiore, vt patet ex dictis supra, de adoratione Imperatoris, aut Regis, ex sola dignitate Ducis, aut Comitum; & de adoratione Pontificis ex sola dignitate Episcopi, aut Sacerdotis.

12. Et idem est, si possit laudari laudatione ipsi propria. Et quod dicimus de oratione, quòd possit dirigere conuenienter, & congruè ad solam Humanitatem, idem est etiam de laudatione, vt subdit Valq. eodem num. 55. vt, si quis laudet Christum, verbi gratia, ex mansuetudine, ex patientia, & tolerantia, &c. similiter enim laudatio non respicit per se totum id, quod simpliciter est laudabile in eo, quem volumus laudare; sed potest conuenienter, & congruè sibi accipere tantum partem, & relinquere aliam: quod tamen non accidit in adoratione, vt diximus.

13. Et quamuis negari non possit, quòd in Christo sint plures rationes adorandi; & præter excellentiam Verbi, quæ est digna adoratione latriæ, sit etiam excellentia vnionis hypostaticæ, & muneris Redemptoris, & gratiæ, & sanctitatis habitualis, & donorum, & gloriæ super omnes puras creaturas; & hæc omnes excellentiæ reuera non coalescant in vnam; neque transmutentur, aut conuertantur, vel transfundantur in excellentiam Verbi, vt benè declarat Suar. disp. 53. sect. 2. cit. in fine, §. Sed queret. pag. 660. col. 1. sicut nec coalescant, aut conuertantur ipsæ naturæ; sed maneat vnaquæque in suo esse, & distincta ab alia; & idèd, speculatiuè loquendo, & quantum est ex se, sint aptæ fundare diuersam adoriabilitatem, & de facto illam fundarent etiam in praxi, si reperirentur scorsim ab inuicem: quia tamen de facto sunt simul, & comitantur excellentiam Verbi, & ad illam, pro vt communicandam, vel pro vt communicatam Humanitati, necessariò pertinent, & per illam omnes dignificantur supra illum ordinem, cum omnes sint, & dicantur excellentiæ Dei, & mediante Humanitate sint conuenienter Diuinitati, rectè dicuntur quoad praxim simul omnes in illa adorari; & ipsa Humanitas vna tantum adoratione conuenienter, & congruè adorari propter omnes, & singulas suas excellentias. Atque hic videtur esse clarissimus sensus S. Thomæ 3. part. quest. 25. art. 1. dum asserit, Christi adorationem esse tantum vnam: quia tantum vna est hypostasis vniuersæ naturæ: posse tamen illam ipsam dici plures adorationes; quia plures sunt causæ, ex quibus provenit: & eadem ratione, si in vno homine sint plures causæ honoris, putà, prælatio, scientia, & virtus, esse quidem illius hominis vnum honorem; quia vnus est ille ipse, qui honoratur; esse tamen illum honorem etiam plures; quia plures sunt causæ, propter quas honoratur. Et art. 2. de distinctione adorationis circa Humanitatem Christi, clarè asserit, quòd sit solum per intellectum, dum ait, illius adorationem, quam articulo præcedente dixerat esse vnam, dupliciter posse intelligi: vno modo, in quantum est eius, quod adoratur, id est, Christi, & quantum positi diuini; & sic esse adorationem latriæ; & alio modo, in quantum Humanitas est perfecta omni munere gratiarum; & sic est

se adorationem dulciæ, aut hyperdulciæ; & vnam, & eandem Christi personam adorari latria propter suam Diuinitatem, & adorari dulciæ propter perfectionem Humanitatis: sicut & Deus Pater adoratur latria, in quantum est Deus; & adoratur dulciæ, in quantum est Dominus. Sicut ergo adoratio Patris, in quantum est latria, non distinguitur, nisi ratione, à seipsa, pro vt est dulciæ; sicut & Pater, in quantum est Deus, sola ratione distinguitur à seipso, in quantum est Dominus, vt etiam supra notauimus disp. 3. n. 7. & hac ipsa disputat. 5. n. 2. ex eodem S. Thomæ 2. 2. quest. 103. art. 3. ad 1. & in 3. dist. 9. quest. 2. art. 1. ad 1. & ex aliis pluribus Scholasticis: ita & adoratio Christi, pro vt est latria, ex sententia S. Thomæ, non distinguitur, nisi ratione, à seipsa, pro vt est hyperdulciæ, aut dulciæ, in quantum, scilicet, latria dicitur, pro vt est adoratio, & protestatio excellentiæ diuinæ; & illa eadem dicitur hyperdulciæ, aut dulciæ, pro vt est protestatio excellentiæ ipsius Humanitatis, vt notat Valq. disp. 96. cit. cap. 5. n. 34. pag. 700. col. 1. & cap. 7. n. 48. pag. 703. col. 1. Et ratio videtur posse esse: quia eo ipso, quòd excellentiæ gratiarum, & donorum intelliguntur, vt existentes in Humanitate vnita Verbo, intelliguntur, vt dignificatæ supra suum gradum, & vt indutæ quandam infinitatem, & æstimabilitatem longè maiorem, quam alioqui haberent ex se, vt patet ex S. Thomæ 3. part. quest. 11. art. 11. & 12. vbi de ipsa gratia Christi explicat, quomodo dicatur, & sit infinita; & quomodo non possit augeri: & præterea consequuntur ad ipsam vnionem Diuinitatis, & ad eius præsentiam; sicut & lumen in aère consequitur ad præsentiam Solis, vt idem subdit art. 13. ac proinde mirum non est, si etiam induant maiorem honorabilitatem, & adorabilitatem; & adorentur, & honorentur etiam ipsæ, pro vt existentes in Christo, & in eius dignitate primaria, tanquam in radice, & principio proximo, & adorentur eadem adoratione, & hæc dicatur latria, pro vt est ex Diuinitate; & dicatur hyperdulciæ, aut dulciæ, pro vt est ex ipsis: sic enim etiam ille, qui honoratur, verbi gratia, aut laudatur propter excellentiam suæ naturæ, non est, quòd præterea honoretur, aut laudetur specialiter propter excellentiam proprietatum, quæ ex illa necessariò consequuntur; & si laudetur, verbi gratia, Sol ex luce, quam habet; non est, quòd præterea etiam laudetur specialiter ex lumine, quod producit in aère, cum hoc necessariò consequatur ex ipsa præsentia corporis lucidi; & hoc non possit benè laudari, nisi cum omnibus, quæ ad ipsum pertinent, & sunt in ipso, aut ipsius, siue vt proprietates, siue vt necessariæ operationes, siue quomodocumque. Et qua ratione adoratio latriæ, quæ tribuitur Christo, simul etiam tangit Humanitatem; quia est aliquid Christi: ita & causa adorationis, quæ est excellentia Humanitatis, comprehendit totum id, quod continentur, aut est in illa, & quod potest dici illius; & per consequens etiam dona, & gratias, quæ illi sunt debitæ, & in illa continentur, vt in radice, & principio proximo, & ex illa necessariò consequuntur.

Quo autem modo huiusmodi excellentiæ secundariæ, quæ in Humanitate Christi consequuntur ex Deitate vnita, quæ est excellentia primaria, sint ex se aptæ fundare adorationem hyperdulciæ, aut dulciæ, eamque de facto fundarent, si reperirentur per se, & scorsim ab illa; videri potest apud Suar. disp. 53. sect. 2. cit. conc. 2. & seqq. pag. 658. col. 2. & sect. 3. per totam, vbi etiam explicat, quomodo Humanitas esset adoranda, si dimitteretur à Verbo, & existeret per se extra omne suppositum.

DISPUTATIO VI.

An, & quomodo Imaginibus Dei, & Christi, sit exhibendus cultus latriæ.

- 1. Vnus Imaginum est ex se licitus.
2. Imagines Christi quomodo illum referant, etiam secundum Diuinitatem.
3. Quomodo possint fieri Imagines Dei, & substantiarum, aut rerum spiritualium.
4. Imagines, quæ referant Deum, aut res spirituales, per veram similitudinem, quam ad illas habeant, sunt impossibiles.
5. Imagines, quæ referant Deum per analogiam, quam ipse habet ad res corporeas, omnino sunt licitæ.
6. Et possunt pingi, tam per se singula, quam plures simul, ad representandam aliquam historiam.
7. Non tamen sunt pingenda pro arbitratu cuiusque, sed solum secundum usum, & modum Ecclesie.
8. Imagines Dei, & Sanctorum rectè collocantur in templis.
9. Quomodo in Concilio Elibertino fuerit prohibitum, ne pictura essent in Ecclesiis.
10. De fide est, quod sacra Imagines sint adoranda.
11. Adoratio Imaginum est solum respectiua; non autem absoluta.
12. Imagines, solum materialiter acceptæ, prout sunt res quadam, non sunt adoranda.
13. Acceptæ verò formaliter, & prout actu exercent munus imaginis, adorantur eadem adoratione, qua ipsum prototypum.
14. Quomodo adoratio latriæ simul sit ad Imaginem, & ad prototypum.
15. Quomodo Imago adoretur latriæ per analogiam attributionis.
16. Non omnis actus, qui prouenit ex latriæ, est exhibendus Imagini.
17. Verum Imagini sit exhibendus alius cultus præter cultum prototypi.
18. Quia ratione una Imago eiusdem prototypi magis honoretur, quam alia.

I. Vnus Imaginum est ex se licitus.

SYM Imaginum esse licitum; siue illæ fingantur ad personas, aut res singulas representandas; siue ad representandas historias, & res gestas plurimorum personarum; est res multò clarior, multòque certior, quam vt indigeat probatione: sic enim Exodi 25. Deus præcepit fieri Imagines Cherubim super arcam; & Numer. 21. serpentem æneum; & 3. Reg. 6. & 7. fecit Salomon ad ornatum templi Imagines Cherubim ad similitudinem hominum, & Imagines leonum, & bouum, & palmarum, & malogranatorum, & florum; & Christus ipse sui vultus Imaginem tempore Passionis imprellit sudario à Veronica sibi oblato, vt sanctissimam faciem sudore, & sanguine madentem abstergeret, vt habet Christiana traditio apud Baronium ad annum Christi 43. quod sudarium Romam translatum religiosè asseruatur, & colitur in Basilica S. Petri: & idem Christus totius sui corporis lineamenta reliquit in sindone, in qua fuit inuolutus intra sepulcrum, quæ sindon nostris temporibus asseruatur Taurini; & iterum suam Imaginem misit Abagaro, Regi Edessæ, vt habetur in 8. Synodo art. 8. tom. 3. Concil. part. 2. pag. 893. in fine, & apud S. Damascenum lib. 4. de fide, c. 17. & orat. 1. de Imaginibus, & apud alios, quos refert Suar. tom. 1. de Incarn. disp. 54. sect. 1. concl. 1. pag. 62. in fine; & hæc Imago Romæ asseruatur in

Ecclesia Monialium S. Syluestri, vt refert Vasq. tom. 1. de Incarnat. disp. 103. cap. 1. n. 3. pag. 725. & Nicodemus dicitur fecisse Imaginem Christi crucifixi, quam postea Iudei lancea transfixerunt; & sanguine, qui ex illa effluxit, multorum corpora, & mentes sanata sunt, vt dicitur in 7. Synodo art. 4. & S. Lucas plures Imagines pinxit Beatissimæ Virginis, quæ modò asseruantur in diuersis Ecclesiis; & S. Syluester Constantino exhibuit Imagines Sanctorum Petri, & Pauli, qui prius illi apparuerant, vt habetur in edicto eiusdem Constantini, & in Vita S. Syluestri tom. 1. Concil. pag. 262. & plura huiusmodi possunt afferri, quæ saltem à posteriori clarè demonstrant usum Imaginum, quantum est ex se, esse licitum, & semper vt talem fuisse habitum. Et idem satis ostenditur, etiam à priori, cum huiusmodi usus neque ex ipsa rei natura, neque ex vilo Iure positio, siue diuino, siue humano, contineat aliquid, ex quo possit oriri malicia, vt bene explicat Suar. sect. 1. citata, §. Vltimo, argumentor. Vnde, qua ratione nemo dixerit esse illicitum pingere florem, aut brutum animal, verbi gratia, equum, aut leonem, corumque imaginem habere exprimentem naturam, & imitantem ad vitium, eamque voluptatem velle capere, quæ potest capi ex imitatione, quæ homini est maximè secundum naturam; & idèò maximam habet delectationem, vt notat Aristoteles in poetica, c. 2. pag. 260. tom. 6. ita nec potest dici illicitum pingere hominem; siue ad memoriam retinendam de illius virtute, ac sapientia; siue ad aliquem honorem illi exhibendum, gratumque animi ipsi, & aliis protestandum; siue ad quencunque alium finem, qui alioqui non sit disconueniens rectè rationi. Et si imagines quoruncunque sunt ex se licitæ, potiori ratione id debet admitti de Imaginibus Dei, & Christi Domini, & Beatissimæ Virginis, & Sanctorum, cum inter ceteros sint dignissimi, quorum memoria apud nos retineatur, & quibus honor, & cultus etiam per Imagines exhibeatur.

Neque est vilius momenti contra Imagines Christi Domini, argumentum Hæreticorum, qui pugnarunt contra Imagines, & dicti sunt Iconomachi, quòd, nimirum, Christum diuidat, quasi in duos, qui Christum pingit: siquidem pictura solum refert Humanitatem; non autem potest referre Diuinitatem: atque ita is, qui refertur solum vt homo, efficitur alter, & diuisus à Christo, qui non solum est homo; sed etiam Deus, & vno verbo est Emmanuel, & homo Deus. Contra enim est ex S. Basilio lib. de Spiritu Sancto, cap. 7. qui & refertur in 7. Synodo, art. 4. & in Summa Conciliorum pag. 364. initio: quia id non modò est falsum, sed etiam stultum: nam, qui pingit Imperatorem, non illum pingit, quasi inanimatum, & quasi carentem imperatoria dignitate, ex eo, quia ipsa anima, & ipsa dignitas non possit pingi: sed verè illum pingit, vt verè est, habentem animam, & dignitatem, quia pictura ipsa, dum per se imitatur figuram corporis, eamque refert, concomitanter reducit memoriam etiam animæ, & dignitatis, quæ sunt cum corpore; & absolute dicitur esse imago Cæsaris, eumque totum imitari, dum inducit noticiam, & reducit memoriam illius totius. Atque ita tantum abest, vt imago Cæsaris diuidat Cæsarem quasi in duos, dum per se, & directè solum exprimit illius figuram, & colores; non autem animam, & dignitatem, vt potius illum faciat maximè vnum, & indiuisum. Eadem ergo ratione dum pingitur Christus, non diuiditur; sed, dum oculis obicitur ipsius figura, & color, obicitur menti etiam anima, & Diuinitas; & ipse totus.

2. Imagines Christi quomodo illum referant, etiam secundum Diuinitatem.

vt verè est nobiscum Deus, & homo Deus. Idque vniuersaliter accidit etiam in aliis picturis, & imaginibus quaruncunque aliarum rerum: sic enim pictura vuarum, quibus Zeuxis apud Plinium lib. 35. c. 10. fefellit auiculas, ita oculis obiecit illarum figuras, & colores, vt mediante visu simul obiecerit imaginationi illarum suauitatem, & auiculas sic attraxerit, & fefellerit: & Deus ipse Gen. 1. ita hominem finxit ad suam imaginem, & similitudinem ratione animæ, & intellectus, & voluntatis, quæ sunt in anima, vt ipsum hominem totum, non autem solum animam dixerit esse ad suam imaginem, in quantum, scilicet, ipse totus est habens animam; & Dei Imago ratione animæ est in ipso toto, vt notat Bellarm. lib. 2. de Sanctorum Reliquiis, & Imaginibus, cap. 8. §. Ita igitur. col. 802. tom. 2. Et idem confirmatur etiam ex eo, quod fecerunt Apostoli, dum videntes Christum hominem, & solum in carne; non autem videntes Diuinitatem; adorauerunt tamen illum, vt Deum, & dixerunt cum S. Thoma: Dominus meus, & Deus meus. solum quia ille ipse, qui cernebatur, vt homo; simul per fidem representabatur, & credebatur, vt Deus, vt notat idem Bellarm. cap. 21. col. 835.

3. Neque Imagines Dei ex eo possunt probari esse illicitæ, quia Deus, cum sit incorporeus, non est representabilis per Imaginem corpoream; & cum vbique, & semper sit omnibus præsens per se ipsum, non indiget fieri præsens per vllas imagines: vt enim bene notat Bellarm. lib. 2. de Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum, cap. 8. §. Pro solutione. col. 802. tom. 2. & Suar. tom. 1. de Incarn. disp. 54. sect. 2. §. Obseruandum verò est. pag. 666. col. 1. & concl. 2. col. 2. & in defensione fidei, lib. 2. cap. 1. initio, pag. 219. hæc, & similia solum probant de Imagine, quæ Deum representet, & referat per formalem, & propriam similitudinem, quam habeat ad ipsum; non autem de Imagine, quæ illum referat per similitudinem tantummodo analogicam, quam ipse habet ad res corporeas, & quæ referendo, verbi gratia, per se, & propriè hanc, vel illam substantiam, aut rem corpoream, per illam referat, quasi per accidens, & impropiè, etiam Deum, qui ad illam substantiam, & rem corpoream habet analogiam, & proportionem.

4. Imagines, quæ referant Deum, aut res spirituales per veram similitudinem, quam ad illas habeant, sunt impossibiles.

Neque ex eo, quòd Deus sit per se ipsum præsens vbique, sequitur, quòd respectu nostri non indigeat imagine, cum à nobis non videatur, & imago vibilis possit multum iuuare ad excitandam, ac retinendam illius memoriam, vt bene notat Suar. sect. 2. cit. in fine. Et sine dubio de imagine primi generis intelliguntur loca Scripturæ, & Patrum, quæ grauius prohibent fieri imagines, aut similitudines Dei, vt Deuter. 4. Memento, quòd Dominus locutus est tibi in monte Horeb, & vocem verborum audisti, & imaginem nullam vidisti. Obserua ergo teipsum, ne forte deceptus facias tibi vllam similitudinem. & Isaiæ 40. Cui similem fecisti Deum? aut quam imaginem poneris ei. Et cap. 46. Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis, & similem fecistis? Et hæc de causa Ieremia 10. de imaginibus ligneis, vel aureis, & argenteis, si credantur esse Deus, aut Deum referre, vt est in se, & docere illius naturam, vt putant Gentiles, dicitur, quòd sint doctrina vanitatis: Doctrina vanitatis est lignum eorum. Et Habac. cap. 2. dicuntur esse imagines falsæ, & non posse docere: Quid prodest sculpsit? Sculpsit illud fictor sum, imaginem falsam. Nunquid ipse docere poterit? Et apud S. Damascenum lib. 4. de fide, cap. 15. quem refert S. Thomas 3. part. quæst. 25. art. 3. ad 1. dicitur esse extremæ demeritæ, & impietatis, velle pingere Deum: quia,

nimirum, inuisibilis est Diuinitas; & idèò nec pingi, nec figurari permittit, vt dicitur in 7. Synodo, actione 3. in epistola synodali Theodori Patriarchæ Ierosolymitani. Et eodem modo verissimum est id, quod habet Henricus quodlib. 10. quæst. 6. col. 414. sub initium, & Dur. in 3. dist. 9. quæst. 2. in fine, & Abulen. in c. 4. Deuter. quæst. 5. & aliqui alij apud Bellarm. cap. 8. cit. §. Hæc opinio Caluini. col. 800. & apud Suar. sect. 2. cit. initio, quòd fatuum sit imagines facere, quæ representent Patrem, aut Spiritum Sanctum, & absolute Diuinitatem, easque venerari, quia summa insipientia, & impietas est velle figurare, quod est diuinum, vt paulo ante retulimus ex S. Damasceno.

Quòd verò præterea non sint damandæ Imagines aliæ secundi generis, quæ Deum referant quasi per accidens, & minùs propriè propter analogiam, & proportionem, quam habet ad aliquas substantias, & res corporeas, patet ex vlu iam recepto per totam Ecclesiam, & specialiter ex 7. Synodo art. 5. vbi specialiter approbatur Imago Spiritus Sancti in forma columbæ; & ex Tridentino sess. 25. in decreto de inuocatione Sanctorum, & de ueneratione Reliquiarum, & Sanctorum Imaginum, vbi admittitur expedire indoctæ plebi, vt Historiæ, & narrationes sacræ Scripturæ coloribus exprimantur, & figurentur; & solum dicitur à Parochis, & Pastoribus populus esse docendus, nõ propter Diuinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici; vel coloribus, aut figuris exprimi possit. Et potest addi etiam id, quod habetur Exodi 25. & 3. Reg. 6. de Imaginibus Cherubim factis iussu Dei ad ornamentum Arcæ, & templi: nam, qua ratione huiusmodi imagines, aut sculpturæ materiales, aut corporeæ ex auro, aut ex ligno oliuarum, vt ibi dicitur, non repugnant naturæ spirituali, & incorporeæ ipsorum Cherubim, quia eos non debuerunt referre, atque exprimere, vt verè sunt, & per formalem, & veram similitudinem, quam ad illos haberent; sed solum per quandam analogiam ad aliquas eorum proprietates, & operationes; & ad captum illius populi, sic fuit expediens, & Deus ipse sic iudicauit, & præcepit: eadem ratione nec possunt repugnare imagines materiales immaterialitati, & spiritualitati ipsius Dei, si similiter intelligantur, & declarentur illum referre, atque exprimere solum per quandam analogiam, quam ipse habet in suis attributis, atque operationibus ad aliquas res corporeas. Et qua ratione in veteri Testamento propter huiusmodi analogiam ad substantias, & res corporeas, Deus ipse sæpius se se ostendit in forma corporea, vt, verbi gratia, Adamo Gen. 3. in forma hominis deambulantis ad auram post meridiem; & cap. 28. vt scalæ innixum; & Isaiæ 6. & 3. Regum cap. vi. vt sedentem in folio, & quasi Regem eum omni exercitu cæli sibi assistente à dextris, & à sinistris; & Danielis cap. 7. vt Iudicem, & antiquum dierum sedentem in throno, & habentem vestimentum, quasi niuem, & capillos quasi lanam mundam, & thronum, vt flammam ignis; & millia millium ei ministrantia; & decies millies centena millia ei assistentia, &c. eadem ratione etiam potest sub his omnibus formis, & coloribus exprimi. Et cum Scriptura tribuat Deo propter huiusmodi analogiam membra corporea, vt caput, pedes, brachia, & corporeas operationes, vt ambulare, stare, sedere; & propter illas etiam addat mentionem scabelli, & sedis, & throni, & licitè possint hæc omnia sub his terminis, & vocabulis rerum materialium non solum legi in sacris Litteris, sed etiam scribi à viris doctis, & enarrari, & auribus ingeri Iudicum; quidni etiam licitè possint pingi, & coloribus exprimi, & oculis

5. Imagines, quæ referunt Deum per analogiam, quam ipse habet ad res corporeas, omnino sunt licitæ.

oculis subici? Certè virtutes, quæ non modò sunt aliquid spirituale; sed etiam sunt accidentia, & proliis incapacia formæ corporeæ, si quis pingat, certâque personas, atque insignia illis tribuat, secundùm analogiam ad operationes, & munera, quæ exercent, vt communiter fit; nullus est, qui iure, ac meritò id reprehendat; nec ergo reprehendi debet vsus Catholicorum, vt pingant etiam Deum, & substantias spirituales secundùm analogiam ad res corporeas.

Et propter has rationes de hoc secundo genere Imaginum, quæ Deum representant secundùm analogiam ad res corporeas, nullo modo est admittendum, quod paulò ante retulimus ex Henr. & Durand. & Abulen. & aliquibus aliis, quòd factuum sit, Imagines facere, aut venerari, quæ representent Patrem, aut Spiritum Sanctum, & figurent, quod est diuinum; quanuis enim id in Ecclesia non sit tam certum, ac definitum; sicut quòd sint pingendæ, ac venerandæ Imagines Christi, & Sanctorum; & propter Authores Catholicos iam citatos dicatur à Bellarmino lib. 2. de Reliquiis Sanctorum, & Imaginibus, cap. 8. cit. §. Ego dico tria. col. 800. id esse positum in opinione; certum tamen videtur, quòd hæc opinio non modò est falsa; sed etiam erronea, & scandalosa, & temeraria, vt notat Valq. disput. 103. cit. cap. 3. n. 17. pag. 727. col. 2. cum sit contra communem sententiam Ecclesiæ, & præbeat occasionem minus dignè colendi sacras Imagines; neque nititur vlli rationabili fundamento. Et si quis neget cum Durando, esse licitas eas Imagines, quæ Deum referunt secundùm analogiam ad res corporeas; consequenter cogetur negare esse licitas etiam illas, quæ referunt quatuor Euangelistas per figuras aquilæ, leonis, bouis, & hominis; & ipsum Christum per figuram ouis, aut agni, & ipsum Spiritum Sanctum per figuram columbæ, cum hæc omnes non sint imagines, nisi secundùm analogiam, quæ habent hæc res materiales ad illas alias, quas representant; imò & cogetur negare, quòd homo rectè dicatur esse Dei imago, vel esse factus ad imaginem Dei, cum etiam ipse non aliter sit imago, quàm secundùm analogiam, vt notat Bellarm. cap. 8. citato, §. Tertiò. col. 802. & certum est, quòd Imago Spiritus Sancti per figuram columbæ approbatur in 7. Synodo aet. 5. circa medium; & Imago Christi per figuram agni in 6. Synodo can. 82. qui etiam refertur cap. Sextam. de consecrat. disp. 4. & idèd non potest ab vlllo alio reprobari sine magna temeritate, vt videre est apud eundem Bellarm. §. Præterea notandum col. 802. in fine, & apud Suar. disp. 54. sect. 2. cit. §. Ex his verò. pag. 666. qui etiam rectè notant, minus benè ab aliquibus fuisse intellectum canonem 82. citatum ex 6. Synodo, dum per illum asseruerunt, fuisse reprobata Imaginem Christi sub figura agni; cum tamen reuera sit approbata, quanuis simul sit illi anteposita Imago alia in figura humana, vt vult Bellarm. vel ad summum prohibitum sit, ne sola illa pingatur, vt vult Suar. siquidem prior Christi adumbratio per veterem agnum, cuius fit mentio in veteri lege, est iam completa re ipsa, vt ibi dicitur; & idèd non est amplius pingendus solus, quasi adhuc existens vmbra, & figura Christi venturi, vt erat prius. Sed de hoc canone 82. sextæ Synodi, & de illius sensu circa pingendum, aut non pingendum in posterum Christum Dominum in figura agni, plura possunt videri apud Valq. tom. 1. de Incarnat. disp. 103. cap. 2. pag. 725. Et nobis in præsentia satis est, quòd Christus, saltem ante 8. Synodum, consueverit pingi in figura

agni: nam hinc sine dubio satis ostenditur id, quod asserimus, licitas, & vsuatas in prima Ecclesia fuisse imagines propter solam analogiam ad res aliquas materiales: quo etiam modo, videmus Romæ in multis Ecclesiis antiquis Imaginem Christi sub figura agni ad ripam Iordanis, cum aliis duodecim agnis, qui similiter creduntur referre duodecim Apostolos, aut alios fideles, qui in Scriptura sæpius appellantur, aut agni, & agnum sequentes, & c.

Neque solùm sunt licitæ huiusmodi imagines, si pingantur quasi singulæ, & per se; sed etiam si pingantur plures simul ad representandam aliquam Historiam: sic enim ex Tridentino sess. 25. in decreto citato de veneratione sacrarum Imaginum; per Historias mysteriorum nostræ redemptionis, picturis, aut aliis similitudinibus expressas, eruduntur, & confirmantur fideles in articulis fidei, & admoventur beneficiorum, & munerum, quæ à Christo sunt nobis collata, suæque obligationis, vt gratias agant; & dum vident Sanctorum miracula, & salutaria exempla per picturas expressa, excitantur ad illorù imitationem, & vt vitâ, morèque suos etiam ipsi componant, & Deum, & pietatem ex animo colant, & diligant: quod idem etiam habetur in 7. Synodo aet. 4. quia, nimirum, ex S. Gregorio Nicæno oratione de S. Theodora, etiam tacens figura in pariete loquitur, & maxime prodest, & vt dicitur cap. Perlatum. de consecr. disp. 3. ex S. Gregorio lib. 9. Epistol. 9. ad Seuerum Episcopum Massiliensem, quod legentibus præstat scriptura, hoc præstat pictura idiotis cernentibus, & etiam ignorantes in ipsa vident, quod sequi debeant; & in ipsa legunt, qui litteras nesciunt; & ipsi etiam genibus pro lectione pictura est.

Sue autem pingantur huiusmodi imagines Dei, & Angelorum, & rerum spiritualium per se singulæ, siue plures simul collectæ in vnam, aut in plures Historias, rectè notat Caiet. 3. part. quest. 25. art. 3. §. Cauere ergo oportet, & Bellarm. cap. 8. cit. §. Hoc modo pingimus. col. 802. & Suar. sect. 2. cit. concl. 2. in fine, pag. 667. col. 1. Valq. disp. 103. cit. cap. 4. n. 28. in fine pag. 729. & alij communiter, non esse huiusmodi imagines pro arbitratu cuiusque multiplicandas; sed itandum omninò esse vsui Ecclesiæ, neque ab illo esse recedendum. Vnde, quanuis possit ad representationem Historiæ pingi Deus in forma rubi ardentis, & incensibili, & Moysen alloquentis, vt habetur Exodus 3. & Christus in forma petræ consequentis Iudeos in deserto, & aquas subministrantis, vt habetur Numer. 20. & explicatur 1. Cor. cap. 10. si quis tamen ad solam adorationem pingeret rubum, aut petram, & in illo intenderet adorare Deum, & in hac Christum, meritò esset reprehendus ex Caiet. ibidem: quia hic modus pingendi Deum, vt rubum, vel Christum, vt petram, ad solam adorationem, & extra Historiam, non est receptus, & vsuatus in Ecclesia: & à fortiori, si quis ad exprimendam sanctissimam Trinitatem pingeret vnum hominem cum tribus facibus, vel duobus capitibus, & cum columba in medio, meritò esset damnandus ex Bellarm. ibid. quia plus noceret monstruosis huiusmodi deformitatibus, quàm prodesset vllis fidelibus: quanuis Valent. tom. 4. disp. 1. quest. 24. puncto 1. concl. 1. in fine col. 384. non damnet, si pingatur vnum caput cum triplici ore, ad significandam vnitatem essentia; & Trinitatem Personarum; & contra ex Caiet. ibidem, non est damnanda Imago Trinitatis, qua pingitur senex Crucifixum sustentans, & columba intermedia; quia singulæ partes habentur in Scriptura, & in Ecclesia sunt vsuata; id est, Imago Patris

6. Et possunt pingi, tam per se singulæ, quàm plures simul, ad representandam aliquam Historiam.

7. Non tamen sunt pingendæ pro arbitratu cuiusque; sed solum secundùm vsu Ecclesiæ.

sub forma lenis, & antiqui dierum, iuxta cap. 7. Danielis; & Imago Filij sub forma hominis crucifixi, iuxta veritatem Historia; & Imago Spiritus Sancti sub forma columbæ, in qua apparuit Matth. 3. & vniuersaliter rectè in Tridentino sess. 25. cit. prohibentur Imagines, quæ possint præbere rudibus occasionem falsi dogmatis, aut periculosi erroris; & statuitur, vt nemini liceat vlllo in loco, aut Ecclesia, quantunvis exempta, ponere, aut ponendam curare vllam insolitam imaginem, nisi ab Episcopo sit approbata, vt, scilicet, in omnibus retineatur vsus Ecclesiæ, neque aliquid temerè innouetur.

Cum autem sacra Imagines sint ex se licitæ, & fidelibus maxime vtilis; & idèd dignæ sint, quæ ab omnibus habeantur, & in priuatis etiam domibus, & cubilibus asseruantur; potiori tamen ratione dignissimæ sunt, quæ habeantur, & asseruantur in templis, vt expressè definitur in 7. Synodo, aet. 4. & in Summa Conciliorum, pag. 633. §. bidem docetur. & in Tridentino sess. 25. in decreto citato de Sanctorum Reliquiis, & Imaginibus; & sic contra Caluinum, & nostrates Hæreticos non solùm ex veteri Testamento Exodus 25. & 3. Reg. 6. vbi Imagines Cherubim dicuntur fuisse in templo; sed etiam ex antiquissimo vsu Ecclesiæ, & ex antiquissimis Patribus tam Græcis, quàm Latinis, fusè probat Bellarm. lib. 2. cit. de Sanctorum Imaginibus, cap. 9. col. 804. tom. 2. & Valq. tom. 1. de Incarnat. disp. 105. per totam, pag. 739.

8. Imagines Dei, & Sanctorum velle collocantur in templis.

9. Quomodo in Concilio Eliberitano fuerit prohibiti, ne pictura essent in Ecclesia.

Neque fauet Caluino, & Hæreticis Concilium Eliberitanum, vel Eliberitanum can. 36. vbi sic habet: Placuit picturas in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur, vt videre est in Summa Conciliorum, pag. 59. Vel enim dictum Concilium est dubiæ autoritatis, & saltem non est recipiendum quoad omnia, vt etiam supra indicauimus disp. 25. n. 14. Vnde & Canus lib. 5. de locis, cap. 4. de hoc canone 36. non habendi picturas in Ecclesia, specialiter ait, quòd sit erroneus, vel certè hic canon est solùm intelligendus de picturis, quæ in ipsa Ecclesia, hoc est, in ipsi parietibus, non autem in tabulis, aut velis sunt pictæ, vt exponit Bellarm. c. 9. cit. §. Alij ergo dicunt, col. 807. & Valq. disp. 105. cap. 1. cit. n. 16. pag. 744. & Layman lib. 4. tract. 7. cap. 5. n. 4. §. 179. col. 1. Suar. tom. 1. in 3. part. disp. 54. sect. 1. pag. 665. col. 1. & alij apud ipsos, in quantum, scilicet, imagines pictæ in muris facile deturpantur, & corrumpuntur, vel humore ipso parietum, vel situ; & si contingat ex iniuria temporum, aut bellorum, vt Ecclesiæ diruantur, aut profanentur, & conuertantur, vt sæpè contingit, etiam in stabula equorum; negari non potest, quin sit maxime indecens, vt Imagines Dei, atque Sanctorum, in parietibus maneat, & non possint inde amoueri, sicut amouerentur pictæ in tabulis, aut in velis. Et huic expositioni maxime congruunt verba ipsa, & ratio canonis: Placuit in Ecclesia picturas non esse, ne quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur. obnoxium, scilicet, faciliori deturpationi, & corruptioni, & profanationi, quàm si esset depictum in tabulis. Atque ita hic canon non fauet Caluino, aut Hæreticis, qui ab Ecclesiis tollunt quascunq; Imagines; non autem solùm pictas in muris Ecclesiæ. Et quoad hoc ipsum de Imaginibus non pingendis in muris Ecclesiæ, facile potuit hic idem canon processu temporis non obtinere, cum non esset de re intrinsecè mala, & periculum indecentiæ facile potuerit aliunde cauere. Quo autem modo Caluino, & Hæreticis neque etiam fauet Sanctus Augustinus, Sanctus Epiphanius, aut alij Patres, videri potest apud Bel-

larminum, & apud Vasquez locis citatis.

Posito verò, quòd vsus sacrarum Imaginum, tam in templis, quàm extra templa, sit ex se licitus, de se de præterea est, quòd etiam est licita, imò & debita earum adoratio, siue in templis, siue extra templa; nam, quanuis in Scriptura non sit expressum, est tamen traditio antiquissima Apostolorum, vt habetur in 7. Synodo aet. 1. anathematismo 8. in Summa Conciliorum, pag. 360. in initio, & apud S. Damasc. lib. 4. de fide, cap. 17. & notat Suar. de Incarnat. disp. 54. sect. 3. concl. 1. pag. 668. col. 1. & Valq. disp. 106. cap. 2. n. 10. pag. 748. & clarè deducitur ex iis locis Scripturæ, quæ etiam rebus, inanimatis tribuit adorationem ex eo, quòd sint destinatæ ad cultum Dei, vt Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius; quoniam sanctum est. id est, arcam Testamenti, vt omnes exponunt; & Psal. 131. Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius. Vnde & Hebræi tabernaculum foederis dicuntur adorasse, & in magna semper veneratione habuisse, vt patet ex S. Damasceno loco citato; & idem fecerunt circa vestes sacerdotales, & circa res alias sacras, & Dei cultui deputatas ex S. Hieronymo epist. 130. & S. Augustino lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 9. & lib. 3. de Trinitate, cap. 10. Et sine dubio optimum argumentum hinc potest sumi pro adoratione Imaginum, cum etiam hæc sint sacra, & deputatæ ad cultum Dei ex ipsa ratione Imaginis; & ex intrinsecà habitudine, quam dicunt ad Deum, vt ad prototypum. Et expressè id definitur in 7. Synodo non modò art. 1. cit. sed etiam art. 2. & 3. vbi referuntur plures epistolæ diuersorum Episcoporum, tam Græcorum, quàm Latinorum in hoc idem conspirantium; & in 6. Synodo can. 82. & in 8. Synodo can. 3. & in Concilio Florentino sess. 5. & in Trident. sess. 25. & in aliis Conciliis apud Suar. disp. 54. sect. 3. cit. Et denique hoc idem habetur ex antiquissimo, & communissimo vsu Ecclesiæ, & ex miraculis, quæ Deus per sacras Imagines, & ad probandum, & confirmandum illarum vsuum, & cultum, multa, & maxima est operatus, vt patet ex 7. Synodo aet. 4. & 5. & ex S. Damasceno orat. prima, & 3. de Imaginibus, & ex S. Athanasio lib. 6. de passione Imaginis Domini, & aliis.

11. Adoratio Imaginum est solum respectiua, non autem absoluta.

Et quoniam tota excellentia, propter quam Imagines sacrae sunt dignæ adoratione, & cultus, est sola attributio, & ordo, & pertinentia, quam dicunt ad prototypum, non autem aliqua dignitas, aut sanctitas absoluta, quam in se habeant; hinc est, vt adoratio, quæ illis est debita, solum sit respectiua; non autem absoluta, vt etiam supra diximus disp. 2. n. 15. & notat Suar. disp. 54. sect. 3. cit. concl. 2.

Vtrum autem Imaginibus Christi, & Dei sit verè debita illa ipsa adoratio latriæ, quæ est debita Christo, & Deo, & quomodo ab illis ad has deriuetur, non constat inter Doctores. Videri potest Sanctus Thomas 3. part. qu. 25. art. 3. Caiet. ibidem, Scholastici in 3. dist. 9. Suar. de Incarnat. disp. 54. sect. 4. & seqq. Bellarm. lib. 2. de Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum, cap. 20. & seqq. tom. 2. Valq. de Incarnat. disp. 108. per tot. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 6. quest. 1. & alij. Sed breuiter dicendum videtur cum Sancto Thoma, & aliis communiter, imaginem dupliciter posse considerari: primò materialiter, vt est res quedam, verbi gratia, ex ligno, aut lapide; & habet hanc, vel illam figuram, & sic, vel sic coloratam, & ratione illius imitatur, ac refert hoc, vel illud prototypum, ad quod habet similitudinem, & relationem, siue realem, siue rationis, quomodo consideraretur à puro Philosopho, qui non haberet vllam notitiam rerum fidei. Et hoc modo non solum non est colenda cultu latriæ, qui est proprius

10. De fide est, quod sacra Imagines sint adoranda.

11. Adoratio Imaginum est solum respectiua, non autem absoluta.

12. Imagines solum materialiter accipiuntur, prout sunt res quedam, non sunt adoranda.

proprius Dei; sed neque etiam vlllo cultu, aut reuerentia, cum hæc non debeatur nisi rationali naturæ, vt loquitur S. Thomas...

13. Accepta vero formaliter, & prout actu exercet munus imaginis, adoratur eadem adoratione, qua ipsum prototypum. Secundo, potest considerari imago formaliter, & in actu exercito, vel prout actu exercet munus imaginis...

Et hoc modo verissimum etiam est id, quod asserit S. Thomas 3. part. quæst. 25. art. 3. cit. ex Aristotele in libello de memoria, & reminiscencia, cap. 2. pag. 716. tom. 2. quod motus in imaginem, prout est res quædam, non sit idem cum motu, qui est in rem imaginatam...

aut cultus latriæ: vt enim bene explicat Capr. in 3. dist. 9. quæst. unica, art. 3. in responsione ad argumenta contra 2. conclusionem, & Ferraricn. 3. contra Gen. cap. 1. 20. & ex illis Suar. disp. 54. sect. 4. concl. 1. prototypum ita continetur secundum esse repræsentatum in sua imagine, vt vita imagine semper apprehendatur quasi existens in illa, & ideo recte dicitur simul cum illa adorari, sicut & Rex, aut Pontifex, dum adoratur, recte dicitur adorari simul cum sua purpura, & cum iis omnibus, quæ ipsi sunt coniuncta...

14. Quomodo adoratione latriæ simul fit ad imaginem, & ad prototypum. Et hinc fit, vt, quemadmodum internus affectus subiectionis, & seruitutis, qui propriè est latria in spiritu, & veritate, vel latria per se, & primaria, non est ad imaginem, quæ est quid inanimatum, & planè incapax seruitutis, & subiectionis, sed ad prototypum, & ad imaginem per se acceptam, sicut quidam alij actus, qui comitantur latriam, vel e illa procedunt, vt, v.g. actus interni amoris, & fiducia, & orationis, & sacrificij propriè dicti, vt notat Suar. sect. 4. cit. in fin. §. Observandum vero est. sic enim de actu sacrificij propriè dicti, & de actu charitatis, & dilectionis super omnia, quod non conueniat Christi Humanitati, etiam Verbo vnite, diximus supra, disp. 4. n. 6. & 7. Et pro Imaginibus, quod illis non possit tribui actus amoris, patet ex Scoto in 1. dist. 9. §. ultimo, vbi specialiter id asserit: & ex Trident. sess. 25. in decreto de Imagin. vbi dicitur, ita Imaginibus esse impendendus debitus honor, & veneratio; vt tamen non credatur inesse illis aliqua Diuinitas, & virtus, propter quam sint colendæ, vt aliquid ab iis sit petendum, vel fiducia in iis figenda, sicut olim faciebant Gentiles, qui in idolis spem suam collocabant. Unde, quod aliquando Ecclesia ipsas Imagines alloquitur, & ad illas dirigit suas preces, & petitiones, vt quando dicit ad Crucem: O Crucis, aue, spes unica, auge piis iustitiam, resque dona veniam, & quando

& seruitutis, quam 7. Synodus, & Patres, qui illi interfuert, sapius appellant latriam in spiritu, & veritate, vt notat Valq. disp. 108. c. 1. §. cit. n. 120. & seqq. quomodo nec S. Th. nec vllus alius cultum latriæ tribuit Imaginibus, nisi fortè per analogiam attributionis hoc nomen latriæ dicatur extendi ad actus externos; quia illius sunt signa: sicut & nomen sani extenditur ad pulsum, & ad colorem; quia sunt signa veræ sanitatis, quæ est in animali, vt notat Valq. disp. 108. cit. cap. 16. n. 42. pag. 793. col. 2. Et fortasse sic locutus est Gabr. in 3. dist. 9. quæst. unica, art. 2. concl. 5. & 6. & in Canonem Missæ, lect. 49. quando dixit, imagines rerum adorandarum adorari eadem specie adorationis, qua ipsæ res; sed earum adorationem esse analogicam, & minus propriam, & idem esse de adoratione eorum, quæ sunt coniuncta rebûs adorandis per se, & quæ ideo adorantur, quia dicunt ad illas specialem ordinem: si enim ratio, cur adorentur, est attributio, & ordo, quem dicunt ad ipsas res, quæ per se adorantur; rectè dicitur, quod adorentur propter analogiam attributionis, & quod adoratio illis contineat analogicè: quod totum etiam admittit Bellarm. lib. 2. cit. c. 25. col. 841. vbi asserit, cultum latriæ, hyperduliam, & duliam, proprie loquendo, solum posse conuenire naturæ intelligenti; & cultum, qui exhibetur Imagini, solum posse dici latriam, hyperduliam, aut duliam secundum quid & analogicè: quia, sicut se habet Imago ad suum, exemplarita se habet cultus imaginis ad cultum exemplaris, cum tamen Imago non sit ipsum exemplar, nisi analogicè, & secundum quid; & homo pictus, v. g. non sit homo, nisi per analogiam, & attributionem ad hominem verum. Et in idem recidit modus loquendi etiam Suarij disp. 54. sect. 4. concl. 3. §. Dices. quod latria, qua adoratur Imagines Christi, & Dei, non sit latria primaria, quæ non competit nisi prototypo; sed sit secundaria, quæ à prototypo potest deriuari etiam ad alia.

16. Non omnis actus, qui proprie est latria in spiritu, & veritate, vel latria per se, & primaria, non est ad imaginem, quæ est quid inanimatum, & planè incapax seruitutis, & subiectionis, sed ad prototypum, & ad imaginem per se acceptam, sicut quidam alij actus, qui comitantur latriam, vel e illa procedunt, vt, v.g. actus interni amoris, & fiducia, & orationis, & sacrificij propriè dicti, vt notat Suar. sect. 4. cit. in fin. §. Observandum vero est. sic enim de actu sacrificij propriè dicti, & de actu charitatis, & dilectionis super omnia, quod non conueniat Christi Humanitati, etiam Verbo vnite, diximus supra, disp. 4. n. 6. & 7. Et pro Imaginibus, quod illis non possit tribui actus amoris, patet ex Scoto in 1. dist. 9. §. ultimo, vbi specialiter id asserit: & ex Trident. sess. 25. in decreto de Imagin. vbi dicitur, ita Imaginibus esse impendendus debitus honor, & veneratio; vt tamen non credatur inesse illis aliqua Diuinitas, & virtus, propter quam sint colendæ, vt aliquid ab iis sit petendum, vel fiducia in iis figenda, sicut olim faciebant Gentiles, qui in idolis spem suam collocabant. Unde, quod aliquando Ecclesia ipsas Imagines alloquitur, & ad illas dirigit suas preces, & petitiones, vt quando dicit ad Crucem: O Crucis, aue, spes unica, auge piis iustitiam, resque dona veniam, & quando

Concionatores ad imagines Crucifixi dicunt: Tu nos redemisti: tu nos Patri reconciliaisti, vel est interpretanda, vt locutio figurata, quæ per prosopopeiam tribuit personam, & sensum rei inanimata, vt vult Suar. §. Observandum cit. & Bellarm. lib. 2. cit. c. 24. §. Ad 1. col. 839. quomodo etiã Moyses allocutus est calum, & terram Deut. 32. Audite, cal, quæ loquor. Audiat terra verba oris mei. & S. Andr. allocutus est Crucem: O bona Crucis, salua, &c. vel certè tota locutio ex mente, & intentione loquentis est ad solum prototypum, quod apprehenditur quasi existens in imagine, & pro quo, vel cuius loco accipitur, & supponitur, & substituitur à nobis ipsa imago, vt vult idem Bellarminus lib. 2. cit. de Imaginibus, cap. 32. col. 837. nam, sicut in humanis sæpè accidit, vt vnus homo substituat pro alio, & Legatus Regis, v. g. non solum honoretur honore debito ipsi Legato; sed etiam aliquando honore debito ipsi Regi; & procurator multa facit in persona sui principalis, & etiam iurat in animam illius, perinde ac si reuera esset ille: ita & potest aliquando substitui imago pro ipso prototypo. Et de facto accidit, quando funus, v. g. celebratur absente corpore, per presentiam statuar; & omnia fiunt circa statuar, quæ fierent circa corpus; eodem modo etiam Traianus, iã mortuus, dicitur Romæ triumphasse per statuar, sedente illa in curru triumphali pro ipso Traiano, vt notat Bellarm. lib. 2. cit. c. 20. in fin. & communiter quando Hæreticus absens, aut mortuus est damnandus finaliter, producit à Iudicibus fidei figura, aut statua cum illius nomine, & cognomine, & in illam fertur sententia condemnatoria, & illa traditur brachio seculari, & comburitur perinde, ac si verè esset Hæreticus, vt notat Simanchas de cathol. insfir. tit. 2. num. 8. & videre est apud Pegnam in Directi. Inquis. part. 3. comm. 48. §. Verùm est obseruatione dignissimum. pag. 553. in fin. & tom. 92. §. Contra vero fier. pag. 574. Eadem ergo ratione potest aliquando Imago Christi, aut Dei, à nobis accipi pro ipso prototypo, & quoad omnia pro illo supponi, & mente, & intentione ad ipsum directa, possunt ad illam, vel circa illam omnia dici, & fieri, quæ verè dicerentur, aut fierent ad prototypum, si esset præsens, & oculis cerneretur, vt subdit Bellarm. cap. 23. in col. 833. & bene explicat idem Suar. in defensione fidei, lib. 1. cap. 11. præsertim num. 5. col. 207. vbi ait, non esse idem orare coram Imagine, atque orare Imaginem, vel supplicare Imagini, vt etiam habet tom. 2. de Sacram. disp. 81. sect. 8. pag. 1075. versus fin. Et sic contingit, quando Ecclesia dirigit preces ad Imaginem Crucifixi, & quando Concionator Imagini refert acceptam salutem, ac redemptionem; accipit enim Imaginem pro ipso Christo repræsentato, & quasi existente in Imagine, & solum ad illum dirigit preces, & que soli refert acceptam nostram salutem, vt idem subdit: & Imago in hoc toto se habet solum materialiter; & intentio Ecclesiæ orantis, aut Concionatoris colloquentis solum est ad prototypum; non autem ad Imaginem per se acceptam, & prout contradistinctam à prototypo.

17. Vt sit exhibitus alius cultus, præter cultum prototypi. Atque hæc de adoratione Imaginum Christi, & Dei, quatenus adorantur, vt cõtinentes prototypum, & concomitantur cum illo, præter hanc tamen adorationem, aliqua alia magis propria ipsarum Imaginum, & minus propria ipsius prototypi videtur admittenda, vt vult Suar. disp. 54. sect. 4. conclus. 2. pag. 673. col. 1. & in defenf. ad Regem Angliæ, lib. 2. cap. 11. num. 17. pag. 211. & Bellarm. lib. 2. de Imaginibus, cap. 21. col. 835. quia in 7. Synodo act. 2. in definit. fidei, cit. expressè habetur, quod sacris Imaginibus est exhibenda salutatio, & honoraria adoratio;

ratio; non tamen latræ; sed solum talis, qualis exhibetur. Imagini sanctissimæ Crucis, & sanctis Euangelis, & aliis rebus sacris, quales sunt, v. g. vestes, aut vasa sacris vñibus deputata: quod idem, quoad librum Euangeliorum, etiam repetitur in 8. Synodo can. 3. in Summa Conciliorum pag. 403. Et ratio videtur esse: quia eo ipso, quod Imagines sunt factæ, ac deputatæ ad representandas res sacras, intelliguntur in se habere aliquid excellentiæ, & sanctitatis supra alias res profanas, & ideo esse tractandæ cum aliqua reuerentia, & cultu sacro.

Sed hanc adorationem magis propriam ipsarum Imaginum negat Vasq. disp. 108. c. 15. & præsertim n. 135. & 136. vbi contendit, tam Imagines, quam librum Euangeliorum, & res alias sacras, semper intelligi, vt coniunctas cum ipso Deo, & cum natura rationali, ad cuius cultum diunt attributionem; & ideo semper coli eodem cultu; quanuis ille non appellatur latræ, nisi analogicè, & secundariò, & improprie, vt iam explicauimus. Vnde 7. Synodus in desinit. fidei, citata, postquam negauit cultum latræ pro Imaginibus, statim subdit, quod possint illis accendi suffitus, & luminaria: quæ tamen maximè accenduntur, vt consumantur in attestacionem superni dominij, quod conuenit Deo; & per consequens non nisi in honorem ipsius Dei, qui principaliter intenditur honorari in imaginibus. Atque ita 7. Synodus non aliam admittit honorem pro Imaginibus, nisi illum, qui semper resultat in prototypum, & per quem, qui adorat Imaginem, in ea adorat etiam descriptum argumentum, vt ibi dicitur.

Sed fortasse tota hæc quæstio est magis de modo loquendi, quam de re: negari enim non potest, quin Imagines, & res sacre, etiam per se consideratæ, & non primò, & principaliter, prout continent Deum, a ut naturam rationalem; habeant aliquam excellentiam supra alias res profanas; & debeant super illas haberi in maiori veneratione, ex Suar. & Bellarm. quia tamen hæc ipsa excellentia tota deriuatur ab ipso prototypo, neque potest ab illo præscindi, cum intrinsecè, & essentialiter sit relatiua; & ideo nec possit fieri, vt honor illi exhibitus non resultet in prototypum, rectè potest per analogiam attributionis denominari ab honore prototypi, & dici etiam ipse secundariò, & improprie, cultus latræ, hyperdulia, aut dulia, prout fuerit cultus prototypi.

Neque obstat, quod hac ratione non possit vna imago eiusdem prototypi esse honoranda magis, quam alia, cum habitudo ad prototypum semper sit eadem in vtraque. Contra enim est: quia, quicquid sit de habitudine similitudinis, & representationis per externam figuram, possunt in vna imagine esse plures aliæ habitudines, quæ illam faciant dignam honore; vt, v. g. si apparuerit per miraculum; si fuerit facta ab aliquo Viro sancto; si Deus per illam plura miracula fecerit, vt notat Suar. scilicet. 4. cit. § Sed potest. Et cum hæc omnes sint habitudines, & attributiones ad prototypum, vel ad naturam rationalem; & honor illis exhibitus semper resultet, & transeat in ipsum prototypum; rectè potest denominari per analogiam attributionis ab ipso honore prototypi, vt iam diximus, cum præsertim etiam hic honor possit spectare ad eandem virtutem, ad quam spectat honor prototypi, vt subdit Suar. ibidem, concl. 3.

Si verò admittamus cum Bellarmino, & Suar. quod Imagini Christi, & Dei, prout est res quædam sacra, debeat aliquis honor infra latræ, eumque appellemus hyperdulia, aut dulia, vt eum appellat Azor. part. 1. lib. 9. c. 6. q. 1. col. 1074. non debemus hæc nomina accipere pro-

prie, prout dicunt affectum seruitutis, & subiectionis erga aliquem, & talis affectus significationem: siquidem imago, cum sit res inanimata, non est capax vilius seruitutis, aut subiectionis, vt iam diximus ex Bellarmino c. 25. & ex Vasq. c. 9. sed debemus accipere largè, prout dicunt quæcunque cultum infra latræ, siue ille sit ad personam, siue ad rem ex affectu personæ: & fortasse melius est, si generaliore vocabulo appelletur honoraria adoratio, sumendo largè adorationem pro quocunque honore, vt supra diximus disp. 2. n. 1. vel certè vocabulo specialiore salutatio, genuflexio, osculatio, vt eum appellat 7. Synodus in definitione fidei, iam citata. & notat Vasq. disp. 106. c. 1. n. 9. pag. 748. in it. & disp. 108. cap. 16. num. 141. pag. 793. col. 1.

DISPUTATIO VII.

Verum omnis Imago Christi, vel Dei, & quidquid representat, aut continet quomodocunque Christum, aut Deum, sit adorandum adoratione latræ.

- 1. Proponuntur rationes dubitandi.
- 2. Omnis Imago Christi, vel Dei, & quidquid illum representat, aut continet, potest adorari latræ.
- 3. Homo, in quantum est imago Dei, potest esse materia adorationis latræ.
- 4. Et idem est de creaturis irrationalibus, in quantum sunt vestigium Dei.
- 5. Quare non ea omnia, que inseruiunt Dei adorationi, dicantur sacra.
- 6. Res sordida, & vilissima communiter non adhibentur, vt materia adorationis Dei.

RATIO dubitandi est multiplex: nam primò in Imagine Christi, aut Dei, potest aliquando latere ipse Diabolus, sicut & sæpius latuit, dum apparuit sanctis Patribus in figura Crucifixi: ergo tunc saltem non videtur huiusmodi Imago esse adoranda per adorationem latræ, ne per illam adoretur Diabolus. Et idem est, si appareat in figura Beatissimæ Virginis, aut alterius Sancti, vel si transgurgat se in Angelum lucis, vt dicitur 2. Corinth. 11. in quibus casibus similiter non videntur huiusmodi Imagines esse adorandæ hyperdulia, aut dulia, ne similiter adoretur in illis ipse Diabolus.

Deinde homo ipse, quanuis substantialiter sit imago, vel ad imaginem Dei, eumque representet, ac referat aliquo modo per vnitatem animæ rationalis, & per pluralitatem potentiarum, vt videre est apud S. Thom. 1. p. q. 93. non tamen propterea est adorandus latræ: & idem est de omnibus aliis creaturis, etiam inanimatis, quæ dicuntur vestigium Dei, eumque in se continent per essentiam, & præsentiam, & potentiam, & mirabiliter omnibus prædicant, & enarrant illius gloriam; nec tamen propterea adorantur latræ.

Tertiò, idem est de sanctissimis nominibus Iesu, & Dei, quæ, quanuis sint instituta, vt significant Deum simpliciter, & Deum hominem, imò & à nobis substituantur pro ipsiis realitatibus diuinæ naturæ, & personarum, vt de vocibus, ac nominibus in vniuersum tradit Aristot. 1. Elench. cap. 1. non tamen videntur capacia adorationis latræ, siue quando proferuntur voce ac sono, cum in tali casu non sint, nisi percussio

18. Quæ ratione vna Imago eiusdem prototypi magis honoretur, quam alia.

1. Proponuntur rationes dubitandi.

acris respirati ad asperam arteriam; vt dicitur 2. de anima, text. 90. & vniuersaliter quæcunque locutio non fit, nisi quantitas successiua, & solum consistat in fluxu, & transitu, vt dicitur in Prædicationem, cap. de quæmutat, siue, quando litteris exprimitur, & scribuntur, cum etiam tunc characteres, & litteræ non significant ipsas personas, aut naturam diuinam, sed ipsas voces, ac sonos acceptos materialiter; & siue considerentur hæc nomina, prout sunt in voce; siue prout in scripto, maximè sint instituta ad significandos conceptus, & eas, quæ sunt in anima passionis, vt dicitur 1. peribermias, cap. 1. quo tamen modo non sunt capacia adorationis latræ, sicut nec ipsi conceptus, & passionis, quanuis sint, & dicantur similitudo, & imago expressa, vel ipsæ species intelligibiles, & intentionales, quæ sunt, & dicuntur similitudo impressa.

Quartò, eadem ratio dubitandi à fortiori est de ipso libro sanctorum Euangeliorum, qui in 7. Synodo art. 8. in definitione fidei, & in 8. Synodo art. 10. can. 3. dicitur esse adorandus, sicut sacra Imagines Christi Domini, vt patet in Summa Conciliorum pag. 375. & 403. quia, quod præstant eloquia syllabarum, & ipsa locutio quoad prædicanda, & commendanda diuina; hoc idem præstat scriptura expressa litteris, & characteribus: & pro idiotis, & rudioribus hoc idem præstat pictura, & imago expressa coloribus, vt ibi subditur. Contra quod tamen videtur facere dubitationem; quia etiam liber Euangeliorum non est capax adorationis per se, cum sit inanimatus. Vnde & inter fideles nullus est, qui eum adoret cultu latræ, imò & qui caput illi aperiat, aut genuflectat, &c. sicut neque adorat ipsam locutionem de rebus diuinis, v. g. ipsam Concionem voce expressam, à qua non differt liber, nisi quia est expressus litteris, & characteribus: & alioqui, si sit adorandus latræ liber Euangeliorum, quia est quasi pictura ipsius Christi, & rerum ab illo gestarum, non quidem expressa coloribus, aut lineamentis; sed litteris, & characteribus: eadem ratione adorandus erit latræ omnis alius liber, qui similiter tractet de Christo, & Deo; & omnis, qui tractet de Beatissima Virgine, adorandus erit hyperdulia; & qui tractet de Sanctis, adorandus erit dulia; quod tamen videtur contra communem sensum, & contra communem vsum totius Ecclesiæ.

Quintò, in 7. Synodo art. 7. in de finit. fidei, cit. simul cum his, quæ sunt adoranda pari cultu, atque sacre Imagines Christi, & Dei, enumerantur generaliter etiam reliqua omnia, quæ dicuntur sacra, vt, v. g. vasa, & vestes, & alia huiusmodi, quæ certo, & solenni ritu per Sacerdotes, aut per Episcopos, vel etiam per Summum Pontificem in Ecclesia benedicuntur, aut consecrantur, & deputantur ad cultum Dei. Contra quæ tamen similiter est difficultas: quia nullus est ex fidelibus, qui hæc adoret adoratione proprie dictæ, sed satis habet vnusquisque, si illa tractet, nõ sicut vasa alia, aut vestes, vel res profanas; sed specialiter habeat ad illa honorariam aliquam venerationem, quæ non sit adoratio. Et hoc modo communiter venerantur etiam materias Sacramentorum, quæ consistunt in vñu, vt, verbi gratia, aquam benedicam, & asseruatam pro Baptismo, Christina pro Confirmatione, & Oleum sanctum pro extrema vñctione: nec tamen proprie illas dicimus adorare: cuius generis sunt etiam imagines cereæ, quæ certis temporibus à solis Summis Pontificibus benedicuntur, & communiter dicuntur Agnus Dei.

Denique in eadem 7. Synodo in definitione fidei citata, eadem adoratio, quæ exhibetur sacris Imaginibus, dicitur esse exhibenda etiam typo venerandæ, & viuificantis Crucis: quia, nimirum, quemadmodum Crux; in qua vere Christus est mortuus, communiter intelligitur simul cum Christo; & ideo simul cum illo, & tanquam illi coniuncta coadoratur; ita & typus, siue signum Crucis representat ipsam Crucem, & simul cum illa est dignum adoratione, tanquam illius Imago. Contra verò est dubitatio: quia typus, aut signum Crucis non solum formatur, aut exprimitur in materia permanente per artem sculpendi, aut pingendi, verbi gratia, in ligno, aut in tela, sed etiam transeuntè formatur in aère per solam iudicationem, & motum manus, vel super res alias particulares, vt fit in benedictionibus Sacerdotum ex communi vñu Ecclesiæ: in hoc autem casu nihil apparet, quod sit dignum, aut capax adorationis, cum reuera huiusmodi signum nihil sit aliud, nisi motus localis ipsius manus, & solum consistat in transitu, & nihil relinquat in re, quæ signatur: imò nec videtur vacare superstitione, quod hoc signum imprimatur rebus, eoque existimantur res illæ esse benedictæ, & habere virtutes mirabiles contra Demones, vel ad morbos curandos, vt communiter putant fideles, qui illo vtuntur: siquidem hac ratione etiam damnatur superstitionis figuræ, & characteres Magorum, quibus vtuntur in suis incantationibus, & maleficiis, à quibus tamen vix videtur differre hoc signum Crucis formatum in aère. Et tunc etiam quando formatur hoc signum in re permanente, non videtur esse dignum adoratione propter solam similitudinem in figura ad veram Crucem, sicut neque lanceæ, aut clauis, aut spinæ communiter adorantur propter similitudinem in figura ad veram lanceam, aut veros clauos, aut spinas Christi Domini. Et si quis fortè admittat etiam hæc posse licitè adorari propter huiusmodi similitudinem, faciliè etiam admittet posse adorari omnem arborem, & omne lignum, propter similitudinem, aut identitatem, saltem genericam, in natura cum ligno Crucis: qui tamen fuit error Manichæorum, vt patet ex S. Augustino lib. 20. contra Faustum, cap. 11. & apud Vasq. tom. 1. in 3. part. disp. 111. c. 1. n. 3. pag. 803. Vnde & formidabant ex arboribus poma decerpere, propter reuerentiam, quam habebant ad ipsas arbores.

Sed his, & similibus non obstantibus, breuiter est dicendum, quod omnis Imago Christi, vel Dei, & quidquid representat, aut continet quomodocunque Christum, aut Deum, potest adorari aliquo modo adoratione latræ, non quidem absoluta; sed respectiua, propter attributionem, & analogiam ad ipsum prototypum, vt iam diximus de Imaginibus in vniuersum disp. præced. n. 11. & 15. si enim Imaginem pictam Christi, vel Dei, ideo colimus cultu latræ, quia simul cum illa intelligimus ipsum prototypum, eumque habemus per illam; & in illa, quasi præsentem cogitationi, & menti: & sanctissimam Crucem, in qua Christus est mortuus; & clauos, & spinas, & lanceam, quæ Christum vulnerauerunt, si ideo colimus eodem cultu latræ, quia similiter illa concepimus, vt Christo coniuncta, & quasi continuantia, & nobis rememorantia primum contactum, quem cum illo habuerunt, vt patet ex S. Thoma 3. part. q. 25. art. 4. etiam debemus vniuersaliter colere cultu latræ omnem Imaginem Christi, vel Dei; & omne illud, quod representat Christum, vel Deum, vel est cum illo coniunctum per contactum; vel per quancunque aliam attributionem, vt generaliter ibi concludit S. Thom. Arque hoc modo Alet. 3. part. q. 30. art. 2. §. 1. pag. 116. col. 3. expressè asserit, quod quanuis homo secundum se

2. Omnis Imago Christi, vel Dei, & quidquid illum representat, aut continet, potest adorari latræ.

non possit adorari latria; potest tamen esse materia adorationis latriæ, in quantum est imago ducens ad Deum, cuius est imago: & art. 3. §. 2. pag. 118. col. 3. idem asserit de creaturis irrationalibus, quæ solum dicuntur vestigium Dei, non autem imago, si accipiuntur etiam ipsæ, aut instituantur, tanquam signum, quod ducat in illius notitiam; nam hoc modo etiam Iacob Gen. 28. post visionem scælæ erexit lapidem in titulum, & fudit oleum desuper, id est, olei sacrificio Christum honoravit in lapide, quem assumpserat, & erexerat, quasi in signum. Et quavis in rebus omnibus creatis Deus sit intimè presens per essentiam, presentiam, & potentiam; ideo tamen ait Alesius, eas non adorari latria, in quantum sunt res; quia Deus in illis non est per gratiam, tanquam in templo, in quo vult adorari; & sicut est in homine iusto, 1. Cor. 3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos, atque ita iudicat, quod in homine iusto, tanquam in templo, potest Deus adorari latria; & in aliis creaturis solum adoratur, in quantum sunt illius signum, & vestigium, & considerantur, ut in se, & absolute.

3. Homo, in quantum est imago Dei, potest esse materia adorationis latriæ.
4. Et idem est de creaturis irrationalibus, in quantum sunt vestigium Dei.

Et S. Thomas 2. 2. quæst. 103. art. 3. ad 3. ex eo ait, quod honor exhibitus vni homini ab alio non est latria: quia non refertur actu in Deum; sed, si exhibeatur, in quantum ille est imago Dei, verè reddundabit in ipsum Deum: & 3. part. 9. 2. 5. art. 3. ad 3. ideo ait, creaturam rationalem non adorari latria, etiam si in ipsa sit imago Dei; quia, si adoraretur, posset id esse occasio erroris, & motus adorantis posset facile sistere in ipsa creatura, in quantum est res quedam, cum etiam hoc modo habeat excellentiam, & reverentia sit illi debita; non autem ferretur in Deum, cuius est imago: quod idem fuse explicat Caiet. 2. 2. q. 103. art. 3. cit. §. Ad 2. signatur dubium, ubi ait, quod latria de facto non exhibetur, nec est exhibenda creaturæ cuiuscunque rationali, in quantum est imago Dei, solum ut vitetur periculum erroris: & addit, quod si quis veneraretur creaturam, in quantum est similitudo, aut vestigium Dei, veneraretur ipsum Deum in creatura, eique exhiberet cultum latriæ; non autem creaturæ in se: sicut & quando blasphematur, vel amatur Deus in creatura, verè blasphematur, vel amatur ipse Deus in illa; non autem illa, ut est in se: quod idem potuisset etiam dicere, quando iuratur per creaturam, cum etiam tunc primo, & principaliter iuramentum referatur ad Deum, quatenus est, & relucet in creatura; & secundario referatur ad creaturam ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 89. art. 6. Et hac ratione Matthæi 5. prohibetur iuramentum per creaturas, si principaliter ad illas referatur; sique per hoc tribuatur reverentia divina, ut exponit ibidem Sanctus Hieronymus tomo 6. & apud Sanctum Thomam artic. 6. citato, ad primum. Unde & subditur: Nolite iurare per calum, quia thronus Dei est: neque per terram: quia scabellum est pedum eius, &c.

Et hoc idem clarissime habetur in 7. Synodo art. 4. ex B. Leontio Episcopo Neapoleos in Cypro, ut videre est tom. 3. Conc. part. 1. pag. 333. col. 1. ubi ex lib. 5. Apologia contra Christianos contra Iudeos, & pro Imaginibus, post multa allata ad explicandum, & probandum, quod dum adoramus, & tenemus Imagines Christi, Christum ipsum per illas tenemus, & adoramus; multa etiam subdit pro Deo adorando in creaturis, & per creaturas: & §. Velim autem mihi dicas, Si Deus, inquit, præcipit nullam creaturam esse adorandam, quomodo ait Scriptura Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est: &

exaltate Dominum, & adorare in monte sancto eius. & Psal. 66. Cælum est sedes mea: terra autem scabellum pedum meorum. Scias, Iudee, quod ego per cælum, & terram, mare, ligna, lapides, reliquias, templa, Crucem, Angelos, homines, per omnem denique creaturam visibilem, & non visibilem, omnium anthori Domino, & factori adorationem, & cultum exhibeo. Non enim per se creatura Authorem adorat, sed per me cali emirant gloriam Dei, per me Deum adorat Luna, per me Deum glorificant astra, per me aqua, pluvia, rores, & omnis creatura Deum glorificat, & adorat: sicuti Rege aliquo suis manibus contextente coronam pulchram, & speciosam, omnes, qui bene erga Regem affecti sunt, eam amplectuntur, & venerantur, non quidem aurum, aut margaritam venerantes, sed ipsum Regem, & doctas illius manus, qua coronam fecerunt, &c. Quia, nimirum, qua ratione is, qui coronam veneratur, ex bono affectu erga Regem, Regem ipsum veneratur in corona; & hæc non aliter honorat Regem, ut factorem, & opificem suum, nisi per hoc, quod ipsa laudetur, & honoretur ab aliis, qui erga Regem sunt bene affecti: eadem ratione is, qui adorat creaturas, provt sunt imago, aut vestigium Dei, Deum ipsum per illas adorât, & ipse creaturæ per hoc ipsum, quod sic adorantur ex affectu, & voluntate adorandi Deum in ipsis, Deum glorificant, & honorant. Ad idem faciunt ex eodem Leontio ibid. exempla alia, quibus probat, & explicat paulo superius pag. 333. col. 3. int. adorationem prototypi in adoratione Imaginum, ut v. g. de eo, qui ex affectu reverentia erga Imperatorem osculatur sigillum, & litteras ab illo acceptas; non, ut sunt litteræ, & characteres; vel, ut sunt cera, aut plumbum; sed, quatenus referunt, & repræsentant ipsum Imperatorem loquentem, & mandantem per litteras, & per sigillum: & de libro, & tabulis legis, quas Iudæi adorant, non quatenus sunt membrana, & atramento inscriptæ, & figuratæ; sed quatenus continent Dei verba; & quatenus referunt ipsum Deum loquentem: & de filiis, qui ex affectu erga patrem peregrinantem, & absentem, quicquid illius in domo viderint, siue baculum, siue sedem, siue chlamydem, eum lacrymis attrectant, & complexantur, patrem ipsum in illis desiderantes, & venerantes; & de Iacob, qui Gen. 37. accipiens a filiis vestem Ioseph conspersam sanguine, cum lacrymis, eam excolatus, suis oculis circumposuit; & per illam est arbitratu se ipsum Ioseph excolulari, & in manibus habere; & postea etiam adoravit fastigium virgæ eius, ut dicitur ad Heb. 11. non quidem lignum adorans; sed Ioseph per lignum. Ex his verò, & similibus exemplis, sicut bene probatur, & explicatur à Leontio adoratio prototypi in imagine, & per imaginem; ita & potest rectè probari adoratio Dei in creaturis, & per creaturas, si etiam illæ accipiuntur formaliter, quatenus sunt imagines, & vestigium Dei. Et præter Leontium idem habet in eadem 7. Synodo, act. 4. Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus, in sua Epistola, qua ibi recitatur, eodem tom. 2. Concil. part. 2. pag. 341. ubi inter ea, quæ adorantur, ut Imagines, enumerat omnia, quæ subsunt Deo, siue visibilia sint, siue invisibilia, id est, omnes creaturas. Et Sanctus Damascenus lib. 4. de fide, cap. 7. & apud Henricum quoad lib. 10. quæst. 6. pag. 414. ante medium, non aliter ait adorare nos ad inuicem, nisi quia sumus ad imaginem Dei. Et Sanctus Cyrillus catecheseos 12. asserit, quod si honoratur imago lignea terreni Regis, multò magis est honoranda rationalis imago ipsius Dei. Et S. Augustinus epist. 203. ad Maximinum, Episcopum Donatistarum, specialiter explicat,

explicat, quare in titulo Epistola dixerit, Venerabili Fratris: & ait, se id dixisse, non, quia honoraret eius Episcopatum; sed quia honorabat imaginem Dei, quam sciebat in illo esse, cum homo esset, ut etiam refert Bellarm. lib. 2. de Imagin. cap. 12. col. 818. in fine, tom. 2. & cap. 19. §. Ad tertium, col. 883. quibus locis etiam ipse expressè asserit, quod homo sit dignus veneratione, in quantum est imago Dei; & quod talis veneratio non sit solum civilis, ut quando quis honoratur, tanquam Rex, aut Imperator; sed etiam sit religiosa, & sacra, ut quando honoratur tanquam Sanctus; vel Propheta, aut Episcopus, & Sacerdos: & addit, ea solum de causa hominem non proponi ab Ecclesia colendum, ut imaginem Dei, ex Valden. tom. 3. de sacramentalibus, tit. 19. cap. 154. quia periculum esset, ne crederetur coli propter se, cum etiam propter se sit capax honoris, ut etiam diximus paulo ante, ex S. Thoma 3. part. quæst. 25. art. 3. ad 3. Et potest addi ex Sancto Augustino in Psal. 98. in illa verba paulo ante citata: Adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est. quod, quando ad terram prosternimur, eique nos inclinamus, non illam intuemur quasi terram; sed intuemur illum sanctum, cuius ipsa scabellum pedum est, & in cuius amore illam adoramus, tanquam scabellum pedum illius, & tanquam sanctum, ut refert Valq. tom. 1. in 3. part. disp. 96. cap. 6. num. 44. pag. 702. & disput. 110. cap. 2. num. 10. pag. 769. quod idem de terræ adoratione, in quantum est scabellum pedum Dei, etiam habetur in 7. Synodo act. 4. ex B. Leontio, ut paulo ante retulimus, & notat idem Valq. cap. 17. n. 152. pag. 795. in fine, qui etiam tota illa disputatio 110. ex professo, & fuse, & vniuersalissime probat, quod omnis creatura de mundo, siue illa sit animata, & rationalis; siue irrationalis, & inanimata; & quæcunque, potest licite adorari, tanquam imago, aut vestigium Dei, dummodo absit periculum erroris in ipsomet adorante, & periculum scandali in omnibus aliis, & ille bene percipiat habitudinem, & attributionem, vel coniunctionem creaturæ ad Deum, & solum propter illam; non autem propter excellentiam propriam, & intrinsecam, eam adoret; & hoc ipsum bene intelligant alij omnes; & in iis creaturis, quas vident adorari, bene capiant inesse Deum, eique soli propter se, & primario exhiberi in illis adorationem, & illis non nisi propter ipsum, & secundario, quod totum admittit etiam Suar. disp. 54. sect. 5. pag. 675. & tom. 2. in eandem 3. part. disput. 22. sect. 2. ubi asserit ex Sancto Thoma, non esse intrinsecè malum adorare hominem, provt est imago Dei, vel creaturas alias inferiores, quatenus sunt effectus Dei; & hunc modum adorationis, seculò scandalo, & periculo, & in homine spiritali, & bene instructo, non modò non esse malum; sed etiam esse valde spiritualem, & valde subtilem. Neque improbari ex eo, quia Sanctus Augustinus in Psal. 113. in illa verba: Sol cognovit occasum suum. irridet, si quis adoret veros agnos, & verum Solem: quia in Scriptura sæpè assignantur, ut symbola, vel ut imagines metaphoricæ ipsius Christi: id enim ait maximè esse propter periculum, & propter scandalum aliorum; & quia veri agni, & verus Sol, neque ex sua natura, neque ex institutione Ecclesiæ, vel ex vfu fidelium hoc habent, ut repræsentent Christum, & accipiuntur tanquam illius imago, & repræsentatiuè intelligantur esse idem cum illo: quod idem etiam est, si quis adoret latria, verbi gratia, Beatum Franciscum stigmatizatum; quia repræsentat Christum clavis, & lancea vulneratum; vel, si adoret hyperdulia

pulchram mulierem; quia repræsentat Beatissimam Virgincm, ut notat Cordubens. lib. 1. quæst. 5. dub. 4. in responsione ad 2. confirmationem septimi argumenti, pag. 83. col. 2. quia enim Sanctus Franciscus, & pulchra mulier, neque ex sua natura, neque ex institutione Ecclesiæ, vel ex vfu fidelium, accipiuntur ut Imago Christi; aut Beatissimæ Virginis; hinc est, quod communiter non adorentur latria, aut hyperdulia. Et ex eadem ratione periculi, & scandali reprehendit Sanctus Leo Sem. 7. de Nativitate Domini, circa medium, confucrudinem, quæ tunc temporis Romæ vigeat, ut qui accederent ad Basilicam Sancti Petri, postquam gradus Altaris conscendissent, conuerterent se ad Solem orientem, eique capita inclinarent: quavis enim fortasse Creatorem potius pulchri luminis, quam ipsum lumen, quod est creatura, adorarent, ut ibi loquitur S. Leo; & abstinendum tamen omnino erat à tali specie adorationis, ne illi, qui ex Gentilibus conuertebantur, retinerent hanc partem suæ superstitionis; quasi approbatam, & in vfu positam etiam à Christianis, ut statim subdit. Ex hoc verò tantum abest, ut improbetur id, quod dicimus de adoratione Dei in creaturis, & creaturarum in Deo, & propter Deum, ut potius maximè confirmetur: siquidem Sanctus Leo clarè admittit, quod rectè poterint Christiani in pulchro lumine, cui capita inclinabant, ipsum Authorem, & Creatorem luminis adorare; & solum id prohibet propter periculum scandali, ut bene explicat Valq. disp. 110. cit. cap. 2. num. 13. & 14. pag. 797. col. 1. Et potest pro hoc iplo citari etiam Henricus quoad lib. 10. quæst. 6. pag. 414. paulo ante citata, ubi inter modos, quibus vnum potest adorari propter aliud, etiam ponit imitationem, & secundum hanc ait, adorari imagines eorum omnium, quæ adorantur per se, si accipiuntur, non quatenus sunt res quedam in se, & absolute, quomodo Gentiles adorant idola, existimantes illis ipsis inesse virtutes, in ipsa formatione artificiali inditas, virtute stellarum, aut aliunde; sed in quantum sunt imagines, & ad aliud. Et hoc ita esse, tam de imagine naturali, qui est homo respectu Dei, quam de artificiali, & quæcunque, dicente Sancto Damasceno lib. 4. de fide, cap. 7. quod ad inuicem ideo nos adoramus, quia secundum imaginem Dei facti sumus. Et denique possunt citari etiam illi, qui, absolute loquendo, admittunt adorationem latriæ posse tribui Beatissimæ Virgini, si illius excellentia formaliter accipiatur ratione contactus, & conuictus, quem habuit ad Christum, ut patet ex Sancto Thoma 3. part. quæst. 25. artic. 5. & Scholasticis communiter in 3. disp. 9. & Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 22. sect. 2. & dicemus infra, disput. 10. qui hoc idem affirmant etiam de Sanctis, si considerentur similiter, in quantum sunt templa Spiritus Sancti, & viuæ imagines Dei, ut notat idem Suarius tom. 1. in 3. part. disp. 52. sect. 2. in fine, & dicemus disputat. 11.

Quod si quæras, quare non omnes creaturæ dicantur sacræ, & venerandæ, vel adorandæ, sicut dicuntur Imagines, & Reliquiæ, si omnes possunt adhiberi ad Dei adorationem, & simul cum illo coadorari. Respondeo primo, si omnes creaturæ dicantur sanctæ propter attributionem, & pertinentiam, quam habent ad Deum; non esse reprehendendum talem modum loquendi, cum in Scriptura sit valde frequens; & Exodi 3. ipse mons Horeb, in quo Dominus apparuit Moyfi, dicitur sanctus: Locum, in quo stas, terra casta est. & c. 12. prima, & septima dies azy-morū dicitur sancta, & solennis Dno, & venerabilis: Baldelli Theol. Moral. Tom. 11. R R 3 &

5. Quare non ea omnia, quæ inferniat Dei adorationi dicantur sacræ.

&c. cap. 19. totus populus Dei dicatur Regnum sacerdotale, & gens sancta, vt etiam dicitur in lege noua, 1. Petri 2. & Psal. 89. terra ipsa, quæ est scabelum pedum Dei, dicatur sancta, & adoranda, &c. Deinde dico, communem vsum loquendi, ex quo communiter non omnes creaturæ dicuntur sacræ, & venerabiles, ex eo prouenisse, quia attributio, & pertinentia ad cultum Dei non in omnibus est æquæ patens, & euidens; neque in omnibus est communi vsu receptum, vt adhibeantur ad huiusmodi cultum, sed solum in iis, quæ specialiter ad illum sunt institutæ, neque habent alium vsum profanum, quales sunt, verbi gratia, Imagines sacræ, & Reliquiæ, & vestes sacerdotales, & vasa, &c. & hinc fit, vt communiter hæc solum dicantur res sacræ, & venerandæ, vel adorandæ, & publicè exponantur ad talium effectum; non autem aliæ, quarum vsus communis est longè alijs, vt bene explicat Valsq. disp. 110. cit. cap. 2. num. 11. pag. 796. col. 2. Imò, quia in aliquibus tanta est vilitas, vt ad imaginationem, & sensum vulgi appareat indecens se se in illis Deo submittere, eumque in illis colere per actus externos, vt sunt, verbi gratia, lutum, & res fordidae, & vermes, & bruta vilissima; hinc est, quòd communiter à nullo adhibeantur ad cultum Dei, quamuis, absolute loquendo, vir spiritualis, & bene instructus licet, & virtuosè etiam in illis Deum agnoscat, & veneretur, vt idem subdit, & cum illo Suar. tom. 1. in 3. part. disp. 55. sect. 1. in fine, & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. num. 2. & potest addi ex eodem Suario in defensione fidei, lib. 2. cap. 14. num. 6. col. 2. 3. quòd quamuis ratione contactus, aut pertinentiæ ad Christum, verbi gratia, vel ad Deum, quam habent res etiam viles, & fordidae, possit haberi sufficiens ratio, eas colendi, si huiusmodi contactus, aut pertinentia præcisè spectetur; posset tamen id impediri per ipsam rei vilitatem, ac sordem; sicut & potest impediri per impietatem, & indignitatem personæ, ne adorentur, verbi gratia, labia ipsius Iudæ ex contactu per osculum, & manus militis ex contactu per alapam; & hac ratione per vilitatem, & indecentiam impediri a sinam, in qua Christus sedit, ne adoretur, &c.

DISPUTATIO VIII.

Quomodo soluantur rationes dubitandi superius positi, & specialiter quomodo adorentur imagines Crucifixi, in quibus aliquando apparet Diabolus, & sanctissimum IESV Nomen, & liber Euangeliorum, & res sacræ, & typus, aut signum sanctissimæ Crucis.

- 1. Imago Crucifixi, in qua apparet, & loquitur Diabolus, quomodo possit adorari.
2. Secundum multos, non potest licet adorari, nisi sub conditione explicita: Si tu es Christus.
3. Secundum alios, potest adorari absolute, & sine conditione.
4. Sed primum est probabilius.
5. Sanctissima Nomina IESV, & Dei, quomodo possint adorari latria.
6. Nomina communiter substituantur loco rerum, & pro illis accipiuntur.
7. Nomen IESV substituitur pro ipso Verbo incarnato, & ideo adoratur latria.
8. Liber Euangeliorum est quasi imago actuum Christi; & ideo est adorandus quasi imago.

Res fordide, & vilissima communiter non adhibentur, ut materia adorationis Dei.

- 9. Nomen IESV quare sit sanctissimum, & venerabilissimum, quam Nomen Dei.
10. Liber Euangeliorum quibus de causis sit adorandus latria.
11. Alij libri de rebus diuinis non sunt adorandi, sicut liber Euangeliorum.
12. Res sacræ quomodo dicantur esse adorandæ, sicut adorantur Imagines.
13. Res sacræ non tanguntur à laicis.
14. Si laici tangat res sacræ, quomodo peccet.
15. Materia Sacramentorum, possunt adorari, tanquam Dei instrumenta, ad productionem gratiæ.
16. Omnia instrumenta, per qua sunt miracula; possunt adorari.
17. Species sacramentales in Eucharistia quomodo adorantur latria.
18. Agni Dei ex cera benedicti à Papa, quomodo sine adorandi.
19. Non sunt tangendi à laicis.
20. Non tamen peccatur mortaliter, si tangantur sine contemptu.
21. Non possunt pingi, aut miniari sub poena excommunicationis lata sententiæ.
22. Verum id non intelligitur de iis, qui habent admixtas Reliquias.
23. Agni cerei iam miniari licet possunt retineri.
24. Agni cerei quomodo possunt vendi.
25. Illorum materia non potest adhiberi ad vsum profanos.
26. Signum Crucis est dignum adoratione.
27. Pellit Demones ex Christi instituto, & quasi ex opere operato.
28. Est oratio maximè efficax.
29. Est confessio fidei.
30. Quare non adorentur omnes lanceæ, & omnes clauis, sicut adorantur omnes Cruces.

RATIONES dubitandi superius allatæ disp. præcedente, n. 1. facile possunt solui ex dictis; sed, quia earum aliquæ indigent speciali explanatione, & doctrina, specialiter pro illis institutum disputationem præsentem. Quare,

Ad primam, quæ erat de Imaginibus sacræ, in quibus aliquando apparet, & latet Diabolus, dico, certissimum esse, quòd liceat illas adorare bona fide, quando ignoratur quòd Diabolus in illis lateat: nam intentio adorantis non est, vt eum adoret, qui in illis latet, aut loquitur, quicumque tandem ille sit; sed, vt adoret prototypum, qui per imaginem representatur, & quem credit in illa latere, & per illam loqui. Vtrum autem in tali adoratione sit opus apponere explicitam conditionem de veritate personæ, quæ apparet, vt loquitur in tali Imagine, dicendo, verbi gratia: Adoro te, si tu es Christus, aut Beatissima Virgo, aut bonus Angelus: sin autem non te adoro, an verò sit licitum adorare simpliciter, & sine vlla conditione; non constat inter Doctores: nam conditionem explicitam requirit S. Thomas in 3. dist. 9. quest. 1. art. 2. quest. in c. 6. ad 2. & 3. pag. 35. col. 4. S. Bonaventura eadem dist. 9. art. 1. quest. 6. pag. 193. Alen. 3. part. quest. 30. memb. 3. §. 3. pag. 116. Adrianus quodlib. 4. art. 1. puncto 3. Gabr. in Canonem Missæ, lect. 50. Altifiodoren. lib. 3. tract. 8. cap. 4. quest. 5. Sylu. verb. latria, quest. 5. Rodriguez in Summa, part. 1. cap. 8. n. 3. pag. 8. Suar. de Incarn. disp. 55. sect. 2. §. Ad exemplum verò, pag. 685. col. 2. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 9. quest. 11. col. 1092. & alij apud ipsum, & apud Valsq. tom. 1. in 3. part. disp. 110. cap. 5. n. 3. pag. 800. quia, eum huiusmodi apparitiones sint insolitæ, & sæpius in Scriptura monentur, quòd non sit credendum

Imago Crucifixi, in qua apparet, & loquitur Diabolus, quomodo possit adorari latria.
Secundum multos, non potest adorari, nisi sub conditione explicita: Si tu es Christus.

dum omni spiritui; sed spiritus sint probandi, si ex Deo sint; & quòd Satanas transfiguret se in Angelum lucis; & quòd multi sint venturi in nomine Christi, & dicturi, se esse Christum; & quòd etiam Beatissima Virgo salutata ab Angelo, non statim crediderit, sed prudenter cogitavit, & examinavit, quæ esset illa salutatio; non possumus, nisi imprudenter, & temerè illas admittere, vt bonas, & à Deo; sed omnino debemus de illis timere, & commendare nos Deo; & si maneant dubiæ, vel absolute debemus illas respicere, vt dicitur fecisse quidam ex Patribus apud S. Bonaventuram loco citato; qui ad similem apparitionem Demonis in specie Crucifixi, clausit repente oculos, & dixit, nolle se in hac vita Christum videre; eaque humilitate confusus Diabolus statim euauit: vel certè ad summum solum possumus adorare sub conditione explicita: Adoro te, si tu es Christus: sin minus te non adoro. in quo casu tutissimi sumus ab omni culpa; cum assensus, & propositio conditionalis per conditionem de præsentia, nihil ponat nisi esse, si conditio non subsistit: & ideo, existentè Diabolo, non autem Christo, sub apparente, & loquente imagine Crucifixi, solum verificatur pars altera: Non te adoro. Addunt verò iidem Doctores aliam esse rationem Eucharistiæ, aut Hostiæ non consecratæ, si fortè à malo Sacerdote proponatur adorandæ; idem enim Eucharistia non adoratur sub conditione explicita: Si es legitime consecrata, quia contrariæ ratione est maxime conseruata, vt solum exponatur legitime consecrata; & non nisi temerè, & imprudenter potest quis dubitare de illius consecratione, quando exponitur: & hinc fit, vt non debeat, neque possit explicitam, & actualem conditionem apponere; sed satis sit habere implicitam, & habitalem, quæ necessario includitur in ipso actu adorationis, prout dirigitur ex dictamine fidei.

Contra verò, huiusmodi Imaginem posse licet adorari sine vlla conditione appolita, sicut & adoratur communiter Eucharistia, ex professo docet Valsq. disp. 110. cit. cap. 5. n. 30. & seq. pag. 800. cit. & ex illo Bonac. in 1. præceptum Decal. disp. 3. quest. 1. punct. 3. num. 5. pag. 145. col. 1. quia in tali Imagine is adoratur, qui in illa apprehenditur; qui tamen non est Diabolus, sed verus Christus.

Negari non potest, quin prima sententia sit probabilior, non solum quia est communior; sed etiam, quia tangit id, quod conuenit rei per se, & spectata ipsius naturæ; non autem solum id, quod conuenit ex aliquo accidente, & solum in aliquo casu, vt facit secunda sententia: nam apparitiones huiusmodi, cum sint extraordinariæ, & insolitæ, & possint esse, tam à Diabolo in nostram perniciem, quam à Deo in nostram salutem, idque omnibus sit notissimum ex ex ipsis sacris Litteris, & ex sacris Historiis, omnino debet esse nobis suspecta: & per se loquedo non nisi valde temerè, & imprudenter potest quis ad primum illarum aspectum statim moueri ad eum absolute, & simpliciter adorandum, qui nos in illis alloquitur, & quem imprudenter putamus esse Christum: & sine dubio logè est aliud, si quis dicat: Adoro Christum; quem puto loqui in hac Imagine. & si dicat: Adoro eum, qui loquitur in hac imagine, quem puto Christum. Et hoc secundum communiter facit, qui vifa Imagine, & audita locutione, statim fertur ad actum latriæ, & determinatè illum ipsum adoratur, qui loquitur; quamuis temerè putet, eum esse Christum; & ideo non potest vacare culpa propter periculum, ne adoret Diabolum; neque aliter potest vitare periculum, nisi adorando sub conditione: Si verè est Christus, vt contendunt Authores primæ

sententiæ. Imò tandem etiam Valsq. n. 35. seriò monet, cautè esse procedendum in huiusmodi apparitionibus, & bene esse attendendum, quid nobis loquantur, & quid iudeant; & propter periculum, ne ab illis decipiamur, neque etiam esse licitum, statim illas adorare quacunque recta intentione; & in hoc sensu admittit etiam ipse, vt veram, primam sententiam de apponenda explicita conditione; & solum addit circa hoc periculum posse contingere in aliquo rudi, aut simplici ignorantiam, aut incogitantiam inuincibilem, & inculpabilem; & per illam sufficienter posse excusari à culpa: quod certè neque etiam negant Authores primæ sententiæ, qui solum loquuntur, vt diximus, per se loquendo, & spectata rei ipsius natura, prout se habet communiter; non autem prout potest ex aliquo accidente se habere in aliquo casu particulari. Vnde etiam Azor. quest. 11. cit. in fine, expressè excusat eum iudem, & iusticium huiusmodi, qui bona fide; & nihil dubitans esset in hac parte: & Rodrig. loco cit. excusat eum, qui id faciat de consilio Confessarij, aut alterius viri spiritualis; & prudentis; & Suar. cum; qui procedit bona fide; & facit sufficientem diligentiam ad discernendos spiritus; & tandem prudenter iudicat, quòd apparitio sit à bono spiritu, & à Deo. Et idem esset, si quis ex interna inspiratione, & instinctu Dei esset certus de veritate apparitionis: sicut enim Prophetæ communiter sunt certi per internum instinctum, & lumen propheticum de iis, quæ prophetant, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quest. 171. art. 5. ita & potest quis esse certus de veritate illius, quod extraordinariè videt, aut audit: & in tali casu non est, quòd apponat conditionem, sub qua adoret: & sic debent credi fecisse plures ex sanctis viris, quibus dicuntur apparitiones, & locutiones diuinæ fuisse frequentissimæ; nec tamen sciuntur illis appouisse vllam conditionem, vt quando S. Franciscus apparuit Seraphim in effigie Crucifixi, eique impressit sacræ stigmata; & S. Thoma Aquinatis locutus est Christus in Imagine Crucifixi: Bene scripsisti de me, Thoma, &c. & sic de alijs pluribus.

Ad secundam rationem dubitandi, quæ est de homine, in quantum est imago Dei, & de alijs omnibus creaturis, in quantum sunt vestigium Dei, patet ex dictis num. 3. & 4. verè enim possunt adorari latria, & hic cultus, si illis exhibeatur sub tali habitu, & attributione, vel pertinentia ad Deum, verè redundat in ipsum Deum, vt ibi diximus ex S. Thoma, Alen. Caiet. Suar. Valsq. & ex 7. Synodo ast. 4. & ex alijs Patribus; communiter tamen cultus latriæ illis non exhibetur solum propter periculum, & propter scandalum.

Ad tertiam de sanctissimis nominibus Christi, & Dei, negat Sor. lib. 1. de instit. quest. 4. art. 2. in fine, pag. 124. & Corduben. lib. 1. quest. 5. dub. 1. §. Item, obiectum, pag. 71. & dub. 4. in responsione ad primam confirmationem 7. argumenti, pag. 83. col. 2. quòd sint adoranda, sicut adorantur imagines: quia solum implicitè, & confusè representant Christum, & Deum; & solum ad placitum, & ex nostra institutione ducunt nos in illorum memoriam; non autem quia habeant vllam veram attributionem, aut pertinentiam ad res ipsas significatas; & quòd auditis, & lectis huiusmodi nominibus, caput aperiamus; aut genuflectamus; non est, quia adoremus ipsa nomina; sed solum, quia adoramus ipsas personas significatas, & nobis rememoratas per nomina; & reuerà ipsa nomina in tali adoratione solum se habent, vt obiectum materiale motuum, in quantum motent, & excitant ad adorandas ipsas per-

Sanctissima nomina IESV, & Dei, quomodo possint adorari latria.

fonas significatas; non autem se habent, vt obiectum terminatiuum, vt loquitur Corduben. *dub. 1. cit.* Sed oppositum probat Suar. *tom. 1. de Incarnat. disp. 54. sect. 5. §. Ad secundam confirmationem.* Valq. *disp. 108. cap. 11. num. 105. pag. 283. in fine, & cap. 14. n. 127. pag. 789. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 3. quest. 1. 2. col. 188. & Bonac. in primum preceptum Decal. disp. 3. quest. 1. puncto 3. n. 9. pag. 145. quia qua ratione Imago semper intelligitur simul cum re imaginata, & representata; & ided est adorabilis simul cum illa; ita & nomen. Vnde, & Aristoteles 1. Elench. cap. 1. pag. 577. Quia, inquit, fieri non potest, ut res ipsas ferentis, disputemus, nominibus visumur pro ipsa rebus, tanquam signis; & quod accidit in nominibus, in rebus quoque arbitramur accidere, quem admodum in qui calculis supputant, &c. Si ergo nomina substituimus loco rerum, & accipimus pro ipsis rebus, & tanquam vicaria rerum, etiam nomina Christi, & Dei substituimus, & accipimus pro Christo, & Deo; & ided honor latriæ, qui debetur personis, significatis per nomina, potest extendi ad ipsa nomina, tanquam ad signa vicaria personarum. Atque hoc modo in 7. Synodo act. 7. in definitione fidei, in Summa Conciliorum, pag. 365. & in 8. Synodo act. 10. can. 3. pag. 403. idem honor, qui tribuitur sacris Imaginibus Christi Domini, dicitur esse tribuendus etiam libro sanctorum Evangeliorum. Et ratio reddi tur can. 3. cit. quia hoc idem, quod facit pictura in coloribus, facit scriptura in characteribus, & sermo in syllabis: sicut ergo toti libro Evangeliorum potest exhiberi idem honor, qui est debitus picturæ, & imagini totius vitæ Christi Domini, si habeatur expressa coloribus; ita & syllabis ore prolatis, aut scripto expressis sanctissimorum nominum Christi, & Dei, potest tribui idem honor, qui est debitus picturæ, & imagini ipsius personæ, cum ita se habeant huiusmodi nomina ad imaginem solius personæ; sicut se habet totus liber Evangeliorum ad imaginem totius vitæ; & etiam nomen ore prolatum sit quasi imago quædam successiua ipsius personæ, sicut & signum Crucis, quo manu, aut digito aliquid signamus, est imago quædam successiua ipsius veræ Crucis, vt loquitur Suar. *disp. 56. initio*, quod idem etiam habetur in Concilio Moguntino §. 2. vt refert Valq. *cap. 14. n. 127. cit.* vbi sic dicitur: *Et codicem oculis perlustrans, cum quis ad venerabile, & tremendum nomen Iesu deuenerit, caput aperit, inclinatur, & suspirans, in calum oculos attollit; & ob id omni reprehensione, & suspitione idololatriæ caret: siquidem non literas, qua vili aramento pinguntur, sic honorat; sed cogitatione, & veneratione mentis suæ ad eum adorandum, & venerandum rapitur, cuius memoriam ei literæ suggerunt. Cur ergo superstitionis, aut idololatriæ rem peragitur, qui ante imaginem Crucifixi caput aperit, aut procumbens adorat? Quibus verbis cum adoratio imaginum in dicto Concilio probetur, & explicetur per ipsam adorationem Nominis Iesu, v. aperte ostenditur, quod etiam nomen sit adorandum, sicut adorantur imagines. Et eandem comparationem Nominis Iesu cum Imaginibus, quoad venerationem, & adorationem, etiam facit S. Irenæus *lib. 4. contra hereses, cap. 36.* vt refert Suar. *sect. 5. cit.* qui etiam pro hac eadem adoratione citat Abulensem *que. 6. & 7. in cap. 20. Exodi*, & S. Thomam *opusculo 60. ar. 6. pag. 68. col. 3.* vbi de hoc nomine asserit, quod est magnæ, & multæ virtutis, & quod pœnitentibus est in refugium, ægrotantibus in remedium, pugnantibus in subsidium, orantibus in suffragium; & quod ex S. Bernardo, in vasculo huius vocabuli est absconditum electuarium, quod nulli**

6. Nomina communiter substituantur loco rerum, & pro illa accipiuntur.

7. Nomen Iesu substituitur pro ipso Verbo incarnato, & ided adoratur latria.

8. Liber Evangeliorum est quasi imago actoris Christi, & ided est adorandus quasi imago.

vuquam pesti inuenitur inefficax; & quod ex Petro Rauennate, per virtutem huius nominis tota Diaboli potestas de obfessis corporibus est fugata, iuxta assertionem illam Discipulorum, Lucæ 10. *Domine, in nomine tuo etiam Dæmonia subiciuntur nobis.* Et quod sit dignum adoratione propter huiusmodi excellentias, & virtutes, quas habet, in quantum formaliter significat Deum incarnatum, & Saluatorem, etique est ita coniunctum, vt pro illo supponat, & semper per sonum materialem suarum syllabarum, quando voce proferatur, & per materiales characteres, quando scribitur, eum asserat secum, & semper inducat in mentem audientium, aut legentium; probatur ex illo ad Philippum, 2. *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur.* Et confirmatur ex communi vsu fidelium, qui semper audito hoc nomine caput aperitur, aut inclinatur, aut genuflectunt, & externo aliquo signo reuerentiam illi exhibent. Et quauis sæpè in Scriptura per figuram metonymiam, nomini tribuantur, quæ conueniunt rei, aut personæ significatæ per nomen, vt quando dicitur Actorum 4. *Non est aliud nomen datum sub celo, in quo nos oporteat saluos fieri.* & ad Rom. 10. *Quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* & Ioan. 1. *Dedit potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius.* vt bene notat Valq. *disp. 108. cap. 1. cit. num. 107. pag. 784.* hoc ipsum tamen clarè ostendit id, quod contendimus, tantam esse coniunctionem huius nominis cum re, & persona significata, vt sumatur pro illa ipsa, & pro illa substituitur; ac proinde, quod adoratio, & cultus latriæ, quæ per se debetur personæ, possit deriuari, & extendi ratione illius, etiam ad nomen, sicut & deriuatur, & extenditur ad imaginem; & hac de causa rectè dicitur, quod honor exhibitus nomini transeat ad personam; sicut & contumelia, aut iniuria, si illi exhiberetur, vt etiam contingit in imagine. Vnde falsum est, quod paulo ante retulimus ex Cordubense, quod nomen Iesu in adoratione latriæ solum se habeat, vt obiectum materiale motiuum; non autem vt terminatiuum: verè enim etiam ipsum terminat secundariò, & per accidens, seu ratione personæ significatæ actum adorationis, vt etiam terminant ipsæ imagines: & ided etiam ipsum est obiectum materiale terminatiuum simul, & motiuum, id est, motiuum ad adorandam personam significatam adoratione absoluta, & per se; & terminatiuum adorationis respectiua, & per accidens ratione personæ.

Neque vrgent, quæ in contrarium afferuntur in ratione dubitandi: quod enim hæc nomina, in quantum voce proferuntur, nihil sint aliud, nisi sonus, & percussio aëris, & quantitas successiua, & quod primò sint signa conceptuum, & earum, quæ sunt in anima passionum, & quod in quantum scribuntur, & litteris exprimentur, primò sint signa ipsarum vocum, & deinde conceptuum, & c. solum pertinent ad esse materiale huiusmodi nominum, secundum quod sine dubio non sunt digna adoratione; sicut nec ipsæ imagines, si accipiantur similiter secundum esse materiale: quemadmodum tamen hinc non probatur, quod non sint signa etiam rerum, & personarum; & quod communiter non substituantur, & accipiantur pro illis, vt supra diximus; ita nec potest probari, quod ex hoc capite non sint digna aliqua adoratione, vt etiam concedit Corduben. *dub. 1. cit.* & specialiter, quod non sint digna adoratione latriæ ratione personarum, quas significant, & pro quibus substituantur, vt diximus. Neque est eadem ratio de ipsis conceptibus, aut speciebus intentionalibus, quæ quauis dicantur, & sint ima-

gō, aut similitudo expressa, aut impressa ipsarum rerum; communiter tamen non habent rationem signi, neque nos ducunt in earum notitiam, cum ex seipsis sint valdè ignota, imò & sint formaliter ipsa notitia, vel adiumentum notitiæ, in quam debent nos ducere, si essent signa; & nullo modo substituantur, vel accipiantur pro ipsis rebus, sicut communiter substituantur, & accipiuntur nomina, vt iam diximus.

9. Nomen Iesu quare sit sanctius, & venerabilius, quam nomen Dei.

Quod si quæras ex his ipsis nominibus Iesu, & Dei, quare apud Christianos maius, & sanctius, & venerabilius communiter reputetur nomen Iesu, quam nomen Dei, etiam Iehoua, & tetragrammaton, quod apud Iudæos erat ineffabile, hoc causæ asserit Abulen. *quest. 7. in cap. 20. Exodi*, & ex illo Cornel. à Lapide in c. 2. ad Philippum. n. 91. pag. 602. col. 1. quia hoc nomen, Deus, significat suppositum, aut naturam diuinam, in quantum est Dominus, & Creator: Iesus verò significat, in quantum est Saluator, & Redemptor. Sicut autem redemptio, & saluatio maius est beneficium, quam creatio, quia, vt canitur ex S. Gregorio in *Pastorali*, nihil nobis profuisset nasci, nisi redimi profuisset: ita & nomen Redemptoris, & Saluatoris est maius, quam nomen Creatoris, cum præterea redemptio præsupponat, & perficiat creationem, non è contra; & nomen Iehoua de Deo id explicet, quod ipse de se ait *Exod. 3. Ego sum, qui sum.* id est, quod sit primum ens, & primum principium essendi: nomen verò Iesus explicet, quod præterea sit principium bene essendi; & fons, & principium etiam gratiæ, & gloriæ.

10. Liber Evangeliorum quibus de causis sit adorandus latria.

Ad quartam rationem dubitandi, quæ est de libro Evangeliorum, patet ex dictis paulo ante, n. 80. est enim quasi pictura loquens totius vitæ Christi Domini: & ided in 7. Synodo actione 7. in definitione fidei, & in 8. Synodo can. 3. cit. meritò dicitur esse adorandus, sicut sacrae Imagines. Et quauis materialiter acceptus non sit dignus adoratione; est tamen maximè dignus, acceptus formaliter, in quantum refert, tanquam imago loquax, res ipsas diuinas; & præterea in quantum refert, & continet ipsum Christum, & Deum, quasi loquentem, & est ipsum Dei Verbum, & ipsa Dei loquela, & vox, qua suam sapientiam nobis enunciat, & viam demonstrat ad veram virtutem, & ad salutem, & felicitatem æternam, vt bene notat Cornel. à Lapide in præfatio in *Evangelia*, cap. 1. pag. 1. col. 1. nam reuera ipsi quatuor Evangelistæ non tam videntur Scriptores diuersi, quam vnus Scriptoris, id est, Dei, & Spiritus Sancti diuersi calami, vt omnes Scriptores sacrorum librorum appellat Theodoretus in præfatio in *Psalms*; & S. Gregorius in præfatione in *Iob*, & apud Bellarm. *lib. 1. de Verbo Dei*, cap. 2. §. *Secundò, testis est. col. 3. tom. 1.* Et sicut in litteris, & epistolis, quas ab amico accipimus, ipsum amicum quasi coram loquentem audimus; & in libris scientiarum, & facultatum, audimus quasi docentes ipsos Magistros, & Professores scientiarum, & librorum Authores, & ipsos libros ab illis denominamus; & quod in libris est scriptum, communiter reputamus quasi continuò, & actualiter ab illis dictum: ita & in libro Evangeliorum audimus quasi loquentem ipsum Christum, & Deum: & quod in illo legimus, accipimus, quasi actualiter dictum, &c. Et falsum est, quod fideles nullum signum adorationis illi exhibeant: siquidem, dum Evangelium recitatur in Missa, non modò assurgunt, illudque audiunt aperto capite, & venerabiliter curui in signum fidelis adorationis, vt præcipitur cap. *Apostolica de consecr. dist. 1. ex Anastasio Papa,*

epistola 1. ad Episcopos Germaniæ; & ipse etiam Sacerdos in fine illud exosculatur, vt notat Rupertus *lib. de diuin. Offic. cap. 1. & alij apud Suar. tom. 3. de Sacram. disp. 81. sect. 8. p. g. 1074. col. 1. in fine*; sed etiam cereos illi accendunt, vt ex consuetudine antiquissima rotius Orientis, testis est S. Hieronymus *contra Vigilantium*, & apud Bellarm. *lib. 2. de sacris Imaginibus, cap. 4. §. Tertio, si esse superstitionis. col. 791. & cap. 12. §. Vltimum genus. col. 725. & apud Cornel. à Lapide cap. 1. cit. in signum*, scilicet, quod illum audiunt, qui de se ait: *Ego sum lux mundi.* & quod sub typo hominis corporalis lux illa ostenditur, de qua dicitur *Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* vt ibi loquitur S. Hieronymus. Et hac eadem de causa in pluribus Conciliis Generalibus, vt, verbi gratia, Nicæno 1. & II. Chalcedonenfi, & Ephesino, codex Evangeliorum dicitur fuisse statutus in medio, vt omnes ad illum, quasi ad personam Christi, & Dei conuenterentur, & omnes ipsum Christum audirent, quasi ore, ac voce monentem: *Iustum iudicium indicat.* vt ex S. Cyrillo in *Apolog.* notat Cornelius *cap. 1. cit. §. Quarto, circa pag. 2. col. 1.* Et idem probat alia consuetudo antiquissima iurandi per Evangelia, in rebus præsertim grauioribus, vt testis est Sozomenus *lib. 6. Historia euangel. cap. 3.* & alij apud Sayrum *lib. 5. Clau-reg. cap. 1. n. 12.* & patet ex cap. *Quoties. 1. quest. 7. & ex Clem. Multorum. §. Porro, de Heretic.* & ex aliis Iuribus: quæ formula etiam seruatur in professione fidei approbata per Pium IV. *Ego idem spondeo, vobis, & iuro, sic me Deus adiuret, ad hæc sancta Dei Evangelia.* in quantum, nimirum, Deus ipse, vt prima veritas, & primus Magister, & testis veritatis, specialiter agnoscitur quasi esse, & loqui in ipsis Evangelii. Et idem est, iurare per Evangelia, atque iurare per Deum, cuius veritas manifestatur in Evangelio, vt notat S. Thom. 2. 2. *quest. 89. art. 6. & ided Deus eandem religionem, & adorabilitatem aliquo modo refundit in Evangelia, quam ipse habet in se, eaque facit secundariò, & per accidens adorabilia eadem adoratione.*

Neque hinc sequitur, quod etiam Concio, & locutio quæcunque, aut liber de rebus diuinis sit adorandus eadem adoratione, qua Evangelium, cum non sit eodem modo locutio Dei; neque vt talis sit approbata, & proposta ab Ecclesia; sed sit verè, & propriè locutio hominis, & propriè referat ipsum hominem de Deo loquentem, & differentem; non autem referat ipsum Deum. Et idem est de libro, qui fortè tractet de Beatissima Virgine, aut de Sanctis, qui similiter non refert ipsam Virginem, aut Sanctos, quasi de se loquentes; & ided quantum est ex hoc capite non est dignus hyperdulia, aut dulia, sicut dicitur esse dignus latriæ ipse liber Evangeliorum; si tamen dicatur esse dignus ex alio capite, in quantum est etiam ipse quasi pictura loquax de virtutibus, & laudibus Beatissimæ Virginis, & Sanctorum, & quasi Imago, vt supra diximus ex 7. & 8. Synodo, generaliter de omnibus eloquiis syllabarum, quod idem præstent, atque Imagines per operationem colorum, non video, ex quo capite id possit damnari, aut reprehendi, cum reuera etiam hic liber proportionaliter se habeat ad explicandas, ac referendas res gestas Beatissimæ Virginis, aut Sanctorum; sicut se habet liber Evangeliorum ad explicandas res gestas à Christo; & verè habeat etiam ipse attributionem, & pertinentiam ad Beatissimam Virginem, vel ad Sanctos, & propter illos sit honorabilis, nec tractandus, quasi profanus. Nec multum refert, quod fideles communiter non habeant in eadem veneratione huiusmodi li-

11. Alij libri de rebus diuinis non sunt adorandi, sicut liber Evangeliorum.

bro, in qua habent sacras Imagines eiusdem Beatiſſimæ Virginis, aut Sanctorum, cum id proveniat maxime ex eo, quia representatio non est in vtrifque æqualiter nota, vt etiam contingit in libro Euangeliorum, si comparatur cum imaginibus ipsius Christi: ex quo tamen non sequitur, quod representatio non conueniat etiam libris, & qui illam bene norunt, non possint etiam libros honorare quasi Imagines, vt etiam *supra* diximus *disp. precedenti*, n. 5. de aliis omnibus creaturis, in quantum sunt imago, aut vestigium Dei.

12. *Res sacre quomodo dicuntur esse ad adorandum Imagines.*

Ad quintam rationem dubitandi, quæ est de vasis, & vestibus, & rebus sacris, quod in 7. Synodo *act. 7. in definitione fidei*, rectè dicantur esse adoranda, sicut adorantur imagines, id est, adoratione quadam secundaria, & per accidens, propter attributionem, & pertinentiam, quam habent ad Eucharistiam, & ad Christum; ex eo probat Vasquez *disp. 108. cap. 15. n. 136. pag. 792.* & Suar. *tom. 3. de Sacramentis, disp. 81. sect. 8. §. Circa posteriorem partem. pag. 1073. in fine.* quia etiam hæc semper intelliguntur, vt coniuncta cum ipso Christo, ad cuius cultum sunt specialiter consecrata, vt vult; sicut & imagines semper intelliguntur cum ipso prototypo, ad cuius representationem sunt factæ. Et falsum est, quod à fidelibus nullus cultus exhibeat huiusmodi vasis, & vestibus sacris, cum vestes multi exofculentur ex deuotione; & altaria exofculentur ipsi Sacerdotes inter celebrandum; & sacra vasa altaris, verbi gratia, calices, & patenæ à laicis communiter non tanguntur, imò neque à Clericis quibuscunque, cap. *Non liceat. 1. dist. 23. vbi ex Concilio Bracharen. I. cap. 28.* dicuntur, non esse portanda à Lecttoribus, & cap. *In sancta. & cap. Vestimenta. & cap. Ad nuptiarum. de consecrat. dist. 1. ex decreto Sedis apostolicæ dicuntur non esse conrectanda, dicenda, aut ferenda, nisi ab hominibus Deo dicatis, atque sacratis, etique famulantibus, ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo suo; & vltio, quæ percussit Regem Balthasarem, veniat super hæc transgredientes, & corruere eos faciat ad ima. Et cap. *Nemo per ignorantiam. de consecrat. dist. 1. cit.* similiter dicitur, quod pallas, & vela Sanctuarij, id est, corporalia, & purificatoria, vt exponit Suar. *de Sacram. disp. 81. sect. 4. §. Quare addendum est. pag. 1072. col. 2. si fuerint fordidata, Diaconi cum humilibus ministris intra Sanctuarium debent lauare, ne forte pulvis dominici Corporis malè decidat; & quod noniam peluim debent ad hoc comparare, quæ nihil aliud tangat, neque aliis lauandis adhibeatur, nisi illis, quæ pertinent ad cultum Dominici Altaris: quæ omnia ex Suario *ibidem*, debent intelligi, saltem de prima locutione; neque hoc tempore sunt abrogata; neque possunt rationabiliter abrogari, vt etiam notat Sylu. *de b. Benedictio, quæst. 7. & verb. Corporalis. quæst. 4. & cap. Sacratas. dist. 23.* dicitur, ad apostolicam Sedem fuisse perlatum, quod sacratæ Deo fœminæ, vel Monachæ, sacra vasa, & sacratas pallas apud se haberent, & contingerent; idque omnium sapientium iudicio dignum esse reprehensione, & vituperatione; & ideo per omnes prouincias quamprimùm esse tollendum Et quantum postea obtinuerit vsus, vt vestes sacerdotales, & pallas altaris, & paramenta, & vasa, quæ consecrata non sunt, nec proximè attingunt Christi Corpus, aut Sanguinem, tangantur à laicis, vt notat Azor. *part. 1. lib. 9. quæst. 6. col. 1091. in initio.* & fuscè Layman. *lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 19. pag. 351. col. 2. & Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 81. sect. 8. concl. 2. §. Tertium exemplum. pag. 1071. in fine;* non tamen tanguntur**

13. *Res sacre non tanguntur à laicis.*

nisi cum reuerentia, & honore: & alia, quæ consecrantur sacro Chrismate, vt calices, & patenæ, vel quæ proximè attingunt Christi Corpus, & sanguinem, vt corporalia, & purificatoria, nullo modo tanguntur, nisi fortè ex priuilegio, quale habent Religiosi, suis Ecclesiis inuoluerentes in officio Sacristæ, vt subdit idem Azor. & patet ex Compendio priuilegiorum Fratrum Minorum, *part. 2. verb. O namenta Ecclesiæ, n. 3. pag. 285.* & ex nostro Compendio, *verb. Sacra, §. 1.* Quamquam, si laicus, etiam fœmina, absque contemptu tangat huiusmodi vasa, aut res sacras, etiam calicem, & corporalia, non sit damnandus peccati mortalis, vt vult Sotus *in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. ad 3.* sed solum venialis ex Suar. *tom. 3. de Sacram. disp. 81. sect. 8. & Valq. tom. 3. in 3. part. disp. 233. c. 4. n. 37. & Sanchez lib. 2. in Decal. c. 43. n. 27.* vel etiam nullius peccati, si id faciat ex rationabili causa, & cum debita reuerentia, vt vult Sanchez *ibidem*, & aliqui alij apud Bonac. *de Sacrament. disp. vlt. quæst. 4. puncto 9. num. 21. pag. 102. num. 21. pag. 103. tom. 1. & disp. 3. in præcep. Decal. quæst. 1. punct. 4. num. 13. pag. 147. tom. 2. vel si is, qui tangit, sit saltem initiatus prima tonsura, vt vult Suar. *sect. 8. tit. §. Tertium exemplum sit. in fine. pag. 1072. col. 2. in initio,* qui id colligit ex cap. *Non oportet. 3. dist. 23. vbi ex Concilio Agathensi cap. 66.* dicitur, quod ministri in sacra, id est, non sacri, & Deo non dicati per Ordines, non debent habere licentiam rangendi vasa Domini: his enim verbis à contrario sensu indicatur, quod alij, qui sunt sacratati per Ordines, debent illam habere, & quod de facto habeant, vt etiam ostendit communis vsus, qui id extendit etiam ad ordinatos per primam tonsuram, vt subdit *ibidem* Suar. Neque facit in contrarium cap. *Non liceat. 1. eadem ead. dist. 23. vbi ex Concilio Bracharen. I. cap. 28.* statuitur, vt solis Subdiaconis, non autem Lecttoribus, liceat portare vasa sacra Altaris: id enim ex *Gloss. ibid.* solum intelligitur de vasis Reliquiarum, & de iis portandis solenniter in processionibus; non autem de tangendis simpliciter cum debita reuerentia. Imò cap. *Non liceat. 2. eadem dist. expressè* subditur, quod non tantùm Subdiaconus; sed etiam Acolythus, ad ministerium Altaris potest tangere vasa Domini: & cap. *Nullus. 1. dist. 24.* dicitur, quod tam Acolythi, quam Subdiaconi, in ministerio Altaris possunt portare id, quod Sacerdos iis imposuerit à se benedictum. Ex quibus omnibus colligit Suar. *eodem §. Tertium exemplum.* non semper fuisse idem ius circa tangenda hæc vasa sacra, neque eandem vbi que consuetudinem; & hoc tempore non omnia esse in vsu, quæ prescribuntur in antiquis Canonibus; & ideo tunc solum videri damnandum culpæ mortalis eum, qui tangit vasa Domini, verbi gratia, calicem, & patenam, quando actu continent Corpus, aut Sanguinem Christi, in quo casu non possunt tangi, nisi à Sacerdote, aut saltem à Diacono, vt etiam notat Palud. *in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 4. concl. 2.* & non videtur posse excusari à culpa mortali, si tangantur ab alio, extra casum necessitatis, & quando non est alius, qui possit tangere.*

Et ad eandem venerationem rerum sacrarum etiam pertinet, quod non possint amplius adhiberi ad vsus profanos; sed solum ad aliquos alios vsus sacros, vel igne sint comburendæ, & cinis in Baptisterio sit reconduendus, vel in alio loco, per quem non sit transitus, cap. *Ligna. & cap. Altaris. de consecrat. dist. 1.* Et hæc omnia satis ostendunt, quomodo res sacre participant de honorabilitate, & adorabilitate ipsius Christi, & Dei, propter quem dicuntur sacre, sicut & participant ipsæ Imagines.

Et

Et si præterea huiusmodi vestes, & res sacre accipiuntur, quatenus mysticè representant, & referunt aliquid ex iis, quæ Christo acciderunt in passione, vt, verbi gratia, Amictus, velum illud, & operimentum, quo Iudei velabant ipsius faciem, & caput cooperiebant dicentes Matth. 26. *Prophetiza, quis est, qui te percussit? Alba, vestem albam, qua illum induerunt; Cingulum, flagellum, quo est flagellatus; Stola, ligaturam ad columnam; Manipulum, funem, quo fuit comprehensus; Casula, vestem purpuream, quam milites ei circumdederunt; Corporale, sindonem, qua fuit sepultus; & sic de aliis: si, inquam, hoc modo accipiuntur huiusmodi vestes, & res sacre, clariùs declarabitur, quomodo sint adorandæ, tanquam imagines, cum reuera etiam ipsæ sint imagines, & sanctitatem participant à suo prototypo.*

14. *Si laicus tangat res sacras, quomodo peccet.*

De materiis Sacramentorum, vt est, verbi gratia, Chrisma, & Oleum infirmorum, & aqua solenniter benedicta, & præparata pro Baptismate, idem proportionaliter est dicendum, quod generaliter diximus de rebus sacris; esse, nimirum, dignas veneratione propter attributionem, quam dicunt ad ipsum Christum, & Deum datorem gratiæ, cuius ipsæ sunt instrumenta: sicut enim colitur Romæ in Ecclesia Lateranensi, & olim asseruabatur, & colebatur in Arca, Virga Aaron, solum quia fuerat instrumentum multorum miraculorum; & sine dubio coleretur in quavis Ecclesia etiam baculus, quo S. Gregorius Thaumaturgus coërcuit fluium omnia inundantem, si extaret; & vniuersaliter omnia possunt adorari, & coli, per quæ fiunt miracula, vt ex S. Gregorio in epistola ad Germanum Patriarcham Constantinopolitanum, *qua refertur, & approbat in 7. Synodo act. 4.* notat Valq. *tom. 1. in 3. part. disp. 106. cap. 3. n. 21. & 22. pag. 750.* ita & possunt, ac debent coli materia Sacramentorum, quæ consistunt in vsu, cum sint proximè aptæ, vt assumantur, tanquam instrumenta ad productionem gratiæ; & de facto sic adorantur per Episcopos, & Sacerdotes feria quinta, in Cæna Domini, in inclinationibus capitum, genuflexionibus, salutationibus, oculis ampullarum, vt patet ex Pontificali *in formula, & ritu consecrationis.* Et materias Sacramentorum esse dignas adoratione, in quantum sunt signa gratiæ, quam producant, expressè habet Henricus *quodlib. 10. quæst. 6. pag. 414. sub initium.* Et quod dicitur in 7. Synodo *act. 7. in definitione fidei, cit.* res sacras non esse adorandas per veram latria, quæ soli competit diuinæ naturæ; sed solum per salutationem, & honorariam adorationem; eodem modo est intelligendum, quo intelligitur de imaginibus, & explicauimus *supra, disp. 6. n. 14.* id est, de latria per se, & propria; non autem de impropria, & per accidens, vel certè de ipso interno affectu subiectionis, & seruitutis, qui appellatur latria in spiritu, & veritate; non autem de signo externo, quod ex tali affectu interno erga prototypum, & erga Christum, vel Deum, tam potest exhiberi Imaginibus, quam rebus sacris, vt *ibi* diximus.

15. *Materie Sacramentorum possunt adorari, tanquam Dei instrumenta, ad productionem gratiæ.*

Et vniuersaliter ad dignoscendum in vnaquaque re sacra modum, aut genus adorationis, quæ sit illi exhibenda, optima videtur esse regula, quam tradit Henricus *quodlib. 10. quæst. 6. cit.* vt videamus, quale sit illud, ad quod res illæ reducuntur, tanquam ad per se adorandum, & ratione cuius adorantur etiam ipsæ: nam semper talis adoratio illis debetur per accidens, & secundariò, & reductiuè, qualis per se, & primariò, & directè debetur alteri, ad quod reducuntur, & propter quod adorantur. Et hoc modo libro Euangeliorum, & sanctissimo nomini Iesu, & iis, quæ inseruiunt ad Eucharistiam, & ad illam

reducuntur, vt sunt calices, secundariò, & per accidens debetur latria: quia hæc debetur primariò, & per se ipsi Chrillo, ad quem reducuntur: & materiæ Sacramentorum, & instrumenta miraculorum, si accipiuntur, quatenus sunt instrumenta Dei, aut Christi producentis gratiam, & remittentis peccata, & animas sanctificantis, vel operantis miracula, debent similiter adorari latria, qua per se adoratur ipse Deus, aut Christus effector gratiæ, & operator miraculorum: & si accipiuntur, quatenus sunt signa ipsius gratiæ, per quam anima sanctificatur, & Deo coniungitur, possunt præterea adorari dulia, qua per se adorantur animæ sanctæ, & Deo vnita, & sic de aliis.

17. *Species sacramentalibus in Eucharistia quomodo adorantur latria.*

Et idem est de accidentibus, & speciebus sacramentalibus in Eucharistia, quæ similiter simul cum ipso Christo, quem continent, coadorantur: sicut & simul cum Rege coadorantur vestes, quæ alioqui ex se non sunt capaces adorationis, vt bene explicat Valq. *disp. 108. cap. 12. n. 17. & 118. pag. 181.* & hæc ratione in Tridentino *sess. 13. cap. 5.* absolute dicitur, quod Eucharistia est adoranda latria propter præsentiam Diuinitatis, & Humanitatis.

18. *Agni Dei ex cere b. nediit à Papa quomodo sine adorandi.*

De cereis Imaginibus, quæ communiter dicuntur *Agni Dei*, quod similiter sint adorandi, atque ipsæ Imagines, non est, quod probetur, cum reuera sint Imagines, & à Summis Pontificibus, certo, ac solenni ritu, adhibito etiam sancto Chrismate, benedicantur; & consecrentur, iisque fidelibus, qui eos postea piè gestauerint, multa petantur, & in vim huiusmodi precum nomine Ecclesiæ exhibitarum, multa in dies præsententur à Deo. Atque hinc fit, vt à laicis tangi non debeant, cum sint sacri, adhibito Chrismate, sicut & calices, vt patet ex dictis *paulò ante n. 13.* de rebus sacris in vniuersum, & præcipuè ex cap. *Sacratas. dist. 23.* & notat Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 9. quæst. 3. col. 1089.* & Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 43. n. 27.* & Bonac. *in primum præceptum Decalogi, disp. 3. quæst. 1. punct. 4. n. 13.* & Layman. *lib. 5. tract. 4. cap. 6. n. 19.* quauis addant, non peccare mortaliter, si quis absque contemptu eos tangat; imò nec venialiter, si tangat ex rationabili causa, & cum debita reuerentia, cum etiam Sotus *in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3. ad 3.* & plures alij recentiores id affirmant de fœmina, si tangat calices, & corporalia absque contemptu, vt etiam *supra* diximus n. 14. & addant, canones, qui id prohibent, solum intelligi de consilio, & ad maiorem reuerentiam, vt videre est apud Sanchez, qui etiam addit n. 29. vsu iam esse inductum, vt tangantur ab omnibus, etiam à fœminis. Et eodem modo solum de consilio intelliguntur, quæ specialiter habentur de Agnis cereis in Concilio Mediolanensi V. sub S. Carolo Borromeo *part. 1. cap. de Sacramentalibus, pag. mibi 218.* vt, scilicet, domi decenter asserentur; & quando ad collum gestantur, ita sint inclusi decenti theca, vt tactu violari non possint; & fabri ipsi thecarum nullo modo eos tangant, sed aduocent Clericos constitutos in sacris, qui in thecis eos includant: & in agros contra tempestates non proiciantur, neque arboribus affigantur, aut suspendantur à ramis; sed eorum cera adoleatur ad suffumigationem, quod antiqui est instituti, vt *ibi* dicitur, ad inuidentes tempestates, & alias diabolicas illusiones depellendas.

19. *Non sunt latria gendi à laicis.*

Non sic verò debet intelligi, vt solum de consilio, & solum ad maiorem decentiam, id, quod statuit Gregorius XIII. Constitutione, *Omni certè suscipiari, sub panis excorruptione, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud superinducere, neque depingi, aut*

20. *Non tamen peccatur mortaliter, si tangantur sine contemptu.*

21. *Non possunt pingi, aut suscipiari, sub panis excorruptione, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud superinducere, neque depingi, aut*

miniari facere, aut illos venales proponere, seu tenere: sed unusquisque albos, & mundos, Agnum illum purum, & innocentem representantes, qui suo Sanguine nos redemit, apud se habeat, deferat, & custodiat, &c. Quia enim id totum statuit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & ipso facto incurrendæ, non potest dici, quod solum statuat, ut de consilio, & ad maiorem decentiam; cum semper excommunicatio latæ sententiæ supponat culpam mortalem; & quod præcipitur, aut prohibetur sub tali excommunicatione, eo ipso præcipiatur, aut prohibeatur sub culpa mortali.

22. Verum il non intelligitur de iis, qui habent admixtas Reliquias

Quia tamen Constitutio allata expressè loquitur de illis Agnis, quos puros, & mundos Pontifex benedixit, cõsque præcipit conseruari albos, & mundos ad representandam munditiam, & puritatem veri Agni immaculati, qui pro nobis occisus nos redemit Sanguine suo; non videtur incidere in excommunicationem, si quis depingat, aut miniet, vel curetde pingi, & miniari illos alios, qui postcã ex approbatione, & permissione Pontificis, saltem tacita, sine alia benedictione, aut consecratione conficiuntur sub iisdem figuris, & imaginibus agni ex fragmentis, & ex cera aliã benedicta, & postcã liquata, & cum admixtione plurim Reliquiarum, ut notat Bonac. de cõsuetudin. disp. 2. q. 2. punct. 29. num. 3. p. 257 tom. 3. quia reuerã, qui hos miniat, non miniat Agnos puros, & mundos benedictos à Papa; sed alios confectos ex illorum materia tunc benedicta, quando erat sub forma, & sub figura agni, & absolutè appellabatur Agnus Dei, quam denominationem postcã amisit per liquefactionem, & amissionem figuræ. Neque Papa, dum prohibuit miniari Agnos puros, & mundos à se benedictos, prohibuit liquefieri eorum materiam, & aliquid aliud cum illa misceri, & iterum figurari iisdem figuris, & postcã miniari; cum reuerã ex tali mixtione non sint amplius albi, & mundi; nec per munditiam, & albedinẽ iam amissã amplius referant puritatem veri Agni, ad quam præcipit respicit prohibitio eos pingendi. Et pro hac sententia multum facit communis vsus Romæ inductus miniandi hos Agnos sine alia facultate, & sine scrupulo; & prætercã declaratio, quam ante paucos annos de mente Urbani VIII. dicitur fecisse ipse Sacrista Pontificis, quod hæc miniatio non esset illicita. Secus verò esset, si cera alba & munda iam benedicta à Papa iterum liquaretur, & iterum figuraretur in alios Agnos albos & mundos; quod Romæ non semel est factum iussu Clementis VIII. & Pauli V. Neque enim videtur, quod hi Agni posteriùs resecti ex aliis benedictis priùs à Papa, possint licitè miniari, & depingi, cum reuerã sint etiam ipsi albi, & mundi, & apti representare munditiam veri Agni.

23. Rectè tamen addit Sanchez lib. 2. in Decal. cap. Agnicovet 43. num. 28. & Bonac. in primùm præceptum Decal. iam miniari disput. 3. quest. 1. punct. 4. num. 12. pag. 147. tom. 2. licitè possunt venineri.

Rectè tamen addit Sanchez lib. 2. in Decal. cap. Agnicovet 43. num. 28. & Bonac. in primùm præceptum Decal. iam miniari disput. 3. quest. 1. punct. 4. num. 12. pag. 147. tom. 2. licitè possunt venineri.

borum in iis aduehendis ex Vrbe ad alia loca; quomodo possunt vendi etiam calices consecrati sine villo periculo simoniæ, ut notant Sanchez num. 29. sequente, Azor. & Bonac. locis cit. Et quanuis Suar. de simonia, cap. 14. cit. num. 16. addat, Pontificem, eo ipso, quod suis expensis emit totam materiam, & labores artificum pro conficiendis huiusmodi Agnis, cõsque postcã benedictos, & consecratos gratis omnibus donat; virtualiter etiam vult, & declarat, quod etiam gratis sint dandi ab omnibus aliis, & non vendendi; nisi fortè ratione alicuius alterius expensæ, aut laboris in iis iterum reficiendis, vel aduehendis ad alia loca: quia tamen de hac voluntate Pontificis non satis constat; neque ex eo, quod ipsemet Pontifex gratis aliquid donet, potest inferri, quod donatarius illud idem non possit alteri vendere, non videtur ex hoc capite dubitandum, quod hæc venditio absolue sit licita, & nullo modo simoniaca, si pretium exigatur tantummodo ratione materiæ, non autem vlla ex parte ratione benedictionis, & consecrationis.

Atque ex hoc, quod huiusmodi Agni sint res sacra, à fortiori colligitur, quod non sint villo modo adhibendi ad vsus profanos. Et sine dubio vix posset excusari à culpa mortali, si quis huiusmodi cera vteretur ad litteras obfignandas, vel ad aliquid affigendum parieti, &c. siquidem ex Suario, tom. 3. de Sacram. disp. 81. sect. 8. similiter non excusaretur à culpa mortali, qui vteretur rebus aliis sacris ad vsus profanos, verbi gratia, calice consecrato ad communem mensam, sacro corporali, aut purificatorio ad emungendas nares, & tanquam communi linteolo, aut sudario, vestibus sacris ad profanas representationes, aut ludos, &c.

Denique, ad vltimam rationem dubitandi, quæ erat de typo venerandæ, & viuificantis Crucis: Respondeo, certum esse debere, quod etiam hic sit adorandus, ut definitur in 7. Synodo; siue formetur, & exprimat, & quasi pingatur solum in aère, & transeunt per solam indicationem, & notam manus; siue formetur in materia permanente per artem pingendi, aut sculpendi, cum semper sit imago veræ, & viuificæ Crucis, in qua Christus est mortuus, id est, imago transiens, & successiua, dum formatur solum in aère, ut loquitur Suar. tom. 1. in 3. part. disp. 56. initio, & imago penmanens, dum formatur in alia materia permanente, & semper habet eandem vtilitatem, quas reliquæ imagines, cum referat, & representet Passionem Christi Domini, & in illa fiduciam excitet, & fidem, & gratitudinem præferat, de qua re potest videri idem Suar. disp. 56. cit. & Valq. tom. 1. in 3. part. disp. 111. præsertim cap. 2. 4. & 5. & Bellarm. lib. 2. de Imaginibus, cap. 29. col. 85. i. tom. 2. qui etiam cap. 30. §. Ad vltimum. col. 855. fusè explicat, quomodo hoc signum non possit notari superstitionis, & maximè differat à characteribus, & signis Magorum: siquidem illa, neque ex se, suaque natura, neque ex instituto, & virtute Dei; sed solum ex pacto Dæmonis operantur, & solum deseruiunt pro signo fœderis inter Magos, & Dæmonem, cum tamen signum Crucis ex instituto Dei, & ex meritis Christi, & ex fide, & deuotione fidelium operetur: nam, quod sæpissimè dissoluat magias, & ipsos Dæmones pellat, etiam formatum ab infideli, verbi gratia, Iudæo, aut Pagano, ut patet ex S. Gregorio Nazianzeno oratione 1. in Iulianum, & ex S. Epiphano heresi 30. & ex S. Gregorio lib. 3. Dial. cap. 7. maximè est ex Dei instituto, & imperio, ut notat Suar. tom. 1. in 3. part. disp. 56. cit. sect. 3. & est quasi ex opere operato, ut loquitur Bellarm. loc. cit. cum ex S. Augustino lib. 83. qq. 9. 79. indixerit Deus

24. Agni enim, quomodo sint veniri.

25. Illorum materia non potest adhiberi ad vsus profanos.

26. Signum Crucis est dignum adoratione.

17. Pollit Dæmones ex Christi instituto, & quasi ex opere operato.

28. Deus ipse Dæmonibus, ut cedent Crucis, tanquam sceptro supremi Regis, & quod aliquando non cedant, solum sit ex dispensatione ipsius Dei, qui id iustum, & vtile iudicat. Et quod præterea pellat morbos, & mala auerrat, maximè est ex fide, & deuotione fidelium, qui per hoc signum, quasi per nutum, implorant Dei auxilium per Christi merita; sicut & possunt implorare per actum cordis, aut oris. Et denique quod per illud frequentissimè impertiamus rebus benedictiones, v.g. domibus, agris, hominibus, maximè est ex eadem deuotione, qua res illas Deo commendamus per Christi merita, signo illo representata. Et quod Ecclesia per idem signum, & per certas preces, & caeremonias benedicit aquam, ramos, candelas, &c. similiter solum est, quia signo illo, illisque precibus Deum precatur, ut velit res illas nobis esse salutare, & per illas nos adiuuet, tanquam per instrumenta.

29. Atque hinc etiam est, ut hoc signum rectè dicatur professio quadam Christianæ fidei, ut ex S. Augustino in illa verba Psalmi 141. In via hæc, qua ambulabam, notat Suar. disp. 56. cit. sect. 1. initio; & per illam profiteamur nos Christi Crucem amplecti, & velle in nobis ipsis, ut eius virtute sanctificemur, & muniamur, & defendamur. Et hæc etiam de causa maximè adhibetur in administratione omnium Sacramentorum, ut idem subdit ex Sancto Dionysio de ecclesiast. Hierar. cap. 4. §. 5. & 6. & ex Sancto Augustino Sermon. 181. de tempore, & ex antiquissima consuetudine communiter præmittitur à fidelibus ante omnes actiones, ut ex traditione non scripta refert Sanctus Basilius lib. de Spiritu Sancto, cap. 27. Vnde etiam turpissimè mendacij conuincuntur Hæretici, qui asseruerunt, vsuum huius sanctissimi signi solum incepisse in quarto sæculo; cum tamen illius mentio habeatur etiam apud Tertullianum in libro de corona militis; & hic floruerit in secundo sæculo, ut notat Bellarm. lib. 2. de Imaginibus, cap. 26.

30. Neque ex eo sunt dignæ adoratione omnes Cruces, quæ formantur in materia permanente, quia referunt quomodocumque similitudinem ad veram Crucem; sed, quia ex illa exprimuntur, & solum formantur ad illam representandam, ac proinde quia omnes habent respectu illius rationem imaginis: quod tamen non accidit in omnibus lanceis, aut clavis, aut spinis, quæ quanuis habeant similitudinem ad lanceam, clauos, aut spinas Christi Domini; communiter tamen non exprimitur ex illis, neque formantur, aut habentur ad vsum Imaginis, & ad effectum representandi; sed ad alios vsus longe diuersos, ut bene explicat Bellarm. lib. 2. cit. de Imaginibus, cap. 30. §. Ad 4. & Valq. tom. 1. de Incarnatione, disp. 111. cap. 6. num. 20. Et certum est, quod ad imaginem non sufficit sola similitudo: siquidem vnum eum, verbi gratia, aut vnus paries albus, non dicitur esse imago alterius oui, aut alterius parietis albi, quanuis alioqui sit illi simillimus in albedine; sed requiritur, ut vnum sit expressum ex alio, & ad illud representandum. Vnde, si lancea, aut clavi, aut spinæ verè pingantur, aut habentur ad representandam veram lanceam, & veros clauos, & spinas Christi Domini, verè habent rationem imaginis, & omnes verè sunt dignæ adoratione, ut subdit Bellarm. ibidem: & eadem est ratio, quare non adorentur omnes naues ex eo, quod Christus in nauim ascenderit; neque omnes Virgines ex eo, quod fuerint in vtero Virginis, ut subdit Valquez num. 20. cit.

Quod verò additur de adorandis similiter omnibus lignis propter similitudinem in natura, Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

saltem generica, ad lignum Crucis, ineptè additur, cum reuerã neque omnes arbores referant Crucem, neque ad eam representandam, ac referendam sint facta; & ipsa etiam vera Crux non adoretur, tanquam imago Crucifixi propter essentiam, & naturam physicam, siue specificam, siue genericam, in qua fortè habet conuenientiam cum aliis lignis; sed maximè propter figuram, & compositionem artificialem duorum lignorum, ex qua potuit Christus habere sibi affixum, eumque representare, tanquam imago: sic enim expressè profertur S. Leontius in 7. Synodo, act. 4. tom. 3. Concilior. part. 1. dum asserit: Ego, quatenus duo ligna Crucis colligata sunt, typum adoro propter Christum, qui in eo crucifixus est: cum verò fuerint dissoluta, abicio, & exuro. Et simile quid etiam habet S. Athanasius in questionibus ad Antiochum, quest. 16. & apud Valq. disp. 111. cap. 6. cit. n. 21. vbi etiam id asserit causã, quare communiter ad effectum adorationis pingantur Cruces, etiam seorsim ab aliis omnibus, & per se; non autem pingantur lanceæ, spongiæ, clauis, & spinæ: quia, nimirum, Cruces iam ex deuotione fidelium nullum alium habent vsum, nisi imaginis veræ Crucis; & ided statim intelliguntur, & accipiuntur ab omnibus, tanquam imagines: cum tamen lanceæ, spongiæ, & alia huiusmodi adhuc retineant alios vsus; neque communiter intelligantur, aut accipiuntur tanquam imagines illius lanceæ, quæ Christum transiit, aut illius spongiæ, quæ plena aceto fuit illi apposta, nisi determinentur ex aliis adiunctis, & pingantur, v.g. simul cum Crucè, ut etiam notat Suar. de Incarnatione, disp. 56. sect. 2. §. Et in hoc. & diximus paulò antè ex Bellarm. lib. 2. de Imaginibus, cap. 30. & satis indicat S. Thomas 3. part. qu. 25. art. 4. ad 3. dum ait, Crucem speciali ratione esse imaginem Crucifixi; & ided specialiter appellari Matthæi 24. signum Filij hominis: & ipsum Christum specialiter ab illa denominari Marci 16. Iesum crucifixum; non autem denominari à lancea lanceatum, aut spinatum à spinis, &c. Iesum quaris Nazarenum crucifixum, hæc enim ratio imaginis in tantum specialiter conuenit Crucis; non autem aliis, quæ simul cum Cruce fuerint instrumenta Passionis, in quantum alia retinuerunt alios vsus, quos priùs habebant; Crux verò solum habet, ac retinet vsum imaginis.

DISPUTATIO IX.

Quomodo cultus patriæ sit exhibendus Crucis Christi, siue veræ, siue fictæ, & representatæ.

- 1. Crux vera, in qua Christus pendit, est adoranda, tanquam Reliquia, & tanquam Imago Christi in ea extensi.
2. Particula vera Crucis solum adorantur, ut Reliquia.
3. Alia Cruces solum adorantur, ut Imagines.
4. An, & quomodo Crux Christi adoretur hyperdulia.
5. Etiam creatura insensibiles possunt laudari, & honorari aliqua laude, & honore ipsarum proprio.
6. Quomodo Crux, ut paribulum Christi, non sit delectanda.
7. Quare non omnia, quæ Christum quomodocumque retigerunt, adorentur Latria.
8. Labia Iudæ, quæ Christum sunt osculata, & manus

- num militis, quae dedit alapam, quare non adoretur latrā.
- 9. *Asina, quae Christum portavit.*
- 10. *Terra Chanaan, quam Christus calcavit.*
- 11. *Mulier hamorrhoiſſa, quae tetigit ſimbriam.*
- 12. *Turbae, quae Christum ſapientius compreſſerunt.*
- 13. *Beatiſſima Virgo, quae Christum portavit.*
- 14. *Secundum aliquos, bene poſſunt adorari labia Iudae, & manus militis, & ipſa aſina, quae Christum portavit.*

1. *Cruce vera, in qua Christus pependit, eſt adoranda, & quam Reliquia, & tanquam Imago Christi in ea extenſi.*

CHRIſTI Crucem eſſe adotandam latrā, ſive loquamur de illa ipſa, in qua Chriſtus eſt crucifixus, ſive de alia quacunq; illius imagine, quae ex uſu fidelium formatur in quavis materia, v.g. lapide, ligno, argento, auro, expreſſe docet S. Thom. 3. part. q. 25. art. 4. & 2. 2. q. 103. art. 4. ad 3. & in 3. diſt. 9. q. 1. art. 2. quaſtunc. 4. & omnes communiter, & ex Suar. tom. 1. de Incarnatione diſp. 56. ſect. 1. initio, eſt de fide: ſicut & eſt de fide, quod ſunt adorandae Imagines Chriſti Domini, & quod ſunt adorandae Reliquiae: quam utraque rationem Reliquiae, & Imaginis habet Crux illa tota, in qua Chriſtus verè pependit, cum ex contactu ſanctiſſimi Corporis, & Sanguinis, maxime ſit ſanctificata, ac proinde ſit facta digniſſima, ut inter pretioſiſſimas Reliquias reputetur: & praeterea maxime referat, ac repraeſentet vnicuique figuram Domini Crucifixi; & idèd verè, & proprie etiam habeat rationem Imaginis, ut notat Bellar. lib. 2. de Imaginibus, cap. 26. initio, ubi etiam addit propter rationem Reliquiae non ſolum eſſe adorandam ipſam totam; ſed etiam quacunq; illius particulas; & propter rationem Imaginis eſſe adorandam, non ſolum ipſam; ſed etiam omnes alias Cruces ex quacunq; materia. Et hanc utraque rationem Reliquiae, & Imaginis, optime attingit, & explicat Sanctus Thomas 3. part. quaſt. 25. art. 4. cit. ubi ait, honorem, & reverentiam per ſe non deberi, niſi naturae rationali, quae ſola eſt capax excellentiae, cui debeamus nos ſubmittere, & ſubiicere per ſignum honoris: creaturae autem irrationali, aut inſenſibili ſolum deberi ratione naturae rationalis: & hoc dupliciter, id eſt, in quantum illam repraeſentat, tanquam imago, & in quantum eſt illi aliquo modo coniuncta: nam primo modo honoramus imaginem Regis, & ſecundo modo illius veſtimentum; & ſive honoramus hoc modo, ſive illo, ſemper honoramus eodem honore, quo ipſum Regem; & ſic accidere in veneratione, & adoratione Crucis Chriſti: ſiquidem illam, in qua Chriſtus eſt crucifixus, utroque modo veneramus, cum repraeſentat nobis figuram Chriſti in ea extenſi; & ex contactu ad ſanctiſſima illius membra, & ad Sanguinem, quo eſt perſuſa, ſemper intelligatur eſſe illi coniuncta, & ex utroque hoc titulo ſemper adoretur eadem latrā, qua ipſe Chriſtus: alias verò Cruces ex quavis alia materia ſolum veneramus, tanquam imagines verae Crucis, & conſequenter tanquam repraeſentantes etiam Chriſtum in Cruce extenſum; & ſimiliter etiam illas veneramus eadem veneratione latrā, qua ipſum Chriſtum, ut ſupra diximus de adoratione aliarum Imaginum eiusdem Chriſti.

Quod dicas ex eodem S. Thomae in 3. diſt. 9. q. 1. art. 2. quaſtunc. 4. cit. adorationem latrā non competere Cruci, in qua Chriſtus pependit, niſi in quantum eſt imago ipſius Chriſti pendens: & ſi praeterea conſideretur, in quantum eſt res quaedam ipſius Chriſti, ſolum poſſe adorari hyperdulia, cum non pertineat, hoc modo con-

2. *Particula vera Crucis ſolum adoratur, ut Reliquia.*

3. *Aliae Cruces ſolum adorantur, ut Imagines.*

4. *An, & quomodo Crux Chriſti adoratur hyperdulia.*

ſiderata, ad perſonam Verbi tanquam pars eius; & idèd non poſſit ſimul cum Verbo adorari latrā: quo etiam modo, ſolum hyperdulia eſſe exhibendam ſanctiſſimae Cruci, expreſſe habet Henricus quodlib. 10. quaſt. 6. Mar. in 3. diſt. 9. quaſt. 8. art. 2. & aliqui alij apud Suar. diſp. 56. ſect. 1. §. Dubitari.

Reſponderi primo poſteſt cum Durando in 3. diſt. 9. quaſt. 2. in reſponſione ad 3. & cum Caprazolo eadem diſt. 9. quaſt. unica, art. 3. ad argumentum contra 3. concluſionem, cum quibus ſentit etiam Vaſquez tom. 2. in 3. part. diſp. 113. cap. 3. num. 10. Sanctum Thomam, quod ibi aſſerit de hyperdulia, poſtea correxiſſe, & melius conſiderata, quando admixit adorationem latrā, non ſolum in quantum Crux eſt Imago Chriſti in illa pendens, ſed etiam in quantum eſt coniuncta eidem Chriſto ratione contactus. Et ſi forte alicui minus placeat vti vocabulo correptionis, dum loquimur de S. Doctore, dici poſteſt cum Caietano 3. p. quaſt. 25. art. 4. in fine. S. Thomas, doctrinam ibi traditam de hyperdulia non tam correxiſſe, quam manifeſtaſſe, & amplificaſſe, dum poſtea ab hyperdulia aſcendit ad latrā: & ſenſus Caietani videtur eſſe, quod S. Thomas aſſerendo eo loco de ſanctiſſimae Cruce adorationem hyperduliae, ſolum intendit aſſerere adorationem excellentiorem ſupra adorationem aliarum Reliquiarum, eamque poſtea melius declaraveſſet, dum appellavit latrā, eaque dixit adorari debere ſanctiſſimam Crucem, non quidem per ſe, & quaſi acceptam ſeorſim à Chriſto; ſed ſimul cum ipſo Chriſto, cui ſepe intelligitur quaſi coniuncta propter contactum cum illo habitum, qui eſt illi ratio, ut adoretur, & qui à fidelibus ſemper concipitur, quaſi actu perdurans: neque amplius curavit de alia conſideratione eiusdem Crucis, in quantum eſt res quaedam in ſe dignificata, & nobilitata à Chriſto: quia neque fidelès communiter de illa curant, cum ſemper apprehendant ſimul cum Chriſto illi actus.

Et ex hoc poſteſt reſponderi ſecundo cum Suar. diſp. 56. ſect. 1. cit. §. Dicendum vero eſt. Si enim Crux adoretur, ut coniuncta cum Chriſto, & ſimul cum ipſo, quomodo communiter concipitur à fidelibus, quaſi actu habens, & ſuſticiens ipſius Corpus, & actu perſuſa ipſius Sanguine, verè, & proprie ſimul cum ipſo coadoratur latrā. Et hoc modo id aſſerit S. Thomas 3. part. quaſt. 25. art. 4. ſi bene expendantur ipſius verba: ſiquidem non ait, quod adoretur latrā, in quantum eſt quomodocumque res quaedam ipſius Chriſti; ſed in quantum repraeſentat figuram Chriſti in ea pendens: & praeterea ex contactu ad eius membra, & ex hoc quod eius Sanguine eſt perſuſa. Et hoc utroque modo adoratur, inquit, eadem adoratione cum Chriſto; ſcilicet, adoratione latrā: Si verò adoretur quaſi per ſe, & ſeorſim à Chriſto propter ſanctitatem, & excellentiam, quam contraxit, & reſpiciet ex contactu praeterito, tam re ipſa, quam conſeptione fidelium, & ipſa ſola ſit totalis materia, quae adoratur; non autem ſimul cum illa actualiter, & ſubſtantialiter adoratur etiam Chriſtus; rectè dicitur, quod adoretur hyperdulia, cum hoc modo ratio adorandi ſit ipſa ſanctitas, & Chriſtus ſe habeat ſolum extrinſecè, & terminativè, tanquam illius principium, aut terminus. Et hoc important, & ſonant verba S. Thomae in 3. diſt. 9. cit. ſi bene attendantur: ſiquidem non facit mentionem de contactu membrorum, aut de Sanguinis perſuſione, neque de adoratione ſimul cum Chriſto; ſed ſolum ait, Crucem adorari hyperdulia, ſi conſideretur, in quantum eſt res aliqua Chriſti. Et ſenſus eſt, quod quemadmodum Beatiſſima Virgo, in quantum

5. *Etiā creatura inſenſibilis poſſunt laudari, & honorari aliquo laude, & honore iſtorum propria.*

Lib. III.

quantum eſt Mater Chriſti, & Chriſtus ſe habet ad illam ſolum extrinſecè, & tanquam terminus materialitatis, adoratur hyperdulia; & in hac adoratione totalis materia eſt ipſa ſola; non autem ſimul cum illa eſt etiam Chriſtus: ita & Crux, in quantum eſt res Chriſti, & ab illo, & per illum dignificata, poſteſt adorari hyperdulia, id eſt, adoratione inferiore ad adorationem latrā, qua adoratur ſimul cum Chriſto; & hunc ipſum honorem, qui exhibetur Cruci, in quantum eſt res aliqua Chriſti, in reſponſione ad 3. lubdit ibidem eſſe minore illo, qui ſimiliter exhibetur Beatiſſimae Virgini.

Et ſi quis urgeat, Crucem hoc modo conſideratam, provt eſt res quaedam per ſe, & ſeorſim à Chriſto, neque latrā, neque hyperduliae aut duliae eſſe capacem, cum ſit res inanimata, & inſenſibilis, & planè incapax cuiuſcunq; honoris, & ſubiectionis, ut vniuerſaliter de omni creatura irrationali notat S. Thomas 3. part. quaſt. 25. art. 4. cit. addi poſteſt ex S. Bonaventura in 3. diſt. 9. quaſt. 4. in fine, n. 29. pag. 190. col. i. duplicem eſſe honorem, ſicut & duplex eſt laus: ſicut enim poſteſt aliquid laudari propter ſolam excellentiam ſuae naturae, ut verbi gratia, quod ſit res pulchra, & bona, vel vilis ad multa, & aliquid poſteſt laudari propter ſtrenuitatem ſuae virtutis, & propter honeſtatem ſuarum operationum, & haec tantum poſterior laus reſpicit merita; non autem alia prior: ita & poſteſt alicui exhiberi honor in teſtimonium, & ſignum virtutis, & alicui in ſignum cuiuſcunq; alterius nobilitatis, & excellentiae; & primus honor tantummodo reſpicit merita in re honorata, & praſupponit naturam intelligentem; non autem ſecundus. Et addi poſteſt, quod hic tantum tribuitur Cruci propter nobilitatem, qua Deus illam nobilitavit, dum in ea pependit, & per eam nos liberauit: ſicut & primus honor maxime tribuitur Crucifixo; & ſicut propter hanc Crucis nobilitatem, & dignitatem, plures laudes de illa decantat Eccleſia, dum ait, v.g. *Arbor decora, & fulgida, ornata Regis purpura, eleſta digno ſtipite, tam ſancti membra tangere, & Crux fidelis, inter omnes Arbor una nobilis, nulla ſylva talem proferri, fronde, flore, germine, &c.* ita & plures honores illi exhibet, non quidem ſummos, qui dicuntur latrā; ſed infra ſummos, qui poſſunt dici hyperduliae.

Et ulterius, ſi quis contendat, hunc ipſum honorem, vel adorationem, quae exhibetur Cruci, provt eſt res quaedam, eſſe appellandam adorationem latrā, cum etiam hoc modo, & ſecundum omnem rationem conſiderata ſemper dicat attributionem, & pertinentiam ad ipſum Chriſtum, & ſemper adoretur ratione illius, dici poſteſt, non eſſe magnoperè contendendum de vocabulis, & de modo loquendi: & qua ratione diximus ſupra, diſp. 5. & 6. de adoratione propria Humanitatis Chriſti, & de adoratione Imaginum, quod ab aliquibus appelletur hyperdulia, & ab aliquibus latrā analogica, per accidens, ſecundaria, vel ſecundum quid, non autem propria, & primaria, & per ſe, quae non debetur, niſi Deo; & prototypo: eadem ratione poſſumus dicere etiam de adoratione Crucis, provt eſt res quaedam ipſius Chriſti, & adoratur quaſi per ſe, & ſeorſim à Chriſto, quod poſſit appellari hyperdulia, in quantum eſt minor, quam adoratio Dei, intelligendo appellacione hyperduliae omnem illam adorationem, quae eſt ſupra communem duliam, & infra latrā, ut notat Suar. tom. 2. in 3. part. diſp. 22. ſect. 3. §. Tertiò, ſi Beata Virgo, & quod praeterea propter attributionem, & pertinentiam ad Chriſtum, poſſit appellari latrā analogica, per accidens, ſeu per aliud, ſecundaria, & ſecundum quid.

Sed, quidquid ſit de modo loquendi, & de vocabulis circa adorationem Crucis, male Hæretici illam impugnant ex eo, quia dolorem, & ignominiam attulit Chriſto, & idèd ab iis omnibus, qui Chriſtum diligunt, deſtandam maxime eſt, non adoranda, ſicut & deſtandam maxime eſſet ab omnibus filiis, qui non eſſent planè ſtulti, aut impij, patibulum patris, in quo turpiter eſſet ſuſpenſus. Nam contra eſt ex S. Thoma 3. part. quaſt. 25. art. 4. ad 1. Bellarm. lib. 2. de Imaginibus, cap. 30. initio. Vaſquez de Incarnatione, diſp. 111. cap. 6. Suar. de Incarn. diſp. 56. ſect. 1. §. Argumentum primum. & in deſenſione fidei, lib. 2. cap. 14. & omnibus communiter: quia, quidquid doloris, & ignominiae habuit Chriſtus in Cruce, fuit planè abſorptum in victoria, & gloria, quam inde reportavit: & idèd quemadmodum in fidelibus myſterium Crucis eſt ſcandalum, & ſtultitia, quia ſolum conſiderant ignominiam, & dolorem: ita & fidelibus eſt Dei virtus, & ſapientia, ut dicitur 1. ad Cor. 1. quia praeterea conſiderant ipſius gloriam, & bonum, quod inde eſt conſecutum; neque approbant Chriſti dolores, & ignominias, quatenus malum illius ſunt; ſed quatenus ſunt remedium noſtri boni, & ſacrificium Deo acceptum, & argumentum certiffimum eius fortitudinis, & charitatis in nos. Et quemadmodum neque impius, neque ſtultus deberet dici ille filius, qui patre pro ſalute reipublicae, aut pro fide, & pro virtute fortiter mortuo, ſervaret domi, & in honore haberet ipſum gladium, aut tela, quibus eſſet conſoſus, eaque vellet perpetua eſſe monumenta virtutis paternae, ſibi que, & poſteris incitamenta ad ſimilem gloriam; & ad hunc finem illa adiungeret, & infereret imaginibus domus: ita nec impij, nec ſtulti poſſunt dici fideles, dum Crucem adorant, in qua Chriſtus, non propter ſeclera, nec inuitus eſt mortuus, quae duo communiter faciunt deſtandam patribus aliorum parentum; ſed propter noſtram ſalutem, & ex obedientia Patris, & quia ſponte dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in Sanguine ſuo.

Similiter malè impugnant idem Hæretici primam rationem, ex qua diximus adorari ſanctiſſimam Crucem, id eſt, rationem contactus ad Chriſti membra, dum inquirunt, ex ratione contactus ſi adoranda eſt Crux, eſſe etiam adoranda labia Iudae, quae Chriſtum osculo tetigerunt, & manum militis, quae Chriſto impegit alapam; & ipſam aſinam, cui Chriſtus inſedit; & navim totam, in qua tranſfretavit; & terram Chanaan, quam calcavit; & mulierem hamorrhoiſſam, quae tetigit Chriſti ſimbriam; & totae turbae, quae Chriſtum ſapientius compreſſerunt; & ipſa Beatiſſima Virgo, quae illum geſtauit in utero, & recedens natum inuoluit pannis, & admouit ad vbera, & per infantiam in vlnis habuit, &c. & quod plus eſt, ſi contactus quantitativus ad Chriſtum, eſt ſufficiens ratio adorationis in Cruce, erit etiam cōtactus virtutis, qui reperitur in omni actione, ſive reali, ſive intentionali, & ſupplet contactum quantitativum, ut probatur in *Phyſicis*; atque ita illi omnes, qui Chriſtum viderunt, & ad quos ipſe tranſmiſit ſuas ſpecies intentionales, & illi, quos vidit Chriſtus, & qui contra tranſmiſerunt ſuas ad Chriſtum, poterunt adorari ratione iſtius contactus, quem habuerunt cum illo per ſpecies; quod tamen videtur ridiculum, & à nullo admittitur. Sed reſpondeatur cum Suario diſp. 56. ſect. 1. §. Ad 2. & in deſenſione fidei, lib. 2. cap. 14. num. 4. Bellarmino lib. 2. de Imaginibus, cap. 30. §. Ad quoniam. Vaſquez de Incarnatione, diſp. 111. cap. 6. num. 22. Azorio part. 1. lib. 9. cap. 5. qu. 9. & aliis communiter, non quencunq; contactum ad Chriſtum eſſe

6. *Quomodo Crux, ut patribus Chriſti, non ſit deſtandam.*

7. *Quare non omnia, quae Chriſti quomodocumque tetigerunt, adorantur latrā.*

8. rationem adorationis; sed illum tantummodo, per quem res specialiter illi coniungitur, & efficitur, & censetur moraliter, tanquam osculo, neque in manu militis alapam infligentis, neque in aliis huiusmodi: quia enim membra cuiusque exteriora ex S. Thoma 1. 2. quest. 74. art. 3. sunt planè serua, & despotice subiecta voluntati, & instrumenta illius semper coniuncta, & ab illa semper recipiunt motionem, qua mouent; non possunt considerari, nisi vt se tenent ex parte agentis; ac proinde labia Iudæ, & manus militis solùm considerantur, vt instrumenta sacrilega, sacrilegè, mota à voluntate illorum; non autem possunt considerari ex parte Christi patientis, & instrumenta ab illo assumpta ad patiendum: siquidem ad patiendum, & recipiendum osculum, & alapam, non adhibuit membra aliena, vt instrumenta à se separata; sed solùm proprias, genas, & instrumenta coniuncta: & hinc fit, vt huiusmodi labia, & manus ex ipso contactu ætino verè impio, & sacrilego, quem habuerunt ad Christum, verè, & maximè sint detestanda; non autem villo modo sint adoranda: quod tamen non ita accidit in Cruce, & aliis instrumentis inanimatis, & separatis, v. g. clauis, lancea, spinis, quæ quanuis essent sacrilega, provt erant instrumenta Iudæorum agentium, sicut & tota actio, & crucifixio Christi, provt erat ab ipso; adhuc tamen possunt considerari, vt sancta, quatenus se tenent ex parte Christi, sponte, & voluntariè per illa patientis, & morientis: sicut & tota passio, & crucifixio, provt erat, & recipiebatur in ipso, & ex hoc capite per hunc contactum, quasi passuum membrorum, & sanguinis Christi ad ipsa applicatorum, rectè possunt adorari, tanquam ab ipso volita, & effecta aliquid illius.

Et potest addi ex eodem Suauio locis citatis, quòd si fortasse contactus ad membra Christi, quantum ex se, possit esse sufficiens ratio adorandi; sæpè tamen huiusmodi adoratio potest impediri ex aliquo alio adiuncto, propter quod minimè debeat, & minimè debeat in actum exire, & hoc modo de facto impeditur propter impietatem Iudæ, & militis, ne adoretur illius labia, & huius manus, & propter rei vilitatem, ne adoretur asina, cui Christus insedit, & vermes, & lurum, & feces, aut excrementa, & res fordide, vt etiam supra diximus disputations 7. n. 6. Et propter incertitudinem impeditur, ne adoretur tota terra Chanaan: siquidem profus ignoratur, quam partem determinatè calcauerit Christus, & modò ceteri potest ita esse mutata per continuam elementorum transmutationem, vt non sit amplius illa ipsa, quæ tunc erat; & idè nec sit amplius adorabilis propter contactum: quanquam, si quis honorem aliquem illi exhiberet, existimans esse illam ipsam, non esset reprehendus; sicut nec reprehenditur, qui piè veneratur particulas terræ, quæ afferuntur ex Ierosolymis, & per quas etiam S. Aug. lib. 22. de ciuit. c. 8. testatur, quòd suo tempore miracula fierent. Et idem est de nauicula, in qua Christus transfretauit, si extaret, & haberetur de illa moralis certitudo, & de aliis huiusmodi, quibus Christus est vsus, dum esset in terris: vt enim bene aduertit S. Damasc. lib. 4. de fide, cap. 12. Si eorum, quorum amore st. grat. mit. & domus nobis est chara, & lectus, & vestis, quando magis ea, quæ Dei, & Saluatoris sunt, re: que nobis salus parua est? & ex B. Leonio lib. 5. Apologia pro Christianis contra Iudeos, qui refertur in 7. Synodo act. 4. vt etiam nos retulimus supra, disput. 7. num. 1. Si filij ex affectu erga patrem peregrinantes, & absentem, quidquid illius in domo

9. Asina, qua Christum portauit.
10. Terra Chanaan, quam Christus calcauit.

viderint, siue baculum, siue sedem, siue chlamydem, cum lacrymis attrahant, & amplectantur, pariter ipsa in illis desiderant, ac reuerentes: potiori ratione possumus nos amplectari, ac venerari ea omnia, quæ Christo inseruerunt, & fuerunt Christi in suis actionibus, aut passionibus.

Mulier verò hæmorrhøissa, quæ tetigit Christi fimbriam, & turbam, quæ Christum sæpius conpreciserunt, idè non adorantur: quia per huiusmodi tactum cum illo habitum, quasi dissimulante, & non aduertente, non cenentur moraliter contraxisse cum illo coniunctionem, de qua loquimur; neque specialiter sunt factæ illius, quæ propriè est attributio, & pertinentia ad ipsum, in qua fundatur adorabilitas. Et idem est de contactu virtutis, siue reali, siue intentionali, qui ponitur in argumento: neque enim facit coniunctionem, & pertinentiam moralem, de qua loquimur: & idè neque fundat adorabilitatem in his omnibus, qui Christum viderunt, aut qui fuerunt visi à Christo, vt notat Suar. de Incarnat. disp. 56. sect. 1. §. Ad 2.

Beatissimam Virginem esse adorandam latria, idè negat S. Thomas 3. part. quest. 25. art. 5. & in 3. distict. 9. quest. 1. artic. 2. questio. 3. & Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 22. sect. 2. sub initium, & sect. 3. initio, & omnes communiter: quia secundum se, & ratione propriæ excellentiæ, quam habet supra omnes puras creaturas, competit illi propria adoratio hyperdulæ. Et sensus est ex Caiet. ad art. 5. c. quòd si praterè adoraretur latria secundum aliud, id est, ratione ipsius Christi, cum quo habet maximam coniunctionem, vt bene ostenditur in argumento, facile daretur imperitiam, & rudibus occasio errandi, dum illam facile adorarent latria, etiam secundum se, & ratione sitæ propriæ excellentiæ: & qua ratione creaturæ omnes, quæ sūt naturales imagines, aut naturale vestigium Dei, idè communiter non adorantur latria; quia est tollenda, non autem danda erroris occasio, vt bene notat idem S. Thom. q. 25. cit. ar. 3. & diximus sup. disp. 7. n. 3. & 4. & si tollatur hoc periculum, & is, qui adorat, sit bene instructus de adorabilitate secundum aliud, & propter attentionem, quam habent ad Deum, bene possunt adorari latria, vt ibi probauimus: eadem ratione Beatissima Virgo bene potest adorari latria, si adoretur, vt coniuncta cum Christo; & is, qui adorat, bene distinguat adorabilitatem, quæ illi cõuenit secundum aliud, & est latria; & illam, quæ illi cõuenit secundum se, & est hyperdulia, vt notat Caietanus ibid.

Et vniuersaliter de rebus adorandis ratione contactus, quem habuerunt ad Christum, non est onitendum id, quòd asserit Valqu. de Incarn. disp. 111. cap. 6. num. 22. in fine, quòd, absolute loquendo, semper possit huiusmodi contactus sufficere ad rem aliquam piè, & laudabiliter adorandam adoratione priuata: & hoc modo, si quis sincera fide, & recta intentione affectum, & animum ad solum Christum intendat, bene possit adorare labia Iudæ, & manum militis, quæ impexit alapam, & ipsam asinam, quæ Christum portauit; quanuis non debeat adorare publicè propter scandalum, & ne aliis præbeat occasionem erroris. Sed reuerà, quanuis hæc omnia possint licitè adorari, in quantum sunt res creatæ, & vestigium Dei, eumque continent, & representant, iuxta ea, quæ diximus disp. 7. non tamen videntur posse adorari ex peculiari ratione contactus, cum ex hoc non habuerint specialem coniunctionem, & ætiam illius, & ipse contactus factus fuerit aliunde impeditus, ne illa dignificaret, & faceret digna veneratione, vt iam explicauimus.

11. Mulier hæmorrhøissa, quæ tetigit fimbriam.
12. Turba, qua Christus sæpius Ch. stū conpreciserunt.

13. Beatissima Virgo, qua Christum portauit.

14. Secundum aliam, idè possunt adorari tabula luæ, & manus mittis, & ipsa asina, qua Christum portauit.

Denique malè impugnant iidem Hæretici rationem alteram, propter quam adoramus omnes alias Cruces, ex quacunque alia materia, id est, in quantum sunt imagines veræ Crucis, dum asserunt, apertè hinc sequi, quòd similiter sint adoranda omnia sepulcra; quia Christus fuit in sepulcro; & alia omnia, quæ possunt illud representare; & omnia præsepia, & omnia stabula, & omnes lanceæ, omnes clauis, omnes spinæ, & omnes spongiæ; quia similiter Christus fuit in præsepio, & in stabulo, & lancea, & clauis fuit transfixus, &c. imò & poterunt similiter adorari omnes asinæ, quia Christus insedit asinæ, & omnes aliæ possunt illam representare. Nam contrà est: quia aliæ Cruces non idè adorantur, quia sunt quomodocunque similes veræ Cruci; sed, quia sunt illius imagines, & ex illa exprimentur, neque habent apud fideles alium vsus, nisi vsus Imaginis; quæ tamen omnia aliter se habent in aliis omnibus, quæ enumerantur in argumento, vt fusè explicauimus supra, disput. 8. num. 30.

DISPUTATIO X.

Quomodo cultus hyperdulæ sit exhibendus Beatissimæ Virgini.

1. De fide est, quòd Beatissima Virgo sit adoranda.
2. Probabile est, quòd fuerit adorata ab Angelis, statim atque fuerunt creati, aut beatificati.
3. Angeli ab ipso initio cognouerunt mysterium Incarnationis, & Beatissimam Virginem, vt Dei Matrem futuram.
4. Beatissima Virgo semper fuit adorata, etiam ab hominibus, qui habuerunt notitiam mysterij Incarnationis.
5. Excellentia Beatissimæ Virginis, propter quam est digna adoratione, est multiplex.
6. Propter contactum, quem habuit ad Christum, potest adorari latria.
7. Sed præticè, & communiter hic cultus illi non tribuitur.
8. Quomodo aliqui ex Patribus negent, Beatissimam Virginem esse adorandam.
9. Non est propriè, & per se adoranda adoratione latriæ.
10. Quomodo aliquando appelletur Diua, & Dea.
11. Quomodo illi tribuantur aliqua appellationes, quæ videntur propria ipsius Christi.
12. Hyperdulia rectè tribuitur Beatissimæ Virgini.
13. Nomen hyperdulia non est vsitatum à Sanctis Patribus; sed solùm excogitatum à Scholasticis.
14. Hyperdulia, ratione solius sanctitatis, non differt specie à dulia.
15. Hyperdulia secundum quid potest tribui, etiam vni Sancto, respectu alterius.
16. Hyperdulia Beatissimæ Virginis, ratione solius maternitatis, differt specie à dulia, vel hyperdulia, ratione solius sanctitatis.
17. Verum in Sanctis diuersificantur dulia pro diuersitate manerum, quæ habuerunt propria, & peculiaria.
18. Hyperdulia ratione sanctitatis est excellentior, quam ratione maternitatis.
19. Sed Beatissima Virgo adoratur hyperdulia ratione vtriusque excellentiæ simul.
20. Hyperdulia, qua adoratur Beatissima Virgo, à quo habitu sit.

BEATISSIMAM Virginem esse dignam adoratione, non est ex Catholicis vllus, qui neget: qua enim ratione est definitum de Beatissima Virgine, quæ inter Sanctos longè excellit; & cum sit Mater ipsius Dei, omni iure est etiam Domina, ac Regina Sanctorum omnium, vt bene notat Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 22. sect. 1. Atque hoc modo in 7. Synodo actione 4. & actione 7. in definit. fidei, & in Triden. sess. 25. in decreto de innocat. & venerat. Sanctorum, semper commendatur primo loco veneratio, & adoratio Beatissimæ Virginis; & omninò ita postulat singularis excellentia sanctitatis, & gratiæ, & singularissima dignitas maternitatis, qua prælat aliis omnibus, tam hominibus, quam Angelis, vt dicemus.

Neque hæc adoratio debet esse solùm ciuilibus, quomodo etiam inter Ethnicos adoratur, & colitur mater Imperatoris, aut Regis, aut cuiusvis alterius magni Viri; sed verè, & propriè debet esse religiosa, & sacra, cum maximè nitatur excellentiæ longè superiori ad quancunque excellentiam naturalem, & ciuilem, id est, excellentiæ sanctitatis, & maternitatis Dei, & maximè pertineat ad pietatem, & maximè redundet in Dei honorem, & in spirituale bonum, & commodum animarum, vt idem subdit sect. cit. in fine, & in re simili de cultu Sanctorum, quem Caluinus similiter non admittit, nisi ciuilem, lib. 2. in defensione fidei, cap. 8. num. 4. col. 185.

Et quemadmodum dignitas, & excellentia Virginis omni tempore fuit cognita aliquo modo, tam Angelis, quam hominibus: ita & potest piè credi, quòd omni tempore fuit illi ab omnibus exhibita veneratio, & adoratio: nam sanctis Angelis ab ipso initio suæ creationis, quemadmodum fuit reuelatū mysterium Incarnationis, & Christum ipsum per fidem crediderunt vt nasciturum ex Matre, eumque agnouerunt, vt Caput hominum, & Angelorum, eique, vt Capiti, se subiecerunt: ita & fuit saltem confusè reuelata Deipara: & credibile est, quòd etiam illi se se subiecerint, tanquam Dominæ, ac Reginæ. Et cum visio beatifica respondeat fidei, & illud omne videatur clarè in Verbo, quòd obscure per fidem est creditum, probabilissimum est, quòd etiam in Verbo ab ipso initio suæ beatitudinis clarè viderint Beatissimam Virginem, vt Dei Matrem, & mundi totius Regina, eique se se subiecerint per actualem venerationem, & adorationem. Et quemadmodum hoc tempore nullus est ex Beatissimis, qui illam non videat clarè in Verbo; siquidem maximè pertinet ad statum cuiusque: ita & ex Angelis nullus est, qui non inceperit illam videre, & colere ab ipso initio suæ beatitudinis: siquidem in visione nulli Beato per quencunque processum temporis contingit mutatio, aut variatio; & vnusquisque ab ipso initio totum id videt, quòd videt postea pro toto tempore consequente; ac proinde etiam Angeli ab ipso initio viderunt in Verbo Beatissimam Virginem, sicut & videt. Et quòd ab ipso initio cognouerint mysterium Incarnationis, & in ordine ad illud Beatissimam Virginem, expressè asserit S. Thomas 3. part. q. 30. art. 2. ad 3. ex S. Dionysio c. 7. de celest. Hierarch. post medium, & ex S. Maximo, vbi ait, solùm de modo, & de circumstantiis; non autem de substantia Incarnationis intelligi in persona Angelorum quæstionem illam, quæ habetur Isaïæ 63. Quis est iste, qui venit de Edom? in quantum, scilicet, eos latebant rationes huius mysterij, quæ sunt incomprehensibiles omni creato intellectui;

1. De fide est, quòd Beatissima Virgo sit adoranda.

2. Probabile est, quòd fuerit adorata ab Angelis, statim atque fuerunt creati, aut beatificati.

3. Angeli ab ipso initio cognouerunt mysterium Incarnationis, & Beatissimam Virginem, vt Dei Matrem futuram.

& clarius, & distinctius cupiebant cognoscere, quomodo Filius Dei, qui est totus in Genitore, & totus in omnibus, totus inciperet etiam esse in virginea cellula, vt ibi loquitur S. Thomas ex Sancto Maximo. Et eadem ratione solum de circumstantiis, & de modo maternitatis, & excellentiæ Beatissimæ Virginis, potest intelligi quæstio alia Canticorum 6. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi Aurora,* &c. quam in persona eorundem Angelorum interpretatur S. Bernardus *Serm. 1. super Missus est.* & *Serm. 4. & 5. de Assumptione,* & alij alij ex Sanctis Patribus. Et quod iidem Angeli ab eodem initio suæ creationis adorauerint Christum futurum hominem, propositum sibi per fidem, satis aliqui colligunt ex illo S. Pauli ad Hebr. 1. *Et cum iterum introducit primogenitum in Orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Sensus enim est, vt illi interpretantur apud Cornelium à Lapide *in eum locum, num. 55.* & apud Suar, *tom. 2. in 3. part. disp. 22. sect. 1. cit.* quod Angeli iussu Dei bis adorauerint Christum hominem, id est, semel, quando per fidem fuit illis propositus, vt nasciturus ex femina; & iterum quando ea ipsa est incarnatus, & introductus in mundum. Et in vtraque adoratione probabile est, quod simul cum Christo fuerit etiam coadorata Beatissima Virgo, sicut & simul fuit proposita, & simul cognita, vt Dei Mater: nam, sicut non potest credi Christus, aut coli, vt Filius Patris per generationem æternam, nisi etiam simul credatur, & colatur ipse Pater æternus, vt Deus, & principium talis generationis: ita nec potest credi, aut coli, vt Filius Matris per generationem temporalem, nisi etiam simul credatur, & colatur ipsa Virgo vt Mater, & tanquam principium talis generationis, vt bene argumentatur idem Suar. *in præfatione ad tomum. 2. in 3. partem, pag. 1. initio.*

4. Beatissima Virgo semper fuit adorata, etiam ab hominibus, qui habuerunt notitiam mysterij incarnationis.

Et quod similiter excellentia Virginis semper fuerit ab hominibus cognita, ex eo probat idem Suar. *dispu. 22. sect. 1. cit.* quia semper à veteribus Sapientibus, & Patriarchis, & Prophetis multa fuerunt de illa præcognita, & prædicata, & vt loquitur S. Bernardus *Serm. in illa verba, Signum magnum apparuit in celo,* præcis Patribus longè antè fuit cælitus promissa, & mysticis figurata miraculis, & oraculis prænunciata prophetis. Vnde & S. Hieronymus *in cap. 6. Michæ,* illam appellat Vaticinium Prophetarum; & Andreas Cretensis *Serm. de Assumpt.* Summam diuinorum Oraculorum. Et post Christi aduentum, non modò Sancti Reges simul præciderunt ante Puerum, & ante Matrem, quam inuenerunt simul cum Puerò, & simul vtrunque adorauerunt, & simul vtrique munera obtulerunt; sed etiam postea toto tempore, quo fuit in humanis, maximo in honore semper fuit apud omnes fideles, vt constat ex antiquis Historiis, & ex *epistolis Sancti Ignatii ad Sanctum Joannem Evangelistam:* & postquam fuit in cælum assumpta, statim ab vniuersa Ecclesia publici honores sunt illi exhibiti, & statuti dies festi in illius memoriam, etiam ab ipsis Apostolis, vt de Festo Annunciationis notat Suarez. *tom. 2. dispu. 22. sect. 1. ex Sancto Athanasio Serm. de sanctissima Deipara,* ex S. Leone *epistola 4. cap. 2.* & ex Concilio Toletano X. *cap. 1.* & templum per totum mundum erecta, & sacrificia in illius honorem Deo oblata; eumque sensum pietatis, & obseruantie in Virginem semper Deus approbavit, & confirmavit miraculis, vt patet ex Historiis, & notat Canisius *lib. 5. de Beatissima Virgine, cap. 2. & seqq.* Et quia illius initium planè ignoratur, certò creditur reuocari vsque ad tempora Apostolorum,

& vsque ad prima initia nascentis Ecclesiæ; eò quod ex S. Augustino *lib. 4. de Baptismo, cap. 24.* sic constingat etiam in aliis ecclesiasticis traditionibus; & eo ipso, quòd alicuius ignoratur initium, certum indicium sit, quòd habeatur ab ipsis Apostolis, & ab illis ad nos detinetur.

Et quoniam multiplex excellentia potest considerari, & distingui in Virgine, propter quam est digna adoratione; hinc est, quòd etiam adoratio, quæ potest illi exhiberi, non est tantum vnã: primò enim potest considerari excellentia, vt sic dicam, extrinseca, quàm contraxit ex ipso contactu ad Christi Humanitatem, & ex concursu, quem præbuit ad nostram redemptionem, præbendo semel materiam Verbi ad Incarnationem, & Christum gestando in vtero, & extra vterum lactando, alendo, & educando; & deinde potest considerari excellentia intrinseca ipsius maternitatis, pro vt includit relationem realem; & veram sanguinis affinitatem, & coniunctionem ad Christum, vt à se genitum; & moralem dignitatem supra omnes creaturas; quarum omnium est verè Domina, & Regina: sicut & mater, aut vxor Regis communiter censetur, & agnoscitur Domina eorum omnium, quæ sunt Regis. Tertio denique potest considerari excellentia humiliter intrinseca sanctitatis, & gratiæ, quæ maximè excellit supra alios omnes, siue homines, siue Angelos.

Et quidem ratione primæ excellentiæ, quasi extrinseca ex contactu ad Christi humanitatem, & ex obsequiis Christo exhibitis, & ex conuictu cum illo, habito, bene asserit Sanctus Thomas *3. part. 9. 25. art. 5.* & Scholastici communiter *in 3. dist. 9. quòd, absolutè loquendo,* potest illi exhiberi adoratio latriæ, sicut & exhibetur sanctissimæ Crucis, & clauis, & spinis, & lanceæ, & aliis omnibus, quæ Christum tetigerunt, & alioqui nihil habent, quòd impediat talem adorationem, vt *supra* explicauimus; sed bene addit, huiusmodi cultum communiter illi non exhiberi, & practicè exhibendum non esse, saltem publicè, aut nomine publico, vt exponit Suarez. *tom. 2. in 3. part. disp. 22. sect. 2. sub initium:* quia, cum sit capax absolutæ adorationis propter alias excellentias intrinsecas, & sibi proprias, facile daretur impericis, & rudibus occasio errandi, dum crederet, adorationem latriæ illi tribui propter has ipsas rationes intrinsecas; neque satis distinguerent rationem extrinsecam ex contactu, vt etiam *supra* diximus *disp. præcedente, num. 13.* & vniuersaliùs de omnibus creaturis, in quantum continent, ac referunt Deum *disp. 7. n. 3. & 4.* & præterea, quia reuerà maior honor illi exhibetur, dum adoratur propter rationes, & excellentias sibi intrinsecas, etiam adoratione inferiore, quàm si adoratur propter rationem extrinsecam adoratione superiore, vt subdit *ibid.* Suarez. cum hic honor non tam sit in testimonium excellentiæ illius personæ, quæ adoratur, quàm illius, propter quam adoratur. Vnde & tribuitur etiam rebus inanimatis, quæ ex se nullam habent excellentiam, vt est, verbi gratia, lignum Crucis, clauis, lancea, & similia.

Et solum de hac adoratione latriæ Beatissimæ Virginis non exhibenda, saltem publicè, & communiter, intelligi debet. S. Epiphanius *heresi 78. & 79.* vbi reprehendit quosdam mulierculas, quæ in Syria, die quodam solenni, & per plures alios dies conseqentes, offerebant per modum sacrificij Beatissimæ Virginis tortam panis, quam appellabant collyrida, & ait, esse quidem Beatissimam Virginem à nobis honorandam, & venerandam; non tamen esse adorandam: quia, quanuis sit sancta; non tamen est Deus, neque est nobis data ad adorationem, cum

5. Excellentia Beatissimæ Virginis, propter quam est digna adoratione, est multiplex.

6. Propter contactum, quem habuit ad Christum, potest adorari latriæ.

7. Sed practicè, & communiter hic cultus illi non tribuitur.

8. Quomodo aliqui ex Patribus narrant Beatissimam Virginem esse adorandam.

ipsamet eum adoret, qui ex ipsa secundum carnem est genitus: vt enim bene explicat Canisius *lib. 5. de Beat. Virgine, cap. 16.* & Valq. *tom. 1. in 3. part. disp. 99. cap. 2. num. 5.* ex multiplici capite mulieres illæ dignæ erant reprehensione; id est, quia ipsamet fungebantur munere Sacerdotis; quod tamen nunquam legitur fuisse commissum, nisi viris; & quia offerebant sacrificium Virgini; quod tamen nulli offertur, nisi Deo. Et hanc adorationem per sacrificium, quia est propria solius Dei, & solum in attentione supremi dominij, & supremæ excellentiæ, meritò negat S. Epiphanius esse Virgini tribuendam, cum non sit Deus, nec sit data ad huiusmodi adorationem; sed etiam ipsa Deum adoret. Sed per hoc totum, sicut non damnat S. Epiphanius ad Beatissimam Virginem adorationem hyperdulæ ipsius propriam, vt dicemus: ita neque damnat adorationem latriæ ratione contactus ad Christum, vt etiam notat Suarez. *tom. 2. in 3. part. disp. 22. sect. 1. sub initium,* & in *defensione fidei, lib. 2. cap. 7. num. 2.* & Canisius, & Valq. *locis citatis.*

Et contra non probant veram, & intrinsecam adorationem latriæ ea, quæ asserunt, & admittunt de Beatissima Virgine plures ex Patribus, & ipse etiam communis vsus Ecclesiæ, vt, verbi gratia, quòd sit non solum Diua, sed etiam Dea, vt est apud S. Gregorium Nazianzenum *in tragœdia de Christo patiente, in fine,* & apud Suarez. *in defensione fidei, lib. 2. cap. 7. num. 7.* quòd sit regeneratrix, apud S. Athanasium *Serm. de sanctissima Deipara,* & restauratrix apud S. Bernardum *epistola 174.* & aduocata, & spes nostra, in Antiphona, *Salve, Regina.* & gaudium mundi, & salus, apud S. Ephrem *in oratione de laudibus Virginis;* & quòd cunctas hæreses sola interimat; & quòd ad Christum accedat non solum rogans, sed etiam imperans, Domina, non ancilla, vt loquitur Petrus Damianus *Serm. 1. de Natiuitate illius,* & plura huiusmodi, quæ videntur in illa significare intrinsecam Diuinitatem, & per consequens verum debitum adorationis latriæ, non solum extrinsecæ, & per analogiam, & attributionem ad Christum, quàm nos asserimus; sed etiam intrinsecam, & per se. Nam contra est: quia in huiusmodi locutionibus non tam est attendendus sonus verborum, quam sensus, vt bene notat Suarez. *tom. 2. in 3. part. disp. 22. sect. 3. §. Sed contra.* Et quemadmodum inter homines eadem verba aliquando vsurpamus, dum alloquimur Regem pro nostris indigentis, & dum alloquimur amicum Regis, vt apud illum sit nobis mediator, & intercessor; & vtrunque rogamus, verbi gratia, vt nostri miseretur, & vt nos adiuuet, &c. nec tamen vllus est, qui non intelligat, huiusmodi verba non vsurpari in eodem sensu ad vtrunque; neque idem nos petere ab vtroque, sed à Rege implorari auxilium pro facultate, & potestate ipsius propria, & intrinseca; & ab amico Regis solum implorari mediationem, & intercessionem ad ipsum Regem: ita & locutiones de Deo, & de Beatissima Virgine, vel de Sanctis, si fortè sint eadem quoad sonum verborum, non sunt intelligendæ esse eadem quoad sensum; & ad vnunquodque debent accipi in sensu illi congruo, & accommodato, id est, ad Deum pro potestate suprema, & independente ab omni alio; & ad Virginem, vel ad Sanctos pro potestate non suprema, sed dependente ab ipso Deo, ad quem pro nobis se habent, vt intercessores, & mediatores.

Et magis in particulari, dum Beatissima Virgo dicitur Diua, & à S. Gregorio Nazianzeno appellatur Dea, clarissimum est, quòd non debet id accipi in proprietate vocabuli, quatenus sonat veram Di-

uinitatem, quasi per essentiam, & imparticipatam: sic enim esset locutio non solum falsa; sed etiam blasphemæ, & grauius Deo iniuriosa: sed debet accipi secundum quandam exaggerationem, aut hyperbolen, ad significandam singularem illius excellentiam, & dignitatem supra omnes alias, quæ sine dubio est magna participatio Diuinitatis: & potest in hoc sensu etiam appellari absolute Diuinitas, non per essentiam, sed per participationem: sic enim in Scriptura, qui à Deo participant potestatem alios regendi, & iudicandi, absolute dicuntur Dij. Et hoc modo Deus ipse *Exodi 7.* ad Moysen ait, quòd cum constituerit Deum Pharaonis, id est, Principem, castigatorem, & vindicem loco, & vice ipsius Dei: & *Exodi 22.* absolute præcipit: *Diis non maledices.* id est, iudicibus, & Superioribus: & *Psal. 81.* dicitur Deus stare in Synagoga Deorum, & in medio Deos diiudicare, id est, adesse, quando Iudices iudicant, & sententiam ferunt; & iudicare, vtrum ferant sententias æquas; an verò iniquas: & paulò post iterum approbatur, quasi ex ore ipsius Dei, hæc ipsa appellatio Deorum: *Ego dixi: Dij estis, & filij Excelsi omnes.* & ex interpretatione ipsius Christi *Ioann. 10. ij.* omnes appellantur Dij, ad quos sermo Dei factus est, id est, quibus Deus commisit munus alios iudicandi, siquæ iussu fecit illos præesse aliis, vt exponit eo loco Euthymius, & Cornelius à Lapide *versu 35.* & Bellarm. *in Psal. 81. vers. 6.* Quæ ergo ratione non debet mirum videri, si Reges, & Iudices dicantur Dij per participationem Diuinitatis, quam verè participant in ipso munere alios regendi, & iudicandi; eadem ratione nec debet videri mirum, si etiam Beatissima Virgo dicatur Diua, aut Dea, cum etiam ipsa singulariter participet de Diuinitate per excellentiam, quam habet supra alias omnes puras creaturas, vt bene notat Suarez. *in defensione fidei, lib. 2. cap. 7. num. 5.* qui etiam bene aduertit, eam non dici à S. Gregorio Nazianzeno absolute Deam; sed haberi vt Deam: qui modus loquendi multum diminuit de proprietate sermonis, & multum restringit significationem vocabuli: sic vt & quando dicimus *Matth. 5.* debere esse perfecti, sicut & Pater cælestis perfectus est; & *Ioan. 16.* debere inter nos esse vnum, sicut sunt vnum ipse Christus, & Pater:

Ad alias appellationes, quibus Beatissima Virgo dicitur regeneratrix, & restauratrix, & aduocata, & spes nostra, & mundi salus, & gaudium, &c. rectè respondet Canisius *lib. 5. de Beatissima Virgine, cap. 12.* & Suarez. *tom. 2. in 3. part. disp. 22. sect. 3. §. Sed contra, & in defensione fidei, lib. 2. cap. 7. num. 17.* & Valq. *tom. 1. in 3. part. disp. 99. cap. 2. num. 8. & 9.* & omnes communiter, quòd non debent intelligi in eo sensu, dum tribuuntur Beatissimæ Virgini, in quo tribuuntur ipsi Christo; sed de illa solum important regenerationem, & restaurationem mediatam, & per alium, id est, per ipsum Christum, quem nobis genuit, de Christo vero important regenerationem, & restaurationem immediatam, & per seipsum: & eadem ratione solum dicitur aduocata, & spes nostra, & mundi salus, & gaudium, in quantum apud Deum pro nobis efficaciter intercedit, & plurima nobis impetrat ad bonum salutis, & solum ad exprimentam efficaciam huiusmodi intercessionis, & certitudinem impetrationis dixit S. Petrus Damianus, quòd accedit ad Christum, non solum rogans, sed etiam imperans; & non vt ancilla, sed vt Domina: quia, sicut *Iosue* ro dicitur Deus obedire voci hominis, dum audit suorum preces, & desideria; & per consequens etiam preces seruorum Dei possunt dici quasi imperium factum Deo, quantum est ex certitudine,

11. Quomodo illi tribuantur aliqua appellationes, qua videntur propria ipsius Christi.

titudine, & efficacia impetrationis: ita & preces Beatissimæ Virginis possunt dici quasi imperium factum Christo, accedente præsertim ipsa maternitate, & augente pro nobis fiduciam, & certitudinem impetrationis, vt bene notat Suar. in defenf. fidei, lib. 2. cap. 7. cit. num. 14. qui etiam addit num. 16. solum hoc modo de illa dici, quod pugnet pro nobis contra Diabolum, & quoddam ab illo nos defendat: & num. 17. quoddam vincat, & interimat omnes hæreses, in quantum, scilicet, impetrat gratiam ad resistendum tentationibus, & peccatis; & lumen ad bene cognoscendas veritates fidei, & ipsum Christum nobis dedit, qui est virtus, & fortitudo nostra, & lux vera, quæ omnes illuminat; non autem, quia ipsa Virgo hæc præstat virtute propria, & independentè à Christo, & Deo; sicut requireretur ad probandam in illa Diuinitatem, & ad asserendam de illa veram latriam; non autem solum extrinsecam, & analogicam, & impropriam, cuius tantum est capax ratio contactus ad Christum habiti, vt iam diximus num. 7.

12. Si verò consideretur in Virgine excellentia alia intrinseca, quam habet ex maternitate, & ex gratia, & sanctitate, qua maximè præstat aliis omnibus, tam Angelis, quam hominibus, verissimè asserit S. Thomas 3. part. quæst. 25. art. 5. & 2. quæst. 103. art. 4. ad 2. quod illi debetur hyperdulia, id est, dulcia, & seruitus eminentior, quam communiter debetur aliis Sanctis, vel (si licet ita loqui) super-seruitus: quia enim nulli puræ creaturæ per se, & intrinsecè potest deberi latria, & excellentia intrinseca Virginis per maternitatem, & sanctitatem, ita in se est aliquid creatum, vt tamen singulariter excellat omnibus aliis excellentiis creatis: ita illi non est exhibendus cultus latriæ, vt tamen omnino sit illi exhibendus cultus superior ad omnes alios, qui possunt exhiberi puris creaturis: & hic est cultus hyperdulie. Et quauis hoc nomen apud veteres Patres non sit vñtatum; rectè tamen illud excogitarunt Scholastici ad significandam hanc eminentiam cultus, vt notat Vasq. tom. 1. in 3. part. disp. 99. sect. 1. num. 2. Nec de vocabulis est laborandum, quando constat de rebus ipsis significatis per vocabula, vt notat S. Augustinus lib. de Genesi ad lit. c. 4. & apud Suar. in defenf. fidei, lib. 2. cap. 7. num. 4.

13. Et quauis communiter apud fideles hæc duæ excellentiæ maternitatis, & sanctitatis, quæ sunt in Virgine, quodammodo confundantur; & dum illam communiter concipiunt, & adorant, vt Dei Matrem, simul concipiant, & adorent, vt absolutè sanctissimam, & gloriosissimam supra omnes alios, & maternitatem intelligant, non quasi præcisè, & solum formaliter pro ipsa relatione, & fundamento illius proximo, quod est genuisse; sed simul cum aliis, quæ continent quasi virtute, & in radice, & actualiter ex illa manant, vt est eminentissima sanctitas; si tamen ab inuicem distinguantur, diuersæ rationis erit hyperdulia, vel super-seruitus, aut eminentia dulcia, quæ debetur vnique per se: vt enim bene explicat Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 2. sect. 3. §. Terio. hyperdulia ratione solius gratiæ, & sanctitatis, erit eiusdem speciei cum dulcia, quæ communiter tribuitur Sanctis. Et sicut gratia, & sanctitas Virginis est eiusdem speciei cum gratia, & sanctitate Sanctorum, & solum differt secundum excessum, & eminentiam gradus: ita & cultus, & veneratio, quæ vtriusque debetur ratione illius: si quidem excellentia, quæ solum attenditur secundum quantitatem graduum, non diuersificat speciem, vt notat Sanctus Thomas in 3. distinet. 9. quæst. 2. artic. 2. ad 4. Et quemadmodum cul-

14. Hyperdulia ratione illius sanctitatis non differt à dulcia.

tus Virginis absolutè, & simpliciter, & respectu omnium, & quasi protonomaltice appellatur hyperdulia: quia Virgo simpliciter eminet omnibus in sanctitate: ita & cultus vnus Sancti potest dici hyperdulia secundum quid, & in ordine solum ad aliquem alium, cui supereminet in excellentia gratiæ, vt, verbi gratia, si comparatur cultus S. Ioannis Baptistæ, aut Sancti Petri cum cultu infantuli, qui sic mortuus cum solo Baptismo, & solum habeat gratiam baptismalem, & gloriam illi correspondentem, vt subdit ibidem Suarez.

Et qua ratione omnis cultus Sanctorum potest absolutè appellari hyperdulia, si comparatur cum dulcia communiter dicta, prout est seruitus, ex qua seruis quicumque exhibet reuerentiam suo domino, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quæst. 103. art. 4. Vnde & Palud. in 3. dist. 9. quæst. 2. art. 1. cultum Sanctorum quoruncunque absolutè appellat hyperduliam; & ipse S. Thomas art. 4. cit. ad 2. hyperduliam ait esse omnem illam, qua exhibetur homini reuerentia propter affinitatem, & coniunctionem ad Deum, qualem certè habent omnes Sancti per gratiam, & gloriam: eadem ratione cultus vnus Sancti maioris potest appellari hyperdulia, si comparatur cum cultu alterius Sancti minoris: & hæc eadem eminentia sanctitatis, quæ est in vno supra alium, non solum postulat ex parte nostri maiorem estimationem de vno, quam de alio, & voluntatem exhibendi illi maiorem honorem, prout res, & occasio tulerit; sed etiam postulat maiorem appreciationem ex eodem Suar. ibidem, & ex illa prælationem vnus ad alium, si forte vterque non possit simul coli, & honorari pro dignitate. Et hoc modo etiam Ecclesia secundum ritus sacrorum Officiorum Sanctos aliquos solum honorat Officio simplici, & alios semiduplici, aut duplici, primæ classis, & maiore, &c. vt de Apostolis, Euangelistis, & Doctoribus statuitur à Bonifacio VIII. cap. vnico, de Relig. & venerat. Sanctorum, in 6. & si plures occurrant, aut concurrant eodem die, vnum alteri præfert, & vnum transfert ad vnum, aut plures dies; non autem alterum.

15. Hyperdulia secundum quod potest tribui etiam vni Sancto respectu alterius.

16. Hyperdulia Beatissimæ Virginis, ratione solius maternitatis, differt specie à dulcia, vel hyperdulia, ratione solius sanctitatis.

17. Virgo in SS. his diuersificatur pro diuersitate numerum, quæ habentur proprie, & prælati.

Secus verò, si loquamur de excellentia maternitatis similiter præcisè, & per se accepta, & quasi seorsim ab excellentia gratiæ: verè enim hyperdulia, quæ tribuitur Virgini ratione illius, dicenda est differre specie à dulcia, quæ tribuitur Sanctis, & per consequens etiam ab hyperdulia, quæ tribuitur eidem Virgini ratione solius sanctitatis, sicut & ipsa maternitas, quæ est propria ratio formalis illam specificans, differt specie à sanctitate, vt etiam supra diximus disp. 2. n. 18. Et expressè id asserit S. Thomas 2. 2. quæst. 103. art. 4. ad 2. vbi ait, hyperduliam, quæ debetur creaturæ propter specialem affinitatem ad Deum, vt, verbi gratia, Beatissimæ Virginis, in quantum est Mater Dei, esse potissimam speciem dulciæ: & in 2. dist. 9. quæst. 2. art. 2. in corp. vbi ex Aristot. 9. Ethic. cap. 2. vnuerſaliter asserit, secundum diuersas rationes excellentiæ diuersificari etiam honores, qui illis exhibentur; & hoc modo hyperduliam, quæ exhibetur propter vnionem creaturæ ad Deum, esse diuersam à dulcia: quod idem asserit Caiet. 2. 2. quæst. 103. art. 4. cit. Dur. in 3. dist. 9. quæst. 3. Vasq. tom. 1. in 3. part. disp. 99. cap. 1. num. 2. & susè Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 2. sect. 3. cit. §. quarto. Et ex hoc generali principio Aristotelis, & S. Thomæ, quod species honorum, & dulciæ sint diuersæ pro excellentiis diuersis, quibus exhibentur, non esset reprehendendus, si quis diceret esse diuersas etiam dulcias, quibus alij, atque alij Sancti possunt specialiter honorari pro aliis, atque aliis excellentiis, quas habent proprias, &

& non communes cum omnibus, vt, v.g. Apostoli pro munere Apostolatus, Martyres pro martyrio, &c. quæquam fortasse neque hoc sit necessarium, cum omnes huiusmodi excellentiæ reducantur ad solam excellentiam gratiæ, & sanctitatis, quam Apostoli, verbi gratia, per exercitium Apostolatus, & Martyres per martyrium in seipsis auxerunt, & conseruauerunt, vt subdit idem Suarez: nam, quemadmodum singuli actus virtutum, quos iusti exercent, & quibus merentur augmentum gratiæ, & gloriæ, non diuersificant specie honores, quos illis tribuimus in beatitudine; quæ omnes pertinent ad excellentiam sanctitatis, quæ, tanquam vna formaliter, & sub communi ratione sanctitatis, & gloriæ, specificat cultum, & dulciam, quæ illis est debita: ita & munera, & officia, quæ habent in Ecclesia ad exercendos huiusmodi actus, non est, quod diuersificent eandem dulciam, cum similiter etiam ipsa reducantur ad eandem excellentiam sanctitatis, & solum sint munera ad acquirendam, & exercendam, & augendam sanctitatem, & gloriam.

18. Hyperdulia ratione sanctitatis est excellentior, quâ ratione maternitatis.

19. Sed Beatissima Virgo adoratur hyperdulia, ratione virtutis quo excellentiæ simul.

20. Hyperdulia, qua adoratur Beatissima Virgo, à quo habetur sit.

Et similiter ex eodem principio, quod honores, & dulciæ diuersificantur pro excellentiis diuersis, quibus debentur, potest intelligi, quomodo hyperdulia, quæ debetur Beatissimæ Virgini propter solam excellentiam eximie sanctitatis, sit perfectior, & nobilior, quam alia, quæ debetur propter solam excellentiam maternitatis: nam, quemadmodum gratia, & sanctitas est quid nobilior, quam maternitas, cum sanctitas sit supernaturalis, & verè semen filiationis diuinæ, & verè faciat nos consortes diuinæ naturæ, & Deo charos, & peccatum excludat, & maternitas, secundum substantiam sit naturalis, & quantum est ex se, non habeat repugnantiam cum peccato: ita & honor, qui illi debetur, est quid perfectius, vt probat Suar. d. sp. 2. 2. cit. sect. 3. §. Sed quæritur, & Vasq. disp. 100. cap. 2. num. 6. & 9. Vnde & Christus Luca 11. mulieri extollenti maternitatem: *Beatus uener, qui se portauit; & uer, que sinisti.* prætulit sanctitatem, dum dixit: *Quinimo, beati, qui audiuunt uerbum Dei, & custodiunt illud.* & vt S. August. tract. 10. in Ioann. & epistol. 38. & lib. de sancta Virginitate, cap. 3. bene notat: *Beatior fuit Maria concipiendo mente, quam uentre; & felicius Deum gessauit corde, quam carne.* Quod idem etiam asserunt plures alij ex Patribus apud Vasq. num. 9. cit. & apud Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 1. sect. 2. §. De hac uerò dignitate. vbi etiam ad hoc idem rectè adducit illud aliud eiusdem Christi Matth. 12. *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicumque fecerit uoluntatem Patris mei, ille meus frater, & soror, & mater est.* Quibus uerbis clarè præfert executores, & factores diuinæ uoluntatis ipsi etiam Matri, vt notat S. Cyprianus *Serm. de Passione Romini.*

Verum, hæc prælatio vnus hyperdulie ad aliam, ex eodem Suar. ibidem, §. Dicit tamen potest. est solum intelligenda, si comparatio fiat præcisè vnus cuiusque; & excellentia gratiæ, & sanctitatis consideretur quasi per se, & separata à maternitate; & excellentia maternitatis consideretur quasi separata à gratia: & hoc modo uerissimè dicitur, quod si dignitas Matris Dei sit sine gratia, & sine filiatione adoptiua eiusdem Dei, multò melius, & eligibilis est, vt quis sit Filius Dei, quam vt sit Mater: & in tali casu, si Mater Dei esset de facto sine gratia, quod fortè de potentia absoluta non repugnat, esset quidem adorabilis hyperdulia supra alias dignitates purè naturales, vt notat Suar. disp. 2. 2. sect. 2. in fine, dummodo simul non haberet peccatum, per

quod impediretur talis adorabilitas; ea tamen hyperdulia esset longè inferior ad aliam, quæ exhibetur ratione sanctitatis, vt diximus.

Si uerò dignitas Matris consideretur moraliter, prout uerè est, & secundum omnia, quæ includit, quasi debita ex ipsa rei natura, & iuxta ordinem diuinæ sapientiæ, certissimum est, quod maximè excellat supra excellentiam purè gratiæ, & sanctitatis, cum includat in gradu longè maximè sanctitatem, & gratiam; & præterea dicat maximam coniunctionem, & affinitatem ad Deum. Et hoc modo S. Thomas part. 1. quæst. 25. art. 6. ad 4. affirmat, quod, quemadmodum Humanitas Christi ex hoc, quod est vnita Deo; & beatitudo creata ex hoc, quod est fruitio Dei, habet quandam infinitatem ex ipso bono infinito, quod est Deus: ita & Beatissima Virgo ex hoc, quod est Mater Dei, idèd non potest his omnibus fieri aliquid melius, sicut nec potest aliquid esse melius Deo. Et 2. 2. quæst. 103. art. 4. ad 2. ex hoc, quod Beatissima Virgo habet affinitatem ad Deum, ait illi deberi hyperduliam, quæ est perfectissima species dulciæ communiter sumptæ, id est, subiectionis, & reuerentiæ ad quancunque excellentiam hominis, vt ipse explicat in corp. articuli. Et certissimum est, quod committitur à fidelibus sic concipitur in Virgine excellentia maternitatis, & sic adoratur hyperdulia super omnes adorationes Sanctorum, in quantum, scilicet, includit dona gratiæ, & gloriæ, uerè eximia, & eminentia aliis omnibus; non autem in quantum potest mente, & cogitatione ab illis præcindi, & solum considerari quasi per se.

Vtrum autem hæc ipsa adoratio Beatissimæ Virginis propter affinitatem ad Deum, possit esse à uirgine religionis, quæ appellatur latria; an uerò sit à dulcia specialiter sumptæ, quæ exhibet reuerentiam etiam Sanctis, vel certè requirat specialem habitum, & uirtutem distinctam à cæteris; non constat inter Doctores. Nam affirmat Suar. tom. 2. disp. 2. 2. cit. sect. 3. §. Vltimo, inquiri potest. Quia, quauis formaliter, & intrinsecè sit excellentia uerè creata; est tamen in eodem ordine, in quo est vnio hypostatica, & respicit etiam ipsa excellentiam incretam, & ab illa sumit ualorem. Et quemadmodum in humanis idem habitus, qui inclinatur ad honorandum Regem, etiam inclinatur ad adorandam matrem Regis: ita in casu præsentis idem habitus latriæ, qui inclinatur ad honorandum, & adorandum Christum, etiam inclinatur ad honorandam, & adorandam Matrem Christi, quæ ad illum se habet correlatiuè, & uidetur spectare ad eundem ordinem.

Contra uerò id negat Vasquez. tom. 1. in 3. part. disp. 100. cap. 2. num. 5. & segg. quia latria essentialiter solum respicit excellentiam incretam, qualis non est excellentia maternitatis formaliter accepta, & prout reperitur in Virgine. Neque sufficit ad latriam, quod aliqua excellentia uerè creata terminetur quomodocunque ad incretam, vt patet manifestè in ipsa gratia sanctificante, in quantum est filiatio Dei, & facit nos filios, & consortes diuinæ naturæ, & in ipsa uisione, & fruitione beatifica, quæ essentialiter est ad Deum: sed requiritur, vt ipsa excellentia increta intrinsecè illi communicetur, vt contingit in Christi Humanitate per vnionem hypostaticam: & alioqui si coniunctio sanguinis, quam habet Virgo Mater ad Christum, mereretur adorationem latriæ, eandem mereretur etiam coniunctio aliquantò remotior, quam habent ad eundem Christum Parentes Virginis, id est, Sanctus Ioachim, & Sancta Anna: siquidem etiam maiores, & ascendentes nepotibus, & descendibus sunt causa

causa ipsius esse, & habent cum illis coniunctio- nem sanguinis, vt patet ex Aristotele 8. Ethic. cap. 11. quod tamen etiam Suar. non concedit. Imò hæc coniunctio sanguinis cum Christo, neque etiam meretur, per se loquendo, & præcisè; & seorsim accepta à sanctitate, & gratia, adorationem hyperduliam, aut etiam duliam, & adorationem simpliciter, vt notat Caiet. 2. 2. quæst. 103. art. 4. §. In responsione ad 2. cum aliqui ex his coniunctis sint forte iam damnati, vt idem subdit: siquidem de illis dicitur Ioann. 7. quodd eius fratres non credebant in eum, id est, eius cognati secundum sanguinem, vt exponunt eo loco Maldonatus, & Cornelius à Lapide ex Sancto Augustino, & aliis.

Neque est simile id, quod affertur de Rege, & de matre Regis: siquidem excellentia in hoc vtroque est eiusdem ordinis; cum tamen excellentia Christi, & Matris Christi sit ordinis valde diuersi. Et cum excellentia maternitatis accepta præcisè, & quasi seorsim ab excellentia gratiæ, & sanctitatis, non pertineat ad latrariam; sed sit valde inferior, & imperfectior, quam dulia, vt iam diximus num. 18. & excellentia gratiæ etiam accepta per se, & præcisè, solum pertineat ad duliam, vt probauimus num. 14. non apparet, quomodo simul vtraque possit spectare ad latrariam; sed vel spectabit ad duliam communiter sumptam, tanquam potissima, & perfectissima species, vt loquitur Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 103. art. 4. ad 2. vel certe erit à speciali, & peculiari virtute distincta à cæteris; quod putat probabile etiam Suar. sect. 3. cit. in fine.

DISPUTATIO XI.

Quomodo cultus duliæ sit exhibendus Beatis in cælo regnantibus.

- 1. De fide est, quod Sancti sint adorandi.
2. Viri sancti, etiam dum viuunt, possunt adorari.
3. Cultus Sanctorum non est tantum ciuili; sed verè sacer, & religiosus.
4. Potest esse tam per actum internum, quam per externum.
5. Adoratio illorum propriè est dulia.
6. Honor Sanctorum quomodo referatur in ipsum Deum.
7. Quomodo Sancti possint adorari latraria.
8. Cultus duliæ non est ex eadem virtute, ex qua est cultus latrariæ.
9. Neque ex eadem, ex qua est cultus ciuili; & politicus.
10. Sancti, etiam dum viuunt, possunt adorari dulia.
11. Sacerdotes, Predicatores, & alij ministri, & instrumenta sanctitatis, & gratiæ honorantur dulia.
12. Sacrilegia in Sanctos differunt specie à sacrilegijs in ipsum Deum.

De fide est, quod Sancti sint adorandi.

ERRORES, & argumenta Hereticorum, quodd Beatis in cælo regnantibus non sit exhibendus vllus cultus religiosus, & sacer; sed ad summum solus cultus politicus, aut ciuili, qui exhibetur ijs potentibus, aut sapientibus, vel quauis alia virtute, aut potestate præstantibus, qui ciuilitè, & politice nobilicem verlati sunt, vel adhuc verlantur, videri possunt apud Alphonsum à Castro aduersus hæres. lib. 13. verb. Sancti, pag. 1137. Bellarm. lib. 1. de Sancto. beatitud. cap. 11. tom. 2. Suar. tom. 1. in 3. part. disp. 52. sect. 1. Valquez tom. 1. in eadem 3. part. disp. 97. cap. 1. & alios.

Nobis in præsentia satis est, si supponamus, tanquam de fide, quodd Sanctis, siue Angelis, siue hominibus, iam vita sanctis, & beatis, & in cælo regnantibus, maior aliquis cultus est exhibendus, quam solum ciuili; id est, cultus aliquis verè sacer, & religiosus, infra cultum latrariæ, qui exhibetur Deo; & infra cultum hyperdulie, qui exhibetur Beatissimæ Virgini: ita enim expressè habetur in 7. Synodo, actione 2. in epistola Adriani Papæ ad Constantinum, & Irenen, & alt. 3. in epistola Theodori, & alt. 4. in Dialogo Leonij, & in epistola Germani Patriarchæ, & alt. 7. in definitione fidei: & ex professo idem definitur in Tridentino sess. 25. in decreto de inuocatione, & ueneratione Sanctorum: & idem habetur ex antiquissima traditione Ecclesiæ, quæ in 7. Synodo cit. alt. 3. etiam dicitur esse apostolica. Et reuera, iuxta regulam Sancti Augustini lib. 4. de Baptismo, cap. 24. non potest non esse apostolica, & non haberi ab ipsis Apostolis, & vsque ad illos non reduci, cum illius initium planè ignoretur, vt notat Alphonsus à Castro loco citato. Et confirmatur ex antiquissimis Patribus, tam Græcis, quam Latinis, apud Bellarminum lib. 1. citato, cap. 13. Suar. disp. 52. sect. 1. cit. Valquez disp. 97. cap. 2. num. 9. qui hoc idem expressè habent: cum enim à temporibus Apostolorum floruerint vsque ad nostra tempora, idque non semel, aut obiter; sed sæpius, & ex professo docuerint; clarè demonstrant, id se accepisse ab ipsis Apostolis, & tanquam fidei dogma ad nos transmississe.

Nec desunt etiam exempla ex veteri Testamento, quæ nullam admittunt Hereticorum explanationem de cultu tantum politico, aut ciuili: dum enim Numerorum 22. aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via, euaginato gladio, eumque adorauit pronus in terram; ridiculum est, si quis dicat, non alium cultum cum illi exhibuisse, nisi ciuilem: siquidem eum agnouit verè, vt Angelum, non autem putauit, vt hominem; qui solus conuinit nobis ciuilitè, & solus ciuilitè honoratur. Et idem accidit Iosue, qui vt dicitur cap. 5. illius Historiæ, cum vidisset virum stantem contra se; euaginato gladio, & ab illo intellexisset, quodd esset Princeps exercitus Domini, continuò cecidit pronus in terram, & adorans quasiuit, quid Dominus loqueretur ad seruum suum: & vterius in signum maioris adorationis etiam soluit calcamentum de pedibus suis, pro vt videbatur. Si autem Angeli, cogniti, vt tales, potuerunt, ac debuerunt iussu Domini adorari adoratione plusquam ciuili, quid etiam possint, ac debeant adorari similiter etiam homines, si præsent etiam ipsi eadem excellentia gratiæ, & gloriæ, qua præstant Angeli? Imò etiam in hac vita propter solam excellentiam gratiæ, & amicitie diuinæ, & sine excellentiâ gloriæ, iure, ac meritò fuerunt aliqui honorari, & adorati plusquam ciuilitè, vt verbi gratia Elias 3. Regum 18. ab Abdia viro sancto, & regni Principe, eò quodd Elias esset Propheta, & homo Dei: & Eliseus 4. Regum 2. à filiis Prophetarum, eò quodd spiritus Elie super eum requieuisset: & Daniel adhuc captiuus à Rege Nabuchodonosor, eò quodd esset sanctus, & Deo plenus, & Deus ipseus esset Deus Deorum, & Dominus Regum, & reuelans mysteria, &c. vt dicitur Dan. 2. & absolute quodd etiam in hac vita rectè possimus eos colere plusquam ciuilitè, quos putamus Dei amicos, & sanctos, expressè habet S. August. lib. 20. contra Faustum, c. 21. & S. Arhan. lib. de virg. circa fin. vt refert Suar. disp. 52. cit. sect. 3. §. Respondetur, & Valquez disp. 97.

Viri sancti viuunt, & sunt adorandi.

disp. 97. c. 3. n. 27. & Bonac. in 1. præcept. Decal. disp. 3. quæst. 1. puncto 2. n. 1. Et ratio potest esse: quia honor nulli alteri magis debetur, quam virtuti, vt patet ex Aristotele 1. Ethic. cap. 5. & lib. 4. cap. 3. nulla autem est maior virtus, quam sanctitas, & præcipuè si sit consummata, & confirmata per gloriam. Vnde & Christus Ioan. 12. de omni eo, qui ipsi ministrat, promittit generaliter, quodd Pater eum honorificabit: & 1. Reg. 2. Quicumque glorificauerit me, inquit Deus, glorificabo eum. & Ps. 138. de amicis Dei pronunciat Dauid, quodd multum sint honorati: Mibi autem nimis honorati sunt amici mei, Deus. Et denique ad Rom. 2. pronunciat S. Paulus, quodd honor, & gloria sit omni operanti bonum, in quantum, scilicet, Deus ipse ita statuit pro sua iustitia, & bonitate, ilque honor rectè computatur, vt pars præmij.

Neque ex eo, quodd Sancti à nobis absint, quando iam sunt vita sancti, sequitur, quodd frustra, & inutiliter illos colamus, quasi planè inficos nostri cultus: siquidem ratione beatitudinis, & nos, & nostros cultus habent presentes, & in ipso Verbo omnia vident, quæ pertinent quomodocumque ad ipsos, & ad statum ipsorum, vt communiter dicitur in materia de visione beatifica, & videre est apud S. Thomam 1. part. quæst. 12. & in re simili de Beatissima Virgine nostras indigentias, nostrasque preces bene intelligere, notat Suar. in de iensione fidei, lib. 2. cap. 7. num. 11. Et certum est, quodd visio beatifica est eminens quædam participatio diuinæ scientiæ, quæ Deus se comprehendit: & ideò, quemadmodum Deus ex sui comprehensione non impeditur, quominus prouideat etiam nostra: ita Beati ex beatifica visione minimè impediuntur, quominus videant, & curent nostra, vt clarè patet Marth. 10. de ipsis Angelis, qui simul dicuntur esse Angeli pannulorum, & deputari illorum custodiæ, & simul videre faciem Patris, qui in cælis est; neque per hanc visionem impediuntur ab illa custodia, aut è contra per hanc custodiam impediuntur à visione.

Cultus Sanctorum non est tantum ciuili; sed verè sacer, & religiosus.

Quodd verò cultus, qui est debitus Sanctis, debeat esse maior, quam cultus ciuili, & quodd communiter in Ecclesia exhibeatur, vt maior, ex eo probat Suar. disp. 52. sect. 3. initio, & Valq. disp. 98. cap. 1. num. 5. quia excellentia sanctitatis, propter quam tribuitur, est longè præstantior, & ordinis longè superioris, quam quæcumque excellentia ciuili, verbi gratia, dignitas, aut potestas, vel sapientia, & virtus, siue intellectualis, siue moralis quæcumque, quæ faciat inter homines ad societatem, & vitam ciuilem, cum verè sit ordinis supernaturalis, & prima quædam participatio excellentiæ, & perfectionis diuinæ: vnde & honores, qui propter illam exhibentur Sanctis, sunt etiam valde affines illis honoribus, qui exhibentur Deo, & valde superiores alijs omnibus, qui exhibentur ciuilitè, vt, verbi gratia, dies festos dicando, & templa construendo in illorum honorem; peregrinationes, & vota, vigiliæ, & ieiunia pro illis suscipiendo, &c. vt ex antiquissimo vsu Ecclesiæ, & ex pluribus Concilijs, & Patribus probat ibi Suarius.

Atque hinc fit, vt cultus Sanctorum rectè possit appellari cultus sacer, & religiosus, etiam si non eliciatur à virtute religionis propriè dicta, quæ solam respicit cultum Dei, & excellentiam increatam: siquidem cultui Dei est valde affinis, & iidem actionibus, aut rebus cultum Sancti, quibus colitur Deus, vt iam diximus; & cultus Sanctorum potest imperari etiam ex cultu Dei, cum Deus sit gloriosus in Sanctis suis, vt dicitur Psal. 67. & quicquid

potest cedere in honorem, & gloriam Sanctorum, potiori, ac priori ratione maxime cedat in honorem, & gloriam Dei, a quo primò procedit: & denique cultus hic maxime faciat ad excitandam, & fouendam in nobis deuotionem, & pietatem; & hac mediante etiam cultum, ac religionem in Deum, vt rectè subdit ibidem Suarius.

Atque vt distinctius explicemus, qualis tandem debeat esse huiusmodi cultus, & ex qua virtute: Primò, certum est, quodd potest tam esse per actum internum, quam per externum, vt patet ex dictis supra de hac vtraque adoratione, interna, & externa disputat. 2. num. 12. cum enim Sancti omnes, siue Angeli, siue homines, sint spiritus, & Beati, & in Verbo videant omnia, quæ ad ipsos pertinent, tam vident nostros actus internos, quam externos, si vtrofque ordinemus, ac referamus ad illos colendos.

Denique, si illos colamus propter excellentiam sanctitatis, & gloriæ, quam habent intrinsecam, certum est, quodd debet esse cultus tantum duliæ; non autem hyperdulie, aut latrariæ, vt patet ex dictis superius: siquidem latraria nulli tribuitur, nisi Deo, & sic asserit S. Thomas 3. part. quæst. 25. art. 3. ad 3. & art. 5. & Scholastici communiter in 3. dist. 9. & sic habetur in 7. Synodo actione 2. in epistola Adriani ad Constantinum, & Irenen, vbi dicitur, quodd Sancti à nobis coluntur, quia sunt serui Dei. Et sine dubio excellentia sanctitatis, & gloriæ, cum sit maxime digna adoratione, nec mereatur latrariam, aut hyperduliam, rectè dicitur mereri duliam; & hæc sola Sanctis deberi, quantum est ex huiusmodi excellentiâ, quam habent propriam, & intrinsecam.

Neque faciunt in contrarium locutiones Sanctorum Patrum, & Conciliorum, quodd honor, qui Sanctis impenditur, in Deum recurat; & qui Martyres colit, Deum colat, vt dicitur in 7. Synodo alt. 4. ex S. Leontio, & quodd is, qui colit hominem iustum, non eum colat, sed Deum, vt habet S. Athan. hb. de virginat. circa finem; & quodd honor, qui exhibetur bonis conferuis; sit signum beneuolentiæ erga communem Dominum, vt habet Sanctus Basilus orat. in 40. Martyres: hæc enim, & similia, non significant, quodd sit cultus, qui est debitus Deo ratione excellentiæ increatæ, id est, latrariæ; sed solum quodd ex se; suaque naturâ cedit etiam ipse in Dei honorem; qui est primas Author omnis sanctitatis, & sic est gloriosus in Sanctis suis, & in Sanctorum suorum honoribus honoratur, vt notat Suar. disp. 52. sect. 2. cit. §. Ex quo intelligitur.

Quodd tamen diximus supra, disp. 7. quodd omnes creature, tam rationales, quam irrationales, possunt adorari adoratione latrariæ, in quantum formaliter sunt Dei Imagines, aut vestigia, & Deum referunt, vt existentem in ipsis per essentiam, & præsentiam, & potentiam, quantum practice, & communiter non sic adorentur propter periculum erroris, vt ibi explicauimus; potiori ratione est dicendum etiam de Sanctis, si considerentur formaliter, in quantum sunt templa spiritus Sancti, & Deus in illis singulari modo inhabitat; & in quantum sunt Dei imagines reformate per gratiam, & quasi ad viuum expressæ per exercitium virtutum. Verùm hæc adoratio non dicitur esse in illis absoluta, & intrinseca; sed solum respectiua, & proximè fundata in ipsa excellentia Dei, quæ etiam extrinsecè reddit adorabilia ea omnia, quæ extrinsecè afficit, & in quibus intelligitur quomodocumque, vt patet ex dictis supra de Imaginibus. Rectè tamen addit Suar.

Potest esse tam per actum internum, quam per externum.

Adoratio illorum propriè est dulia.

Honor Sanctorum quomodo referatur in ipsum Deum.

Quomodo Sancti possint adorari latraria.

Suar. sect. 2. cit. in fine, ex S. Thoma, & S. Bonaventura, quod quanuis hic modus adorationis sit possibilibus erga Sanctos, regulariter tamen non est usurpandus propter periculum erroris, cum Sancti sint per se adorabiles ratione intrinsecæ sanctitatis, & excellentiæ; & idçò si adorentur adoratione latriæ, facile posset videri, quod hæc adoratio illis conueniret, & tribueretur, vt propria; quod tamen in Ecclesia non est permittendum, vt etiam supra diximus disp. 7. de aliis creaturis, & disp. 10. de Beatissima Virgine.

8. Cultus dulie non est ex eadem veritate, ex qua est cultus latriæ.

Atque ex his potest intelligi, à quo habitu, & virtute sit cultus Sanctorum, vt à principio: quanuis enim Marfil. in 3. quæst. 8. art. 1. ad finem, existimet vnam, & eandem realiter esse virtutem, quæ exhibet cultum Deo, & appellatur latria; & quæ præterea exhibet cultum Sanctis, & appellatur dulia; eamque sententiam planè esse probabilem affirmat etiam Suar. disp. 52. cit. sect. 3. §. Contra hanc difficultatem. longè tamen est probabilius, quod sint habitus, & virtutes, non modò essentialiter, & formaliter; sed etiam realiter inter se distinctæ, vt est communis sententia aliorum ex Suario ibidem, & Vasq. disp. 98. cap. 1. n. 2. & præcipuè Sancti Thomæ 2. 2. q. 103. art. 3. vbi duliam distinguit à latria; & art. 4. vbi dulia assignat plures species; Alberti in 3. dist. 9. art. 6. in corp. & ad 3. & art. 7. Sancti Bonau. ibidem, art. 2. quæst. 4. Dur. quæst. 3. Gabr. quæst. 1. art. 1. not. 1. & nos etiam supra docuimus disput. 2. num. 16. & num. 17. explicuimus ex eodem S. Thoma, quare Deus, & homo possint amari eadem specie dilectionis, non autem possint adorari eadem specie adorationis.

9. Neque ex eadem, ex qua est cultus diuinitatis, & politicus.

Quo autem modo cultus Sanctorum non sit ab eadem virtute, à qua est cultus politicus, & ciuiliis aliorum hominum, verbi gratia, Ducis, Gubernatoris, Magistri, &c. videri potest apud Vasq. disp. 98. cap. 1. cit. n. 3. & segg. Hac enim de causa S. Thomas 2. 2. q. 103. art. 4. ad 2. omnem cultum Sanctorum, & omnem reuerentiam, quæ homini exhibetur ex affectione, & coniunctione ad Deum, appellat hyperduliam; eamque ait esse potissimam speciem duliæ communiter sumptæ, prout dicit seruitutem, ex qua seruus exhibet reuerentiam Domino: quia sine dubio longè excellit omnem duliam communiter sumptam; & est species ex se perfectissima, & ab aliis distincta, vt etiam supra notauimus disput. 2. num. 18. dum ageremus de hyperdulia Beatissimæ Virginis, cum præsertim huiusmodi cultus maximè reguletur ex cognitione, & dictamine fidei supernaturalis, ex qua sola nobis innotescit excellentia gratiæ, & gloriæ, & tota Sanctorum adorabilitas; ac proinde sit etiam ipse supernaturalis. Rectè verò potest dici, quod hic habitus se extendit ad cultum Sanctorum, non modò post mortem, & dum regnant in cælo, sed etiam dum viuunt, & sunt in humanis, vt supra diximus n. 2. ex Sanctis Augustino, & Athanasio, & ex Suario, & Vasq. locis ibi citatis: est enim etiam sanctitas in hac vita ciuili rationis cum sanctitate in alia, eiusque cultus, & veneratio simul proficiscitur ex eodem dictamine fidei, & ex eodem affectu religionis, & pietatis.

11. Sacerdotes, Prædicatores, & alij Ministri, & instrumenta sanctitatis, & gratia honorantur dulia.

Et propter has rationes rectè addit Suar. ibid. disp. 52. sect. 3. S. Respondetur. & Vasq. disp. 98. cap. 1. n. 5. quod se extendat hæc eadem virtus etiam ad cultum, qui aliquibus exhibetur specialiter propter aliqua dona, aut potestates, vel prærogatiuas supernaturales: vt, quando honoratur, verbi gratia, Summus Pontifex, quia est Vicarius Christi, vel aliquis alius, quia est Sacerdos, vel Propheta, vel euangelicus, & apostolicus Prædicator, &c. exhibentur enim

sine dubio hi omnes honores ex sola fide, & ex affectu Religionis; & idèò ad illos benè potest se extendere virtus duliæ, cum hic etiam cultus non sit solum ciuiliis; sed religiosus, & sacer, vt etiam notat Bellarm. lib. 2. de Imaginibus, cap. 19. §. Ad tertium. tom. 2. & supra retulimus disp. 7. num. 4. Et quemadmodum res sacræ, quæ ordinantur aliquo modo ad Eucharistiam, & ad Christum, adorantur ex eadem virtute latriæ, ex qua adoratur ipsa Eucharistia, & Christus, vt supra diximus disp. 8. n. 12. ita & Sacerdotes, & Prædicatores, & Propheta, in quantum sunt Ministri, & instrumenta sanctitatis, rectè possunt adorari dulia.

Neque ex eo, quod non sciamus de fide, quod hic, vel ille, dum viuunt, sit Sanctus, vel Sacerdos ritè ordinatus, &c. sequitur, quod non possimus eum colere cultu priuato, cum ad illum nõ requiratur certitudo fidei; sed sufficiat certitudo etiam prudens, & moralis, & sit de fide, quod sit pius; & liceat eum colere cultu priuato, quem credulitate, & fide priuata credimus sanctum, & dignum cultu, vt notat Vasq. disp. 97. c. 3. n. 27. quanuis ad cultum publicum, & qui præstetur nomine publico ipsius Ecclesiæ, etiam requiratur autoritas publica eiusdem Ecclesiæ, quæ nobis proponat publicè hunc, aut illum esse colendum. Et præterea rectè monet S. Augustinus lib. 20. contra Faustum, cap. 21. quod Sæctos post mortem tantò deuotius colimus, quantò securius post superata, scilicet, incerta omnia, & post victoriam in tuto positam, & vitæ felicitatem iam comparatam; ex quo tamen non sequitur, quod non possimus satis deuotè Sanctos colere, dum etiam viuunt.

12. Sacriligia in Sanctis distinetur specia à sacrilegio in ipso Deo.

Ex hoc verò, quod Sæctos, & Sacerdotes, & personas alias Deo dicatas non colamus virtute latriæ, & religionis propriè dictæ; sed duliæ, quæ est obseruantia longè inferior, rectè colligit Vasq. tom. 1. in 3. par. disp. 98. c. 4. n. 14. & segg. quod iniurie, quæ specialiter fiunt contra Sanctos, aut cõtra personas Deo sacræ, in quantum per se, & intrinsecè sunt dignæ veneratione, & cultu sacro, nõ sunt sacrilegia in eadem specie, in qua sunt iniuriæ factæ Deo, cum non opponantur religioni propriè dictæ, sed duliæ; ac proinde percussio Clerici, v.g. aut Monialis, vel indigna tractatio Imaginis, aut Reliquiæ alicuius Sæcti, verè sunt sacrilegia distincta specie ab indigna tractatione Imaginis ipsius Dei, vel alterius rei sacræ, quæ alioqui sit inanimata, & intrinsecè incapax venerationis, & cultus, & vt talia sunt explicanda in confessione. Verum hoc non ita videtur intelligendum, quasi iniuria, & indigna tractatio personæ sacræ, aut sacræ, solum sit sacrilegium contra duliam; non autem simul contra latriam, & contra virtutem religionis propriè dictæ, & contra Deum: nam, sicut in humanis, iniuria, quæ fit seruo, non potest præscindi, aut separari ab iniuria, quæ simul fit domino in ipso seruo, vt in re sua: ita & iniuria, quæ fit personæ Deo dicatæ, & sacræ, non potest præscindi, & separari ab iniuria Dei, qui in tali persona, vt in re specialiter sua, & simul cum illa, indignè tractatur. Et fortasse hac de causa Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 99. artic. 1. omne sacrilegium comprehendit sub eadem definitione violationis rei sacræ; & eo ipso, quod aliquid deputatur ad cultum Dei, ait effice quiddam diuinum, & reuerentiam illi deberi relatum in Deum; & idèò quicquid pertinet ad irreuerentiam rerum sacrarum, pertinere ad iniuriam Dei, & habere rationem sacrilegij; & art. 2. omne sacrilegium ait esse contra religionem, & committi per irreligiositatem: quia ex hoc ipso agit quis contra Dei reuerentiam, quod violat rem aliquam sacræ: sicut & agit contra Regem, & morte dam-

natur eo ipso, quod perforat quis purpuram Regis, quando iam est facta indumentum illius, vt habet Sanctus Damascenus lib. 4. de fide, cap. 3. circa medium. Negari tamen non potest, quin aliqua solum sint sacrilegia contra Deum, & contra solum virtutem religionis, vt, verbi gratia, indigna tractatio imaginis Dei; & aliqua simul sint contra Deum, & contra Sanctos, & idèò omnia sint benè explicanda, & distinguenda in Confessione sacramentali: & certum est, quod non satis se explicaret, qui Sacerdotem interfecisset, aut Monialem stuprasset, si solum diceret, se commisisse mortaliter contra virtutem duliæ.

DISPUTATIO XII.

Quomodo cultus publicus non sit exhibendus, nisi Sanctis canonizatis; & quis ille sit.

1. Quid intelligatur per cultum publicum.
2. Canonizatio Sanctorum quid propriè sit.
3. Solum Papa est, Sanctos canonizare.
4. Iudicium Ecclesiæ, aut Papæ, in Sanctis canonizandis, est infallibile.
5. Et est valdè probabile, quod hoc fit de fide.
6. Iudicium Ecclesiæ, quod aliquis sit Sanctus; non solum obligat, vt practicè adoretur; sed etiam vt absolute, & quasi speculatiuè credatur Sanctus.
7. Quomodo dicantur multorum corpora honorari in terris, quorum anima torquentur in Inferno.
8. Si testes in canonizatione sint falsi, & deponant id, quod ignorant; non propterea sententia, & iudicium Papæ erit falsum.
9. Iudicio Ecclesiæ in canonizatione Sanctorum non est solum credendum propter reuerentiam illi debitam, & donec constet, quod sit delusa.
10. Neque ex eo, quia procedit secundum presentem iustitiam, & secundum allegata, & probata.
11. Sententia aliquorum, quod Papa in canonizatione simpliciter possit errare, omni modo est improbanda.
12. Si ad aliquem canonizandum habeantur veramiracula, faciunt canonizationem maximè certam, & infallibilem.
13. Ex sola sanctitate potest aliquis de potentia absoluta canonizari, etiam sine miraculis.
14. Glossæ, & Iurista in iis, quæ pertinent ad Ius diuinum, non sunt magni faciendi à Theologo.
15. Glossæ sapius errat in iis, quæ sunt fidei.
16. Cultus publicus non est exhibendus, nisi Sanctis canonizatis, aut beatificatis.
17. Qui cultus sint publici, & sola auctoritate Papæ sint exhibendi.
18. Beatificatio, & canonizatio quo differant.
19. Sanctis beatificatis, & nondum canonizatis possunt exhiberi omnes honores, & cultus publici.
20. Cultus priuatus licitè potest exhiberi Sanctis nondum canonizatis, aut beatificatis.
21. Et licitè possunt etiam coram aliis vocari, & inuocari, vt Sancti.
22. Non tamen licitè possunt dicari, aut consecrari illis altaria, aut templa.
23. Nec dici Missæ, aut diuina Officia.
24. Nec statui Festa publica.
25. Aut ieiunia, vel fieri vota publica.
26. Etiam de potestate Episcoporum.
27. Nec pingi eorum imagines cum radiis, & diademate, vel exponi vt adoranda.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

28. Reliquia Sancti nondum approbati, non possunt publicè exponi, & adorari.
29. Episcopus non potest approbare Reliquias, nisi Sancti approbati per canonizationem, aut beatificationem.
30. Etiam quando sunt permixta cum Reliquiis Sancti approbati.
31. Reliquia Sancti nondum approbati, non sunt commendanda, sed decenter custodienda.

NOMINE cultus publici non eum intelligimus, qui exhibetur publicè, & coram aliis, v.g. in Ecclesiâ, aut in foro; sed eum, qui exhibetur nomine publico, & tanquam institutus auctoritate publica ipsius Pontificis, aut Ecclesiæ, vt notat Bellarm. lib. 1. de Sanctorum beatitudine, c. 10. col. 739. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. num. 3. pag. 344. Bonac. in primum præcept. Decalogi, disp. 3. qu. 1. puncto 2. n. 2. pag. 143. col. 1. tom. 2. & alij communiter, quidquid dicat Felix Contelorus trad. de canonizatione. 2. n. 9. pag. 246. vbi contendit, cultum publicum non esse accipiendum, prout opponitur cultui priuato, & non instituto auctoritate publica, aut exhibito nomine publico; sed prout opponitur cultui occulto, & secreto; ac proinde iis Sanctis, quibus nõ est exhibendus cultus auctoritate publica, aut publicè institutus, neque etiam esse exhibendum cultum in loco publico, aut coram aliis; sed solum posse aliquè exhiberi in loco secreto. Contra quod tamen non solum facit auctoritas aliorum; sed etiam quia circumstantia loci publici, sicut non facit cultum illicitum ad Sanctum viuentem, vt, si quis, verbi gratia, in Ecclesiâ, aut in foro genuflectat Viro alicui sancto, eiusque precibus se commendat: ita nec potest facere illicitum ad Sanctum defunctum: & sicut Missa, v.g. aut cultus alius institutus auctoritate publica, & nulli alteri debitus, aut concessus, nisi Sancto approbato, tam est illicitus, si alicui alteri exhibeatur in loco publico, quàm si exhibeatur in loco occulto, & secreto: ita & cultus alius, qui solum assumitur ex deuotione priuata, & potest licitè exhiberi, tam Sancto approbato, quàm non approbato, tam est licitus, si exhibeatur in loco secreto, quàm si exhibeatur in loco publico; ac proinde non est, quod recedamus à notione iam tradita cultus publici.

Et quod hic cultus non debeat exhiberi alicui Sancto sine auctoritate Romanæ Ecclesiæ, & Romanæ Pontificis, expressè habetur cap. 1. & 2. de Re Sanctorum liq. & venerat. Sancti. & hæc auctoritas, dum alicui quid propriè statuit, ac decernit huiusmodi honores, qui Sanctis debentur, & ad hunc finem de vera illius sanctitate, & gloria alicuius hominis iam defuncti, & simul iudicium, & sententia, qua illis decernuntur eorum honores, qui cum Deo feliciter regnant. Et quanuis olim particulariter pro vnaquaque prouincia, aut diocesi id spectaret ad vnquenque Episcopum, & ad Romanum Pontificem solum spectaret generaliter id statuere pro tota Ecclesiâ, vt patet ex Sancto Cypriano lib. 3. epistola 6. vbi præcipit ad se scribi, si quis Martyr de nouo occumbat: quia statim eius memoriam sacrificiis vult celebrare, & postea singulis annis diem eius natalem recolere, vt notat Valdens. lib. de Sacrament. tit. 14. c. 12. & ex illo Bellarm. lib. 1. cit. c. 3. col. 737. vnde &

T T in

in aliquibus Prouinciis quidam Sancti coluntur, qui in aliis sunt planè ignoti, vt de Simeone Metaphra- ste habetur in Concilio Florentino *sess. 7. pag. 427. col. 1. tom. 4. Conciliorum*, vbi apud Græcos, & in Ec- clesiis Græcorum dicitur esse celeberrimus, cum ta- men talis non sit apud Latinos: postea tamen per Alexandrum III. & per Innocentium III. *cap. 1. & 2. cit. de Reliquiis, & ueneratione Sanctorum*, id fuit prohibitum, & omnino reseruatum soli Pontifici, vt tam generaliter pro tota Ecclesia, quam particu- lariter pro hac, vel illa prouincia, aut diocesi, solus ipse decernat, & iudicet, qui sint colendi, & in ho- nore habendi, tanquam Sancti, cum Deo regnantes. Idque sanctissimè, & sapientissimè esse factum, vide- ri potest apud Glossam in *cap. vnicum, ver. Sedis aposto- lica. de Reliq. & uenerat. Sanctorum*, in 6. & apud Azor. *part. 2. lib. 5. cap. 6. qu. 6. pag. 335. in fine*. Et patet: quia causæ maiores solum pertinent ad Pontifi- cem, *cap. Adiores. de Baptismo*. & solius Pontificis est declarare, quæ sunt dubia, aut obscura in Scri- pturis, *cap. Per venerabilem: qui filij sint legitimi*, & per consequens etiam dubia sanctitatis; & solius Pontificis est, ea proponere, ac definire, quæ sunt credenda; & ea præcipere, quæ sunt faciendæ; & damnare, & prohibere, quæ sunt contraria fidei, aut honestati; & idè etiam proponere, qui sunt habendi, tanquam Sancti, & quorum mores tutè sunt imitandi, & alioqui facillè posset contingere, vt illi publicè colerentur, qui essent reprobi, & damnati, si cultus etiam publicus posset nisi iudicio fallibili ipsius populi, aut vnus priuati Antistitis; non autem necessariò niteretur iudicio infallibili Summi Pontificis, aut totius Ecclesiæ, vt de facto di- citur contigisse *cap. 1. cit. de Reliquiis, & ueneratione Sanctorum*, quando cultus, & ueneratio fuit vni ex- hibita, anquam Martyri, qui in potatione, & ebrie- tate fuerat occisus; cum tamen Ecclesia pro iis, qui perimuntur in ebrietatibus, vix permittat orari, dicente Apostolo *ad Ephes. 5. quòd ebrios regnum Dei non possidebunt*, vt ibi subditur.

Et quauis in tota Ecclesia colantur plures, vt Sancti, qui non sciuntur solenniter fuisse canoniza- ti ab vno ex Pontificibus: siquidem primus, qui so- lennes canonizationes in vtu posuit, dicitur fuisse Leo I I I. & post illum Innocentius I I. & Alexan- der I I I. & alij deinceps, vt notat Bellarm. *lib. 1. cit. cap. 8. §. Dices. col. 738. & fusè Azor. part. 2. lib. 5. c. 6. q. 2. pag. 334. col. 1.* id tamen ex eo est; quia primis temporibus ita habebat consuetudo Ecclesiarum, eaque paulatim inducebatur sciente, & appro- bante Pontifice, vel expressè, vel tacitè; & so- lum ex tali approbatione vim obtinebat, sicut & communiter accidit in quauis alia consuetudine, quæ solum dicitur obtinere vim legis ex tacito, vel expresso consensu Principis; vt patet ex Sancto Thoma 1. 2. *quæst. 97. art. 3.* & aliis communiter in *matéria de legibus*. Modò tamen, stante reseruatione iam facta ad solum Summum Pontificem, id non ampliùs licet: & neque etiam ratione distantia, & difficultatis recurrenti ad Sedem apostolicam, pos- sunt Episcopi, verbi gratia, in Indiis, aliquem cano- nizare, vt benè notat Contilorus *tract. de canoniza- tione Sanctorum*, *cap. 5.* neque id potest Collegium Cardinalium, vacante Sede, vt idem probat *cap. 6. neque Legatus à latere in sua Prouincia: neque Concilium Prouinciale*, vt subdit *cap. 7.* sed solum Concilium generale congregatum legitimè ex au- thoritate Papæ, vel solus Papa etiam per se, & sine Concilio, vt iam diximus.

Et quòd iudicium Papæ in Sanctis canonizandis sit infallibile, communiter asserunt ferè omnes, &

3. Solius Papa est, Sanctos canonizare.

4. Iudicium Ec-

oppositum damnant, tanquam hæreticum, vel tan- quam sapiens hæresim, & temerarium, & scandalo- sum, & impium: & saltem ita asserunt esse piè cre- dendum: nam esse Hæreticum eum, qui asserit, Pa- pam posse errare in canonizatione Sanctorum, sic- ut, & in iis, quæ pertinent ad fidem, & ad bonos mo- res vniuersalis Ecclesiæ, docuit Ioannes de Neapoli *quodlib. 11. & apud S. Anthon. 3. part. tit. 12. c. 8. §. 2. & apud Syluest. verb. Canonizatio, q. 3. n. 2.* Et idem videtur docere Bellarm. *lib. 1. de Sanctorum beatitu- dine, c. 9. col. 738. tom. 2. vbi hanc refert tanquam sen- tentiam Catholicorum; & oppositam ait esse sen- tentiam Hæreticorum; & certum esse; & sine vlla dubitatione tenendum, quòd Ecclesia non erret in canonizatione Sanctorum. Et idem videtur sentire etiam Valen. 2. 2. disp. 1. quæst. 1. puncto 7. §. 4. 1. vers. Itaque, col. 253. vbi ait: certa fide id esse credendum; & hanc certitudinem haberi ex iisdem Christi promissionibus, ex quibus habetur, quòd Ecclesia in rebus religionis non fallatur: & potest citari etiam Contilorus *de canonizatione Sanctorum*, *cap. 10. præ- fertim n. 11.* vbi recenset plurimos, qui id asserunt esse de fide: & denique potest citari etiam Angelus Rocca in *Commentario de canonizatione Sanctorum*, *cap. 39. vbi asserit, non solum piè, sed etiam necessariò ita esse credendum. Et id non esse hæreticum, aut contra fidem; sed sapiens hæresim, temerarium, scandalosum, impium, & omnino puniendum, asse- runt Canus de locis theol. lib. 5. cap. 9. q. 2. concl. 3. Ban- nes 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 7. concl. 2. col. 170. Cordub. lib. 4. qu. 12. pag. 317. Suar. disp. 5. de fide, sect. 8. n. 8. pag. 104. col. 1. Et denique, sine alia grauiore censura id solum esse piè credendum, habent S. Thom. *quod- lib. 9. qu. 7. art. 16. S. Anthonin. 3. part. tit. 12. c. 8. §. 2. cit. Syluest. verb. Canonizatio, n. 2. Couarr. lib. 1. var. resol. c. 20. n. 13. pag. 189. col. 1. Azor. part. 2. lib. 5. c. 6. qu. 5. pag. 335. & alij alij: quia Sanctorum cano- nizatione videtur quid medium inter eas actiones, aut iudicia, quæ facit Pontifex circa facta particularia, vt, quando agit de possessionibus, de criminibus, de beneficiis ecclesiasticis, de dignitatibus, &c. & ea, quæ facit circa statum Ecclesiæ vniuersalis, vt, ver- bi gratia, circa fidem, & bonos mores vniuersales: siquidem ex vna parte videtur nisi probationibus, & attestationibus fallibilibus circa virtutes, & mira- cula illius, qui canonizatur; & ex alia parte vide- tur spectare etiam ipsa ad bonum vniuersale, & ad mores vniuersales Ecclesiæ, cum honor exhibitus Sanctis canonizatis sit quædam confessio fidei, qua credimus ipsorum gloriam, & quædam attestatio, quòd benè, & sanctè vitam finierint, & modò re- gneint cum Deo, & possint pro nobis intercedere: & idè videtur ipsa indigere assistentia, & directione infallibili Spiritus Sancti, quæ non permittat circa illam errari, sicut neque erratur circa definitiones fidei: & quia de hac assistentia speciali pro canoni- zatione Sanctorum non videtur certò constare cer- titudine fidei, idè Authores citati solum asserunt, piè credi, quòd non erratur: quia tamen postre- mis temporibus plures Hæretici planè irriferunt huiusmodi canonizationes, & declarationes Ec- clesiæ, vt de Ioanne Vvicleffo videre est apud Thomam Vvaldensem *de Sacramentalibus*, *lib. 3. cap. 122. & apud Bellarminum lib. 1. de Sancto- rum beatitudine, cap. 9. cit. idè plures alij addi- derunt, quòd saltem id sapit hæresim. Et sine du- bio alterutra ex his duabus notis videtur notan- da hæc propositio, quòd Papa possit errare in canonizatione Sanctorum, id est, quòd sit vel ad probabile, hæretica, vel saltem quòd sapiat hæresim: & quòd hoc, sit ij, qui asseruerunt absolutè, eam esse hæreticam, de fide.****

5. Et est vel ad probabile, hæretica, vel saltem quòd sapiat hæresim: & quòd hoc, sit negari

negari non potest, quin asseruerint valdè rationabi- liter, non solum de iis Sanctis, de quorum sanctita- te, & gloria habetur certitudo ex ipsis sacris Litteris: & idè non potest negari sine manifesta hære- si, vt notat Driedo *lib. 4. de variis dogmatibus, & libris apocryphis, pag. 491. initio*, vt est, verbi gratia, de Sanctis Innocentibus pro Christo occi- sis: *Martini 2. de morte, & martyrio Sancti Ioan- nis Baptistæ, Marti 6. de S. Stephano Act. 7. de S. Iacobo Act. 12. de bono latrone Luca 23. de S. Abel, Noè, Enoch, Abraham, Isaac, & Iacob, & aliis ad Heb. 11. & de aliis alibi*, vt notat Azor. *part. 2. lib. 5. cap. 6. quæst. 4.* sed etiam de iis, qui semper ab vniuer- sa Ecclesia fuerunt habiti in honore, vt Sancti; & non sciuntur ab vno Pontifice fuisse canonizati, vt est, verbi gratia, S. Syluester, S. Gregorius, S. Augu- stinus, Sanctus Hieronymus, Sanctus Ambrosius, S. Nicolaus, S. Martinus, & plures alij, quos recen- set idem Driedo *loco citato, pag. 490. in fine, & Azor. cap. 6. cit. quæst. 3. pag. 335. & de aliis, qui sciuntur fuisse canonizati ab hoc, vel illo Pontifice: ita enim expressè, & ex professo tenuit, & pluribus confirmauit ex sacris Litteris, & ex rationibus firmis Sixtus V. dum ageretur in Consistorio, & co- ram Cardinalibus, de canonizando S. Didaco Com- plutenis, vt refert Petrus Galefinus Protonotarius apostolicus, & tunc à secretis Pontificis, in *Com- mentario, quem scripsit de canonizatione S. Didaci, & ex illo Angelus Rocca de canonizatione Sanctorum, cap. 39. cit. pag. 89.* Et quauis id non intenderit de- clarare, ac definire, vt de fide; dum tamen ex pro- fesso asseruit non solum piè, sed necessariò, & cer- tissima fide ita esse credendum, omnino id apud omnes debet esse maxima autoritatis. Et idem probat verborum forma, & grauitas, sub quibus Pontifex Sanctum aliquem canonizat, vt videre est apud Castrum *lib. 1. de iusta Hæreticorum pun- itione, cap. 6. & apud Angelum Roccam in Com- mentario de canonizatione, cap. 38. pag. 82. & in Bullis, seu Litteris decretalibus eiusdem canoniza- tionis, quæ postea expediuntur: nam decantatis sacris precibus, ac Litaniis, & Spiritus Sancti gra- tia humiliter implorata, ad honorem Sanctissimæ, ac Indiuiduæ Trinitatis, & fidei Catholice exal- tationem, autoritate Omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Apostolo- rum Petri, & Pauli, ac sua, definit, & decernit, hunc, vel illum esse Sanctum, & in Sanctorum Ca- talogum esse adscribendum, prout tunc, & de facto illum adscribit, eamque mandat ab vniuersis Christi fidelibus tanquam vere Sanctum haberi, & hono- rari; & statuit in eius honorem posse edificari, & consecrari Ecclesias, & altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur; & singulis annis posse celebrari eius Officium; & omnibus verè penitentibus, & confessis, qui tali die accesserint ad visitandum eius sepulcrum, concedit certas Indulgentias, &c. Quis verò non videat, quàm sit iniuriosum Pontifi- ci, & toti Ecclesiæ, & ipsi Deo, si quis dicat, posse illum errare, dum ex throno pontificio cum pluui- ali, & mitra coram omnibus Cardinalibus, & Epi- scopis, & Prælati, & coram tota nobilitate, & in- finita penè multitudine, instat, & instantius, & in- stantissimè rogatus ab Oratoribus regijs, & post icui- nia, & post preces ad Deum publicè fusas, solenniter adserit, habere se autoritatem definiendi, & decla- randi sanctitatem, & gloriam huius, vel illius, eique decernè li sacros honores; & nò solum ex tali autho- ritate, sed etiam ex autoritate Dei Omnipotentis, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli pronun- ciat, definit, & decernit, quòd hic, vel ille sit San- ctus, cui inmittitur, id est, dictum, & depositum, &**

ctus, eumque mandat haberi, & honorari, vt San- ctum? Qujd potest magis absolum dici, vel audiri, & quod magis respuant aures piorum, quàm quòd Pòtifex credat, & asserat, habere se potestatem defi- niendi circa sanctitatem, & gloriam hominù defun- ctorum, & verè fallatur, & verè non habeat: & quòd pronunciet, quanta maxima potest solennitate, se de- finire actualiter ex tali potestate, & verè non ex illa definiat; sed solum ex humano errore, & ex falsa credulitate? Verissimè asserunt Doctores cõmuniter paulò ante cit. quòd saltem id sapiat hæresim: siqui- dem, qui sic pronunciat, facile potest conici, quòd malè sentiat circa articulum fidei, quòd Papa non possit errare in iis definiendis, ac decernendis, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores vniuersales, ac proinde hæc propositio rectè dicitur: sapere hære- sim, vt patet ex dictis *sup. lib. 1. disp. 34. n. 1. de propo- sitione hæresim sapiente. Et quòd præterea hæreticū sit, negare in Ecclesia, & in Pòtifex autoritatem ad Sãctos verè canonizandos, definiendos, ac decla- randos, expressè docet, & probat Bann. 2. 2. q. 1. art. 1. q. dub. 7. concl. 1. col. 170. quia ita habent antiqua traditio, & vsus Ecclesiæ: Et Eugenius I V. in Concilio Florentino in decreto vnionis, inter cetera graui- ter præcipit, vt Armeni Beatissimum Leonem I. reputent, ac venerentur tanquam Sanctum; & Ca- talogo Sanctorum meritò adscriptum, vt patet *tom. 4. Concil. pag. 493. col. 2. §. Quarto. & in Sum- ma Conciliar. pag. 456. §. Quarto; & in Concilio Constantiensis sess. 8. inter alios errores: Vvicleffi num. 44. damnatur etiam hic: Augustinus, Benedi- ctus, Bernardus damnati sunt, si non penitentur de hoc, quòd habuerunt possessiones, & instituerunt, & in- trauerunt Religiones, vt patet *ex tom. 3. Cõc. par. 2. pag. 1570. & in Summa Conc. pag. 438. in fin. cum enim sit de fide, quòd Sancti sunt inuocandi, & vene- randi, vt supra diximus *disp. 11. num. 1. sicut potest præcipere Ecclesia, vt inuocetur, & colatur deter- minatè hic, vel ille, tanquam Sanctus: ita & po- test præcipere, vt certò, & indubitanter credatur, ac reputetur esse Sanctus, & per consequens etiam po- test id definire, ac declarare per sententiam infalli- bilem, & indubitabilem.****

Neque videtur hæc potestas esse neganda Ponti- fici, & Ecclesiæ, cum maximè faciat ad fidei confir- mationem, quæ *Luc. 22. est commissa S. Petro, eius- que successoribus: Tu aliquando conuersus confirma Fratres tuos, & optima fidei confirmatio sit, si exem- plis, & factis ostendatur, & quasi oculis subiiciatur illius veritas, & efficacia, ex qua hic, vel ille decla- ratur sanctè vixisse, & tandem ad gloriam peruenisse; & iisdem exemplis confirmetur, non esse abbre- uiata manus Domini; & suis auxiliis non solum primis temporibus nascentis Ecclesiæ perdurasse fideles ad sanctitatem, & gloriam; sed etiam adhuc perdurare, & semper esse perducendum in posterum vsque ad finem mundi.*

Neque valet, si quis dicat, posse Ecclesiam, aut Papam præcipere, vt hic, vel ille reputetur, & cola- tur, vt Sanctus, sicut & potest præcipere, vt hæc, vel illa Hostia, quæ in Missa exponitur ab hoc, vel illo Sacerdote habeatur, & adoretur, vt consecrata, nec tamen propterea esse de fide, quòd verè sit Sanctus: sicut nec est de fide, quòd Hostia sit consecrata, quia ad præcipiendum, tam de Sancto colendo, quàm de Hostia, satis est pru lens iudiciū, quòd ille sit Sãctus, & quòd hæc sit consecrata: & hoc iudiciū satis ha- betur ex processu canonizationis per depositione, & iuramentum testiū super virtutibus, & mira- culis, quauis nò sit iudiciū infallibile, sicut nec fundamē- tū, cui inmittitur, id est, dictum, & depositum, &

6. Iudicium Ec- clesiæ, quod a- liquis sit Sã- ctus, non so- lum obligat, vt practicè adoretur, sed etiam vt ab- solutè, & quasi specu- latiuè creda- tur Sanctus.

quomodo etiam cap. A nobis. 2. de sentent. excommuni-
 cationis, hoc dicitur differre iudicium Dei, & iu-
 dicitur Ecclesie, quod illud semper nitatur veritati,
 quae nec fallit, nec fallitur; hoc verò nonnunquam
 sequatur opinionem, quam saepe contingit falli,
 & fallere. Hoc, inquam, non valet: quia Sanctus
 non solum praecipitur esse colendus; sed etiam esse
 inuocandus; & tam cultus, quam inuocatio deter-
 minate praecipitur circa hanc personam; neque
 praecipitur sub tacita conditione, si verè est sanctus,
 sicut praecipitur adoratio Hostiae, sub tacita
 conditione, si verè est consecrata; sed praecipitur
 merè absolute; & totum praecipitur contingit
 haec tria effata, & pronunciata: Hic verè est San-
 ctus; & ratione sanctitatis est verè dignus, qui
 colatur, & inuocetur ab omnibus; & omnes debent
 illum colere, & inuocare. Et in his pronunciatis,
 tanquam certis, & indubitatis, & infallibiliter cre-
 ditis, nituntur celebritates, & solennitates Ecclesiae,
 & Dei laudes, & gratiarum actiones, & sacrificia,
 quas offert pro sanctitate, & gloria huic, aut illi tali
 die collata; & preces, & postulara; quae adiungit
 pro illius meritis; nec possunt sine turpissima nota
 dici haec omnia, quod offerantur per errorem, & per
 fallam credulitatem nomine publico, & à Ministris
 publicis, & ex mandato, & praecipio publico, vt ex
 se patet. Et si forte contingat, vnum aliquem, aut
 plures ex iis, qui ab Ecclesia canonizantur, & pro
 quibus talidie praecipuntur, & fiunt publicae So-
 lennitates, & Festa, & Deo exhibentur sacrificia, &
 gratiarum actiones, & petitiones donorum pro illo-
 rum promeritis; & qui nomine publico fidelibus
 proponuntur in exemplum, eadem die esse reuera
 detrusos in Tartara, & dum viuerent, neque habuisse
 veram fidem, neque veras virtutes; sed has, & il-
 lam pessimè simulasse, & Ecclesiam in his omnibus
 falli; & sub publica fide, sub qua haec asserit, etiam
 fallere omnes fideles; quomodo non maxime irride-
 bitur ab infidelibus, & ab ipsiis etiam Dæmonibus,
 qui eos vident tam solenniter coli, & inuocari,
 quos habent socios æternarum poenarum? Et quo-
 modo saluabitur; quod Ecclesia sit columina, & fir-
 mamentum veritatis, vt eam appellat S. Paulus 1. ad
 Timoth. 3. & quod eius fides, sub qua aliquid asserit,
 non possit deficere, vt dicitur Luca 22. & quod Spi-
 ritus Sanctus debeat illam docere omnem verita-
 tem, saltem in necessariis ad salutem, vt dicitur
 Ioan. 14. & exponit S. Th. quodlib. 9. art. vlt. cit.

Et quidem, si haec assistentia Spiritus Sancti ad-
 mitatur, tanquam de fide, circa declarationem san-
 ctitatis, quae fit per canonizationem, cum etiam haec
 videatur spectare ad fidem Ecclesiae, & ad mores
 vniuersales, non poterit deinde non esse de fide,
 etiam infallibilitas iudicij Papae; & non esse here-
 ticum, si quis dicat, eum posse errare, quando ali-
 quem declarat, & proponit vt Sanctum.

Si verò non admittatur, tanquam de fide; quod
 Papa non possit errare, debet saltem admitti tan-
 quam sapiens fidem, cum ex illo possit inferri pro-
 positio fidei, quod Papa simpliciter habet huiusmodi
 assistentiam, vt diximus supra; lib. 1. disp. 34. n. 2.
 de propositione sapientis fidem; ac proinde non po-
 test non esse de contra sapiens haeresim, si quis dicat,
 quod possit errare; & vel simpliciter est id damnan-
 dum tanquam haeticum, vel saltem est damnan-
 dum, vt sapiens haeresim, vt iam explicauimus.

7.
 Quomodo di-
 catur multa
 corpora
 honorari in
 terris, quorum
 vnum anima torquetur in gehenna: vt enim notant Bel-

larum. de beatis. Sanctis. lib. 1. c. 9. in fin. col. 739. tom. 2. anima in
 Couat. lib. 1. var. cap. 10. n. 13. cit. & alij apud Ange-
 lum Roccam de canonizatione Sanctorum, cap. 42. & Inferno.
 apud Contilorum de canonizatione, cap. 10. n. 15. si
 id admittatur, non est intelligendum de corporibus
 eorum, qui ab Ecclesia, & à Papa canonizantur;
 sed de vitis diuitiarum, & impiis, & munda-
 nis, quorum corpora saepe honorantur superbil-
 limis monumentis, & animae in Inferno torquen-
 tur; vel de falsis Martyribus Donatistarum, qui
 à Donatistis colebantur, vt Martyres; & à Dæ-
 monibus cruciabantur in flammis; vel de iis cor-
 poribus, quae fraude aliqua falsò supponuntur
 pro veris corporibus Sanctorum; vel denique de
 iis, qui solum coluntur cultu priuato ex falsa
 existimatione sanctitatis, vel ex falsis miraculis;
 non autem cultu publico, & ex approbatione, &
 praecipio Ecclesiae, cui nullo modo potest subesse
 falsum.

Secundò, neque vrget, quod depositio testium su-
 per virtutibus, & miraculis, cui nititur canonizatio,
 non sit infallibilis, neque habeat assistentiam Spi-
 ritus Sancti, & possit absolute contingere, vt sit fal-
 sa. Nam contra est: quia infallibilitas canonizatio-
 nis, quauis forte requirat huiusmodi depositionem,
 tanquam aliquid necessarium, & saltem vt conditi-
 onem, sine qua non, vt loquitur Augustinus Rocca
 in Commentario citato de canonizatione, cap. 40.
 non tamen illi innititur; sed soli assistentiae Spi-
 ritus Sancti, & promissioni ipsius Christi, quod Ec-
 clesia circa fidem, & mores vniuersales non sit er-
 ratura; sed omnem veritatem edocenda à Spiritu
 Sancto. Vnde, si demus, depositiones testium esse
 falsas, & non ex certa notitia, quam habeant, verita-
 tis; sed ex praua affectione, aut cupiditate deponere
 id, quod ignorant, vel etiam deponere falsum, &
 quod bene sciunt non ita esse; non tamen propterea
 erit falsa sententia Papae, si certò pronunciet, quod
 hic sit Sanctus: quia Deus, cuius iudicium semper
 nititur veritati, eum dirigit secundum veritatem,
 neque permittit pronunciare de sanctitate, quan-
 do sanctitas verè non est, vt bene notat Azorius
 part. 2. lib. 5. cap. 6. quæst. 5. citans, S. Dices, de-
 mus falsa esse. Et ad hoc declarandum optimè facit
 S. Thomas quodlib. 9. art. vlt. cit. vbi ait, quod
 aliquid potest esse possibile secundum se considera-
 tum; & ab intrinseco; & simul esse impossibile ab
 extrinseco, vel relatum ad aliquid extrinsecum; &
 hoc modo iudicium eorum, qui praesunt Ecclesiae,
 posse errare, si tantum respiciantur illorum perso-
 nae; non autem posse errare, si extrinsecus confi-
 deretur diuina prouidentia, quae Spiritu Sancto
 Ecclesiam dirigit; & ex hoc capite magis est stan-
 dum sententiae Papae, quando determinat aliquid
 de fide, quam opinioni quorumlibet sapientum
 circa Scripturas; & maior est certitudo de sanctita-
 te illius, qui canonizatur, quam esset iudicium
 illiusmet de seipso; dum adhuc viueret, vt colligi-
 tur ex eodem S. Thoma ibidem, in responsione ad 1.
 & notat Bannes 2. 2. quæst. 1. art. 10. dub. 7.
 cit. ad 1. Neque est vltimo modo timendum, aut eu-
 randum de falsitate testium, quando prouidentia
 diuina praeseruat Ecclesiam, ne per illos fallatur,
 vt subdit S. Thomas in respons. ad 2.

Atque ex his constat, non esse probandum id,
 quod asserit Driedo lib. 4. cit. de dogmatibus variis,
 pag. 491. quod, quauis Ecclesia possit errare in iis,
 quae sunt facti; & Angelus Satanæ possit se transfigu-
 rare in Angelum lucis simulatione miraculorum,
 & sanctitatis; in hoc tamen debemus illam honora-
 re, vt nihil definiamus contra illam ex nostro iudi-
 cio,

8.
 Si testis à
 canonizati-
 one sint fai-
 cy deponat;
 id, quod igno-
 rant, non pro-
 pterea senten-
 tia. & iudi-
 cium Papae
 erit falsum.

9.
 Iudicio Eccl-
 siae in canon-
 izatione San-
 ctorum non est
 falsum creden-
 dum, nisi
 reuerentia illi
 debita, &
 honor eorum
 quod fit de-
 bita.

cio, circa sanctimoniam canonizatorum, nisi aliquo
 experimento nobis demonstretur, quod ipsa fuerit
 delusa in iis, quae erant facti; & eum, qui hoc modo
 pie sentit de prouidentia, & circumspectione Eccle-
 siae, non errare perniciosè, etiam si fortalle credat,
 aliquem esse Sanctum, qui Sanctus non est: quia
 Deus ad fidem respicit, ex qua hic, vel ille oratur vt
 Sanctus, & ex qua in ipso Deo fiducia ponitur; non
 autem in creatura. Contra enim est: quia hoc ipsum
 indubitanter negari debet posse contingere, vt vn-
 quam demonstretur vltimo experimento, quod Ecclie-
 sia sit delusa; & dum definit, & declarat, quod aliquis
 sit Sanctus, & mandat, vt reputetur, & colatur, & in-
 uocetur, vt Sanctus, non solum declarat, & mandat
 in ordine ad praxim, quomodo ad vitandum erro-
 rem practicum, & culpam fideliam, posset in illis
 sufficere bona fides, & prudens credulitas, quam
 Deus respicit; sed etiam mandat in ordine ad assen-
 sum speculatiuum, vt diximus n. 6. & hunc praecipit
 haberi firmissimum in verbo ipsius, & in authori-
 tate, aut nomine Dei omnipotentis.

Secundò constat, neque etiam esse probandum
 id, quod asserit August. Triumphus, vel de Ancona
 trati. de potest. Eccles. q. 14. art. 4. ea solum ratione di-
 ci debere, quod Papa non erret in canonizatione
 Sanctorum; quia procedit secundum praesentem iu-
 stitiam, & secundum allegata sibi, & probata; non
 autem quia procedat secundum aeternam senten-
 tiam, ex qua iudicat Deus, qui intuetur cor, & ipsam
 rei veritatem. Contra enim est: quia hoc modo neque
 etiam errat, quando iudicat circa particularia: si-
 quidem etiam tunc semper procedit secundum praes-
 entem iustitiam, & secundum allegata, & probata:
 quod tamen iudicium esse infallibile, expressè ne-
 gat S. Thomas quodlib. 9. art. vlt. cit. & expressè ha-
 betur cap. A nobis. 2. de sent. excommuni. quia se-
 quitur opinionem, quam saepe contingit falli, &
 fallere.

Tertiò constat omni ex capite esse improban-
 dum id, quod asserit Gloss. in cap. vnicum, ver. Sedis
 apostolicae. de Reliq. & venerat. Sanctorum, in 6. Felin.
 in cap. Venerabili. n. 2. de testibus, & Caiet. tract. de
 thesaur. indulgen. cap. 8. tom. 1. Opusculorum, & apud
 Couar. lib. 1. var. resol. cap. 10. n. 13. & apud Cordu-
 ben. lib. 4. quæst. 12. quod Papa, & Ecclesia in cano-
 nizatione possit errare. Contra enim faciunt Omnia,
 quae iam diximus ex communi sententia Docto-
 rum, & ex antiqua traditione, & vsu Ecclesiae, & ex
 forma verborum, quibus vitur Pontifex, dum ali-
 quem canonizat, & ex communi sensu fidelium, &
 ex absurdis, & incommodis, quae alioqui sequerentur
 in irrisionem, & contemptum Pontificis, & Ec-
 clesiae; & denique ex promissionibus ipsius Christi
 circa assistentiam, & doctrinam, & continuum regi-
 men Spiritus Sancti; & potest addi etiam fides mi-
 raculorum, quae communiter requiruntur ad cano-
 nizationem Sancti alicuius Confessoris, cap. Vene-
 rabilis. de testib. & attestat. & bene examinan-
 tur, vt certò constet, quod sint vera miracula, & su-
 pra totas naturæ vires, & specialiter facta à Deo
 in sanctitatis attestacionem; non autem solum in
 confirmacionem alicuius articuli fidei, quomodo
 possunt fieri etiam ab improbis, vt habet S. Hiero-
 nyminus in illud Matth. 7. Nonne in nomine tuo pro-
 phetauimus? & S. Th. 2. 2. q. 178. art. 2. & habetur c.
 Tenemus. 1. q. 1. qua enim ratione Deus non potest
 testari falsum, cum essentialiter sit prima veritas; ita
 nec potest miracula facere in attestacionem falsae
 sanctitatis: ac proinde si constet, quod hoc, vel illud
 miraculum sit factum à Deo in attestacionem, quod
 hic, vel ille sit Sanctus, eo ipso certissimè constat,

11.
 Si ad aliquem
 canonizandū
 habeatur vo-
 ta miracula,
 faciunt cano-
 nizationem ma-
 ximè certam,
 & infallibi-
 lem.

cio,

quod sit verè Sanctus, vt bene notat Bellarminus
 lib. 1. de Sanctorum beatitudine, cap. 9. §. Tertio, miracu-
 la. & si vt talis pronuncietur propter talem attestac-
 tionem diuinam, non potest talis pronunciacio non
 esse maxime vera, & infallibilis. Atque hoc modo
 Innocentius III. in Bulla canonizationis Sancti
 Homoboni, & Gregorius IX. in Bulla canonizationis
 S. Anthonij de Padua, §. 3. & apud Angelum
 Roccam de canonizatione Sanctorum, cap. 37. disertè
 asserit, haec duo communiter requiri ad aliquem ca-
 nonizandum, id est, sanctitatem vitae, & miracula:
 Et ad hoc, inquit, vt Sanctus quis habeatur apud homi-
 nes in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus
 morum, & veritas signorum, vt haec, & illa simul ad in-
 uicem contestentur, cum nec merita sine miraculis, nec
 miracula sine meritis plane sufficiant ad perhibendum
 inter homines testimonium sanctitatis.

Dixi autem, solum communiter requiri mira-
 cula ad canonizandum Sanctum aliquem Confesso-
 rem: quia Ecclesia solum ordinariè, & de potentia
 ordinaria non canonizat sine miraculis, vt notat
 Bellarm. lib. 1. de Sanctorum beatitudine, cap. 9. §. Ter-
 tiò, tom. 2. & absolute, vel de potentia absoluta po-
 test canonizare etiam sine illis ex sola sanctitate vi-
 tae, & finali perseverantia bene constituta: sic enim de
 facto canonizauit Leo X. Sanctum Brunonem, vt
 refert Surius in eius Vita, & dicemus infra, quando
 agemus specialiter de Martyribus; & Innocentius
 in cap. 1. de Reliq. & vener. Sanct. num. 1. an su. expres-
 sè asserit, quod sola sanctitas vitae potest sufficere sine
 miraculis; etiam si miracula non possint sufficere
 sine sanctitate: & Sixtus IV. in Bulla canonizationis
 Sancti Bonaventurae, §. 12. addit, quod ex sola
 perseverantia potest quis credi Sanctus, iuxta illud
 Apocalyp. 2. Esto fidelis usque ad mortem, & da-
 bo tibi coronam vitae. & illud Matthaei 24. Qui per-
 seuerauerit usque in finem, hic saluus erit. & cap. Ba-
 ptismi vice. de consecrat. distinct. 4. ex S. Augustino
 lib. 4. contra Donatistas, cap. 22. etiam fides, &
 conuersio cordis dicitur posse sufficere ad salutem,
 & supplere vicem Baptismi, vt patet in latrone, qui
 non pro Christo crucifixus est, sed pro meritis suo-
 rum facinorum; nec passus est, quia credidit, sed so-
 lum credidit, dum pateretur: & tamen audiuit: Ho-
 die mecum eris in Paradiso. & ex fide, & conuersione
 sine miraculis à Christo ipso fuit canonizatus. Et
 quod possit Papa aliquem canonizare ex solis
 operibus charitatis, expressè habet Augustinus
 Triumphus de potestate Ecclesiae, quæst. 15. art. 2.
 ad 2. & Contilorus de canonizatione Sanctorum,
 cap. 19. qui etiam citat Felinum in cap. Venera-
 bili. num. 1. de testibus, & attestat. & Panormita-
 num ibidem, num. 1. qui tamen solum asserunt,
 miracula non requiri ad consequendam beatitudi-
 nem; requiri verò ad canonizationem.

Dixi similiter, miracula solum requiri ad ca-
 nonizandum Sanctum aliquem Confessorem: quia
 ex communi sententia communiter non requi-
 runtur ad canonizandum aliquem Martyrem, quan-
 do constat de veritate martyrij, vt infra melius
 explicabimus. Et siue Ecclesia aliquem canonizet,
 vt Martyrem, siue vt Confessorem; & siue
 id faciat ex miraculis, siue ex sola sanctitate vi-
 tae, & ex finali perseverantia, semper illius iu-
 dicium est habendum pro infallibili, cum semper
 nitatur auctoritati ipsius Dei, siue generaliter
 assistentis Ecclesiae, eamque docentis, & dirigentis
 in iis, quae pertinent ad fidem, & ad mores
 vniuersales, vt diximus; siue specialiter attestan-
 tis de sanctitate huius, vel illius per vera miracula
 ad hanc ipsam attestacionem patrata.

13.
 Ex sola san-
 ctitate potest
 aliquis de po-
 tentia absolu-
 ta canoniza-
 ri, etiam sine
 miraculis.

Et

14. Glosa in iis, quæ pertinent ad Ius diuinum, non sunt magni facienda à Theologo.

Et quamvis in iis, quæ pertinent ad Ius canonicum, & humanum, cuiusque interpretationem magis sit facienda authoritas Glosæ, & Canonistarum, etiam ab homine Theologo, cum semper in vnaquaque Facultate sit standum iudicio peritorum; in iis tamen, quæ pertinent ad Ius diuinum, inconfundendum, & derisibile est, vt loquitur S.Th. Opuscul. 10. contra retrahentes ab ingressu Religionis, cap. 13. vt sacra doctrina Professores Juristarum glosulas in authoritatem inducant, vel de eis disceptent, quia, nimirum, vt idem habet quodlib. 1. art. 9. Decretista plus sequuntur Ius humanum, quam diuinum: & ideo errant. Et certissimum est, vt notat Canus lib. 8. de locis theologicis, cap. 7. concl. 1. quod in his, quæ ad fidem pertinent, non eget Theologus authoritate Iuriconsultorum; sed potius legis peritus debet mutuari à Theologo expositionem eorum titulorum in Iure canonico, qui de certis de fide, cum non possint explicari, nisi ex sacris Litteris, & ex traditionibus Christi, & Apostolorum; quæ tamen non pertinent, nisi ad Theologum; & in re præsentis non est mirum, quod Glosæ in cap. vnic. de Reliquiis, & veneratione Sanctorum, in 6. affirmarint, esse certum, quod Papa possit errare in canonizatione Sanctorum, cum alibi etiam affirmarint, esse certum, quod Papa possit errare in fide, vt notat Couar. lib. 1. var. c. 10. n. 13. & patet ex c. A recta ergo, verb. Nouitatis. 24. q. 1. vbi id expressè habetur; & præterea pluribus aliis locis plura alia dixerit, quæ sunt planè absurda, & ridicula, vel etiam manifestè hæretica, vt, verbi gratia, quod Papa non sit homo, sed verus Deus, & verus homo, cap. Fundamenta. de elect. in 6. & cap. 1. de Summa Trinitate, & fide catholica. quod habeat caeleste arbitrium, & rerum naturas immuet, substantialia vnus applicando alteri; & quod de nihilo aliquid faciat, & de iniustitia faciat iustitiam, cap. Fundamenta. cit. & cap. Quod ver. veri Dei vicem. detransit. Ep. quod licet non possit dispensare contra Euangelium, & articulos fidei; possit tamen dispensare contra Apostolum, cap. Authoritatem. 1. q. 6. c. actor. dist. 34. & cap. Presbyter dist. 8. 2. quod matrimonium sit Sacramentum nouæ Legis, & non conferat gratiam, cap. Honorantur. 3. 2. quæst. 2. cap. cum in Eccl. sa. de simon. & cap. in de scilicet. excomm. in 6. & plura huiusmodi, quæ consultò omitto, ne longum faciam.

15. Glosa sanctorum erat in iis, quæ sunt fides.

Quia ergo solum iudicium Ecclesiæ, & Papæ de sanctitate, & beatitudine alicuius est infallibile, & solum nititur veritati, & Dei attestations; & omne iudicium cuiuscunque alterius facile potest falli, & fallere, cum nititur opinioni, cap. A nobis. 2. de sent. excomm. meritò Alexander III. & Innocent. III. prohibuerunt, ne cultus publicus, id est, nomine publico, & tanquam ab Ecclesia institutus, vlli exhiberetur sine authoritate Romanæ Ecclesiæ, etiam si per eum dicerentur miracula fieri, vt supra indicauimus n. 2. & habetur cap. 1. & 2. de Reliq. & vener. Sanctorum. facile enim alioqui paterent contemptui, & irrisioni omnes solennitates, & ritus Ecclesiæ in Sanctis colendis, & inuocandis, si fortè aliquem coleret, & inuocaret, qui esset damnatus, vt supra diximus num. 6. Atque hinc fit, vt huiusmodi cultus publicus non sit exhibendus, nisi Sanctis canonizatis, aut beatificatis, pro quibus solis Romana Ecclesiæ, & Papæ, quoad hoc interponit suam authoritatem.

16. Cultus publicus non est exhibendus, nisi Sanctis canonizatis, aut beatificatis.

Quod si quæras, quis tandem cultus sit publicus, & solis Sanctis canonizatis, aut beatificatis permittitur, aut præceptus, & aliis omnibus sit prohibitus: Responderetur ex Bellarm. lib. 1. de Sanctorum beatitudine. cap. 7. item. 2. Azor. part. 2. lib. 5. cap. 6. q. 3. Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 43. n. 3. & 5. & seqq. Bonac. in pri-

17. Qui cultus sit publicus, & sola authoritate Papæ sibi exhibendū.

Et hi omnes rectè dicuntur posse exhiberi, tam Sanctis canonizatis, quam beatificatis: siquidem etiam beatificatio est quedam canonizatio, eique conuenit vera definitio canonizationis, quam tradit Bellarm. cap. 7. cit. Vt sit publicum Ecclesiæ testimonium de vera sanctitate, & gloria alicuius iam defuncti, & iudicium, vel sententia, qua vi decernuntur sacri honores iis debiti, qui cum Deo feliciter regnant, & stante etiam sola beatificatione alicuius locum habet pro illo decretum Concilij Trident. sess. 25. de innoc. 1. & venerat. Sanctorum. quod omnes cum Christo regnantes, & æterna felicitate in celo perfruentes, sunt inuocandi, & venerandi: hoc enim ipso, quod declaratur, vt Beatus, declaratur, vt regnans cum Christo; & per consequens vt dignus, & capax inuocationis, & venerationis: & beatificatio rectè videtur posse dici quedam semicanonizatio, vt eam appellat Angelus Rocca de canonizatione, c. 8. in fin. id est, inchoata, & imperfecta, & solum differens ratione solennitatum accidentalium. Et quia beatificatus communiter non proponitur toti Ecclesiæ; sed solum vni regno, aut Ordini religioso, cuiusque cultus non tam præcipitur, quam permittitur, & conceditur, vt etiam notat Felix Contilorus tract. de canoniz. n. c. 2. n. 4. & seqq. ex Pegna in q. de cultu, & venerat. Sanctorum. Card. Tusco in repositorio, verb. Canoniz. & aliis; quod tamen sine dubio prouenit ex eadem authoritate infallibili, & proportionè; responderet canonizationi particulari, quam olim faciebant Episcopi, aut Prælati, pro suis diocesis: vnde & prærequirit diligentem informationem, & examinationem de vita, & de miraculis.

18. Beatificatio, & canonizatio quoque differt.

Atque hoc modo annis superioribus fuit Romæ responsum pro Beato Thoma à Villanoua, recens beatificato pro regno Valentie. posse, scilicet, in eo regno authoritate ordinaria ipsius Episcopi, sine alia facultate, aut concessione Papæ, solenniter institui processionem publicam in illius honorem, & eius corpus, aut Reliquiam solenniter circumferri, & adorari; & aras, vel capellas illi erigi, & decerni, & præcipi diem festum, & c. nam eo ipso, quod Papa cum declarat verè Beatū, & cum Christo regnantem; reliqua omnia; quæ licitè sunt in honorem aliorum Sanctorum, & Beatorū, relinquunt dispositioni Iuris communis; quod tamen cōmuniter illa omnia committit Episcopis, & Ordinariis. Et in specie de festo die decernendo, ac præcipiendo per solam authoritatem Episcopi, & sine alia concessione Papæ in honore alicuius beatificati, expressè habet Suar. lib. 2. de deb. ff. c. 11. n. 5. tom. 1. ex communi sententia; & quamuis cōmuniter non soleant erigi templa, in honorem beatificati, vt notat Contilor. c. 2. n. 1. o. de erigendis tamen altaribus, & de Reliquiis adorandis plura exempla Romæ suppetunt, vt; v. g. in Ecclesia S. Andrea de Valle Patrum Theatinorum, pro Beato Andrea de Auellino; in Ecclesia Beatissimæ Virginis Annunciate in Romano Collegio nostræ Societatis pro B. Aloysio Gonzaga, & præ aliis alibi.

19. Sancti beatificati, & canonizati, & cultus publicus.

Si quis tamen certas alias Litanias sibi componeret, & simul cum aliquibus Sanctis canonizatis, & beatificatis inuocaret etiam aliquos non canonizatos, non videretur damnandus cultus publicus, & indebitus: siquidem Litanias, quas diceret, non essent ab Ecclesia institutæ, vel approbatæ, vt preces publicæ, & solennes; neque illas diceret nomine publico.

Si

20. Cultus priuatus licet possit exhiberi Sanctis non canonizatis, aut beatificatis.

Si verò loquamur de cultu priuato, qui exhibetur ex priuata deuotione cuiusque, certum est, quod licitè potest exhiberi ab vnoquoque iis omnibus, quos bona fide, & rationabiliter credit esse Beatos, & regnare cum Christo: nam ita affirmant communiter Canonistæ in cap. 1. & 2. de Reliq. & veneratione Sanctorum, Syll. verb. Oratio, n. 3. in fine, & verb. Reliquiæ, n. 1. Bellarm. lib. 2. de Sanctorum beatitudine, cap. 10. tom. 2. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 8. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. n. 4. Bonac. in 1. præceptum Decal. disp. 3. quæst. 1. puncto 2. n. 2. §. Hoc posteo. & omnes communiter: & rectè id colligunt ex cap. 2. de Reliq. & vener. Sanctorum, vbi dum prohibetur solus publicus cultus exhiberi sine authoritate Romanæ Ecclesiæ; satis indicatur à contrario sensu, quod cultus priuatus non prohibetur. Vnde circa cultus, quos diximus publicos n. 17. bene est aduertendum, quid requirant specialiter, siue quoad substantiam, siue quoad modum, & circumstantias, ad hoc, vt censi debeant publici; & non possint aliis exhiberi, nisi canonizatis, aut beatificatis.

21. Et licet possit etiam vnam aliam vocari, & inuocari, vt Sancti.

Nam, quoad primum, de aliquo certo habendo, & prædicando, vt Sancto, non est illicitum, si quis humana fide, & certitudine credat aliquem esse Sanctum, & Sanctum appelleret, etiam aliis audientibus, dummodo cum non prædicet, vt iam relatum inter Sanctos authoritate Ecclesiæ, neque eum ponat in Calendario, aut in Martyrologio inter Sanctos; & indubitanter, & firma fide affirmet, cum esse habendum, vt Sanctum: sic enim Sanctus Gregorius Nazianzenus Sanctos habuit, & appellauit Sanctum Athanasium, & Sanctum Basilium, dum scriberet eorum vitas: & Sanctus Hieronymus Sanctam appellauit Paulam, antequam vllus ex his esset beatificatus: & nos communiter Sanctos vocamus, dum etiam viuunt, eos, quos credimus eximie probos, vt notant Sanchez, & Bellarm. & Bonac. loc. citat. si quis tamen Sanctum vocaret in Concionibus, aut libris scriptis, neque aliter explicaret; reprehendendus omnino esset: quia daret rudibus occasionem credendi, quod etiam esset publicè Sanctus ex Bonac. ibidem. Atque hoc modo Vibanus V. in quadam Breui ad Archiepiscopum Rauenennatem, quod refert Contilorus de canonizatione, cap. 22. num. 17. grauius reprehendit quosdam Religiosos, qui in præteritis, & in Ecclesiis, & in publicis Concionibus quosdam alios suorum Ordinum prædicabant, vt Beatos; idque ait omnino esse prohibitum à iure. Et idem facit etiam in alio Breui, ad Episcopos Britannie contra alios Religiosos, qui similiter quendam alium publicè prædicabant, & celebrabant, vt Martyrem; vt videre est apud eundem Contilorum ibidem, n. 18.

22. Non tamen licet possint dici, aut celebrari illis altaribus, aut templis.

Quoad tertium de erigendis templis, & aris, distat id negat Bellarm. cap. 10. cit. §. Quoad 3. posse exhiberi Sancto non beatificato: quia templa, & altaria sunt propter sacrificia, & hæc essentialiter sunt cultus publici. Sed dubitarii loquitur Sanchez cap. 43. cit. num. 7. quia experientia constat, in altari domus priuata sæpè exponi Reliquias non approbatas, quamuis non audeat affirmare, quod id licitè fiat. Illud tamen cum Bellarm. affirmat, vt certum, quod non licet altare, aut templum dedicare,

aut consecrare alicui non canonizato, vel beatificato, intelligendo nomine dedicationis, & consecrationis, nõ solam Imaginis appositionem, aut solâ voluntatem, & intentionem priuatam, quod altare, aut templum sit in honore illius, & ab illo denominetur; sed actionem episcopalem sub certis precibus, & ritibus in Romano Pontificali præscriptis, de qua non potest dubitari, quod sit publica, & ex publica institutione Ecclesiæ, & a Ministro publico, id est, ab Episcopo. Atque hoc modo Vrbanus V. in Breui paulò ante citato ad Archiepiscopum Rauenennatem, specialiter hoc reprehendit inter cætera, quod illi Religiosi altaria erigerent in suis Ecclesiis sub vocabulis illorum Beatorum. Verum, si attendamus antiquum vsum, fortasse non esset dampnandus de cultu publico, si quis ex priuata deuotione domi suæ erigeret altare alicui Sancto beatificato, vel foris extrueret templum, & Deo dicaret ipsemet in honorem illius dedicatione solùm priuata, & absque vlllo ministerio Episcopi, aut Sacerdotis; idque testatum relinquere etiam aliis: sic enim in Vita Sancti Didaci Complutenfis refert Franciscus Pegna, & Rota in relatione ad Papam pro illius canonizatione: imò & Papa ipse, qui fuit Sixtus V. in Bulla canonizationis, quod Henricus V. Castellæ Rex, sanitate pro se, & filia impetrata à Sancto Didaco recens defuncto, sacellum illi extruxit, eiusque corpus decenter recondi iussit: neque vllus est, qui Regem in hoc reprehendat; & quod plus est, qui eum non laudet, vel qui asserat, id eum fecisse petita facultate à Summo Pontifice, vel post factam beatificationem S. Didaci, quæ reuera nunquam fuit. Et Romæ per annos plurimos ante canonizationem Sanctæ Franciscæ Romanæ in Ecclesiâ Sanctæ Mariæ nouæ, Ordinis Oliuetani, fuit sacellum dictæ Sanctæ Franciscæ; quamuis ea nunquam fuerit beatificata per Bullam Papæ, & de Vrbanò Papa IV. qui nunquam fuit canonizatus, & de Beata Lyduige idem refert Ioannes Molanus in Indiculo Sanctorum Belgij, sub die 14. Aprilis. Optimum tamen est, omninò abstinere ab huiusmodi erectione altarum, aut templorum, cum ex cōmuni existimatione facile accipiantur, vt signa publici cultus; & credantur non esse erecta, nisi authoritate publica, quando res non aliter, & non melius declaratur, vt etiam diximus paulò ante de aliquo prædicando vt Sancto in concionibus, vel in libris.

Quod verò addit Contilorus cap. 22. cit. n. 2. neque etiam esse licitum ornare Ecclesias, & ad eas inuitare fideles in die transitus, aut memoriæ talis Sancti non approbati, non videtur probandum, dummodo non inuidentur tanquam ad festum publicè institutum: & qua ratione est licitum in tali die dicere Missam de Sanctissima Trinitate, aut de Beatissima Virgine, & in gratiarum actionem, vt mox dicemus: ita & est licitum priuatim latari, & Ecclesias, aut domos ornare, & inuitare amicos ad simul lætandum: idque fuisse in vfu, etiam apud veteres Monachos, patet ex Cassiano collat. 19. cap. 1. vbi refert, quod ad Cœnobium Abbatis Pauli, in quo morabantur continuò plusquam ducenti Fratres, quadam die infinita quoque multitudo Monachorum de aliis Cœnobis confluerat; quia prioris Abbatis anniuersaria depositio solenniter curabatur; & non videtur dubitandum, quod tali die, & Ecclesia, & domus esset ornata.

Quoad quartum de Missis, & de diuinis Officiis, res est certa, cum essentialiter sint cultus publici. Vnde mirandum est potius, quam imitandum id, quod referunt Surius, & alij in Vita S. Thomæ Aquinatis, quod septimo circiter mense post eius obitum,

23. Nec dicit Missæ, sed diuina Officia.

obitum, occasione cuiusdam translationis, quam fieri contigit de eius corpore, solemniter Missa est celebrata, non de Requiem, & in suffragium animæ; sed de Confessore non Pontifice in eius honorem. Per hoc tamen, quod de Sancto non beatificato non possit dici Missa, non prohibetur, quod in eius memoriam non possit dici de Sanctissima Trinitate, vel de Beatissima Virgine, ut videtur apud Ioannem Molanum in Indiculo Sanctorum Belgij, 14. Aprilis, & 6. Martij, & 18. & 23. Iunij, & die 5. & 10. Ianuarij; & olim fiebat à Patribus nostræ Societatis ante beatificationem S. Ignatij, & communiter fit etiam ab alijs.

24. Nec statui Festa publica. Quoad quintum de Festis instituendis, non est licitum statuere publicum Festum pro Sancto non beatificato, ut notat Suar. tom. 1. de relig. lib. 2. de Festis, cap. 11. num. 5. Bellarm. cap. 19. cit. §. Quantum ad quintum. Sanchez cap. 43. num. 8. Bonac. punct. 2. n. 2. cit. §. Teresio, licere: quia hic cultus est verè publicus, si Festum statuatur, & seruetur nomine publico: & hoc modo id reprehendit Urbanus V. in Breui citato ad Archiepiscopum Ravennensem: licitum tamen est unicuique à seculibus abstinere, & Deo vacare in illius memoriam, quicquid dicat Contilorus cap. 22. cit. n. 3. sic enim faciebant etiam veteres Cœnobitæ pro anniversaria depositione Prioris cuiusdā Abbatie, teste Cassiano collat. 19. c. 1. cit. quia id solum pertinet ad cultum priuatum, ut tradunt Authores citati, pro qua re potest videri etiam Molanus paulò antè citatus, qui hunc usum pro Sanctis Belgij ait esse valde communem. Et quod dicimus de publicis Festis, idem est etiam de ieiunijs, & votis publicis, quæ similiter non possunt indicari, aut fieri in honorem Sancti non beatificati, ut subdit Sanchez n. 8. cit. intelligendo per votum publicum, verbi gratia, illud, quod fieret à tota aliqua ciuitate, aut populo ex decreto, aut mandato, vel consensu publico, quauis non sit illicitum, ut quis ex priuata deuotione ieiunet in honorem talis Sancti, vel ut aliquid illi voueat, ut notat Sanchez ibidem.

25. Aut ieiunia, vel fieri vota publica. Neque potestas Episcopi de Festis statuendis, quæ habetur cap. 1. de consecrat. dist. 3. & cap. fin. de ferijs, intelligi debet, nisi pro Sanctis à Papa approbatis per canonizationem, aut beatificationem, ut notat S. Antoninus part. 2. titul. 9. cap. 7. in principio, Syluest. verb. Dominica, quest. 1. d. 1. Bonac. §. 2. num. 2. cit. §. Adde. Sanchez cap. 43. num. 9. & Canonistæ communiter apud ipsum, qui etiam num. 11. rectè addit ex Hostien. in cap. 1. num. 8. de Reliq. & vener. Sanctor. & ex Ioanne Andrea num. 6. canonizationi, aut beatificationi quoad hoc æquiualeat etiam antiquam traditionem, & vniuersalem consensum Ecclesiæ de sanctitate alicuius; & idè etiam pro hoc posse Episcopum statuere Festa publica, & indicare ieiunia. Et pro hoc facit etiam Urbanus VIII. in Decretis, & Bulla de non colendis iis, qui moriuntur cum opinione, aut fama sanctitatis, vel martyrij, & non sunt adhuc beatificati, vel canonizati: expressè enim proficitur per ea, quæ ibi præcipit, se in nullo intendere, aut velle iis prædicare, qui per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, id est, ultra centum annos, vel per scripta Patrum, & Virorum Sanctorum, vel per longissimi temporis scientiam, & tolerantiam Sedis apostolicæ, sunt in quasi possessione publici cultus: quia, scilicet, hæc etiam omnia per æquiualentiam sunt beatificatio, & canonizatio.

27. Nec pingi eo. Quoad sextum de Imaginibus pingendis, & appendendis, negat Bellarm. cap. 10. cit. §. Quoad 6. San-

chez cap. 43. n. 6. Bonac. §. 2. n. 2. cit. §. Ex dictis colligitur. huiusmodi Imagines cum radijs, & splendoribus, vel cum diademate esse pingendas: quia hæc omnia ex communi vsu accipiuntur, ut signa publicæ approbationis, & cultus; & specialiter id prohibuit sub censuris, & penis Urbanus VIII. de anno 1625. sub die 4. Aprilis, ut notat Bonac. loco cit. §. Sextò. & explicabimus infra. Et idem est, si pingantur cum Angelis, ut notat Contilorus de canonizat. cap. 22. n. 2. Et quod dicitur de huiusmodi Imaginibus, quod sint illicitæ, si pingantur; idem est, si appendantur, & statuatur in Ecclesia eo modo, quo communiter solent appendi, & statui Imagines aliorum Sanctorum, verbi gratia, super altari. Neque possunt sic pingi, aut appendi huiusmodi Imagines, etiam ex facultate Episcopi; cum hic non possit dispensare in cultu publico; sed necessaria est facultas ipsius Papæ, aut saltem ipsius scientia, & patientia ex eodem Sanchez num. 6. Non est tamen illicitum, si pingantur, aut appendantur huiusmodi Imagines simul cum alijs Sanctorum approbatorum, idque fiat ad ornatum Altaris, vel in memoriam beneficij alicuius accepti, ut notat Sanchez ibidem: quia hic modus pingendi non denotat cultum publicum, eum possit etiam esse ad alium finem, verbi gratia, ad ornatum, vel ad memoriam: & hoc modo, tam Romæ, quam alibi frequentissimè visuntur in Ecclesijs, & altaribus antiquioribus, huiusmodi Imagines Sanctorum nondum approbatorum, ut, verbi gratia, Romæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Nouæ, & in altari, ad quod Missæ celebrantur, Imago Beatæ Franciscæ Romanæ, quæ nunquam fuit beatificata, ut diximus paulò antè, & tunc sine dubio non erat canonizata. In Ecclesia S. Francisci de Ripa Imago Beatæ Ludouicæ Romanæ, quæ obiit de anno 1533. In Ecclesia Sanctorum Ioannis, & Pauli Imagines sociorum Beati Columbini; & Florentiæ, in Ecclesia S. Mariæ Nouellæ, Imago Beatæ Villanæ, & Beati Ioannis Salernitani; & Senis in Ecclesia S. Dominici, Imago Beati Andreæ Galerani, & Perusij in Ecclesia S. Catharinæ, Imago Beatæ Columbæ: & in pluribus alijs locis Imagines plurimorum aliorum, ut videre est apud Ioannem Molanum in Indiculo Sanctorum Belgij, præsertim ad diem 23. Iunij, & apud Seraphinum Razium in Vita Beatorum Ordinis Dominicani, præsertim in Beato Hallo, Beato Mario Mutinensi, Beato Damiano, & alijs. Et quod huiusmodi picturæ non sint reprehendendæ, rectè potest probari ex eo, quia etiam Rota in relatione pro canonizatione S. Didaci, facit mentionem de illius Imagine longè ante canonizationem depicta in illius Saccello in Regno Valentiniæ, ut paulò antè retulimus, nec tamen reprehendit.

28. Reliquia Sancti nondum approbata, possunt publicè exponi, & adorari. Denique, quoad septimum, de exponendis, & adorandis Reliquijs, facile patet ex dictis, quod non possunt publicè exponi, & adorari, id est, auctoritate, & nomine publico, nisi Reliquiæ Sancti approbati; & nisi etiam ipsæ sint specialiter approbatæ, saltem ab Episcopo, iuxta Tridentinum sess. 25. in decreto de inuocat. & veneration. Sanctorum. Et de his Reliquijs Sancti nondum approbati intelligitur cap. fin. de Reliq. & vener. Sanctorum, vbi Innocentius III. ex Concilio Lateranensi præcipit, ut Reliquias de nouo inuentas nemo publicè venerari præsumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Et contra de Reliquijs tantummodo Sancti approbati intelligitur decretum Tridentini sess. 25. cit. quod approbatio nouarum Reliquiarum pertineat ad Episcopum, ut bene explicat, & probat Sanchez lib. 2. cap. 43. cit. num. 10. & apud

29. Episcopus non potest approbare Reliquias, nisi Sancti approbati per canonizationem, aut beatificationem.

apud illum Suar. tom. 1. de Incarnat. disp. 55. sect. 2. §. Sed quæret aliquis. Azor. parti. 1. lib. 9. cap. 8. quest. 8. Philarchus de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 9. in fine, si tamen ex antiqua traditione, & vniuersali consensu Ecclesiæ constiterit de sanctitate alicuius, cuiusque Reliquiæ de nouo inuenientur, omnino possent ab Episcopo approbari, ut notat Hostien. in cap. fin. cit. num. 9. de Reliq. & venerat. Sanctor. Suar. loco cit. Sanchez num. 11. quia antiqua traditio, & vniuersalis consensus de sanctitate æquipollet canonizationi, aut beatificationi, ut diximus paulò antè, num. 26. de statuendis Festis pro huiusmodi Sancto non aliter approbato, quam ex antiqua traditione, & consensu vniuersali.

30. Et si contingat, ut Reliquiæ Sancti alicuius non approbati, sint ita permixtæ cum Reliquijs Sancti approbati, ut ab illis discerni non possint; adhuc non debent ab Episcopo approbari; sed omnes debent seruari in loco decenti, tanquam Reliquiæ dubiæ, ut subdit Sanchez num. 12. & 19. & apud illum Suar. disp. 55. sect. 2. cit. §. At vero. & Armilla verb. Canonizatio, num. 2. sic enim deberet fieri etiam in casu, in quo Reliquiæ Sancti approbati essent permixtæ cum Reliquijs hominis improbi, & damnati; neque possent ab illis discerni. Et sine dubio non potest in hac mixtione idem fieri, quod communiter fit in liquoribus, iuxta cap. Quod in dubijs. de consecr. Eccl. ut sacrum trahat ad se non sacrum, quando est in minori quantitate; sed tam Reliquiæ Viri sancti, quam Viri improbi, manent in sua improbitate, & in sua sanctitate, & solum non omnes proiciuntur; quia non debent, nec possunt proici Reliquiæ Viri sancti: sicut nec exhumantur, & proiciuntur extra Ecclesiam ossa excommunicatorum, quando non possunt discerni ab ossibus aliorum fidelium, cap. Sacris. de sepul. Et hæc de causa etiam possunt licitè adorari veræ Reliquiæ Sancti approbati, quando sunt permixtæ cum alijs Sancti non approbati, dummodo intentio adorantis non feratur ad totum compositum ex vtrisque; sed solum ad Reliquias Sancti approbati, quæ certò sciuntur esse in illo composito, etiam si ad sensum non discernantur ab alijs, ut notat Sanchez num. 12. cit. & Bonac. tom. 2. disp. 3. in præcepta Decal. quest. 1. puncto 4. num. 5.

31. Quauis autem Episcopi non possint approbare, & exponere, ut publicè adorandas huiusmodi Reliquias Sanctorum non approbatorum, non tamen propterea sunt contemnendæ, aut malè tractandæ; sed dignè sunt asseruandæ in loco decenti, ut subdit Sanchez n. 12. cit. ne cultus saltem priuatus videatur esse illis prohibitus: qui etiam n. 7. ait, non excedere cultum priuatum, si exponantur in altari domus priuata: sic enim etiam Deus conuenienter illas honorat miracula faciendò, ut videtur est in Bulla canonizationis Sancti Didaci, & aliorum, inter quæ specialiter illud narratur de Reliquijs S. Thomæ Aquinatis, antequam esset canonizatus, quod cum quidam minus dignè sentiret, & loqueretur de illius sanctitate, eiusque Reliquias venerari contemneret, dicendo: Non est Sanctus; sed est tantummodo Fratris Ordinis Prædicatorum. repentè à Deo punitus est, & tremere totus cepit, eiusque caput repentè excreuit ad magnitudinem cistæ: & postea erroris poenitens, veniam à Sancto petens, eiusque Reliquias exofculans, confestim à tumore, & inflatione capitis est liberatus. Et tale quid etiam habetur in Bulla canonizationis S. Ludouici, Episcopi Tolosani, & S. Petri Martyris, & aliorum, & in Bulla canonizationis S. Didaci laudatur inter cetera, quod morte illius audita, statim ad corpus facti sunt magni

concurfus, illiisque omnes contingere voluerunt, & amictus particulas præciderunt, & capillos deuotionis causa, euulserunt. Imò & in Vita S. Bernardi, Sancti Francisci, & aliorum expressè habetur, quod etiam dum viuerent, fragmenta vestium, sudariorum, & cingulorum, & capilli, & ciborum reliquiæ, & aqua lotionis manuum piè à fidelibus raperentur, & haberentur, tanquam Reliquiæ, eaque consuetudo rectè creditur habuisse initium ab ipso tempore Apostolorum: siquidem ex tunc deferebant semicinctia, & sudaria à corpore Pauli super ægrotos, ut scribitur Actor. 19. & certum est ex Bellarm. lib. 1. de Sanct. beat. cap. 10. cit. quod semper sic habuit praxis Ecclesiæ, ut statim atque aliquis obiisset martyrio, statim fideles accurrerent ad illius Reliquias diripiendas: & nostro etiam tempore, quando quis moritur insignis probitatis, & sanctitatis, non modò omnes deuotè osculantur illius manus, & pedes; sed etiam multi abscindunt capillos, & vestes, easque piè, & deuotè seruant; neque id vnquam fuit prohibitum. Ex quo patet, nullo modo esse admittendum id, quod asserit Contilorus de canon. cap. 22. num. 2. versus finem, quod non licet publicè tagere Coronis, siue Rosarijs corpus defuncti: nec vestes, carnes, aut capillos accipere, & tanquam Reliquias asseruare; vel eas applicare ad depellendas infirmitates: si enim hæc fiant non sollemniter, & non per ministros publicos, sicut fiunt in Ecclesijs circa Reliquias Sancti approbatorum, sed priuatim, & ex priuata tantummodo deuotione ab vnoquoque; licita omnino sunt, & nostro etiam tempore maximè in vsu, ut diximus; neque est, quod vilo ex capite reprehendantur: sicut nec etiam reprehendi debet, si quis ex deuotione erga aliquem defunctum, cum opinione, & famæ sanctitatis, osculetur illius manus, aut pedes; quauis Contilorus cap. 22. cit. num. 5. hoc etiam neget fieri licitè, si fiat in loco publico, & videntibus alijs, nisi fortè talis defunctus esset Summus Pontifex, cui debetur osculatio pedum, etiam viuenti.

DISPUTATIO XIII.

Quid specialiter sit seruandum ex Decretis, & Constitutione Urbani VIII. circa cultum priuatum eorum Sanctorum, qui à Sede apostolica, neque sunt canonizati, neque beatificati.

- 1. Imagines Sanctorum non approbatorum non sunt pingendæ cum radijs, aut insignibus sanctitatis, neque vllibi sunt apponendæ.
2. Libri continentes miracula, reuelationes, &c. non sunt imprimendi.
3. Tabella non debent appendi; nec lampades, aut lumina accendi.
4. Excipiuntur tamen illi, qui à tempore antiquissimo sunt in honore, & cultu publico.
5. Tabellæ seorsim sunt asseruandæ.
6. Processus de sanctitate alicuius non sunt formandi, aut aperiendi, nisi prius doceatur de obseruatione decretorum.
7. Interpretatio huiusmodi decretorum solum pertinet ad Sedem apostolicam.
8. Si in aliquo non seruentur, omnes processus sunt nulli.
9. Transgressores grauius sunt puniendi, etiam per suspensionem à diuinis.
10. Appondere tabellas, & scribere, vel diuulgare miracula,

- racula, non est absolute appellandus abusus, quantum est ex vi ipsius nature.*
11. *Vsu tabellarum est antiquissimus, & semper licitus in Ecclesia.*
 12. *Imagines, & tabella antiquitus fuerunt appensa etiam Sanctis viventibus.*
 13. *Nova miracula, & reuelationes ex antiquissimo vsu semper fuerunt conscripta.*
 14. *Et saepius fuerunt admissa, & approbata in canonizationibus.*
 15. *Nouorum miraculorum perennitas demonstrat veritatem Ecclesie.*
 16. *Nouorum miraculorum promulgatio est necessaria ad canonizationem.*
 17. *Circa admittenda noua miracula debent Prelati maxime cauere periculum fictionis, & falsitatis.*
 18. *Falsificare miracula est intrinsecè malum.*
 19. *Circa noua miracula debent Prelati maxime attendere ad veritatem facti.*
 20. *Decretum Urbani de miraculis, & reuelationibus non imprimendis, maxime est, ne quis publicè habeatur, & colatur vt Sanctus sine autoritate Sedis apostolicae.*
 21. *Quomodo miracula, & reuelationes possint imprimi ex declaratione eiusdem Urbani VIII.*
 22. *Lampades, & luminaria non possunt publicè accendi Sanctis nondum approbatis.*

AD tollendos eos abusus, qui facile possunt irrepere, & apud aliquos de facto iam irreplerunt, & quotidie non cessant irrepere circa cultum eorum, qui moriuntur cum fama, & opinione sanctitatis, aut martyrij, & à Sede apostolica nondum sunt approbati per canonizationem, aut beatificationem; multa decreuit Sanctissimus Pater, ac Dominus Urbanus VIII. de anno 1625. sub die 4. Martij, in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Generalis Inquisitionis, eaque omnia iterum approbauit, & confirmauit, & roborauit, apostolica firmitate per Bullam de anno 1634. sub die 5. Iulij.

Et primò, quia Imagines huiusmodi Sanctorum ab aliquibus pingebantur cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus, & cum illis proponebantur in Oratorijs, aut Ecclesijs, aliisque locis, siue publicis, siue priuatis, statuit, decernit, & mandat, ne quorundam hominum, cum sanctitatis, seu martyrij fama, quantacunque illa sit, defunctorum imagines cum laureolis, vel radiis, & splendoribus predictis, vel cum alio quocunque, quod præ se ferat, & indicet venerationem, & cultum, apponatur in Oratorijs, aut Ecclesijs, vel locis quibuscunque publicis, aut priuatis, tam secularibus, quam regularibus, cuiuscunque Ordinis, Religionis, Congregationis, Societatis; & si quæ sint iam appositæ, statim amoueantur.

Deinde, quia miracula, & reuelationes, aliisque beneficia à Deo accepta per eorum intercessionem, liberè enarrabantur in libris rerum ab ipsis gestarum, similiter statuit, ne huiusmodi libri continentes miracula, reuelationes, seu beneficia quæcunque à Deo accepta per eorum intercessionem, de cætero imprimantur, sine recognitione, & approbatione Ordinarij; & quod hic in illis recognoscendis adhibeat in consilium Theologos, aliisque pios, & doctos Viros; & ne deinde fraus, aut error, vel aliquid noui, & inordinati in re tam graui committatur, negotium instructum transmittat ad Sedem apostolicam, cuiusque responsum expectet; & miracula, & reuelationes, & beneficia supradicta, quæ in huiusmodi libris sine tali recognitione, & approba-

tionem sint iam impressa, censeantur omni modo non approbata.

Tertiò, quia ad sepulcra huiusmodi hominum appendebantur tabellæ, & imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & lumina accendebantur; prohibet, ne tabellæ, aut imagines ex quacunque materia, tam pictæ, quam factæ, aut exculptæ appendantur, seu affigantur; & ne lampades, seu lumina accendantur, sine recognitione Ordinarij faciendâ, vt supra, & Sedi apostolicæ referenda, ac probanda.

Et quoniam hæc decreta videri possent præiudicium facere, is Sanctis, qui per communem consensum Ecclesie, vel per tempus immemorabile, aut per Patrum, sanctorumque Virorum scripta, vel per longissimi temporis scientiam, ac tolerantiam Sedis apostolicæ coluntur, expressè declarat, nolle se, aut intendere in aliquo illis præiudicare; sed liberè illos relinquere in quasi possessione sui cultus; quia, nimirum, etiam hæc per æquipollentiam eil quædam beatificatio, aut canonizatio, vt supra diximus disp. præced. num. 16. & paulò post iterum declarat, se per longissimum tempus, illiusque cursam immemorabilem solum intelligere tempus excedens centum annos. Vnde patet, quoad hoc non posse admitti, etiam vt probabile, id, quod asserit Bonac. circa primum præceptum Decal. disp. 3. quest. 1. puncto 2. num. 2. §. Excipiendum tamen est, quod tempus longissimum possit accipi etiam in hoc decreto Urbani VIII. tempus triginta, aut quadraginta annorum: si enim ipse Pontifex in eadem Bulla expressè declarat, se per tempus longissimum, & per cursum immemorabilem solum intelligere tempus excedens centum annos; non est, quod dicamus, posse sufficere tempus triginta, aut quadraginta annorum.

Et rursus, quia postea de anno 1635. ab aliquibus fuit dubitatum, quid esset faciendum de tabellis, aut imaginibus, quæ à fidelibus in dies offeruntur in attestacionem acceptæ gratiæ, & in persolucionem voti, quod fortè prius nuncuparunt ad huiusmodi Viros sanctos: Respondit, nunquam se intendisse prohibere oblationem, & receptionem tabellarum, & imaginum; sed solum voluisse occurrere, & impedire abusus, qui circa illas possunt contingere: & idèd statuit, omninò posse, ac debere recipi huiusmodi tabellas, & imagines, & simul attestaciones eorum, qui dicunt, se gratias accepisse; sed in secreto aliquo loco seorsim ab Ecclesia esse asseruandas, vt suo tempore, quando agetur de beatificatione, aut canonizatione, à Sede apostolica examinentur qualescunque probationes, quæ ex illis possunt haberi.

Atque vt hæc decreta certius obseruarentur, vltèrius statuit, ac decreuit, vt neque ab Ordinarijs, neque ab alijs specialiter delegatis à Sede apostolica, possint recipi informationes, aut processus instructi, vel iam inchoati, & instructi ad finem perducendi super sanctitate, aut miraculis, vel reuelacionibus alicuius, nisi postulator per legitimas, & iuridicè susceptas probationes prius doceat, & Ordinarijs, aut delegatus ritè pronunciet, in nullo esse contrarietatem dictis decretis, eorumque formam omninò esse seruata. Et hoc idem similiter statuit iterum fieri in Vrbe, antequàm processus vndequique transmissi aperiantur à Secretario sacre Congregationis Rituum, vel à fidei Promotore; & antequàm ab ipso Papa concedatur facultas iudicialiter eos aperiendi.

Et si fortè circa hæc omnia suboriantur aliqua difficultas, ad solam apostolicam Sedem mandat recurri, & omnibus alijs, tam Ordinarijs, quam delegatis

3. Tabella non debent appendi, nisi in aliquo loco, aut in loco, ubi non accenduntur lampades, & luminaria.

4. Excipiendum tamen est, quod tempus longissimum possit accipi etiam in hoc decreto Urbani VIII. tempus triginta, aut quadraginta annorum.

5. Tabella seorsim sunt asseruanda.

6. Processus de sanctitate alicuius non sunt formandi, aut aperiendi, nisi prius doceatur de obseruatione decretorum.

7. In Vrbe ritè sunt obseruandi.

legatis quibuscunque adimit omnem facultatem interpretandi. Et si in aliquo non seruentur processus omnes, & informationes, & apertiones processus, & interpretationes, vult esse omninò nullas, & tanquam non factas; & apponit clausulas derogatorias maxime insolitas, & prægnantes: & omnibus Ordinarijs, & Nuncijs Sedis apostolicæ, & Inquisitoribus vbilibet existentibus mandat, vt sedulo inuigilent dictæ obseruationi, & puniant transgressores, si fuerint Regulares, priuatione officiorum, & vocis actiua; & suspensione à diuinis: & si fuerint Clerici seculares, priuatione similiter suorum officiorum, & suspensione à diuinis, & administratione Sacramentorum, & executione suorum Ordinum respectiue, aliisque pœnis ipsorum arbitrio, & pro modo culpæ infligendis: & qui libros impresserint, aut imagines pinxerint, sculperint, vel quomodo-libet effinxerint, vel formauerint, cæterique artifices circa præmissa qualitercunque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper puniantur pœnis pecuniarijs, & corporalibus iuxta criminis grauitatem; & arbitrio eorundem Ordinariorum, aut Inquisitorum.

Circa hæc omnia, quæ fideliter sunt excerpta ex verbis Bullæ, & decretorum, illud in primis, & in vniuersum videtur notandum, quod per illa non absolute damnantur, tanquam abusus, ex ipsa re natura, appensio tabellarum, aut imaginum, & accensio luminum ad Sanctos nondum approbatos, aut narratio miraculorum, vel reuelacionum, etiam per libros impressos, cum reuera ex antiquissimo vsu Ecclesie, & Sanctorum Patrum aperte constat, absolute loquendo, ea semper licuisse, & semper fuisse habita, vt solum spectantia ad cultum priuatum; neque vnquam fuisse damnata, vt abusus; sed solum præcipiuntur certi modi ritè, & rectè faciendi hæc omnia, ne circa illa contingant abusus, qui sine dubio multi, & graues possunt contingere, & credi possunt contigisse de facto ante decreta, istque causam dedisse: & quod præcipitur, solum est, vt omnia fiant cum scientia, & approbatione Ordinarij, & tandem cum scientia, & approbatione Sedis apostolicæ: quod potest satis esse ad abusus præuencendos, & tollendos; & sola fuit mens, & intentio Sanctissimi Patris. Et negari non potest, quin esset verè abusus, & verè grauis, si quis ad augendam famam sanctitatis alicuius ex priuato affectu, & pro solo arbitratu tabellas affigeret ad illius sepulcrum, & miracula, & gratias per illum concessas mendaciter fingeret, & vel picturas, quæ se habent, vt libri muti, vel libris scriptis, & impressis, qui se habent, vt picturæ loquentes, illa disseminaret, ac diuulgaret. Et quemadmodum in Tridentino sess. 25. in decreto de inuocatione, & veneratione Sanctorum, ad tollendos abusus, & rudibus auertendas occasiones erroris, sanctè, & prudenter fuit statutum, vt approbatio nouarum imaginum, & miraculorum, & Reliquiarum spectaret ad Episcopum; & cap. 1. & 2. de Reliq. & venerat. Sanctorum, ad tollendos errores circa cultum Sanctorum, & ad tuendam dignitatem, & existimationem Christianæ Religionis fuit statutum, vt nullus in posterum coleretur pro Sancto, etiamsi per eum miracula fierent, sine autoritate Romanæ Ecclesie; & vt Reliquiæ non exponerentur venales, nec offererentur extra campam; & omninò fuit sublatus prior modus colendi Sanctos per solam approbationem Episcopi, & per communem consensum populi: ita & potuit sanctè decerni, vt tabellis, & imaginibus, & miraculis, aut reuelacionibus eorum, qui neque essent canonizati, neque beatificati, moneretur Episcopus, aut Or-

dinarius, vel Inquisitor; & per hunc moneretur etiam Papa. Et hoc totum eò maxime spectat, quod ex Concilio Lateranensi habetur, cap. 2. cu. de Reliq. & vener. Sanctorum, quod relati non debent permittere, vt quis accedat ad eorum Ecclesiam, causa venerationis, decipiantur varijs figmentis, aut falsis documentis, sicut in plerisque locis fieri consuevit occasione, & causa questu. Si enim relinqueretur in potestate cuiusque tabellas affigere, aut miracula diuulgare, facile posset contingere, vt qui accedunt ad Ecclesiam causa venerationis Sanctorum, deciperentur figmentis tabellarum, & falsis documentis miraculorum, eosque haberent, & venerarentur, vt Sanctos, qui fortè tales non essent; imò, & qui fortè essent Dei inimici, & damnati, & socij Demonum.

Et quanuis hæc eadem figmenta tabellarum, & falsa documenta miraculorum possunt contingere etiam circa Sanctos iam approbatos, & canonizatos, vel beatificatos; minùs tamen decipiuntur, qui accedunt ad Ecclesiam causa venerationis, & per illa inducuntur ad eos venerandos, cum reuera non venerentur, nisi verè Sanctos, & Dei amicos, & verè dignos veneratione: quod tamen non esset, si falsæ tabellæ affigerentur nondum approbatis; & de illis diuulgarentur falsa miracula, & falsæ gratiæ.

Et quòd absolute, & per se loquendo, affixio tabellarum ad Sanctos nondum approbatos, non sit abusus, nec sit dicenda absolute prohiberi tanquam abusus per decreta, & per Bullam Urbani VIII. patet ex eo, quia ex antiquissimo vsu Ecclesie semper tabellæ fuerunt affixæ ad huiusmodi Sanctos ex priuata deuotione cuiusque, ac proinde pro illa reuerentia, quam omnes debemus antiquissimo vsui, à nullo ex veteribus Patribus reprobatum, & à multis postiuè approbato, ac celebrato, non debemus illum appellare abusus: sic enim de Martyribus nondum approbatis refert Theodoretus lib. 8. ad Graecos, versus finem, quòd ad eorum sepulcra ab alijs suspenderentur simulacra oculorum, ab alijs pedum, vel manuum, ex argento, auròque confecta; & vniuersaliter hæc fieri consueuisse etiam ad sepulcra aliorum, qui obiissent cum fama sanctitatis, testantur sacra Rotæ Auditores in relatione pro canonizatione S. Raymundi, part. 2. art. 9. Eamque consuetudinem ex eo probant non esse improbandam; quia olim, qui sanabantur miraculo, dabant libellos: vis enim, & sensus huiusmodi argumentationis, & probationis in eo est: quia miracula tamen debent innotescere rudibus per picturas, aut tabellas, quæ olim innotescerant non rudibus per libellos ad Dei gloriam, & ad Sanctorum honorem, eum idem faciat pictura cernentibus, quod legentibus facit scriptura, cap. Perlatum, de consecr. dist. 3. Et in alia relatione pro S. Andrea Corsino, iidem sacra Rotæ Auditores part. 4. §. 1. ex iisdem tabellis ad eius sepulcrum appensis maxime probant illius sanctitatem, quasi in genere. Idemque saepius approbant etiam Summi Pontifices, dum in Bullis canonizationum huiusmodi tabellas ad sepulcrum appensas ponunt inter motiua ad canonizationem, eaque dicunt magnum testimonium perhibere veritati, vt patet in Bulla S. Ludouici, Episcopi Tolosani, S. Brigidæ, Viduæ; S. Didaci, S. Raymundi, S. Franciscæ Romanæ, S. Caroli, & aliorum. Et idem constat apud Surium tom. 2. in Vita S. Hugonis, vbi refert, quòd ad eius sepulcrum statim ab obitu facti fuerunt magni concursus, & oblationes votorum; & tom. 3. in Vita S. Ambrosini, Archiepiscopi Florentini, vbi refert, quòd paulò post eius obitum quædam mulier per miraculum ab illo sanata, fuit in somnis ad-

11. Vsu tabellarum est antiquissimus, & semper licitus in Ecclesia.

1. Imagines Sanctorum non approbatorum, non sunt pingendæ cum radiis, aut inscribendis sanctitatis, neque vltibus sunt apponendæ.

2. Libri continentes miracula, reuelaciones, &c. non sunt imprimendi.

monita, vt statuum, & tabellam afferret ad eius sepulcrum, in qua miraculum esset depictum: & plura huiusmodi etiam habentur in Chronica Fratrum Minorum part. 3. lib. 2. cap. 30. & lib. 3. c. 57. & apud Seraph. Razium de Vita Beatorum Ordinis Dominiciani, & apud Vincentium Iustitiam in Vita sancti Bertrami, & apud alios.

12. Imagines, & tabellae antiquissimae, etiam sancti uidentibus.

Et quod plus est, consuetudo Ecclesiae non solum fuit, vt imagines, & tabellae permitterentur liberè appendi Sanctis iam mortuis; sed etiam adhuc uiuentibus, vt patet ex 7. Synodo a. 4. tom. 3. Concil. part. 1. ubi narratur de S. Simeone Stylita, cum adhuc uiuere; quod, cum ad illum accessisset quidam mercator Antiochenus, qui a Damonio vexabatur, & ab illo esset sanatus, imaginem illius in vestibulo suarum adiuua posuit: & quia illam quidam improbi, & infideles de loco deturbarunt, valide puniunt. Et de eodem S. Simeone Stylita similiter adhuc uiuente refert Theodoretus in distis Sanctorum Patrum, cap. 26. quod Romae artifices in vestibulis, & porticibus diuinum officinarum paruas quaedam illius imagines ponerent; & inde praesidium, & tutelam sibi pararent.

Et ratio est ex Ioanne Viguerio in suis institut. theologicis, tractatu de fide, §. 3. vers. 4. quia prohibere simpliciter huiusmodi imagines, & tabellas in signum miraculorum, aut gratiarum, quae per Sanctos etiam nondum approbatos recipiuntur a Deo, est occultare opera Dei, & prohibere illorum manifestationem, contra illud Archangeli Raphaelis Tob. 12. Sacramentum Regis abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare, & confiteri, honorificum est. Et cum Deus huiusmodi gratias, & miracula sepe operetur ad declarandam, & testificandam sanctitatem alicuius, quem Ecclesiae, & fidelibus uult proponere in exemplum virtutis, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quae. 178. art. 2. ex hoc etiam capite non sunt simpliciter prohibendae huiusmodi imagines, & tabellae, ne sanctitas huius, aut illius contra Dei uoluntatem occultetur. Et cum ex Tridentino sess. 25. in decreto de in ocat. & uenerat. Sanctorum, per pias imagines in templis appositae admoneatur populus beneficiorum Dei, eiusque per Sanctos miracula, & salutaria exempla oculis subiiciantur, vt pro iis fideles Deo gratias agant, & ad Sanctorum imitationem vitam componant, non possunt absolute prohiberi, aut damnari, tanquam illicitae, aut tanquam abusus; sed solum circa illas possunt aliqua praecipua ad prohibendos abusus, ne obrepant, vt diximus sancte fecisse Urbanum VIII. in suis decretis. Et quemadmodum post dicta decreta nullus est, qui non approbet, tanquam licitas, & validas, promissiones, & vota, quae in dies fiunt de appendendis tabellis in honorem quoruncunque Sanctorum, & in signum gratitudinis pro accepta gratia, aut beneficio: ita & nullus potest esse, qui absolute non approbet implementationem huiusmodi promissionum, & uotorum, per actuale oblationem, & delationem huiusmodi imaginum, & tabellarum.

13. Noua miracula, & reuelationes antiquissimae uidentibus.

Et idem est de reuelationibus, & miraculis conscribendis, & imprimendis in Vitis eorum, qui moriuntur cum fama sanctitatis: quod enim id absolute, & ex se, non sit malum, & absolute non sit prohibendum; sed solum praecipienda sunt aliqua pro recognitione librorum, ad prohibendos abusus, sicut fecit Urbanus VIII. patet ex eo: quia, vt notat Bellarm. l. 1. de Sanctorum beatitudine, c. 7. §. 11. is ergo praecipuus, tom. 2. semper Deus uoluit à sacris Scriptoribus annotari, & describi admiranda eorum facinora, qui tempore ipsorum floruerunt: & hoc modo in veteri Testamento Ecclesiastici 44. plurima narrantur de illorum temporum Patri-

bus, & omnes iubentur eorum sapientiam, & laudes celebrare: Ladeamus uiros gloriosos in generatione sua, &c. Sapientiam eorum narrent populi, & laudes eorum pronunciet omnis Ecclesia Sanctorum. Et in nouo Testamento certissimum est, uoluisse Deum, vt in Actis Apostolorum annotarentur omnia miracula, quae ab Apostolis, & fidelibus tunc fiebant: & idem postea continuauerunt plures alij Sanctissimi Patres, & Doctores Ecclesiae, vt S. Hieronymus in Vita Sanctae Paulae, S. Gregorius in libro Dialogorum, S. Bernardus in Vita S. Malachiae, Scuerus Sulpitius in Vita S. Marini, S. Gregorius Turonensis in libro miraculorum eiusdem sancti. Confessarius S. Catharinae Senensis in Vita ipsius, & alij. Et vt notant sacrae Rotae Auditores in relatione ad Clementem VIII. pro canonizatione S. Raymundi, & patet ex S. Augustino lib. 22. de ciuit. cap. 8. & indicauimus paulo ante, num. 11. qui olim miraculo sanabantur, libellos dare solebant, quibus id populo innotesceret ad Dei gloriam, & Sanctorum; & ipsemet S. Augustinus ibidem plurima narrat suo tempore parata; & grauer eos reprehendit, qui ea sinunt multorum notitia deperire: & S. Stephanus Papa III. in epistola prima ad Hilduinum, tom. 3. Concil. pag. 223. & apud Baronium anno Domini 754. num. 3. & 4. non modò narrat miraculum sanitatis in se paratum; sed etiam uniuersaliter asserit, quod sicut nemo se debet iactare de suis meritis, sic non debet silentiare opera Dei, quae per Sanctos in illo fiunt sine suis meritis; sed debet illa omnino predicare: quia sic Angelus aduocet Tobiam cap. 12. Sacramentum Regis abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare, & confiteri, honorificum est. Et ex eodem loco Tobiae idem facit S. Paulinus epistola 36. ad Macarum, & S. Scuerus, Episcopus Minoricensis in epistola de Iudaorum conuersione. & alij apud Nicolaum Scranium in eundem locum Tobiae, & S. Gregorius Turonensis in libro miraculorum S. Marini, iuramento affirmat, dictum sibi per uisum fuisse bis, & ter, quod crimen esset, si illud opus scribendi miracula neglexisset. Et Petrus Cluniacensis in prologo ad suos libros de miraculis, grauer dolo, quod quae in dies eueniunt, & prodesse legentibus possunt, dispareant defectu illorum, qui ad ea conscribenda animum applicent.

14. Et sapienter ruit admittendum in canonizationibus.

Atque haec miracula, priuata etiam autoritate conscripta, non modò non fuerunt prohibita actis temporibus; sed etiam sapienter fuerunt postea approbata ab ipsis Pontificibus in Bullis canonizationum, vt patet in prima omnium, quae creditur sollemniter fuisse celebrata de anno 803. à Leone III. de S. Suitberto, Episcopo Vverdensi, & solum fuit facta ex fide habita ipsius uita, & miraculis scriptis à S. Marcellino eius socio, & conterraneo, vt refert Surius die 11. Martij, & notat Bellarm. de beat. Sanctorum, lib. 1. cap. 8. §. 11. Dices. Et idem patet ex Bulla canonizationis S. Brigidae, ubi Bonifacius IV. pro miraculis remittit ad librum de eius uita, & in eo dicit esse fideliter annotata. Et nostris temporibus idem accidit in canonizatione S. Hyacinthi, in qua similiter, cum ad probanda miracula non possent haberi testes, fuit habita fides uita, & miraculis ante centum annos conscriptis ab eius contemporaneo: quae tamen fides pro canonizatione sine dubio non fuisset habita, si descriptio huiusmodi miraculorum fuisset absolute illicita, & abusus.

15. Notorum miraculorum reuocatio de manu, & ruit admittendum.

Neque solum hic usus scribendi miracula semper fuit in Ecclesia, eumque grauer commendauerunt Sancti Patres, & sepius approbarunt Summi Pontifices, vt iam diximus; sed etiam ad fines grauissimos est maximè utilis, & necessarius: & idè est retinendus,

tinendus, etiam nostris temporibus, dummodo scribantur miracula, cum ea ueracitate, & cum illis modis, qui praescribuntur in sacris Concilijs, & in decretis Summorum Pontificum: si enim absolute, & simpliciter prohibeantur narrari, & scribi noua miracula, certè est, quod multum obfcuratur illorum perennitas in Ecclesia catholica, ex qua tamen contra Haereticos efficaciter demonstratur illius ueritas, vt probat Bellarm. lib. 4. de notis Ecclesiae, c. 14. tom. 2.

16. Notorum miraculorum promulgatio est necessaria ad canonizationem.

Et cum Deus miracula faciat non solum ad fidei confirmationem; sed etiam ad demonstrationem sanctitatis alicuius, quem uult proponere in exemplum virtutis, vt diximus paulo ante num. 12. ex Sancto Thoma 2. 2. quae. 178. art. 2. illique Deus uelit esse testatam, suoque sigillo quasi obfirmatam huiusmodi sanctitatem; & idè in canonizationibus specialiter inquiratur de miraculis; necessarium omnino est, vt noua miracula in dies scribantur, ne aliqui ponatur obex diuinae intentioni de attestanda, & declaranda sanctitate alicuius, & uia in posterum praeccludatur ad canonizationem, aut beatificationem; & eo ipso, quod Deus per lucem miraculorum hunc, aut illum, quasi lucernam in Ecclesia uult ponere super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt; non debet aliquis ponere illum sub modio per eorum occultationem; & cum ex S. Gregorio lib. 3. Dial. cap. 6. eodem modo probetur per miracula beatitudo, & uita animae post corpus, quod probatur per motum membrorum uita animae in corpore; tam non debent occultari miracula, vt certè constet de beatitudine, & uita post corpus, quam non occultantur motus membrorum, vt certè constet de uita in corpore.

17. Circa admittenda noua miracula debent praescribi maxime cauere periculum fictionis, & falsitatis.

Negari tamen non potest, quin debeat à Praelatis Ecclesiae diligenter cauere in scribendis, aut diuulgandis miraculis periculum fictionis, & falsitatis, quod certè est maximum, & maximè contrarium charitati, & pietati, vt potest corruptium ueritatis diuinae, vt notat S. Thoma 2. 2. quae. 110. art. 4. & certissimum est, quod semper peccat mortaliter, qui scribit, aut praedicat falsa miracula, neque potest uia pia intentione excusari, vt notat Caietanus 2. 2. quae. 93. art. 1. in fine, Nauarr. in Manu. cap. 18. num. 5. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 37. n. 9. Vnde & Canus lib. 11. de uita theologicis, qui est de humanae historiae auctoritate, cap. 6. grauer inuiciter contra illos, qui in conscribendis Vitis Sanctorum, & praecipue in enarrandis miraculis non sciantur puram ueritatem, prout requirunt leges Historiae; sed dant aliquid affectui, & ex illo res aliter narrant, quam uerè sint.

19. Circa noua miracula debent praescribi maxime attendere ad ueritatem facti.

Sed huic periculo prudenter occurrit decretum Concilij Tridentini sess. 25. de inuocat. & uenerat. Sanctorum, quod ab Episcopis circa noua miracula admittenda nihil fiat, nisi quod ex consilio Theologorum, & piorum Virorum sit consentaneum ueritati, & pietati; & sensus uidetur esse, quod nulla noua miracula debent admitti, vel permitti, quae non probentur sufficienter in se habere ueritatem facti, & quae non foueant pietatem. Dico autem, quae non habeant ueritatem facti: quia de ueritate miraculi accepit i formaliter, prout est miraculum, id est, utrum id, quod narratur, sit uerè miraculum, & supra uires naturae secundum substantiam, vel secundum modum, an uerò sit quid naturale, non est laborandum, neque vnquam ex usu Ecclesiae uideatur de hoc fuisse habita ratio, quoad scribenda, & publicanda miracula, quae in dies occurrunt; nec modò habetur, nisi in causis canonizationis, in quibus specialiter requiruntur miracula, tanquam testimo-

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

nia ipsius Dei contestantis per signa, & portenta, & per uirtutes, vt dicitur 1. Heb. 2. sanctitatem illius, qui est canonizandus; ac proinde in illis rectè requiritur, vt certè constet, quod sint uera miracula, & uera opera solius Dei, de quo dicitur Psal. 71. quod facit mirabilia magna quos.

20. Decretum Urbani de miraculis, & reuelationibus non imprimendis, maxime est, ne quis publicè habeatur, & cplatur, ut sanctus, sine auctoritate Sedis apostolicae.

Et ad cauendum idem periculum fictionis, & falsitatis, etiam facit decretum Urbani VIII. supra relatum n. 2. de miraculis, & reuelationibus non imprimendis communiter in iis libris, qui scribuntur de Vitis Sanctorum nondum approbatorum. Et praeterea idem decretum plurimum facit ad praeseruandum Pontifici, & Ecclesiae, cui iure cõuenit, totum iudicium de ueritate miraculi, & attestationis diuinae, circa sanctitatem alicuius, & consequenter de absoluta, & uera illius sanctitate, pro qua fiunt miracula; si enim liberè euulgarentur miracula, vt facta à Deo, in attestacionem, quod hic, aut ille, u. g. esset Sanctus; non uideretur esse opus alia declaratione, aut definitione Ecclesiae, circa eandem sanctitatem; & omnes fideles licitè possent illum habere, ac uenerari absolute, vt Sanctum, quem Deus ipse suis attestacionibus, & miraculis publicè declararet, vt Sanctum. Quare in decreto citato rectè praecipitur Ordinarijs, vt pro imprimendis reuelationibus, & miraculis non modò adhibeant in consilium Theologos, & pios, & doctos Viros; sed etiam, vt transmittant ad Sedem apostolicam totum negotium de illorum consilio bene instructi, & ab illa expectent responsum, ne aliqui in re tam graui contingat fraus, & error, uel committatur aliquid noui, & inordinati. Et ueterius rectè declaratur, quod miracula, & reuelationes, quae fortè sine tali recognitione fiunt iam impressae, censeri debent omni modo non approbata: pro ueris reuelationibus, & miraculis, & pro ueris attestacionibus Dei, quod hic, aut ille sit uerè Sanctus.

21. Quomodo miracula, & reuelationes possint imprimi, ex declaratione eiusdem Urbani.

Et ad hoc idem clarissimè facit iuridica declaratio eiusdem Urbani in generali Congregatione sacrae, Romanae, & uniuersalis Inquisitionis, Romae habita in Palatio apostolico Montis Quirinalis die 5. Iunij, anno 1631. coram Eminentissimis, ac Reuerendissimis Cardinalibus Inquisitoribus, &c. cum enim Vicarius Generalis Capucinorum, nomine totius Definitionis generalis, per memoriale exhibitum Sanctitati suae exponeret, quod in Annalibus dictae Religionis, iuxta communem modum, atque usum loquendi, & scribendi, plures dicantur, & narrentur fuisse Viri sancti, & perfecti, & sanctae uita, & sanctarum operationum, & plura gessisse, quae uidentur miracula; absque eo tamen, quod illi pronuncientur, & declarantur absolute Sancti, & haec pronuncientur, & declarantur absolute miracula; sed omnia solum referantur, vt habita à personis fide dignis, & ex fama, & dictis multorum, & super his omnibus idem Vicarius Generalis humiliter supplicaret, vt Sanctissimus dignaretur declarare mentem sui decreti, ac Bullae super his ecitae: Idem Sanctissimus dicto memoriali audito, declarauit, non debere admitti eologia Sancti, aut Beati absolute; & quae cadunt super personam; bene tamen posse admitti per Magistrum sacri Palatii ea, quae cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quod iis nulla ad se auctoritas ab Ecclesia Romana; sed fides sit tantum penes Authorem.

Et in uim huius declarationis fuerunt postea à nostris Patribus Romae sapienter impressae, cum facultate, & approbatione Superiori, litterae Indicae super martyrio aliquorum ex Patribus, & aliorum fidelium in Iaponia, cum sola protestatione, initio libri apposita, quod non intenderent ullam auctoritatem, aut fidem illis praebere, nisi purè huma-

V V nam

nam; aut eos, quos dicerent à tyranno occisos causa fidei, proponere, & declarare, vt verè Martyres, & aliquid publicum cultum, & venerationem illis arrogare, aut villo modo gradum eis facere ad futuram aliquando canonizationem, aut beatificationem; sed solum intendere rem narrare, prout habebatur ex litteris; & idèd totam fidem solum esse penes auctores ipsarum litterarum.

Et iterum de anno 1640. vi eiusdem declarationis Philippus Alegombe, nostræ Societatis Theologus, facultatem obtinuit ab eodem Summo Pontifice Urbano VIII. & in Congregatione sacrorum Rituum, imprimendi Catalogum Scriptorum nostræ Societatis, præmissa tantum protestatione initio libri, quòd si aliquos appellaret Viros sanctos, vel aliqua de illis narraret supra vires humanas, & quæ miracula viderentur, nullam intenderet certitudinem illis asserere, nisi humanam, & humanæ narrationi, vel Historiæ communiter debitam; neque vllum gradum iis parare, aut facere pro beatificatione, aut canonizatione.

Si ergo intentio decreti prohibentis scribi miracula, & reuelationes de Sanctis nõdum approbatis, solum est, ne maior fides illis concilietur, quàm purè humana, & quæ sit solum penes Auctorem, & cù hac protestatione initio libri præmissa, liberè, & licitè permittuntur scribi, & diuulgari, non sunt dicenda simpliciter prohiberi miracula contra antiquissimum vsum Ecclesiæ, & contra intentionem ipsius Dei, qui ad hunc finem illa facit, vt sciuntur; sed prudentissimè solum caueri, ne maior fides illis adhibeatur, quàm verè debeat; & ne paulatim per illa inrepat cultus publicus, sine auctoritate, & approbatione Ecclesiæ.

Et idem est de prohibitione lampadum, & luminum ad Sanctos nondum approbatos, quæ similiter habetur in eodem decreto Urbani VIII. vt supra retulimus num. 3. quia enim communiter nostris temporibus non appenduntur lampades, nec lumina accenduntur in Ecclesiis, nisi ad augustissimam Eucharistiam, vel ad Sanctissimam Virginitatem, aut ad Sanctos magnæ, & approbatæ sanctitatis, eorumque liquorum consumptio est veluti iuge sacrificium in Dei honorem, & in illorum memoriam, si liberè permitterentur etiam appendi, & accendi ad quoscunque non approbatos, facile daretur occasio communiter credendi, quòd etiam illi essent absolute sancti, & approbati; & etiam ad illos paulatim obreperet cultus publicus sine auctoritate, & approbatione Ecclesiæ; & id contingeret, quod habetur cap. 2. de Reliq. & vener. Sanctorum, vt qui accederent ad Ecclesias, causa venerationis, deciperentur huiusmodi signis, & documentis sanctitatis probare. Vnde non est negandum, quòd hic etiã vñs accèdèdi cereos, & luminaria ad sepulcra Martyrum, & Sanctorum antiquis temporibus multùm vigeret, vt patet ex S. Hieronymo in epistola ad Riparium 53. & ex Bellarm. lib. 2. de Reliquiis Sanctorum, cap. 4. ad 4. tom. 2. & Azor. part. 2. lib. 9. cap. 8. quæst. 3. Et reuerà etiam in Bullis canonizationum, huiusmodi vñs sepiùs est approbatus, vt patet ex epistola Concilij Tarraconensis ad Nicolaum Papam pro canonizatione Sancti Raymundi, tunc recens defuncti, & ex Bulla Innocentij IV. pro canonizatione S. Petri Martyris, vbi hæc lumina non solum approbantur; sed etiam dicitur, quòd sæpè lampades, & lumina ad eius sepulcrum pendentia accensa sunt per se ipsa, & absque omni humano ministerio, quod idem sepiùs contigit, etiam ad sepulcra aliorum nondum approbatorum, vt videre est apud Lipomanum in Vita S. Sulpitij Archiepi-

22. Lampades, & luminaria non possunt publicè accendi Sanctis nondum approbatis.

scopi Bituricensis, mense Ianuario, tom. 1. vbi refert, quòd peracta sepultura, cum lampas ad eius sepulcrum esset appensa, & semel à Ministris esset impleta oleo, adèd postea redundauit sancto liquore, vt ingiter inde sese effunderet; cuiusque vñsione plerique liberarentur à variis agritudinibus: & cum aliquando in Ecclesia tempore vespertino diuinæ Laudes canerentur, subitus quidam, tanquam fulminis ictus, lampadis lychnum percuciens, cunctis cernentibus illum accendit, nec vñquam postea lumen illud extinctum est, quando fomenta Ministrorum opera sunt adhibita. Et in Vita sancti Auberii, Episcopi Rothomagensis, eodem tom. 1. mense Februario, refert idem Lipomanus, quòd postquam eius corpus fuit sepultum, lampas olei plena, & ad illud accensa, non solum arsit indefinenter die, noctuque; sed etiam redundauit; & aliud vas fuit suppositum, in quod oleum diuinitus redundans refunderetur. Et tandem in relatione pro canonizatione S. Francisci Xaverij, inter miracula post eius mortem secuta, narratur ab Eminentissimo, & Reuerendissimo Cardinali à Monte, tunc Decano Sacri Collegij, quòd in Ecclesia Cottaræ oræ Trauancoridis in India orientali, lampades positæ ante illius imaginem sola aqua benedicta repleta, sæpè ardere visæ sunt per multas horas, & si oleum haberent, multis Ethnicis, & Mahometanis, & Christianis videntibus, & admirantibus; imò & aquam subinde mutantibus, & noua elychnia intra lampades imponentibus, quæ nihilominus arserunt, vt antea; & dum essent extincta, etiam ignem interdum à se ipsis conceperunt. Quæ certè omnia aperte declarant, tam antiquitatem, quàm honestatem, quantum est ex se, huiusmodi vñs accendendi lumina ad Sanctos, etiam nondum approbatos. Et ratio est ex Bellarmino lib. 2. de Sanctorum Reliquiis, cap. 4. citat. quia reuerà huiusmodi lumina non accenduntur huiusmodi Sanctis, vt sacrificia, vel tanquam signum publicæ adorationis, & cultus; sed solum vt signum particularis, & priuatæ lætitiæ: siquidem ignis communiter accendi solet ad significandam lætitiã, vel vt signum gloriæ, qua probabiliter credimus frui Sanctos, nondum approbatos; siquidem olim in signum claritatis, & gloriæ, etiam Romanis Imperatoribus ignis præferebatur ex Herodiano lib. 1. vel denique in signum, & protestationem æternæ vitæ, quam speramus, & credimus in cælis viuere ipsas animas, & suo tempore esse victura etiã corpora. Caterùm, quanuis hæc ita sint, & dictæ significationes lætitiæ, gloriæ, & vitæ per lumina ad Sanctos nondum approbatos, non sint ex publica institutione, vel auctoritate; sed solum ex deuotione priuatæ, ex qua optamus, & precamur illis lucere lucem æternam, & piè credimus, iam de facto lucere; & idèd nõ sint reuerà cultus publicus; quia tamen exterius hoc nõ constat, & qui illas vident fieri in Ecclesiis, facile possunt decipi, quòd fiant auctoritate publica, rochè potuerunt prohiberi decreto Pontificis, & solum permitti pro Sanctis canonizatis, aut beatificatis: sic enim etiã olim in Conc. Elibertino, vel Elibertano c. 34. prohibitum fuit, ne in cœmeterijs Martyrum cerei accenderentur, quia etiam Gentiles, inter quos Christiani tunc temporis versabantur, ad sepulcra defunctorum solebant faces accendere, vt patet ex Suetonio in vita Tiberij, iisque superstitiosè putabãt vocari animas, aut excitari: & ab hac superstitione, vt longè abessent fideles, meritò Cõcilium prohibuit accendi cereos in cœmeterijs Martyrũ; eamque addidit causam, quia Sanctorum spiritus non sunt inquietandi; id est, superstitiosè vocandi,

candi, vt faciebant Gentiles: sic enim vocabulo inquietandi vsa est etiam anima Samuels, 1. Reg. 28. quando vocata, & excitata per Pythonissam ad Saulis mandatum, dixit Sauli: Quare inquietasti me, vt suscitarer. vt etiam refertur Ecclesiastici 46. & benè notant Suarius tom. 1. de Incarnatione, disp. 55. sess. 1. §. Ad secundum, & Bellarminus lib. 2. de Sanctorum Reliquiis, cap. 4. §. Ad Concilium Elibertinum. tom. 2. de qua re dicemus aliqua etiam infra, quando agemus de adoratione Reliquiarum.

DISPUTATIO XIV.

Quomodo pro canonizandis, & approbandis Martyribus non requirantur miracula.

- 1. Pro Sanctis canonizandis communiter est inquirendum de vita, & de miraculis.
2. Et potissimum de miraculis patris post mortem.
3. Sola miracula patris in vita non probant sufficienter sanctitatem, & beatitudinem.
4. Pro canonizandis Martyribus non est necessariò inquirendum de miraculis.
5. Quis esset mos colendi novos Martyres in prima Ecclesia.
6. Idem mos fuit communiter semper seruatus in Ecclesia, etiam postea.
7. Pro Martyre non est orandum.
8. Qui orat pro Martyre, facit iniuriam non solum Martyri; sed etiam toti Ecclesia, & catholica fidei.
9. Martyrium, se solo, est certissima causa beatitudinis, & gloria.
10. Quomodo possit pro aliquo cerèd constare de veritate martyrii.
11. Gratia martyrii quomodo detur in vltimo instanti.
12. Et semel habita non possit amplius amitti.
13. Miracula, si qua sunt tempore martyrii, communiter sunt ad probationem fidei, non autem sanctitatis ipsius Martyris.
14. Pro Martyre non requiri miracula, est communis sententia etiam Canonistarum.
15. Si non constat sufficienter de veritate martyrii; tunc est opus miraculis, vt Martyr possit canonizari.
16. Quare pro canonizandis Confessoribus semper sit inquirendum de miraculis.
17. Pro canonizandis Martyribus non solum non sunt requirenda miracula; sed neque etiam prodigia, aut res aliquæ admirandæ.
18. Et eadem est ratio, siue Martyr, dum viueret, fuerit insignis in sanctitate, aut dignitate; siue non.

1. Pro Sanctis canonizandis communiter est inquirendum de vita, & de miraculis.

Pro Sanctis canonizandis esse communiter inquirendum non solum de vita; sed etiam de miraculis, expressè habetur cap. Venerabili de testibus & attestat. & in lib. 1. sacrarum ceremoniar. sect. 6. & tradunt Canonistæ, & Doctores communiter apud Contilorum de canonizat. c. 19. n. 2. & diximus supra, disp. 12. n. 12. & disp. 13. n. 16. & 19. quia, nimirum, ex solis humanis attestationibus non potest cerèd constare de vera; non autem simulata, & ficta sanctitate, nisi etiam accedant attestations diuinæ, vel per expressas, & signatas reuelationes, vel per miracula ad id patrata, quæ possunt dici reuelationes quasi exercitæ, vel in actu exercito.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Et quanuis Gloss. in cap. unicum, de Reliq. & venerat. Sanctorum in 6. ver. Sedes apostolica. & alij alij ex Canonistis apud Contilorum de canonizat. c. 21. cap. 20. num. 1. affirmant esse communiter inquirendum de miraculis, tam factis in vita, quam post mortem; communior tamen, & verior sententia est, quam sequitur S. Thomas 2. 2. quæst. 178. art. 2. & alij apud eundem Contilorum ibidem, n. 2. quòd specialiter sit inquirendum de miraculis factis post mortem, neque sufficiant illa sola, quæ fortè sunt facta, dum viueret; quam sententiam sequitur etiam Rota, in quampluribus relationibus canonizationum, vt, verbi gratia, S. Bonaventuræ part. 2. art. 3. S. Raymundi part. 2. art. 7. S. Franciscæ Romanæ part. 3. art. 1. S. Caroli part. 3. initio, S. Hyacinthi, S. Iguatij, S. Tereciæ iii. de miraculis, & expressè eam affirmat Innocentius III. in canonizatione S. Homoboni, vbi asserit, duo requiri, ad hoc, vt quis reputetur Sanctus in militari Ecclesia, id est, opera pietatis in vita, & signa miraculorum post mortem. Et ratio est: quia etiam improbi, dum viuunt, sæpè miracula faciunt, vel ex dono, & gratia gratis data, quæ potest esse, & haberi etiam sine charitate, vel ex opera Dæmonum. Et primo modo Mart. 7. multi ex reprobis dicent in die Iudicij: Domine, in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo Dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus. & tamen, vt benè notat S. Augustinus in Psalm. 103. vers. Qui regis. & habetur cap. Prophetarum. 1. quæst. 1. non illis dicitur, mentimini, sed dicitur, non noui vos. Et secundo modo Magi Pharaonis Exodi 7. multa fecerunt iis similia, quæ fecerat Moyfes, & virgas, verbi gratia, in serpentes ytererunt, & aquas in sanguinem; & Simon Magus Actuum 8. multa fecit, propter quæ omnes illi auscultabant, vt ibi dicitur, a minimo vsque ad maximum dicentes: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna. vt etiam habetur cap. Teneamus. 1. quæst. 1. ex eodem S. Augustino tractatu 13. ad cap. 3. Sancti Ioannis. Et si fortè contingat, vt Deus miracula faciat aliquando ad contestandam sanctitatem alicuius, dum viuic; adhuc potest contingere, vt ille postea deficiat à virtute, & sanctitate, & tandem moriatur in statu peccati, & damnetur; ac propterea sola miracula, quæ aliquis facit in vita, non possunt sufficienter probare perseuerantiam in sanctitate, & statum gloriæ, sicut requiritur ad canonizationem; cum tamen è contra sufficientissimè illam probent miracula facta post mortem, dummodo alioqui sint vera miracula, & specialiter facta à Deo ad contestandam sanctitatem, & beatitudinem alicuius.

Pro canonizandis tamen Martyribus non esse necessariò inquirendum de miraculis, siue in vita, siue in morte, vel post mortem patris, fuit sapiùs definitum in sacra Rota, vt, verbi gratia, ante annos ferè centum, & septuaginta in relatione canonizationis Sancti Bonaventuræ ad Sixtum IV. part. 2. artic. 2. & nuper in relatione canonizationis vigintiseptem Martyrum Japoniorum, artic. 3. ad Urbanum VII. nam, vt notat Baron. in notis ad Romanum Martyrologium, cap. 4. ex Tertulliano lib. de corona militis, & Sancto Cipriano epistola 34. & 37. & alijs, & Bellarminus lib. 1. de Sanctorum beatitudine, cap. 8. §. Primo modo. tom. 2. ab ipso initio nascentis Ecclesiæ pro colendis Martyribus id solum fuit in vsu, vt cerèd constaret de ipso martyrio, & recurrente per singulos annos die transitus, qui dicebatur Natalis Martyris, semper in illius memoriam sacrificium Deo offerebatur; & ne in hac

2. Et potissimum de miraculis patris post mortem.

3. Sola miracula patris in vita, non probant sufficienter sanctitatem, & beatitudinem.

4. Pro canonizandis Martyribus non est necessariò inquirendum de miraculis.

5. Quis esset mos colendi novos Martyres in prima Ecclesia.

ipsa veritate martyrij error contingeret, hic fuit Ecclesia mos ex eodem Baronio in notis Martyrologij ad diem 2. Aprilis, & ex Sancto Augustino in breuiculis collationum cum Donatistis, collatione diei tertie, cap. 13. tom. 7. vt quando aliquis martyrio occubuit, Episcopus, sub cuius ditione id accidisset, rem totam scriberet ad primatum Episcopum, & hic adhibitis in consilium Collegis Episcopis maturè decerneret, an is, de quo agebatur, occubisset, vt Martyr, & inter Martyres esset adscribendus, & colendus. Et simile quid fuit etiam postea semper seruatum vsque ad tempus Alexandri I I. qui fuit assumptus anno 1159. & causam canonizationis, vel declarationis Sanctorum seruauit Romano Pontifici, tanquam causam fidei, vel certè vt proximam causam fidei. Vnde & in Annalib. ecclesiasticis, & in Romano Martyrologio frequentissimè referuntur martyria sine miraculis, vt, verbi gratia, de anno 870. apud Baronium, martyrium Sanctæ Ebbæ Abbatis, & plurium Monialium eiusdem Monasterij, quæ omnes sine miraculis dicuntur fuisse in honore, vt Martyres, tam in Ecclesia occidentali, quam in orientali; & de anno 1009. S. Brunonis, Episcopi Authenorum, & sic de alijs. Idemque postea fuisse seruatum suo tempore, id est, circa annum 1300. testis est Augustinus Triumphus de potestate Ecclesie, quæst. 16. art. 3. Et circa annum 1464. idem testatur Ioannes Franciscus Pauinus in relatione. pro canonizatione Sancti Bonaventuræ, & de anno 1516. miracula pro Martyribus non requiri facta ipso declarauit Leo X. dum concessit Fratibus Minoribus, vt possent celebrare officium duplex de septem Martyribus sui Ordinis, quos solum ait passos fuisse apud Saraconos; neque facit vllum verbum de miraculis, vt patet ex Bulla ipsius Leonis, quam refert Emman. Rod. in sua collectione Bullarum pro regularibus, tom. 1. Bulla 10. Leonis X. pag. 285.

6. Idem mos fuit communiter semper seruatus in Ecclesia, etiam postea.

Et absolute anteactis temporibus in Ecclesia, ad hoc vt aliqui colerentur, vt Martyres, nihil aliud fuisse requisitum, nisi tolerantiam mortis pro Christo, clarissimè patet etiam ex Calendario, & Breuiario Romano, in quo passim habentur Officia, de quamplurimis Martyribus, & tam in ijs, quæ in eorum festis recitantur de communi, vt sunt Hymni, Antiphonæ, Responsorij, quàm in ijs, quæ leguntur de proprio, vt sunt lectiones, & orationes, solum fit mentio de tolerantia tormentorum, & mortis; non autem de miraculis: quod tamen communiter fit in alijs Officijs, quæ celebrantur de Confessoribus, vt etiam notat Felix Contilorus de canonizatione, cap. 21. num. 9.

Et hanc semper fuisse, & modò etiam esse consuetudinem Ecclesie, testatur Suar. tom. 3. de Sacramentis, disp. 29. sect. 3. Valquez tom. 2. in 3. part. disp. 153. cap. 1. n. 24. & cap. 5. n. 62. Ioannes Viguierus in institutionibus theologicis, de virtute fidei, cap. 10. §. 3. verit. 15. Valent. 2. 2. disp. 8. quæst. 2. puncto 2. Egid. Coninch de Sacramento Baptismi, quæst. 66. art. 12. dub. 2. n. 131. Henriq. lib. 2. de Baptismo, cap. 36. n. 3. vbi etiam addit, ex communi sententia Martyrem statim posse canonizari cum Festo solenni, si constet eum obiisse pro confessione Christi.

7. Pro Martyro non est orandum.

Et ad hoc facit etiam illud, quod habet S. Augustinus Serm. 17. de verbis Apost. & tanquam ex auctoritate sacre Scripturæ refertur ab Innocentio III. in cap. Cùm Martine, §. Tertio loco, de celebrat. Atissar. quòd Ecclesia nunquam oret pro Martyre, & iniuriam Martyri faciat, qui oret pro Martyre: falsum enim id esset, vt notat Bellarminus loco cit. cap. 9. si ad certitudinem beatitudinis Martyris non posset sufficere certitudo martyrij;

sed opus esset etiam miraculis, quæ illam demonstrarent quasi à signo, & quandiu hæc desissent, semper posset, ac deberet orari pro Martyre: siquidem adhuc posset dubitari de illius beatitudine, non obstante, quòd certò constaret de martyrio; quod tamen dilertè negatur cap. Cùm Martine, cit.

8. Qui orat pro Martyre, facit iniuriam non solum Martyri; sed etiam toti Ecclesie, & catholice fidei.

Nec solum Martyri iniuriam facit, si quis dubitet de illius beatitudine, quando ad martyrium non adiungit miracula; sed etiam toti Ecclesie, & catholice fidei, dum eos, qui vita, & sanguine testimonium perhibent eius veritati, nec tamen miracula faciunt, negat esse testes legitimos, & probatos, & pro talibus posse proponi vniuersis fidelibus; & qui sic loquitur, fidem abrogat per summam iniuriam, vel saltem in dubium reuocat fidem testium penè innumerabilium, qui omnibus anteactis temporibus sine miraculis veritatem catholicam constanter loquendo, & fortissimè moriendo confessi sunt; & pro temporibus consequentibus refrigerere facit ardorem fidei, & charitatis in ijs, qui illam in posterum confiteri debebunt; dum absolute pronunciat, non posse Ecclesiam sine miraculis esse certam de illorum salute, & gloria. Et denique vno verbo ex motiuis incredulitatis catholice fidei illud destruit, vel multum infirmat, quod desumitur ex testimonio Martyrum, & est maxime præcipuum, & omnino distinctum ab alio motiui miraculorum; quæ certè omnia sunt pessima, & falsissima, & ab ijs, qui inuigilant fidei bono, nullo modo ferenda, aut permittenda.

9. Martyrium, si solo, est certissima causa beatitudinis, & gloria.

Et ratio est: quia ipsum martyrium ab homine adulto sponte susceptum, ac toleratum pro Christo, est per se proxima, ac certissima causa beatitudinis Martyris; neque potest de hoc dubitari, nisi dubitetur de verbis Christi, Matthæi 10. & Marci 8. & Lucæ 22. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum, &c. Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. & de illo, quod ne Hæretici quidem negant, vt notat Valquez tom. 2. cit. disp. 143. cap. 1. num. 1. & à veteribus Patribus constanter asseritur, & specialiter à S. Clemente Romano lib. 5. Constitutionum apostolicarum, cap. 7. & à S. Cypriano epist. 73. & à S. Augustino lib. 13. de ciuitate, cap. 7. & 16. & lib. 4. de Baptismo contra Donat. cap. 22. tom. 7. & à Sanctis Prospero, Cyrillo Alexandr. Gregorio Nazianz. Ambrosio, & alijs apud eundem Valqu. cap. 1. cit. n. 4. & expresse habetur in Sacris Canonibus c. Baptismi vicem, & cap. Catechumenum, de consecr. disp. 4. quod martyrium perfecte suppleat vicem Baptismi, & Christi passio, cui Martyr conformatur per veram similitudinem, eundem effectum gratiæ in illo operetur quoad remissionem totius culpæ, & pœnæ, quem operatur in baptizato propter conformitatem minus perfectam, & propter solam representationem sacramentalem: si ergo contingat sine miraculis sufficienter constare de veritate martyrij alicuius, hoc ipso etiam constat sine miraculis de illius beatitudine, & potest proponi; & declarari, vt Martyr, & vt Beatus, & verè colendus.

10. Quomodo posset pro aliquo certò constare de veritate martyrij.

Et quòd reuerè sine miraculis possit certò constare de veritate martyrij alicuius, probatur manifestè ex eo, quia potest certò constare de morte, & de pœna à tyranno illata, & tolerata à Martyre, & de causa motiua ex parte tyranni, & inferentis, quæ est odium Christi, & Christianæ religionis; & de causa motiua ex parte acceptantis, & sustententis, quæ est defensio catholice fidei; & de causa dispositiua ex parte eiusdem, quæ est actus charitatis, & pœnitentiæ, si recordetur peccatorum; & de perse-

perseuerantia in his omnibus vsque in finem: & certissimum est, quòd præter hæc omnia nihil est aliud, quod possit desiderari, & ex se patet. Nam de morte, & pœna euidenter potest constare ex ipso factu. De causa tam inferendi ex parte tyranni potest constare ex odio, quo persequitur Christianam Religionem; ex ipsa questione, & actu iudicij, quod tyrannus interrogat, aut testes contra eum inducit; ex oblatæ liberatione, si forte velit fidem negare; aut aliquid facere contra fidem; ex comminato supplicio, si forte nolit; & denique ex prolata sententia, & explicatis in ea causis. Et similiter de eadem causa ex parte acceptantis, & sustententis martyrium potest certò constare, si coram tyranno fidem, & Euangelium non erubuit; si non obmatuit ad questionem, sed Spiritus Sanctus ei dedit, quid loqueretur pro Christo, & pro fide; si promptè ad passionem se obtulit; si carceres, si vincula, si tormenta constanter sustinuit; si in illis hilaritatem, & gaudium præ se tulit: nam, vt bene explicat S. Thomas quodlibet. 4. art. 1. 9. opus ipsum se offerendi martyrio, & martyrium sufferendi, potest fieri etiam sine charitate, vt patet ex Sancto Paulo 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam; charitatem autem non habuero, &c. Et præterea quia antiquissimum est in Ecclesia, vt etiam Hæretici de suis Martyribus gloriantur, vt videre est apud Eusebium lib. 5. Historiar. cap. 18. & S. Augustinum epistola 50. & 68. Sanctum Epiphanium lib. de hæresibus. At verò modus se offerendi martyrio, & martyrium sufferendi promptè, & delectabiliter, vt fecerunt, verbi gratia, S. Laurentius, & S. Vincentius, non modò non potest fieri sine charitate; sed neque etiam sine perfecta charitate, ex qua sola potest contemni res aliquæ maxime chara, id est, vita; & eligi alioqui maxime odio habita, id est, mors, vt etiam docet S. Thomas 2. 2. q. 124. art. 5. & ex illo Ioannis 15. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Et quemadmodum habitus, eiusque perfectio circa alia obiecta, non tam ostenditur ex substantia operationis, quàm ex modo, promptè, & facile, & delectabiliter operandi, & opus iustum, verbi gratia, potest fieri non solum ab habente habitum, & virtutem iustitiæ; sed etiam à non habente: ita & charitas, eiusque perfectio potius ostenditur ex modo se offerendi martyrio, illudque sufferendi promptè, & delectabiliter, quàm ex sola substantia actus se offerendi; illudque sufferendi: & idèd si quis sufficienter probetur, hoc modo se obtulisse, illudque sustinuisse; non est, quòd amplius dubitetur de causa motiua ex parte illius, id est, de amore, & charitate erga Christum, & erga fidem; & vt habet S. Cyprianus lib. 2. epistola 6. ad Martyres, & Confessores, & apud Sanctum Thomam 2. 2. quæst. 124. art. 2. in corp. Non potest presentium multitudo non admirari celeste certamen, si videat Dei seruos esse in proelio voce libera, mente incorrupta, virtute diuina.

De causa verò dispositiua ex parte eiusdem acceptantis, & sustententis martyrium, id est, de actu contritionis, & pœnitentiæ, si recordetur peccatorum, potest similiter certò constare; si habuit copiam Confessarij, & sacramentaliter est confessus, vel saltem si à Deo veniam petit, & dedit alia signa interni doloris, si non potuit sacramentaliter confiteri.

Et denique de perseuerantia in his omnibus satis constat, si neque verbis, neque signis declarauit mutationem propositi, sed potius è contra semper se habuit vniformiter, & voluntariam sustententiam continuauit, quousque vires, & sensus sustinentiam contineant non amplius manet vsus rationis, ac

libertatis, siue potentia ad peccandum: quia enim martyrij meritum in hoc instanti consumatur, & in hoc datur martyrij gratia ex S. Thoma in 4. gratia mar. dist. 49. quæst. 5. artic. 3. quæstione. 2. ad 7. & 2. 2. quæst. 124. art. 4. ad 4. Suarius tom. 3. de Sacramen. deus in ad. disp. 29. sect. 3. Valquez tom. 2. in 3. part. disp. 153. in instanti. cap. 4. num. 48. Egidius Coninch de Sacramento Baptismi, quæst. 66. artic. 12. aub. 3. num. 159. Henriquez lib. 2. cap. 39. num. 2. in fine, & alijs; & eadem martyrij gratia, postquam semel est habita, non potest amplius amitti, ex Sancto Damasceno lib. 4. de fide, cap. 10. & Sancto Gregorio Nazianzeno oratione 55. quæ est in Sancta Lamina, & ex communi sensu Ecclesie apud Valquez cap. 4. cit. num. 45. si de aliquo constet, quòd sustententiam vulneris, & passionis continuando vsque ad aliquod tale instans, gratiam martyrij semel accepit, etiam constat hoc ipso, quòd postea non amisit, & ex hac vita decessit, vt verè Martyr, siue præterea sint consecrata miracula, siue non; & de eo, qui huiusmodi actibus, ac signis exterius sic demonstrauit perseuerantiam in fide, & charitate, non potest sine maxima temeritate haberi suspicio, quòd interius mutarit propositum, & tandem sit mortuus, verbi gratia, propter vanam gloriam, aut propter aliud motiuum malum; & hæc temeritas, vt nunquam hactenus fuit in Ecclesia, ita neque in posterum esse debet.

11. Et in hoc datur martyrij gratia ex S. Thoma in 4. gratia mar. dist. 49. quæst. 5. artic. 3. quæstione. 2. ad 7. & 2. 2. quæst. 124. art. 4. ad 4. Suarius tom. 3. de Sacramen. deus in ad. disp. 29. sect. 3. Valquez tom. 2. in 3. part. disp. 153. in instanti. cap. 4. num. 48. Egidius Coninch de Sacramento Baptismi, quæst. 66. artic. 12. aub. 3. num. 159. Henriquez lib. 2. cap. 39. num. 2. in fine, & alijs; & eadem martyrij gratia, postquam semel est habita, non potest amplius amitti, ex Sancto Damasceno lib. 4. de fide, cap. 10. & Sancto Gregorio Nazianzeno oratione 55. quæ est in Sancta Lamina, & ex communi sensu Ecclesie apud Valquez cap. 4. cit. num. 45. si de aliquo constet, quòd sustententiam vulneris, & passionis continuando vsque ad aliquod tale instans, gratiam martyrij semel accepit, etiam constat hoc ipso, quòd postea non amisit, & ex hac vita decessit, vt verè Martyr, siue præterea sint consecrata miracula, siue non; & de eo, qui huiusmodi actibus, ac signis exterius sic demonstrauit perseuerantiam in fide, & charitate, non potest sine maxima temeritate haberi suspicio, quòd interius mutarit propositum, & tandem sit mortuus, verbi gratia, propter vanam gloriam, aut propter aliud motiuum malum; & hæc temeritas, vt nunquam hactenus fuit in Ecclesia, ita neque in posterum esse debet.

13. Miracula, si quis sunt temporè martyrij, communiter sunt ad probationem fidei; non autè ipsius Martyriæ.

Et quòd miracula non sint necessaria pro canonizandis Martyribus, confirmatur etiam ex eo, quia miracula, quæ fiunt à Martyre, communiter non tam sunt ad demonstrationem sanctitatis illius, quàm ad confirmationem veritatis fidei; & doctrinæ, pro qua est Martyr: & cum hæc possint fieri etiam per homines maxime improbos, & finaliter reprobos, vt diximus paulò ante num. 2. & disp. 12. num. 12. ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 178. art. 2. in corp. non possunt turè accipi, aut requiri, vt demonstrantia sanctitatem. Et si dicantur etiam in Martyre non requiri quæcunque miracula; sed illa in specie, quæ à Deo fiunt ad demonstrandam veritatem martyrij, & proponendam Ecclesie in exemplum. Contra est: quia hæc ratio vix vltis est, qui possit canonizari, vt Martyr, cum hæc miracula ad demonstrandam in specie veritatem martyrij, sint omnino paucissima, vel plane nulla; & cum martyrium etiam solum, & per se acceptum, sit vera, & certissima causa sanctitatis, & beatitudinis; miracula verò non sint, nisi signa, & quando fiunt occasione martyrij potius demonstrant veritatem fidei, quàm beatitudinem Martyris, non est, quòd illa querantur, quando habetur sufficienter certitudo martyrij.

14. Pro Martyre non requiritur miracula, est communis sententia etiam Canonistarum.

Et hoc totum, quòd miracula pro Martyribus non sint necessaria, non solum tenet, & tenuit sacra Rota, vt diximus num. 4. & plures ex Theologis recentioribus, vt diximus n. 6. sed etiam S. Eulogius, Archiepiscopus Toleranus, & Martyr, in sua Memoriali Sanctorum, quod habetur tom. 8. Bibliothecæ Sanctorum. col. mibi 350. & apud Baron. tom. 10. ad annum Christi 850. S. Anthoninus 3. part. 18. 22. cap. 5. §. 5. & Augustinus Triumphus de potestate Ecclesie, quæst. 16. art. 3. & Petrus Rodolphus Episcopus Senogallie, & generalis Inquisitionis in Vrbe Consultor, lib. 1. Historiarum Ser. plice Religionis, in vita Sancti Bonaventuræ, fol. 92. & Aloysius Turrianus tractatu de fide, disp. 17. dub. 2. §. Item dicendum est. Castellinus de gloria Sanctorum, cap. 8. puncto 20. Fratres Angelus Rocca de canoniz. Sancte. c. 35. Flavius Cherub. in Compendio Bullarum ad consuetudinem 4. Alexandri III. folio 2. &

ad Constitutionem 2. Innocentij IV. *scholio 1.* Et ex iudicio sacre Rotæ in relatione paulò ante citata, pro Martyribus Iaponensibus; non aliud sentiunt Canonista communiter in cap. 1. de Reliq. & venerat. Sanctorum. Hostien. Innoc. Ioann. Andr. Zabar. Bellamera, & alij: quod enim asserunt pro Martyribus satis esse, si fiat inquisitio de causa, propter quam passi sunt, & de miraculis, solum asserunt indefinitè; non autem vniuersaliter; & satis est, si intelligatur solum in aliquo casu, id est, quando aliqui non constat sufficienter de veritate martyrij: tunc enim, si sit veniendum ad canonizationem, rectè ex miraculis querenda est fides de beatitudine Martyris, cum aliqui non habeatur sufficienter ex facto martyrij. Et quemadmodum si quis diceret, in iudicio ciuili, ad hoc, vt Iudex ferat sententiam pro aliquo, & contra aliquem, debere inquirere de probationibus per scripturas, & per testes; non significaret, quòd semper, & necessariò deberet simul inquirere per vtraque; sed solum in certis casibus, & quando probatio non haberet sufficienter per scripturas, tunc esse simul iungendam probationem per testes: ita & quando dicitur in canonizatione Martyribus esse inquirendum de martyrio, & de miraculis, non significat, quòd semper, & necessariò sit inquirendum simul de vtriusque; sed solum in casu, in quo non habeatur sufficienter probatio de martyrio. Et eadem ratione sunt intelligendi etiam alij, siue ex Iuristis, siue ex Summistis, aut ex Theologis, si qui sunt, qui ab Hostiensis id acceperunt, & iisdem ferè verbis id asserunt, vt Mascardus de probat. concl. 262. num. 9. Troilus Maluitius de canonizatione Sanctorum, dub. 3. num. 4. & dub. 4. num. 37. Chassaneus in Catalogo gloria mundi, part. 3. §. Dicit tamen. S. Anthonin. 3. part. tit. 12. cap. 8. §. 1. Sylu. verb. Canonizatio, num. 1. Azor. part. 2. lib. 5. cap. 6. quæst. 7.

15. Si non constet sufficienter de veritate martyrij, tunc est obis miraculis, vt Martyr posse canonizari.

16. Quare pro canonizandis Confessoribus semper sit inquirendum de miraculis.

Et longè alia est ratio de Confessoribus, si debeant canonizari: nam per testes solum potest haberi fides de sanctitate externa; & fieri potest, vt quis exterius, & in publico simulet sanctitatem, & interius, vel in occulto Sanctus non sit, vt notant Innocentius, Zabarella, Panorm. & alij in cap. 1. de Reliq. & vener. Sanctor. & idèd præter hominum testimonia, requiruntur etiam testimonia Dei, quæ sunt miracula, & sola possunt absolute testari de sanctitate simpliciter. Et contra: quia actus martyrij potest solus sufficere ad sanctitatem simpliciter, & ad beatitudinem, & de hoc quoad omnia per solos testes potest haberi certitudo sufficiens, non est, quòd vterius requirantur miracula, & testimonia Dei.

Et hanc ob causam solum pro Confessoribus debent intelligi, quæ diximus supra, disp. 12. num. 12. ex Innocentio III. in Bulla canonizationis Sancti Homoboni, & ex Gregorio IX. in Bulla canonizationis S. Anthonij de Padua, §. 1. 3. quòd vt quis habeatur Sanctus apud homines in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, id est, virtus morum, & veritas signorum; & hæc, & illa sibi ad inuicem contestantur, nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plenè sufficiant ad perhibendum inter homines testimonium sanctitatis. Còtra enim est de Martyribus: quia, quemadmodum non inquiretur de virtutibus, & de sanctitate morum, cap. Baptismi vicem. & cap. Catechumenum. de consecratione, dist. 4. ita neque inquiretur necessariò de miraculis, cum sit certissimum, quòd meritum passionis etiam solum plenè sufficit, si de illo habeatur fides sufficiens, vt iam diximus.

17. Et ex his clarè patet, quid habeat probabilitatis pro canonizandis, quòd asserit Felix Conciliorum tractatu de canoniz.

2. at. c. 21. præsertim n. 11. quòd non modò sit tutius requirere miracula etiam in Martyribus; sed quòd oppositum, saltem in praxi, non sit admittendum, neque vllus debeat canonizari, beatificari, vel declarari vt Martyr, nisi saltem probetur, quòd tempore ipso martyrij occurrit aliquid prodigiosum; & admirandum, vt, verbi gratia, quòd cælo existente sereno, statim in loco martyrij sit exorta tempestas, aut ceciderint fulmina, vel contigerint inundationes aquarum, vel radij, & splendores cæca caput Martyris apparuerint, vel cometa, vel terræ motus extiterint, vel corpus Martyris apparuerit in alijs, atque alijs locis, &c. Contra enim est: quia Conitorum difficilè poterit hæc admiranda, & prodigiosa distinguere à veris miraculis; neque Ecclesia, aut Patres, vel Doctores vniuersaliter hæc requirunt, vt iam diximus; & quòd plus est, Christus ipse nihil vltra requirit, nisi mortem pro confessione fidei, vt probauimus.

18. Et eadem ratio, si Martyr, dum viuens, fuerit insignis dignitate, aut dignitate, siue non.

Et eadem ratione reicitur id, quòd annis superioribus, dum ageretur in sacra Rituum Congregatione de litteris remissorialibus pro nostris Martyribus Brasiliensibus, excogitauit Prælati quidam, & Theologus magni nominis, quòd in ijs Martyribus, qui, dum viuerent, fuerunt insignes dignitate aliqua, aut vitæ sanctitate, non sint requirenda miracula; sint verò requirenda in alijs, qui nihil insigne habuerunt, dum viuerent; & solum tolerauerunt mortem pro Christo. Contra enim est: quia talis distinctio est planè noua, & voluntaria; neque vllum habet Authorem classicum, siue Theologum, siue Canonistam: & Christus Dominus sine vlla distinctione, aut acceptance personarum, sed maximè vniuersaliter promisit beatitudinem ijs omnibus, qui pro ipsius confessione mortem subiissent; & vltus Ecclesiæ in colendis Martyribus solum fuit, vt nulla ratio haberetur, siue de dignitate, siue de sanctitate, dum viuerent; sed solum de morte, & de causa mortis, vt diximus. Vnde & Sanctus Eulogius Martyr, & Archiepiscopus Tolletanus in suo Memoriali Sanctorum, lib. 1. paulò ante citato, vniuersaliter, & pro omnibus deplorat, quòd etiam tunc temporis videretur aliquibus, non esse verum martyrium, nisi ad confessionem incredulorum, miraculum aliquod ostentaret; cum tamen prærogatiua martyrij ex opere operato, quam illi tribuit Christus de infallibilitate beatitudinis, ex ipsius verbis eiusdem Christi, sit æqualiter, & sine distinctione pro omnibus.

DISPUTATIO XV.

Quo cultu, & qua veneratione sint colendæ; ac venerandæ sacre Reliquiæ.

1. Decretum Concilij Tridentini de veneratione Reliquiarum.
2. Hereticum est, si quis neget adorationem Reliquiarum.
3. Quomodo Iudæi arguantur in Euangelio de edificandis, & ornandis sepulchris Prophetarum, & Sanctorum.
4. Quomodo aliquando fuerit prohibitum accendi cereos ad sepulchra Martyrum.
5. Quomodo adorentur sepulchra Martyrum, & Sanctorum, quando in illis non continentur, nisi cineres, & vermes.
6. Quomodo vermes geniti ex corpore alicuius Sancti possint licitè adorari.

7. Ratio

7. Ratio adorandi Reliquias est habitudo, & pertinentia ad illum Sanctum, cuius sunt Reliquiæ.
8. Quomodo Reliquiæ sint adorandæ in sententia illorum, qui admittunt resolutionem usque ad materiam primam, & negant formas partiales.
9. Quomodo Reliquiæ adorentur eadem adoratione, qua persona, cuius sunt Reliquiæ.
10. Reliquiæ Sanctorum licitè diuiduntur, et honorantur in pluribus locis.
11. Nominè Reliquiarum non intelliguntur sola carnes, & ossa, sed etiam vestes, & similia.
12. Reliquiæ licitè possunt gestari ad collum.
13. Quamuis aliqui id negarint.
14. Quomodo Reliquiæ non sint transferendæ de loco ad locum, sine licentia saltem Episcopi.
15. Si Reliquiæ alicubi non habeantur, vt tradita perpetuè sepultura, licitè possunt transferri ad alium locum, in quo magis honorantur.
16. Gestare Reliquias admodum peccatur, non est circumstantia necessariò consistenda.
17. Antiqua Reliquiæ non sunt ostendendæ extra capsum.
18. Reliquiæ non possunt vendi.
19. Expositio, aut ostensio Reliquiarum non potest vendi.
20. Pro recuperandis Reliquiis ab infidelibus, licitè potest offerri pecunia.
21. Exponere Reliquias ex intentione lucrandi largiores elemosynas, non est licitum.
22. Non tamen est simonia peccatum, nisi elemosyna deducatur in pactum.
23. Sed est peccatum solum veniale ordinandis rem bonam ad malum suam.
24. Reliquiæ non possunt furtiuè subripi, etiam ex præterito deuotionis.
25. Neque à culpa mortali communitè excusat materia leuius.
26. Si Reliquiæ sint apud infideles, licitè possunt ab illis subtrahi.
27. De licentia Episcopi licitè potest aliquid Reliquiarum subtrahi ab Ecclesiis.
28. Fures Reliquiarum non sunt excommunicati ipso facto, quantum est ex iure communi.
29. Sed ex varijs edictis, si illas furetur in Vrbe, aut in districtu.
30. Qui dat auxilium, vel fauorem ad furandas Reliquias de cryptis, & Catacumbis.
31. Qui faciunt illas extrahi per alios.
32. Qui extrahit eas scienter accipit.
33. Qui conscribit Scripturas de extractione, aut consignatione Reliquiarum.
34. Etiam in minima quantitate non possunt extrahi.
35. Licentia pro extrahendis Reliquiis non intelligitur de cryptis, aut Catacumbis.

1. Decretum Concilij Tridentini de veneratione Reliquiarum.

T Tridentino sess. 25. in decreto de innovatione, & veneratione Sanctorum, debent Episcopi, & qui sustinent munus, & curam docendi, instruere diligenter fideles, quòd iuxta catholicæ, & apostolicæ Ecclesiæ vltim, à primis Christianæ Religionis temporibus acceptum, & iuxta consensionem Sanctorum Patrum, & decreta sacrorum Conciliorum, non solum debent venerari, & colere ipsos Sanctos iam regnantes vnà cum Christo; sed etiam Reliquias, & sancta corpora Sanctorum Martyrum, & aliorum cum Christo viuentium, quæ fuerunt viuâ membra ipsius Christi, & templa Spiritus Sancti; & sunt iterum suscitanda ad vitam æternam, & in æternum glorificanda: & quòd hic vltus venerandi Reliquias sit anti-

quissimus in Ecclesia; clarè patet ex sudarijs, & fementiis S. Pauli Act. 19. quæ fideles detrebant ad ægrotos; & ex sepulchro ipsius Christi, quòd semper est habitum in honore, iuxta vaticinium Isaiæ cap. 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum, vt etiam interpretatur S. Paulus ad Rom. 15. & S. Hieronymus in epistola ad Marcellam. & ex factis omnium Ecclesiarum, quæ sunt in mundo, quarum singulæ singulariter habuerunt semper in honore particulares Reliquias, vt, verbi gratia, Ecclesia Romana Reliquias Sanctorum Petri, & Pauli; Constantinopolitana Reliquias Sanctorum Andree, Lucae, & Timothei; Antiochena Sanctorum Ignatij, Meletij, Babila; Alexandrina caput S. Ioannis Baptistæ; Hierosolymitana Sedem, & Cathedram S. Iacobij; & aliæ alias, vt ex Historijs, & Patribus notat Suar. tom. 1. de Incar. disp. 55. sect. 1. sub initium. & quòd in hoc idem consenserint SS. Patres, & sacra Concilia, videri potest apud Bellarm. lib. 2. de Reliquiis Sanctorum, cap. 3. tom. 2. vbi ex Græcis Patribus citat S. Athanasium, S. Basilium, S. Gregorium Nicænum, S. Nazianzenum, S. Cyrillum Hierosolymitanum, S. Chryostomum, S. Damascenum, & alios; & ex Latinis, S. Ambrosium, S. Hieronymum, S. Augustinum, S. Gregorium, S. Leonem, S. Paulinum, S. Maximum, qui omnes alias, atque alias Sanctorum Reliquias scriptis celebrarunt; & horum multos etiam refert Suar. disp. 55. sect. 1. cit. §. Tertio, confirmat. Et ex Concilijs in hoc idem consensit ex Bellarm. ibid. Concilium Nicænum II. art. 3. & 7. & Concilium Gangrense canone vltimo, & Carthaginense V. cap. 14. & Bracharense III. cap. 5. & Moguntinum can. 51. & Lateranense sub Innocentio III. cap. 62. quæ singula aliquid statuunt circa cultum Reliquiarum. Et ratio est optima ad hoc idem probandum illa, quam indicat Tridentinum loco citato, quia Sanctorum corpora fuerunt viuâ membra ipsius Christi, & templa Spiritus Sancti, & sunt iterum suscitanda, & in æternum glorificanda. Et sensus videtur esse, quòd Sanctorum corpora, & Reliquiæ idèd sunt venerandæ, & dignè tractandæ, quia fuerunt organa animarum sanctorum ad omne opus virtutis, & sanctitatis; & per illa Spiritus Sanctus est operatus opera gratiæ, suamque gloriam; & etiam illa sunt destinata ad gloriam super omnia alia corpora, & vt luceant, sicut Sol in perpetuas æternitates, & Corpori Christi configurerentur per gloriosam resurrectionem, vt etiam notat S. Thomas 3. part. quæst. 25. art. 6. Et præter hanc rationem, quæ potest dici ab honestate, potest addi etiam alia à nostra utilitate: siquidem Sanctorum corpora, & Reliquiæ ex Concilio Nicæno II. art. 3. sunt quasi fontes salutare, quibus in nos deriuantur plurima Dei beneficia: & ex S. Chryostomo in lib. de S. Babila Martyre, & apud Bellarm. cap. 3. cit. §. Tertio probatur. nihil ferè vtilius ad salutem Deus nobis reliquit, quàm Sanctorum Reliquias, per quas efficaciter nobis representat, & infigit animo illorum memoriam, & pietatis, & paciëntiæ, & charitatis, & aliarum virtutum, quibus ad gloriam perueniunt, excitat desiderium; & dum Sanctos apud Deum dat nobis Patronos, dat etiam per eorum Reliquias, quasi pignora Patronorum; & dum eos nobis exhibet, vt Deo charos, atque amicos, exhibet etiam eorum Reliquias, quasi spolia, atque exuias amicorum.

Ad idem facit etiam ratio S. Thomæ 3. part. quæst. 25. art. 6. quòd qui habet affectum ad aliquem, etiam illa, quæ de ipso post mortem relinquantur, veneratur; nec solum corpus ipsius, aut partes corporis; sed etiam aliqua exteriora, vt vestes, &

& similia. Qua ergo ratione affectum venerationis, & cultus habemus erga Sanctos, vt erga filios, & amicos Dei, & vt erga nostros intercessores: eadem ratione debemus illum habere proportionaliter etiam erga illorum Reliquias; & vt habet S. Augustinus lib. 1. de ciuit. cap. 13. tom. 5. *Paterna vestis, & anulus, & si quid est huiusmodi, tanto carius est personis, quanto erga parentes est maior affectus: nullo modo debemus spernere ipsa corpora, aut partes corporum, que pertinent ad ipsam naturam hominis, & multo familiarius, atque coniunctius, quam qualibet indumenta gestamus.* In quam sententiam etiam faciunt, que supra retulimus disp. 7. num. 4. dum ageremus de adoratione Dei, & prototypi, in quibuslibet imaginibus, ex 7. Synodo act. 4. & ex Beato Leontio, Episcopo Neapoleos in Cypro, qui refertur tom. 3. Concil. part. 1. pag. 333. col. 2. initio: sic enim ex affectu reuerentiæ erga Imperatorem osculamur etiam sigillum, & litteras ab illo acceptas, quatenus referunt, & representant ipsam Imperatorem, quasi loquentem, aut mandantem per litteras, & per sigillum: & filij, ex affectu erga patrem peregrinantem, & absentem, vel mortuum, quicquid illius in domo viderint, siue baculum, siue sedem, siue chlamydem, cum lacrymis attrahunt, & amplectuntur, patrem ipsum in illis desiderantes, & venerantes. Quia ergo ex affectu venerationis erga Sanctos etiam veneremur ipsorum Reliquias, & quicquid scimus illorum fuisse? Hanc ob causam Deus ipse huiusmodi Reliquias conuenienter honorat, in earum presentia miracula faciendo, vt concludit S. Thomas art. 6. cit. vt, nimirum, omnes excitet, & inuiter ad earum venerationem: & eandem ob causam huiusmodi Reliquias plane latentes, sepius ipse manifestauit per extraordinarias reuelationes, que sine dubio clare ostendunt, se nolle, vt lateant; sed velle, vt omnibus innotescant, & debito in honore ab omnibus habeantur: quibus miraculis, & reuelationibus plenæ sunt ecclesiasticæ Historiæ, & multa possunt videri apud Bellarminum lib. 2. cit. de de Sanctorum Reliquiis, cap. 3. §. Quarta, probatur. & §. Quinta, & §. Sexta.

2. Sed contra hæc omnia, sacrarum Reliquiarum venerationem negarunt olim plures Hæretici, & in primis Eunomius, & Vigilantius, apud S. Hieronymum in libro contra Vigilantium, & in epistola ad Riparium; Constantinus Imperator Copronymus apud Suidam in eius Vita; Ioannes Vvicleffus apud Thomam Vvaldensem tom. 3. tit. 14. & hoc etiam tempore eandem pernegant Lutherani, & Caluinistæ, vt refert Lindanus Dial. 2. Bellarm. lib. 2. cit. de Sanctorum Reliquiis, cap. 1. Vasq. tom. 1. in 3. part. disp. 112. cap. 1. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quest. 2. Suar. disp. 55. sect. 1. initio, & alij apud ipsam. Sed non est, quod de illis curemus, cum opposita veritas sit certa de fide, vt ex conuincit sententia notat Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 1. & supposita adorabilitate, & venerabilitate Sanctorum, sit etiam euidentis lumine ipso naturæ, vt notat Suar. ibidem, & patet ex dictis.

3. Neque argumenta, quibus nituntur, sunt vllius momenti: nam primò, quod Christus Dominus non habet corpus, sed spiritum, & grauitè reprehendat Scribas, & Phariseos hypocritas, eò quod edificarent sepulcra Prophetarum, & ornarent monumenta iustorum, & dicerent: Si fuisset in diebus patrum nostrorum, non esset socij eorum in sanguine Prophetarum. non est ex eo, quia edificare, & ornare Sanctorum sepulcra sic ex se malum, & illicitum: ex quo sine dubio recedè inferrent Hæretici, quod neque etiam esset licitum ornare sepulcra Martyrum, & Sanctorum; sed,

quia solùm per hypocrisim edificabant, & ornabant sepulcra Prophetarum, & Sanctorum, quos occiderunt eorum parentes: & cum reuera etiam ipsi illos odirent, & cogitarent occidere etiam alios, qui essent superstites, vt pote contrarios eorum operibus; & idèd maximè persequerentur etiam Christum, Prophetam maximum, & Prophetarum omnium Principem, eiusque Apostolos; hunc tamen affectum tegebant simulatione pietatis, quam exterius præferebant edificando, & ornando eorum sepulcra; & dum præterea alios Prophetas, & Sanctos persequerantur, factis ipsis ostendebant, quod consentirent operibus patrum suorum, & ab illis occisos sepelirent, reuera ex odio, ne amplius extarent, aut apperent super terram; quanuis odium tegerent specie pietatis, sub qua ornabant eorum sepulcra, vt bene notat Toletus in cap. 11. S. Luca, vbi hoc idem habetur: & Cornelius à Lapide in idem cap. 11. S. Luca, vers. 8. & in cap. 23. S. Matthæi, vers. 29. & Suar. disp. 25. sect. 1. cit. §. Ad primum. & Bellarm. lib. 2. de Sanctorum Reliquiis, cap. 4. qui pro eadem expositione etiam citat plures ex Patribus, sicut etiam facit Vasq. tom. 1. in 3. part. disp. 110. cap. 3. Et qua ratione de Anthonio Caracalla Imperatore refert Spartianus, quod odium in Getam, germanum fratrem, quem occidit in sinu matris, postea celauit, & occultauit specie pietatis, & illum, prout suadebant domestici, retulit inter Deos, & verba illa pronunciauit: *Sit Diuus, modo non sit viuus.* eadem ratione etiam Scribæ, & Pharisei celabant, & occultabant odium in Prophetas eadem specie pietatis, dum illos exterius in sepulcris ornabant, & honorabant vt Sanctos; & factis ipsis, etiam ipsi cum Caracalla, quasi dicebant: *Sint Diui, modo non sint viui.*

4. Secundò, quod Concilium Eliberinum, vel Eliberitanum can. 34. prohibeat in cæmeterijs Martyrum accendi cereos, ne inquietentur spiritus Sanctorum, non est, quia simpliciter sic malum accendere cereos in honorem Sanctorum, qui per illos siquificentur decessisse, & vixisse in lumine fidei, & modò æternum viuere in lumine gloriæ, & pro quibus cerei accensi sunt signum nostræ latitiæ, quomodo accendantur etiam ad Euangelium; sed, quia fideles tunc temporis per huiusmodi cereos communicabant cum superstitione Gentilium, qui ad sepulcra solebant faces accendere, usque putabant vocari, & excitari animas defunctorum, vt etiam supra diximus disp. 13. in fine, ex Suar. disp. 55. sect. 1. §. Al 2. & ex Bellarmino lib. 2. de Purgatorio, c. 19. & lib. 2. de Sanctorum Reliquiis, cap. 4. vel saltem putabant ipsa corpora illustrari contra tenebras sepulchrorum, vt notat Vasquez tom. 1. in 3. part. disp. 112. cap. 7. num. 25. que supersticio in eo sensu potuit dici à Concilio inquietare spiritus Sanctorum, in quo sensu dicuntur ad Ephes. 4. mala opera contristare Spiritum Sanctum, vt etiam notat Azorius part. 1. lib. 9. cap. 8. quest. 3. Et eadem ratione Sanctus Hieronymus lib. contra Vigilantium, de iis, qui accendant cereos coram Reliquiis, asserit, quod habeant zelum Dei; sed non secundum scientiam, in quantum, scilicet, falsò existimabant, per illos illustrari Sanctorum animas, aut corpora, vt etiam obiecerat ipse Vigilantius, & notat Bellarminus cap. 4. cit. de Sanctorum Reliq. §. Ad Hieronymum dico, qui etiam paulò post, §. Ad Augustinum, in eodem sensu respondet ad auctoritatem, quam Hæretici afferunt ex Sancto Augustino lib. de moribus Ecclesiæ, cap. 34. vbi reprehendit sepulchrorum adoratores: eos enim tantummodo adoratores sepulchrorum reprehendit, qui tunc temporis offe-

4. Quomodo dicitur quando fuerit prohibuit accendi cereos ad sepulcra Martyrum.

rebant sacrificium panis, & vini, & epularum, Manibus, vel spiritibus defunctorum, usque deinde ipsi se ingurgitabant, & inebriabant, à quibus sine dubio multum differunt adoratores sanctorum corporum, & Reliquiarum, quos idem S. Augustinus multum commendat, cum sæpe alibi, tum verò epistola 42. vt subdit Bellarm. ibidem.

5. Et si quis vergeat ex S. Hieronymo in epistola ad Riparium, nos non adorare Reliquias Martyrum; sed eum tantummodo, cuius sunt Martyres: Respondet Sanctus Thomas 3. part. quest. 25. art. 6. ad 1. id solùm intelligi de adoratione latitiæ: cum enim obiectum sit Vigilantius, quod sub pretextu religionis induceremus ritum Gentilium, id est, idololatram, dum puluisculum necio quem in modico vasculo, pretioso linteamine circumdatum osculamur, & adoramus: Nos, inquit S. Hieronymus, non dico Martyrum Reliquias; sed nec Solem, nec Lunam, nec Angelos adoramus: honoramus autem Reliquias Martyrum, vt eum, cuius sunt Martyres, adoramus; honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad dominum. Quibus verbis dum honorem Reliquiarum distinguit ab adoratione, eamque tribuit soli Deo, & negat omnibus creaturis, aperte significat, quod solùm loquatur de adoratione latitiæ, vt ibi notat S. Thomas, & ex pluribus aliis locis Sanctorum Patrum probat Suar. in defensione fidei ad Regem Angliæ, lib. 2. cap. 10. n. 3.

6. Tertiò, quod in sepulcris Sanctorum non sint, neque animæ ipsorum, neque corpora; sed soli cineres, vel etiam vermes ex illis geniti, non probat, quod saltem in illis non sit memoria ipsorum Sanctorum, & quod non semper nos moueat eorum virtutis, & sanctitatis, nosque excitent ad eos dignè colendos, & honorandos: qua de causa etiam communiter appellantur monumenta, vt notat Bellarm. lib. 2. de Reliq. cap. 4. §. Ad 2. Et præterea non probat, quod saltem in illis non sit altera pars substantiæ ipsorum, id est, materia, quam verè informant, & animant, & iterum informant, & animant ipsorum animæ, que modò in oculis beate sunt: & denique non probat, quod Deus positiuè non velit Sanctos suos honorari, etiam in huiusmodi cineribus, cum etiam per illos miracula faciat, vt patet ex antiquis Historiis apud Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quest. 4. Et cum ratio adorandi Reliquias non sit excellentia, aut dignitas absoluta, que sit in ipsis; sed sola excellentia, & dignitas ipsius Sancti, cuius ipsæ sunt Reliquiæ, & ad quem dicunt attributionem, & pertinentiam, vt infra dicemus, parum refert, sub qua forma, & sub quo esse actuali reperitur talis materia, dummodo apprehendatur semper habere huiusmodi attributionem, & pertinentiam ad illos, & verè suis esse illorum pars, dum actu viuerent, & verè iterum esse futura, quando iterum uiuent post mortuorum resurrectionem. Vnde hoc tantum differt, quando actu existit sub forma carnis, verbi gratia, aut ossis, & quando existit sub forma pulueris, aut cineris, vel etiam vermis, quod attributio, & pertinentia ad Sanctum non est ita patens, & euidentis etiam rudibus; & idèd communiter non exponuntur publicè adorandi, vt Reliquiæ, verbi gratia, vermes, aut lutum, vel putredo ex aliquo Sancto genita, sicut exponuntur carnes, & ossa, vt notat Vasq. disp. 112. c. 8. n. 29. §. In hoc solùm. quanuis absolute possit quis etiam in vermibus, & in luto, & in putredine agnoscere partem substantiæ ipsius Sancti, id est, materiam, eumque in illis venerari, & colere, vt idem subdit, & ex illo notat Sanc. lib. 2. in Decal. cap. 43. n. 2. in fine, & Bonac. tom. 2. disp. 3. in

5. Quomodo adorantur sepulcra Martyrum, & Sanctorum, quando in illis non continentur, nisi cineres, & vermes.

6. Quomodo carnes geniti in corpore alijus Sancti ipsæ licitè adorantur.

7. præcepta Decal. quest. 1. punto 4. num. 1. & in re simili diximus supra, disp. 7. num. 6. de creaturis sortidid, & viliissimis, in quibus communiter non apprehenditur Deus, & que communiter non proponuntur, præsertim rudibus, ad hoc, vt Deum in illis agnoscant, & venerentur: quanuis reuera Vir aliquis spiritualis, & benè instructus, licite, & virtuosè etiam in illis Deum agnoscat, & veneretur.

8. Et in hoc idem videtur recidere id, quod asserit S. Thomas 3. part. quest. 25. art. 6. ad 3. quod corpus mortuum alicuius Sancti idèd adoretur, quanuis non sit eiusdem speciei cum corpore viuo, & per consequens neque sit idem numero: quia retinet identitatem materiæ, que est iterum vnienda suæ formæ: si enim identitas solius materiæ est sufficiens ratio adorandi corpus mortuum, verbi gratia, S. Petri, in quo ex sententia S. Thomæ, & Thomistarum data est resolutio vsque ad materiam primam; & neque ex substantialibus, neque ex accidentalibus, que prius fuerunt, quicquam aliud remanet, nisi pura, & prima materia: hæc ex eo est ratio adorandi illud corpus, quod modò est sub alia forma, & sub aliis accidentibus: quia iterum est vnienda eidèd formæ, & semper erit sufficiens ratio adorandi, quando fuerit iterum vnienda eidem formæ; & per consequens etiam quando actualiter erit sub forma vermibus, aut luti, vel putredinis, si etiam tunc apprehendatur, vt iterum vnienda eidem animæ.

9. Neque discrepat ab hac doctrina id, quod habet Suar. disp. 55. sect. 1. cit. §. De tertio argumento. & Sanchez lib. 2. cap. 43. num. 2. cit. quod ratio adorandi Reliquias (quicquid tandem de Sancto sit, & remaneat in Reliquiis) solùm sit habitudo ad personam, cuius dicuntur Reliquiæ, & quod hæc habitudo non sit res physica, aut relatio realis; sed rationis, & moralis, & tandiu duret, quandiu res illa communiter censetur moraliter esse eadem, vel saltem non multum mutata ab illo statu, quem prius habuit, & hac de causa terram, aut vermes, verbi gratia, aut aliud, quodcumque valde diuersum, in quod fortè per multas mutationes est facta conuersio veri corporis alicuius Sancti, non esse amplius adorabile, vt Reliquias, vel saltem ab Ecclesia communiter non proponi, vt publicè adorabilis: quia non retinet amplius moralem identitatem, & proximam habitudinem, & pertinentiam ad illum Sanctum, & fortasse iam deuenerunt ad eum statum, vt nulla sit certitudo identitatis, etiam puræ, & solius materiæ; & præterea illud esse, sub quo sunt actualiter, est tam sordidum, & tam vile, vt moraliter sit valde indeccus, quod hic, vel ille Sanctus cum Deo regnans, in illo apprehendatur, & colatur.

10. Atque hoc totum est admittendum, non modò in sententia S. Thomæ, & Thomistarum, quod detur resolutio vsque ad materiam primam, & quod in viuentibus non dentur formæ partiales; sed etiam in alia sententia communiore inter Philosophos, & veriore, quod non detur talis resolutio; sed multa ex iis, que erant in corrupto, maneat eadem etiam in genito; & quod dentur in viuentibus formæ partiales, & in homine, verbi gratia, præter animam rationalem, que est forma totius, seu totalis, etiam detur forma carnis, & ossis, & similes, que dicuntur formæ partium, seu partiales; & hæc sint eadem in homine mortuo, que prius fuerunt in homine viuo: nam, quanuis per has formas partiales facilius sit explicatio adorationis Reliquiarum, quandiu illæ ad sensum apparent, & in sepulcro, verbi gratia, huius Sancti apparet caro, aut os illius; faciliè tamen potest contingere, vt huiusmodi formæ

7. Ratio adorandi Reliquias, est habitudo ad illa Sanctum, cuius sunt Reliquiæ.

8. Quomodo Reliquiæ sint adoranda in sententia illorum, qui admittunt resolutioem vsque ad materiam primam, & negant formas partiales.

formæ non appareant; sed etiam ipsæ sint corruptæ, vt, verbi gratia, si totum corpus fuit, combustum, & redactum in cineres; & in hoc casu si cineres adorentur, vt Reliquiæ, non aliter possunt adorari, nisi propter identitatem materiæ, quæ modò est sub forma cinerum, & prius fuit sub forma carnis, & ossis, & sub anima rationali; & iterum est futura sub iisdem formis; & sic retinet habitudinem, & pertinentiam ad illum Sanctum, cuius cineres dicuntur esse Reliquiæ, cum præsertim hi cineres determinati non potuerint fieri, nisi ex tali corpore determinato, iuxta communissimum proloquium, quòd non quodlibet fit ex quolibet; sed determinatum ex determinato; & idèd etiam retineant ad tale corpus certum ordinem ex dependentia suæ generationis, & descendentiæ naturalis, propter quem ordinem specialiter existimantur esse aliquid illius, & esse adorabiles propter illud, vt benè notat Henricus quodlib. 10. quæst. 6. vers. Propter quintum. Quamuis hunc solum ordinem naturalis generationis admittat, vt rationem adorandi huiusmodi Reliquias, & excludat identitatem materiæ, ne cogatur admittere, quòd etiam vermes sint adorandi, vt Reliquiæ, si sint geniti ex putrefactione alicuius corporis Sancti, cum etiam ipsi retineant eandem materiam; de qua tamen re non est magnoperè laborandum, cum in rigore loquendo, à viro aliquo pio, & benè instructo etiam vermes sint adorabiles, quatenus continent partem substantiæ alicuius Sancti, id est, materiam, & aliunde proueniat, quòd publicè non exponantur, vt adorabiles, id est, ex indecentia, & propter eorum vilitatem, & fordes, vt iam diximus.

Alia argumenta Hæreticorum contra adorationem sacrarum Reliquiarum sunt minoris momenti, & possunt videri apud Authores citatos, & præcipuè apud Valq. disp. 112. cit. cap. 3. & seqq. ubi fusè, & diligenter illa prosequitur, & sufficientissimè soluit.

9. Quando Reliquia adoratur eadem adoratione, qua personæ cuius sunt Reliquia.

Posito verò, quòd Reliquiæ sint venerandæ, & adorandæ, eadem ratione proportionaliter est explicanda illarum adoratio, & veneratio, qua supra explicauimus disp. 6. adorationem imaginum, & disp. 9. adorationem Sanctissimæ Crucis: primò enim, quamuis reuerè sint separatæ à persona, cuius dicuntur Reliquiæ; communiter tamen mente, & cogitatione apprehenduntur à fidelibus, vt cum illa coniunctæ, & dum videmus, verbi gratia, vestem S. Francisci, aut caput S. Petri, statim nobis representatur ipse S. Franciscus, vt veste illa indutus; & ipse S. Petrus, vt capitatus per illud caput; & quando osculamur huiusmodi vestem, aut veneramus huiusmodi caput, perinde putamus nos facere, ac si osculemur ipsum S. Franciscum, actu vestitum; aut veneremur ipsum S. Petrum actu capitatum, eosque habeamus actu ob oculos, & quasi præsentem in seipsis. & non est dubium, quòd idem numero actus, qui est per se adoratio ipsorum, est etiam per accidens adoratio, vel coadoratio Reliquiarum. Deinde possimus apprehendere huiusmodi Reliquias in seipsis, vt constitutas supra communem ordinem rei profanæ, & vt sanctificatas aliquo modo per contactum, quem habuerunt ad personam sanctam, vel per aliam quancunque attributionem, aut pertinentiam ad illam: & sine illas colamus hoc secundo modo, siue primo, semper cultus est verè religiosus, & pius, & supra omnem cultum purè ciuilem; & vel est ille ipse, qui exhibetur personæ sanctæ; vel ad illum reducitur, vt supra explicauimus in re simili de imaginibus, & benè notat Suar.

disput. 55. cit. sect. 2. & in defensione fidei ad Regem Angliæ, lib. 2. cap. 10. num. 1. & seqq.

Atque hoc modo Reliquias Sanctorum adoramus dulcia, & Reliquias Beatissimæ Virginis adoramus hyperdulia, & Reliquias Christi Domini adoramus latria, vt, Verbi præputium, & sanguinem, si quis est in terris relictus ex vero sanguine ipsius Christi; & aquam, quæ fluxit ex latere, si reperitur; & capillos, & similia, vt notat Corduben. lib. 1. quæst. 5. dubio 5. pur. c. 3. pag. 85. col. 2. & Valq. disp. 113. cap. 2. num. 8. pag. 818. col. 1. sub initium. Et idem est de sanguine, qui miraculosè effluxit ex aliqua imagine, si fortè alicubi asseruatur, quamquam hic non est adorandus, vt Reliquia; sed solum vt representatiuus, & quasi imago veri sanguinis, vt subdit Valq. ibidem.

Atque hinc fit, vt etiam liceat huiusmodi Reliquias in plures partes diuidere, & in pluribus ciuitatibus, aut locis decenter recolare, easque publicè ostendere, & solenniter circumferre, easque publicè ostendere, & solenniter circumferre, vt ex antiquissimis Ecclesiæ vsu, & ex antiquissimis Patribus videre est apud Suar. in defensione fidei, lib. 2. cap. 10. cit. num. 10. & seqq. liquidem hæc omnia maximè faciunt ad earum venerationem, & cultum. Et negari non potest, quin sit valde stultitia, & indigna comparatio, qua Rex Angliæ, & Hæretici apud Suar. ibidem, num. 14. huiusmodi diuisionem, & ostensionem Reliquiarum comparant lanternæ furciferorum, & damnatorum, quorum succidua ad maiorem infamiam, & ad maius supplicium diuiduntur in partes, & in aliis, atque aliis locis publicè suspenduntur; neque enim Ecclesia Reliquias diuidit in infamiam, & penam Sanctorum; sed in honorem, & ad excitandam, & fouendam pietatem fidelium, vt diximus.

Et nomine Reliquiarum, quæ sunt venerandæ, non illæ solum intelliguntur, quæ fuerunt, vt partes, & retinent habitudinem partii; sed etiam capilli, vngues, dentes, vela, panni, vestes, & libri, & res huiusmodi, quas personæ per se adorandæ sepius contrectarunt, vel aliter habuerunt in vsu, vt subdit Suar. cap. 10. cit. num. 15. & 16. & disp. 55. cit. initio, & Azor parte 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 1. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. n. 2. & Layman lib. 4. tract. 7. cap. 5. quæst. 4. num. 14. & Bonac. tom. 2. disp. 3. in præcepta Decalogi, quæst. 1. punct. 4. num. 1. Et hæc omnes debito cum honore sunt asseruandæ; & etiam per illas sepe fiunt miracula, vt patet Ath. 19. de sudariis, & semicinctiis S. Pauli; & Romæ hoc modo tanquam Reliquia asseruatur Cathedra S. Petri, & vincula, seu catenæ. Imò antiquitùs apud Romanos Pontifices non erat in more positum, vt pro Reliquiis aliquid detraherent de ipsiis corporibus Sanctorum, idque mitterent dono etiam ad Summos Principes, quando fortè ab illis rogabantur, etiam pro dedicatione, aut consecratione alicuius Ecclesiæ; sed solum mittebant brandea, id est, vela aliqua, aut sudaria ad sacra corpora, vel ad sacras Reliquias admota, & per illarum contactum quasi sacrata, eaque postea debita cum veneratione reponerant in Ecclesia, quæ erat dedicanda, & colebantur loco Reliquiarum; & sepe Deus per illa operabatur virtutes, atque miracula; perinde ac si reuerè fuissent allata ipsa corpora, & veræ Reliquiæ Sanctorum, vt notat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 11. ex Sancto Gregorio lib. 3. Registris, epist. 10. ad Constantiam Augustam, cum enim hæc ab ipso S. Gregorio per litteras postulasset caput S. Pauli, vel aliquid ex eius corpore, quod honorificè collocaret in Ecclesia à se extructa sub eiusdem Apostoli inuocatione, & nomine, respondit Sanctissimus Pontifex

10. Reliquia Sanctorum licet diuidantur, & honorantur in pluribus locis.

11. Nominè Reliquiarum non intelliguntur sola carnes, & ossa, & sed etiam vestes, & similia.

Pontifex se vehementer dolere, quòd id facere non possit, nec auderet; & Romanis consuetudinem non esse, quando Sanctorum Reliquias dant, vt aliquid tangere præsumant de corpore, sed solum mittere brandea, id est, velum ad corpora Sanctorum admotum, illudque reponi in Ecclesia consecrandam; & per illud tantas virtutes fieri, ac si specialiter essent delata ipsa corpora; & sic contigit temporibus S. Leonis, cum quidam Græci de talibus Reliquiis dubitarent, & ipse Pontifex allatis forsibus incidere dictum brandeam, & ex ipsa incisone sanguis effluerit, &c. Postea tamen, cunctis ex Italia Longobardis, cœperunt Franci etiam impetrare à Summis Pontificibus ipsa corpora Martyrum, aut Sanctorum; & sic inductus est mos diuidendi, & transferendi de loco ad locum Reliquias, vt subdit ibidem, Azor. & diximus num. præcedente.

Et huiusmodi Reliquias licitum est gestare vnicuique, etiam ad collum, modò absit omnis vana circumstantia, & superstitio: siquidem id nullo Iure est prohibitum, & non est ex se malum, & maximè cedit in honorem Reliquiarum, & Sanctorum: & ita habet antiquissimus vsus Ecclesiæ, vt ex Patribus probat Dextr. in disp. mag. lib. 3. part. 2. q. 4. sect. 3. & huiusmodi gestationem Reliquiarum absolute, vt licitam, admittit S. Th. 2. 2. q. 96. art. 4. ad 3. S. Anthon. 2. part. tit. 12. c. 1. §. 13. Sylu. verb. Reliq. m. 4. Nauar. in Man. c. 11. n. 35. Sayr. lib. 4. Clau. reg. c. 6. n. 3. Valen. tom. 3. disp. 6. q. 11. punct. 6. in fin. Layman. lib. 4. tr. 7. c. 5. n. 18. Bonac. tom. 2. disp. 3. in præcepta Decal. q. 1. punct. 4. n. 7. Suar. tom. 1. in 3. p. disp. 55. sect. 2. in fin. & tom. 1. de reliq. lib. 2. de superstit. c. 15. n. 16. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 6. Deltius loco citato. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 40. num. 27. & alij communiter apud ipsum.

13. Neque Angelus verb. Reliquia, num. 4. & alij alij apud Sanchez ibidem, qui oppositum sentiunt, sufficienter id probant ex cap. Corpora. de consecr. dist. 1. ubi præcipitur, ne Reliquiæ transferantur de loco ad locum sine licentia, saltem Episcopi: & ex Concilio Bracharensi II. cap. 5. ubi reprehenduntur Episcopi, quòd in Solemnitatibus Martyrum ad Ecclesias progressuri Reliquias collo appensas gestarent, & ipsi gestarentur in sella super humeros Leuitarum. Contra enim est: quia cap. Corpora. cit. non est sermo de quibuscunque Reliquiis; sed de corporibus Sanctorum, quæ alicubi sunt tradita perpetuè sepulturæ: & hæc dicuntur non esse transferenda de loco ad locum sine licentia, nisi fortè in casu necessitatis, v.g. incendiij, aut depredationis, vt notat ibi Glossa ver. Principis. & ex illa Grass. part. 2. decisionum, decis. lib. 2. cap. 14. n. 1. & habetur cap. Tribus. de consecr. dist. 1. Et de his similiter intelligitur id, quòd notat Azor. part. 1. lib. 9. c. 8. q. 7. in fine, quòd neque etiam ad agrotos sint deferendæ. Et Concilium Bracharense non ex eo reprehendit Episcopos, quòd absolute gestarent Reliquias; sed, quòd ex fastu, & ex superbia gestari ipsi vellent super humeros Leuitarum. Vnde & subditur, quòd si Episcopus per se Reliquias deportare elegerit, non ipse à Diaconis in sella vehatur; sed potius eo procedente, vna cum populis progressionem pedestri ad Ecclesiam, per eum sancta Dei Reliquia portabuntur.

14. Quomodo Reliquia non sint transferendæ de loco ad locum sine licentia Episcopi.

Imò ex Turrectemata in cap. Corpora. cit. de consecr. dist. 1. num. 3. in fin. Augustino de Ancona de potestate Papæ, quæst. 17. art. 5. in fine. Grassi. part. 2. lib. 2. c. 14. cit. n. 2. per dictum cap. Corp. non modò non prohibentur gestari ad collum particula Reliquiarum; sed neque etiam prohibentur transferri de vno loco ad alium insignes Reliquiæ, quæ for-

15. Si Reliquia alicubi non habeantur, vt tradita personæ sepulture, licet non trans-

tè alicubi asseruantur, non vt tradita sepulturæ: si enim tales aliquæ habeantur, verbi gratia, ab aliquo, licet possint sine licentia Papæ, aut Episcopi concedi alicui Ecclesiæ, in quo sperentur futuræ maiori venerationi, & ad illa deferri, seu transferri, tanquam ad locum religiosum sine alicuius licentia, iuxta L. Si nec dum. C. de Reliq. & sumpti. funer. vbi dicitur, quòd corpus depositum alicubi, non autem traditum perpetuè sepulturæ potest aliò asportari sine licentia: quem textum etiam pro Reliquiis, & corporibus Sanctorum asserit S. Anthonius 3. part. tit. 12. cap. 8. sub initium, Sylu. verb. Reliquia, quæst. 3. Sanchez lib. 2. in Decal. c. 43. n. 25. Angel. Tabiena, Armilla apud ipsum. Et de his, quæ non asseruantur, vt tradita perpetuè sepulturæ, vsus obtinuit, vt ad agrotos facile aduehantur, quamquam neque hoc sit faciendum sine iusta causa, vt notat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 7. in fine.

Neque ex eo, quòd is, qui habet ad collum appensas Reliquias, fortè peccet, & peieret, verbi gratia, furetur, detrahat, fornicetur, aut quodcunque aliud peccatum committat, quòd non sit directè contra cultum Reliquiarum, grauius peccat, ex hac formali circumstantia gestandi Reliquias, neque tenetur hanc circumstantiam specialiter aperire in confessione, siue vt notabiliter aggravantem in eadem specie, siue vt transferentem peccatum ad aliam speciem, vt benè notat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 6. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 40. n. 28. & apud illum Doctores communiter, qui tractantes de sexto præcepto, & de circumstantiis circa illud confitendis, mentionem non faciunt de gestatione Reliquiarum, aut sacrarum Imaginum: quia, nimirum, nullo Iure specialiter prohibetur talis gestatio pro tempore actus peccati, neque peccatum ex se directè opponitur venerationi Reliquiarum, cum sit communiter in genere valde diuerso. Et à fortiori idem est, si coniuges se carnaliter cognoscant, dum gestant sacras Reliquias: similiter enim nullam peccatum committunt, vt notat Bonac. tom. 2. disp. 3. in præcepta Decal. quæst. 1. puncto 4. num. 8. Dixi autem, si peccatum non sit directè contra cultum Reliquiarum: quia, si quis eas adhiberet proximè, & formaliter ad actum aliquem turpem, vt, verbi gratia, ad obscenam, & veneriam contrectationem partium vendandarum, specialiter contra illas peccaret, & teneretur specialiter id confiteri, vt subdit Azor. & Sanchez loco citatis: siquidem indignè illas tractaret, & turpiter illis abuteretur.

Ad cultum Reliquiarum duo præcipiuntur ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. fin. de Reliq. & vener. Sanctorum, id est, ne antiquæ Reliquiæ vilatenus ostendantur extra capsam, & ne vllæ Reliquiæ exponantur venales. Et primi ea redditur ratio, ne in posterum detrahat Christianæ Religionis: vt enim ibi notat Panorm. & Sylu. verb. Reliquia, num. 1. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. num. 11. si antiquæ Sanctorum Reliquiæ videantur extra capsam, id est, ossa nuda, & multum corrosa, & consumpta, facilè datur occasio detractoribus Christianæ Religionis contra illam obloquenti, & ipsi etiam fidelibus simplicioribus, & rudioribus dicendi intra se, quòd si essent ossa Sanctorum, non essent consumpta: siquidem dicitur Psal. 16. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. & Psal. 33. Custodi Dominus ossa iustorum, & vnum ex his non conuertetur. Cum tamen meminisse deberent, generaliter omnibus fuisse dictum Genesis 3. Puluis es, & in puluerem reuertis. & solum ex priuilegio seruari aliquos materia-

16. Gestare Reliquias, ut alicui peccatum non est circumstantia necessaria confessionis confitenda.

17. Antiquæ Reliquiæ non sunt ostendendæ extra capsam.

liter incorruptos, & solum dici, quod Deus non det Sanctos suos videre corruptionem, & quod custodiat illorum ossa, in quantum tandem omnes resuscitabit cum Christo, & in aeternum vivificabit, vt membra Christi, neque sinet eos videre corruptionem aeternam. Atque vt his oblocutionibus infidelium, & his scandalis, aut offensionibus pusillorum fidelium occurratur, recte praecipitur, ne huiusmodi Reliquiae ostendantur extra capsam; si tamen huiusmodi periculum detrahendi Christianae Religioni, & huiusmodi scandalum pusillorum non multum timeatur, non videtur damnandus culpa mortalis, si quis extra capsam ostendat Reliquias: & iam ita videtur habere communis usus, cum etiam ad capsam, & thecas Reliquiarum apponatur vitra, & per illa transparent ossa nuda, perinde ac si apparerent extra capsam.

18. Reliquia non possunt vendi.

Illud alterum, ne Reliquiae exponantur venales, est maioris momenti; & cum illo maxime congruit etiam Tridentinum in decreto de invocatione, & veneratione Sanctorum, quod in Reliquiarum veneratione omnis turpis quaestus eliminetur: & sensus est duplex, id est, ne Reliquiae exponantur venales, & ne vendantur accepto pretio ipsarum Reliquiarum, & praeterea ne exponantur venales accepto pretio ipsius expositionis, & ostensionis, vt notat Suar. tom. 1. de relig. lib. 4. de simonia, cap. 1. n. 2. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. cit. n. 2. Et non est dubium, quod prima venditio est vere sacrilega, & simoniaca, vt notant Canonistae communiter in cap. fin. cit. & Suar. de simonia, loco cit. & tom. 1. de Incarnat. disp. 55. sect. 2. §. Et hinc consequenter inferitur. & Sanchez num. 22. cit. & omnes communiter, cum Reliquiae fiat res facta; & ideo inuendibiles, & sub nullius dominio, & non recipiant aestimationem, Instit. §. Sacra loca, & §. Nullius de rerum diuis. l. 1. Nemo. C. de sacros. Eccles. & certissimum est, quod venditio non subsistit sine pretio, Instit. de empt. & vendit. §. Item pretium: l. 2. §. Item pretium. ff. de contrahen. empt. Quod tamen etiam altera venditio expositionis, & ostensionis Reliquiarum, pro vt est distincta a prima venditione ipsarum Reliquiarum, & certum pretium etiam pro ista in pactum deducitur, sit simoniaca, & sacrilega, expressè habet Suar. de simonia, loco citato, & Sanchez. n. 22. cit. Et pater: quia etiam expositio, & ostensio rei sacrae, est intrinsecè actio sacra; & ideo inuendibilis, & non recipiens aestimationem, quantum ex se, & praescindendo à labore aliquo extrinsecò, & accidentali, qui fortè est subeundus, & pro quo potest licitè accipi aliqua merces, vt communiter dicitur in materia de simonia, & fortasse hunc quaestum appellat turpem, & omnino eliminandum in veneratione Reliquiarum, Concilium Tridentinum loco citato.

19. Expositio, aut ostensio Reliquiarum non potest vendi.

20. Pro recuperandis Reliquiis ab Infidelibus licitè potest offerri pecunia.

21. Exponere Reliquias ex intentione lucravandi largiores elemosinas, non est licitum.

Si tamen Reliquiae essent apud Infideles, non esset licitum offerre pecuniam pro illis recuperandis: quia non offerretur, vt pretium ipsarum Reliquiarum; sed solum redimeretur vexatio, qua vexant Ecclesiam, & fideles indebitè, & iniuste retinendo Reliquias, quarum administratio, & cura ad ipsos pertinet, vt notat Sanchez cap. 43. num. 22. cit. ex Philiarcho de officio Sacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 9. in fine, & aliis. Sed ulterius, vt venditionem Reliquiarum illicitam, & sacrilegam, & simoniacam damnant plures Authores, etiam illam, qua nullo inito pacto, aut conventionem de certo pretio, exponuntur Reliquiae extra capsam, ea intentione, & ad eum finem, vt largiores elemosinae offerantur. Et hanc etiam

appellant largam venditionem Reliquiarum, & dicunt esse prohibitam, cap. fin. cit. de Reliq. & veneratione Sanctorum, per illud, quod Reliquiae non exponantur venales, & quod Praelati non permittant eos, qui accedunt ad Ecclesias, causa venerationis, decipi variis figmentis: nam, sicut femina se facit venalem, dum vltro se offert propter pecuniam, etiam si de illa non pacificatur: ita & Reliquiae efficiuntur venales, si vltro exponantur propter elemosinas: & Praelati hoc etiam figmentum Clericorum non debent permittere, vt fingant exponi Reliquias ad venerationem, cum reverè exponantur ad quaestum. Ita Panorm. in cap. final. cit. nor. 1. Hostien. ibidem, num. 7. Sylu. verb. Reliquiae, quaest. 1. Nauar. cap. 17. num. 169. Grassi. part. 2. de simonia, lib. 2. cap. 18. num. 8. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quaest. 7. & alij apud Sanchez cap. 43. num. 22. cit. Et ad hoc facit etiam Tridentinum sess. 25. in decreto de Reliq. & veneratione Sanctorum, vt circa venerationem Reliquiarum omnis turpis quaestus eliminetur.

Verum id non esse damnandum, vt simoniacum, ex eo probat Sanchez ibidem: quia simonia nunquam committitur, nisi pecunia, aut temporale aliud quodecumque intendatur, vt pretium rei spiritualis, & in illius aestimationem, & ad faciendam cum illa aequalitatem, tanquam rei, & pretij, deducatur in pactum; quod tamen non contingit in actu presentis, si intendatur solum, vt elemosina sponte oblata, ad sustentandos Ministros Ecclesiae; neque villo modo deducatur in pactum: nam & Sotus lib. 9. de iust. quaest. 6. art. 2. in fine corporis, ex eo negat esse simoniacos eos Canonicos, aut Clericos beneficiatos, qui principaliter intendunt lucrum, & distributiones quotidianas, dum perfolunt in Ecclesia Horas canonicas; aut exercent functiones aliae ecclesiasticae: quia illud non intendunt verè, vt pretium actionum spiritualium, & in illarum aestimationem; sed, vt stipendium sibi necessarium ad sustentationem: & hoc modo intelligit dictum S. Thomae quodlibet. 8. p. 1. art. 11. quod peccet mortaliter, & simoniam committat, qui recipit, aut intendit distributiones, tanquam finem sui operis; non autem is, qui tanquam finem intendit cultum Dei, & distributiones, tanquam id, quod est necessarium ad suam sustentationem: cum enim in qualibet venditione pretium se habeat, tanquam finis, rectè is dicitur velle vendere suum actum, qui pro illo intendit pretium, tanquam finem, vt ibi notat Sanctus Thomas: sicut & vendit suam operam corporalem, ille famulus, qui pro illa intendit salarium, tanquam finem. Qua verò ratione peccat Canonicus contra suum statum clericalem, si in seruitio Ecclesiae non intendat cultum Dei, propter quem sunt instituta iura distributionum, & praebendarum; vel, si peruertat ordinem debitae intentionis, & officium ordinem ad beneficium, illudque exerceat, vt praebendam lucratur; non autem ordinem beneficium ad officium, & illud accipiat, vt hoc exerceat: eadem ratione etiam peccant, qui ex intentione elemosinarum exponunt Reliquias, earumque expositionem, & ostensionem ordinant ad lucrum, etiam si non peccent peccato simoniae, nisi lucrum deducant in pactum modo explicato. Sed hoc peccatum non est nisi veniale, vt subdit Sanchez ibi sicut nec est peccatum, nisi veniale, si quis ordinem actus bonum, v.g. orationem, vel auditionem Missae, ad finem malum venialiter, v.g. ad vanam gloriam, vt patet ex Caiet. in Dec. cap. 3. n. 1. & lib. 2. c. 35. n. 3. & c. 47. n. 22. cit. in fine, & nos etiam diximus, dum ageremus de vitis capitulibus, lib. 3. disp. 4. num. 17. & 18.

22. Non tamen est peccatum simoniae, nisi elemosinae dantur in pactum.

27. Sed est peccatum solum veniale, non veniale, non bonum admodum.

Pertinet

Pertinet praeterea ad reverentiam Reliquiis debitam, vt furtivè non subripiantur ex Ecclesia, aut loco, in quo sunt, vel ei, cuius dispositioni sunt commissa; & alioqui furtum, & sacrilegium committatur, etiam si id fiat causa deuotionis. Ita S. Anthonin. 3. part. tit. 12. cap. 8. Archidiaconus in cap. Quisquis inuentus. v. 3. 17. quaest. 4. Turcrem. in cap. Corpora. num. 3. de consecr. dist. 1. Augustinus de Ancona de potestate Papae, quaest. 17. art. 5. Sylu. verb. Reliquiae, quaest. 2. Grassi. part. 2. lib. 2. cap. 14. n. 3. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quaest. 9. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. n. 23. & alij apud ipsum: nam cap. Quisquis inuentus. cit. 17. quaest. 4. sacrilegium, seu furtum sacrilegum committi dicitur, quando auferitur sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, aut sacrum de non sacro: quod certè fit, quando auferantur Reliquiae: & cap. Corpora. de consecr. dist. 1. specialiter prohibetur, ne corpora, aut Reliquiae Sanctorum transferantur de loco ad locum sine licentia Papae, aut Episcopi, vel Sanctae Synodi. Neque potest hoc sacrilegium excusari ex causa deuotionis, cum haec non tribuat facultatem violandi ius alterius, & sacros Canones transgrediendi. Neque illud excusatur materiae leuitas à culpa mortali, sicut contingit communiter in alijs furtis, si Reliquia sit valde digna, & in magna aestimatione, & rara, vt notat Sanchez cap. 43. n. 25. cit. in fine. Vnde & Clemens VIII. & Paulus V. in suis edictis de non extrahendis Reliquiis, ponunt excommunicationem latae sententiae etiam contra extrahentes quascunque particulas minimas, & quicquid potest habere vimbram, aut praetextum Reliquiarum, vt dicemus infra. Extra Vrbem tamen, eiuusque districtum, pro quo solo valent citata edicta, clarè indicat Sanchez per limitationes iam allatas, quod si Reliquiae non sint valde dignae, aut in magna aestimatione, facile potest illarum paruitas, & materiae leuitas excusare à culpa mortali, vt etiam notat Bonac. disp. 3. in praecipua Decal. q. 1. par. 4. n. 9. §. Adde primo. tom. 2. vt. v. g. si ab integro corpore alicuius Sancti, auferatur aliquid pulueris, aut capillum, aut aliquid simile, quod neque deformet ipsam Reliquiam, neque diminuat de illius aestimatione, & dignitate.

24. Reliquia non possunt furtivè subripi, nisi praeterea Reliquiam

25. Neque à culpa mortali committitur excusata materiae leuitas.

26. Si Reliquia sit apud infideles, licitè possunt ab illis subripi.

27. De licentia Episcopi licitè potest aliquid Reliquiarum subripi ab Ecclesijs.

Excusat tamen ab omni culpa furtiuam subreptionem Reliquiarum, Turcremata, Augustinus de Ancona, Grassi. Sanchez, & alij alij locis citatis, in eo casu, in quo Reliquiae essent apud infideles: siquidem indignè, & iniuste illas haberent, & hoc modo cap. Tribus. de consecr. dist. 1. inter causas, propter quas Sanctorum corpora possunt transmutari, ponitur necessitas persecutorum, & grauium ex societate malorum, quae certè vtraque maxime valet, quando sunt inter infideles. Excusat praeterea extractionem, aut translationem Reliquiarum Azor. lib. 9. cap. 8. quaest. 9. cit. quando sit de licentia Episcopi, aut illius, cui Ecclesia est commissa: quia cap. Corpora. cit. de consecr. dist. 1. solum prohibetur translatio sine licentia, saltem Episcopi: & cap. Quisquis inuentus. §. Si quis domum. 17. quaest. 4. solum punitur, qui aliqua abstulerit ab Ecclesia, aut domo Dei sine licentia illius, cui est commissa. Neque videtur magni momenti id, quod obiicit Sanchez num. 23. cit. quod non possit sufficere licentia illius, cui est commissa mera custodia Reliquiarum; sicut neque sufficit licentia illius, qui solum est custos, verbi gratia, vineae aut domus, vt excuset à furto eos, qui diripiunt domum, aut vineam. Neque enim Azor. de huiusmodi mero Custode Reliquiarum, v. g. de Aedituo asserit, quod possit concedere aliquid Reliquiarum, sed de Episcopo, aut illo, Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

cui est commissa Ecclesia, id est, qui in illa exercet iurisdictionem, & habet illius plenam administrationem, & verè est Praelatus Ecclesiae, vt exponit Glossa in cap. cit. Quisquis inuentus. verb. Si quis domum. quomodo etiam Clemens VIII. & Paulus V. in suis edictis, de non extrahendis Reliquiis, de quibus infra, declarant, quod licentiae, si qua dantur, solum debent intelligi de illis extrahendis ab Ecclesijs, aut Sacristijs, accedente semper consensu Superiorum, qui praesunt illis Ecclesijs.

Quod verò dicitur eodem cap. Quisquis inuentus. quod qui violauerit domum Dei, & aliqua inde abstulerit sine licentia, sit priuatus Communionem, donec in conuentu admonitus, legitime satisfaciat: & si post tertiam conuentionem coram Episcopo satisfacere detrectauerit, sacrilegij periculo teneatur obnoxius, & secundum Apollolum nemini fidelium miscatur; non continet excommunicationem minorem latae sententiae, & excommunicationem maiorem ferendam post trinam admonitionem, seu conuentionem coram Episcopo, vt vult Azor lib. 9. cap. 8. cit. quaest. 10. sed solum priuationem Eucharistiae, vel Communionis Domini, vt notat ibi Glossa, & praeterea excommunicationem maiorem ferendam sententiae, nisi satisfaciatur admonitus. Atque ita contra fures Reliquiarum nulla est excommunicatio latae sententiae, vt notat Sanchez cap. 43. cit. n. 24. & Suar. de censur. disp. 21. sect. 2. n. 9.

Id tamen solum est verum, quantum est ex Iure communi: nam per edicta saepius Romae promulgata per Eminentissimos Vrbs Vicarios, de mandato Sanctissimorum Pontificum Clementis VIII. de anno 1603. sub die 23. Augusti, & de anno 1604. sub die 4. eiusdem mensis, & Pauli V. de anno 1613. sub die 12. Augusti, & de anno 1614. sub die 16. Maij, & Urbani VIII. de anno 1624. sub die 14. Maij, sub poena excommunicationis latae sententiae, & soli Papae reseruatae, extra mortis articulum, & sub alijs poenis corporalibus, & pecuniariis, & arbitrariis; & praeterea pro personis regularibus sub poena priuationis vocis actiuae, & passivae, & inhabilitatis ad dignitates, & administrationis suorum ordinum, similiter incurrendae ipso facto, & reseruatae soli Papae, & sub poena exilij à toto statu ecclesiastico, vt specialiter addit Paulus V. de anno 1614. fuit prohibitum, ne quis sine licentia suae Sanctitatis ingrederetur coemeteria, cryptas, aut Catacumbas intra, vel extra Vrbem existentes; & ne ab illis extraheret vllas Reliquias, siue pro se, siue pro alijs, vel ad eas extrahendas daret auxilium, aut fauorem; & prohibitio fuit vniuersalissima, & comprehendit omnes vtriusque sexus, & cuiuscunque status, & gradus, & conditionis. Et in edicto Urbani VIII. fuit praeterea facta extensio ad eos omnes, ad quorum instantiam sit facta, aut tentata extractio; & ad eos, qui fuerint complicet; & ad eos, qui scienter receperint Reliquias sine extractas, cuiuscunque tandem status, & conditionis illi essent; & etiam si essent expressè, & specialiter exprimentis, & ad illos, qui sine licentia suae Sanctitatis, aut Illustrissimi Vicegerentis fecerint, aut tentauerint facere, vel dictauerint, aut scripserint instrumenta, vel scripturas quascunque, siue publicas, siue priuatas super huiusmodi extractionibus, donationibus, & signationibus similibus Reliquiarum, etiam si tales Scripturae non essent authenticae, & nullas haberent subscriptiones, ad illos, qui huiusmodi scripturas apposuerint signum, aut fidem legalitatis; & Paulus V. de anno 1614. pro Notarijs, & substitutis

28. Fures Reliquiarum non sunt excommunicati ipso facto, quantum est ex iure communi.

29. Sed ex vniuersalibus edictis, si illas furerint in Vrbe, aut in districtu.

30. Qui dant auxilium, vel fauorem ad firmandas Reliquias de cryptis, & Catacumbis.

31. Qui faciunt illas extrahi per alios.

32. Qui extrahunt scienter accipiunt.

33. Qui faciunt scripturas de extractione, aut confirmatione Reliquiarum.

XX

etiam

etiam addidit poenam priuationis officij, vel quingentorum aureorum, si contrauerint. Et postremò ad eos, qui curam, vel administrationem habentes Ecclesiarum, locorum piorum, aut cryptarum, & cœmeteriorum, permiserint, & consenserint extrahi dictas Reliquias. Et eadem extenſiones ferè omnes etiam habentur in edicto Pauli V. de anno 1613.

34. Et quoad Reliquias in edicto Clementis VIII. de anno 1604. specialiter prohibetur, vt non modò non extrahantur integra corpora; sed neque etiam ossa, aut partes ossium, quæ habeant, vel possint prætendi habere vmbra, aut prætextum Reliquiarum: & in edicto Pauli V. de anno 1613. vt non extrahantur Reliquiæ, etiam in quibuscunque particulis minimis.

35. Et insuper in eodem edicto Clementis VIII. & Pauli V. declaratur, quòd per quascunque licentias à sua Sanctitate concessas, aut in posterum concedendas pro extrahendis Reliquiis, non debet intelligi, quòd possint extrahi de cryptis, aut cœmeteriis; sed solum de Ecclesiis, & Sacristiis, accedente semper consensu Superiorum, qui præsentibus Ecclesiis, & præterea reuocantur omnes licentia; si quæ forte sint concessæ, & signatæ ab ipsis Pontificibus quomodocunque, ad extrahendas specialiter de cryptis, & cœmeteriis. Et in alio edicto Pauli V. de anno 1613. etiam additur, quòd quicunque fuerint consensu dictarum extractionum de cryptis, & cœmeteriis, vel aliquid de illis audierint, teneantur id reuelare Sanctitati suæ, vel eius Vicegerenti sub poenis pecuniariis, aut corporalibus arbitrariis. Per quæ omnia clarè patet, quomodo fures Reliquiarum in Vrbe, & eius districtu, sint ipso facto excommunicati; non quidem de iure communi, sed per edicta Summorum Pontificum sæpius promulgata, vt diximus.

DISPUTATIO XVI.

Qualis certitudo sit necessaria circa veritatem Reliquiarum, ad hoc, vt possint licitè exponi, & adorari.

1. Falsæ Reliquiæ sæpius per errorem sunt adoratae pro veris.
2. Ad colendas Reliquias cultu priuato sufficit certitudo moralis priuata de illarum veritate.
3. Neque est opus apponere conditionem, si sunt vera Reliquia.
4. Si moralis certitudo de veritate Reliquiarum non habeatur, vel est desistendum à cultu, vel sunt colenda sub conditione.
5. Ad colendas Reliquias cultu publico, requiritur approbatio Episcopi, aut Papa.
6. Approbatio Reliquiarum potest fieri ab Episcopo, etiam extra diocesim.
7. Qui tenetur in re aliqua petere consilium alicuius, non propterea tenetur illud sequi.
8. Non potest Episcopus ex se dirimere grauiore questiones, sed debet illas deferre ad Concilium Prouinciale.
9. Id dicitur fieri à toto Concilio, vel Communitate, quod sit à maiori parte.
10. Pro approbandis Reliquiis ad cultum publicum, non est necessaria fides Notarij.
11. Vnicuius testis satis probat, quando non agitur de preiudicio alterius.
12. Praxis approbandi Reliquias communiter est, vt non requiratur fides Notarij.

13. Ex erroribus, & abusu, qui contigerunt circa Reliquias, non ostenditur, quòd sit malus, & illicitus illarum cultus.
14. Quomodo dicantur eadem Reliquiæ esse in pluribus Ecclesiis.
15. Supponere falsas Reliquias pro veris, est superstitio, & peccatum mortale.
16. Quomodo ignotis Reliquiis possint imponi certa nomina.

HÆRETICI, hoc etiam argumento impugnant cultum Reliquiarum: quia communiter nihil certi de illis habetur, & magnæ earum pars supposititia est; & sæpè accidit, vt Catholici pro Reliquiis venerentur ossa latronum & hominù perditorum, vel etiam canum, & aliorum, vt loquitur Bellarm. lib. 2. de Reliquiis Sanctorum, cap. 1. §. Quintum. Vnde & cap. 1. de Reliq. & vener. Sanctorum, Alexander II. refert, quòd aliqui hominem quendam in potatione, & ebrietate occisum, quasi Sanctum venerarentur: & cap. 2. eodem tit. Innocentius III. ex Concilio Lateranensi grauius præcipit Prælati, vt non permittant, eos, qui accedunt ad eorum Ecclesiis clara venerationis, decipi variis figmentis: sicut in plerisque locis occasione quæstus fieri consuevit, id est, vt exponit ibi Hostien. n. 11. sicut faciunt pessimi quæstuarij, qui ostendunt quandoque costam hominis peccatoris, vel asini, loco Sancti: quia non curant, nisi vt denarios habeant: vel sicut alij, qui ponunt oleum in oculo imaginis, quam habent Beatissimæ Virginis, vt videatur flere. Ad quod facit etiam illud, quod habetur in Vita S. Martini apud Sulpitium Seherum, quòd in quodam altari extracto in honorem Martyris deprehensa sint ossa, & reliquiæ cuiusdam latronis: & quod habet S. Gregorius lib. 3. epistola 30. quòd quidam Monachi Græci deprehensi cum quibusdam ossibus mortuorum, confessi fuerint, se illa deferre in Græciam pro Reliquiis. Et de aliis Monachis simile quid etiam habet S. Augustinus lib. de opere Monachorum, c. 18. tom. 3. & de alio quodam impostore S. Gregorius Turonensis lib. 9. de historia Francorù, c. 6. vt refert Azor. part. 1. lib. 9. c. 8. q. 2. Et ad idè pertinet etiam illud, quod imposturam circa Reliquias clarè videtur ostendere: quia vnus, & eiusdè Sancti eadem Reliquiæ dicuntur haberi, & coli in pluribus locis: per quod, vel est necesse affirmare, quòd ille Sanctus habuerit plura corpora; v. g. vel plura capita, quorum singula possint esse in singulis locis, vel certè concedere, quòd alicubi sit, & colatur corpus, aut caput adulterinum, & falsum.

Quare non solum pro redarguendis Hæreticis, sed etiam pro erudiendis, & confirmandis Catholicis circa venerationem, & cultum Reliquiarum, optimum est, vt paucis disseramus de illarum certitudine ad hoc, vt colantur, siue cultu priuato, siue publico, & siue ab hoc, aut illo ex priuato dictamine, & affectu pietatis; siue ab omnibus ex dictamine publico, & ex publica approbatione Ecclesiæ.

Et quidem cultu priuato certum est, eas omnes Reliquias posse coli, quæ rationaliter, & prudenter ab vnoquoque priuato existimantur veræ Reliquiæ, siue sint Sancti canonizati, & etiam approbati; siue nondum approbati, sed qui sit mortuus cum fama sanctitatis, & prudenter credatur esse Sanctus, & regnare cum Christo. Ita Suar. tom. 1. de Incarnatione, disp. 5. §. 2. §. At verò, vt Reliquia. Vasquez de adoratione Imaginum, lib. 3. disp. 3. cap. 8. num. 114. & tom. 1. de Incarnatione, disp. 11. 2. cap. 8. num. 30. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quest. 8. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 4. n. 13. Layman lib. 2. tract. 7. c. 5. n. 16. Bonac.

1. Falsæ Reliquiæ sæpius per errorem sunt adoratae pro veris.

3. Neque est opus apponere conditionem, si sunt vera Reliquia.

4. Si moralis certitudo de veritate Reliquiarum non habeatur, vel est desistendum à cultu, vel sunt colenda sub conditione.

5. Ad colendas Reliquias cultu publico, requiritur approbatio Episcopi, aut Papa.

6. Approbatio Reliquiarum potest fieri ab Episcopo, etiam extra diocesim.

Bonac. tom. 2. disp. 3. in præcepta Decalogi, quest. 1. puncto 4. num. 5. Et ratio est: quia ad honestatem huius priuatæ adorationis, ex nullo capite potest requiri iudicium, & dictamen prudentiæ magis certum, quam communiter requiratur ad alios actus aliarum virtutum; ad quos tamen communiter sufficit iudicium, & dictamen prudens, & certum moraliter. Atque hoc modo, si quis à viro probò, & fide digno accipiat, quòd hæ, vel illæ sint veræ Reliquiæ, vel ex ratione, & coniectura probabili prudenter existimet, eas esse veras, licitè potest illas colere cultu priuato, vt tradunt cõmuniter Authores citati; qui etiam rectè addunt, huiusmodi adoratione posse esse absolutam, non autem necessariò debere illi apponi hanc conditionem: Ego adoro has Reliquias, si sunt veræ Reliquiæ: & si non sunt veræ, non adoro. quia in ipsa ratione formali adorandi, quæ est pertinentia ad personam verè sanctam, vt supra diximus, tacite, & virtualiter includitur dicta conditio, & per illam excluditur omne periculum errandi formaliter, vt notat Suar. §. 2. cit. §. Sed quæret aliquis. Et multò rationabilius ex multorum sententia est apponenda explicitè talis conditio, quando occurrat adoranda Imago, verbi gratia, Crucifixi, in qua loquitur Diabolus, vt supra diximus disp. 8. n. 4. cum locutio in Imagine sit magis extraordinaria; & persona, quæ in illa loquitur, sit magis dubia, & incerta, vt etiam subdit Suar. §. At verò si Reliquia. Et ad hunc cultum priuatum reduceretur, si quis in Ecclesia adoraret particulas Reliquiarum, quæ fortè ad solum ornatum reponuntur in certis locamentis alicuius Crucis, & in illa ipsa collocantur super altare sine alia approbatione Episcopi: quod licitè fieri posse, asserit Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. num. 17. quauis enim Bonac. tom. 2. disp. 3. in præcepta Decalogi, quest. 1. puncto 4. num. 5. etiam ad Reliquias, quæ ponuntur ad Crucem ornandam, requiratur approbationem Episcopi, quia à populo possunt adueri, & adorari: multò tamen est probabilius, quòd talis adoratio in tali casu esset solum priuata, & ex priuato affectu cuiusque; non autem publica, & nomine publico; & idèd neque indigeret auctoritate publica, & approbatione Episcopi.

Quòd si de aliquibus Reliquiis non possit prudenter iudicari iudicio priuato, & moraliter certò, quòd sint veræ: vel est omninò abstinendum à cultu; sed separatim sunt custodiendæ, & solum non conculcandæ, aut contemnendæ, vt vult ibidem Suar. & Armilla verb. Canonizatio, num. 2. & Sanchez cap. 43. cit. num. 19. & Layman, & Bonac locis citatis: vel certè sunt colendæ sub conditione, cum hic modus colendi non requiratur iudicium moraliter certum; sed possit fundari in iudicio etiam probabilij, & cum formidine de opposito; & proposito conditionalis nihil ponat in esse, nisi posita conditione.

Quoad cultum verò publicum, certum similiter est ex decreto Concilij Tridentini sess. 25. de cultu, & veneratione Sanctorum, quòd non possunt adorari nouæ Reliquiæ cuiuscunque Sancti, etiam canonizati, vel beatificati, nisi recognoscant, & approbentur Episcopo, & ex decreto Alexandri III. c. 1. de Reliq. & venerat. Sanctorum, certum est, quòd non possunt adorari Reliquiæ cuiuscunque non canonizati, aut beatificati, sine auctoritate Romani Pontificis, vt etiam supra diximus disp. 12. n. 28. & 29.

Et quia iurisdicctio Episcopi ad approbandas Reliquias non est contentiosa, sed voluntaria; licitè potest ab vnoquoque Episcopo exerceri pro sua diocesi; etiam quando extra illam existit, vt notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. num. 14. in fine, & Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

lib. 3. de matrim. disp. 19. num. 7. & 8. sed siue existat intra diocesim, siue extra, adhibere debet in consilium Theologos, & pios Viros, illique auditis debet statuere ipse per se, quod iudicauerit consentaneum pietati, & veritati; non autem tenetur sequi illorum consilium, vt notat Sanchez cap. 43. cit. num. 15. & Bonac. tom. 2. disp. 3. in præcepta Decalogi, quest. 1. puncto 4. num. 5. in fine: quia in Tridentino loco citato, solum præcipitur, vt illos audiat: & de iure communi, quando solum requiritur alicuius consilium, non est obligatio illud sequendi; neque is, qui consultitur, habet propterea suffragium decisiuum, vt idem probat lib. 1. de matrimonio, disp. 34. num. 24. Et si præterea aliquis dubius, aut difficilis abusus sit extirpandus, vel omninò de his rebus grauior quæstio incidat; debet Episcopus, antequam controuersiam dicimat, rem deferre ad Concilium Prouinciale, & in illo expectare sententiam Metropolitanam, & Episcoporum comprouincialium; & inconsulto Romano Pontifice nihil nouum, aut in Ecclesia hæctenus inusitatum decerni debet, vt dicitur in Tridentino ibid.

Quare non est satis, si Episcopus in huiusmodi grauioribus, & difficilioribus quæstionibus extra Concilium Prouinciale consulat singillatim, & seorsim Metropolitanam, & Episcopos comprouinciales; iisque auditis decernat ipse per se id, quod melius iudicat: quia Tridentinum non petit solum consilium Metropolitanam, & comprouincialium; sed præcipit expectari illorum sententiam in ipso Concilio Prouinciali; ac proinde decisionem non relinquit solum Episcopo, sed committit Concilio Prouinciali, id est, maiori parti suffragiorum: siquidem id dicitur constitui à toto Concilio, quod constituitur à maiori parte Concilij, cap. Apostolica, dist. 36. cap. Cum inter Canonicos, de elect. & l. Quod maior sit ad municipalem. Et nisi illi, qui habent suffragium, simul, & solenniter in vnum locum conueniant, solum dicentur ferre suffragium, vt singuli; non autem vt vniuersi, vel vt Concilium, & vt Communitas. Alind. §. Refertur. ff. de reg. iur. & cap. In Genesi, de elect. & notat ibi Gloss. verb. Communiter, & Barr. ad l. Omnes populi, num. 18. & 19. ff. de inst. & iur. & apud Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 17.

Quòd si quæras de veritate Reliquiarum, quam certitudinem debeat habere Episcopus, vt illas approbet, & exponat pro cultu publico, & ex qua regula debeant Theologi, & pij Viri, quos ille consulit, dare consilium super huiusmodi approbatione: Respondeo, aliquos Episcopos omnem aliam certitudinem improbare, præter illam, quæ habeatur ex publica fide, & ob signatione Notarij, & omninò requirere, vt Reliquia, præsentè Notario, & testibus, extrahatur, v. g. ex sepulcro Martyris, & intra vasculum ob signetur, & sic ob signata exhibeatur cum fide Notarij ipsi Episcopo, & hic similiter coram Notario, & testibus aperiat vasculum, & per Medicos, aut peritos recognoscat identitatem Reliquiæ, verbi gratia, quòd sit brachium, vel costa, vel tibia, sicut asserabatur à priori Notario. Verùm, quòd hæc diligentia sit planè nimia, & quòd licitè possint approbari, & exponi Reliquiæ sine huiusmodi fide publica, clarè probatur: quia ex Theologis, & Doctoribus, qui ex professò tractant de adoratione Reliquiarum, nullus est, qui requiratur huiusmodi fidem Notarij; sed omnes dicunt sufficere prudens iudicium, quod post adhibitam sufficientem, & moralem diligentiam ad fraudes vitandas vnde cum que tandem formetur: nam, quauis ad cultum publicum sit necessarium prudens iudicium publi-

extra diocesim.

7. Qui tenetur in re aliqua petere consilium alicuius, non propterea tenetur illud sequi.

8. Non potest Episcopus ex se dirimere grauiore questiones, sed debet illas deferre ad Concilium Prouinciale.

9. Id dicitur fieri à toto Concilio, vel à maiori parte.

10. Pro approbandis Reliquiis ad cultum publicum, non est necessaria fides Notarij.

cum, id est, personæ, & potestatis publicæ, qualis est Episcopus, aut Ordinarius; sicut ad cultum priuatum requiritur prudens iudicium priuatum cuiuscunque; & quauis hoc iudicium publicum communiter consignetur Notario, qui illud refert in tabulis publicis, & de illo facit publicam fidem; non tamen est necessarium iudicium publicum, aut publica fides ipsius Notarij quoad ea, quæ antecedunt dictum iudicium Episcopi; neque vllus est ex Doctoribus, qui hoc requirat. Ita Bellarm. tom. 2. lib. 2. de Sanctorum Reliquiis; cap. 4. §. Ad quintum. Suar. tom. 1. de Incarnat. disp. 55. sect. 2. §. Sed quæret aliquis. Valq. tom. 1. in 3. part. disp. 112. cap. 8. n. 30. & lib. 3. de adorat. disp. 3. cap. 8. n. 114. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 43. n. 15. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quest. 7. & 8. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 5. n. 16. Fagundez in primum præceptum Ecclesie lib. 1. cap. 4. n. 6. & 7. Bonac. in præcepta Decal. disp. 3. quest. 1. puncto 4. n. 5. §. Dixi. tom. 2. Philarchus de offic. Sacerd. tom. 1. p. art. 2. lib. 3. cap. 6. in fine. Barbosa de iure ecclesiastico vniuerso, lib. 1. cap. 11. n. 17. & 18.

Certe in 7. Synodo, seu Concilio Nicæno II. art. 7. in fine, ad cultum Reliquiarum nihil aliud requiritur, nisi ut sciantur esse germanæ, & veræ: & qui id scierit, easque abiecerit, dicitur esse deponendus, si fuerit Episcopus, aut Clericus; vel esse priuandus Communione, si fuerit Monachus, aut laicus: & nulla fit mentio de fide Notarij, vt patet ex Summa Conciliorum pag. 376. & Tridentinum sess. 25. in decreto de ueneratione, & adoratione Sanctorum, pro recognoscendis, & approbandis ab Episcopo nouis Reliquiis, non præcipit adhiberi Notarios, eorumque attestaciones, & fides examinari; sed aduocari Theologos, & pios Viros; & de illorum consilio ea fieri, quæ fuerint consentanea pietati, & veritati, hoc est, quæ totam examinari, & definiri ex principiis theologicis, veris, & solidis, de adoratione; ex quibus tamen certissimum est, quod potest sufficere iudicium prudens, & morale, quod res sit digna, quæ adoretur; vt patet ex Doctoribus iam citatis, & clarissimè ex adoratione maximè publica augustissimæ Eucharistiæ, ad quam ineptissimus sit, qui requirat publicam fidem Notarij pro veritate, & publicam attestacionem pro identitate, & qui pro vtraque non satis habeat prudens iudicium.

Et magis in specie pro adoratione Reliquiarum, quod non sit necessaria fides Notarij; sed possit sufficere prudens iudicium, etiam formatum ex sola attestacione vnus Viri religiosi, & fide digni, clarè probatur ex communi vsu omnium Episcoporum, qui pro consecrandis altaribus communiter adhibent eas Reliquias, quas habent vndeunque à fide dignis, easque non dubitant postea posse coli in ipsa Missa, cultu maximè publico. Et pro hoc faciunt etiam priuilegia apostolica concessa Minoribus, & pluribus aliis Religiosis per Alexandrum VI. & nostræ etiam Societatis viue vocis oraculo per Pium V. vt quas Reliquias ab amicis habere possumus, liberè, & licitè possimus mittere extra Urbem pro consecrandis altaribus, vt videre est in Compendio priuilegiorum Minorum, verb. Altare, n. 7. & in nostro Compendio verb. Reliquia.

Et ratio potest esse: quia, si veritas, & identitas Reliquiarum habeatur per vnicum testem omni exceptione maiorem, standum omninò est illi; nec potest in tali casu Reliquiis negari debitus cultus, cum ex Syluestro verb. Consecratio, 2. num. 3. & verb. Testis, num. 5. Panorm. in cap. Proposuiti, num. 6. de consecr. Ecclesie. vel altar. Innocentio, & aliis apud ipsum, communis regula sit, quod, quando non

11. Vnicus testis satis probat, quando non agitur de præiudicio alterius.

agitur de præiudicio alterius, satis probat vnicus testis, & satis habet semiplena probatio: sic enim ex cap. Parnulos. de consecr. dist. 4. si vnus testificetur de Baptismo paruuli subtrahenti à parentibus, standum est omninò illi, neque amplius est dicendum, quod ignoretur, aut dubitetur, vtrum sit baptizatus, & ex Syluestro, & Panorm. ibidem, si vnus testificetur de visu, vel etiam, vt aliqui volunt, de auditu, quod hæc Ecclesia, vel altare sit consecratum; standum similiter est illi, neque amplius est dubitandum de consecratione, cum non agatur de præiudicio alterius. Quia ergo in re præsentis de approbandis, & exponendis Reliquiis similiter non agitur de vllius præiudicio; standum est similiter dicto vnus, neque vterius est dubitandum de illarum veritate, & quod absolute sint dignæ, quæ approbentur, & exponantur.

Et hanc praxim approbandi, & exponendi Reliquias ex dicto solum vnus fide digni, & omni exceptione maioris, & ex certitudine solum morali, sine vlla attestacione, aut fide Notarij, secutus est Perusæ de anno 1622. Eminentissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Boncompagnus, tunc Legatus à latere pro Gregorio XV. & de anno 1607. Illustrissimus, ac Reuerendissimus Ioannes Baptista Alterius, Episcopus Camerinensis, & tunc Visitator apostolicus in Episcopatu Sabinenti pro Urbano VIII. & modò in Vrbe pro Eminentissimo Vicario Vicegerens; & de anno 1638. Illustrissimus, ac Reuerendissimus Archiepiscopus Messanenensis, & alij, vt mihi compertissimum est, vel ex facto meo proprio, quia ego ipse testatus sum de veritate Reliquiarum, & humiliter supplicauit pro approbatione, vel ex certissima relatione alicuius alterius Viri optimi, & fide dignissimi. Et quod plus est, & ab omnibus debet maximi fieri; hanc eandem praxim secutus est Sanctissimus, ac prudentissimus Pontifex Paulus V. qui de anno 1615. sub die 1. Septemb. ad solam supplicatione Octauij Felicis de Terra Montopoli, per Breue apostolicum concessit, vt in Capella ab ipso extructa, in eadem terra, & in Ecclesia S. Mariæ Angelorum, Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia, liberè, & licitè posset recondere, & publicè adorandas exponere plures Reliquias, quas dono habuerat à P. Felice Felicio, nostræ Societatis Presbytero; eiusque germano fratre, si ita videretur Eminentissimo Urbis Vicario; Cardinali Millino; qui tamè paucos post dies ex sola attestacione eiusdem Patris Felicis easdem Reliquias publica fide, & instrumento Notarij approbavit, & publicè exponi, & adorari præcepit, vt postea maxima cum celebritate est factus; & tam ipse Cardinalis Vicarius, quam ipse Sanctissimus Pontifex, Viri verè piissimi, ac prudentissimi facto suo, suoque exemplo alios omnes Episcopos, & Ordinarios docuerunt, quid maximè attendere debeant, & cui debeant maximè fidere in approbandis, & exponendis Reliquiis iuxta præscriptam, ac mentem Concilij Tridentini; id est attendere maximè veritatem Reliquiarum, & maximè fidere attestacioni illius, quem credunt, & sciunt vtrum probum, & pium; & fide dignum.

Et per hæc patet ad rationem initio allatam pro incertitudine Reliquiarum: neque enim est negandum, quod sit res plena periculi, si vulgo, & populo committatur, aut relinquatur iudicium pro adorandis Reliquiis cultu publico; sed hoc periculum maximè tollitur per cap. primum, & secundum de Reliq. & vener. Sanctor. & per decretum Concilij Tridentini, quæ huiusmodi iudicium quoad Sanctos non approbatos referunt soli Papæ, & quoad Sanctos iam approbatos committunt Episcopis, &

12. Praxim approbandi Reliquias communiter est, vt non requiratur fides Notarij.

13. Ex errore, & abusu, qui contigerunt circa Reliquias, quod sit malum, & illicitum illarum cultus.

Prælati

Prælati de consilio Theologorum; & piorum Virorum, vt diximus. Neque ex eo, quod errores, & abusus aliquando contigerunt circa Reliquias, damnum propterea debet illarum cultus ab ipso initio Ecclesie; & ab ipsis Apostolorum temporibus semper receptus, & omnium Conciliorum, & Patrum consensu semper firmatus; sed solum huiusmodi errores, & abusus sunt corrigendi, & cauendi in posterum; vt bene notat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 8. quest. 2. §. Caterum. idque optimè fit per decreta, & Canones iusti citatos: & si Episcopi; & Prælati non desint, quoad hoc, suo muneri, & tam diligentiam adhibeant, quam maximè debent, pè credendum est, quod Deus non permittet amplius errari quoad hunc publicum cultum, vt notat Suar. disp. 55. sect. 2. §. Sed quæret aliquis, & omnes fideles maximè libere, & sine vlla formidine possunt, ac debent illas venerari; neque est opus, vt conditione approbandi sint veræ Reliquiæ. Et ad illius omnia, quæ afferuntur ex Vita S. Martini, & ex SS. Gregorio, & Augustino, & aliis, male Heretici ex illis inferunt, quod cultus Reliquiarum sit inlicitus; eum præsertim id, quod refertur de Monachis falsas Reliquias circumferentibus; nõ ostendat errorem, & abusum, nisi quoad cultum priuatum, vt notat ibidem Azor. non autem quoad cultum publicum, & qui exhibetur ex potestate, & auctoritate publica.

Et ad illud, quod dicitur, easdem Reliquias ostendi, & coli in pluribus locis; communis responsio est; quod solum sint secundum diuersas partes; & per vulgarem, & popularem locutionem à parte sit: cetera denominatio totius, & vtrubi que ceperit dici, quod requiescit secundum aliam, atque aliam sui partem. Ita Bellarm. lib. 2. de Sanctorum Reliq. cap. 4. §. Ad 5. Suar. disp. 55. sect. 2. §. Sed quæret aliquis. cit. in fin. & Azor. cap. 8. quest. 2. cit. ex quo enim ceperunt in Ecclesia transferri Reliquiæ ex vno loco ad alium, de consensu, & licentia Summorum Pontificum, vt supra diximus disp. 15. num. 11. ceperunt etiam diuisiones Reliquiarum, & singularitates, aut loca ceperunt gloriari, quod habent; verbi gratia, caput, aut brachium, vel tibiæ, huius, aut illius Sancti; quia habebant partem capitis, aut brachij, vel tibiæ; vt notat ibi Azor. Atque hoc modo Sanctus Basilius oratione in 40. Martyres, refert, quod in pluribus verbis dicerentur esse Quadraginta Martyres: quia eorum Virginitatem vnaqueque habebat aliquam partem ex Reliquiis Sanctorum quadraginta; & Theodoretus lib. 8. de Martyribus ad Græcos; expresse affirmat, quod Martyrum corpora vix vllibi reperiuntur planè integra, & quæ non sint diuisa in plures partes, & distributa in plura loca; imò ex Sancto Chrysostomo in lib. quod Christus sit homo. corpus ipsum Sancti Petri dicitur esse Constantinopoli; cum tamen ex eodem Sancto Chrysostomo homilia 12. in Epistolam ad Romanos, certissimum sit, quod sit Romæ; lib. 2. de Sanctor. Reliq. cap. 4. cit. in fine, quia Constantinopoli est vna aliqua particula; & ratione illius absolute dicitur; esse ibi, & iacere ipse Sanctus Petrus. Et potest addi ex Suario disp. 55. sect. 2. cit. quod forte plures Sancti fuerunt eiusdem nominis, & successu temporis Reliquiæ vnus fuerunt existimatae esse alterius; & propter nominis ambiguitatem in pluribus locis fuerunt attributæ tantum illi, qui esset maioris nominis, & sanctioris; idque Suarez suspicatur de facto accidisse in capite Sancti Ioannis Baptistæ, quod dicitur esse in pluribus Ecclesiis; sed hunc errorem ait esse,

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

non tam in substantia, quam in conditione rei adoratae; & satis esse, quod certo sciantur esse veræ Reliquiæ alicuius Sancti; & vere dignæ adoratione, quauis credantur esse illius, cuius verè non sunt; negari tamen non potest, quin sit iuperstitio; & ex se grauis, & mortalis, si quis pro veris Reliquiis supponat falsas, & exhibeat cultum, in debentem; vt notat Nauar. cap. 17. num. 169. Tol. lib. 1. cap. 14. num. 14; Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. de superstit. cap. 2. num. 17. & 18. Sayrus lib. 4. Glor. reg. cap. 4. num. 4. Et idem videtur esse, si quis pro Reliquia Sancti maioris supponat Reliquiam Sancti minoris, & pro capillis, verbi gratia, Beatissimæ Virginis supponat capillos alterius Virginis; vel pro osse Sancti Petri Apostoli supponat os alterius Sancti, & non Apostoli: quia enim Reliquiis idem cultus tribuitur, qui est debitus Sanctis, quorum sunt Reliquiæ, & superstitio non potest non esse cultus indebitus, & iuperstitio ex se grauis, si vni Reliquiæ exhibeatur cultus hyperdulæ, aut dubiæ superioris, qui reuera est illi indebitus; & cum a mendacium sit maximè perniciosum, quando fit in iis, quæ pertinent ad religionem, vt habet Sanctus Augustinus lib. contra mendacium, cap. 14. tom. 4. & Sanctus Thomas 2. 2. quest. 93. artic. 1. non potest non esse perniciosum, & graue etiam illud, quod fit circa cultum Reliquiarum, vt diximus, cum Missæ; verbi gratia, aut Officiis; quod Ecclesia instituit, & præscribit pro Sancto Apostolo, aut Martyre, aut Pontifice, faciat dici pro non Apostolo, non Martyre, non Pontifice; & sic illudat Ecclesiasticis, & fallat in re graui Ministros Ecclesie. Posset verò fortasse hoc mendacium censeri minus perniciosum, si quis pro vno Apostolo substitueret alium Apostolum; & pro vno Martyre, aut Pontifice alium Martyrem, aut Pontificem; & pro vno Sancto alicuius certi ordinis, substitueret alium, quem certo sciret verè esse eiusdem ordinis: quia reuera minus illuderetur Ecclesiæ ritibus, & deceptio solum esset, quoad individualitatem, & condiciones individuales personæ adorandæ; non autem quoad dignitatem, & sanctitatem, vel quoad meritum, & modum adorationis; sed etiam in hoc casu certissimum est, quod sit illicitum. Neque potest satis excusari per hoc, quod nomina sint ad placitum, & possint pro arbitratu imponi; quomodo etiam is, qui S. Felici ad martyrium eunti se se adiunxit; & simul cum illo est securi percussus, appellatus fuit Adauctus, vt patet ex Romano Martyrologio die 30. Augusti, & quatuor alij fratres pro Christo occisi sub die 8. Nouembri, quantum eorum nomina fuerunt ignota, appellati fuerunt Sancti quatuor Coronati, eaque appellacionem retinuerunt etiam postea, quando eorum nomina diuinitus innotuerunt. Contra enim est, quia non pertinet ad vnanquemque imponere nomina rebus, aut personis; sed solum ad eos, qui ad id habent potestatem, qualis esset in re præsentis, verbi gratia, Pontifex, aut Episcopus; & hi quoque debent cauere à mendacio, & à deceptione; neque possunt hanc Reliquiam, verbi gratia, cuius nomen ignorant, appellare S. Petrum Apostolum, aut Sanctum Laurentium Martyrem, vel Sanctum Franciscum Confessorem, quæ essent manifesta mendacia, & pessimæ deceptiones fidelium; sed solum possunt nomine aliquo appellatio appellare Sanctum Felicem, S. Fortunatum, S. Deodatum, S. Theophilum, aut Dei amicum; & hoc modo certissimi sunt, quod neque mentiuntur, neque decipiunt,

15. Supponere falsas Reliquias pro veris, est iuperstitio, & peccatum mortale.

16. Quomodo dicitur Reliquias esse in pluribus locis.

cum

cum omnes Sancti sint verè felices, & verè fortuna- ti, & Deodati, & Theophili, vel Dei amici, &c. & solum in eo ordine debent talem Sanctum reponere, in quo sciant eum esse, neque possunt, aut debent, v.g. præcipere, quod colatur vt Martyr, vel vt Pontifex, si ignorant, quod sit Martyr, aut Pontifex: & si forte imponunt nomen, quod sit commune alicui alteri Sancto eiusdem ordinis, debent simul apponere, vel adiungere signum aliquod distinctiuum, quod nomen illud commune appropriet huic determinate, & tollat occasionem erroris, & accipien- di vnum Sanctum pro alio, vel occasionem confu- sionis, aut perplexitatis, & ignorandi, qui verè sit vnusquisque illorum. Et quantum secundum Iura, vnique sit licita mutatio proprii nominis, cognomi- nis, aut prænominis, quando non est in fraudem alicuius, L. vnica. C. de mutat. nomin. non tamen est licita mutatio nominis alterius, & vtique punitur pena falsi, si fiat in fraudem, & cum deceptione al- terius; L. Falsi nominis. ff. de falsis. & talis omnino est, si vnus Sanctus appelletur nomine alterius, vt falsò reputetur esse ille.

DISPUTATIO XVII.

Quid sit oratio, & cuius potentia, & vir- tutis sit actus,

- 1. Tractatio de oratione pertinet ad primum præcep- tum Decalogi.
2. Secundum aliquos, omnis bona operatio, & omnis motus in Deum est oratio communissimè, aut communiter sumpta.
3. Sola petitio à Deo est oratio propriè dicta.
4. Non datur oratio purè vocalis, seu datur purè mentalis.
5. Oratio est actus intellectus practici.
6. Quomodo oratio diuidatur in bonam, & malam.
7. Oratio propriè accepta non est nisi bona.
8. Oratio, & petitio rei malà à Deo, semper est pec- catum mortale.
9. Petitio rei indifferentis, sine appositione finis boni, semper est mala.
10. Rectè describitur, quid sit petitio decentiam à Deo.
11. Verùm Demones possunt orare.
12. Quomodo decreta Dei de concedendis, aut negan- dis his, vel illis, non reddant supernacaneam, & inutilem orationem.
13. Scientia Dei de nostris indigentia non tollit neces- sitatem, & utilitatem orationis.
14. Quare Deus ex parte nostra requirat petitiones, & orationes; non autem sit contentus solis desi- deriis.
15. Quomodo oratio sit actus religionis.
16. Quomodo oratio sit traditio, & vnio sui cum Deo.
17. Non est actus fidei, spei, & charitatis; quan- tis non sit sine illis.
18. Neque aliarum virtutum, quæ illam assumunt tanquam medium ad suos fines.

PRIMUM præceptum Decalogi præter Dei adorationem, etiam præcipit oratio- nem, vt supra diximus in isto libri ex Azor. part. 1. lib. 8. cap. 1. quest. 1. nam, sicut verbum il- lud: Ego sum Dominus Deus. Deum nobis pro- ponit, vt absolute dominum, & Principem vni- uersalem, & supremum respectu omnium creatura-

rum, & idè dignissimum supremo cultu, & ado- ratione latriæ; ita & verbum aliud, vnus, cum pro- ponit, vt nostrum, & totum, quantum quantum est, in bonum nostrum, & vt maximum, & profundissi- mum largitorem bonorum omnium, tam in hac vita, quam in futura; & idè dignissimum, quem inuocemus, & oremus in omnibus indigentis nos- tris, & hac de causa post explicatam adorationem agendum est nobis pro hoc ipso præcepto etiam de oratione.

Non autem sumimus hoc loco vocabulum orationis, pro vt sumitur à Grammaticis, & signifi- cat sermonem quencunque loquentium, & secun- dum etymologiam vocabuli dicitur oratio, quasi oris ratio, vt est apud Sanctum Hieronymum epi- stola 139. ad Cyprianum, & apud Sanctum Tho- mam 2. 2. quest. 83. art. 1. ex Cassiodoro in Psal- mum 38. non longè à fine, & in 4. sentent. dist. 15. quest. 4. art. 1. quest. iunc. 1. & apud Suarez. tom. 2. de re- lig. lib. 1. de oratione in communi, cap. 1. num. 1. In quantum, scilicet, internus aliquis actus rationis ore exprimitur; siue ille sit compositio, & diuisio, quæ dicitur enunciatio, vel oratio enunciatua; siue sit illatio vnus ex alio, quæ dicitur discursus, vel oratio discursua: quo etiam modo Sanctus Isi- dorus lib. 10. etymol. cap. 4. & 14. ait, quod ora- re, idem est, quod dicere. Et hac ratione sermo- nes Rhetorum, quia toti sunt, vt verbis, aptis, & voce expriment eas rationes, quas mente excogi- tant ad aliquod persuadendum, absolute, & quasi antonomastice dicuntur orationes, & ipsi Rhetor- es dicuntur Oratores, vt notat S. Thomas in 4. dist. 15. quest. 4. art. 1. quest. iunc. 1. cit.

Sed sumimus vocabulum orationis, pro vt com- munitè accipitur in sacris Litteris, pro Dei inuo- catione ad aliquid, vel pro illius aduocatione, & obsecratione, qua aliquid ab illo petimus; & hæc etiam acceptio deriuatur aliquo modo à priori, vt subdit Sanctus Thomas ibidem: siquidem eadem orationes Rhetorum, quando sunt in genere iudi- ciali, nihil sunt aliud, nisi implorationes, & ad- uocationes auxilij iudicis, vt dicat, & administret ius, & iustitiam; & hinc factum est, vt etiam im- plorationes, & aduocationes auxilij Dei dici potuerint orationes, quando essent oris rationes, & ore expressæ; vel etiam quando essent intra men- tem, & in eo statu, vt possent exprimi ore, & vo- ce.

Sumendo autem hoc modo vocabulum oratio- nis pro Dei inuocatione, non potest habere locum in hac tractatione diuisio illa trimembris, cuius meminit Sanctus Bonauentura in 4. dist. 15. art. 1. quest. 4. & Sanctus Anthoninus part. 4. tit. 5. cap. 8. §. 1. & Richard in 4. dist. 15. art. 4. quest. 2. & Nauar. de oration. cap. 1. præliud. 5. Secundum quam dicitur oratio alia esse communissimè sum- pta, qualis est omnis bona operatio, de qua dicitur Luc. 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. & 1. ad Theffalonicen. cap. 5. Sine intermissione ora- te. vt etiam notat ibi Glossa; & alia dicitur esse sumpta communiter, qualis est omnis interior mo- tus in Deum, quomodo ex Sancto Damasceno lib. 3. de fide, cap. 24. & ex Sancto Augustino Serm. 230. de tempore, & lib. de spiritu, & anima, cap. 50. tom. 3. definitur, quod sit ascensus mentis in Deum: Et denique dicitur alia esse sumpta propriissimè pro ipso actu petendi, & obsecrandi: quomodo ex S. August. Serm. 5. de verb. Dom. tom. 10. oratio in vniuersum dicitur esse quedam petitio; & ex S. Damasceno loco citato, describitur, quod sit petitio decentiam à Deo: vt enim notat Suarez cap. 1.

2. Secundum aliquos, om- nis bona ope- ratio, & om- nis motus in Deum est oratio communissimè, aut communiter sumpta.

cap. 1. citato, num. 3. prima acceptio pro omni bona operatione non habet fundamentum, neque in verbis Christi; neque in verbis S. Pauli, aut al- terius loci Scripturæ; & quod dicitur, Oportet semper orare, & nunquam deficere; & Orate sine intermissione; satis intelligitur pro temporibus congruis, & opportunis; vel etiam, quia est oran- dum cum magna applicatione, & sapienti: quo etiam modo communi sermone dicitur aliquis sem- per facere id, quod facit frequenter, & cum affectu, vt, verbi gratia, semper studet, semper scribit, sem- per ludit, semper loquitur. Et secunda acceptio pro omni motu in Deum, latius patet, quam oratio, cum etiam dilectio, & contritio, & fides, & spes sint motus in Deum; nec tamen sint oratio, etiam sum- pta communiter; & apud Sanctum Paulum ad Philippenses 4. & 1. ad Timoth. 2. oratio, obsecratio, postulatio, & petitio aperte distinguuntur à gratia- rum actione; quod tamen non esset, si omnis ascensus in Deum esset oratio communiter sumpta, cum reuera etiam gratiarum actio sit talis ascensus, & prædicatum commune, & superius, verbigratia, genus non bene ponatur, vt contradistinctum à minus communi, & ab inferiore, verbi gratia, à specie, quæ sub illo continetur, vt tradunt com- munitè Dialectici, quando agunt de legibus bonæ diuisionis.

3. Sola petitio à Deo est oratio propriè dicta.

4. Non datur oratio purè vocalis, seu datur purè mentalis.

Debet ergo oratio, pro vt de illa hic agimus, solum accipi tertio modo, id est, pro actu ipso peten- di alicui à Deo, eumque inuocandi. Et rectè di- uiditur in orationem mentalem, quæ consumma- tur solo actu interiori; & in orationem vocalem, quæ præterea sit voce, & ore, & habet pro forma, & quasi anima ipsum actum internum, sine quo locu- tio purè externa, nec oratio quidem est, nec actus humanus, aut moralis; sed potest esse etiam in amentibus, & dormientibus, imò & in brutis, quæ imitantur voces humanas, verbi gratia, in psittacis. Vnde, quod habet Nau. de oratione, cap. 1. n. 28. tripli- cem esse orationem in vniuersam, id est, mentalem tantum; vocalem, seu verbalem tantum; & mistam ex vtraque; minus bene videtur dictum, vt notat Suarez. tom. 2. de relig. in præmio libri 1. de oratione, pag. 2. cum aperte sit contra leges bonæ diuisionis; & oratio purè vocalis, aut purè verbalis non sit ora- tio, & non contineatur sub diuisio, vt diximus, nisi forte æquiuocè, quomodo etiam animal pictum potest dici, quod continetur sub animali: sicut tamen, secundum omnes, mala esset diuisio, si quis hoc modo diceret, quod animal aliud est ratio- nale, & aliud irrationale, & aliud pictum: ita & mala est diuisio, si quis dicat, quod oratio alia est solum mentalis; & alia simul mentalis, & vocalis; & alia solum vocalis.

Per hoc verò, quod oratio sit petitio, omnino importatur, quod sit alicuius, & ab aliquo, & de re aliqua, cum impossibile sit, vt sit petitio, nisi sit, qui petat, & à quo petat, & quod petat. Et idè ex parte petentis requiritur, vt cognoscat, se indigere re aliqua conueniente, & bona, eamque non solum posse sibi suppleri ab eo, à quo petit, sed etiam probabile esse, quod sit de facto supplenda, saltem sub conditione, si ipse petat; & præterea vt velit, & cupiat rem illam habere ab illo ipso, etim- que velit inducere, aut mouere, in quantum potest, vt actualiter suppleat, eamque tribuat, & in hac expressione huiusmodi indigentia, & in inuua- tione, vel representatione desiderij, vt ille actuali- ter suppleat, consistit formaliter petitio, & oratio, vt fuse explicat Suarez. lib. 1. cit. cap. 3.

Aque hinc fit, vt verè, & propriè sit actus po-

tentia intellectua vt vult S. Thomas 2. 2. quest. 83. art. 1. & in 4. sent. dist. 15. quest. 4. art. 1. quest. iunc. 1. non quidem speculatiua, cuius finis est ve- ritas; sed practica, cuius finis est opus, 3. de anima, text. 49. siquidem petitio ad hoc dirigitur, vt dispo- natur is, a quo petitur, & moueatur, in quantum potest per huiusmodi representationem, & expres- sionem indigentia, & desiderij, vt illam suppleat. Et quemadmodum imperium est actus intellectus practici, quia per se dirigitur ad causandam rem im- peratam, inducendo perfectam necessitatem, & obligationem ex potestate, quam habet imperans supra personam, aut potentiam, cui est imperans: ita & petitio, aut oratio est actus eiusdem intelle- ctus practici, quia similiter per se dirigitur ad cau- sandam rem petitam disponendo ad illam, & indu- cendo personam, à qua petitur per representationem, & inuuaationem iam dictam, vt bene explicat S. Thomas loco citato. Et hinc etiam fit, vt impe- rium non sit nisi ex potestate inducendi necessita- tem, & obligandi; & per consequens non nisi ad effectum perfectè subditum potestati imperantis, & ad personam, aut potentiam perfectè subditam: pe- titio verò, & oratio non sit ex potestate; sed ex indi- gentia, & desiderio; & tam possit esse ad personam superiorem, quam ad æqualem, si etiam hæc possit suppleere indigentiam, & desiderium petentis im- plere, vt subdit S. Thomas ibidem. Vnde hoc maxi- mè differunt imperium, & oratio, vt idem habet in 4. dist. 5. cit. quod imperium solum est ad inferio- rem: oratio verò, & petitio ad superiorem, quæ propriè dicitur oratio, aut deprecatio; vel etiam ad æqualem, quæ generaliter appellatur solum petitio.

Et si loquamur hoc modo de oratione latissimè accepta, pro vt est quæcunque petitio facta Deo, vel quæcunque inuocatio Dei, diuidunt illam ali- qui cum Nau. tract. de orat. cap. 1. num. 18. & 19. in bonam, & malam; & quod oratio facta ad Deum aliquando sit mala, probant ex Psalmo 108. Oratio eius fiat in peccatum. id est, oratio Iudæ, quæ idè dicitur fuisse illi in peccatum, vt exponit ibi Euthy- mius, quia orauit pro re mala, id est, pro extermina- tione Christiani nominis. Et non est dubium, quod etiam oratio cuiuscunque aliterius est illi in pecca- tum, si forte oret, quem non debet, verbi gratia, falsum Deum, aut Diabolum, vel oret pro re non bona; & quæ Deo displiceat, vt, v.g. pro expletione suæ concupiscentiæ, aut vindictæ; vel si oret non per Christum mediatorem; sed per sua merita, quæ su- perbè de se præsumit; vel etiam oret sine debita spe, & fide impetrandi, & sine aliis, quæ debent comi- tati orationem bonam, vt notat Bellarm. in Psal. cit. 108. vers. 6. & idem facit etiam S. Augustinus in eundem Psalmum, vbi asserit, orationem Iudæ, quam à Christo didicerat vnà cum aliis condiscip-ulis: Dimitte nobis debita nostra, fuisse illi in pec- catum; quia non fuit per Christum, quem voluit persequi, & non sequi, neque fuit cum spe miseri- cordiæ, sed cum desperatione, ex qua laqueo collum ligauit, & se suspendit. Et idem admittit etiam S. Thomas 2. 2. quest. 83. art. 15. ad 2. vbi ait, per orationem aliquando, amitti meritum, vt, si quis, verbi gratia, petat à Deo complementum alicuius peccati; & clarius in 4. dist. 15. quest. 4. art. 11. qua- st. iunc. 2. vbi ait, orationem ex propria ratione gene- rica, & in quantum est petitio, non dicere actum virtutis; sed esse quid indifferens ad bonam, & ma- lam; & si quis à Deo petat indecentia, orare qui- dem; sed carnaliter, & malè; & art. 7. quest. iunc. 3. inter ea, quæ impediunt impetrationem in ora- tione.

Oratio est actus intel- lectus pra- ctici.

Quomodo datur in bo- nam, & ma- lam.

tionem, ponit primo loco ex parte orantis, si orat in debite.

Dixi autem, diuidi orationem in bonam, & malam, si sumatur latissime pro petitione quacunque; quae fiat Deo: quia reuera non omnis orationis nobis intelligitur quacunque petitiō facta Deo; sed illa; quae sit actus religionis; & laetitia; & quae exhibeat Deo debitum cultu, & reuerentiam; & fundatur ad Deum, ut Deus est: quō tamē modo nō funditur illa; quae est de re mala, cum solum funditur, in quantum Deus falsō apprehenditur, ut dator; aut promotor malorum; non autem ut verē Deus; & odio habens omnium rem malam, ut bene notat Suar. lib. 1. de oratione, cap. 2. n. 4. & cap. 2. n. 4. Atque hoc modo S. Augustinus in illud Psalmi 87. Omnia innocantibus, aperte asserit, quōd non omnes, qui Deum invocant, Deum invocant: siquidem qui invocant Deum, v. g. pro pecunia; aut pro dignitate; pecuniam ipsam; & dignitatem invocant, eamque volunt ad se venire; non autem Deum, de quo aliqui non curant. Et Caiet. 2. 2. q. 83. art. 4. de his orationibus; quae sunt inordinatae; & petunt, v. g. a Deo pecuniam, aut sanctitatem, non ordinando eam ad finem ultimum, nec eligendo; aut cogitando, utrum ad illam sit expediens, an non; asserit, quōd non merentur simplicitate orationes; cum non sint simpliciter actus religionis, neque attineant ad finem illius; & de his, quae praeterca sunt inordinatae; & petunt, v. g. vindictam, aut aliud malum, quod contrariē sit oppositum fini ultimo; praeterca asserit, quōd non modo nō sunt orationes, sed sunt execrationes, id est, imprecationes sibi ipsi factae; diuinā vindictae: sic enim sine dubio accideret, si quis Principi preces porrigeret super aliquo, quod illi manifeste cederet in praedictum vitam; aut honoris; & in quibus haec ipsa intentio nocendi Principi; diserte exprimeretur: verē enim preces illae, neque etiam nomine essent preces, sed maxima; & certissima imprecatio; severissima; punitionis; ab ipso Principe.

8. Oratio, & petitio rei mala à Deo, saepe est peccatum mortale. Et ex hoc capite recte notat Suar. lib. 1. de oratione, sect. 23. n. 4. quōd non modo peccat mortaliter, qui petit à Deo rem malam mortaliter; cumque facit autorem, aut cooperatorem mali mortalis; sed etiam ille, qui petit rem malam solum venialiter; quia etiam haec est maxima, & grauiissima iniuria, quae fit Deo; & summae bonitati, ut aduocetur in auxilium; & cooperationem rei mala; etiam leuissima; sicut & communiter dicitur in materia de periurio; quōd semper sit peccatum mortale, quando Deus aduocatur in testem mendacij, etiam leuissimi, cum similitur etiam haec semper, & necessariō sit iniuria maxima, & grauiissima, quae illi fit; in quantum est prima veritas. Vnde, quemadmodum in periurio non datur materia leuitas; etiam si derur in mendacio, super quo est periurium; ita nec datur in oratione, seu petitione rei mala; etiam si derur in ipsa re mala, de qua est oratio, & petitio.

9. Petitio rei indifferens, seu oppositio rei boni, si semper est mala. Quod verò subdit ibidem Suar. n. 5. orationem, & petitionem rei indifferens, cui politiae non adiungatur circumstantia alicuius boni finis, esse quidem peccaminosam, & malam, & omnino indecentem; quae fiat Deo; non tamen videri malam mortaliter; quia, si sit, qui ludit, verbi gratia, nihil cogitans nisi ludium acceptum materialiter, quomodo est quid indifferens, orat Deum pro lucro, & pro victoria, similitur nihil cogitans, nisi de lucro, & de victoria accepta materialiter, quomodo etiam ipsa est quid indifferens; reuera non vocat Deum in auxilium rei mala; neque illum facit autorem, aut cooperatorem mali; sed solum vocat in auxi-

lium rei indifferens, quae absolute est ex se, potest esse bona; & bene fieri, hoc est, non videtur dici coherere ad superiora, nisi in sententia illorum, qui putant posse dari actum indifferens in individuo; quoniam tamen sententiam ibid. Suar. ait esse minus probabilem: si enim desiderium laeti accepti solum materialiter in ludo, & sine ulla appositione finis boni, & debiti possit apponi à natura rationali, vere & realiter est peccatum veniale; & caret bonitate debita, saltem ex fine, ut concedit Suarius, si Deus per orationem vocetur in auxilium pro impletione talis desiderij, omnino vocatur in auxilium pro impletione peccati venialis; & per consequens sit grauis iniuria illius bonitati, sicut & feret, si vocetur pro impletione alicuius desiderij, aut leuis interperantia circa cibum, & potum; Et in hac re parum refert, vnde habeatur malitia in eo actu; ad cuius consummationem, & impletionem vocatur Deus; & vtrum habeatur ex obiecto, an verò ex circumstantia mali finis apposti, aut ex non positua appositione finis boni, alicui debiti.

10. Re de se, dicitur, quod si petitis decem à Deo, non reddant superuacua, & inutilia. Atque hanc ob causam, quia oratio non est nisi bona; omnes communiter admittunt pro explicanda natura orationis proprie dictae; & descriptionem illam Sancti Damasceni lib. 3. de fide, & ap. 24. quod sit petitio decentiua à Deo, ut patet ex Sancto Thoma 2. 2. quae. 83. art. 1. in fine corp. & in 4. dist. 1. quae. 4. art. 1. quae. 1. in fine corp. vbi ait, quod talis descriptio verissimè declarat essentiam orationis, Alen. 4. part. 9. 26. memb. 2. art. 1. Suar. lib. 1. de oratione, 2. 2. n. 1. & alii apud ipsum. Et per illam particulam, decentiua, non modo intelliguntur ea, quae decent ipsam orationem, aut petentem, & quae sunt illi bona simpliciter in ordine ad finem ultimum; sed etiam illa, quae decent ipsum Deum, & decent ab ipso petuntur, quoad circumstantias, tam internas, quam externas; modi, loci, & temporis, &c. ut notat Suar. 2. 2. n. 5. vbi etiam addit, male per Nauar. 2. 2. de oratione, n. 29. & 29. reprehendi Abulensē in cap. 6. Matib. quae. 27. ed quod dixerit, Demones de facto nunquam orare; sed posse orare: cum tamen debuerit dicere, quod de facto nec bene orant, nec possunt bene orare; sed absolute quod possunt male orare, & de facto male orant. Et contra ait Suarius, melius dici, quod Demones neque orant Deum, neque possunt orare, non solum quia non possunt sibi, vel aliis desiderare decentia ad finem ultimum, neque intendunt Deum colere, & agnoscere, ut datorem honorum; sed etiam quia si possent desiderare, adhuc non possent illa sperare, ut obtinenda à Deo per suas preces; & per consequens neque possent petere, cum ad petendum necessariō praequiratur actus aliquis desiderij de re, quae petitur, & aliqua spes, quod sit obtinenda per petitionem; ut supra diximus n. 4. Si tamen loquamur de petitione, & oratione accepta latius pro expressione, & insinuatione cuiuscunque desiderij, & ad quencunque finem, & ex quacunque intentione, non videtur negandum, quod etiam Diabolus possit aliquid petere à Deo: sic enim petit, ut tentaret Iob; & in particulari iudicio vnus cuiusque, tanquam accusator, dicitur petere punitionem cuiusque; & Matth. 8. Demones rogarunt Christum: Si eiicit nos hinc, mitte nos in porcos. & ex communi sententia sic dicit Azor part. 1. lib. 9. cap. 29. quae. 10. Et quod ait Nauar. eum de facto male orare, si intelligat, quod orat mala, & quod possit illa orare, sicut orant peccatores, quibus oratio fit in peccatum, ut supra diximus: contra est; quia Demones non possunt Deum apprehendere,

10. Re de se, dicitur, quod si petitis decem à Deo, non reddant superuacua, & inutilia. 11. Vtrum Demones possint orare.

apprehendere, ut datorem, & promotorem, vel cooperatorem malorum, sicut per errorem, & per euerionem mentis eum apprehendunt peccatores; & ideo nec possunt ab illo sperare, & per consequens neque petere huiusmodi dationem, aut promotionem, vel cooperationem ad rem malam, & absolute ipsam rem malam.

Posito verò, quod oratio strictè accepta non sit mala, certissimum praeterca est, quod non sit superuacua, & inutilis, ut voluerunt plures Hæretici, apud S. Thomam 2. 2. quae. 83. art. 2. & apud Suar. lib. 1. de oratione, cap. 6. num. 2. & seqq. sed maxime conueniens, & maxime utilis, idque est de fide, ut idem subdit num. 9. cum in Scriptura sapientissimè commendetur, & omnes ferè Psalmi vix aliud contineant, aut repetant tam frequenter, quam orationes, & Christus ipse sapientissimè orauit, & pernoctauit in orationibus; & in vltima cena, & in hortu, & in Cruce, non nisi orando vitam finiuit; & Matth. 6. omnes fideles orare docuit: & cap. 7. & 26. & Luca 18. sapius monuit de orationis vtilitate, & necessitate: Petite, & accipietis. Orate, ut non intratis in temptationem. Oportet semper orare, &c. & tam veteres Patres in veteri lege, quam Apostoli, & omnes fideles toti semper fuerunt in Deo orato, vt ex se patet. Et quoniam Deus, quicquid facit in tempore, decreuerit ab aeterno; & totum id, quod decreuit, infallibiliter sit futurum, siue nos illud petamus, siue non; & quicquid non decreuit, simili ratione infallibiliter non sit futurum; non tamen hinc tollitur conuenientia, & vtilitas orationis, cum etiam ab aeterno decreuerit quam plurima facere mediis orationibus; & non aliter: si quid decreuit quam plurima facere mediis causis secundis etiam liberis, & contingentibus; & non aliter. Atque hoc modo in sacris Litteris sapienter dicitur fecisse Deus, aut concessisse aliqua intuitu orationis: quia, nimirum, non decreuerat facere, aut concedere nisi media oratione, vt, verbi gratia, Isaia 38. vitam produxisset ad quindecim annos Regi Ezechiae: Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: ecce ego adiciam super dies tuos quindecim annos, &c. & 3. Reg. 17. ad vitam reduxisset, orante Elia, filium viduae: Et exaudivit Dominus vocem Eliae, & reuersa est anima pueri intra eum; & reuocavit. & Iona 3. percussit Niniuitis: Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & miserus est super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. & clarius in lege noua hoc idem habetur Matth. 17. Hoc genus Demorum non eiicitur, nisi in oratione, & in ieiunio. & in Epist. S. Iacobi, cap. 4. Concupiscitis, & non habetis; propterea quod non postulatis: petitis, & non accipitis; id quod male petatis, & cap. 5. Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiae, & orent super eum: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum Dominus. & Orate pro inuicem, ut saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua. & cap. 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus asfuerit, & non improperat, & dabitur ei. Et hoc modo etiam S. Augustinus Serm. 1. de S. Stephano, tom. 10. asserit, quod conuersio S. Pauli fuit ex precibus S. Stephani; & quod si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet, in quantum, scilicet, ab ipsa aeternitate decreuit quidem Deus conuerrere Paulum, sed non absque precibus Sancti Stephani, vt loquitur Azorius part. 1. lib. 9. cap. 24. quae. 1. §. Obiicit. Et ratio est: quia non solum in rebus physicis; sed etiam in moralibus non facit Deus se solo id, quod potest commode facere per causas secundas; sed semper re-

quirit earum cooperationem, in quantum potest. Atque hoc modo ad iustificacionem adulti dat quidem ipse solus initium fidei, & primas cogitationes non petentibus, imò nec cogitantibus; non tamen infundit gratiam, nisi contententibus; & cooperantibus; & donum perueuerantiae, & vltiora auxilia non dat nisi desiderantibus, & petentibus; & vt habet S. Augustinus de dono perueuerantiae, cap. 16. in 10. tom. 7. quoniam Deus aliqua praeparet danda non orantibus, vt, verbi gratia, initium fidei; aliqua tamen non praeparet danda, nisi orantibus, vt, verbi gratia, donum perueuerantiae; & pro his non modo oratio non est superuacua, & inutilis; sed est maxime utilis, & contentanea, vt ex se patet.

Et quoniam ex eo, quod Deus optimè norit indigentias nostras, & paratissimus sit ad eas supplendas, tanquam optimus, & potentissimus, atque amantissimus parens; tollatur in nobis inordinata, & nimia sollicitudo de rebus terrenis, vt patet Matth. 6. Ne solliciti sitis anima vestra, quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini, &c. scis enim Pater vester caelestis, quia bis omnibus indigetis, non tamen propterea debet tolli oratio, cum haec non ideo adhibeatur, vt nostrae indigentiae Deo manifestentur; sed vt ponatur ex parte nostra id, quod Deus requirit, vt eas suppleat, vt bene explicat Sanctus Thomas 2. 2. quae. 83. art. 2. & Azor part. 1. lib. 9. cap. 24. quae. 1. §. Alij verò. Vnde & S. Paulus ad Philippenses 4. simul prohibet sollicitudinem, & praecipit orationem: Nihil solliciti sitis; sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione positiones vestrae immanescant apud Deum. in quantum, scilicet, sine nostra sollicitudine per solam innotescantiam, & representationem nostrarum orationum, & petitionum, possumus omnia obtinere à Deo, si praesertim illam candidam gratiarum actionem, & gratitudinem, quae ad impetrandum multum addit efficacitatis, & noua beneficia eo ipso prouocat, quod antiqua rememorat, vt etiam bene explicat S. Thomas 2. 2. quae. 83. art. 17. vbi agit de partibus orationis, quae sunt obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones. Et quoniam in oratione plures actus virtutum, & plures honestates exercentur, quam in solo desiderio, vt Deus nobis bona conferat non rogatus, vt, verbi gratia, fides, qua profitemur nos credere, quod Deus sit primus author, & dator bonorum, & quod sit verax in seruandis promissis; cultus, & subiectio, quam illi exhibemus pro nostris indigentibus; spes, & fiducia, quam habemus in ipsius bonitate, & in Christi mediatoris efficacitate; reuerentia, cum qua habemus colloquia ad summum, & omnipotentissimum Dominum, &c. hinc est, vt Deus ex parte nostra requirat specialiter orationes, & ab aeterno decreuerit solum sub illis plura bona conferre; non autem sit contentus solis desideriis, aut aliis huiusmodi actibus, vt notat Suar. lib. 1. de oratione, cap. 6. cit. num. 13. Et quoniam inter homines maioris sit liberalitatis dare aliquid non petenti, quam dare petenti: siquidem nihil emittit carius, quam quod precibus emittit, vt habet Seneca lib. 2. de beneficiis, cap. 1. versus finem; id tamen non sic contingit vniversaliter respectu Dei, qui ex hoc ipso, quod in homines est liberalissimus, multa tribuit non petentibus, & multa non tribuit, nisi petentibus: quia sic illis cedit in maius bonum, vt notat S. Thomas 2. 2. quae. 83. art. 2. ad 3. vt, nimirum, fiduciam accipiant recurrenti ad Deum, cumque agnoscant, vt autorem, & largitorem bonorum; & hoc ipsum maxime nobis cedit in maiorem felicitatem, & gloriam;

13. Scientia Dei de nostris indigentibus, non tollit necessitatem, & vtilitatem orationis.

14. Quare Deus ex parte nostra requirat petitiones, & orationes, non autem sit contentus solis desideriis.

gloriam, vt possimus cum Deo, & Christo miscere colloquia; & quicquid volumus, possimus optare; & quicquid cupimus postulare, vt idem subdit ex S. Chryso. lib. 2. de orando Deum, sub inu. Et propter hæc ipsa commoda, & utilitates spirituales, rectè dicit Gabriel in Canonem Missæ, lect. 31. & apud Suar. lib. 1. de oratione, cap. 7. n. 2. in fine, quod inter cætera hoc est discriminis inter orationem, aut petitionem, quæ fit Deo; & illam, quæ fit homini, quod hæc maximè tendat ad disponendum ipsum hominem, ad quem dirigitur, vt scilicet, velit concedere id; quod petitur; illa verò maximè tendat ad disponendum ipsum petentem, vt benè se habeat ad recipiendum à Deo id, quod petit, vt certè benè se habet per actus virtutum, quos iam retulimus, vt etiam notat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 24. qu. 1. cit. qui etiam cap. 25. quæst. 4. ex hoc eodem capite rectè explicat, quare communiter, quando intendimus aliquid à Deo petere, & impetrare per orationem, recitamus Psalmos, aut Hymnos, qui reuera nihil faciunt ad rem illam, quam petimus; & non possunt dici esse oratio, aut petitio illius: idè enim hæc recitamus, vt notat Azor. quia potest, ac solet per illa excitari in nobis bonus aliquis affectus, vel amoris in Deum; vel gratitudinis, & pietatis; vel propriæ humilitatis, & infirmitatis, &c. eoque affectu reddimur magis dispositi ad impetrandam rem illam, quam Deus videt à nobis optari, & peti, etiam si ea, quæ recitamus, non continent signanter petitionem illius.

15. Quomodo oratio sit actus religionis.

Atque ex his rectè intelligitur, quomodo oratio ex propria, & intrinseca ratione sit actus religionis, vt probat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 83. cit. art. 3. & 15. in corp. & in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 1. quæstionum. 2. & art. 5. quæstionum. 1. ad 2. Caiet. 2. 2. qu. 83. art. 3. cit. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 29. quæst. 4. Suar. lib. 1. de orat. cap. 7. & apud illum omnes communiter: cum enim ex ratione generica, quæ ponitur in eius descriptione paulò ante allata ex Sancto Damasceno, & in quantum dicitur esse petitio, certum sit, quod non importet rationem virtutis; sed solum exprimat actum potentie, qui ex se est indifferens ad bonum, & malum; & in quantum additur in eadem descriptione, quod sit petitio decentium, neque etiam constituatur in ratione virtutis; siquidem petitio decentium potest esse etiam ab homine; quæ tamen communiter non appellatur oratio, propterea de illa hic loquimur; primò, & maximè dici debet constitui in ratione virtutis per illud tertium, quod sit petitio à Deo; & illo verè includitur propria honestas religionis; siquidem includitur, quod is, qui orat, Deum agnoscat, tanquam superiorem, & se se subiiciat, & reuerentiam illi exhibeat, & orando profiteatur, se illo indigere, tanquam auctore, & largitore bonorum; quæ omnia propriissimè pertinent ad cultum Dei, & sunt formaliter cultus aliquis actualis, & per consequens verè pertinent ad virtutem religionis. Neque obstat, inquit Sanctus Thomas in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 1. quæstionum. 2. cit. & 2. 2. quæst. 83. art. 3. ad 1. quod religio sit in voluntate, & oratio sit actus potentie intellectiue, vt supra diximus num. 5. quia voluntas per suos habitus, & virtutes, & per proprios illorum actus mouet omnes alias potentias; illque vitur, propterea opus est, ad proprium finem cuiusque, & ad proprium finem iustitiæ, verbi gratia; & vt reddat, & seruet vnicuique ius suum, cohibet actum concupiscibilis, ne mœchetur; & actum irascibilis, ne occidat; & eadem ratione ad finem religionis mouet rationem, & potentiam intellectiuam ad actum orandi, & Deo exhibet per orationem debi-

tum cultum, ac reuerentiam, illque dicitur esse actus religionis, in quantum existit ex illius affectu, & primò participat de illius honestate; sicut & genuflexio, vel progressio, aut itio ad Ecclesiam, & quicunque alius actus potentie exterioris, si fiat ex formalis intentione Deum colendi. Et de hoc actu verissimum est id, quod asserit S. Dionysius cap. 3. de diuinis nominibus, quod per orationem tradamus, & vniamus nos ipsos Deo: vt enim bene explicat Caiet. 2. 2. qu. 83. art. 3. cit. quanuis oratio, si consideretur ratione rei petite, non tradat aliquid Deo; sed potius postulet, & expectet tradi aliquid sibi à Deo; si tamen consideretur ratione ipsius petitionis, vel actus petendi, & orandi formaliter accepti, & ratione ipsius petentis, verè, & propriè est traditio sui ipsius, cum sit formalis, & actualis subiectio ad Deum, & confessio propriæ indigentie; & professio, vel protestatio diuinæ potentie; bonitatis, prouidentie, aut iustitiæ, ex qua speratur esse illam supplementur. Et quemadmodum quando genua flectimus Deo, vel manus iungimus, aut expandimus, aut eleuamus, genua ipsa, & manus Deo offerimus, & quodammodo sacrificamus, dum illis vtimus in Dei obsequium, iuxta illud Psalm. 140. Eleuauit manuum mearum, sacrificium vespertinum. ita & offerimus, & tradimus illi mentem, dum per mentem nos illi subiicimus; & ipsam mentem quodammodo presentamus, vt loquitur S. Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 3. cit. ad 3. & ipsa oratio est reuera quasi incensum in odorem suauitatis Deo oblatum, iuxta illud eiusdem Psalmi 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo, vt exponit eodem loco S. Thomas in argumento, Sed contra. Eiusque rei optimum signum desumit Caiet. art. 3. cit. à contrario, quod iis accidit, qui ex superbia, vel ex aliquo alio affectu nolunt alicui se subiicere: quanuis enim benè agnoscant suam aliquam indigentiam, & potestatem, aut facultatem alterius ad illam supplementam; quia tamen nolunt se illi subiicere, opem petendo, malunt permanere in sua indigentia, quam opem ab illo petere; quod tamen omnino facerent, si talis petitio non esset subiectio.

16. Quomodo oratio sit actus sui cum Deo.

Quod si quæras, quare oratio non dicatur spectare ad fidem, spem, & charitatem, quæ in illa maximè exercentur, siquidem Iacobi 1. de illo, qui indiget sapientia dicitur, quod debet illam postulare à Deo in fide nihil hæsitans: & Marci 11. de eo, qui dixerit monti: Tollere, & mittere in mare, & nihil hæsitauerit in corde suo, sed crediderit; dicitur, quod fiet ei. Et generaliter omnes mouentur, vt quæcunque orantes petunt, credant, quia accipient, & euenient illis. Et S. Augustinus in Enchiridio ad Laurentium, cap. 7. tom. 3. & apud S. Thomam in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 1. quæstionum. 2. in argumentis, Sed contra. asserit, quod fides, spes, & charitas orant, &c. Respondeo cum eodem Sancto Thoma ibidem, §. Ad ea, quæ in contrarium, id solum probare, quod fides, spes, & charitas præsupponantur al quo modo ad orationem; & hac de causa oratio illis tribuatur aliquo modo; non autem probare, quod propria, & primaria bonitas, & honestas orationis sit bonitas, & honestas fidei, spei, & charitatis: quia enim petitio frustra ad illum dirigitur, qui non creditur, quod rem petitam præstare possit, vel non speratur, quod sit voliturus eam præstare, & est præsumptuosa, nisi fiat illi, qui aliquo modo sit vnitus petenti, rectè dicitur, quod oratio prærequirit fidem, spem, & charitatem, illque aliquo modo tribuatur, vt loquitur ibi Sanctus Thomas. Et quemadmodum iustificatio tribuitur fidei, quia fides est humanæ salutis initium, & fundamentum, & radix

17. Non est actus fidei, spei, & charitatis, quanuis non sit sine illis.

& radix omnis iustificationis, vt dicitur in Tridentino sess. 6. cap. 8. & S. Paulus ad Hebræos 11. fidem appellat substantiam rerum sperandarum; neque tamen hinc sequitur, quod spes, aut omnis nostra iustitia non habeat aliam honestatem, nisi fidei: ita & potest illi tribui oratio, tanquam radici, & fundamento absque eo, quod propria illius bonitas, & honestas sit bonitas fidei, vt etiam notat Suar. lib. 1. de orat. cap. 7. num. 1.

18. Siquis alius actus virtutum, quæ illa assumunt, tanquam medium ad suos fines.

Similiter, si quæras, quare oratio, id est, petitio rei alicuius bonæ, & conuenientis à Deo, non pertineat ad illam ipsam virtutem, ad quam pertinet res illa bona, quæ petitur, & petitio, verbi gratia, remissionis peccatorum, in quantum sunt Dei offensæ, eique displicent, non pertineat ad charitatem erga Deum; & petitio contritionis ad effectum penitendi de peccatis, propterea oportet, & Deo satisfaciendi, in quantum potest, non pertineat ad virtutem penitentia, & sic de aliis, cum præsertim eiusdem virtutis sit intendere finem, & assumere media ad illum finem; & sic possit vnaquæque virtus assumere orationem, tanquam medium ad illam petendam, & obtinendam à Deo per auxilia gratiæ. Respondeo cum eodem Suar. lib. 1. cap. 7. cit. num. 9. & sequi posse quidem dici aliquo modo, quod oratio pertineat ad omnes virtutes, à quibus assumitur, tanquam medium; non tamen posse dici, quod ad illas pertineat, tanquam actus elicitus, & quod ab illis participet bonitatem sibi propriam, & primariam; & essentialem; sed solum quod pertineat tanquam actus imperatus, & solum participet bonitatem secundariam, & accidentalem; vt etiam supra diximus num. 13. Et eo ipso, quod oratio intelligitur vltimò, & formaliter constituta in suo esse per hoc, quod sit petitio à Deo, intelligitur fundare honestatem religionis, vt sibi primariam, & essentialem: & si postea assumatur ad finem alicuius alterius virtutis, sicut assumitur, vt iam constituta in suo esse, eique non est nisi accidentale, & secundarium, quod assumatur; ita & assumitur, vt iam constituta in sua bonitate primaria; & solum accidentaliter, & secundariò illi aduenit alia bonitas alterius virtutis, à qua assumitur. Et quemadmodum voluntas potest imperare actus intellectus, & aliarum potentiarum, vt supra diximus num. 5. & hoc modo oratio pertinet ad intellectum, etiam si formaliter sit actus religionis: ita & virtutes, seu habitus voluntatis possunt imperare omnes alios actus aliarum virtutum, qui possunt, facere ad suos fines, vt notat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 81. art. 5. ad 1. & quæst. 83. art. 1. ad 2. Et hoc modo, tam charitas, quam penitentia, & alia virtutes, possunt imperare orationem, quæ ex primaria sua ratione est actus religionis; neque tamen potest inde inferri, quod pertineat ad alias virtutes; tanquam actus illorum proprius, & per illas elicitus.

DISPUTATIO XVIII.

Quid requiratur ad hoc, vt oratio sit impetratoria.

- 1. Oratio ex sua natura est impetratoria.
2. Infallibilitas impetrationis in oratione est ex promissione Dei.
3. Promissio Dei de orationibus exaudiendis, est solum conditionata.

- 4. Ad hoc, vt oratio exaudiatur, debet esse de re necessaria, aut vili ad salutem.
5. Et quæ de futuro sit vtilis, & non impeditura malis bonum.
6. Impetratio orationis ex Dei promissione non est essentialis.
7. Si oratio sit mala ex circumstantiis, non exauditur.
8. Secus verò si actus aliquis malus se habeat solum concomitantè ad orationem bonam.
9. Quæ petuntur in oratione debent pie peti ad hoc, vt oratio exaudiatur.
10. Oratio debet esse ex fide, & ex fiducia, vel spe, quod sit impetratura.
11. Hesitatio, quæ debet abesse à fiducia in oratione, in quo consistat.
12. Certitudo fiducia, & spei, in oratione, est optima dispositio ad impetrandum.
13. Fides miraculorum quæ sit.
14. Humilitas malum inuadit ad impetrandum.
15. Sicut & Dei timor, & voluntaria paupertas.
16. Et abdicatio terrenarum delectationum, & abnegatio propria voluntatis.
17. Ad impetrandum infallibiliter non requiritur status gratia, & charitatis.
18. Etiam peccatores ex Dei misericordia sæpè exaudiuntur.
19. Si tamen non respiciant, sæpius non exaudiuntur.
20. Et specialiter si inimicis non remittant iniurias.
21. Oratio, vt sit impetratoria, debet esse perseverans.
22. Multiloquium in oratione in quo consistat.
23. Perseuerantia in oratione quanta debet esse.
24. Perseuerantia in orando, vel in statu gratiæ, quomodo possit peti per orationem perseverantem.
25. Quomodo oratio, vt sit impetratoria, debet esse pro ipso orante, & non pro alio.
26. Oratio non est equaliter impetratoria pro multis, arque pro vno.

Væ addit S. Thomas 2. 2. quæst. 83. & in 4. sent. dist. 15. quæst. 4. de oratione, & Scholastici communiter, consulto committimus, quia sunt facilia, & parum faciunt ad negotium mortale. Et circa eos, qui sunt orandi, vt, verbi gratia, Deus; & Angeli, & homines sancti cum Deo regnantes; non autem homines viatores, aut animæ in Purgatorio, aut Dæmones; videri potest Sanctus Thomas quæst. 83. cit. art. 4. Et circa ea, de quibus sunt orandi, vt, verbi gratia, de iis, quæ spectant ad gratiam, & ad gloriam, & de bonis, tam spiritualibus, quam temporalibus, videri potest art. 5. & 6. Et circa eos, pro quibus sunt orandi, vt, verbi gratia, pro nobis ipsis, aut pro aliis etiam inimicis art. 7. & 8. Et circa eos, à quibus sunt orandi, vt, verbi gratia, vtrum à personis ipsis, diuinis, Filio, & Spiritu Sancto, tam Angelis, quam hominibus art. 10. & cit. Et quomodo sint orandi, vtrum per orationem vocalem, & attentam, & diurnam, art. 12. & 13. & 14. Solum hoc loco dicemus aliqua de impetratione cum eodem Sancto Thoma art. 15. & 16. vt ipsum desiderium, & spes impetrandi magis accendat desiderium, & studium benè orandi.

Et quidem, quod oratio in vniuersum accepta, & in quantum est petitio, vim aliquam habeat impetrandi, non est, quod probetur; cum petitio ex propria sua ratione ad hoc ordinetur, vt disponat, & moueat ad præstandum, ac tribuendum id, quod

Oratio ex sua natura est impetratoria.

quod petitur, etiam ex hac vna ratione, quia petitur; & siue alioqui sic mereatur ille, qui petit; siue non mereatur. Et quemadmodum communis societas ita postulat, vt, quod petitur, certo pretio, & titulo iusto emptionis concedatur: ita & postulat recta ratio, vt concedatur id, quod petitur precibus, cum reuera nihil ematur carius, quam quod emitur precibus, vt supra diximus *disputatione precedente, n. 14.* ex Seneca *lib. 2. de beneficiis, cap. 1.* & eo ipso, quod quis se alteri subiicit, suamque indigentiam illi aperit, & cupit, & sperat, & petit ab illo iuari; maxime congruit alterius bonitati, & liberalitati, vt ex hoc ipso motuo eum iuuet, quia petit, vt bene notat Suar. *lib. 1. de oratione, cap. 2. n. 1.* Idque accidit specialiter in oratione, & petitione, quæ fit Deo, cui eius bonitas, & liberalitas infinite excedat quantumque aliam bonitatem, & liberalitatem creatam; & ipsemet hortetur, & moueat ad petendum; quia ex se est maxime promptus ad concedendum; & vt habet S. Augustinus *Serm. 5. & 29. de verbis Domini, tom. 10.* non hortaretur, vt peteremus, nisi dare vellet id; quod petimus. Et vterius per eas honestates, quæ exercentur in oratione, nos ipsos bene disponit ad recipiendum, vt supra diximus *n. 14. cit.* & sæpe etiam mouet ad illas alias, quæ multum iuant, & roborant efficacitatem orationis, vt est, verbi gratia, elemosyna, & ieiunium, & alia huiusmodi; quæ merentur, & secum afferunt incrementum gratiæ, & dum nos faciunt Deo magis dilectos, simul etiam faciunt magis dignos, vt ab illo exaudiatur.

2. Infallibilitas impetrationis in oratione est ex promissione Dei.

Et quoniam hæc efficacitas, quantum est ex natura orationis, non est infallibilis, cum non inducat in eo, ad quem dirigitur, perfectam obligationem, aut necessitatem præstandi, aut faciendi illud, quod petitur; sicut inducit imperium, quod habet effectum; & causam perfectæ subditam suæ potestati, vt loquitur Sanctus Thomas *2. 2. quæst. 87. art. 1.* voluit Deus ab extrinseco illam facere infallibilem; & omnino certam; & ad hunc finem illi adiunxit suam promissionem, *Psal. 49. Inuoca me in die tribulationis: eruat te, & honorificabis me.* Et clarius in Testamento nouo *Matth. 7. & Lucæ 11. & Ioan. 16. Petite, & accipietis. &, Omnia, qui petierit, accipiet. & Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. & 1. Ioan. 3. Quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Et cum Deus fidelis sit; & se ipsum negare non possit, vt dicitur *1. ad Timoth. 2.* neque etiam potest deficere in promissis; sed semper & infallibiliter illa implet, nostrasque orationes semper exaudit, si habeant conditiones, sub quibus promissit. neque enim dicitur potest, quod ipse promissio fuerit absoluta, cum sit certissimum, quod orationes etiam Sanctorum sæpe non habent effectum; & etiam Sanctus Paulus non fuerit exauditus, quando petiit sibi auferri stimulum carnis; *1. Corinth. 12.* sed solum fuit conditionata; & per plures condiciones, quæ vel habentur explicitè in Scriptura, vel implicitè continentur in ipsa natura orationis, & petitionis, prout est ad Deum; & idèd si desint huiusmodi condiciones, nihilum non est, si Dei promissio non impleatur, nostrasque orationes Deus non exaudiat, & earum impetratio non sit infallibilis.*

4. Ad hoc, vt oratio exaudiatur, debet esse de re necessaria, aut vtili & salutari.

Sunt verò huiusmodi condiciones potissimum quatuor, vt patet ex S. Thoma *2. 2. quæst. 83. art. 15. ad 2. & art. 16. in fine corporis;* id est, vt petantur necessaria, aut vtilia ad salutem; vt petantur pie, & perseueranter; & pro se ipso ab vnoquoque.

Et si fortè aliqua oratio exaudiatur sine his con-

ditionibus, id non erit ex vi promissionis diuinæ, sed ex mera Dei liberalitate, & bonitate, supposita tantum congruitate ipsius rei: quomodo posset etiam exaudire pro arbitratu, si nullam promissionem fecisset, vt notat Suar. *lib. 1. de oratione, cap. 2. n. 3.* Et præterea, si habuerit omnes condiciones, adhuc non est dicenda exaudiri ex iustitia, vt contendit Ioannes Medina *Codice, de oratione, quæst. 18. in fine;* quia exauditur ex promissione ipsius Dei. Contra enim est: quia non quilibet Dei promissio est sufficiens ad obligationem iustitiæ; sed requiritur, vt sit promissio conferendi aliquid in compensationem operis, pro quo fit promissio, vt notat Valen. *2. 2. disp. 6. quæst. 2. punct. 4. in responsione ad 1. argumentum, col. 1366.* quod tamen non accidit in oratione, & petitione, quæ ex propria sua ratione non fit ad effectum, vt compensetur; sed vt exaudiatur; & solum postulat exaudiri, non autem compensari. Et quemadmodum, si Deus exaudiret de facto, & non promississet exaudire, solum exaudiret ex misericordia; ita & de facto solum exaudit ex misericordia, non obstante quòd promissit, quia promissit solum exaudire ex misericordia. Et exemplum aptissimum potest esse de illo, qui alicui pauperi non solum dat elemosynam, sed etiam promittit, quòd semper dabit, quando illam petet: sic enim hic semper dabit, vt elemosynam, & per consequens ex motuo misericordie; neque aliter debet intelligi illius promissio: ita & Deus semper exaudit ex misericordia, & solum ex illa promissit exaudire; non autem in compensationem orationis, & quasi ad faciendam cum illa æqualitatem, vt notat Duran. *in 4. dist. 15. quæst. 12. in fine,* & bene explicat *ibidem* Valen. & Suar. *lib. 1. de oratione, cap. 2. n. 4.*

Vt verò dicamus aliquid de singulis conditionibus, prima, quæ est de petendis tantum vtilibus, aut necessariis ad salutem, manifestè habetur ex ipsa descriptione orationis superius allata, qua dicitur esse petitio decentium: hæc enim tantummodo possunt, ac debent à Deo peti, in quantum est Deus, cum non possit esse author, aut cooperator, nisi ad bonum; & petitio rei malæ, aut indifferens, non relatæ ad bonum finem, & facta Deo, neque etiam mereatur dici oratio, prout de illa hic loquimur, vt supra diximus *disputatione precedente, num. 7.* ac proinde non possit Dei promissio super illam cadere. Et contra, si res, quæ petitur, sit simpliciter necessaria, vel futura sit vtilis ad salutem, omnino cadit super illam promissio Dei, quantum est ex hac prima conditione; siquidem omnino petitur in nomine Iesu, & Saluatoris id, quod petitur in ordine ad salutem; & omnino petitur secundum voluntatem Dei id, quod petitur in ordine ad sanctificationem, quæ *1. Thessalon. censuram 4.* maxime dicitur esse Dei voluntas.

Dico autem, si futura sit vtilis ad salutem: quia non est satis, si possit quomodocumque, & quantum est ex se esse vtilis; sed requiritur, vt de facto futura sit vtilis, & à Deo præuideatur, vt sic futura, & per consequens, vt non impeditura maiorem profectum, aut maius bonum: sic enim neque etiam Christus fuit exauditus in eo, quod ex naturali affectu petiit in horto, *Matth. 26. & Lucæ 22. Transat à me calice iste.* vt notat Bellarm. *tom. 1. lib. 4. de Christi anima, cap. 5. in fine;* quia id impeditisset nostram redemptionem. Et ex Sancto Thoma *2. 2. quæst. 83. art. 15. ad 2.* non fuit exauditus Sanctus Paulus, quando petiit sibi auferri stimulum carnis: quia reuera id non erat illi futurum vtile, & expediens, vt prope impediturum maius meritum, & maiorem virtutem, quæ cum Dei

5. Insuper orationis est Dei promissio, nam ex iustitia.

6. Et que de facto futura sit vtilis, & non impeditura maius bonum.

Dei auxilio maxime perficitur in infirmitate. Et vt notat Sanctus Augustinus in *Psal. 110. tom. 8.* quemadmodum ager, quando ei applicatur pharmacum molestem, rogat Medicum, vt illud auferat: Medicus autem eum consolatur, & hortatur ad patientiam; quia nouit, quam vile sit futurum id, quod apponitur: ita & Sanctus Paulus rogauit Dominum, vt auferret, quod sentiebat sibi molestem; illudque non abstulit Dominus, quia bene sciebat, quòd esset futurum vtile. Et vt habet idem Sanctus Augustinus in *libro sententiarum sententia 2. 12. tom. 3.* & apud S. Thomam *artic. 15. cit. ad 2. Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus vite, misericorditer auditur, & misericorditer non auditur: quia, quid infirmo sit vtile, magis nouit Medicus, quam ager.* Et vt subdit sententia *113. Profectus spiritualium sine tentatione non erudit; nec coronabitur, nisi qui vicerit; nec vincet, nisi qui certauerit; nec certabit, nisi inimicum habens, & tentationi resistens.* Et idèd non debuit Sanctus Paulus exaudiri in illa oratione: quia, vt magis posset proficere, & coronari, debuit vincere, ac proinde certare, & inimicum habere; & tentationi resistere.

7. Quòd si contingat, vt oratio sit quidem de re bona, & necessaria, vel vtili ad salutem; sed ipsa in se sit mala ex circumstantia, vt, verbi gratia, si quis oret ex vana gloria; negat Suar. *lib. 1. de oratione, num. exaudiatur, cap. 2. 3. num. 6.* quòd super illam cadat promissio Dei; & quòd sit infallibiliter impetratura; sed potius è contra ait illi competere dictum S. Iacobi *cap. 4. Petiit, & non accipietis, èd quod malè petatis.* Verè enim malè petit, qui petit ex vana gloria, vel ex mala alia circumstantia, etiamsi non petat rem malam. Et vterius addit, bene esse considerandum, vtrum prauitas, quæ contingit tempore orationis, verè illam efficiat, & inficiat, tanquam circumstantia; an verò ad illam se habeat solum concomitantem: vt, si quis, verbi gratia, orationem, ad quam continuandam, & producendam alioqui non tenetur, interrumpat, & intermittat, vt det operam alicui curiositati, aut vanitati. Et in tali casu negat impediri orationem à sua impetratione pro peccatum veniale concomitans: quia hoc neque refundit malitiam in orationem, neque ex se illam impedit à sua efficacitate, quam habet alioqui in quantum bona, tam ex obiecto, quam ex circumstantiis, & absolute ex integra causa.

8. Altera conditio, sub qua Deus promissit nostris orationibus infallibilitatem impetrationis, est, vt quæ sunt nobis necessaria, aut vtilia ad salutem, pie petamus. Et ex Sancto Thoma *quæst. 83. artic. 15. cit. ad 2.* tunc aliquis orat non pie, quantum est ex obiecto, & ex materia suæ orationis, quando petit à Deo complementum alicuius peccati; id est, illud, quod nullo modo potest conducere ad pietatem, intelligendo hoc nomine illam *hoc loco,* quæ respicit Dei cultum, vt habet Sanctus Augustinus *lib. 10. de ciuit. cap. 2. tom. 5.* & S. Thomas *2. 2. quæst. 101. artic. 1. ad 1.* & cuius debitum continetur, & quasi absorbetur in alio debito, quod habemus ad eum colendum ex virtute religionis, tanquam debitum minus in debito maiore, vt supra diximus *lib. 2. disp. 1. 2. de charitate, num. 7.* ex eodem S. Thoma *1. 2. quæst. 60. artic. 3. & 2. 2. quæst. 101. artic. 1. citat.* & *quæst. 106. artic. 1.* Sicut enim excellentia specialis propter quam Deo specialiter debemus, & exhibemus honorem, ac reuerentiam, in quantum est nobis principium essendi, & gubernationis simpliciter primum, ac proinde in quantum est Pater, &

9. Que petuntur in oratione, debent pie peti ad hoc, vt oratio exaudiatur.

nobis coniunctus per originem, continetur, & quasi absorbetur in excellentia quali generali, propter quam illum colimus cultu excellentissimo, & supremo, in quantum est Deus: ita & pietas, quæ illum colit, vt Patrem, continetur, & absorbetur in religione, quæ illum colit, vt Deum. Et hoc modo, quòd dicitur pro efficacitate impetrationis, id, quod petitur in oratione, pie esse petendum; significatur, quòd sit petendum eo modo, quòd deceat ad Dei cultum, ac proinde cum exercitio earum virtutum, quæ simul respiciunt bonum nostræ salutis, & Dei gloriæ; siquidem, vt notat Suar. *lib. 1. de oratione, c. 24. n. 1.* non omnes actus boni moraliter dicuntur apud Theologos opera pietatis; sed solum illi, qui per se conferunt ad salutem, & proximè respiciunt cultum Dei.

Primò autem ad pietatem, & bonitatem orationis requiritur, vt procedat ex fide, qua certò credamus, posse nos à Deo obtinere id, quòd petimus, vt ex *fiducio* loquitur S. Thomas *2. 2. quæst. 83. artic. 15. in corp. quia,* nimirum, alioqui non innocabimus eum, in quem non credimus, vt dicitur *ad Rom. c. 10.* Et hanc ob causam sæpius in Scripturis promissio impetrationis non fit orationi simpliciter; sed orationi ex fide, vt *Matth. 21. Omnia, quæcumque petieritis in oratione, credentes, accipietis. & Marci 11. Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & eueniet vobis.* & Christus ipse *Matth. 9.* antequam restitueret cæcis visum, interrogauit eos de fide: *Credidistis, quia hoc possum facere vobis? & quæ dicentibus: Vtique, Domine, tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis.* Et plura alia miracula similiter non fecit, nisi ex fide, vt patet *ibidem,* de muliere hæmorrhoida: *Confide, filia: fides tua te saluam fecit. & c. 15. de filia mulieris Chananae à Dæmonio vexata: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis. & de aliis multis.* Et in Scriptura sæpius additur requiri fides tam firma, & tam perfecta, vt excludat omnem hæsitacionem, vt *Iacobi 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus assuenter, & dabitur ei: postulet autem in fide, nihil habens.* & *Matth. 21. cit. Si habueritis fidem, & non habueritis, & mori huic dixeritis: Tollere, & iacta te in mare, fiet.* Et per hanc non hæsitacionem non solum importatur summa firmitas, & certitudo quasi speculatiua ipsius fidei, quòd Deus sit potens concedere, quicquid petimus, & quòd sit fidelis in promissis; & idèd de facto sit concessurus, si habuerit conditiones, sub quibus promissit; sed etiã videtur importari eadem firmitas, & certitudo, quasi practicæ, & actu exercita ad fundandam in voluntate certam spem, & fiducia in Dei potentia, & fidelitate, & bonitate, & liberalitate, quòd de facto, & infallibiliter sit concessurus: quantum enim aliquis habitualiter de Deo credit hæc omnia; si tamen actualiter, & cum aliqua intentione, illa non applicet, & non offerat voluntatis, non potest per actum fiducia; & spei valde promptè, & expedite ferri in Deum, à quo expectat, & petit impetrationem: & si præterea simul applicet, & proponat difficultates aliquas ex parte petentis, v. g. sua demerita, vel ex parte obiecti, v. g. incongruitatem ipsius rei; omnino facit voluntatem consistere in se ipsa, & repellit quodammodo, & retardari ab orationis prosecutione, vt supra diximus, dum ageremus de spe, in eo, qui fortè sit certus de sua dānatione, *lib. 2. disp. 2. n. 2. ex Arist. 3. Ethic. c. 3. & ex S. Th. 1. 2. q. 40. a. 2. & hæc retardatio, & repulsa voluntatis, & quasi consistentia in se ipsa propter difficultates, quæ in contrarium obiciuntur, maxime significatur per hæsitacionem, cum hæsitacione, secundum Grammaticos, sit frequentatiuum ab*

10. Oratio debet esse ex fide, & ex fiducia, vel spe, nimirum, quòd sit impetratura.

11. Hæsitatio, qua debet abesse à fiducia in oratione, in quo consistat.

heres, & idem sit, atque identidem, & multum haerere: quod tunc contingit, quando quis dubitat, & est anceps de aliquo, & non habet, quod certè se vertat; sed in se ipso quasi haeret, atque consistit, omnino nescius, vtrum debeat progredi, an regredi in partem contrariam: idque, apud significat similitudo illa S. Iacobi cap. 1. cit. Qui haesitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur, nam, sicut mare ventis mouentibus, & agitansibus, hac illac fluctuat, & neque consistit certò loco, neque mouetur in certam partem; sed modò in hanc, & modò in illam, & circumfertur: ita & qui est anceps, vtrum à Deo sit impetraturus, quod petit, & ex vna parte impellitur ad petendum ex propria indigentia, & ex consideratione diuinæ potentiae, & bonitatis; & ex altera parte repellitur ex consideratione propriae indigentiae, & ex arduitate ipsius rei, haeret quodammodo, & haesitat in se ipso, & neque videtur in oratione posse progredi, neque ab illa posse desistere.

11. Certitudo fiducia, & spei in oratione, est optima dispositio ad impetrandam.

Et hæc haesitatio, quando abest ab oratione, semper arguit maiorem certitudinem, & firmitatem fiduciam, & spei in diuina liberalitate; & idè ex parte orantis est maior dispositio ad impetrandum. Et hoc monet S. Paulus ad Hebr. 4. *Ademus cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* & Sanctus Dauid Psalm. 9. *Sperem in te, qui non erunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti querentes te.* Et Psalm. 15. *Conserua me, Domine: quoniam sperant in te.* & Psalm. 24. *Custodi animam meam, & eripe me: non erubescam, quoniam speravi in te.* & Psalm. 90. *Quoniam in me sperauit, liberabo eum.* & Danielis cap. 3. *Non est confusio confidentibus in.* & in plurimis aliis locis Scripturæ hoc idem passim reperitur, quod spes, & fiducia in Deo, quantum est maior, tantò est melior dispositio ad impetrandum. Vnde & Cassianus coll. 9. cap. 32. optimè colligit, quod est signum futuræ impetrationis, quando Spiritus Sanctus mouet ad petendum cum magna fiducia, & quasi securitate impetrandi: & fides miraculorum, quæ 1. Corin. 13. appellatur omnis fides, id est, certissima, & perfectissima, & dicitur montes transferre, in hoc consistit, ut animus per certis miraculum nihil hesitet, sed firmiter credat, quod illud à Deo impetrabit, ut notat Suar. lib. 1. de oratione, c. 24. n. 9. in fine, & fusius explicat tractatu de fide, disp. 8. sect. 1. & est gratia gratis data ex peculiari Dei motione, cui homo non potest resistere, quantum ad firmitatem iam dictam, ex parte intellectus; quantum ad liberè illi assentiatur, quantum ad actum desiderandi, & petendi miraculum, ut idem subdit cap. 24. cit. de oratione. Eadem ergo ratione, dum Deus inspirat alicui spiritum orandi; potest ex parte intellectus moralem certitudinem illi tribuere, quod sit impetraturus infallibiliter id, quod petit; non obstante propria indignitate, aut quouis alio impedimento; & sic fundare in voluntate spem, & fiduciam sine omni haesitatione, & per illam cum disponere ad impetrationem. Et quantum reuerà formido aliqua de non impetrando propter ignorationem, verè congruitatis ad finem salutis, vel propter demerita ipsius petentis, vel propter aliquid simile, non sit contra pietatem, quæ requiritur in oratione; siquidem etiam Dauid 2. Reg. 1. 2. cum formidine orauit pro vita infantis, quem susceperat ex Bethsabee; *Quis scit, si forte donet mihi eum Dominus, & viuat infans?* & cum eadem orarunt Ionæ 3. Niniuitæ, & clamauerunt ad Dominum in fortitudine: *Quis scit, si conuertatur,*

13. Fides miraculorum, quæ sit.

& ignoscat Deus, & reuertatur à furore ira sua, & non peribimus? non tamen debet formido hæc esse tanta, ut faciat haesitationem animi, & remoretur voluntatem, vel retardet ab orando, & diminuat spem, & fiduciam; sed potius è contra debet esse occasio implorandi validius bonitatem diuinam, ut præstabilem se se exhibeat supra omnem malitiam, & nostri misereatur, & benigne exaudiat nostras preces: sic enim etiam arduitas in obiecto spei non retardat ab actu sperandi; sed magis animat, atque impellit.

Secundò, ad eandem pietatem, & bonitatem orationis impetratorie ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 83. artic. 15. in corp. præter fidem, & fiduciam, spectat humilitas, qua is, qui orat, recognoscit indigentiam suam, ut ipse loquitur: & hoc modo legitur Ecclesiastici 35. *Oraio humiliantis se penetrat nubes.* & Psalm. 101. *Respexit Dominus orationem humilium, & non spernit preces eorum.* & 3. Regum 21. statim atque Achab, Rex impius, ambulauit demisso capite, eumque vidit Dominus humiliatum coram se; dixit ad Eliam, quod non esset amplius inducturus malum domui illius in diebus eius; sed in diebus filij sui: atque ita ex sola humilitate placatus est ab illa malignitate, quam per eundem Prophetam dixerat illi facere. Neque solum debet agnoscere is, qui orat, particularem suam indigentiam illius boni, pro quo actualiter orat, sed etiam debet in vniuersum sentire humiliter de se ipso, neque habere nimiam existimationem de suis meritis, aut fundare principaliter in illis fiduciam impetrandi: nam, quoniam certissimum sit, quod bona opera multum conferunt ad impetrationem, si adiungantur ad orationem, ut, verbi gratia, elemosinæ, ieiunia, corporis afflictiones, & similia, per quæ is, qui orat, redidit sanctior, & Deo acceptior; non tamen in illis est ponenda principalis fiducia impetrandi, sicut fecit Phariseus Luca 18. sed in Dei bonitate, & largitate: & bona opera à Viris sanctis non sunt rememoranda, nisi fortè ad repellendam pusillanimitatem, quæ aliquando infirmat fiduciam, & ad fiduciam confirmandam, ut notat Suar. lib. 1. de oratione, c. 24. cit. n. 13. Et patet Isaiæ 38. de Rege Ezechia: *Obsecro, Domine, memento, quomodo ambulauerim coram te in corde perfecto.* & de ipso Dauid Psalm. 118. *In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis.*

Et ad humilitatem potest reduci etiam timor, quem iusti habent de Deo: siquidem de illo dicitur Psalm. 44. *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* & pauperas, præsertim voluntaria, de qua dicitur Psalm. 9. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus: preparacionem cordis eorum audivit auris tua.* quia, nimirum, non ita Deus se gerit, sicut Principes, qui externo splendore, & apparentia omnia metiuntur; & idè impensè fauent solis diuitibus, & potentibus; & pauperes, vix vquam admittunt ad suum colloquium, aut aspectum; sed è contra facillimos aditus ad colloquendum, & ad impetrandum præbet pauperibus, & solos efferentes replet bonis, & diuites fastidiosos dimittit inanes. Et specialiter ita se gerit cum iis pauperibus, qui ad internam illius vocem, & inspirationem reliquerunt omnia, & nihil habentes secuti sunt eum, isque reddit in sinum menturam bonam, & confortam; & coagitatam earum omnium gratiarum, quas petunt, ut ipsemet promissit Matthei 7. & Luca 6. Et præterea reducit vacuitas, & carentia omnium aliarum delectationum,

14. Humilitas multum iuuat ad impetrandum.

15. Sicut & timor, & vilitas, pariter.

16. Et abiectione.

delectationum, præterquam in Domino, de quibus dicitur Psalm. 79. *Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.* Et denique reducit abnegatio propriae voluntatis, de qua dicitur Isaiæ 58. ad eos, qui conqueruntur cum Deo. *Quare ieiunauimus, & non aspersisti? humiliavimus animas nostras, & non iocisti? ecce in die ieiunij vestri inveniunt voluntas vestra.* Et postquam sunt edocti facere voluntatem Dei, & non suam, tandem concluditur: *Tunc innotebis, & Dominus exaudiet: clamabitis, & dicit: Ecce adsum.*

17. Ad impetrandum infallibiliter non requiritur fides gratia, & charitatis. Quod si queratur, vtrum ad petendum, sicut requiritur ad infallibilitatem impetrationis, debeat is, qui orat, præter fidem, & fiduciam, suæ spem, habere etiam charitatem, & esse in statu gratiæ, negant Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 83. artic. 6. & quæst. 178. artic. 2. ad 1. & quæst. 6. de pot. artic. 9. ad 5. quia oratio in impetrando non innititur merito ipsius orantis, quod sine charitate, & extra statum gratiæ esse non potest; sed innititur Dei misericordiae, quæ etiam ad malos se extendit; & idè aliquando etiam peccatores exaudiuntur; & quod dixit cæcus ille Ioannis 9. *Scimus, quia peccatores Deus non exaudit.* solum dixit, cum adhuc esset inunctus, & non perfecte illuminatus; & idè non est ratum, ut loquitur Sanctus Augustinus tractatu 44. in Ioann. post medium, tom. 9. vel certè intelligitur de oratione, qua peccator aliquid petit, in quantum peccator, & secundum desiderium peccati, ut loquitur Sanctus Thomas locis citatis: in quo casu ex eadem Dei misericordia communiter non auditur; & si quando auditur, maxime auditur ex iustitia, & ad vindictam, ex qua Deus in peccatis priorum scelerum, & peccatorum permittit, eum reuere etiam in alia grauiora. Et hoc modo verissimum est id, quod asserit Sanctus Augustinus tract. 73. in Ioan. tom. 9. & Serm. 53. de verbis Domini, tom. 10. quod Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus, præciens futura esse noxia ipsi male petenti. Vel denique intelligitur, quantum est ex merito ipsius peccatoris, qui quantum est ex se, suoque statu diuinæ inimicitiae, dignissimus est, ut in nullo exaudiat, ut subdit Sanctus Thomas *isdem locis*, qui etiam in hoc sensu intelligit id, quod habetur Proverb. 28. *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* in quantum, scilicet, ipse ita meretur, quantum est ex se. Vnde & dicit Dominus Isaiæ 1. *Cum multiplicaueris orationem, non exaudiam: quia manus vestrae plene sunt sanguine.* quantum ex superabundante, & pura misericordia, non semper illi faciat secundum sua peccata, & interdum etiam illum exaudiat, vel propter ipsius salutem, quomodo exauditus est Publicanus Luca 18. vel propter salutem aliorum, & gloriam Dei. Et propter hanc spem, quod Deus ex mera benignitate, & bonitate sit auditor etiam preces hominis peccatoris, quando alioqui sunt de re bona, & ex vera pietate; optimum est consilium, quod communiter damus omnibus improbis, ut ad Deum confugiant, & auxilium ab illo petant in tempore opportuno; & Sanctus Chrysostomus homilia 18. in Imperfecto super 5. Matthei. maxime vniuersaliter accipit, & extendit etiam ad peccatores illum Christi Matthei 7. *Omnis, qui petit, accipit*, id est, ut ipse exponit: *Sine sit iustus, sine peccator.* Et Sanctus Basil. in reg. Monach. cap. 1. in hanc eandem sententiam expendit parabolas, quæ habetur Luca 11. de eo, qui media nocte incommodat, & impotente interpellat amicum, ut tres panes illi accomodet: in qua parabola tandem concluditur: *Dico vobis, si non*

18. Etiam peccatores ex Dei misericordia sapè exaudiuntur.

dabit illi, surgens, eò quod amicum eius sit; propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi, quotquot habet necessarios. quia, nimirum, Dominus Deus non propter solam amicitiam, & statum gratiæ ipsius orantis orationes exaudit; sed etiam propter instantiam, & perseverantiam orationis, si etiam peccator instantè petat, & querat, & pulset, ut ibi dicitur. Et non videtur dubium, quod, si quis verè existat in peccato mortali; sed bona fide existimet se esse in gratia, & naturaliter sit oblitus peccati commissi, vel etiam credat illud fuisse sibi remissum per actum poenitentiae, quem putauit fuisse veram, & legitimam contritionem; & ex interna motione ad Deum recurrat, & pro urgente occasione auxilium petat; peccatum illud habituale non certè, & infallibiliter impedit impetrationem auxilij, cum reuerà huiusmodi peccator faciat id, quod potest, secundum internam motionem, & inspirationem, ut notat Suar. lib. 1. de oratione, cap. 25. num. 5. qui etiam subdit num. 6. idem esse, si quis actualiter recorderetur peccati commissi, & de illo doleat, quantum non ut oportet, & non per veram contritionem, ut ipse putat, se dolere, vel etiam ulterius de hoc ipso doleat, quod non doleat, ut oportet: similiter enim etiam hic facit, quod potest, secundum internam motionem; & idè peccatum habituale non videtur certè impedire impetrationem suæ orationis, ex Dei misericordia: quantum è contra neque etiam impetratio futura sit certa propter certum demeritum ipsius peccati. Vnde & in sacra Scriptura semper promittitur solum sub diabolo, ut Ionæ cap. 3. *Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Dominus? & Danielis cap. 4. Forstian ignoscat delictis tuis.* & Actorum 8. ad Simonem Magum: *Poenitentiam age, & roga Deum, si forte remittatur tibi hec cogitatio cordis tui.* Et denique addit Suarius num. 7. idem esse etiam de iis peccatoribus, qui, quantum cognoscant, se esse in peccato, & de illo non doleant, imò & velint in illo continuare; adhuc tamen ad Deum recurrunt, eumque orant pro suis necessitatibus: neque enim est illis auferenda omnis spes impetrationis, nec sunt auertendi ab hoc exercitio, & studio orationis, cum sæpè Deus pro sua bonitate, & misericordia etiam illos exaudiat, si presertim peculiarem aliquem affectum retineant ad beatissimam Virginem, vel ad aliquem alium Sanctum, & in eius honorem aliquid faciant: in quibus casibus passim legitur in sacris Historiis, quod etiam miraculosè Deus reduxit illos ad poenitentiam, & ad viam salutis. Illud tamen præterea sunt monendi, quod accidit frequentius, & vltimum, id est, eos, qui non respiciunt à peccatis, & diu resistunt Deo vocanti, & inspiranti, non nisi parum posse considerare precibus, siue propriis, siue alienis: siquidem in contrarium sunt Dei protestationes Ieremiæ 11. *Clamabunt ad me, & non exaudiam.* ut exponit eoloco S. Hieronymus, & Isaiæ 1. *Cum extenderit manus vestras, auertram faciem meam: cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam.* ut notat S. Basil. in responsione breui, respons. 261. & Proverb. cap. 1. *Quia vocati, & remisisti: extendi manum meam, &c. Ego quique in interitum vestro gaudebo.* ut notat S. Gregorius lib. 19. Moral. cap. 15. & apud Tolet. in cap. 7. S. Iohannis, annorat. 21. qui etiam addit, peccatores, quando resipuerunt per poenitentiam, sæpè non impetrare remissionem aliquarum peccatorum temporalium, quas meruerunt peccatis prioribus, ut patet in Dauid, 2. Regum cap. 12. qui per poenitentiam obtinuit remissionem adulterij, & homicidij.

19. Si tamen non respiciant, sapius vò exaudiuntur.

cidij: non autem condonationem infantis nati: & cap. 24. postquam numeravit populum, & doluit de peccato, punitus adhuc est pestilentia trium dierum.

Vnde, quia promissio certæ exauditionis specialiter est facta *Joan. 15. iis. qui legem Dei seruauerunt: Si feceritis, quæ præcipio vobis, & verba mea in vobis manserint; quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.* debent saltem etiam peccatores, vt de hac promissione participant, habere in animo legis obseruationem, & voluntatem auertere à transgressione; & alioqui dicta promissio nullo modo ad ipsos pertinet, & vnusquisque eorum potest, ac debet sibi proponere. & habere ob oculos illud *Psal. 65. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudivit Dominus.* & illud *1. Ioannis 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habebimus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus.* Et quoniam inter Dei mandata est, valde præcipuum illud, quod fertur de dilectione proximi; & inter cætera *Matth. 18. Specialiter illi promittitur exauditio precum: Si duo ex vobis conseruerint super terram, de quacunque re, quam petierint, fiet illis à Patre meo, qui in caelis est.* specialiter est cauenda ab homine peccatore illius transgressio, si cupit exaudiri, cum præsertim in oratione Dominica nomine communi, & in persona totius Ecclesie, conceptis verbis, profiteatur, quod remittat cuiuscunque proximo omnia debita, & sic postulet propria debita remitti sibi à Deo, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 7. ad 1. & art. 16. ad 3. Et quantum reuera qui non dimittit debita proximo, & dicit orationem Dominicam, non mentiatur, cum illam non dicat in persona propria, sed Ecclesie; caret tamen fructu orationis, vt subdit S. Thomas *ibidem*; neque aliter debet sperare, quod auditur, nisi saltem sit paratus illa dimittere iuxta illud Ecclesiastici 28. *Relinque proximo tuo nocentem te, & tunc deprecans tibi peccata soluentur.* Et præterea eundem fructum, & impetrationem orationis impediunt specialiter ex sacris Litteris cædes, & homicidia, & oppressiones infontium, iuxta illud *Isai. cap. 1. Cum extendieris manus vestras, auertam faciem meam à vobis; & cum multiplicaueritis orationem, non audiam: quia manus vestrae plene sunt sanguine.* In quem locum S. Basil. *Si quis, inquit, filium alicuius vnicè dilectum neci tradiderit, & manus sanguine cruentas supplex ad patrem porrigat, nonne illi dicemus, quod sanguis in manibus filicide patrem acrius exacerbat?* Ita autem se habet etiam sanguis cuiusque in manibus homicidæ, si illas ad Deum porrigat, qui est omnium Pater: imò & iræ, & dissensiones iuxta illud *1. ad Timoth. 2. Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione.* & durum, aut difficilem se præbere ad remittendas iniurias, iuxta illud *Matth. 6. Si dimiseritis hominibus, & Pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra: si non dimiseritis, nec Pater vester caelestis dimittet vobis.* & esse inhumanum, & immisericordem erga pauperes, de quibus dicitur *Prouerb. 22. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperum, & ipse clamabit, & non exaudietur.* & esse superbum, de quibus dicitur *Iacobi 4. & 1. Petri 5. Deus superbis resistit; humilibus autem dat gratiam.* & alia huiusmodi, quæ possunt videri apud *Azor. part. 1. lib. 9. c. 26. quæst. 3.*

20. Es specialiter, si inimicis non remittans iniurias.

Tertia conditio pro infallibilitate impetrationis, iuxta promissionem diuinam, est, quod ea, quæ petimus, debemus petere perseueranter: sic enim docuit Christus duabus illis parabolis *Luce. cæ. 11. & 18. de illo, qui media nocte, & hora ma-*

21. oratio, vt sit impetratio, debet esse perseuerans.

ximè im portuna petiit ab amico tres panes, eoque tandem obtinuit propter improbitatem; & de vidua, quæ diu petiit à Iudice, vt eam ab aduersario vindicaret; & tandem quia Iudici erat molesta, fuit ab illo vendicata: nam, vt patet *in initio capituli*, hoc maximè intendit Christus Dominus per hanc parabolam, vt doceret, quod oportet semper orare, & non deficere, id est, instanter, & sapius oportet petere, si fortè non statim obtineatur illud, quod petitur: non autem propterea credendus est Deus deficere à sua promissione; quia semel rogatus non statim exaudit. Et tota ratio, quare Deus requirit perseuerantiam in orando, neque statim exaudiat, est illa ipsa, quam supra attulimus *disp. 17. num. 14.* dum explicarem, quare Deus velit rogari, & plurima bona nobis non conferat, nisi per orationem: quia, nimirum, ita postulat maius bonum ipsius orantis; & certum est, quod Deus ipse melius scit, quid nobis prosit, quam nos ipsi, vt loquitur S. Chrysostomus *hom. 30. in Genesim*, & apud Suarez *lib. 1. de oratione, cap. 26. num. 1.* Et has utilitates, & bona maiora bene explicat, & expendit Sanctus Augustinus *Serm. 5. de verbis Domini, tom. 10. dum ait, quod Deus, dum aliquando tardius dat, commendat dona, non negat: quia diu desiderata dulcius obtinentur; & cito data, cito vilescunt; & petendo, & querendo crescimus, vt capiamus; & seruat Deus, quod non vult cito dare, quia vult, vt etiam nos discamus magna desiderare.* Verè enim Dei dona, & beneficia minimè aestimarem, & minùs dispositi illa reciperem, si statim, & ad primas petitiones omnia impetrarem.

Neque hæc perseuerantia in orando coincidit cum multiloquio, quod Christus ipse reprehendit *Matth. 6. in oratione, dum ait: Orantes nolite multum loqui, vt enim, notat S. Augustinus epistola 121. ad Probam, cap. 10. tom. 2. & ex illo Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 83. artic. 14. ad 1. Orate in multiloquio non hoc est, vt aliqui putant, quod oratur diuini, & aliud est sermo multus, & aliud disturnus affectus, & de ipso Domino scriptum est *Luce 6. quod pernoctauerit in orando, & quod proluxius orauerit: & Fratres in Ægypto dicuntur crebras habere orationes, sed breuissimas, & raptim quodammodo ei aculas. Absit ergo ab oratione multa locutio; sed non desit multa precatio, si seruens perseuerat intentio. Multum loqui in orando, est rem necessariam superfluis agere verbis: multum verò precari, est ad eum, quem precamur, disturna, & pia cordis excitatione pulsare; & plerumque hoc negotium plus gemitibus, quam sermonibus agitur, plus fletu, quam affatu.* Quandiu ergo manet affectus Deum colendi, eique nos ipsos lubiiciendi pro nostris miseris, & indigentis, tandiu dicitur perseuerare oratio; siue verba multiplicentur, & repetantur; siue non; & contra si tantum verba multiplicentur vltra necessitatem, & affectus erga Deum non amplius maneat, est multiloquium, non oratio. Et addi potest cum *Azor. part. 1. lib. 9. cap. 34. quæst. 6.* multiloquium à Christo damnatum esse illud, quo utebantur Gentiles, dum suos Deos precabantur, perinde ac si essent subiecti erroribus, & perturbationibus: & idèd, tanquam duros, ac difficiles, conabantur eos flectere orationibus blandis; & tanquam absentes, aduocabant voce contentiore; & tanquam nescientes statum causæ docebant; & tanquam distractos ad alia, reddebant attentos; & ad hæc omnia utebantur multis verbis. Vnde *Elias 3. Reg. 18. irridendos Prophetas Baal dixit: Clamate voce maiore: Deus enim est; & forsitan loquitur, aut in diuerso est; aut in itinere, aut certe dormit.* Et idèd Christus Dominus, vt ostenderet*

22. Multiloquium in oratione, in quo consistat.

ostenderet loqui se de hoc multiloquio, & hoc solū damare: expressè subdit: *Nolite multum loqui, sicut Ethnici: putant enim, quod in multiloquio exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis.* Quod si quaras de hoc ipso interiori affectu orandi, quantum debeat perdurare, & perseuerare, vel quoties debeat repeti, ad hoc, vt oratio sit perseuerans, & non careat hac conditione ad impetrandum: Respondeo ex Sancto Thoma 2. 2. q. 83. art. 14. *in corp.* vnusquisque rei quantitatem debere esse proportionatam fini; vt, verbi gratia, quantitatem potationis, sanitati; & idèd conueniens esse, vt etiam oratio tantum duret, quantum est vtile ad excitandum feruorem interioris desiderij: & quando hanc mensuram excedit, ita quod sine radio durare non possit, non esse amplius protendendam. Quandiu ergo in nobis perleuat indigentia alienius rei, & interna existimatio, quod sit nobis futura conueniens ad salutem; & interna credulitas, & fiducia, quod Deus sic concessurus, tandiu debet repeti, & perseuerare oratio: & contra si ex dilatione impetrationis, & ex aliis euentibus intelligamus rem nobis non fore re vtilem, & Deum non esse concessurum, bonè postulum ab illa desistere; non quidem ex animi detractione, aut cum impatientia; sed ex conformatione ad voluntatem diuinam, & cum debita humilitate, vt notat Suarez *lib. 1. de oratione, cap. 6. num. 3.* qui etiam addit, quod si bonum, quod petimus, sit spirituale; non cito, nec facile est desistendum ab oratione; quia per illam sæpe impetratur aliquid melius, si non impetratur illud ipsum, quod petitur: & si petamus, verbi gratia auferri nobis aliquam tentationem, eaque non auferatur, facile impetramus, vt per illam impediantur aliqua alia, quæ fortè nobis essent magis molesta, & magis noxia: vel saltem impetramus de illa ipsa plures, & maiores victorias: & hoc ipsum, quod Dei bonitas non differat nobis concedere ea, quæ petimus, nisi propter aliquod aliud maius bonum; debet nobis sufficere, vt spem, & fiduciam in illum non minuamus, etiam si dilationem concessionis protendat per totam vitam, vt idèd subdit *nam. 4.* siquidem ex S. Augustino epistola 3. ad Paulinum, tom. 2. *Bonus Dominus, vt illud tribuat, quod malimus, & quod nobis sit melius, & optabilius, sæpe non tribuit id, quod volumus.* Et quemadmodum is, qui seminat, non statim abiicit spem fructus; quia videt messem differri: ita & qui orat, non statim debet abiicere spem impetrationis; quia non statim exauditur: sic enim etiam accidit in bonis operibus, pro quibus non statim mercedem recipimus: nec tamen propterea ab illis desicimus. Vnde & monet S. Paulus ad Gal. 6. *Bo uni facientes, non desicimus: tempore enim suum metemus, non desicite res.* Quæ verba pie transfert ad orationem idèd S. Augustinus *tract. 73. in Ioan. tom. 9. dum ait: Orantes, tanquam seminantes, non desicimus: in amore enim proprio metemus, id est, illo, quod placitum fuerit ipsi Deo, & quod fuerit nobis magis conueniens.*

24. Perseuerantia in oratione, vbi in statu perseverantia, illudque dicatur debere petere perseveranter, iam supponitur illud habere, ac proinde de inutiliter petere. Contra est: quia perseverantia in petendo est longè diuersa à perseverantia simpliciter in statu gratiæ: & idèd bene potest vnusquisque perseverare in petenda perseverantia gratiæ, absque eo, quod supponatur iam habere perse-

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

uerantiam, quam petit. Imò bene etiam potest vnusquisque sibi petere, & impetrare ipsam perseverantiam in petendo, absque eo, quod supponatur iam illam habere, si scilicet, per primam orationem, quam facit ex Dei inspiratione mere gratuita, & ex auxilio non petico, & non impetrato per aliam orationem priorem, petas, & impetret aliud auxilium pro secunda oratione, & per secundam petat, & impetret auxilium pro tertia, & sic de aliis, vt notat idèd S. r. *cap. 26. cit. n. 5.* Et quod dicitur, in omni oratione requiri perseverantiam tanquam conditio ad impetrandum, solum intelligitur ex suppositione, quod Deus non statim exaudiat, non autem quia simpliciter, & absolutè semper sit necessaria perseverantia, neque possit aliquando etiam prima oratio esse impetratoria.

Vltima conditio pro impetratione orationis est, vt vnusquisque oret, & petat pro se; non autem vnus oret, & petat pro alio: sic enim specialiter promittitur *Ioan. 16. Si quid petentis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* & vt habet S. Augustinus *tract. 19. in Ioan. tom. 9. Ita est intelligendum, quod ait, dabit vobis, ea beneficia, scilicet, significata his verbis, quæ ad eos, qui petunt, proprie pertinent.* Verum hæc conditio non est accipienda, vt necessaria ad honestatem, & meritum orationis, quasi orare pro aliis non sit licitum; hæc circumstantia reddat malam moraliter orationem: sed, quia est necessaria ad indeficientiam impetrationis, vt loquitur S. Thomas 2. 2. q. 83. art. 7. ad 2. quantum enim *1. acci. 5.* specialiter commendetur oratio pro aliis: *Orate pro inimicis, vt saluemini: multum enim valet deprecatio in assidua.* & *1. Ioan. 5. Qui scit fratrem suum peccatum peccatum, non ad mortem, petat, & dabitur ei vita.* & reuera id omne possumus, ac debeamus orando petere, quod possumus, ac debemus desiderare, vt notat S. Thom. *art. 6. & 7. cit. in corp.* idque non solum sit bonum nobis, sed etiam aliis: contingit tamen aliquando, quod oratio pro alio non impetrat, etiam si fiat pie, & perseueranter, & de pertinentibus ad salutem: quia est impedimentum ex parte eius, pro quo oratur, illudque non est in nostra potestate, vt remoueatur, sicut est cum Dei auxilio in nostra potestate, quando contingit ex parte nostra, vt habet S. Thomas *art. 7. ad 2. cit. & ad 3. & art. 15. ad 2.* Et hæc de causa dicitur oratio debere esse pro se, ad hoc, vt securius non deficiat ab impetratione: quia, nimirum, facile potest contingere, vt dum aliquis orat pro alio, ille alius, pro quo orat, positiuè sit indispotus ad illud recipiendum: vt, verbi gratia, si positiuè nolit illud recipere, vt notat *Valent. 2. 2. disp. 6. quæst. 2. puncto 4. in responsione ad 2. argumentum.* Et alioqui, quod oratio, etiam pro aliis, sit licita, & etiam pro aliis sæpe impetret, nisi contingat impedimentum ex parte ipsorum, clarè probatur ex aliis locis, vbi promittitur absolutè, & generaliter impetratio pro quocunque, neque distinguitur, quod oratio fiat pro se, vel pro alio: sic enim *Ioannis 14. vniuersaliter dicitur: Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.* & *cap. 16. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, & alibi: Petite, & accipietis: querite, & inuenietis, &c. & specialiter 1. Ioan. 5. Hæc est fiducia, quam habemus ad Deum: quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos.* Et paulò post: *Qui scit fratrem suum peccare peccatum, non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti, non ad mortem.* Ex quo loco bene colligit Toletus *annot. 30. in cap. 16. Ioan.* & ex illo Suarez *lib. 1. de orat. cap. 27. num. 2.* quod oratio pro alio etiam peccatore, non solum est licita; sed potest etiam esse impetratoria gratiæ, Y Y 3

25. Quomodo oratio, vt sit impetratoria, debeat esse pro ipso orante, & non pro alio.

gratiae; & à fortiori etiam alterius cuiuscunque boni minoris gratia. Et hoc modo ex Scriptura habemus Gen. 18. quod Deus parcere voluit quinque civitatibus, si in illis existissent decem viri iusti, ut notat Azor. part. 1. lib. 9. c. 33. q. 5. & Exodi 32. orationibus Moysi dicitur Deus pepercisse toti Israel: & Actuum 27. orationibus S. Pauli ducentae, & septuaginta animae sunt liberatae à naufragio.

Neque facit in contrarium S. Augustinus tract. 102. cit. in Joann. primò enim solum ait, quod illis verbis, dabit vobis, specialiter sit expressa promissio pro ipsismet orantibus: non autem negat uniuersaliter, quod aliis locis non sit facta promissio, etiam generalis, pro omnibus, ut iam ostendimus. Et praeterea id, quod asserit, omnes Sanctos exaudiri pro seipsis; non autem pro omnibus, siue amicis, siue inimicis; latis verificatur, quoad indeficientiam exauditionis; non autem quoad exauditionem simpliciter, ut iam explicauimus ex S. Thoma: & quando etiam exaudiuntur pro aliis, sicut dicuntur ipsimet exaudiri, qui orant pro aliis, & ipsimet impetrare, etiam si id, quod impetrant, sit bonum aliis: ita & dicitur Deus ipsimet dare, & concedere id, quod petunt, atque ita verba illa, dabit vobis, locum habent, in rigore loquendo, etiam in oratione pro aliis, ut bene notat Tol. annotat. 30. cit. in cap. 16. Sancti Iuannis.

16. Oratio non est aequaliter impetratoria pro multis, atque pro vno.

Vtrum autem oratio facta pro aliis, sit aequaliter impetratoria, quando sit determinate solum pro vno, & quando sit pro multis, videri potest apud Suar. tom. 3. de Sacram. disp. 48. sect. 12. conclus. 3. & tom. 4. de penitentia, disp. 48. sect. 8. num. 24. & tom. 2. de relig. lib. 1. de oratione, cap. 27. num. 5. & apud Azor. part. 1. lib. 9. cap. 3. quaest. 7. & ex veteribus potest videri apud Scotum quodlib. 20. art. 1. & apud S. Thomam in 4. dist. 45. quaest. 2. art. 4. quaestio. 2. & apud alios, qui specialiter hoc disputant de valore satisfactorio: & ex Canonistis potest videri apud Couarr. in c. Alma mater, part. 1. §. 5. num. 9. ubi etiam citat Innocentium, & plures alios. Et breuiter dicendum videtur, quod oratio ceteris paribus plus est impetratoria pro vno, quando sit determinate, & solum pro illo; quam sit pro illo eodem impetratoria, quando sit simul, & communiter etiam pro aliis: nam in Concilio Constantiensi sess. 8. inter articulos Ioannis Vicleffi num. 19. hic refertur, & damnatur: *Speciales orationes applicatae uni persona per Praelatos, aut Religiosos, non plus prosunt eidem, quam generales, ceteris paribus.* Et ratio est: quia, tam valor satisfactorius, quam impetratorius in vnaquaque oratione est finitus, & determinatus; & semper illi respondet ad aequalitatem aliquid finitum, & determinatum, ultra quod non se extendit; & quod potest dici esse terminus adequatus illius, & quasi maximum, in quod potest, & per quod debet definiti vnaquaque potentia iuxta Aristotelem 1. Calist. text. 116. Et hinc fit, ut non quaelibet oratio possit impetrare quodlibet; sed determinata determinatum, tam secundum intentionem; & perfectionem, quam secundum extensionem, & multiplicationem. Loquendo verò de effectu determinato secundum intentionem, cuius est impetratoria vnaquaque oratio, si diuidatur in plures, pro quibus illa fit, non potest non esse minor in vnoquoque illorum, ut ex se patet, cum semper quodlibet finitum fiat minus per diuisionem, & per ablationem finiti: & loquendo de eodem effectu determinato secundum extensionem, certum similiter est, quod si oratio est impetratoria, verbi gratia, iustitiae, aut temperantiae solum pro quatuor, non potest vltierius esse illius impetratoria pro pluribus: quia

sic accidit etiam in aliis virtutibus, aut potentiis physicis, quae habent certam, & determinatam extensionem, & sphaeram suae aetiuuitatis; & in illa tota effectum non producant nisi uniformiter difformiter, id est, semper minus, & minus perfectum pro maiori, & maiori distantia, ad quam producant. Vnde non debemus ita loqui de oratione, in quantum est impetratoria, sicut loquimur de re alia spirituali, & indiuisibili secundum substantiam, quae semper communicatur indiuisibiliter, & non potest non dari tota omnibus, & tota singulis, quibus datur: siquidem impetratio est quasi actio, & quasi moralis causatio doni impetrati; & ided est intrinsece diuisibilis pro diuisibilitate ipsius doni, quicquid sit de entitate indiuisibili ipsius orationis, ut notat Azor. part. 1. lib. 9. c. 33. q. 7. §. Nec prima sententia. & si quis dicat, orationem communicari indiuisibiliter pluribus, pro quibus offertur; & ided indiuisibiliter posse in illis habere suum effectum impetrationis, & totum id operari in singulis, quod operatur in omnibus, possumus addere cum Scoto quodlib. 20. cit. §. Ad illa in contrarium. quod hoc ipsum est quid maius, & quid perfectius, quod oratio communicetur pluribus, quam quod communicetur tantum vni; sicut & est quid maius posse vitam tribuere pluribus mortuis, quam tantum vni; & duo homines sunt quid maius, & quid plus entitatiue, & numeraliter, quam vnus tantum. Sicut autem in physicis vnaquaque forma, siue diuisibilis, siue indiuisibilis, non potest communicari nisi suo receptiuo adequato, & vltra illud non potest extendi vltierius; & si extenditur, signum est, quod illud non est sibi adequatum: ita & oratio, pro ut impetratoria tanti, vel tanti boni, non potest communicari, nisi suo adequato receptiuo; qualis tamen fortasse non est, nisi vna persona ex ipsa finitate valoris impetratorij, ut supra diximus.

Et per hanc patet responsio ex eodem Scoto ibidem, etiam ad alia exempla, quae aliqui afferunt in contrarium, de luce, & de sono, aut de voce, quae quasi indiuisibiliter communicantur pluribus, cum de lumine Solis, verbi gratia, tam videat vnus, quam plures. Contra enim est ex Scoto ibidem, quia neque lux, neque sonus extenduntur vltra suum receptiuum adequatum, quod est omne illud, quod continetur intra sphaeram corporis illuminantis, aut sonantis; & ided neque probant, quod oratio, pro ut impetratoria tanti, vel tanti doni, debeat se extendere ad plures, si receptiuum adequatum illius, est tantum vnus, ut iam supponimus ex intrinseca illius finitate, & determinatione non solum intensiua, sed etiam extensiua.

Denique non facit contra orationis impetrationem maiorem pro vno, quam pro multis, id, quod habetur ex S. Hieronymo cap. Non mediocriter de consecrata. dist. 5. quod, dum dicitur vnus Psalmus, aut vna Missa pro cunctis animabus, nihil minus accipitur, quam si diceretur pro vno quolibet illorum: ut enim notat ibi Glossa ver. Dum igitur, & ex illa Scotus, Suar. & Azor. locis cit. verbum illud, nihil minus accipitur, non est referendum ad ipsas animas, pro quibus simul omnibus dicitur vnus Psalmus, aut vna Missa; sed ad ipsum dicentem Psalmum, aut Missam. Et sensus est, quod, siue dicat pro vno, siue pro multis, semper ipse aequaliter accipit quoad meritum suae actionis, dummodo sit aequè dispositus.

Atque hoc totum, quod vna oratio plus impetret pro vno, quam pro multis, ex communi sententia Theologorum, & Canonistarum, docent Authores cit. & est multò conformius communi vsui vniuersalis Ecclesiae,

Ecclesiae, quae alias, atque alias orationes recitat pro personis, aut indigentis particularibus, verbi gratia, pro hoc, aut illo defuncto, marce, aut femina, amico, benefactore, coniuncto, Sacerdote, Episcopo, &c. & alias pro multitudine, & pro indigentis communibus: quod tamen frustra esset, si oratio facta pro vno, aequaliter prodesset etiam aliis; & facta simul pro pluribus, prodesset aequaliter etiam singulis, imò si oratio facta pro pluribus, aut pro omnibus, tantum prodesset singulis; quantum prodesset facta particulariter pro vnoquoque, omnes teneremur ex charitate orare semper pro omnibus, ut notat Scotus quodlib. 20. cit. §. Potest dici. & qui Misericordiam diceret pro vno defuncto determinato, & non pro omnibus, qui sunt in Purgatorio, omnino faceret contra charitatem erga alios: siquidem posset aequaliter illi prodesse dicendo pro omnibus, & iuuando etiam alios, atque prodesse de facto dicendo solum pro ipso.

Per hoc tamen non tollitur, quominus oratio solum concomitanter facta pro pluribus, possit aequaliter impetrare pro singulis, atque si esset facta seorsim pro vnoquoque: ut, si quis, v. g. simul petat pro hoc, & simul pro illo; & habeat vnum actum terminatum ad hunc; & alium actum terminatum ad illum: siquidem reuera orationes sunt plures; neque concomitantia actuum quoad temporis simultaneitatem; potest impedire valorem impetratorium, & actualem impetrationem cuiusque, ut notat Suar. lib. 1. de oratione, cap. 27. n. 7. in fine.

DISPUTATIO XIX.

An, & quomodo oratio sit omnibus necessaria, tam necessitate medij, quam necessitate concepti.

- 1. Necessitas medij, & necessitas concepti quana sit.
- 2. Oratio, secundum aliquos, est necessaria necessitate medij.
- 3. Oratio non est necessaria necessitate medij strictè accepta.
- 4. Solum est necessaria ad non ponenda peccata, quae sunt impedimenta salutis.
- 5. Et hoc solum contendunt Scholastici.
- 6. Et Sancti Patres.
- 7. Quomodo oratio dicatur esse praecipua, quia est necessaria; non autem e contra esse necessaria, quia praecipua.
- 8. Auxilium sufficiens ad non peccandum, sapè habetur sine oratione.
- 9. Oratio est de necessitate concepti.
- 10. Praeceptum de oratione non est Iuris diuini positum, sed naturalis.
- 11. Praeceptum de oratione fuit etiam in lege natura, & in lege scripta.
- 12. Non tamen obligat determinate ad orandum vocaliter.
- 13. Quomodo voces inter orandum adhibeantur vtiliter.
- 14. Praeceptum orandi quomodo spectet ad virtutem religionis.
- 15. Omissio orationis quo casu sit peccatum speciale.
- 16. Qui per longum tempus omittunt orare, peccant mortaliter.
- 17. Et longum tempus, quoad hoc, est etiam vnus mensis.
- 18. Obligatio ad orandum quomodo incipiat, quando quis primum venit ad usum rationis.

- 19. Quomodo contingat in aliis casibus particularibus.
- 20. Obligatio orandi pro aliis.
- 21. Oratio priuata potest fieri in quolibet loco, etiam sordido.
- 22. Melius tamen sit in Ecclesiis, & locis ad id deputatis.
- 23. Quomodo possit esse illicitum orare in locis sordidis.
- 24. Et quomodo possit esse licitum, & laudabile.
- 25. Orationes publicae non perfoluantur in Ecclesia ex praecipuo diuino; sed solum ex praecipuo ecclesiastico.
- 26. Quo situ, & gestu corporis sit orandum.



Quomodo sit necessitas medij, & quae praecipua, diximus supra, lib. 1. disp. 4. n. 3. & 4. dum ageremus de necessitate fidei; & secundum Theologos illa diximus appellari necessaria necessitate medij, quae simpliciter, & in omni casu sunt necessaria ad salutem, & à quibus nulla est excusatio; & siue illorum carentia contingat ex culpa, siue non ex culpa; non potest de potentia, & lege Dei ordinaria haberi salus; ut sunt, verbi gratia, ex parte Dei, praedestinatio, & auxilia gratiae; & ex parte nostra ipse habitus gratiae iustificantis, & fides, & spes, & charitas supernaturalis, & in homine adulto dispositio ad gratiam sanctificantem, & cooperatio per bonum vsum liberi arbitrij, &c. & illa diximus appellari necessaria necessitate praecipua, quae ad salutem non cōducunt, nisi in quantum sunt praecipua, & non ponunt illi obicem, eamque non impediunt per nouum peccatum, si forte non obseruentur: & hinc fit, ut haec necessitas per illa omnia excusetur, per quae potest aliquis actus, aut aliqua omissio excusari à culpa, & à peccato.

Hoc autem posito, Suar. lib. 1. de oratione, cap. 28. tom. 2. de relig. duo asserit circa necessitate medij, id est, orationem non solum esse necessariam illa necessitate medij, quae appellatur ad melius esse, & in rigore est solum vtilitas; sed appellatur necessitas, quia proxime accedit ad necessitatem, cum sine illa vix possit haberi finis, & absolute non possit haberi, nisi cum magna difficultate. Sed praeterea contendit etiam, esse necessariam necessitate medij simpliciter, & strictè accepta: quia absolute non potest obtineri salus sine oratione. Et primum illud ex eo probat num. 1. quia hoc saltem clamant loca Scripturae, quod sit orandum, & sine intermissione, & semper orandum, & orationi instandum, &c. & hoc ostendunt promissiones diuinae de iis concedendis, quae petierimus, & nostrae indigentiae, quas habemus ferè in omnibus, ut à Deo iuuemur pro consequenda salute, & dānatione vitanda, & diuina decreta de multis non concedendis, nisi per orationes, ut supra retulimus disputatione praecedente. Secundum verò aliud probat n. 3. & seqq. quia Sanctus Thomas 2. 2. quaest. 83. art. 3. ad 2. & Theologi communiter, dum admittunt in oratione, quod sit in praecipuo, solum loquuntur de praecipuo Iuris diuini naturalis, cum praecipua positua à Christo tradita nulla sint alia, nisi de fide, & de Sacramentis; & proinde supponunt, quod oratio ex ipsa rei natura sit necessaria; & non ided sit necessaria, quia est praecipua; sed ided sit praecipua, quia est necessaria. Et praeterea quia SS. Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus eodem modo videntur asserere, quod sit necessaria oratio, qua asserunt, quod sit necessaria gratia; quae tamen est necessaria necessitate medij: & quemadmodum Deus ex prouidentia naturali

1. Necessitas medij, & necessitas concepti quana sit.

2. Oratio, secundum aliquos, est necessaria necessitate medij.

turali decreuit, ac voluit, vt concursus caularum naturalium sit simpliciter necessarius ad operationes, & conseruationem naturae: ita & decreuit, ac voluit ex prouidentia supernaturali, vt oratio sit simpliciter necessaria ad operationes gratiae, & ad acquisitionem salutis.

3. Oratio non est necessaria medijs, si recte accepta.

Sed in hac re mirum potest videri, quod neque S. Thomas, neque vllus ex Scholasticis, quos Suarez citet, affirmet de oratione hanc medijs necessitatem strictè acceptam; sed omnes sunt contenti necessitate præcepti, eamque ipsam non facile definiant, quando contingat, vt mox dicemus. Et teneantur quauis oratio sit maximè utilis, & maximè efficax ad obtinenda auxilia gratiae, & ex illius utilitate, & efficacia Concilia, & Patres optime probent, contra Pelagium, necessitatem ipsius gratiae, vt communiter dicitur in materia de gratia; & stante Dei decreto de non præbendis aliquibus auxiliis, nisi petentibus, vèc, & propriè possit dici, quod oratio sit necessaria necessitate medijs ad obtinenda illa auxilia, & consequenter ad illa bona opera facienda; & ad illa peccata vitanda, pro quibus sunt necessaria ipsa auxilia; non tamen propterea videtur dicenda, quod sit absolute necessaria necessitate medijs, & simpliciter ad ipsam salutem; neque vlla sunt loca Conciliorum, aut Patrum, quæ hoc afferant: nam Sacramenta, quæ dicuntur necessitatis, id est, Baptismus, & Penitentia, & possunt etiam sola sufficere ad salutem in homine adulto, certum est, quod non requirunt orationem, vt simpliciter necessariam: & si adultus habeat intentionem recipiendi Baptismum, & detestetur peccata commissa, & abluatur cum debita intentione, & sub certa forma verborum à ministro idoneo, & tantum non oret, certum est, quod iustificatur, & recipit gratiam, & constituitur in statu salutis, & de facto saluatur, si in illa decedat, etiam si non orauerit: & idem est, si adultus iam baptizatus recipiat Sacramentum Penitentiae, & detestetur, & integrè cõfiteatur peccata commissa post Baptismum, & absoluitur à Ministro idoneo, & similiter tantum non oret. Et cum in Tridentino sess. 6. cap. 6. de iustificatione, ex professione recenseantur omnes dispositiones, quæ sunt necessariae, & de facto concurrunt ad iustificationem, id est, motus fidei in Deum, & in eius promissa, & concussio sancti timoris, & actus spei de venia obtinenda per Christum; & actus dilectionis in ipsum Deum, vt in fontem omnis iustitiæ, & actus odij, & detestationis in peccata, & propositum non peccandi in posterum; nulla tamen sit mentio de actu orandi, prout distincto ab his omnibus actibus, & non virtualiter in illis incluso: quod signum est, illum non esse medium absolutè, & simpliciter necessarium ad iustificationem, quæ est, & dicitur salus prima, & inchoata; neque ad glorificationem, quæ est, & dicitur salus vltima, & consummata, vt supra diximus lib. 1. dist. 4. n. 2. Et quauis admittamus, plura auxilia actualia ad bene operandum, & ad seruanda præcepta, & ad peccata vitanda non obtineri à Deo, nisi per orationem, tanquam per medium; non tamen potest hoc ipsum medium, quod est oratio, esse aut dici magis necessarium ad salutem, & ad finem vltimum, quam sint necessaria ipsa auxilia, & ipsa obseruatio mandatorum, & peccatorum vitatio, quæ sunt fines non vltimi; quæ tamen omnia non sunt necessaria, nisi per necessitatem præcepti, vt ex se patet. Vnde, si quis ponatur nunquam orasse, siue ex ignorantia obligationis orandi, siue ex malitia; & idè non procurasse, nec habuisse huiusmodi auxilia, nec præcepta seruasse, nec vitasse peccata; & tandem in fine vitæ po-

natur de his omnibus doluisse, & ex motione, & auxilio gratiæ poenituisse, vt oportet, & actum veræ contritionis eliciuisse, & integrè esse confessum legitimo. Sacerdoti, & sacramentalem absolutionem ab illo obtinuisse, & sic decessisse; non videtur posse dubitari; quod sit saluatus, cum verè decesserit in statu gratiæ. Et si dicatur poenituisse ad prouidentiam Dei, vt efficaciter illum moueret, etiam ad orandum; posito, quod oratio sit medium necessarium ad salutem; est manifesta petitio principij, & merè voluntaria diuinitio; cum aperte ostendatur, quod oratio non sit simpliciter necessaria ad. Sacramentum Penitentiae; & sit de fide, quod hoc Sacramentum; etiam per sola sua substantialia, & sine alijs quibuscumque adiunctis accidentalibus, conferat gratiam, & possit perducere ad salutem, si quis cum illo decedat, vt iam diximus.

Atque hanc solam necessitatem præcepti asserit Sanctus Thomas 1. part. quest. 39. art. 5. in corp. vbi explicans, quare in Christi Baptismo debuerint aperiri cæli, sicut habetur Lucæ 3. inter cætera hoc asserit tertio loco: quia per Baptismum aperitur nobis introitus regni caelestis, qui primo homini praemissa fuerat per peccatum. Et subdit, quod ad hoc, vt calum introeat: quia sicut per Baptismum remittantur peccata, remanet tamen fomes peccati; qui nos impugnat interiori, & mundum, & Demones; qui impugnat exteriori. Et sensus est, quod tota necessitas orationis post Baptismum non est aliunde, quam ex spiritualibus impugnationibus nostrorum hostium, tam internis, quam externis; & ad tollenda, vel non ponenda impedimenta salutis, quæ ex illis possent oriri, & non aliter possunt præueniri, ne oriantur; neque aliter possunt remoueri, si fuerint orta, nisi per auxilia externæ protectionis, & internæ inspirationis diuinæ, quæ impetrantur per orationem.

Cum ergo ex Sancto Thoma non aliter sit necessaria ad salutem oratio, neque aliter ad illam concurrat, nisi in quantum est remouens, vel in quantum est non ponens id, quod prohibet, & impedit salutem, id est, peccatum; non est in sententia Sancti Thomæ necessaria per se, & ratione sui; sed solum per accidens, vt patet ex doctrina Aristotelis 8. Phys. text. 32. vbi vniuersaliter id asserit de omni eo, quod mouet, & causat; tanquam remouens prohibens; & quia necessitas pro sola non appositione impedimenti non potest esse necessitas medijs; sed solius præcepti, vt supra diximus lib. 1. disputat. 4. cit. num. 3. non potest oratio ex Sancto Thoma dici necessaria necessitate medijs; sed solum necessitate præcepti, cum solum sit necessaria ad non ponenda impedimenta, vt diximus.

Et hac eadem ratione sunt explicandæ similes locutiones, quas fortè aliquando vsurpant Scholastici, dum asserunt, quod oratio sit de necessitate salutis: quam locutionem vsurpat Durand. in 4. dist. 15. quest. 12. dum enim oratio est necessaria ad seruanda præcepta, & ad vitanda peccanda, vel non ponenda impedimenta, rectè dicitur, quod sit de necessitate salutis, etiam si hæc necessitas sit solum per accidens, & ad remouendum, vel non ponendum prohibens, vt iam diximus; non autem sit per se, & per veram causalitatem, aut conducentiam ad salutem.

Neque aliam necessitatem, nisi per accidens, probant auctoritates Sanctorum Patrum, quas asserit Suarez cap. 28. cit. n. 3. siquidem etiam gratia actualis, &

4. Solu est necessaria ad non ponenda peccata, quia sunt impediens inueniuntur per peccatum.

5. Et hoc solum contendunt Scholastici.

6. Et Sancti Patres.

& actualia Dei auxilia, ad quæ impetranda oratio est necessaria, solum per accidens operantur salutem, id est, per præceptorum obseruationem, quæ est remotio, aut non positio peccati, & prohibentis: & hac ratione rectè dixit S. Augustinus lib. de natura, & gratia, cap. 45. tom. 7. quod per orationem acquirimus vires ad seruanda Dei mandata. Et idè non iubet impossibilia, quia iubendo admonet vniuersumque, vt faciat id, quod potest; & vt petat id, quod non potest; vt etiam dicitur in Tridentino sess. 6. cap. 11. de iustificatione. Et S. Chrysostomus Serm. de Moyse, tom. 1. similiter rectè dixit, quod possumus per orationem fatigare Diabolum, dum vires acquirimus contra illius impugnationes; & idè contra se tela ministrat, qui illum per eum instantia non fatigat. Et hæc sola necessitas orationis fuit sufficiens contra Pelagium, qui negabat necessitatem gratiæ actualis, & asserbat, solis viribus nature posse seruari totam legem: si enim auxilia Dei non sunt necessaria, sine dubio neque etiã oratio est necessaria, vt rectè intulerunt Sancti Patres. Et quod asserit S. Aug. de bona perseverantia, c. 16. tom. 7. quod Deus donat aliqua dar, & præparat non orantibus, vt, vbi gratia, initium fidei; & alia non dat, nec præparat, nisi orantibus, vt, verbi gratia, perseverantiam vsque in finem; similiter non probat aliam necessitatem orationis, nisi iam dictam: siquidem etiam perseverantia vsque in finem non est nisi continuatio in obseruandis mandatis; ac proinde nec habet necessitatem nisi præcepti, & non ponendi impedimentum salutis. Et eadem ratione verissimum est illud aliud ex eodem S. Augustino lib. de ecclesiasticis dogmat. p. 56. tom. 3. quod ad salutem nemo venit, nisi Deo inuito; & quod nullus inuitatus operatur suam salutem, nisi Deo auxiliante; & quod nullus nisi orans auxilium Dei promeretur. Sicut enim operari salutem, nihil est aliud, nisi seruire mandata: ita & Dei auxilia, quæ ad illam operandam sunt necessaria, & dantur solum oranti, solum sunt necessaria ad obseruanda mandata, ac per consequens solum ex suppositione necessitatis præcepti.

7. Quomodo oratio dicatur esse præcepta, quia est necessaria; non autem esse necessaria, quia præcepta.

Et per hæc patet etiam ad primam rationem Suarezij supra allatam num. 2. quod oratio idè sit præcepta, quia est necessaria; non autem idè sit necessaria, quia est præcepta: neque enim est præcepta, quia sit necessaria ipsa per se, & ratione sui: sicut contingit, verbi gratia, in fide, & in iis, quæ propriè dicuntur de necessitate medijs; sed, quia est necessaria propter aliud, & ratione alterius, id est, propter obseruationem præceptorum, & propter non positionem obicis, & prohibentis, quæ tamen necessitas non est alia nisi præcepti; & solum derivata à necessitate præcepti; vt diximus. Et hac de causa S. Th. & Scholastici eam solummodo appellarunt necessitatem præcepti, neque vnquam fecerunt mentionem de necessitate medijs. Et quauis hæc ipsa necessitas, supposita corruptione, & infirmitate nature, nostræque indigentia, & supposito Dei decreto de præbendis quibusdam auxiliis, nisi per orationem, rectè dicatur, & consummetur ex dispositione, & decreto diuinæ prouidentiae; non tamen propterea rectè dicitur, quod propriè, & strictè sit necessitas medijs. Imò ipse Suarez num. 7. videtur multum moderari hanc necessitatem: siquidem asserit, quod Deus non priuatur propterea sua libertate, vt auxilia præbeat, etiam non petenti; & quod de facto illa præbet aliquibus pro bonis operibus, quæ sunt supererogationis, & ad melius esse: & pro alijs, quæ sunt necessitatis, solum addit, quod fortasse illa non præbet sine oratione, quando homo

est iam præuentus, vt oret; & orationem neque etiam pro illis esse necessariam, si quis non sit præuentus, aut aliter non possit orare: atque ita admittit, quod etiam necessitas orationis potest aliquando habere excusationem: & cap. 29. num. 4. dum explicat, quod necessitas orationis non est solum in lege euangelica, sed etiam in lege nature, & in lege scripta; aperte concedit, quod multi poterunt tunc temporis ab illa excusari per ignorantiam: quod tamen non esset, si esset strictè, & propriè necessitas medijs, vt supra diximus. Et cum Deus in qualibet tentatione, & occasione peccandi, nullum deserat auxilio sufficiente, suæque motione, & gratia vniuersumque præueniat, & promptè offerat etiam auxilium concomitans, si nos per liberum arbitrium, gratia adiutum, illi cooperemur; & experientia constat, quod non in qualibet tentatione præueniamur, & præmoueamur ad orationem; clarè ostenditur, quod oratio, neque etiam ad non peccandum, est semper, & simpliciter necessaria, cum etiam sine illa possit haberi auxilium sufficiens, & gratia præueniens, eaque habeat semper paratam etiam gratiam concomitantem, & cooperantem, si non steterit per nos ipsos.

8. Auxilium sufficiens ad non peccandum, sed habetur sine oratione.

Posito verò, quod oratio non sit necessaria necessitate medijs, propriè dicta, & strictè accepta, certum est ex S. Thoma 2. 2. quest. 83. art. 3. ad 2. & omnibus communiter apud Suarez lib. 1. de oratione, cap. 29. num. 2. quod sit necessaria necessitate præcepti: ita enim habetur Matth. 7. Petite, & accipietis. & cap. 26. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. & Lucæ 18. Oportet semper orare. & ad Rom. 12. Orationi instantes. & 1. ad Thesal. 5. Sine intermissione orate. & Iacobi 5. Orate pro inuicem; vt saluemini. Et ipsa indigentia, quam habemus diuinorum auxiliorum ad peccata vitanda, & ad salutem comparandam; & ipsa conducentia, & efficacia orationis ad illa impetranda, stante Dei decreto, de illis non dandis, nisi orantibus, clarè ostendit, præceptum ali-quod diuinum debere esse de oratione, cum semper in alijs omnibus ita contingat, vt quando finis est in præcepto, sint in præcepto etiam media, quæ ad finem sunt necessaria, & sine quibus ille non potest haberi. Et qua ratione in corporalibus, qui extremè indiget alimentis ad vitam tuendam, non solum tenetur tueri vitam, quæ est finis alimentorum; sed etiam quærere alimenta; & si opus est, etiam mendicare: ita in spiritualibus, quia omnes extremè egenus diuinis auxiliis ad tuendam vitam gratiæ, non solum tenemur tueri huiusmodi vitam; sed etiam emendicare per orationem à Deo huiusmodi auxilia, vt bene notat Palud. in 4. dist. 15. quest. 5. art. 1.

9. Oratio est de necessitate præcepti.

Et bene addit Suarez cap. 29. cit. n. 3. huiusmodi præceptum de oratione non tam esse positium, vel Iuris diuini positium, quam naturale, & Iuris diuini naturalis, vt etiam notat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 34. quest. 2. siquidem ipsa ratio naturalis per se dem illuminata, & eleuata, quemadmodum dicitur, esse nos extremè; & maximè pauperes, & egenos diuinorum auxiliorum ad præcepta seruanda, & ad gratiam conseruandam, & Deum è contra esse maximè diuitem in omnes, qui illum inuocant, & de infinitis thesauris suæ bonitatis dare omnibus affluenter: ita & dicitur debere nos ad illum confugere pro nostris indigentis, cuiusque diuitias per orationem implorare, vt vitam spiritualem semper seruemus, stante quod ex illius decreto non aliter possumus dicta auxilia obtinere.

10. Præceptum de oratione non est Iuris diuini positium, sed naturalis.

Atque hæc necessitas quauis clariùs innouerit in lege euangelica, vt patet ex locis paulò ante alla-

10. Præceptum

fuit etiam in lege naturæ, & multo magis in lege scripta, vt subdit Suar. num. 4. nam Gen. 4. de Enos nepote Adami dicitur, quod cepit inuocare nomen Domini, id est, non solum colere pietatem, & religionem erga Deum, quod ante ipsum scitur fecisse per oblationem, & sacrificia etiam Cain, & Abel, vt habetur eodem cap. 4. vers. 3. docti, scilicet, ab ipso parente Adamo, vel ab ipsa naturali ratione, vt notat Perer. in illum locum lib. 7. & primus omnium etiam voluit ipse Adam, quauis de hoc nihil tale habeatur in Scriptura, vt idem subdit: sed etiam cepit eandem pietatem, & religionem in Deum docere alios, & predicare, & diuulgare, & fortasse certos ritus, & caeremonias circa illam statuere, vt, verbi gratia, erectionem altarium, & designationem, & dedicationem certorum locorum ad Deum colendum, & inuocandum, & populi conuocationem, & conuentum ad illa loca, vt simul omnes tractarent eundem cultum, & iam quasi inchoarent, & adunarent ecclesiam fidelium, vt notat idem Perer. lib. 7. in Gen. cit. circa finem cap. 4. & eadem ratione Ecclesiastici 16. dicuntur fuisse destructi antiqui Gigantes: quia confidentes suæ virtuti, non exortauerunt pro suis peccatis, sicut, nimirum, tenebantur iure naturæ. Neque est, quod hoc idem probetur pluribus de lege scripta, cum omnes libri veteris legis, & præcipue liber Psalmorum pleni sint præceptis orandi, & orationibus in obseruationem præcepti.

12. Non tamen hoc ius diuinum naturale determinat obligat ad orandum vocaliter, & ad desideria cordis, & petitiones ad Deum voce ipsa exprimendas, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 12. quia 1. Regum 1. de Anna dicitur, quod loqueretur in corde suo; & Psal. 29. de se ipso pronunciat Dauid: Tibi dixi cor meum, exquisiuit te facies mea, &c. Et Deus tam facile audit voces cordis, quam oris, vt ex se patet. Adhibentur tamen sapientissime in oratione etiam voces, vel ex præcepto Ecclesiæ, vt contingit in oratione communi, quæ per Ministros Ecclesiæ Deo offertur in persona totius populi fidelis; & idem debet innoscere ipsi populo, cuius nomine, & in cuius persona profertur; & hac de causa etiam pronunciat alta voce, vt ad omnes perueniat, vt subdit S. Thomas ibidem: vel certe adhibentur ad propriam vtilitatem spirituales ipsius orantis, cum sapè per voces, & gestus corporis exteriores excitetur maior deuotio, & affectus interior, vt notat S. Augustinus epistola 121. cap. 9. tom. 2. nisi forte in aliquo ita sit mens bene parata ad deuotionem, & bene disposita ex se ipsa, vt per voces, aut gestus potius distrahatur, & impediatur. In quo casu monet S. Thomas, cessandum ab illis omnino esse, Et præterea, quia manus debitum Deo persoluitur, quando colitur non solum mente; sed etiam corpore, illudque totum ipsi reddimus, quod ab ipso habemus. Vnde ex S. Thoma ibidem oratio vocalis cæteris paribus est magis satisfactoria, quam pura mentalis. Et denique, quia aliquando interna affectio per quandam redundantiam erumpit in voces, vt dicitur Psal. 15. Letatum est cor meum, & exultauit lingua mea. quæ tamen omnia non cadunt in obligationem præcepti diuini naturalis, de quo agimus; & idem non est dicendum, quod hoc sit determinatè de oratione mentali, pro vt contradistinguitur à vocali; vel de vocali, pro vt contradistinguitur à mentali; sed indeterminatè, & indefinitè de oratione, siue illa sit mentalis, siue vocalis.

13. Quomodo voces inter orandum adhibeantur vtiliter.

14. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

15. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

16. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

17. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

18. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

19. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

20. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

21. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

22. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

23. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

24. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

25. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

26. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

27. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

28. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

29. Quomodo orandum adhibeatur vtiliter.

art. 3. ad 2. si cur & ipse actus orandi specialiter, & proprie est actus religionis, quo Deum agnoscimus, & colimus, vt supremum datorem corporum omnium, quibus simpliciter indigemus, vt supra diximus disp. 17. n. 15. Et quauis illius necessitas communiter non contingat per se; sed solum quasi per accidens occasione alicuius alterius necessitatis, ad quam supplendam per Dei opem indigemus oratione; verè tamen contingit, & illius ommissio verè est peccatum distinctum à transgressione alterius, quod est occasio obligationis illius, vt vult Suar. lib. 1. de orat. cap. 29. n. 8. & seqq. & cap. 30. num. 18. Vnde, si quis existat in graui tentatione, verbi gratia, incontinentiæ, & aduertat se indigere auxilio Dei ad illam vincendam, & teneri se ad illud petendum, & implorandum per orationem; nec tamen oret, & auxilio careat, & tentationem non vincat; sed labatur in actum incontinentiæ; non solum peccat, iuxta hanc sententiam, contra virtutem, & præceptum continentiæ peccato commissio- nis; sed etiã contra virtutem, & præceptum religionis peccato omissionis, in quantum Deus in tali casu exat positiuè orandus, & colendus, vt dator auxiliij; nec tamen id fuit præstiti; & oratio, & cultus non fuit illi exhibitus. Sed contra hanc sententiam videtur face- re; quia multiplicamus obligationes, & peccata sine magna necessitate; sicut enim qui tenetur se dispo- nere ad iustitiam, & redire ad statum gratiæ, & conse- quenter elicere actum fidei, & sancti timoris, & spei, & penitentia, vt dicitur in Tridentino sess. 6. cap. 6. de iustificat. non existimatur peccare plura peccata distincta specie, solum quia virtutes alia; id est, fides, & timor, & spes non obligant nisi per accidens; & qui tenetur ieiunare ad reprimendos, ac vincendos impetus carnis, non pec- cat specialiter contra abstinentiam, si non ieiunat; quia similiter obligatio abstinentiæ est solum per accidens: ita & qui non orat, quando tenetur, ad vincendam grauem tentationem, non videtur spe- cialiter peccare contra præceptum religionis, & orationis; & communiter inter fideles nullus est, qui hoc agnoscat, & confiteatur vt peccatum dis- tinctum. Atque hoc modo omissionem orationis communiter non esse peccatum distinctum ab alijs, docent plures alij apud eundem Suar. cap. 29. cit. num. 6. & 7. Et ratio videtur esse quia, quemad- modum oratio ex Dei decreto non est nisi medium generale ad obtinenda pro vnaquaue necessitate diuina auxilia; ita & solum includit obligationem generalem, quæ postea per vnâquamque necessi- tatem specificam est determinabilis ad eandem speciem.

Potest tamen alio modo defendi, quod peccetur specialiter contra præceptum orandi, si, nimirum, dicamus, illius obligationem non solum esse quasi per accidens hæc, & nunc, quando veget grauis ne- cessitas, aut tentatio; sed etiam esse per se, vt nos præmunit generaliter contra omnes necessitates, & tentationes, quomodo Mat. 6. præcepit Chris- tus nos petere petitiones generales: Fiat voluntas tua. Ne nos inducas in tentationem. Libera nos à ma- lo. & Ecclesia sapientissime orat, vt Deus nos protegat, & defendat à cunctis periculis, & destruat vniuersas aduersitates, & errores, & à cunctis peruersitati- bus reddat expiatis, & aduersitatibus expeditos. Atque hoc modo Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 2. pun- cto 3. in fine, affirmat, peccare mortaliter eos omnes, qui longo tempore omitunt orare, si alioqui ad- uertant, quod possint sibi occurrere graues tenta- tiones, & quod debeant se contra illas præmunire per orationem; & ipse Suar. lib. 1. cit. cap. 30. num. 15. mortaliter.

15. Omissio orationis in quo casu sit peccatum specialia.

16. Qui per longum tempus omittit orare, si alioqui aduertant, quod possint sibi occurrere graues tentationes, & quod debeant se contra illas præmunire per orationem; & ipse Suar. lib. 1. cit. cap. 30. num. 15. mortaliter.

17. Qui per longum tempus omittit orare, si alioqui aduertant, quod possint sibi occurrere graues tentationes, & quod debeant se contra illas præmunire per orationem; & ipse Suar. lib. 1. cit. cap. 30. num. 15. mortaliter.

18. Qui per longum tempus omittit orare, si alioqui aduertant, quod possint sibi occurrere graues tentationes, & quod debeant se contra illas præmunire per orationem; & ipse Suar. lib. 1. cit. cap. 30. num. 15. mortaliter.

19. Qui per longum tempus omittit orare, si alioqui aduertant, quod possint sibi occurrere graues tentationes, & quod debeant se contra illas præmunire per orationem; & ipse Suar. lib. 1. cit. cap. 30. num. 15. mortaliter.

20. Qui per longum tempus omittit orare, si alioqui aduertant, quod possint sibi occurrere graues tentationes, & quod debeant se contra illas præmunire per orationem; & ipse Suar. lib. 1. cit. cap. 30. num. 15. mortaliter.

21. Qui per longum tempus omittit orare, si alioqui aduertant, quod possint sibi occurrere graues tentationes, & quod debeant se contra illas præmunire per orationem; & ipse Suar. lib. 1. cit. cap. 30. num. 15. mortaliter.

ex professo concedit, quod præceptum orandi per se obligat extra necessitates, & casus particulares, cum vita humana tota sit quasi militia, & bellum continuum, & quasi continuum, & vnum pericu- lum: & idem pro illa tota indigemus auxilio Dei, quod non aliter impetramus, quam per orationes. Et hanc obligationem negat oriri immediatè, & per se ex charitate erga nos ipsos; sed ex virtute re- ligious, qua Deum colimus, eoque cultu, qui spe- cialiter est oratio, specialiter nos præmunimus contra mala, & pericula, quæ specialiter ignora- mus, vtrum sint euentura, & propter incertitudinem, sub qua sunt, minus fundant obligationem ex charitate erga nos ipsos. Et addit n. 16. ex Palud. in 4. dist. 15. quæst. 5. tempus orandi non posse certò determinari, in quantum hoc præceptum est natura- le: sicut neque determinatur tempus poenitendi, & Deum actualiter diligendi, & plura alia, quæ si- militer sunt de iure naturæ; certum tamen sibi vi- detur, quod oratio ex necessitate præcepti debeat esse tam frequens, vt non modò non sit excusanda dila- tio vnus anni; sed neque etiam vnus mensis, siue intra hoc tempus contingat particularis necessitas, siue non. Et, quod pluris est faciendum, hæc eadem est expressa sententia S. Thomæ in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 1. quæst. 3. vbi asserit, orationem dupliciter cadere sub præcepto, id est, determinatè, & indeterminatè: & determinatè ad aliquas oratio- nes teneri illos, qui sunt medij inter Deum, & populum, quales sunt Ministri Ecclesiæ, qui ex officio tenentur ad aliquas preces in persona illius, & ex speciali statuto recitant Horas canonicas; indeterminatè verò ad orationem teneri vnunquen- que ex hoc ipso, quod tenetur ad bona spiritualia sibi procuranda. Et ex hoc, quod præterea tenetur dili- gere proximum, sicut se ipsam, etiam tenetur esse illi beneficus, non solum per corporales elemosynas; sed etiam per spirituales, quarum vna est oratio. Et iis omnibus, qui Ecclesiæ ministrant non fun- guntur, addit, quod ab Ecclesia est determinatum tempus orandi, cum ex statuto sacrorum Canonum teneantur diebus festis interesse diuinis, vt Mini- stris, pro populo orantibus, etiam ipsi se se confor- mant; suamque intentionem, & orationem cum illis coniungant. Dum ergo asserit S. Thomas, ad orationem non teneri vnunquenque, quantum est ex præcepto illius, nisi indeterminatè, quia tenetur procurare sibi bona spiritualia indefinitè, & quasi in generali, apertè asserit, quod oratio per se obligat extra necessitates, & casus particulares, qui semper sunt determinati: & dum addit, quod hæc indeterminatio Ministris Ecclesiæ determinatur per Horas canonicas, ad quas tenentur ex præscripto eiusdem Ecclesiæ, & pro alijs determinatur per in- teruentiam ad diuina diebus festis, clariùs explicat, quomodo oratio debeat esse pro necessitatibus quasi in generali: siquidè solum pro illis sunt Hora canonicæ, & orationes, quæ dicuntur in sacrificio Missæ, & ad quas se conformant, qui illi interfunt.

17. Obligatio ad orandum quomodo incipiat quando quis primum vult ad orandum rationis.

18. Obligatio ad orandum quomodo incipiat quando quis primum vult ad orandum rationis.

19. Obligatio ad orandum quomodo incipiat quando quis primum vult ad orandum rationis.

20. Obligatio ad orandum quomodo incipiat quando quis primum vult ad orandum rationis.

21. Obligatio ad orandum quomodo incipiat quando quis primum vult ad orandum rationis.

iter periculosum, vel negotium magni ponderis; & ignorant, vtrum indigeant illis auxilijs, quæ Deus ex speciali decreto non dat nisi orantibus, vt supra diximus ex S. Augustino; & idem venit illis in inuen- tem de adhibenda oratione. Et denique etiam tenentur ad orandum pro alijs, quando vident, eos esse in graui necessitate; neque aliter possunt illis esse benefeci, nisi per hæc elemosynam spiritualem, quæ est oratio, vt loquitur S. Thomas: nam, quauis oratio pro alijs non sit ita certò impetratoria, sicut pro se, vt supra diximus; ad inducendam tamen obli- gationem illius potest sufficere etiam probabilitas, quod sit impetratura: neque requiritur tanta cer- titudo, vt bene notat Suar. lib. 1. de oratione; cap. 30. num. 20. Et quauis hæc obligatio radicetur in alia obligatione charitatis, ex qua tenemur diligere pro- ximum, sicut nos ipsos, etque esse benefeci, in quan- tum possumus, vt paulò ante retulimus ex S. Thoma; non est tamen formaliter illa ipsa: & idem si quis omittit in graui necessitate orare pro proximo, non satisfacit, si postea confiteatur, quod non amauit proximum, sicut se ipsum; sed debet magis in specie dicere, quod non orauit pro illo, quando grauius in- digebat oratione; & quando ipsi venit in mentem de sua obligatione; sicut etiam teneretur in specie dicere, si eum non inuisset elemosyna corporali, quando eum vidisset extremè, aut grauius indigen- tem; & aduertisset, se tunc teneri ad subleuandam illius miseriam.

Atque hæc de obligatione huius præcepti, quo- ad substantiam orationis: quoad circumstantiam verò certi loci, negat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 34. quæst. 3. quod cadat sub præceptum, si loquamur de oratione priuata, quam debet facere vnusquis- que: sic enim Matthæi 6. monet Christus: Tu autem, cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum. & Sanctus Paulus 1. ad Timoth. 2. Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione: sicut et mulieres. & Psal. 102. In omni loco dominationis eius, inquit Dauid, benedic, anima mea, Domino. Et quemadmodum Dei præsentia nullo loco excludi- tur, & nos illius auxilijs vbique indigemus: ita & possumus nostras preces vbique ad illum dirigere. Et quauis Nau. tract. de oratione, cap. 5. num. 5. excludat ab oratione loca immunda, illudque San- cti Pauli: Volo viros orare in omni loco. solum intel- ligat de locis mundis, non autem de immundis; idem tamen Nauar. num. 6. negat, id locum habere in oratione mentali, quam ait semper Deo placere, quocunque loco fiat: & n. 7. orationes mentales ali- quorum pauperum, qui latent in speluncis, aut sta- bulis, aut latrinis, ait esse Deo magis acceptas, quam sint orationes plurium aliorum factæ in Ecclesijs, aut Choris splendidis, dum mète, & cogitatu vagan- tur in patinis, aut in diuitijs, vel in rebus turpibus, & obscenis: & n. 8. id nõ intelligi de iis, qui ex neces- sitate detinentur in huiusmodi locis; neque de alijs, qui non recitant nisi orationes voluntarias, ad quas alioqui non tenentur; vel, si tenentur, non possunt aliter facere: vt, si quis, v. g. dum cantat in Choro, cogatur exire propter aliquã corporalem necessitatem, & interim per se prosequatur illam partem, quam prosequitur Chorus; & denique non tam id intelligi de loco immundo, & sordido per sordes materiales, & corporales, quam de eo, qui dat occasionem, vt anti- ma se se inquinat sordibus spiritualibus, aut cogita- tionibus carnalibus, & terrenis. Et reuerè melius est, vt etiam in locis materialiter sordidis nos Deum inueniat Deum laudantes, & orationi vacantes, quam vt inueniat otiosos, ac desides; & vt dicitur in

20. Obligatio orandi pro alijs.

21. Oratio priuata potest fieri in quolibet loco, etiã sordido.

Missæ,

Missa, verè dignè, & iustè est, æquum, & salutare, vt seper, & vbiq; gratias Deo agamus, nulliq; locus sit vacuus illius laudibus, & benedictionibus, sicut nullus est vacuus illius gratiis, & beneficiis.

22. Melius tam fit in Ecclesia, & locis ad id deputatis.

Sed præterea non est negandum, quòd cæteris paribus sit melior, & efficacior oratio, quando fit in Ecclesiis, aut Oratorijs Deo dicatis, quam si fiat in locis priuatis, vt notat S. Chryostomus hom. 3. de incomprehensibili Dei natura, & S. Thomas 2. 2. quest. 84. art. 3. & Bellarm. de cultu Sanctorum, cap. 4. & Azor. lib. 9. cap. 34. quest. 3. cit. hoc enim significat Christus Matth. 21. Domus mea, domus orationis vocabitur. Et ad hoc plurimum valet pontificia consecratio Ecclesiarum, & præsentia sacrosanctæ Eucharistiæ, & sanctarum Reliquiarum, & præsidium Angelorum ibi adstantium, & concursus fidelium ad simul orandum, & communis concordia, & conspiciatio, & copula amoris, & charitatis, & Sacerdotum clamores, qui ad hoc præfunt, vt populi orationes, alioqui infirmiores, reddant validiores, & efficacius ad cælum euehant, vt loquitur S. Chryostomus loco citato, & apud Cornelium à Lapide in c. 2. prima ad Timoth. n. 75.

Neque facit in contrarium illud Christi Matth. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, &c. vt enim notat Azor. quest. 3. cit. in fine, id asserit Christus Dominus contra Phariseorum hypocritism, qui publicè orabant in Synagogis, & in angulis platearum, vt viderentur ab hominibus; non autem quia reprehendat simpliciter orationes factas in templis, & in locis ad hoc specialiter deputatis: vel certe ex S. Ambrosio lib. de Cain, & Abel, cap. 9. & apud Cornelium à Lapide in illum locum S. Matthei, cubiculum non est accipiendum materialiter pro illo, quod est inclusum parietibus; & quo clauduntur membra; sed mysticè, & symbolicè pro illo, quod intra nos est, & quo clauduntur nostræ cogitationes, & sensus: hoc enim cubiculum vbiq; nobiscum est, & vbiq; secretum est, eiusq; arbitri nullus est alius, nisi Deus, qui non tam vocis, quam cordis auditor est, de quo cubiculo ferè eadem habet etiam Cassianus ex Abbate Isaac collar. 9. cap. 35. Et hoc modo neque Nauar. neque vllus alius excludit ab oratione, loca quæcunq; quantumvis sordida, vt iam retulimus. Et quod ait, non esse orandum in loco obscuro, & inhonesto; potest admitti de oratione vocali, & facienda ex præcepto, & ex præscripto Ecclesiæ ab eius Ministris, vt sunt, verbi gratia, Horæ canonicæ, quas sine dubio non nisi indecenter aliquis perfolueret in latrinis, aut in stabulis, quando commodè posset perfoluere alibi; idq; faceret extra omnem necessitatem, & cum irreuerentia factorum verborum, & cum scandalo; & offensione aliorum, & extra has circumstantias ipse Nauar. ibidem, n. 9. expressè concedit, quòd non sit malum Horas perfoluere etiam in stabulis, & locis sordidis, vt faciunt plures prohi, & pij, qui in itinere malunt illas recitare in stabulis prope sua iumenta, quam in cubiculis diuerforij, aut hospitij, maximè clamosis, & strepitosis; & n. 10. etiam addit, loca sordida, & foetida posse laudabiliter eligi ad orandum, si eligantur ex affectu humilitatis, & mortificationis, vt ex illis apprehendamus, & nobis, & Deo repræsentemus, quantè sint nostræ sordes, nostriq; factores, & quam simus indigni conspectu purissimæ, atque mundissimæ Maiestatis diuinæ.

23. Quomodo possit esse illicitum oratio in locis sordidis.

24. Et quomodo possit esse licita, & laudabile.

25. Orationes publicæ non perfoluntur in Ecclesijs

que celebrarentur, & per agros, & per vias publicas, & in castris militum, & in nauibus, & in priuatis domibus, & in cryptis, aut cauenis, & spelæis terræ, prout ferebat occasio, & necessitas, vt bene notat Azor. lib. 9. c. 34. q. 3. cit. Postquam verò basilicæ sunt extructæ, & templa, & oratoria specialiter ad hæc munera sunt edificata, & pontificia autoritate solenniter sunt Deo dicata, & consecrata; sanctissime fuit cautum, ne Missæ extra huiusmodi loca celebrarentur; & vt Ministri Ecclesiæ in illis perfoerent, atque obirent ministeria sacra; & fideles ad illa conuenerent, & in illis orarent, non sine maiore fructu, atque efficacia suarum precum, vt iam diximus.

26. Quo fit, ut seculum corpus sit orandum.

Circumstantiæ loci est valde affinis circumstantia situs, aut gestus corporis, cui quod est orandum, vt, v. g. quòd sit standum, aut procumbendum in genua, vel etiam in faciem prociadendum; quòd vultus ad Orientem sit conuertendus; quòd manus ad cælum leuandæ, &c. Sed de his potest videri Nauar. de orat. c. 4. & Azor. p. 1. lib. 9. cap. 34. cit. q. 4. & 5. Et certum est, præceptum diuinum, & naturale ad huiusmodi situs, aut gestus, non se extendere, sed illos ab vnoquoque esse habendos, qui magis iuuant ad deuotionem excitandam, aut fouendam: nam hoc modo ex S. Damasceno, & Augustino apud Azor. orabant veteres vultu conuerso ad Orientem, vt designaret Dei maiestatem, & excellentiã supra omnes alias; quemadmodum lux excellit supra alias qualitates, & Sol supra alia corpora etiam cælestia; & eodem modo nos, dum oramus, genua flectimus, aut humi procumbimus, aut stamus, & caput aperimus, & pectus tundimus, & manus iungimus, aut leuamus ad excitandos, & exprimendos varios affectus, & ad nos ipsos Deo humiliandos, ac submitteudos, & ad nostras infirmitates, indignitates, atque indigentiã profitendas, &c. & ex præscripto factorum Canonum, nihil aliud est definitum circa huiusmodi situs, aut gestus corporis, nisi vt stemus ad Euangelium, & ad sanctissimum Iesu nomen caput aperiamus, vel genu flectamus; ad versum, Gloria Patri, assurgamus; vel caput inclinemus; & vt communes orationes inter Pascha, & Pentecosten non promi, sed stantes oremus. Et hæc ipsa maxime debent seruari in orationibus publicis iuxta ritus, & mores cuiusq; Ecclesiæ, & in orationibus priuatis factis est, si quis maxime consulat suæ deuotioni, vt concludit Azor. quest. 5. cit.

DISPUTATIO XX.

De institutione, & numero Horarum canonicarum, quæ sunt oratio publica.

- 1. Quid sint Horæ canonice.
2. Quare dicantur diuinum Officium.
3. Sunt antiquissima in Ecclesia.
4. Quando inceperint esse in præcepto.
5. Horæ canonice fuerunt aliquando perfoluæ, etiam ministerio Angelorum.
6. Horæ inæquales, aut planetarie, quæ sint.
7. Vigilia, & custodia noctis, quamam fuerint.
8. Stationes diei quamam fuerint.
9. Horæ canonice vnde sint diuise in horas nocturnas, & in horas diurnas.
10. Horæ canonice non sunt plures, quam octo; neque pauciores, quam septem.
11. Singuli Nocturni non sunt Horæ canonice per se.
12. Officia Beate Virginis, Desunctorum, &c. non sunt Horæ canonice.

13. Si

- 13. Si Matutinum separatur à Laudibus, Hora canonice sunt octo.
14. Si Matutinum separatur à Laudibus, vtrum sit terminandum per proprium finem, & Laudes sine inchoanda per aliud principium.
15. Quia Matutinum, ex usu Romana Ecclesiæ non separatur à Laudibus, rectè dicuntur Horæ canonice non esse hoc tempore, nisi septem.
16. Quare sit institutum numerus septenarius Horarum canonicarum.

DE Horis canonicis, quæ sunt oratio publica, & de quibus est agendum post orationem in communi, legi potest Nauar. tract. de orat. & in Man. c. 25. Bellarm. tom. 4. lib. de bonis operibus, c. 10. & seg. Suar. tom. 2. de relig. tract. 4. lib. 4. Francolinus de Horis canonicis. Azor. part. 1. lib. 10. Valen. 2. 2. disp. 6. qu. 2. puncto 10. Less. libro 2. de iustit. c. 37. dub. 8. & segg. Bonac. de Horis canon. tom. 1. Sanchez tom. 2. consil. lib. 7. cap. 2. Reginald. in priuati, lib. 18. cap. 1. tom. 2. Paulus Layman lib. 4. tract. 1. cap. 2. & segg. Filiuccius tom. 2. tract. 2. 3. cap. 3. & segg. & alij. Et quot de illis dici possunt, hæc ferè sunt: quid, & quæ sint Horæ canonice; à quibus personis sint perfoluendæ; & qualiter, & quæ sint causæ, quæ ab illis excusent, & quæ pœnæ illorum, qui culpabiliter illas omittunt; & quid specialiter sit seruandum in recitatione publica, quæ fit in Choro.

1. Quid sint Horæ canonice.

Et primò est supponendum, nomine Horarum canonicarum nihil aliud intelligi, nisi certas preces, quæ singulis diebus, & certis horis, mente, & voce debent perfolui, iuxta præscriptum factorum Canonum, ad Deum laudandum, eiusq; opem implorandam; neque enim quælibet laudes, aut preces, quas quisque fundit pro arbitrato diebus singulis, & certis horis, sunt Horæ canonice: sed hoc nomine solum intelligitur certa quedam collectio, & certus ordo, aut forma Hymnorum, Psalmorum, & precum, quæ publico nomine totius Ecclesiæ, & pro honore communi, & publico, & per publicos, & solenne ministerio perfoluuntur. Et inde fit, vt quæuis ab aliquo recitentur priuatum, & in priuato cubiculo; non tamen omitti debeant voces illæ, quæ sunt ad plures: Dominus vobiscum. Oremus. Benedicamus Domino. & similes: quia, nimirum, dicuntur toti Ecclesiæ, eiusq; nomine ille ipse, qui recitat, respondet sibi, & cum Spiritu tuo. Deo gratias, &c. vt notat Bellarm. loco cit. cap. 10. & Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quest. 1. puncto 1. & Layman cap. 2. cit. n. 1.

2. Quare dicantur diuinum Officium.

Dicuntur autem hæ preces, diuinum Officium: quia continent id, quod nobis est faciendum erga Deum, vt, scilicet, illum laudemus & oremus quotidie, certi per fidem de nostra infirmitate, & corruptione naturæ propter peccatum originale, ac proinde de nostra indigentia, penè in omnibus, diuinæ opis, eiusq; humiliter implorandæ per orationem. Vnde Horæ canonice, in quantum sunt diuinum Officium, rectè possunt cum Bellarm. ibidem definiti, aut describi, si dicamus, quòd sunt certa ratio publicè Deum laudandi, & precandi mente simul, & voce, autoritate Ecclesiæ, eiusq; Præsulum instituta. Et dicuntur esse ratio Deum laudandi, & precandi: quia, quantum in altera vita Officium nostrum diuinum, vel circa Deum, non sit futurum, nisi laudandi; iuxta illud Psalmi 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in saculum seculi laudabunt te. & præsertim post diem Iudicij, quando cessabit omnis indigentia, tam pro nobis, quam pro alijs; & omne desiderium nostrum erit Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

perfectè repletum in bonis: in hac vita tamen simul est Officium laudandi, & precandi; & necessariò debet simul continere laudes, & preces; id est, illas pro beneficijs iam acceptis; & has pro beneficijs accipiendis. Et specialiter dicitur Officium diuinum: quia specialiter ad Deum dirigitur, tanquam sacrificium laudis, aut laborum; & tunc etiam, quando dicitur esse de Sanctis, aut de mortuis, de hoc, vel illo tempore, aut de festo, vel de feria, &c. Deo offertur in memoriam Sanctorum, & in suffragium, & refrigerium Defunctorum; & Deus ipse laudatur in Sanctis suis; & tam hoc, quam illo tempore, & tam in die festo, quam in profesto, &c. & idè semper est Officium nostrum diuinum. Et rectè dicitur, quòd hæc ratio, aut forma diuini Officij debet esse instituta autoritate Ecclesiæ, & eiusque Præsulum: quia formam orandi, & laudandi Deum certam, & firmam nemo potest præscribere, nisi ille, qui præest, vt notat Bellarm. ibidem, ex Concilio Mileitano can. 12. & Toletano IV. c. 2. & ex Concilio generali sub Gregorio VII. c. 10. die. de consecr. dist. 3.

3. Sunt antiquissima in Ecclesia.

Atque hic mos certis horis laudandi, atque orandi publicè Deum, est antiquissimus in Ecclesia, vt probat Bellarm. lib. cit. de bonis operibus, c. 13. Azor. part. 1. lib. 10. c. 1. qu. 6. Suar. de Horis canon. c. 1. & alij, id est, ab ipsis temporibus Apostolorum: nam Actuum 3. de Sanctis Petro, & Ioanne dicitur, quòd ascendebant in templum ad horam orationis nominatæ: & 1. Corin. 14. conuentus fidelium ad Ecclesiam dicuntur fuisse non solum ad sacrificia, & ad conciones; sed etiam ad communes orationes, & laudes Dei. Et ad Ephes. 5. fit mentio etiam cantus, & alternæ recitationis Psalmorum, dum dicitur. Loquentes vobismetipsos (id est, inuicem, & alternatim, vt exponit ibi Haymo,) in Psalmis, Hymnis, & Cantibus spiritualibus. Quod idem habetur ad Colossen. 3. Commouentes vobismetipsos in Psalmis, Hymnis, & Cantibus spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Et apud Clementem Rom. lib. 8. Const. apost. c. 30. hæc habetur apostolica Constitutio: Preces facite mane, & tertia hora, & sexta, & nona, & vespere vsque ad galli cantum. Et illius habetur mentio etiam apud S. Cyprianum Serm. 6. qui est de oratione Dominica, S. Athanasium lib. de virginitate, S. Ambrosium Serm. 8. in Psal. 118. & lib. 3. de Virginitatibus, S. Basilium in regulis fustis disputatis, interrogat. 37. & Serm. 1. de institutis Monach. S. Hieronymum in epistola ad Eustochium, de custodia virginitatibus, & in alia epistola ad eandem de obitu Paula, & ad Letam de instit. filia, S. Chryostom. hom. 59. ad pop. Antiochenum, S. Augustinum Serm. 55. de tempore, Cassianum lib. 2. & 3. de instit. Canob. & apud alios, quos refert Bellarm. loco cit. & Suar. c. 1. cit.

4. Quando inceperint esse in præcepto.

Isque modus Deum orandi, & laudandi, qui primis illis temporibus solum vsu, atque consuetudine seruabatur, non improbabili credi potest fuisse deinde lege firmatus à Pelagio I. aut II. vt ex multorum sententia refert Azor. lib. 10. cap. 1. quest. 6. cit. & colligitur ex cap. Eleutherius. dist. 91. vbi Pelagius Eleutherio Episcopo præcepit, vt singulis diebus sacras vigilijs faciat celebrari in Ecclesia, iisque Clericos interesse, & vacare compellat: quanquam alij hanc eandem legem tribuant Damaso I. & alij Gregorio I. vt videre apud eundem Azor.

5. Horæ canonice fuerunt aliquando perfoluæ, etiam ministerio Angelorum.

Illud tamen plurimum facit ad huiusmodi Horarum commendationem, quòd refert Cass. lib. 2. de instit. Canob. c. 4. & 5. non solum humanis sed etiam angelico magisterio canonicarum Horarum ordinem fuisse constitutum; & quòd refert Ado Treuren. in Martyro

Martyrologio ad nonam diem Ianuarij, occisa magna copia Sacerdotum in persecutione Diocletiani, audita fuisse circa illorum Reliquias caelestem Psalmidiam manè, & vespere, & hora tertia, sexta, & nona: & denique id, quod refert Sozom. lib. 5. hystor. c. 15. vsque ad antiquis temporibus in Ecclesia floruisse studium celebrandi Horas canonicas, vt Iulianus Apostata, inuidens Christianis hoc ornamentum, iussit Sacerdotibus Idolorum, vt ipsi quoque similem formam statis horis precandi, & Deos laudandi: in suis fanis instituerent, vt notat Bellarm. c. 13. c. in fine. Quod si quæras ex quibus partibus tandem consistat Horæ canonicæ: Respondeo, partes, ex quibus constant, alias esse, & dici maiores, & alias minores. Maiores sunt Nocturni, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, Completorium. Minores sunt Psalmi, Lektionen, Antiphonæ, Hymni, Responsoria, Versiculi. Et de minoribus, quod apte assumantur ad componendas huiusmodi Horas, fuse probat Bellarm. c. 14. & Suar. c. 2. contra Hæreticos, qui multas ex illis variè impugnantur. De maioribus verò facit difficultatem: quia non constat de illarum numero, quæ erant altera pars præsentis disputationis; de quo tamen facile constabit, si aliqua præmiserimus de tempore legitimum, & canonico singularum.

6. Hora inæquales, aut planetariæ, quæ sint.

Sciendum igitur est ex Bellarm. cap. 11. Suar. cap. 3. Azor. cap. 2. nomina singularum Horarum canonicarum fuisse desumpta ex illis horis, quæ apud veteres erant in vsu, & dicebantur horæ inæquales, vel planetariæ: nam per totum annum, diem artificialem, qui non dicit integram Solis circulationem, sicut dies naturalis; sed eam partem tantummodo, qua nobis, & in nostro hemisphærio lucet Sol, distribuuntur in duodecim horas, & in totidem distribuuntur etiam noctem ab occasu Solis, vsque ad ortum. Et hinc necessariò fiebat, vt in æstate longiores essent horæ diurnæ, quàm nocturnæ: & contra in hyeme illæ essent breuioræ, & hæ longioræ. Et quauis, tam in æstate, quàm in hyeme essent æquales quoad numerum, id est, semper duodecim, iuxta illud Ioan. 11. *Nonne duodecim sunt horæ diei? non tamen essent æquales, quoad durationem; & idèd dicerentur horæ inæquales.*

7. Vigilia, & custodia noctis, quænam fuerint.

Et rursus de horis noctis sciendum est, quod fuerunt diuisæ in quatuor partes, quæ appellabantur vigilia, vel custodia, iuxta illud Psalm. 129. *A custodia manauit in usque ad noctem.* Eaque diuisio, & appellatio fuit desumpta foras à disciplina, vel ordine militari, vt notat S. Hieronymus lib. 2. in Matih. in illa verba cap. 14. *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, &c.* & Amalarius lib. de ordine Antiphonarum, cap. 4. & Francol. de Horis canonicis, cap. 1. num. 1. & Suar. c. 3. num. 4. Vnaquæque vigilia ternis horis absoluebatur: & prima, verbi gratia, incipiebat ab occasu Solis, & terminabatur ad horam tertiam noctis: & secunda ab horâ tertia, vsque ad sextam, & sic de aliis. Eiusque diuisionis etiam meminit Christus Dominus Marci 13. *Vigilate ergo: nescitis enim, quando Dominus veniet, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane.* Et Lucæ 2. dicitur, quod pastores erant vigilantes, & custodiennes vigiliis noctis super gregem suum. & cap. 12. *Si uenerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia uenerit, &c.* Sicut autem partes noctis à disciplina militari fuerunt appellatæ vigiliæ, & custodia: ita & partes diei fuerunt appellatæ stationes, vt ex multorum sententia addit Suar. loco cit. Et sicut ex horis nocturnis in vnaquaque vigilia, aut custodia, tertia, & postrema hora habebatur potissima: ita & ex horis diurnis tertia, & postrema in vnaquaque statione

8. Stationes diei quænam fuerint.

deputari solebat ad maiora, & celebriora negotia, vt videre est apud Tertull. lib. de ieiunio.

Ab horis ergo, & vigiliis noctis dictæ sunt preces, & horæ nocturnæ, vt multi volunt: quia in aliquibus Ecclesiis singulis quibusque vigiliis recitabantur, id est, primis Nocturnus tertia hora noctis, secundus sexta, tertius nona, & Laudes duodecimæ: & in aliis Ecclesiis simul iungebantur omnes Nocturni, & simul omnes persolvebantur in media nocte, vel in quarta vigilia, quæ dicebatur Matutina, referuatis temper Laudibus ad proprium tempus, qui est crepusculum matutinum, vsque ad ortum Solis, qua de causâ dicuntur Laudes matutinae.

Et similiter ab horis diurnis dictæ sunt preces diurnæ, id est, Prima, à prima hora diei, quod est canonicum tempus eam persoluendi; Tertia à tertiâ, & sic de aliis, vsque ad horam duodecimam, quæ est tempus Vesperarum; & vsque ad crepusculum vespertinum, quod est tempus Completorii.

Ex his autem, quæ diximus circa tempus canonicum cuiusque Horæ, clarè cõstat, quod Horæ canonicæ non possunt esse plures, quàm octo; neque pauciores, quàm septem: si enim Nocturni numerentur, tanquam Hora per se distincta à Laudibus, vt vult Archidia. in c. Presbyter. dist. 91. Sanctus Anthonin. 2. part. 3. cap. 12. §. 1. & 3. part. 3. c. 4. §. 1. Nauar. de orat. c. 3. n. 27. Guillel. Duran. in Rationali diuini Offic. lib. 5. c. 1. & alij apud Suar. de Hor. canon. c. 6. n. 3. Horæ canonicæ sunt omninò octo, id est, Nocturni, vel Matutinum, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completorium: nam, quauis Nocturni in Officio de Sanctis, & de Festis sint plures vno, cap. In die de consec. dist. 5. non sunt tamen Horæ per se, sed solum partes maiores vnius Horæ, cum neque habeant proprium principium, quod communiter est oratio Dominica, Pater noster, & Salutatio angelica, Auc, Maria; neque habeant proprium finem, qui est oratio; sed omnes simul habeant vnicum principium, & vnicum finem, quod est signum, vt simul omnes componant vnam Horam, vt notat Suar. cap. 6. cit. n. 5. Et similiter, quauis in Breuiario contineantur plures aliæ preces, aut Officia, vt verbi gratia, Officium Beatæ Virginis, Officium Defunctorum, septem Psalmi poenitentiales, &c. hæc tamen similiter nõ sunt Horæ canonicæ; neque augent earum numerum: sed sunt aliquid per se, quod aliquando ex peculiari præcepto, aut consuetudine illis adiungitur: & hac de causâ appellatur aliquando largo modo pars diuini Officij, vt de Officio mortuorũ notat Nau. de orat. c. 10. n. 4. ex Palud. Turrecr. Ioan. Andrea, & aliis; cum tamen, per se loquendo, Horæ canonicæ possint esse, & recitari perfectè, & integrè sine illis, vt subdit Suarez n. 2.

Si verò Nocturnos nõ separemus à Laudibus, sed faciamus vnam tantum Horam ex vtriusque compositam, vt volunt communiter Canonistæ in c. Presbyter. dist. 91. & in c. 1. de celebrat. Missar. & in Clement. Gran. cod. tit. Garzias de beneficiis, part. 3. c. 1. n. 224. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. ou. 1. puncto 3. n. 3. tom. 1. Layman lib. 4. tract. 1. c. 2. Filiucc. tom. 2. tract. 23. c. 3. n. 107. Sylu. Angel. Tabiena, Rosella, Armilla, Caiet. verb. Hora, Sor. lib. 10. de iust. q. 5. art. 4. Azor. lib. 10. c. 1. quæst. 2. Sanchez lib. 7. consil. c. 2. dub. 1. n. 3. & 4. & alij, non sunt nisi septem Horæ canonicæ in vniuersum.

Quod si quæras, quænam ex his opinionibus sit probabilior: Respondeo cum Suar. c. 6. cit. n. 9. Si illa appelletur hora distincta, quæ potest licitè separari ab aliâ, & potest habere proprium principium, & proprium finem, Matutinum esse horam distinctam à Laudibus.

9. Hora canonica vnde sint diuisa in horas nocturnas, & in horas diurnas.

10. Hora canonica non sunt plures, quàm octo; neque pauciores, quàm septem.

11. Singuli Nocturni non sunt Horas canonicæ per se.

12. Officia Beatæ Virginis, Defunctorum, &c. non sunt Hora canonica.

13. Si Matutinum separatur à Laudibus, Hora canonica sunt octo.

Laudibus, & Horas canonicas esse octo: quia non solum de factis ita separantur in Officio Natiuitatis Domini: sed etiam ita fuit antiqua consuetudo Ecclesiæ, vt communiter separarentur, vt notat Sanchez lib. 7. consiliorum. 2. dub. 2. & probat Suar. loco cit. & S. Benedictus in sua Reg. expressè præcipit, vt Matutinum separatur à Laudibus, & Laudes dicantur ad aurorem separatim à Nocturnis: & hoc tempore nullus est ex Clèricis, etiam doctis, & timoratis, qui habeat scrupulum de huiusmodi separatione Matutini à Laudibus, vt notat Sanchez loco cit. & de se testatur Nauar. de orat. c. 2. n. 64. Imò ex ea, quod in nocte Natiuitatis hoc etiam tempore separantur, rectè colligit Bellarm. lib. de bonis oper. c. 11. quod est magis absurdum separare Matutinum à Laudibus, quàm vtrunque simul persolvere ante mediam noctem: siquidem Ecclesia idèd separari per illam noctem; quia, cum debeat ex vetere instituto Missa celebrari media nocte, nimis præceteretur tempus Laudum, si canerentur ante mediam noctem post Nocturnos.

14. Si Matutinum separatur à Laudibus, vtrum sit terminandum per propriam finem, & iterum dici Pater noster, & Ave, Maria, sicut communiter inchoantur aliæ Horæ, præter Completorium: quia tunc se habent, sicut Hora distincta, sed Sanchez lib. 7. consil. c. 2. dub. 1. n. 5. & dub. 2. negat, id esse necessarium, cum Rubricæ Breuarij, etiam in nocte Natiuitatis, id non præcipiant; & Matutinum terminetur cum sola oratione, sine Pater noster, & Laudes post Missam inchoentur per, Deus in adiutor, sine Pater noster, & saluum sit, quod Pater noster sit principium, & finis omnium Horarum: siquidem Rubricæ id generaliter non præcipiunt.

Neque tamen hinc sequitur, quod etiã Nocturni, qui, vt diximus, separatis temporibus dicebantur per vigiliis noctis, sint Horæ distinctæ: nam, vt omittam, quod illa consuetudo separandi Nocturnos ab inuicem, est valde dubia, vt notat Suar. c. 4. n. 3. & seq. cum tamen consuetudo separandi Nocturnos à Laudibus sit certa, & hoc tempore est iam inducta consuetudo in contrarium, vt Nocturni non separantur, & iam non possint separari sine culpa, saltem veniali, nisi ex rationabili causâ, vt subdit Suar. cap. 6. num. 10. & Garzias de beneficiis, part. 3. cap. 1. num. 224. cit. & Bonac. dub. 6. cit. num. 6. vt, inquam, hoc omittam, adhuc Nocturni, si separantur, non faciunt Horas distinctas, cum non habeant proprium principium, & proprium finem, ex quibus maximè attenditur Horarum vnitas, aut distinctio: sicut & in Physicis, aut Mathematicis, ex propriis indiuisibilibus terminatiuis attenditur vera distinctio, & pluralitas quantitatuum, vt habet Suar. num. 1. quidquid sit de continuitate temporis, aut de interruptione, quæ ex se sola non est sufficiens tribuere vnitatem, aut distinctiõnem.

15. Si Matutinum ex vno Antiphonarum, & c. non separatur à Laudibus, & c. non sunt Horas canonice nisi septem.

Cæterum, quia vsus Romanæ Ecclesiæ iam habet, vt Nocturni recitentur simul cum Laudibus, vt etiam notat Amalarius in Prologo de ordinatione Antiphonarum, vbi ait, se Romæ de hac re interrogasse Magistros, eosque respondiisse, quod sint continuandi sine temporis interstitio: & quia hoc tempore ex regulis Breuarij ita iunguntur Nocturni cum Laudibus, vt careant proprio fine, & oratione; & idèd iam ita se habent, ac si constituant vnam Horam; & denominatio in moralibus desumitur ab eo, quod contingit frequentius, & vt plurimum; Bakelli Theol. Moral. Tom. 11.

idèd potest dici absolute, quod, per se loquendo, hoc tempore Matutinum, siue Nocturni, & Laudes non faciunt Horas distinctas, & quod Horæ canonice sunt totum septem, quauis antiquis quibusdam communiter in multis Ecclesiis diuersarum prouinciarum separabantur, ab inuicem, & numerarentur, vt Hora distincta, & notat Turrecr. cap. Presbyter. dist. 91. quæst. 2. & sequitur in Regula S. Benedicti, & ex illo Suar. lib. 7. consil. quæst. 2. cit. quod idem etiam hoc tempore potest dici, si in aliquibus Conuentibus Monachorum, qui non tenentur ad Breuiarium Romanum, communiter se iungunt.

Ex eo tamen, quod hoc etiam tempore possint Matutinum, & Laudes ab inuicem separari, non debet inferri, quod hoc etiam tempore sint Horæ distinctæ, cum huiusmodi separabilitas possit causari, non solum ex distinctione Horarum, sed etiam ex consuetudine sic inducta circa partes maiores vnius Horæ, vt patet in singulis Nocturnis, si ab inuicem separantur, vt olim fiebat in pluribus Ecclesiis. Et quemadmodum continuitas temporis in recitatione plurium Horarum, non probat in illis vnitatem, neque tollit veram pluralitatem: ita & interruptio, vel discontinuitas temporis non probat e contra pluralitatem, neque tollit vnitatem, vt notat Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 1. cit. num. 5. & dub. 2. n. 1. & Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. puncto 3. cit. num. 6. & alij apud ipsum; & diximus paulò ante.

16. Quare sit institutus, & quid per illum, & per singulas Horas significetur, videri potest apud Bellarm. lib. cit. de bonis operibus, cap. 13. & apud Azor. lib. 10. cap. 1. quæst. 3. Primb enim id est, quia ex sacris Litteris septem tempora colliguntur diuinis laudibus, & precationibus apta, iuxta illud Psalmi 118. *Septies in die laudem dixi tibi.* & per has septem precationes apte possumus impetrare septem dona Spiritus Sancti contra septem Spiritus nequiores, quos secum assumit antequam hostis, vt dicitur Matih. 12. & quia septies in die cadit iustus, Proverb. 24. & septem gentes relicte sunt, quæ debellari oportet etiam à nobis, sicut olim à Iudeis, Deuter. 7. vt terram diuinitus sibi promissam acquirerent, id est, septem vitia capitalia, vel septem Dæmonia eiecta à Magdalenâ Marci 16. vel septem nequitias, quæ memorantur Proverb. 26. Et denique quia septem sunt ætates hominis, quibus omnibus Deus est laudandus, id est, infãntia, pueritia, adolescentia, iuuentus, virilitas, senectus, decrepitudine, isque numerus septenarius horarum, & precationum, videtur fuisse adumbratus septem tubis, quantum sonitu ceciderunt muri Iericho, Iosue 6. & in septem asperionibus leprosi, Leuit. 14. & totidem asperionibus vituli, & hirci, qui immolabatur in expiatione filiorum Israël, Leuit. 16. & in septem candelabris Ecclesiæ, Apoc. 1. & in septem lampadibus, siue lucernis, Exodi 25. & Apoc. 1. cit.

Secundò, hic numerus est institutus, vt beneficium creationis commemoretur, & pro eo agatur gratiæ: & septem sunt Horæ, quia septem diebus creata sunt omnia; & congruè inseritur officium nocturnum, vt significetur spes resurrectionis, quæ solet significari per diem octauam; & noctu creditur esse futura, iuxta illud Lucæ 17. *Erunt duo in lecto vno, & vnus assumetur, & aliter relinquetur.* & Matih. 25. *Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit.* Tertiò, est institutus in honorem sanctissimæ Trinitatis, vt tertia quaque hora eam laudemus, ac veneremur, vt notat S. Cyprianus Sermon. 6.

Quartò, vt recolatur beneficium redemptionis: siquidem precipua illius mysteria his horis peracta sunt: & hora vespertina, à qua incipit Officium ecclesiasticum, vt patet in Festis, Christus fecit cenam cum suis discipulis, & lauit eorum pedes, & Sacramentum Eucharistiæ instituit: Hora Completorij post orationem in orto, & sudorem sanguineum, fuit comprehensus, & ad Annam, & Caipham ductus, & variè illusus: Hora matutina in Concilio Pontificum, & Phariseorum decretum fuit, vt perderetur: Hora prima datus est ad Pilatū, & inde ad Herodem, & rursus ad Pilatū: Hora tertia ad Crucem est conclamatus vocibus Hebræorum, flagellis & cæcis, & splenis coronatus: Hora sexta est crucifixus: Hora nona expirauit: & rursus hora vespertina est depositus de Cruce: Hora Completorij quieuit in sepulchro, & hoc fuit signatum, & munitum custodi- bus: Hora matutina sub auroram surrexit, & redemptionem compleuit, sicut olim in vigilia matutina Pharaonem demerferat, & Hebræos liberauerat: Hora prima apparuit mulieribus: Hora tertia descendit Spiritus Sanctus: Hora sexta S. Petrus inter orandum accepit mandatum de admittendis Gentilibus ad Ecclesiam, & S. Paulus est conuersus, & destinatus est Apostolus inter gentes: Hora nona primitiæ gentium, id est, Cornelius Centurio ministerio angelico missus est ad S. Petrum.

Atque ad hæc precipua mysteria significanda hic versus legitur apud Glossam in cap. 1. celebrat. Missarum.

Hæc sunt, septenas propter quæ psallimus Horas. Matutina ligat Christum, qui crimina purgat: Prima replet spiritus causam dat Tertia moris: Sexta Cruci nectit: latius eius Nona bipertit: Vespera deponit: tumulo Completa reponit.

Postremo loco circa institutionem, & numerum Horarum canonicarum potest explicari, quando singulæ sint institutæ, cum non omnes eandem habeant antiquitatem, & quare singulæ sic, vel sic sint compositæ, v.g. ex tot Psalmis, ex tot Lectionibus, Antiphonis, Responsorij, &c. sed de hoc legi potest Bellam. lib. cit. de bonis operibus, c. 14. Suar. de Horis canon. c. 4. & 5. Azor. lib. 10. c. 2.

DISPUTATIO XXI.

Quomodo aliquis teneatur ad Horas canonicas, ratione Ordinis sacri.

1. Quæ sint tractanda de Horis canonicis.
2. Ad Horas canonicas, per se loquendo, nemo tenetur, nisi ratione Ordinis sacri, aut professionis religiosæ, aut beneficii ecclesiastici.
3. Obligatio ad Horas canonicas ratione Ordinis sacri potius est ex consuetudine, & usu totius Ecclesie, quam ex iure scripto.
4. Obligatio ratione Ordinis sacri solum incipit à die, & hora suscepti Subdiaconatus.
5. Privilegio uti nemo cogitur.
6. Qui prouidet se fore impeditum hora debita Vesperarum, utrum teneatur anticipare.
7. Si Hora persoluantur ante susceptum Subdiaconatum, non implent obligationem, quæ ex illo oritur.
8. Clerici in minoribus non tenentur ad Horas canonicas ratione sui Ordinis.
9. Tenentur tamen, secundum aliquos, ad alias preces.
10. Sed est probabilius, quod ad nihil tenentur.
11. Nisi forte alicubi aliter habeas consuetudo.

12. Episcopus non potest precipere, sine speciali causa, in sua diocesi id, quod Ecclesia uniuersalis zelantur liberum.
13. Qui tenentur ad Horas canonicas ratione Ordinis sacri, adhuc tenentur, quando sunt excommunicati, vel damnati ad irremediam.
14. Excommunicatus, si dicit, Dominus vobiscum, utrum fiat irregularis.
15. Damnati ad irremediam possunt excusari ab Horis canonicis, per consuetudinem.
16. Qui ex dispensatione Pontificis uxorem ducit, adhuc tenentur ad Horas canonicas.
17. Qui suscipit sacros Ordines post matrimonium ratum, in scia uxore, omnino tenentur ad Horas canonicas.
18. Quis est ordinatus per vim, & metum, non tenetur.
19. Nisi aliquando sponte rati fuerit susceptione Ordinis.
20. Qui esset ordinatus ex præcepto Episcopi, omnino tenentur.
21. Secus verò si esset ordinatus ante usum rationis, vel ante annos pubertatis, ut aliqui volunt.
22. Secundum alios, qui esset ordinatus ante annos pubertatis, verè tenentur ad Horas canonicas.

QUæ possunt explicari de Horis canonicis hæc fere sunt, quæ personæ, & ex quibus titulis ad illas teneantur; qua intentione, & qua attentione, & quo sono vocis, & quo tempore, & quo Breuitario; & denique quo modo teneantur illas persolvere; quibus de causis possint excusari, à culpa, & postremò dicenda sunt aliqua de recitatione etiam publica, quæ fit in Choro.

Et circa personas certum est, secundum omnes, quod solum ex triplici capite, aut titulo potest in illis oriri obligatio; id est, ratione Ordinis sacri; ratione professionis religiosæ in iis Religionibus, quæ deputantur ad Chorum; & ratione ecclesiastici beneficii, vt videre est apud Sylu. verb. Hora, qu. 2. Nauar. de orat. c. 7. Sotum lib. 10. de inst. qu. 5. art. 3. Bellarm. lib. de bonis operibus, cap. 19. tom. 4. Suar. de Horis canon. c. 16. Azor. part. 1. lib. 10. c. 3. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 1. n. 6.

Primo igitur, vt agamus de iis, qui tenentur ratione Ordinis, certum est, eos omnes teneri, qui sunt in sacris, id est, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos: nam de Presbyteris expressè id habetur ex Concilio Naneten. cap. Presbyter. dist. 91. & c. 1. de celeb. Missarum, ex Concilio Agathensi. De Diacono autem, & Subdiacono, quauis nullus sit textus in iure canonico, quo id expressè præcipiatur, vt notat Nauar. de orat. c. 7. n. 2. Suar. c. 16. cit. n. 9. Azor. lib. 10. c. 5. qu. 1. siquidem cap. Si quis Presbyter. dist. 92. quod affertur à Canonistis, ad ostendam obligationem Diaconi, non loquitur de quocunque Diacono; sed solum de illo, qui sit deputatus seruitio Ecclesie: & eodem modo de illo loquitur, atque de alio quouis Clerico, qui simul sit deputatus eisdem seruitio: & idem est, ac si diceret de Clerico beneficiato: satis tamen est ad talem obligationem probandam generalis, & immemorabilis consuetudo Ecclesie. Imò etiam textus allati pro Presbytero, non tam loquuntur ratione Ordinis, quam ratione beneficii, vt notat Suar. loco cit. & Less. lib. 2. c. 37. n. 44. siquidem expressè loquuntur de Presbytero parochiali: quæ dant facultatem recitandi manè omnes Horas vsque ad Vesperas exclusiue, vt patet cap. Presbyter. cit. dist. 91. imò etiam Vesperas inclusiue, vt addit c. 1. de celebr. Missarum, ad hoc vt postea possit exire ad opus rurale, si velit, eumque mouent, vt videret prius infirmos, & curet, in quantum potest, vt postea horis cõpetentibus à se, vel à Scholaribus

Quæ sint tractanda de Horis canonicis, per se loquendo, nemo tenetur, nisi ratione Ordinis sacri, aut professionis religiosæ, aut beneficii ecclesiastici.

publicè recitentur eadem Hora in Ecclesia, & tandem redeat pro necessitatibus peregrinorum, & hospitum, & infirmorum, & defunctorum: quæ omnia sine dubio non conueniunt vnicuique Presbytero, sed solum parochiali, & Curato. Atque hæc de causa non defuerunt, qui dicerent, eos tantum Presbyteros, aut Diaconos teneri ad Horas canonicas, qui sint intulati alicui Ecclesie, hoc est, ad illius titulum ordinati: non autem eos, qui sine ordinati ad titulum suæ possessionis, & patrimonij, vt videre est apud Glossam in c. Si quis Presbyter. dist. 92. & apud Azor. c. 5. qu. 1. cit. quod tamen nulla ratione est admittendum: cum sit contra communem consuetudinem totius Ecclesie, vt iam diximus, & contra cõmunitatem sententiam omnium Doctorum: & quando aliquis diceret obligationem Presbyteri non carere ad Horas canonicas ratione solius Ordinis non haberet sufficienter ex iure canonico, adhuc tamen deberet dicere, quod habetatur sufficienter ex dicta consuetudine, & vsu Ecclesie, qui vix clare supponitur, & asseritur in Concilio Basiliensi sub Martino V. & Eugenio IV. verbis illis: *Quisquisque beneficiatus, ut in sacris constitutus, cum ad Horas canonicas teneatur, admodum sanctæ Synodus, &c.*

Secundò, obligatio ad Horas canonicas ratione Ordinis sacri, solum incipit à die, & ab hora suscepti Subdiaconatus. Ita Suar. de Horis canon. c. 27. n. 8. Azor. lib. 10. c. 3. quæst. 17. Paulus Layman lib. 4. tract. 1. c. 6. dub. 4. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 7. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. qu. 2. puncto 5. n. 9. & alij apud ipsum. Vnde, qui sit Subdiaconus, verbi gratia, hora sexta, non tenetur recitare nisi Horam Nonam, & Vesperas, & Completorium illius diei: quia, quauis alix Horæ antecedentes possint postponi, & adhuc duret legitimum tempus, intra quod possunt persolui; id tamen solum est ex privilegio, eoque vti nemo cogitur: & obligatio solum incipit hora sexta; & non est, quod retrotrahatur ad Horas præteritas.

Et hoc modo addit Sanchez *lib. 7. cit. ex Cano releit. 5. de pre. re. ver. Sed quid illi primò, quod etiam ille, qui expectat febrim quartanam, verbi gratia, circa meridiem; & bene aduertit, quod postea non poterit dēere Vesperas, & Completorium, non tenetur illas Hora anticipare: quia facultas anticipandi est privilegium fauoris, & non vinculum necessitatis. Sed contra occurrit: quia privilegium fauoris, quauis per se non sit vinculum necessitatis, neque illud inducat, non tamen cum illo est incompatible, neque illud tollit, si aliunde est indutum, verbi gratia, ex præcepto. Quare, cum præceptum de Horis canonicis quotidie persolueudis obliget intra totam latitudinem diei naturalis, id est, à media nocte ad mediam noctem; necessitas hæc dicendi Vesperas, & Completorium intra dictam latitudinem, & in aliqua parte diei naturalis, quæ oritur ex præcepto, non videtur posse tolli per privilegium fauoris de illis anticipandis: imò privilegium videtur maximè esse in obseruationem præcepti; & vt Vesperæ absolute dicantur in aliqua alia parte diei, si non possunt dici determinate in illa, quæ alioqui, per se loquendo, est debita. Et si impedimur: nam febris quartana solum pro hora debita Vesperarum excusaret simpliciter ab illis dicendis pro tota die, etiam si impedimentum quodcumque aliud pro hora debita cuiuscumque alterius Horæ canonicæ excusaret similiter ab illa dicenda: & qui esset impeditus pro hora debita cuiusque Horæ, neque posset, verbi gratia, dicere Primam hora debita Primæ, neque Tertiam hora debita Tertie, & sic de alijs; licitè posset*

omittere Primam, & Tertiam, & omnes alias: & sicut non tenetur anticipare Horam debitam, ita nec tenetur illam postponere, cum etiam hoc sit privilegium fauoris, quod tamen non videtur dicendum.

Quod si is, qui ordinatur Subdiaconus, verbi gratia, hora sexta, ponatur ante illam recitare totum Officium, quando adhuc non tenebatur, negat Bonac. puncto cit. num. 2. quod satisfecerit; & contendit, quod teneatur iterum recitare ab hora obligationis, id est, ab hora sexta: quia ante illam non potuit satisfacere obligationi, quæ nondum erat: & eo ipso, quod conceditur incipere obligatio hora sexta, & ille ex tunc incipere teneri ad Horas canonicas, intelligitur, quod sit obligatus pro aliquo tempore, & quod præceptum, aut lex ecclesiastica ex tunc incipiat ad illum loqui, & imperare, vt recitet; & quod ipse ex tunc teneatur illi parere, non obstante, quod recitauerit prius, cum præsertim recitatio Subdiaconi non debeat esse, vt priuati fidelis cuiuscumque, sed vt Ministri publici, & ab Ecclesia specialiter deputati, ad hoc, vt oret nomine publico huiusmodi preces. Vnde, quemadmodum acta procuratoris ante habitum mandatum procuratoris non sunt valida: ita nec valet, vt sic dicam, acta, & preces Subdiaconi ante habitum Subdiaconatum. Et quemadmodum in procuratore parum refert, quod egerit multò ante mandatum procuratoris, an solum paulò antea: & in Subdiacono parum refert, quod Horas persoluerit per multas horas ante Subdiaconatum; & a verò solum per paucas. Et confirmatur: quia ex iure communi, L. Si pualio ista, §. Inter cetera, ff. de verb. oblig. hoc est discrimini inter debitum, quod est in diem certam, vt, verbi gratia, quando debeo tibi solvere centum Calendis Ianuarij; & illud, quod est in diem incertam, vt, verbi gratia, si debeo tibi solvere, quando hic, vel ille fuerit mortuus; vel, quando euenerit hoc, vel illud, quod debitum in diem certam valide soluitur ante diem, non autem debitum in diem incertam: quia, nimirum, dies incerta æquiparatur conditioni, L. Dies incerta ff. de condit. & demonstrat. & idem est deberi aliquid in diem incertam, atque deberi sub conditione huius, aut illius euentus; ac proinde non oritur illius obligatio, nisi quando euenerit dies, & conditio sit posita in esse: ex quo etiam fit ulterius, vt non possit ante huiusmodi diem solui debitum, & impleri talis obligatio, cum adhuc non sit, vt communiter dicitur in materia de contrahibus: vt enim bene notat ibi Bartol. *Possum quidem ego accipere, & tu dare: sed non tanquam debitum ex vigore obligationis in diem incertam: sed ex tua liberalitate: & postea existente conditione conuertetur in solum, L. Sub conditione ff. de solut. Eadem ergo ratione, quia obligatio ad Horas canonicas in eo, qui vult esse Subdiaconus, solum est ad horam incertam, & sub conditione, quod sit Subdiaconus, non potest validè solui ante huiusmodi horam, & ante impletam conditionem, & Subdiaconatus actus susceptus: & quauis aliquis possit Horas persolvere ex propria deuotione, & voluntate; non tamen potest, tanquam debitas ex Subdiaconatu. Et simile quid etiam accideret in solutione debiti pecuniarij si quis pecuniã actu traderet ante debitum actu contractum, & solum pro debito postea contrahendo: verè enim talis pecunia non posset esse solutio, nisi quando debitum iam esset contractum; & interim solum maneret apud alium, tanquam depositum, & postea ex consensu, & voluntate veri domini deponeris, siue actuali, siue virtuali, intelligeretur, vti in solum, & dissolueretur, aut extinguere debitum: quod tamen*

Si Hora persoluantur ante susceptum Subdiaconatum, non implent obligationem, quæ ex illo oritur.

non potest ita contingere in casu presenti de Horis canonicis, cum non maneant quali in deposito, & sub potestate ipsius persoluentis; sed statim transcant in thesaurum Ecclesie; & neque a Deo, neque ab Ecclesia fuerint acceptata; in solutionem debiti nondum existentis; neque postea acceptentur, quasi per ratihabitionem, qua mandato equiparatur, & retrahitur ad actum priorem, cumque validat, L. Si quis mihi. §. Instum. ff. de acquirenda hereditate, & capi. Ratihabitionem. de regulis iuris, in 6. cum hac ratihabitione neque habeatur ex Scriptura; neque villo iure sit debita; & non debeat fini gi gratia, & sine urgente ratione.

8. Tertio, alij Clerici in minoribus constituti non tenentur ratione Ordinis ad Horas canonicas, quia contraria ratione nullum est ius canonicum, quod eos obliget; & in contrarium facit communis consuetudo totius Ecclesie. Non tamen desunt aliqui ex Canonistis, qui asserant, eos teneat ex iure communi, imò & ex iure diuino; cum sint electi in partem hereditatis, & sortis Dei; & sint segregati a laicis, & gaudeant privilegiis, & muneribus ecclesiasticis, vt videtur est apud Glossam in cap. Si quis Presbyter, dist. 92. Innoc. Hostiensis Ioan. Andr. & Panorm. in cap. 1. de celebrat. dist. 1. quatuor addant; à Iure canonico eos excusari per consuetudinem iam inductam, & prescriptam in contrarium, vt refert Azor. lib. 10. cap. 5. cit. quast. 2. & Suar. de Horis canonicis, cap. 27. num. 11. & Sanchez lib. 7. dist. 1. moral. cap. 2. dub. 2. n. 2. & Bonac. de Horis canonicis, dist. 1. quast. 2. punto 3. num. 1. in fine, tom. 1.

9. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

10. Sed longè est probabilius, quod docet Sot. lib. 10. de iust. quast. 5. art. 3. Medina C. de orat. quast. 7. Less. lib. 2. cap. 37. n. 46. Azor. lib. 10. cap. 5. quast. 2. cit. Suar. de Horis canonicis, cap. 16. n. 14. & Valen. 2. 2. dist. 6. quast. 2. punto 10. Sanchez lib. 7. cit. consil. moral. 2. dub. 2. n. 5. eos ad nihil teneri; sed factis esse, si communitè ministrando in suis officiis, quando occasio se se obtulerit, ostendant, peculiariter se esse addictos diuino seruitio, & Ecclesie; & Dei esse ministros. Si tamen alicubi sit consuetudo, vt recitent aliquid huiusmodi, vt verè esse testatur Nauar. de orat. c. 7. n. 14. cit. eadem ratione obligabuntur ad illud recitandum, sicut obligantur, qui sunt in Ordinibus maioribus ad recitandas Horas canonicas, vt iam diximus. Et quanvis fortasse Episcopi, quando conferunt minores Ordines, possint precipere huiusmodi Clericis, vt ter, aut quater recitent aliquid huiusmodi; quod ipsum tamen, etiam pro semel, negat Sot. lib. 10. de iust. q. 5. art. 3. conclus. 1. in fin. & Sanc. dub. 2. cit. n. 6. & Valen. 2. 2. dist. 6. q. 2. punto 10. cit. non tamen videntur posse obligare ad semper, cum hoc sit onus valde graue, & potius pertineat ad Summum Pontificem, quam ad Episcopum, vt notat Sot. Val. Less. Suar. locis cit. & Azor. c. 5. cap. 4. & plures alij apud Bonac. de Horis canonicis,

11. Episcopus non tenetur ad Horas canonicas, quia non potest ita contingere in casu presenti de Horis canonicis, cum non maneant quali in deposito, & sub potestate ipsius persoluentis; sed statim transcant in thesaurum Ecclesie; & neque a Deo, neque ab Ecclesia fuerint acceptata; in solutionem debiti nondum existentis; neque postea acceptentur, quasi per ratihabitionem, qua mandato equiparatur, & retrahitur ad actum priorem, cumque validat, L. Si quis mihi. §. Instum. ff. de acquirenda hereditate, & capi. Ratihabitionem. de regulis iuris, in 6. cum hac ratihabitione neque habeatur ex Scriptura; neque villo iure sit debita; & non debeat fini gi gratia, & sine urgente ratione.

12. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

13. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

14. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

15. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

16. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

16. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

17. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

18. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

19. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

20. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

21. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

22. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

23. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

24. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

25. Quod si queratur, vtrum saltem teneantur ad aliquas alias preces: Respondeo, eos, qui sunt in Ordinibus minoribus proprie dictis teneri, secundum aliquos, recitare quotidie Psalmos penitentiales, vel Graduales, vel Officium Beatiſsimæ Virginis: eos vero, qui solum habent primam tonsuram, teneri saltem recitare Psalmum, Miserere: quia, cum sint specialiter electi, atque ordinati ad cultum Dei, & gaudeant privilegio clericali, tenentur ad aliquid amplius, quam puri laici. Vnde & omnes penè Episcopi, quando conferunt huiusmodi Ordines, id solent precipere Clericis à se ordinatis, non tantum pro semel; sed etiam pro singulis diebus, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 14.

Regulas, irritetur votum, solennè Religionis, si sit emissum ante annum decimumquartum completum; & in Concilio Trident. sess. 22. cap. 15. de Regular. id extendatur vique ad annum decimum sextum; & ex hoc voto solenni expresso idem asserat Sanchez, etiam de voto solenni rati, quod est annexum Ordinibus sacris, cum vtrobique sit eadem ratio, id est, leuitas ingenij puerorum, qui facile inducuntur ad electionem status religiosi, aut ecclesiastici, cosque postea facile poenitet; contra tamen Doctores alij contendunt, propter paritatem rationis non bene fieri extensionem à voto solenni religioso ad votum sacrorum Ordinum, cum in iis, que sunt de iure positio, vt certè est nullitas profissionis, ante pubertatem, vel ante annum decimum sextum, non fiat huiusmodi extensio; neque ex eo, quod sit, verbi gratia, indictum ieiunium pro vno Festo, valeat inferre, quod etiam sit ieiunandum pro alio Festo illi æquali, aut maiore; & bene potuerit Ecclesia irritare professionem religiosam, quæ sit pissima, & facillimè posset, & soleret emitti ante annos pubertatis, & ante annum decimum sextum, absque eo, quod similiter irritaret votum sacrorum Ordinum, qui vix vnquam conferuntur in tali ætate. Et si dicatur huiusmodi impubes tenet ad votum continentie: potiori ratione dicendas est etiam teneri ad Horas canonicas. Sed negari non potest, quin etiam prior sententia sit probabilis, pro qua Sanchez lib. 7. de mat. im. dist. 30. cit. num. 8. etiam citat plures ex Canonistis, Calderinum, Innocentium, Hostiensem, Ioannem, Andream, & alios; & eandem asserit etiam Maiolus lib. 1. de irregular. cap. 30. num. 6. pag. 87.

DISPUTATIO XXII.

Quomodo aliquis teneatur ad Horas canonicas ex professione religiosa.

- 1. Religiosi professi deputati ad Chorum tenentur sub mortali ad Horas canonicas.
2. Nouitij non tenentur ad Horas canonicas.
3. Neque ad alias certas preces loco Horarum.
4. Professi non deputati ad Chorum, non tenentur ad Horas canonicas.
5. Conuersi in Religione deputati ad Chorum, non tenentur.
6. Tenentur tamen ad aliquid aliud loco Horarum, iuxta Regulam, aut consuetudinem cuiusque Religionis.
7. Professi in Religione non deputati ad Chorum, non tenentur.
8. Professio religiosa, per se loquendo, non inducit obligationem Horarum canonicarum.
9. Obligatio ad Horas canonicas quomodo sit inducitur in Religionibus.
10. Si in aliqua Religione deputata ad Chorum, non sit consuetudo, aut preceptum recitandi priuatim Horas canonicas, possunt omitti sine peccato.
11. Monachatus aliquando in iure venit appellatione beneficij.
12. Quomodo aliqui dicant, quod etiam Conuersi tenentur ad Horas canonicas.
13. Consuetudo, ex qua Religiosi tenentur ad Horas canonicas, est ad mortale.
14. Etiam Moniales professi ad Chorum, tenentur sub mortali.
15. Non autem Sorores Tertiaria, quæ non viuunt in Monasteriis.

- 16. Neque Eremitis, qui non viuunt sub certa Regula.
- 17. Obligatio Professorum ad Horas canonicas, solum incipit à die, & hora professionis emissa.
- 18. Et potest desinere, si quis ex deputato ad Chorum, redigatur in ordinem Conuersorum.
- 19. Et contra potest incipere, si quis ex statu laici, & Conuersi, transferatur ad statum Clerici, & Chorista.
- 20. Translatio laici ad statum Clerici inter Professos, non potest dari.
- 21. Qui transit à Religione deputata ad Chorum ad aliam non deputatam, non tenetur ad Horas canonicas.
- 22. Qui ex dispensatione trāsit ad nuptias, non tenetur.
- 23. Qui est damnatus ad vitrem, vel eiectus à Monasterio, secundum multos non tenetur.
- 24. Fugitiui professi non excusantur ab Horis canonicis.
- 25. Qui est dispensatus, ut vimat perpetuo extra Monasterium, adhuc tenetur ad Horas canonicas.

NVLVS est ex Doctoribus; qui Religiosos profectos deputatos ad Chorum, neget teneri ex vi suae professionis sub peccato mortali ad Horas canonicas, nisi Petrus de Aragona 2. 2. q. 83. art. 12. dub. 4. vbi asserit, huiusmodi obligationem in Religiosis professis non esse tam rigorosam, sicut in Clericis constitutis in laicis; & idem Monachum professum deputatum ad Chorum non peccare mortaliter, si omittat Horas Canonicas semel, aut iterum. Pro qua re etiam citat Caietanum in Summa, verb. Hora canonice, sub inuicium, & Medinam (de orat. quæst. 7. in fine; qui tamen solum asserunt, Monachos non teneri præcisè ratione professionis; sed vel ratione Regulæ; si hoc expressè præcipiat; vel ratione consuetudinis, si ita habeat in Religione; quod totum est verissimum, ut dicemus. Melius potuisset citare Richardum, qui apud Angelum verb. Hora, n. 10. vniuersaliter asserit, eos, qui tenentur ad Horas canonicas, non peccare mortaliter, si eas omittant, dummodo non omittant ex fastidio cultus diuini, vel ex contemptu, vel ex consuetudine, quæ secundum iura potest induci; etiam per actum bis, aut ter repetitum, L. Nemo, C. de Episcop. audien. & cap. Ita nos, 2. 5. q. 2. eamque opinionem etiam Angelus ibi non improbat, dum ait, eam esse humaniorem, quamvis opposita sit tutior. Re tamen vera hæc sententia non solum non est admittenda, ut probabilis; sed est planè reicienda, ut temeraria, ut notat Suar. de Horis canonicis, cap. 2. §. num. 12. cum sit contra omnes Doctores, & sine vlllo fundamento.

Dixi autem, Religiosos profectos, ut excluderem Nouitios, & alios, qui sunt non professi: hi enim communiter dicuntur non esse obligati ad Horas canonicas, ut videre est apud Azor. part. 1. lib. 10. c. p. 6. quæst. 3. Less. lib. 2. cap. 37. num. 49. Vasquez Opusculo de beneficiis, cap. 4. §. 1. art. 3. dub. 11. n. 46. Reginal. lib. 18. n. 138. Suar. de Horis canonicis, cap. 17. num. 2. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quæst. 2. puncto 2. num. 1. tom. 1. Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 6. Paulum Layman lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 2. Et ratio est: quia; quemadmodum Catechumeni non tenentur legibus, & consuetudinibus Ecclesie, quousque per Baptismum sint perfectè admissi in illius gremium, & sint verè fideles: ita & Nouitij non tenentur legibus, aut consuetudinibus Religionis, quousque in illam non sint perfectè admissi per vota, & per professionem, ut ex Decalog. cap. 10. num. 7.

& per consequens neque tenentur ad Horas canonicas, quicquid in contrarium dicat Palud. in 4. dist. 15. q. 5. art. 1. conclus. 42. & Turrocrem. in c. Quis autem, n. 13. dist. 91. & apud Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 6. cit. n. 1. Quod enim etiam Nouitij alantur bonis Religionis, & gaudeant priuilegiis clericalibus fori, & canonicis, & aliquibus priuilegiis Religiosorum, solum est, quia sunt in via ad professionem, & ad statum, & obligationes Religionis; non autem quia sint verè Religiosi; eoque nomine comprehendantur etiam in odiosis.

Neque solum non tenentur ad Horas canonicas; sed neque etiam ad alios Psalmos, aut orationes loco illarum, ut etiam supra diximus de Clericis in minoribus, cum nihil tale habeatur, siue ex Iure canonico, siue ex consuetudine, ut subdit Sanchez dub. 6. cit. num. 4. Idque est multò verius, quam quod habet Sylu. verb. Hora, quæst. 2. disto 6. quod tenentur ad aliquid indeterminatum, eò quia aluntur elemosynis, & bonis ecclesiasticis, & gaudent priuilegiis, ut iam diximus: qua tamen ratione hinc non probatur obligatio ad Horas canonicas determinatè; ita neque probatur obligatio ad alios Psalmos, aut preces indeterminatè; sed ad summum tale aliquid solum ostenditur esse conueniens, & suadetur, ut de consilio.

Dixi secundò, Professos deputatos ad Chorum, ut excluderem Profectos Ordinum militarium, qui deputantur ad bellum, vel aliorum Ordinum, qui deputantur ad aliqua opera corporalia, misericordie, ut, verbi gratia, Hospitalarij, qui deputantur ad curam, & regimen Hospitalis: hi enim solum tenentur ex vi suæ Regulæ, aut ex consuetudine sui Ordinis ad certas preces, eaque obligatio, vtrum sit ad mortale, vel solum ad veniale, aut etiam simpliciter non ad culpam, debet expendi ex ipsa Regula, aut ex ipsa consuetudine cuiusque Ordinis, ut notat Suar. lib. de simonia, cap. 27. n. 7. & hoc modo de Commendatoribus Sancti Iacobi, quod non teneantur ad mortale, docet Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 5.

Similiter per eandem particulam excluduntur ij Professi, qui in Religione deputata ad Chorum, solum deputantur ad seruitia domestica, & appellantur Conuersi: hi enim cum solum recipiantur ad opera seruitia, solum sunt famuli Monasteriorum, ut notat Panorm. in cap. Non est vobis, de Regular. & quod asserit Palud. in 4. dist. 15. quæst. 5. art. 1. cit. Sanctus Anthoninus 3. part. cit. iii. 13. cap. 4. §. 1. Sylu. verb. Hora, quæst. 2. eos teneri ad aliquid aliud loco Horarum, iuxta Regulam, aut consuetudinem cuiusque Religionis, cum ex iure communi, vel ex consuetudine generali non habeatur, ut ex communi sententia notat Suar. de Horis can. cap. 17. cit. & Azor. cap. 6. quæst. 4. Et hoc modo de militibus, aut equitibus etiam Commendatorijs, quod non teneantur sub mortali recitare eas orationes, quas præscribit eorum Regula, expressè docet Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 5.

Et idem est de illis, qui sunt Professi in Religione clericali non deputata ad Chorum, qualis est Societas Iesu: neque enim tenentur ad Horas canonicas ex vi suæ professionis, si alioqui non sunt in sacris ex Suar. cap. 17. cit. & Azor. cap. 6. quæst. 1. & Lessio cap. 37. num. 49. cit. & Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 3. num. 8. Vasquez Opusculo de benef. cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 11. num. 49. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quæst. 2. puncto 2. num. 7. §. Hinc pater, tom. 1. & alijs apud ipsum.

Et quod professio religiosa in vniuersum accepta non

non inducat quasi ex natura rei huiusmodi obligationem; clare patet in Professis Ordinum militarium, & eorum; qui non deputantur ad Chorum, & in iis, qui dicuntur Conuersi: vere enim, & propriè sunt Religiosi professi, neque tamen tenentur ad Horas canonicas. Et præterea quia professio religiosa solum obligat ad perfectionem per obseruationem votorum substantialium, iuxta regulam, & iuxta media, quæ in illa determinantur; inter quæ tamen fieri potest, ut non contineantur Horæ canonicas; & vt patet ex S. Thoma 2. 2. quæst. ult. art. 8. ad 2. Monachis, per se loquendo, non incumbit vacare vlli ministerio ecclesiastico; sed solum intendere ad proprium profectum spirituum, & vacare sibi, & Deo, ut etiam habet S. Hieronymus in epistola ad Heliodorum, & refertur in epistola ad Heliodorum, & refertur cap. Alia causa, & cap. Sic vine: & cap. Si clericus, 16. quæst. 1. quod tamen, per se loquendo, non postulat Horas canonicas, siue publicè, siue priuatim persolui: fuit verò postea iniunctum etiam Monachis, ut illas persoluerent; tum, quia sicut conueniens, ut illis præscriberetur hæc certa forma Deum laudandi, atque orandi, tum verò, quia ceperunt etiam ipsi promoueri ad sacros Ordines, & fieri Clerici; cum antea magna ex parte non essent nisi laici; & idem cum non commode possent simul cum alijs Clericis intercessisse diuinis Officijs in eorum Ecclesijs, pro omnibus præcipitur, cap. Clerici, & cap. Clerici, dist. 91. ceperunt adiungi propriæ & peculiare Ecclesie ipsius Monasterijs; & ipsi Monachi ceperunt diuidi in duas partes, id est, in illos, qui sacris essent initiati, vel initiandi, & dicti sunt Clerici; & eos, qui neque essent initiati, neque initiandi, & dicti sunt laici, siue Conuersi: & Clericis fuit iniuncta recitatio Horarum, tam communis, & publica in ipsorum Ecclesijs, quam priuata, si qui forte ad Ecclesias non conuenirent, ut bene notat Sotus lib. 10. de inst. quæst. 5. art. 3. & Petr. de Arag. 2. 2. quæst. 81. art. 12. dub. 4. nat. 2. Non ergo ex ipsa natura professionis religiosæ orta est hæc obligatio ad Horas canonicas; sed respectu illius est merè accidentalis, & solum fuit illi adiuncta per præceptum Superiorum, vel per consuetudinem paulatim inductam ad bene esse, & tanquã conueniens ad bene vacandũ sibi, & Deo; & præsertim occasione sacrorum Ordinum, qui communiter ceperunt induci in ipsos Ordines religiosos, ac proinde hæc obligatio tota est expendenda ex peculiari præcepto, aut ex peculiari consuetudine, quæ sciat vigere in vnaquaque Religione; & si in vna, aut pluribus constet sufficienter, quod non sit præceptum, aut consuetudo, ut qui non intersunt recitationi publicæ, teneantur ad recitationem priuatam; sine omni culpa omitti poterit recitatio priuata ab illo, qui iustè abfuerit à recitatione publicæ, ut notat Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 3. cit. num. 7. ex Caiet. Ledesma, Medina, & alijs. Et hoc modo Alphonsus à Castro lib. 1. de lege pœnali, cap. 8. arg. 2. dicit, quod Moniales S. Clare non tenentur sub mortali ad Horas canonicas: quia Regula illas non obligat; & Petrus de Aragona dub. 4. cit. de suis Professis Augustiniani, & Sotus lib. 10. de inst. quæst. 5. art. 3. §. Quod si nos vicissim, de suis Dominicanis testantur, quod si non sint in Ordinibus sacris, & omittant recitare priuatim Horas canonicas, non tenentur ad culpam, quantum est ex vi suæ Regulæ; sed solum ad penam, quod idem paulò inferius etiam asserunt de suis Conuersis, aut laicis, si omittant illas preces, ad quas tenentur loco Horarum: & per Conuersis Dominicanis idem habet etiam Sylu. verb. Hora,

quæst. 2. §. Septimò.

Neque obstat, quod Religiosi alantur elemosynis, & bonis ecclesiasticis: qua de causa Palud. & S. Antoninus ioc. cit. existimant; quod etiam Contier. tenentur quasi ex iustitia naturali, ad Horas canonicas; sicut tenentur beneficiati, cum etiam ipsi habeant beneficium, saltem interpretatiue: & aliquando in Iure appellatione beneficij etiam veniat Monachatus, ut notat Suar. de censur. disp. 40. §. 2. num. 29. in fine; & apud illum Sylu. de beneficiis, part. 1. q. 2. in fine; & patet ex Gloss. in Clem. Dispensiam, verb. Beneficiis, de iudic. & apud Azor. part. 2. lib. 3. cap. 12. quæst. 7. Contra enim est: quia alimenta iis non tribuuntur, tanquam stipendium Horarum canonicarum, aut certarum præcuriam; sicut tribuuntur Clericis beneficiatis annui redditus suorum beneficiorum; sed solum tribuuntur, ut simplex elemosyna; vel, ut pura, & absoluta donatio propter statum religiosum, ut notat Caiet. in Sum. verb. Hora canonice; & omnes communiter. Et sicut huiusmodi alimenta non inducunt obligationem ex iustitia ad alias operationes religiosas, verbi gratia, ad ieiunia, & ad corporales mortificationes: ita neque inducunt ad Horas canonicas: & alioqui si talem obligationem inducerent in Professos deputatos ad Chorum, etiam inducerent in Conuersis, & in Nouitijs, contra id, quod superius diximus. Et quando S. Anthoninus 3. part. cit. 13. cap. 4. §. 1. in fine; ex Augustino de Ancona in Summa de potestate ecclesiastica, & ex Palud. in 4. dist. 15. quæst. 5. art. 1. & alij alij apud Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 3. n. 14. huiusmodi obligationem admittant etiam in Conuersis, & etiam illos asserunt peccare mortaliter, si Horas omittant ex negligentia; quia eo ipso, quod sunt applicati totaliter ad cultum Dei, habent etiam ipsi beneficium interpretatiue; id est, ius viuendi ex elemosynis, vel ex redditibus Monasterij, & ex quæstibus, qui eis conceduntur ab Ecclesia ratione applicationis ad cultum diuinum. Contra tamen est: quia Augustinus de Ancona de potestate ecclesiastica, quæst. 69. art. 6. & apud Sylu. verb. Hora, quæst. 2. §. 7. expressè habet, quod laici, & Conuersi Religiosi loco Horarum tenentur dicere tot Patet miser, vel aliquid tale, iuxta Constitutiones cuiusque Ordinis. Et idem habet etiam Palud. vt supra retulimus num. 6. Quare etiam S. Anthonin. hoc ipsum dicendus est intelligere per Horas, ad quas dicit teneri Conuersos sub peccato mortali; non autem ipsas Horas canonicas propriè, & formaliter acceptas. Et quod præterea professio religiosa non inducat obligationem ad Horas canonicas ex iure aliquo positiuo, quod specialiter illas præcipiat pro huiusmodi Professis; ex eo probant Doctores communiter: quia nullum est tale Ius. Et hinc tandem concludunt, quod talis obligatio solum habetur ex consuetudine communiter inducta, & legitime iam præscripta per modum legis in omnibus Religionibus deputatis ad Chorum.

Et quatenus possit dubitari de huiusmodi consuetudine, vtrum obliget ad mortale; eodem modo illam interpretantur, quo supra diximus de Subdiaconis, qui similiter solum tenentur ex consuetudine, & communiter existimantur teneri ad mortale; quia eorum consuetudo est inducta ex credulitate obligandi, & per modum legis non scriptæ, & est de re graui; imò, & grauiore, quam sit lex de ieiunijs, de Sacro audiendo, de confitendo semel in anno, de communicando in Paschate, & de similibus, in quibus signanter, & specialiter non exprimitur, quod sint ad mortale, quæ tota ratio etiam valet ex consuetudine similiter inducta pro Religiosis

1. Religiosi professi deputati ad Chorum tenentur sub mortali ad Horas canonicas.

2. Nouitij non tenentur ad Horas canonicas.

3. Neque ad alias preces loco Horarum.

4. Professi non deputati ad Chorum, non tenentur ad Horas canonicas.

5. Conuersi in Religione deputati ad Chorum, non tenentur.

6. Tenentur tamen ad aliquid aliud loco Horarum, iuxta Regulam, aut consuetudinem cuiusque Religionis.

7. Professi in Religione non deputati ad Chorum non tenentur.

8.

11. Monachatus aliquando in Iure ceptis appellatione beneficij.

12. Quomodo aliqui dicunt, quod etiam Conuersi tenentur ad Horas canonicas.

13. Consuetudo, ex qua Religiosi tenentur ad Horas canonicas, est ad mortale.

giosis professis, eamque consuetudinem ita interpretantur communiter Vri docti, & timorati, vt notat Sauc. lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 3. cit. n. 6.

14. *Etiam Moniales professi ad Chorum, vivunt sub mortali.*

Et hoc totum, quod dicimus de viris religiosis professis deputatis ad Chorum, quod teneatur sub mortali ad Horas canonicas; dicendum etiam est de feminis, & de Monialibus similiter professis, & deputatis ad Chorum, vt notat Sot. lib. 10. de iust. q. 5. art. 3. vers. Quid si hoc Tabiena vrb. b. Hora, n. 7. Armilla n. 5. Azor. punct. lib. 1. o. c. 6. n. 1. Tolet. lib. 2. c. 12. ad finem. Less. lib. 2. c. 37. n. 49. Bonac. de Horis canon. disp. 2. q. 2. puncto 2. n. 5. tom. 1. Sanchez dub. 3. cit. n. 12. & alij apud ipsum: teneatur enim etiam Moniales professas ad Chorum ad Horas canonicas sub mortali, & Conuersas, vel Professas non ad Chorum teneatur ad alias preces loco Horarum, iuxta prescriptum Regulæ, aut Monasterij.

15. *Non autem Sorores Tertiarie, qui non vivunt in Monasterio.*

Sed nomine Monialium, quoad hoc, non debent intelligi Sorores, quæ dicuntur Tertiarie S. Francisci, nisi vivant in Monasteriis; & emittant tria vota substantialia, cum alioqui non sint vere Religiosæ: sicut nec Fratres Tertiarj, qui non vivunt in Congregatione sunt vere Religiosi, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 24. Caiet. in Summa, verb. Hora. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 3. cit. n. 10. & alij apud ipsum.

16. *Neque Eremitæ, qui non vivunt sub certa Regula.*

Et idem est de Eremitis, nisi vivant in Communitate, & sub Regula approbata, in qua similiter sit consuetudo, communiter reputata vt lex, de recitandis Horis canonicis, vt subdit ibidem Sanchez n. 1. ex Armilla. verb. Hora, n. 5. & aliis.

17. *Obligatio Professus ad Horas canonicas, solum incipit à die, quæ horis professionis èmissæ.*

Incipit verò hæc obligatio, tam in Monialibus, quam in Monachis, & Religiosis quibuscunque professis, à die, & hora emissæ professionis, & solum ex tunc teneatur ad Horas consequentes; non autem ad antecedentes illius diei, siue naturalis, siue artificialis, vt supra diximus disp. præced. n. 4. de obligatione Ordinis sacri.

18. *Et potest de fine, si quis ex deputatio ad Chorum, redigatur in ordinem Conuersorum.*

Et si contingat, vt quis ex Professo deputato ad Chorum redigatur in ordinem laicorum, & Conuersorum; quod posse fieri autoritate Superiorum, & quantum est ex natura professionis religiosæ, probat Sanchez lib. 6. in De. al. cap. 7. num. 80. eo ipso definit esse obligatus ad Horas canonicas, cum hæc obligatio ex consuetudine sic prescripta solum proneniat ex eo, quod Professus ex voluntate Superiorum, & sua, sit deputatus ad Chorum; & idem possit incipere, & desinere, prout inceperit, aut desierit talis deputatio, vt notat Sanchez ibidem ex Soto lib. 10. de iust. quest. 5. art. 3. vers. Ad aliud verò, Petr. de Arag. 2. 2. quest. 83. art. 12. dub. 4. in 4. argum. Azor. lib. 10. cap. 6. quest. 7. & aliis. Et contra, si contingat, vt quis ex professo laico, & Conuerso transferatur ad ordinem eorum, qui sunt Clerici, & deputati ad Chorum, eo ipso incipit esse obligatus ad Horas canonicas propter contrariam rationem, quanquam hæc translatio ex decretis Clementis VIII. de anno 1603. & Urbani VIII. de anno 1624. pro omnibus Religiosis non possit dari, vt etiam refert Steph. Quaranta in Summa Bullar. vers. Monasteria, & Conuentus regularium virorum. §. Tempore verò probationis elapso, inter illa enim decreta hoc etiam habetur; Qui ad Conuersorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possunt. Et cum verbum, non possunt, in lege positum etiam irritet, quod contra fit, vt ex communi sententia notat Sanchez lib. 6. de matr. disp. 38. num. 20. non modò huiusmodi transitus ab habitu, aut statu Conuersi ad habitum, & statum Clerici, non est faciendus; sed etiam videtur nulliter fieri, si

19. *Et contra potest incipere, si quis ex statu laici, & Conuersi transferatur ad statum Clerici, & Chorum.*

20. *Translatio laici ad statum Clerici inter Professos, non potest dari.*

fortè fiat sine speciali facultate, & dispensatione Papæ: si tamen hæc dispensatio pro aliquo haberetur, verè in illo inciperet obligatio ad Horas canonicas, qua dicitur, qua hora fieret talis translatio: quod solum hoc loco asserimus. Et à fortiori idem esset, si quis ex Religione deputata ad Chorum transferretur ad aliam non deputatam: similiter enim ab ipsa die, & hora transitus perfecti, & contummati per alteram professionem, desineret, aut inciperet esse obligatus ad Horas canonicas, vt notat Paulus Layman, lib. 4. tract. 1. cap. 4. n. 3. & Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 2. puncto 2. num. 2. & alij apud ipsum. Et idem esset, si quis professus deputatus ad Chorum rediret ad seculum, & uxorem duceret ex dispensatione Pontificis, quando enim disponeret habitum religiosum, & induceret habitum, ac cultum ex intentione vtendi dispensatione, & transiendi ad nuptias; statim in illo e. in quæretur, vt sic dicam, professio, & status religiosus, ex obtentam, & executam dispensationem, vt probat Sanchez lib. 8. de matr. disp. ut. 8. num. 11. & lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 4. num. 7. & Paulus Layman num. 3. cit. & per consequens etiam statim extingueretur obligatio ad Horas canonicas, quæ in illa fundatur. Ex quo vterius infero Sanchez ibidem, quod etiam Sacerdos, qui esset dispensatus ad nuptias, tandiu teneatur ad Horas canonicas, quoadiu teneatur habitum sacerdotalem; & licet posset celebrare, & percipere fructus suorum beneficiorum, & gaudere priuilegiis clericilibus; & vno verbo, quoadiu non recederet à statu sacerdotali: statim verò atque deponeret illum habitum, & induceret vestes laicales, & desereret statum sacerdotalem per nuptias, quemadmodum non amplius gauderet beneficiis, & priuilegiis Clericorum; ita nec amplius teneatur illorum obligationibus, siue ad Horas canonicas, siue ad aliud quodcumque; & solum retinetur characterem sacerdotalem, quia est indelebilis, cumque haberet impeditum, & otiosum pro semper à iuris actibus, nisi specialiter ad illos dispensaretur. Ex eodem priuilegio, quod contingat mutatio in statu Professi deputati ad Chorum, negat Sotus lib. 10. de iustitia, quest. 5. art. 3. & Bonac. de Horis Canon. disp. 1. quest. 2. puncto 2. num. 3. tenet amplius ad Horas canonicas cum Professum, qui per sententiam sit damnatus ad trirèmes, vel eiectus à Monasterio: quia per hanc sententiam est translatus ad alium statum, in quo, & ex vi cuius non est consuetudo illas recitandi. Et de damnatis ad trirèmes, siue in perpetuum, siue ad tempus, & de eiectis, si per ipsos non ster, quominus redeant ad Monasterium, idem asserit Sanchez in consil. moral. lib. 7. cap. 2. dubio 4. num. 4. & 5. & Less. lib. 2. cap. 37. num. 50. & Sayrus lib. 6. thesaur. cap. 9. num. 28. & alij, quos citat Sanchez ibidem; & probabile putat, & in praxi tutum Layman lib. 4. tract. 1. c. 4. n. 2. in fine, quia eo ipso, quod per aliquem non stat, quominus viuat in Religione, & est liber ab obligatione intra illam viuendi, etiam est liber ab aliis obligationibus, quæ consequuntur vitam in Religione, vt est, verbi gratia, obligatio ad ieiunia, ad certam qualitatem ciborum, ad certum habitum, ad corporales afflictiones, ad Choro interessendum, & similes: & inter has est etiam obligatio ad Horas canonicas. Oppositum tamen docet Nauar. de orat. cap. 7. num. 20. Suar. de Horis canonicis, cap. 17. num. 9. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 6. quest. 6. Rodr. in questionibus regular. tom. 1. q. 30. art. 19. & in Summa, part. 1. cap. 141. num. 14. & alij alij: quia non debet talis Professus ex propria iniquitate

iniquitate reportare commodum: & quoadiu manet professus deputatus ad Chorum, semper manet obligatus ad Horas canonicas, quæ possunt commodè recitari, etiam extra Monasteria. Sed negari non potest, quin prima sententia sit valde probabilis, & in praxi, sit cura sufficienter: siquidem hæc obligatio non fundatur præcisè in professione; sed in consuetudine, & lege non scripta Religionis, vt supra diximus; quæ tamen non obligat extra Religionem. Et quod dicitur non debere quis reportare commodum ex propria culpa, solum est verum, perse loquendo; non autem ex aliquo alio accidente: si enim qui culpabiliter, & per gulam, v. g. sibi causat morbum grauem, reportat commodum, quod sit liber à præceptis ieiuniorum, & Sacri audiendi, & recitandi Horas canonicas, si sit in sacris: verum, id est solum per accidens, stante morbo, qui non fuit per se intentus: ergo eadem ratione, qui culpa sua est damnatus ad trirèmes per sententiam, vel eiectus à Monasterio, potest ex accidente reportare commodum, quod sit liber ab obligationibus Monasterij; stante sententia, eiusque executione, quæ similiter non fuit per se intentata. Si quis tamen esset eiectus tanquam incorrigibilis; & per ipsum staret, quominus corrigeretur, & iterum reciperetur in Monasterium, non deberet ex propria culpa reportare hoc commodum: sed omninò teneatur ad Horas canonicas ex eodem Sanchez dub. 4. cit. n. 3. & Soto lib. 7. de iust. q. 2. art. 1. in solut. ad 3. & Nauar. de orat. c. 7. cit. n. 20. quia, sicut peccaret non se corrigendo, & voluntarie permanendo extra Monasterium, ita & peccaret omitendo alias obligationes Monasterij. Et contra, si sit eiectus in perpetuum, & non amplius stet per ipsum, quominus redeat ad Religionem, quemadmodum non amplius peccat, viuendo extra illam, ita nec peccat omitendo alias obligationes. Neque est par ratio de obligatione ad easdem Horas canonicas ratione Ordinis sacri, quæ non tollitur, per se loquendo, etiam in damnatis ad trirèmes, aut eiectis per sententiam, vt supra diximus: nam consuetudo, ex qua oritur obligatio ratione Ordinis, est inseparabiliter annexa ipsi Ordini, eiusque characterem semper consequitur; non autem est alligata Monasterio, aut Religioni, vel Societati Religiosorum, vt contingit in consuetudine ratione professionis religiosæ, & idem illa vbique obligat, & in omni statu, vt omnes qui sunt in sacris, cum tamen hæc non obliget omnes Professos, neque vbique, & in omni statu; sed solum in illo, in quo manent, vt deputati ad Chorum: quod non accidit, quando manent in trirèmbus, vel vt eiecti manent in seculo.

21. *Qui transiit à Religione deputata ad Chorum ad aliam non deputatam, non teneatur ad Horas canonicas.*

22. *Qui ex dispensatione transiit ad nuptias, non teneatur.*


23. *Qui ex dispensatione transiit ad nuptias, non teneatur.*

24. *Qui est damnatus ad trirèmes, non teneatur ad Horas canonicas, nisi sit in sacris, & non teneatur.*

24. *Fugitiui non excusantur ab Horis canonicis.*

Quod verò præterea addit Bonac. de Horis canon. disp. 1. q. 2. puncto 2. cit. n. 6. de fugitiuis, quod neque etiam ipsi teneantur ad Horas canonicas: quia etiam ipsi non sunt in statu deputatorum ad Chorum, nulla ratione est admittendum, cum fugitiui omninò peccent subtrahendo se contra debitum suæ professionis à Religione, & ab illius obligationibus; & semper teneantur redire, seque illis restituere; ac proinde impossibile sit, vt verè eximantur ab obligationibus, in quantum sunt fugitiui; & de illis sic habet Nauar. de orat. c. 7. n. 20. & Less. lib. 2. c. 37. n. 50. & Azor. lib. 10. c. 6. q. 5. & segg. & Layman lib. 4. tract. 1. c. 4. n. 2. §. Adde 2. & alij communiter. Neque ex eo, quod, quoadiu sunt fugitiui, non alantur bonis Monasterij, possunt rationabiliter prætere huiusmodi exemptionem, cum obligatio non oriatur, neque dependeat ex alimentis; sed ex communi consuetudine, & lege Religionis deputatæ ad Chorum, vt iam diximus.

Similiter id, quod habet idem Bonac. ibidem, num. 4. & Azor. part. 1. lib. 10. cap. 6. quest. 8. quod Monachus dispensatus, vt viuat in perpetuum extra Monasterium, non teneatur ad Horas canonicas; quia est dispensatus à Regula, & à consuetudinibus secundum regulam, non videtur probandum: quia dispensatio ad viuendum perpetuò extra Monasterium, non liberat, nisi ab exercitio, & vsu Chori, vt bene notat Suar. de Horis canon. cap. 17. n. 8. & Sanchez lib. 7. consil. mor. cap. 2. dub. 4. n. 6. & Nauar. de orat. cap. 7. n. 20. & Layman lib. 4. tract. 1. cap. 4. n. 2. §. Hic vade primo, quantum addit, non esse improbabile etiam oppositum. Et quemadmodum si quis ab immediato Superiore Religionis dispensaretur, vt nunquam interesset Choro, non propterea dispensaretur ab Horis canonicis recitandis priuatim; ita nec dispensatur ex dispensatione Pontificis; & quemadmodum retinet habitum, & tonsuram monasticam, etiam extra Monasterium; & semper manet Professus deputatus ad Chorum; & specialiter additus diuino cultui per Horas canonicas: ita & retinet eas obligationes, quæ possunt impleri extra Monasterium; & specialiter teneatur Deum colere per Horas canonicas dictas priuatim, si non potest per illas dictas communiter, & in Choro. Et quantum consuetudo, & obligatio recitandi priuatim pro singulis Religiosis sit inducta ex consuetudine, & obligatione recitandi communiter, & in Choro pro tota Communitate, vt supra diximus num. 9. non tamen propterea ita ab illa dependet, vt, si quis sit dispensatus à recitando in Choro, sit dispensatus eo ipso etiam à recitando priuatim, quicquid dicat Azor. loco cit. imò cum obligatio recitandi priuatim sit inducta loco obligationis recitandi in Choro, quod quis est impeditus, aut dispensatus à Choro, teneatur recitare priuatim; succedente, nimirum, hac alia obligatione loco illius, quasi ex ipsa rei natura, si hoc nomine est appellanda communis consuetudo iam inducta, & prescripta in Religionibus ferè omnibus. Et quemadmodum Canonicus, aut alius beneficiatus deputatus ad Chorum in certa Ecclesia, si dispensetur pro semper à Choro, adhuc teneatur recitare priuatim, neque hæc dispensatio consequitur necessariò ex illa: ita & Professus religiosus.



DISPUTATIO XXIII.

Quomodo aliquis teneatur ad Horas canonicas ex beneficio ecclesiastico.

- Beneficiati tenentur ad Horas canonicas de Iure ecclesiastico.
- Præsumptio sunt proprie beneficia: & quid eo nomine intelligatur.
- Quomodo obligatio ad Horas canonicas ex beneficio possit dici de Iure natura.
- Qui percipit fructus, sed non ut Clericus, neque propriè diuinum Officium, non tenetur ad Horas canonicas.
- Beneficium non habetur perfectè, nisi habita possessione pacifica.
- Obligatio ad Horas canonicas ex titulo beneficii, solum incipit à die apprehensæ possessionis.
- Quantum secundum alios, incipiat à die acceptationis institutionis.
- Qui culpa sua omittit capere possessionem, teneatur ad Horas canonicas.

9. Qui impeditur per litem, ne capiat possessionem, non tenetur ad Horas canonicas.

Beneficiarius tenetur ad Horas canonicas de iure ecclesiastico.

Beneficiarius tenetur ad Horas canonicas de iure ecclesiastico. Beneficiarius tenetur ad Horas canonicas de iure ecclesiastico. Beneficiarius tenetur ad Horas canonicas de iure ecclesiastico.

Prestimonia sunt propria beneficia: & quid eo nomine intelligatur.

Prestimonia sunt propria beneficia: & quid eo nomine intelligatur. Prestimonia sunt propria beneficia: & quid eo nomine intelligatur.

Quomodo obligatio ad Horas canonicas ex beneficio possit dici de iure naturali.

Quomodo obligatio ad Horas canonicas ex beneficio possit dici de iure naturali. Quomodo obligatio ad Horas canonicas ex beneficio possit dici de iure naturali.

Qui percipit fructus, sed non ut Clericus, neque propter diuinum Officium, non tenetur ad Horas canonicas.

Qui percipit fructus, sed non ut Clericus, neque propter diuinum Officium, non tenetur ad Horas canonicas. Qui percipit fructus, sed non ut Clericus, neque propter diuinum Officium, non tenetur ad Horas canonicas.

Beneficium tenetur, quando illud pacifice possidet, ac proinde hanc

Beneficium tenetur, quando illud pacifice possidet, ac proinde hanc. Beneficium tenetur, quando illud pacifice possidet, ac proinde hanc.

obligatio solum incipit à die, & hora acceptæ possessionis: sicut etiam superius diximus de iniunctis sacris Ordinibus, & de Professis, quod eorum obligatio solum incipit à die, & hora suscepti Ordinis, aut professionis emissæ: sic enim ex Theologis asserit Palud. in 4. dist. 15. quæst. 5. concl. 5. Caiet. in Sum. 2. 2. q. 1. 2. 4. Azor. lib. 10. cap. 4. quæst. 7. Suar. de Horis can. cap. 19. n. 7. Less. lib. 2. cap. 34. num. 167. Valq. opusculo de benefic. cap. 4. §. 1. art. 2. d. 6. n. 30. Reginal. lib. 30. n. 38. Layman lib. 2. tract. 2. cap. 5. num. 3. quæst. 2. Bonac. de Horis can. disp. 1. quæst. 2. puncto 5. num. 2. & plures alij apud ipsum. Et ex Iuristis idem asserit Menoch. de arbitrar. 2. part. 1. cap. 141. num. 4. & Paris. de re. signat. quæst. 9. num. 15. & Raybol. in cap. Dispensat. num. 2. de celebrat. Missarum, & ex Paris. ibidem sic habet praxis. Et ratio est: quia in iure non censetur quis perfectè habere beneficium, nisi habeat possessionem pacificam, vel certe nisi per ipsum iter, quominus habeat, cap. Commissa. de elec. in 6. & cap. Licet Episcopus de preben. in 6. & sæpè contingit, vt beneficium alicui conferatur; & deinde occurrant plura impedimenta pro capiendâ possessione, & pro fructibus percipiendis, vt, verbi gratia, quia prius fuit collatum alicui alteri ab alio collatore; vel quia alius habet titulum coloratum, &c. Est autem valde rationale, vt non prius obligetur quis ad Officium; quam sit certus de beneficio; quod tamen non contingit ante pacificam possessionem. Et quemadmodum non nisi post possessionem percipit fructus, eosque tenetur restituere, si omittat Officium: ita & solum post possessionem committit culpam, & est dignus pena, si omittat; ac proinde solum post possessionem tenetur illud persolvere, & non omittere. Et hoc modo debet intelligi id, quod asserit Pius V. in Bulla paulo ante cit. Ex proximo, quod grauitè peccet, qui omittit Officium, postquam obtinuit beneficium: sensus enim solum est de obtentione perfecta per possessionem pacificam; non autem de sola presentatione, nominatione, electione, institutione, & acceptance: quicquid in contrarium dicat Nauar. de orat. cap. 7. n. 28. & 29. & cons. 17. de celebrat. Missarum, Garzias de benef. part. 3. c. 1. n. 92. & alij apud ipsum, qui contendunt, statim atque aliquis habet collationem beneficij à se acceptatam, teneri ad Horas canonicas: quia sola collatio acceptata tribuit ius in beneficium, & facit beneficium esse illius, cui est facta collatio, cap. Si tibi absent. & cap. penult. & ibi Glossa ver. Collatio de preben. in 6. vnde & potest illud permutare; & si moriatur ante captam possessionem dicitur beneficium vacare per obitum illius, ex Felino in rubricam de constitut. n. 5. & ex tunc habet ius ad fructus percipiendos post acceptam possessionem. Sed reuera hæc ratio non multum vrget: nam ius, quod acquiritur in beneficium per solam collationem acceptatam, est ius incertum, & dubium, cum fortasse possit competere ius aliud, etiam alicui alteri, vt dicitur cap. Licet Episcopus de preben. in 6. & beneficium non sit illius, nisi imperfectè, & sub dubio: & per consequens non est, quod inducat obligationem certam. Et quanuis fructus sit accepturus à die collationis, & ante apprehensam possessionem; non tamen hinc sequitur, quod ex tunc fuerit obligatus ad recitandum Officium, cum non sit inconueniens, vt ex aliquo accidente beneficiarius percipiat fructus, etiam pro tempore, quo non fuit obligatus, vt notat Suar. c. 19. cit. n. 6. vt, v. g. si illi referuerit à die vacationis, & ante ipsam collationem. Et idem est de facultate permutandam similes

perfici, & habita possessione pacificâ.

6. Obligatio ad Horas canonicas ex iure ecclesiastico solum incipit à die apprehensæ possessionis.

8. Qui culpa sua omittit capere possessionem, tenetur ad Horas canonicas.

9. Qui impeditur per litem, ne capiat possessionem, non tenetur ad Horas canonicas.

7. Quanuis, si collatum alicui, incipiat à die acceptatione institutionis.

similiter ex illa non probatur obligatio, & ad permutacionem potest sufficere etiam ius imperfectum, & dubium: quod tamen non sufficit ad inducendam obligationem, vt diximus. Et idè est de vacatione per obitum, ad quam similiter sufficit ius imperfectum.

Si tamen iter per ipsum beneficium iam institutum, quominus capiat possessionem beneficij, nõ est excusandus ab Horis canonicis, cum Ecclesia nõ debeat fraudari sua intentione, ex qua illi contulit beneficium, id est, vt persolueret diuinum Officium, vt notant Less. Layman. Azor. Parisius, Bonac. Valq. n. 26. & alij locis cit. & paria sunt, quod quis habeat possessionem beneficij, & quod per ipsum iter, quominus habeat, c. Licet Episcopus de preben. in 6.

Atque ex hoc principio, quod ante pacificam possessionem non habeatur beneficium, nisi imperfectè, & dubiè, colligit Bonac. ex Caiet. Palud. & Doctoribus iam citat. quod qui per litem impeditur, ne capiat possessionem beneficij, non tenetur ad Horas canonicas, etiam si speret, quod causam sit victurus, & fructus omnes sit habiturus etiam correspondentes temporis litis: quia semper exitus litium sunt incerti: & lite durante non habet in beneficio, nisi ius dubium; & non est inconueniens, quod ex aliquo accidente fructus percipiantur, etiam temporis, quo officium non est persolutum, vt iam diximus ex Suar. Oppositum tamen docet Nau. de oratione, c. 7. n. 28. & Valq. de benefic. c. 4. §. 1. art. 1. dub. 6. n. 30. cit. vbi, quod asserit de obligatione ad Horas canonicas post apprehensam possessionem, solum intelligit in eo casu, in quo non sciatur esse adiudicandum per sententiam etiam fructus temporis litis, & etiã illi esse habendi: sed negari non potest, quin primum illud sit probabilius, cum ratio allata de fructibus postea percipiendis, non vigeat, vt patet ex dictis. Et idem esset ex eodem Bonac. puncto 4. n. 26. si duo litigarent ad inuicem, & neuter apprehendisset possessionem: quia in tali casu neuter teneretur: quia neuter haberet beneficium perfectè, & certè. Secus verò esset, si lis intentaretur contra aliquem post apprehensam possessionem, & fructus sequestrarentur pro tempore litis, & per sententiam scirentur esse adiudicandum eidem beneficiario: tunc enim teneretur sine dubio recitare Officium, etiam lite pendente: quia obligatio incepisset ex possessione apprehensa, & beneficium iam esset perfectè habitum, vt notat Suar. de Horis can. c. 19. n. 7. Less. lib. 2. c. 34. n. 173. Azor. part. 1. lib. 10. c. 4. quæst. 9. vbi etiam testatur de communi. Reginald. lib. 30. n. 38. Layman lib. 2. tract. 2. c. 5. n. 3. Quæstio quarta. Garzias de benef. part. 3. c. 1. n. 86. & 104. Bonac. de Horis can. disp. 1. quæst. 2. puncto 4. n. 26. §. Dixi. & alij apud ipsum.

DISPUTATIO XXIV.

Vtrum is, qui habet plura beneficia, teneatur pluries in die recitare Horas canonicas.

- 1. Proponitur ratio dubitandi.
2. Qui habet illicitè, & sine titulo plura beneficia, quo modo teneatur pluries recitare Horas canonicas.
3. Qui habet licitè, & ex iusta dispensatione plura beneficia, non tenetur pluries recitare.
4. Qui habet licitè plura beneficia, vnum tantum peccat, ut peccat, si omittat Horas canonicas.
5. Qui habet illicitè plura beneficia, peccat plura.

- peccata, si omittendo Horas canonicas fraudet Fundatores beneficiorum suis suffragiis.
6. Qui tenetur ad Horas canonicas ex Ordine sacro, & ex beneficio ecclesiastico, peccat peccatum in duplici specie, si omittat Horas canonicas.
7. Obligatio ad Officium ex beneficio ecclesiastico est ex iustitia; non autem solum ex religione, & in cultum Dei.
8. Qui habet plura beneficia, tenetur facere commemorationes de singulis.

VA pertinent specialiter ad obligationem Horarum canonicarum ex titulo beneficij ecclesiastici, seorsim, & per se explicabimus disputationibus singulis, ne longum faciamus, si omnia complectamur vna tantum disputatione.

Circa præsentem igitur difficultatem de eo, qui habet simul plura beneficia, ratio dubitandi potest esse: quia multiplicatis stipendiis, necessariò multiplicentur etiam obligationes, quando singula inducuntur per stipendia singula; & quando ita habet intentio illius, qui tradit, & assignat stipendia, vt patet in eo, qui habet, v. g. duos Canonicatus in duabus Ecclesiis, & utriusque potest inferuire diuersis horis; & in eo, qui recipit plura stipendia, aut plures elemosinas pro Missis pluribus, & omnes potest dicere diuersis diebus: sic autem se habet in re præsentem, cum vnũ quodque beneficium inducat suã obligationem ad Horas canonicas, & sit quasi stipendium ad illas singulas, & Horæ canonicæ pluries in die possint dici, id est, diuersis horis; & expressa intentio eorũ, qui instituerunt, & fundauerunt plura beneficia, hæc fuerit, vt plures Clerici per illa alerentur, & vnusquisque suas Horas persolueret in maius obsequium Dei, & in maius suffragium, & bonum suarum animarum, vel certè vt vnus suppleret vices plurium, & pluries diceret, si fortè aleretur ex pluribus.

Sed breuiter ita distinguunt Palud. in 4. dist. 15. quæst. 5. art. 1. conclus. 5. Maior in 4. dist. 12. q. 6. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 4. quæst. 10. Henric. lib. 5. cap. 5. n. 6. Littera Q. Garzias de beneficiis, part. 3. cap. 1. n. 115. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. q. 2. puncto 4. n. 27. & 28. & alij apud ipsum.

Vel ille, qui habet plura beneficia, habet illa illicitè, & sine titulo, vel certè habet cum legitimo titulo, & ex rationabili dispensatione Papæ, aut Prælati ecclesiastici. Si primum, per se, & directè non modò non tenetur pluries recitare Horas canonicas; sed absolutè non tenetur recitare etiam semel: quia reuera beneficia illa non habet, neque habet vllum ius ad fructus ex illis percipiendos; & si recitet Officium, etiam centies, non potest illos facere suos: sed omninò tenetur dimittere omnia beneficia, & restituere omnes fructus, si quos percipit. Dico autem, per se, & directè: quia indirectè, & per accidens ratione damni, quod infert Ecclesiæ, & Fundatoribus beneficiorum, quos priuat tot suffragiis orationum, & tot bonis operibus sacrorum hominum, omni iure tenetur per se, vel per alios toties recitare, quoties est necessarium ad id totum recompendandum, quod infert iniustè. Idque est verum, non solum si huiusmodi beneficia illicitè retineat, tam in foro conscientiæ, quam in foro externo; sed etiam si retineat illicitè solum in foro conscientiæ; & in foro externo appareat, quod retineat licitè.

Si verò plura beneficia retineat licitè, dispensantè, scilicet, & concedente ex rationabili causa illo, qui potest; non tenetur recitare Officium, nisi semel: quia ex peculiari concessione licitè gerit

1. Proponitur ratio dubitandi.

2. Qui habet illicitè, & sine titulo plura beneficia, quo modo teneatur pluries recitare Horas canonicas.

3. Qui habet licitè, & ex iusta dispensatione plura beneficia, non tenetur pluries recitare.

beneficia, non tenentur plures recitare.

vicem duorum, aut plurium; vnaque recitatione potest satisfacere pluribus obligationibus. Verum quoad hoc secundum non consentit Nau. de orat. c. 2. n. 52. & seqq. sed absolute contendit, non eum tantummodo teneri ad plures in die recitandum officium; qui illicitè, & iniuste possidet plura beneficia; sed etiam eum, qui possidet iuste ex dispensatione, & concessione quacunq: & n. 63. citat Guillelmum Parisiensem tractatu de collatione beneficiorum, & Chartusianum Opusculo contra pluralitatem beneficiorum, art. 8. qui asserunt, quot præbendas, aut beneficia quisque possidet, tot paria Horarum debere persolvere.

Et quoad primum, de iis, qui iniuste possident plura beneficia, non consentit Suar. de Horis canon. c. 18. n. 10. vbi ait, eorum obligationem solum esse ad dimittenda beneficia, & ad fructus restituendos: & si ex tali retentione iniusta admittatur nasci obligatio ad Horas canonicas, vel propter scandalum, quod debet vitari, vel vt compensetur damnum Ecclesie, & Fundatorum; satis esse, si recitent tantum semel; quod idem asserit etiam Garzias de benef. par. 3. c. 1. n. 20.

Sed negari non potest, quin sententia Paludani, & quam sequitur etiam Nau. loco cit. quoad eos, qui iniuste retinent plura beneficia, sit valde probabilis, cum neque per vllum Canonem, neque per vllum Doctorem ex antiquioribus, excusentur à non recitando pluries; & iure ipso naturæ teneantur compensare damna Ecclesie, & Fundatorum, vt diximus. Et idem etiam est ex Bonac. puncto 4. cit. num. 28. §. Hinc patet. de illo, qui vnum beneficium possidet iuste, & aliud iniuste: tenetur enim illud dimittere, & fructus restituere, si quos percepit; & interim compensare damna Ecclesie, & Fundatoris, & bis recitare.

Quoad alteram verò partem de iis, qui licitè possident plura beneficia, longè probabilior est sententia Paludani, quam Nauarri, vt probat Azor. lib. 10. cap. 4. cit. quest. 10. & Suarez cap. 18. num. 10. citat. qui etiam citant S. Thomam quodlibet. 9. art. 15. qui tamen solum asserit, licitum esse aliquando habere plures præbendas, & beneficia; neque facit mentionem de recitandis semel, aut pluries Horis canonicis, vt patet legenti. Facit tamen de hoc mentionem quodlibet. 1. art. 13. vbi querit specialiter, vnum habens duas Ecclesias, teneatur dicere officium vtriusque; & ait, sufficere, quod dicat officium tantum vnius; quia non tenetur, nisi vt vnus. Et reuera sic habet communis consuetudo Ecclesie, secundum quam nullus est, qui propter plura beneficia pluries in die officium recitet. Et quemadmodum, qui habet plures Ordines sacros, quorum vnusquisque per se est sufficiens obligare ad Horas canonicas, facit satis pro omnibus, si recitet semel, & vnico actu potest quis satisfacere pluribus debitis, vt, v.g. vnico ieiunio præcepto Ecclesie, & voto, quod fortè emisit: ita & qui habet licitè plura beneficia, &c.

Quod si vrgeas, intentionem illorum, qui fundant plura beneficia, fuisse, vt alectentur plures Ministri, & plura officia persoluerentur: Respondeo, & habuerunt hanc intentionem, non ita habuerunt, vt eam non subiecerint voluntati Ecclesie, & Pontificis, cuius est, beneficia distribuere; & in ordine ad obligationem officij etiam consenserunt, vt illa posset vniere quasi in vnum beneficium ratione vnitatis personæ, eamque obligare, tanquam vnam, vna tantum obligatione quasi conflata ex pluribus.

Atque hinc fit, vt qui habet licitè plura benefi-

cia, vnum tantum peccatum faciat, non solum specie; sed etiam numero, si fortè aliquando omittat Horas canonicas: siquidem vna tantum obligatio tenetur pro illis omnibus, vt notat Azor. part. 1. lib. 4. cap. 2. quest. 6. Henric. lib. 5. cap. 5. num. 6. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 2. puncto 4. num. 27. Garzias de benef. par. 3. cap. 1. num. 124. Et quemadmodum recitando tantum semel Horas canonicas pro omnibus Fundatoribus plurium beneficiorum, quæ possidet, satisfacit omnibus quoad obligationem iustitiæ, qua illis tenetur, vt nomine publico pro ipsis oret, vt notat Suarez de Horis canonicis, c. 18. n. 9. cum reuera, quando pro multis dicitur Psalmus, aut Missa, nihil minus accipitur à singulis, quam si diceretur pro vnoquoque, cap. Non mediocriter. de consecr. dist. 5. ita & omittendo semel pro omnibus, non facit nisi vnam iniuriam toti illi collectioni plurium; & per consequens non nisi vnum peccatum. Et hoc modo etiam Parochus vnum tantum peccatum facit, si fortè omittat dicere Sacrum in Parochia, & simul defraudet omnes Parochianos auditione Sacri. Non sic verò accideret illi, qui plura beneficia haberet illicitè: siquidem obligationes cuiusque non vnirentur; sed manerent omnino distinctæ; ac proinde etiam peccaret plura numero peccata contra iustitiam, fraudando singulos Fundatores suis suffragiis. Et quemadmodum adulteriij, quod fortè committit vnus coniugatus cum altera coniugata, est duplex numero, & tæquam duplex est confitendum, vt notat Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 15. n. 6. quia reuera est duplex iniuria, id est, altera contra propriam vxorem, & altera contra viũ adulteræ: ita & fraudatio plurium Fundatorum per omissionem officij. &c. Et idem est à fortiori, si is, qui omittit officium teneatur ad illud, non solum ex titulo beneficij, sed etiam ex Ordine sacro: nam verè in tali casu peccat peccatum in duplici specie; id est, contra virtutem religionis, ex qua tenetur ratione Ordinis; & contra iustitiam, ex qua tenetur ratione beneficij, vt notat Sanchez n. 6. cit. & Bonac. n. 27. cit. Idque videtur multò rationabilius, quam oppositum, quod asserunt Henric. & Azor. & Garzias loco cit. qui contendunt, vnum tantum esse peccatum non solum specie; sed etiam numero; etiam si ponamus, quod qui omittit Horas canonicas, simul teneatur ex triplici titulo, id est, ratione Ordinis sacri, & ratione professionis religiose, & ratione beneficij regularis, quod fortè habet. Contra enim est: quia obligatio ex Ordine sacro, & ex professione religiose, sunt inter se eiusdem ordinis; sed longè diuerse ab obligatione ex beneficio; cum illæ sint ex virtute religionis; hæc ex virtute iustitiæ; & idè nõ possunt omnes coalescere tantum in vnâ; & illarũ transgressio esse vnũ tantum peccatũ. Et quauis Garzias par. 3. cit. c. 1. n. 14. & n. 126. hoc etiam neget, quod obligatio ex beneficio sit obligatio ex iustitiâ; & asserat, quod etiã hæc sit solum ex virtute religionis, & solum imposita ab Ecclesia ad cultum Dei; oppositum tamen est multò verius, vt probat Suarez ex professo tom. 3. in 3. part. disp. 86. sect. 1. & lib. de symonia, cap. 2. n. 10. & cap. 46. num. 1. vbi explicat, quomodo beneficia sint stipendia Clericorum, & inducant in illis obligationem iustitiæ ad Horas canonicas, & ad officia clericalia; & includant contractum innominatum, do, vt facias; & facio, vt des; vt ipse loquitur disp. 86. citat. sect. 1. sub initium: non autem sint pretia huiusmodi officiorum, neque assignentur ad compensandum illorum valorem, & æstimabilitatem, & ad faciendam cum illis æqualitatem; sed solum ad aleandos, & sustentandos ipsos Clericos, qui de-

Qui habet licitè plura beneficia, vnum tantum peccatũ peccatũ peccatũ, si omittat Horas canonicas.

Qui tenetur ad Horas canonicas ex Ordine sacro, & ex beneficio ecclesiastico, peccat peccatum in duplici specie, si omittat Horas canonicas.

Obligatio ad officium ex beneficio ecclesiastico, est ex iustitiâ; non autem solum ex religione, & in cultum Dei.

bent ex iustitia sustentari, vt vacent deinde officijs clericibus, iuxta illud Christi Domini Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo. & Luca 10. Dignus est operarius mercede sua. & illud Sancti Pauli 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Et huic sententiæ de obligatione iustitiæ ad Horas canonicas ex beneficijs ecclesiasticis multum congruunt communes locationes sacrorum Canonum, & Conciliorum, & Summorum Pontificum, quod beneficium detur propter officium; quod qui omittit officium, non faciat fructus suos; quod teneatur illos restituere tantum iniuste perceptos; &c.

Illud verò postremo loco addit Bonac. de Horis canon. disp. 1. cit. q. 2. puncto 4. n. 48. eos, qui habent plura beneficia ex dispensatione Pontificis, & simul pro omnibus recitant officium tantum semel, omnino debere in fine Laudum, & Vesperarum, quando fiunt communes commemorationes, specialiter illas facere de iis omnibus Sanctis, qui fuerint Patroni, aut Titulares suorum beneficiorum; quia ita præcipitur in Rubr. Breuiar. c. 9. de commemorat. n. 11. in fin. & c. 35. de commemorat. commun. seu suffragijs Sancti. n. 1. Et reuera etiam commemoraciones, quæ præscribuntur in Rubricis, sunt pars officij, sicut & Psalmi, & Responsorialia, & alia omnia, quæ iuxta Rubricas illud componunt, & integrant: & idè quemadmodum partes aliæ non possunt omitti sine culpa, siue mortali, siue veniali, provt fuerint, aut non fuerint partes notabiles: ita nec possunt omitti commemoraciones: & fieri potest, vt sint faciendæ tam multæ pro multitudine beneficiorum, & titularum, vt æquiualeant simul omnes parti notabili, si præsertim omittantur simul in Laudibus, & in Vesperis: & in tali casu illarum omissione nõ poterit excusari à culpa mortali, & ab obligatione restitutionis fructuum pro rata illius partis, si admittamus, quod restitutio sit faciendæ, etiam pro omissione partis minoris vna integra hora, de qua re agemus infra. Et si contingat beneficia esse tam multa, vt patronorum commemoraciones non possint singillatim expediti, nisi longo tempore; licitè poterunt plures colligi simul in suos Ordines, & fieri, v.g. vna commemoratio pro omnibus Titularibus, aut Patronis Apostolis, cum oratione, in qua exprimentur nomina singulorum, & vna pro omnibus Patronis Martyribus, aut pro omnibus Confessoribus, aut Virginibus, singularum, aut singularum nominibus similiter expressis in oratione. Et si aliquod beneficium sit sub inuocatione, & titulo Beatissimæ Virginis, aut Sanctorum Petri, & Pauli, poterunt pro illis sufficere commemoraciones communes, vt subdit Bonac. ibidem.

Qui habet plura beneficia, tenetur facere commemorationes de singulis.

Qui tenetur ad Horas canonicas ex Ordine sacro, & ex beneficio ecclesiastico, peccat peccatum in duplici specie, si omittat Horas canonicas.

DISPUTATIO XXV.

Vtrum is, qui ex titulo sui beneficij nullos percipit fructus, teneatur ad Horas canonicas.

- 1. Qui solum est presentatus ad beneficium, non tenetur ad Horas canonicas.
2. Qui solum est institutus in beneficio, & nondum est in possessione, non tenetur.
3. Qui possidet beneficium, sed fructus omnes, siue culpabiliter, siue inculpabiliter, concedit alteri, omnino tenetur.
4. Qui habet sedem in Choro, & ius suffragij in Cabdelli Theol. Moral. Tom. II.

- 5. Qui habet solas distributiones tenetur.
6. Qui primo, aut secundo anno ex consuetudine, aut privilegio sua Ecclesie fructus non percipit, omnino tenetur.
7. Qui per seipsum non potest seruire Ecclesie, sed seruit per alium, eique tribuit omnes fructus, omnino tenetur.
8. Puer, qui nondum habet usum rationis, & senex decrepitus, qui illum amisit, non tenetur ad Horas canonicas.
9. Qui alia onera beneficij licitè exercet per alium, adhuc tenetur Horas canonicas recitare per se.
10. Coadiutor beneficiari in quo casu teneatur ad Horas canonicas, quantum est ex ratione Coadiutoria.
11. Qui habet solum titulum, & possessionem; non autem administrationem, aut fructus; probabile est, quod non tenetur.
12. Per obitum illius, qui habet solum titulum, non autem administrationem, aut fructus, vacat beneficium.
13. Qui iniuste priuatur fructibus sine spe illos vnquam habendi, non tenetur.
14. Si fundus beneficij euadat pro semper infructuosus, vel omnino pereat, non tenetur.
15. Secus verò si id contingat solum ad tempus.
16. Si amittat fructus ratione excommunicationis, aut censura, omnino tenetur.
17. Qui litigat de fructibus beneficij, non excusatur.
18. Qui litigat de possessione ipsa, quam apprehendit, non excusatur.
19. Secus, si litigat de possessione apprehendenda.
20. Obligatio ad Horas canonicas non inducitur ex beneficio sine aliquo ordine ad fructus.

I nomine tituli intelligatur solum ius ad beneficium, quale habet, verbi gratia, qui ad illud est tantummodo presentatus, aut nominatus, & nondum habet ius in beneficio, neque in illo est institutus; certum est, quod non tenetur ad Horas canonicas, vt notat Azor. part. 1. lib. 10. cap. 4. quest. 4. in fine, & quest. 12. & Suar. de Horis canon. cap. 19. n. 1. quia reuera nondum habet beneficium, neque fructus illi debentur propter solam presentationem, aut nominationem: & idè quemadmodum ex illa sola non sentit commodum; ita nec debet sentire incommodum, qualis est obligatio ad Horas canonicas.

Secundò, si nomine tituli intelligatur ius in re, & vera institutio, seu collatio beneficij facta à Prælato ecclesiastico, & vera illius acceptatio facta à Clerico; probabile est, quod non obliget ad officium, donec sit apprehensa, & habita illius possessio, nisi fortè per ipsum Clericum stet, quominus illam apprehendat, vt patet ex dictis sup. disp. 23. n. 6. & seqq.

Tertiò, si is, qui habet titulum, & possessionem beneficij idè non percipit fructus, quia de illius consensu, & illius nomine, eos percipit alius consanguineus, vel amicus; vel quia per ipsum stat, quominus percipiat, vt, verbi gratia, quia non seruit Ecclesie, aut quia voluntariè, & culpabiliter incidit in excommunicationem, & in censuram, ex qua illis priuatur; vel quia cum hac obligatione acceptauit beneficium, eiusque administrationem, vt omnes fructus alteri solueret loco pensionis, sic Papa consentiens, & volente; & ipse sibi haberet solas distributiones quotidianas, aut aliquod ex iis emolumentis, quæ in dies proueniunt ex aliquo accidente, & dicuntur incerta: hic, inquam, omnino tenetur ad Horas canonicas, ex Nauar. de

Qui solum est presentatus ad beneficium, non tenetur ad Horas canonicas.

Qui solum est institutus in beneficio, & nondum est in possessione, non tenetur.

Qui possidet beneficium, sed fructus omnes, siue culpabiliter, siue inculpabiliter, concedit alteri, omnino tenetur.

orat. c. 7. n. 30. Azor. lib. 10. c. 4. qu. 5. & 6. Suar. de Ho-
ris canonicis, c. 20. n. 2. & 12. Tolet. lib. 2. c. 14. in fine:
quia, sicut tenetur ad beneficij administrationem,
quam acceptavit; ita & tenetur ad alia onera, & ad
Horas canonicas, cum præsertim ad illas non te-
neatur ille alius, qui fructus percipit loco pensionis,
vt dicemus: idque est verum, siue ipse sponte conce-
serit huiusmodi fructus tali pensionario, siue cõces-
serit ex obedientia Papæ, vt subdit Suar. n. 4. contra
Ledefnam, & Petrum de Arag. quos ibi citat: nun-
quam enim Papa ita assignat pensionario omnes fru-
ctus, vt non relinquat beneficiato aliqua emolu-
menta in subsidium vitæ, vt, v. g. oblationes, quæ
sunt ad altare, distributiones, &c. Et si forte nihil
tale relinquat ex fructibus, & emolumentis bene-
ficij; sed aliunde illi prouideat, vnde viuat; hoc
ipso tamen, quod illi committit administrationem
beneficij, eumque obligat ad alia onera, cõferri de-
bet eum obligare etiam ad Horas canonicas, nisi
constet de opposito.

4. **Quartò**, idem est etiam de illo, qui est, v. g. Can-
onicus & verè beneficiatus, & habet certam sedem
in Choro, & certum locum honorificum in templo,
& ius suffragij in Capitulo, & spem percipiendi fru-
ctus certo tempore, & alia huiusmodi: sunt enim
etiam hæc sufficiens recompensatio pro Horis cano-
nicis, vt notat Palud. in 4. dist. 15. q. 5. art. 1. Azor.
part. 1. lib. 10. c. 4. cit. quæst. 6. in fine, Suar. de Ho-
ris canon. c. 20. num. 14. Vbi etiam addit, id esse verum,
etiamsi nulla sit spes percipiendi fructus in futu-
rum; sed solum habeantur aliæ præminentia iam
indicatæ: quia, sicut per illas sentitur commodum ex
beneficio: ita & debet sentiri incommodum, & il-
lud præcipue, quod maximè intenditur in collatio-
ne beneficij, id est, obligatio Deum orandi, & lau-
dandi per Horas canonicas.

5. **Et à fortiori** idem est, si habeat solas distributio-
nes propter assistentiam in Choro, vt notat Nauar.
de orat. cap. 7. n. 28. Garzias de beneficiis, part. 3. cap. 1.
num. 4. & 6. Valent. 2. 2. dist. 6. quæst. 2. puncto 10.
Azor. part. 1. lib. 10. cap. 4. qu. 6. Tolet. lib. 2. cap. 14.
s. b. finem, Bonac. de Ho-
ris canon. disp. 1. qu. 6. puncto
3. num. 5. & alij apud ipsum: quia etiam hoc modo
habet beneficium, & de altari viuunt: & idem etiam
hoc modo tenetur ad officium, & ad seruitium al-
taris.

6. **Quintò**, ab Horis canonicis non excusantur, qui
ex consuetudine, aut privilegio alicuius Ecclesie pro
primo, aut secundo anno sui Canonicatus nullos
fructus percipiunt: nam, quanuis per Extrauag. Sus-
cepti. Ne Sede vacante. quæ etiam ponitur inter Ex-
trauag. Ioannis XXII. de elect. prohibeatur, ne Ca-
nonici, aut beneficiarij de nouo creati priuenter om-
nibus fructibus; sed solum dimidia parte: id tamen
contraria consuetudine est abrogatum, & multatū
Ecclesiarum in Germania, Gallia, Hispania mos est,
vt noui Canonici, & beneficiarij in primo, aut se-
cundo anno nullos fructus percipiant; sed omnes
tribuantur hæredibus, aut creditoribus defuncti præ-
decessoris, vel distribuantur inter cæteros Canoni-
cos pro illorum antiquitate, vel expendantur in fa-
bricam Ecclesie, aut in alios pios vsus. Et quanuis
pluræque ex huiusmodi consuetudinibus sint postea
reprobate, etiam per Pium V. Extrauag. Durum ni-
mis, & sint confirmata decreta Concilij Tridentini
ad idem spectantia sess. 24. cap. 14. de reformatione, &
Constitutio, Suscepti, mox citata, & alia Iura anti-
quiora; & specialiter sit prohibitum, ne huiusmodi
fructus in toto, vel in parte applicentur mensæ epi-
scopali, aut capitulari; & ne cedant in alios vsus
communes; & ne diuidantur inter alios Canoni-

7. **Qui per se-
ipsum non po-
tuit seruire
Ecclesie, sed
seruis per
alium, eique
tribuit om-
nes fructus
omnino tenen-
tur.**

cos, & personas Ecclesie, aut Capituli. Et si forte
sint iam assignati fabricæ, Sacrificiæ, aut aliis pijs
vsibus ultra semestre, relinquuntur iis solum secun-
dum dimidiam partem; & secundum aliam partem
dimidiam integrè tribuantur beneficiatis. Hæc ta-
men tota Constitutio in multis Ecclesijs non fuit
recepta, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 3. & idem
adhuc durant illæ consuetudines: & ratione illa-
rum probabilissimum est, quod Canonici non ex-
cusetur ab Horis canonicis, etiam primo, & secun-
do anno, quando nullos fructus percipiunt, vt notat
Less. lib. 2. cap. 34. n. 170. Azor. lib. 10. cap. 4. quæst. 4.
Layman lib. 4. tract. 2. c. 5. n. 4. Garzias de benef. part. 3.
c. 1. n. 62. vbi etiam refert sic declarasse sacram Con-
gregationem. Bonac. de Ho-
ris canonicis, disp. 1. q. 2.
puncto 4. n. 22. & alij apud ipsum tom. 1. quanuis non
desint, qui oppositum asserant, vt refert Azor. c. 4. cit.
9. 4. inter quos est etiam Nauar. c. 7. cit. de orat. n. 30.
& pro anno fabricæ id non putat improbabile etiã
Less. lib. 2. de inst. c. 34. cit. n. 171. & Layman n. 4. cit.
& Garzias c. 1. cit. n. 70. nam, si idem priuantur fru-
ctibus primo, aut secundo anno; quia postea secuto
eorum obitu dabuntur ipsorum hæredibus, aut cre-
ditoribus; potius dici debent differri huiusmodi
fructus, quam omnino impediri, aut tolli; & idem nõ
est, quod tales beneficiarij interim excusentur: si ve-
rò distribuatur inter alios Canonicos antiquiores,
similiter non sunt excusandi: quia suo tempore
etiam ipsi numerabuntur inter antiquiores, & par-
tem habebunt huiusmodi fructuum. Et denique si
expendantur in alios vsus, idem non sunt excusandi;
quicquid aliqui dicant, cum Nauar. cap. 7. de orat.
n. 30. & Garzia part. 3. cap. 1. cit. num. 70. & seqq.
apud Bonac. puncto 4. cit. n. 23. quia cum hoc onere
acceptant beneficium, vt pro fructibus vnius anni
debeant exhibere seruitium duorum, aut trium an-
norum; & sicut pro hoc tempore tenentur ad alia
onera; ita & tenentur ad Horas canonicas, cum non
sit verisimile, quod illa consuetudo sit inducta ad
minuendum diuinum seruitium; sed solum ad mi-
nuendum stipendium manente obligatione seruitij,
cum præsertim huiusmodi Canonici etiam primo,
& secundo anno habeant sedem in Choro, & ius
suffragij in Capitulo; & communiter percipiant
distributiones quotidianas, quæ etiam solæ possent
sufficere ad huiusmodi obligationem, eamque indu-
cerent etiam in eo, qui culpa sua illis careret, eò
quod nollet interesse Choro, vt notat Nauar. de orat.
c. 7. cit. n. 28. & Suar. c. 20. n. 7. & 11. apud quem plu-
ra possunt videri de huiusmodi Canonici, & de
consuetudine non percipiendi fructus primo, aut se-
cundo anno. Sitamen in aliqua Ecclesia esset con-
suetudo immemorabilis, vt Canonici pro illis an-
nis, quibus nullos percipiunt fructus, essent immu-
nes ab Horis canonicis, ea non esset improbanda ex
Layman n. 4. cit. & possent cõferri inducta etiam ex
approbatione Summi Pontificis, vt communiter
contingit in centenariis.

8. **Qui per se-
ipsum non po-
tuit seruire
Ecclesie, sed
seruis per
alium, eique
tribuit om-
nes fructus
omnino tenen-
tur.**

8. **Qui per se-
ipsum non po-
tuit seruire
Ecclesie, sed
seruis per
alium, eique
tribuit om-
nes fructus
omnino tenen-
tur.**

sibi que imputet, si cum tali obligatione acceptant
beneficium; cum præsertim spem habeat fructus
percipiendi suo tempore, quando poterit seruire per
se, & de presenti gaudeat titulo, & honore bene-
ficij. Si verò esset illius ætatis, vt nondum peruenis-
set ad usum rationis, & ex certa scientia talis ætatis
adhuc esset illi collarum beneficium ab eo, qui
posset dispensare; omnino excusaretur: quia esset
omnino impotens, vt notat Suar. n. 13. cit. & ex Pa-
lud. in 4. dist. 15. quæst. 5. concl. 6. idem esset de illis,
qui ex ætate decrepita iam perdidissent usum ra-
tionis: siquidem ex tali defectu verè in illis cessas-
set obligatio.

8. **Qui per se-
ipsum non po-
tuit seruire
Ecclesie, sed
seruis per
alium, eique
tribuit om-
nes fructus
omnino tenen-
tur.**

9. **Qui alia o-
nera beneficij
licite exerceat
per alium, ad-
huc tenetur
ad Horas cano-
nicas recitari
per se.**

10. **Coadiutor
beneficiati,
in quo casu
tenetur ad
Horas cano-
nicas, quan-
tium est ex
votione coad-
iutoria.**

11. **Qui habet
solum titulum,
& possessionem,
non aut ad
administrationem,
aut fructus
habere, & quod
non tenetur.**

12. **Per obitum
illius, qui ha-
bet solum ti-
tulum, non au-
tem ad mini-
strationem, aut
fructus, va-
cat beneficium.**

13. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

14. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

15. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

2. cap. 14. cit. Bonac. quæst. 2. puncto 4. cit. n. 25. Lay-
man lib. 3. tract. 2. cap. 5. n. 4. Suar. de Ho-
ris canonicis, cap. 20. num. 15. & alij communiter apud ipsum:
nam qui habet beneficium, verbi gratia, inter Hæ-
reticos, qui omnia bona ecclesiastica sibi vsurpant;
moraliter loquendo, perinde se habet, ac si absolu-
te non habeat beneficium. Et quemadmodum ex
illo non sentit vllum commodum: ita nec debet
sentire incommodum, & teneri ad onera. Et hoc
modo excusantur, qui bellis, aut periculis hostium
impediuntur, ne resideant in suis beneficiis, & ne
fructus percipiant, vt subdit Bonac. disp. 1. cit. de
Ho-
ris canon. quæst. 6. puncto 3. n. 7. ex Suario, Azorio,
Garzia, & alijs. Et idem est, si fundus, ex quo perci-
piuntur fructus, & redditus, casu aliquo pereat, aut
reddatur pro semper infructuosus, vt notat idem
Suar. de censuris, disp. 27. sect. 1. n. 4. & 5. Rectè ta-
men ex Sylu. & Med. apud eundem Suar. de Ho-
ris canon. c. 20. n. 16. aduertit debet, quod si priuatio
fructuum est solum ad tempus, non autem pe-
petua, non tollit obligationem: quia sicut si per fur-
tum, aut rapinam amitterentur omnes fructus vnius
anni, vel si per temporem sterilitates nihil collige-
retur per aliquot annos; non propterea per id tem-
pus cessarent obligationes, & onera beneficij; & si
esset beneficium curatum, adhuc deberet beneficia-
rius residere, & ministrare Sacramenta, & curæ in-
cumbere: ita & tenetur, si illos amittat quomodo-
cunque per vim, aut per iniustitiam, dummodo amit-
tat solum ad tempus. Et potest contingere, vt fortal-
se annis prioribus tantos fructus collegerit, & tan-
tos sit collecturus annis posterioribus, vt possint suf-
ficere pro stipendio etiam illorum annorum, quibus
colligit planè nullos: & idem non est, quod pro illis
cessare debeant obligationes, & onera; cum præser-
tim quando acceptavit beneficium, eiusque onera,
simul etiam acceptarit periculum, ne fructus aliquan-
do minuerentur, vel etiam in totum amitterentur.
Et à fortiori idem est, si priuatur omnibus fructibus
per excommunicationem, aut suspensionem, cum
id non accidat, nisi culpa ipsius, vt notat Suar. de
censur. disp. 27. sect. 1. num. 5. cit. & diximus paulò an-
tè, num. 3.

14. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

15. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

16. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

17. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

18. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

19. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

14. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

15. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

16. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

17. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

18. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

19. **Qui iussu
superioris fru-
ctibus sine
suo iure an-
no habet
non tenetur.**

quodd saltem aliquid sit percipiendum in posterum, nulla manet obligatio ad Horas canonicas, vt diximus num. 11. & 12. & fufius potest videri apud Suar. de Horis canonicis, cap. 19. & apud Azor. part. 1. lib. 10. cap. 4. quæst. 6.

DISPUTATIO XXVI.

Quomodo teneatur ad Horas canonicas is, qui non percipit ex beneficio, nisi fructus valde tenues.

- 1. Proponuntur rationes dubitandi.
2. Secundum aliquos, beneficia tenuia non obligant ad Horas canonicas.
3. Secundum alios, solum obligant aliquoties in hebdomada.
4. Sed ex communi sententia obligant etiam quotidie.
5. Beneficium tenue in ordine ad Horas canonicas, quodnam sit.
6. Beneficium tenue omnino obligat ad Horas canonicas, si sit sufficiens ad tertiam, aut quartam partem sustentationis Clerici.
7. Qui habet plura beneficia tenuia, qua simul omnia sufficiunt ad bonam partem sustentationis, tenetur ad Horas canonicas.
8. Si beneficium pingue euadat tenue, adhuc obligat ad Horas canonicas.
9. Si fructus ideo sunt tenues, quia Ecclesia ministratur per alium, vel simpliciter non ministratur, non excusant ab Horis canonicis.
10. Beneficium tenue omnino simplex omnino obligat ad Horas canonicas.
11. Saltem aliquoties in hebdomada.
12. Probabilis est, quod beneficium tenue obliget ad Horas canonicas, etiamsi requiratur plura alia seruicia.

1. Proponuntur rationes dubitandi.

2. Secundum aliquos, beneficia tenuia non obligant ad Horas canonicas.

RATIO dubitandi est, quia, qui non percipit fructus ex beneficio, nisi tenues, censeri potest quasi nullos percipere, cum parum pro nihilo reputetur; & parum, & nihil in Iure æquiparentur: ac proinde, quemadmodum is, qui nullos percipit nisi tenues; & cum ex S. Paulo 1. Cor. 9. & ex Innocentio III. cap. Cum secundum Apostolum, de preben. & dignit. ille debeat seruire altari, qui vinit de altari: contraria ratione, qui de altari non viuic, vt certe non viuic, qui fructus non percipit nisi tenues, non est, quod dicatur debere seruire altari, & Horas persolueri; præsertim quotidie, & toto anno, cum pro hoc tempore non possint fructus tenues esse stipendium, aut merces sufficiens tanti laboris.

Propter has, & similes rationes Sor. lib. 10. de inst. quæst. 5. art. 3. Auila de censur. part. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 4. conclus. 7. Petr. de Arag. 2. 2. quæst. 8 3. art. 1 3. & alij ex recentioribus Theologis apud ipsam, absolute negant, quod beneficium tenue inducat obligationem ad Horas canonicas: & speculatiue loquendo, idem putat esse valde probabile, etiam Suar. de Horis canonicis, cap. 21. num. 9. & num. 11. etiam addit, esse valde secum in praxi, quando fructus sunt ita tenues, vt non sufficiant ad tertiam, vel quartam partem honestæ sustentationis, & beneficium præter Horas canonicas adhuc requirit alia seruicia: quia in tali casu huiusmodi fructus ita tenues non possunt esse stipendium sufficiens pro tam multis laboribus; & ideo licite possunt accipi, tanquam stipendium illius seruicij, quo Ecclesia

magis indiget: & tale beneficium tenue, quoad recitationem Officij, censeri potest quasi non habens yllos redditus, ac proinde non inducens obligationem. Et in hoc toto consentit etiam Vasq. opusculo de beneficij, cap. 4. §. 1. dub. 5. n. 2. 4. vbi ait, quod si beneficium tenue habeat annexum aliud officium spirituale, vt, verbi gratia, celebrationem aliquarum Missarum, siue per se, siue per alium, potest censeri non obligare ad Horas canonicas, quoad beneficium tenuis non est ordinatus in sacris, & facit Missas celebrari per alium. Et idem asserit etiam Paulus Layman. lib. 4. tract. 2. cap. 5. n. 5. quando Ecclesia, in qua est huiusmodi beneficium tenue, & illius Prælati non consueuerunt obligare pro illo ad Horas canonicas.

Et ab hac sententia in eo discrepat Less. lib. 2. cap. 34. n. 169. Rodriq. in Summa, part. 1. cap. 140. n. 3. Filiuccius tract. 2. 3. cap. 5. n. 183. & alij alij apud Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. cap. 2. punct. 4. n. 17. §. Dixi iuxta communioem, quod putent ex beneficio tenui, verbi gratia, quindecim, aut sexdecim aureorum, satis esse, si officium recitetur aliquoties in hebdomada, verbi gratia, diebus festis, & Dominicis, pro vt ratio dictauerit: quia, quemadmodum, qui nihil accipit ex beneficio, ad nihil tenetur; ita & qui accipit tantummodo parum, non potest teneri ad totum.

Contraria tamen sententia, quod ex beneficio tenui oriatur obligatio ad Horas canonicas, est communis Canonistarum, & Theologorum, eamque asserit Glossa in cap. Clericus, dist. 91. Cardinal. in Clementinam 1. de celebrat. Missarum. Couar. lib. 3. var. cap. 13. n. 8. Nauar. de orat. cap. 7. n. 27. & cap. 11. n. 11. & in Man. cap. 25. n. 102. S. Anthonin. 3. part. tit. 13. cap. 4. §. 1. Sylu. verb. Hora, quæst. 2. Tabiena quæst. 1. Rosella, & Armilla n. 1. Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 2. puncto 10. §. 7. Tolet. lib. 2. cap. 14. n. 4. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 3. quæst. 3. & apud illum Hostien. Ioan. Andr. Panorm. & alij Canonistæ, Suar. de Horis canonicis, cap. 21. cit. Graff. lib. 2. dec. cap. 49. n. 28. Vasq. opusculo de beneficiis, cap. 4. n. 34. Layman. lib. 4. tract. 2. cap. 5. n. 5. Barbof. in cap. Volemus, n. 4. de celebrat. Miss. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quæst. 2. puncto 4. n. 17. cit. & alij apud ipsum.

Sed, antequam distinctius explicemus casus particulares huiusmodi obligationis, illud est præmittendum, quod nomine beneficii tenuis hoc loco non est intelligendum illud omne, quod est insufficientis ad totam sustentationem Clerici beneficiati, quicquid alij dixerint apud Azor. & Suar. loc. cit. nam etiam Sotus tenuitatem beneficii, ex quo negat ori obligationem ad Horas canonicas, exempli causa, non extendit ultra decem aureos: & Petrus de Arag. quauis initio id relinquat arbitrio prudentis viri; postea tamen satis indicat, loqui se solum de illo, quod est insufficientis ad bonam partem sustentationis, verbi gratia, ad tertiam, aut quartam: & Azor. aperte asserit, quod sententia Soti non potest admitti vt probabilis, nisi de beneficio quatuor, quinque, vel sex aureorum. Et ratio videtur esse ex Suario n. 2. & 9. quia pensum Horarum canonicarum non est onus adeo graue, vt non sufficiat compensetur annuo stipendio quindecim, aut viginti aureorum, cum non occupet Clericum singulis diebus, nisi per vnã, aut duas horas circiter.

Hoc autem posito, certum videtur primò, quod beneficium sufficiens ad bonam partem sustentationis, verbi gratia, ad tertiam, aut quartam, & quod sit, exempli causa, triginta, aut quadraginta aureorum, omnino obligat ad Horas canonicas: nam cap. fin. de res.ript. absolute dicitur, quod benefi-

3. Secundum alios, solum obligant aliquoties in hebdomada.

4. Sed ex communi sententia obligant etiam quotidie.

5. Beneficium tenue in ordine ad Horas canonicas, quodnam sit.

6. Beneficium tenue omnino obligat ad Horas canonicas, si sit sufficiens ad...

cium datur propter officium; neque distinguitur de beneficio pingui, aut tenui: & ex Concilio Lateranensi I I L. sess. 9. & ex Bulla Pij V. Ex proximo. nomine Officij eo loc. specialiter intelliguntur Horas canonicas; atque ita habetur, quod ex omni beneficio, siue pingui, siue tenui, inducitur ad illas obligationes: & quoad hoc est eadẽ ratio de omnibus, etiam de illis, quæ nullum habent seruitium, vt subditur in Bulla eiu. Pij V. Et ratio est: quia reuera non potest fieri, vt ex beneficio etiam tenui non oriatur hæc obligatio, si verè est beneficium, vt notat Vasquez Opusculo de beneficij, cap. 4. §. 1. dub. 5. cit. cum sit de essentia, & definitione beneficii in vniuersum; quod sit ius percipiendi fructus collatum Clerico propter officium spirituale, & diuinum, quale saltem est Officium orandi nomine publico Horas canonicas. Et cap. Presbyter. dist. 91. & cap. 1. de celebr. Missar. dicitur, quod i Presbyter, expleto matutinali Officij, & Horis canonicis, potest exire ad opus rurale, vt, nimirum, ex illo quaerat victum: & cap. Clericus. 1. & 2. eadem dist. 91. dicitur, quod Clericus artificioso aliquo, aut agricultura debet sibi quaerere victum, & vestitum abique detrimento sui Officij. Atque ita supponitur, quod etiam ratione beneficii tenuis, & quod non sufficit ad victum, & vestitum, tenetur ad Officium, & ad Horas canonicas. Et confirmatur exemplo Glossæ in cap. Clericus. 1. ver. Vigiliis, dist. 91. cit. quia, sicut qui sciens, & volens ducit pauperem in vxorem, tenetur illam alere, & omnia onera matrimonij sabire, perinde ac si duxisset diuitem: ita & qui acceptauit Ecclesiam pauperem, aut beneficium tenue, tenetur illi seruire, & Horas persolueri, sibi que impudet, si sustinet magnum onus pro paruo stipendio. Et idem est de milite, si dedit non minus militiæ pro paruo stipendio: siquidem adhuc tenetur militare, etiamsi non possit inde sufficienter se sustentare; sed debeat supplere aliquid aliunde. Et cum hæc omnia probent obligationem ad Horas canonicas de quolibet beneficio tenui, maxime illam probant de illo, quod est sufficiens ad bonam partem sustentationis.

Secundò, certum est, eum, qui habet plura beneficia tenuia, quæ sufficiant simul omnia ad bonam partem sustentationis, teneri ad Horas canonicas. Ita Suar. cap. 21. cit. n. 12. quia plura beneficia in ordine ad obligationem Officij vniuntur quodammodo in vnum beneficium, & simul omnia solum obligant ad illud recitandum tantum semper, vt supra diximus disp. 24.

Tertio, qui acceptat beneficium pingue, quod postea casu aliquo euadit tenue, non excusatur ab Horis canonicis. Ita Glossa in cap. Clericus, cit. dist. 91. & Azor. lib. 10. cap. 3. quæst. 3. cit. quia etiam is, qui duxit vxorem diuitem, tenetur eam alere, si casu aliquo euadat pauper; & dum sponte, & liberè acceptauit beneficium pingue, sponte, & liberè etiam acceptauit pericula, quod posset euadere tenue.

Quarto, qui de suo beneficio ideo percipit fructus tenues, quia distributiones, & oblationes, & alia emolumenta relinquic alteri, per quem fortè ministrat Ecclesie, vel quia simpliciter non ministrat, neque per se, neque per alium, non excusatur ab Horis canonicis: quia reuera fructus beneficii non sunt tenues, & ex ipso beneficiato proveniunt, quod non percipiat, nisi tenues. Ita Suarius cap. 21. num. 10.

Quinto, qui habet beneficium tenue simplex, & quod nullum aliud habet seruitium, certum videtur, quod teneatur ad Horas canonicas, etiamsi ex illo non percipiat, nisi quatuor, aut sex aureos. Ita

Authores cit. n. 4. quia beneficium tenue, verè est beneficium: & quando aliquis suspenditur à beneficio, non solum suspenditur à pingui; sed etiam à tenui: & quod dicitur, beneficium dari propter officium, id est, propter Horas canonicas; & fructus esse restituendos, si hæc omittantur sine legitimo impedimento; intelligitur generaliter de omnibus beneficiis, qualiacunque illa sint; & specialiter de illis, quæ nullum aliud habent seruitium, vt dicitur in Bulla Pij V. Ex proximo. & omne beneficium essentialiter hoc habet, vt sit propter aliquod officium spirituale, id est, saltem propter Officium orandi Horas canonicas, vt diximus paulò antè n. 6. ex Vasq. Et si in aliqua Ecclesia aliter habet consuetudo, vt aliqua beneficia nullam habeant obligationem alicuius officij spiritualis; & neque etiam obligent ad Horas canonicas, ea non debent existimari beneficia proprie dicta; sed pensiones, aut stipendia ad alium finem alicui assignata, vt notat Layman lib. 4. tract. 2. cap. 5. n. 5. cit. §. Ego verò. Vnde in casu præsentis, cum nullum sit aliud Officium, aut alius labor, propter quem tales fructus dicantur percipi; & ius, quod confertur ad illos percipiendos, sit verè, & proprie beneficium, vt supponimus; solum percipiuntur propter Horas canonicas: & quauis sint tenues, satis compensant laborem quotidianum, qui ex illis capitur, cum similiter etiam ille non sit nisi tenuis, & tantum vnus, aut alterius horæ per dies singulos, vt supra diximus.

Si tamen huiusmodi fructus essent ita tenues, vt prudenti iudicio neque etiam hunc laborem iuste compensarent, posset admitti id, quod retulimus n. 3. ex Less. Rodrig. & aliis, quod obligatio solum esset ad Horas canonicas persoluedas aliquoties in hebdomada; non autem quotidie per totum annum: & hoc etiam Officium illas orandi solum aliquoties posset sufficere ad saluandam definitionem, & essentiam beneficii proprie dicti.

Sextò, qui habet beneficium, quod plura alia requirit seruicia, probabilis est, quod teneatur ad Horas canonicas, etiamsi fructus omnes, quos percipit, non sufficiant ad bonam partem sustentationis. Est contra Suarium cap. 21. citato, num. 11. & Vasquez, & Layman, quos paulò antè retulimus num. 2. Sed est secundum alios communiter, quos retulimus num. 4. Et probatur: quia, dum Ecclesia statuit beneficium dari propter Officium, eoque nomine maxime intelligit Horas canonicas, vt supra retulimus ex Concilio Lateranensi, & ex Bulla Pij V. constituit tale Officium, veluti asseciam, & comitem beneficii, vt loquitur Glossa in cap. fin. de rescriptis: & ideo obligatio ad illud non potest separari à beneficio, eique ex institutione Ecclesie non minus inseparabiliter est annexa, quam sit Ordinis sacris. Et si Canonicus ex eo solum, quod habeat locum in Choro, & ius suffragij in Capitulo, tenetur ad Horas canonicas, vt supra diximus disput. 25. num. 4. etiam ex Suario cap. 20. num. 14. multò magis tenebitur, si præterea habeat sex, vel octo aureos loco fructuum, cum præsertim non desint alia priuilegia à Iure concessa omnibus beneficiatis, quæ possunt rationabiliter compensare alia seruicia, quæ fortè sunt exhibenda.

simplex, omnino obligat ad Horas canonicas.

11. Saltem aliquoties in hebdomada.

12. Probabilis est, quod beneficium tenue obliget ad Horas canonicas, etiamsi requiratur plura alia seruicia.

DISPUTATIO XXVII.

Quomodo teneatur ad Horas canonicas, qui habet Coadiutoriam, Commendam, Vicariam, Beneficium manuale, vel Capellaniam.

- 1. Coadiutor in beneficio potest aliquis esse dupliciter.
2. Capellania sacra, & collativa est proprie beneficium ecclesiasticum.
3. Capellania non sacra non est beneficium.
4. Nisi ab Episcopo intra spatium quadraginta annorum sit collata bis, aut ter.
5. Coadiutor ad externam tantummodo administrationem beneficij, non teneatur ad Horas canonicas.
6. Etiam si sit Coadiutor cum futura successione.
7. Secus vero si illi sit commissa totalis administratio beneficij.
8. Qui habet beneficium in Commendam, teneatur ad Horas canonicas.
9. Etiam si Commenda sit solum ad tempus.
10. Qui est Vicarius in beneficio ecclesiastico, teneatur ad Horas canonicas.
11. Commenda militares quomodo sint beneficia ecclesiastica, & obligent ad Horas canonicas.
12. Commendatarij militares non tenentur sub mortali ad eas preces, que ipsi prescribuntur a Regula.
13. Beneficium manuale, & reuocabile ad nutum conferentis, obligat ad Horas canonicas.
14. Quomodo beneficium manuale sit perpetuum, quantum requiritur ad naturam beneficij.
15. Beneficium manuale non est sufficiens iuribus pro sacris Ordinibus.
16. Capellania non collativa, & non sacra, non obligat ad Horas canonicas, secus vero si sit sacra, & collativa.
17. Capellania sacra quomodo aliquando conferatur puero, & incapaci.
18. Qui beneficium ecclesiasticum accipiat ex metu, quomodo teneatur ad Horas canonicas.

1. Coadiutor in beneficio potest aliquis esse dupliciter.

PLICITER potest accidere, quod aliquis sit, & dicatur Coadiutor alterius in beneficio. Primò, quia sit conductus certo stipendio; vel assignatus, verbi gratia, Parocho, Canonico, aut beneficiato, vt cum iuuat in administratione, & oneribus beneficij; cum tamen ipse nullum habeat titulum, aut ius in beneficio, vel ad beneficium. Secundò, quia eligatur in subsidium beneficiati, cum futura successione in beneficio; & vt post mortem proprietarij ipso facto in illo succedat absque alia institutione, aut collatione facienda de nouo.

Et similiter duobus modis potest contingere, quòd aliquis habeat Capellaniam, vt notat Nauar. de orat. cap. 20. num. 17. Azorius pari. 1. lib. 10. cap. 3. quest. 5. Suar. de Horis can. cap. 22. num. 11. Si enim ad erectionem, & fundationem Capellæ concurrat autoritas, & approbatio Episcopi, dicitur à Canonistis habere Capellaniam sacram, & collatiuam, quia non potest impetrari, aut haberi, nisi conferatur auctoritate Prælati ecclesiastici; & talis Capella verè est beneficium ecclesiasticum; & bona illius verè sunt sacra, & Deo dicata; & hac de causa apud Azor. appellatur Capellania sacra. Si

verò Capella fuit crecta, & fundata sine auctoritate, approbatione, aut acceptatione Episcopi, sed aliquis laicus, verbi gratia, testamento reliquit certos aliquos redditus ad fundandam Capellam; & expresse prohibuit, ne in illa fundanda vlllo modo Episcopus, aut Prælati ecclesiasticus se se ingereret; & totum ius clericum aliquem eligendi, aut amouendi, voluit esse penes hæredes; dicitur Capellania non sacra, & non collatiua, sed profana. Et verè non est beneficium ecclesiasticum: quia quemadmodum laicus sine auctoritate Episcopi non potest ex re profana facere sacram, vt, si extrinat, verbi gratia, Hospitale, aut Oratorium, cap. Quæ semel. 19. quest. 3. & cap. An hæc de relig. omnib. ita neque potest ex bonis profanis facere sacra, aut fundare propria potestate laicali beneficium ecclesiasticum. Potest tamen hæc ipsa Capellania, quæ ex prima uia erectione est non sacra, & non collatiua, transire aliquando in collatiuam, & sacram, si Episcopus intra spatium quadraginta annorum, si Episcopus intra spatium quadraginta annorum, si Episcopus conferat, laicis scientibus, & permittentibus: quia tali modo præscribit sibi Ecclesia ius conferendi, & illa bona euadunt sacra, & verum beneficium ecclesiasticum, vt notat Azor. loc. cit. Vt ergo explicemus de his Coadiutoribus, & Capellanis, an, & quomodo teneantur ad Horas canonicas, hæc possunt breuiter notari.

Primò, qui est Coadiutor quoad externam tantummodo administrationem beneficij, non teneatur ad Horas canonicas, etiam si ex fructibus illius habeat certum stipendium, eoque alatur. Ita Nauar. de orat. c. 20. n. 18. Garz. de benef. p. 3. c. 5. n. 107. & seqq. Emman. Rodrig. in Sum. p. 1. c. 14. n. 8. Suar. c. 22. cit. n. 15. & 17. Azor. lib. 10. c. 4. q. 1. Bonac. de Horis can. non. disp. 1. q. 2. punct. 4. n. 13. & patet ex dictis supra, disp. 2. q. 9. verè enim, qui hoc modo est Coadiutor, non est beneficiarius, & beneficium est illius alterius, quem coadiuuat, & penes illum est obligatio recitandi Officium, cum sit personalis, vt supra diximus; neque possunt ratione vnus beneficij obligari duo. Et quemadmodum, si ex tali beneficio sit obligatio ad celebrandam, v. g. Missam, vel ad aliquod huiusmodi, non tenetur celebrare illam vterque, neque opera sunt duplicanda ratione vtriusque; ita nec tenetur vterque recitare Officium. Quare, si Parochus, v. g. absurus per aliquod tempus à sua Ecclesia, illam commendet alicui alteri, siue mercenario, siue amico, solum tenebitur hic Vicarius, & substitutus ad ea seruitia, quæ Parochus absens præstare non potest; non autem ad Horas canonicas, quantum est ex ratione, & titulo Coadiutorie. Imò, si Parochus, quem coadiuuat, morbo laboret, neque possit Horas persolvere, non propterea loco illius tenebitur Coadiutor, cum non ad hoc sit assignatus, & deputatus; sed ad alia onera, vt notant Nau. & Azer. loc. cit.

Secundò, idem est de huiusmodi Coadiutore, si eligatur cum futura successione in beneficio, vt notant Nau. ibid. & Suar. c. 22. cit. n. 18. quia beneficium verè est coadiuti, non autem Coadiutoris; neque Coadiutoria est beneficium, vt ex cõmuni sententia notat Suar. n. 19. & futura successio solum tribuit ius ad beneficium, non autem in beneficio. Et de Coadiutoribus Canonicoiũ in Ecclesia cathedrali, ita declarauit Paul. V. de ann. 1616. in quodam Breui apud Suar. ib. quòd, scilicet, nõ sunt verè Canonici, neque pro talibus sint habendi, quoad vixerint coadiuti.

Tertid, Coadiutor, cui est commissa totalis administratio beneficij, omninò teneatur ad Horas canonicas. Ita Nauar. de orat. cap. 20. n. 16. Suar. cap. 22. n. 14. Azor. lib. 10. cap. 4. quest. 1. Bonac. nuõlo 4. cit. n. 13. quia, quanuis non habeat titulum, habet tamen

3. Capellania non sacra non est beneficium.

4. Nisi ab Episcopo intra spatium quadraginta annorum sit collata bis, aut ter.

5. Coadiutor ad externam tantummodo administrationem beneficij, non teneatur ad Horas canonicas.

6. Etiam si sit Coadiutor cum futura successione.

7. Secus vero si illi sit commissa totalis administratio beneficij.

tamen totalem administrationem, & ratione illius habet totam obligationem, vt etiam supra diximus disp. 25. num. 10. de eo, qui resignat alteri titulum, sibi que retinet totam administrationem. Vnde, si principalis beneficiatus sit puer, & nondum habeat usum rationis, vel senex decrepitu, aut incidit in amentiam, vel morbum alium incurabilem, neque possit recitare Officium, loco illius omninò teneatur Coadiutor, & qui beneficium totaliter administrat.

Quartò, ex his colligitur, quid sit dicendum de iis, qui habent beneficia ecclesiastica solum in Commendam, non autem in titulum: vt enim patet ex Maiore in 4. dist. 24. quest. 13. arg. 10. Nauar. de orat. cap. 20. n. 16. & conf. 9. de præben. lib. 3. Garzia de benef. part. 3. cap. 1. num. 105. & part. 4. cap. 4. Suar. lib. 4. de simonia, cap. 27. Valq. de benef. cap. 4. §. 1. dub. 3. num. 12. & 13. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 7. & alijs apud ipsum, dupliciter potest commendari beneficium aliquod ecclesiasticum, aut dari alicui in Commendam, id est, perpetuò, & ad tempus. Et inter cetera hoc est discriminis inter Commendam perpetuam, & Commendam ad tempus, quòd illa constituitur in vtilitatem personæ Commendatarie, & idèd æquiparetur beneficio plenè, & perfectè habito; & habeat vim, & effectum ipsius tituli, vt colligitur ex Tridentino sess. 7. cap. 2. de reform. & sess. 24. cap. 17. de reform. vbi quoad pluralitatem beneficiorum dicitur esse eadem ratio, siue habeantur in titulum, siue in Commendam: Commenda verò temporalis maximè constituitur in vtilitatem ipsius Ecclesiæ, aut beneficij, quòd commendatur, vt, nimirum, bene administraretur, donec in illo instituatur persona, & Rector idoneus, iuxta cap. Nemo de elect. in 6. & iuxta Trident. sess. 24. cit. cap. 18. de reform. Si ergo loquamur de Commenda perpetua, certum est, quòd inducat obligationem ad Horas canonicas, cum participet, quoad omnia, de proprietatibus beneficij, eiusque titulo æquiparetur, vt notat Garzia part. 3. cap. 1. cit. num. 6. Azor. lib. 10. cap. 5. quest. 6. Nauar. de orat. cap. 20. num. 16. Medina de orat. quest. 7. Bonac. de Horis can. disp. 1. quest. 2. punct. 4. num. 2. Suar. cap. 22. num. 14. Layman cap. 5. cit. num. 7. & alij communiter. Si verò loquamur de Commenda temporaria, vel ad tempus, negant Garzias, & Layman locis cit. quòd inducat talem obligationem: quia talis Commenda non tribuit plenum ius disponendi de fructibus; sed tribuit solum administrationem, aut custodiam; & talis Commendatarius est solum procurator beneficij, & teneatur de fructibus rationem reddere, quos solum colligit, vt prouideat sibi, & Ministris Ecclesiæ, & quòd superest, totum expendat in vtilitatem eiusdem Ecclesiæ, vt habet Glossa in cap. Nemo. ver. Commendare, de elect. in 6. Affirmant verò Nauar. Med. Azor. Suar. Valq. locis cit. quia, quanuis talis Commendatarius non habeat beneficium, est tamen quoad omnia loco habentis beneficium, eique substituitur in omnibus oneribus, & in tota obligatione, vt etiam supra diximus de eo, qui titulum sui beneficij renunciauit alicui alteri, sibi que retinuit totam administrationem, & ratione illius adhuc teneatur ad Horas canonicas. Et parum refert, quòd talis Commendatarius solum ad tempus possideat tale beneficium, & non possit omnes fructus conuètere in suam vtilitatem, quia etiam beneficia manualia, quæ conferuntur Regularibus, absolute reuocabilia ad nutum Superioris, inducunt obligationem ad Horas canonicas, vt dicemus; & satis est, si ex beneficio percipiuntur à beneficiato aliqui fructus; non au-

9. Etiam si Commenda sit solum ad tempus.

tem est necessarium, vt percipiuntur omnes simpliciter, & omnes conuertantur in suam vtilitatem, cum generaliter in omnibus beneficiis hæc sit obligatio, vt omnes fructus, qui sunt supra honestam sustentationem, erogentur in vltus pauperum, aut Ecclesiæ, & simpliciter in vltus pios.

Et quòd dicimus de Commendatarijs, siue perpetuis, siue ad tempus, idem est intelligendum etiam de Vicarijs, siue perpetuis, siue ad tempus, vt notat Suar. de Horis canon. cap. 22. cit. num. 15. nam sæpe accidit, vt beneficium ecclesiasticum proprie dictum sit vnitum Religioni alicui militari, à qua non possit per ipsos milites exerceri officium spirituale, propter quòd est institutum: & in tali casu est opus Vicario perpetuo, cui committatur huiusmodi officium, & tota administratio beneficij, & hæc institutio Vicarij perpetui dicitur Vicaria, & est verum, & proprium beneficium, & solum confertur à Papa, vel à Prælato ecclesiastico, vt notat ibidem Suar. & idèd etiam inducit obligationem ad Horas canonicas: & eadem ratione potest aliquando accidere, vt ex dispensatione Papæ Episcopatus, aut aliud beneficium curatum conferatur puero, qui sit simpliciter impotens ad illud administrandum: & similiter in tali casu est illi assignandus Vicarius, per quem administraretur, quandiu verus Episcopus, & beneficiatus est impotens; & hæc etiam Vicaria obligat Vicarium ad Horas canonicas, in quantum est subrogatio in omnibus oneribus beneficij: quanuis ipsa per se non sit beneficium, ex eodem Suar. ibidem. Secus verò est de Vicaria solum temporali, & amouibili ad nutum, quæ non est beneficium, nec confertur in titulum; sed est simplex salarium, seu stipendium, ex Calderino conf. 9. de re script. num. 2. & alijs apud Garziam part. 1. cap. 2. num. 93. & ex Rota, in vna Sal. mantina Vicaria, coram Blanchetto de anno 196. apud eundem Garziam num. 94. & idèd neque obligat ad Horas canonicas.

Et hinc intelligitur, quomodo possit admitti id, quòd habet Garzias de beneficijs part. 1. cap. 4. num. 1. & Jegg. & Paris. de resignat. lib. 2. quest. 14. in fine, & lib. 12. quest. 3. num. 9. & de confiden. quest. 17. & aliqui alij, quòd præceptorie S. Ioannis Hierosolymitani, & S. Iacobi Calatrauæ, & Aleantara, & similitum Militiarum, sunt beneficia ecclesiastica proprie dicta: id enim non est intelligendum respectu ipsorum militum, aut equitum, quibus assignantur ob solum seruitium temporale pugnandi, & militandi; sed respectu illorum Clericorum, qui ab ipsis militibus, & equitibus commendatarijs nominantur intra eundem ordinem militarem, & quibus à Prælati ecclesiasticis conferuntur, vt administrarent Ecclesias commendatas equitibus, & soluant commendatarijs fructus, aut decimas, retenta sibi tantummodo portione congrua, vt bene notat idem Suar. de simonia, cap. 27. num. 6. tom. 1. de relig. vbi docet, quomodo huiusmodi Commendæ possint esse materia simoniae. Et solum respectu huiusmodi Clericorum regularium potest admitti id, quòd asserit Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 2. puncto 4. num. 3. quòd equites Hierosolymitani, & alij similes, qui gaudent Commendis, teneantur ad Horas canonicas, neque enim id est verum, de equitibus, qui sunt milites; sed solum de illis, qui sunt Clerici eiusdem Ordinis militaris; & de equitibus, qui sunt milites, satis est, si dicantur teneri tantummodo ad eas preces, quæ ipsi præscribuntur secundum Regulam sui Ordinis militaris, & ad has ipsas neque etiam teneantur sub mortali, si ipsi sint Commendatarij, vt notat Sanchez lib. 7. consil. Regula moral.

10. Qui est Vicarius in beneficio ecclesiastico, teneatur ad Horas canonicas.

11. Commenda militares quomodo sint beneficia ecclesiastica, & obligent ad Horas canonicas.

12. Commendatarij milites nõ tenentur sub mortali ad eas preces, quæ præscribuntur à Regularibus.

moral. cap. 2. dub. 5. pag. 328. & diximus supra, disp. 22. num. 6.

13. Beneficium manuale, & reuocabile ad nutum conferentis, obligat ad Hor. can.

Quintò, hoc idem, quod dicimus de beneficio, solum habito in Commendam, & non in titulum, eodem modo se habet etiam in beneficio manuali, seu regulari, quod à Prælatis regularibus conferunt alicui subdito regulari, vt illud administrat, reuocabiler ad nutum ipsius conferentis, & quandiu ipse voluerit, cap. Cum ad Monasterium de fiat. Monach. cap. Porretham. & cap. Ad nostram. de confirmatione visili, vel inuili; & Clementina, Quia regulares de supplen. negligentia Prælati. vt enim patet ex Suario de Horis canon. cap. 22. n. 13; & 16. Azor. lib. 1. o. c. 4. quæst. 2. Valq. de benef. cap. 4. art. 1. dub. 3. n. 13. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 5. n. 6. in fine. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quæst. 2. puncto 4. num. 2. & aliis communiter apud ipsum, idem iuris, & oneris habet hoc beneficium manuale, quod habent cætera omnia beneficia; hoc tantum excepto, quod sit reuocabile ad nutum ipsius conferentis; & idem etiam habet obligationem ad Horas canonicas.

14. Quomodo beneficium manuale sit perpetuum quæritur ad naturam beneficij.

Neque hoc, quod sit reuocabile ad nutum, pugnat cum natura beneficij; quod in sua definitione dicitur debere esse perpetuum: siquidem aliquo modo etiam beneficium manuale est perpetuum; non quidem actu, sed habitu, & potestate, vel aptitudine; vt notat Rota apud Garziam de beneficiis, part. 1. cap. 2. num. 79. in quantum natura sua non postulat reuocari post tempus quocunque certum; sed potest retineri etiam per totam vitam, si ita voluerit ipse conferens: qua enim ratione cap. Clericos de cohabitatio. Cleric. & mulierum. dicitur excommunicatio esse perpetua; quia ex se potest durare in perpetuum, si excommunicatus non resipiscat, & Prælati ecclesiastici non absoluat, vt notat ibi Glossa, ver. Perpetuam, & Syluest. verb. Dignitas, n. 2. & apud Azor. quæst. 2. cit. in fine: eadem ratione potest dici perpetuum beneficium manuale, cum possit, quantum est ex se, esse perpetuum, si Prælati, & conferens ita consentiat; non autem ex se, suaque natura posituè postulet reuocari.

Et qua ratione beneficium sæculare, quod de sui natura, aut proprietate est posituè perpetuum, cap. Præcepta, dist. 55. & cap. Satis peruersum. dist. 56. & aliis locis apud Garziam part. 1. cap. 2. cit. num. 70. potest tamen à Papa concedi ad tempus, cap. Si gratiorè. de rescript. in 6. & notat Rebuff. in praxi, tit. Requisita ad collationem. n. 13. & 14. & Paris. de confidon. quæst. 18. n. 4. & alij apud Garziam n. 71. imò ex fundatione beneficium sæculare potest esse temporale, & ad nutum amouibile, ex Mandosio in reg. 34. Cancell. quæst. 11. & Garzias n. 72. Et idem potest esse etiam ex Constitutione, aut statuto, vt idem subdit n. 75. neque propterea definit esse beneficium, quicquid in contrarium dicat Nau. cons. 9. de offic. Ordin. num. 1. & 2. lib. 1. & cons. 27. de præben. num. 1. eadem ratione potest verè, & propriè esse beneficium, si ex prima institutione sit manuale, & amouibile ad nutum, non quidem solius patroni laici; sed ipsius Prælati ecclesiastici conferentis.

15. Beneficium manuale non est sufficiens titulus pro sacris Ordinibus.

Et quanuis hæc perpetuitas beneficij solum habitualis, vt sic dicam, & potestatiua, non sufficiat ad hoc, vt aliquis ad titulum huiusmodi beneficij manualis possit ordinari in sacris, vt notat Maiolus de irregul. lib. 4. cap. 15. num. 4. Paris. de rescript. lib. 2. quæst. 6. num. 2. & 3. Garzias de benef. part. 1. cap. 2. num. 83. Henriquez lib. 10. cap. 17. num. 3. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 20. Bonac. cap. 2. punct. 4. n. 2. cit. & alij communiter; siquidem ex Trident. sess. 2. c. 2. de reformat. beneficium, ad quod aliquis ordinatur,

debet esse sufficiens pro tota vita, & non posse amitti, ne alioqui sic ordinatus cogatur mendicare cum dedecore Ordinis, aut sordidum aliquem quaestum exercere: non tamen propterea non sufficit ad saluandam simpliciter perpetuitatem, in quantum ponitur in definitione beneficij in vniuersum.

Sextò, qui habet Capellam non collatiuam, & non sacram, non tenetur ad Horas canonicas: quia hæc non est verè beneficium ecclesiasticum. Contra verò, qui habet Capellam collatiuam, & sacram, omninò tenetur: quia contraria ratio est verè beneficium, vt notat Azor. lib. 10. cap. 3. quæst. 5. Suar. cap. 22. num. 8. Valq. de benef. cap. 4. art. 1. dub. 3. num. 10. Reginal. lib. 3. num. 40. Nauar. de orat. cap. 20. num. 17. Garzias de benef. part. 1. cap. 2. num. 81. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quæst. 2. puncto 4. num. 6. & alij communiter. Et si fortè contingat, vt Capellania, etiam sacra, & collatiua, & verè erecta auctoritate. Episcopi, conferatur aliquando etiam puero nondum habenti primam tonsuram, quando, scilicet, est fundata ab aliquo laico de propriis bonis; & ipse Fundator vult ita conferri pro prima vice; cum obligatione tamen, vt talis puer promoueatur ad Ordines suo tempore, & Officium recitet, quando fuerit habilis, & interim Missæ celebrentur per aliquem alium: si, inquam, hoc contingat, dici debet, quod talis Capellania pro illa vice, & pro illo tempore non est beneficium, & puero solum traditur titulo sæculari, & tanquam laico, sic dispensante ipso Pontifice, aut Episcopo, quando Capellania est in limine fundationis, vt notat Valq. num. 3. cit. num. 11. & Bonac. puncto 4. num. 6. cit. Et quod paulò antè retulimus num. 14. ex Nauar. quòd beneficium sæculare ex sua natura perpetuum, desinat esse beneficium, si fiat temporale, & amouibile ad nutum; quanuis ex præcisâ ratione temporalitatis communiter non admittatur, cum beneficia manualia sint verè, & propriè beneficia, & ad rationem beneficij in vniuersum possit sufficere etiam perpetuitas potentialis, & habitualis, vt ibi diximus; potest tamen admitti specialiter in eo casu, in quo beneficium est in limine fundationis, & bene potest Episcopus Capellam aliquam ita acceptare in beneficium ecclesiasticum, vt tamen huiusmodi rationem beneficij non habeat, nisi post primam, aut secundam collationem; si ita voluerit ipse Fundator; sicut & potest ita illam acceptare in beneficium sæculare, vt tamen prima, aut secunda vice possit conferri etiam Clerico regulari, vt Romæ factum est de anno 1640. à nobili quadam matrona, quæ ad Capellaniam saceram, & collatiuam à se fundatam prima vice nominauit, & institui voluit proprium filium, qui erat Sacerdos regularis, & Professus, & secundum priuilegia sui Ordinis erat capax beneficij. Et quemadmodum potest Episcopus Capellaniam ex prima fundatione non sacram, & non erectam auctoritate ipsius in beneficium, erigere postea, si ipse Fundator non contradicat, & permittat eam conferri semel, aut bis, vt beneficium, vt supra diximus num. 4. & tenet Rota part. 3. diuers. lib. 3. decis. 1112. vt refert Garzias part. 1. cap. 2. cit. num. 118. & 119. ita & potest ab ipso initio eam erigere, vt non sit beneficium, nisi post primam aut secundam collationem.

16. Capellania non collatiua, & non sacra non obligat ad Horas canonicas: siue verò sit sacra, & collatiua.

17. Capellania sacra quomodo aliquando conferatur puero, & incapaci.

18. Qui beneficium ecclesiasticum acceptat ex metu, quomodo tenetur ad Horas canonicas.

Denique hæc, quæ diximus de obligatione ad Horas canonicas propter hæc omnia beneficia, debet intelligi etiam de illis adolescentibus, qui parentum auctoritate coguntur acceptare aliquod beneficium, cum tamen ex se non habeant animum clericandi, & statim illud dimitterent, si liceret: vt enim

enim bene explicat Less. lib. 2. cap. 34. num. 174. Layman. lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 2. quæst. 1. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quæst. 2. puncto 4. num. 4. omninò tenentur, si stante metu consentiant in receptionem fructuum, vt sibi prouenientium ex beneficio: siquidem hic consensus est etiam consensus in acceptationem, & retentionem beneficij; & per consequens etiam onerum, quæ sunt illi annexa, inter quæ est obligatio ad Horas canonicas: secus verò si nullo modo consentiant in perceptionem fructuum, & in beneficium; sed solum exterius illud acceptant coacti ex metu: nam, sicut metus irritat votum, etiam solenne, si ex illo fiat: ita & irritat quancunque aliam obligationem, si ex illo inducatur: & in tali casu tenentur huiusmodi adolescentibus beneficio cedere, quam primùm possunt, & fructus restituere, si qui ad illos peruenierunt, vel si peruenient, ex hereditate parentum, qui ex illis erunt facti ditiores, & locupletiores.

DISPUTATIO XXVIII.

Vtrum pensionarij, & qui habent redditus ecclesiasticos sine beneficio, teneantur ad Horas canonicas.

1. Pensionarius quis propriè sit.
2. Pensio potest assignari ex multis causis.
3. Nulla pensio obligat ad Horas canonicas.
4. Solus pensio, qua alicui datur, vt Clerico, obligat ad Officium B. Virginis, ex Constitutione Pij V.
5. Pensionarij quomodo teneantur incedere in habitu, & tonsura clericali.
6. Quandoam pensionarij intelligi debent habere pensionem, vt Clericus.
7. Si Clericus pensionarius fiat ordinis militaris, cum facultate retinendi pensionem, vtrum teneatur ad Horas Beatissime Virginis.
8. Quomodo pensio aliquando tribuatur in capite vnus, & ad commodum alterius.
9. In tali casu quis teneatur ad Horas B. Virginis.
10. Si Clericus pensionarius renunciet pensioni, vel aliter illam extinguat, aut nullos percipiat fructus, neque speret percipere; non amplius teneatur ad Horas Beatissime Virginis.
11. Obligatio ad Horas Beatissime Virginis ex pensione quando incipiat.
12. Fructus pensionis possunt percipi à die signata supplicationis; sed non ultra primos sex menses, si Littere non sint expeditæ.
13. Cessat pensio clericalis ipso facto, si pensionarius transeat ad matrimonium.
14. Clericus coniugatus non gaudet, nisi priuilegio fori, & Canonis.
15. Per matrimonium ratum, & non consummatum vacant ipso facto beneficia, & pensiones.
16. Imò etiam per matrimonium irritum, non ex defectu consensus ipsius Clerici contrahentis.
17. Nisi ex priuilegio, & concessione Pape, aliter res se habeat.
18. Si Clericus acceptet pensionem, aut beneficium, animo transfundi ad matrimonium, non peccat, nisi venialiter.

1. Pensionarius quis propriè sit.

PENSIONARIJ illi dicuntur, qui habent ius percipiendi fructus ex beneficio alieno: nam in beneficio ecclesiastico duo sunt, quæ possunt, ac debent bene distingui, id est, dignitas ipsa ecclesiastica instituta in Ecclesia ad aliquod

Officium spirituale; & hæc appellatur titulus beneficij; & præterea ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis. Accidit autem communiter, vt vni, & eidem simul tribuatur hoc vtrunque; & aliquando accidit, vt vnum tribuatur vni, & alterum alteri; & qui habet simul vtrunque, dicitur simpliciter beneficarius, vel habere beneficium; & qui habet solum ius percipiendi fructus, vel ex toto, vel ex parte, non autem habet dignitatem, & titulum, dicitur pensionarius, vel habere pensionem, vt bene explicat Tolet. lib. 5. c. 82. n. 1. Et quoniam ex multis capitibus potest alicui concedi tale ius percipiendi fructus ex beneficio alieno, hinc est, quod etiam pensio est multiplex: conceditur enim aliquando alicui tale aliquod ius ex causa inopia, senectutis, aut morbi, vt habeat, vnde viuat, & vitam sustentet; & aliquando quia maiores ipsius, vel ipsemet est de Ecclesia optimè meritus, vt, quando pensiones dantur Regibus, & Viris principibus; vel quia speratur, quòd debeat in futurum benemereri, vt quando dantur pueris; & aliquando, vt obeat munus aliquod temporale in seruitium Ecclesie, & pulset, v. g. campanas, verrat pauimenta, aperiat ianuas, Sacristiam administrat, doceat Musicam, Grammaticam, Theologiam; & aliquando, quia est eques certi alicuius Ordinis regularis; vel quia est Clericus, & debet in Clericatu proficere; vel quia beneficium, quod habebat, in alterum transfuit; & non est æquum, vt patiatur totum dispendium, &c.

2. Pensio potest assignari ex multis causis.

3. Nulla pensio obligat ad Horas can.

4. Sola pensio qua alicui datur, vt Clerico, obligat ad Officium Beatissime Virginis, ex Const. Pij V.

5. Pensionarij quomodo teneantur incedere in habitu, & tonsura clericali.

6. Quandoam pensionarius intelligi debet habere pensionem, vt Clericus.

Sed absolute de his omnibus pensionibus, quantum facit ad præsens negotium dicendum est, quòd nulla obligat ad Horas canonicas; imò neque obligat loco illarum ad alias preces, nisi illa, quæ datur alicui, tanquam Clerico; & prærequirit in illo saltem primam tonsuram, eumque obligat ad Officium paruum Beatissimæ Virginis; non quidem ex Iure antiquo, quod nihil tale præcipit, vt notat Azor. part. 1. lib. 10. cap. 4. quæst. 3. & Suar. de Horis canonicis, cap. 22. num. 4. sed solum ex Constitutione Pij V. Ex proximo. in qua statuit, vt idem iuris sit in pensionibus clericalibus quoad obligationem recitandi Officium Beatissimæ Virginis, quod est in beneficiis propriè dictis, quoad obligationem recitandi Horas canonicas. Vnde bene notat Toletus lib. 5. cap. 82. citato, num. 2. quòd ea omnis pensio, & ea sola obligat ad Officium Beatissimæ Virginis, quæ est spiritualis, ratione Ordinis, & status clericalis, quem supponit.

Et huic obligationi recitandi Officium Beatissimæ Virginis etiam aliam addidit Sixtus V. de anno 1588. Const. Cum sacrosanctam. vt tales pensionarij tenerentur incedere in habitu, & tonsura; quanuis postea moderationem, & declarationem adiunxerit Constitutione alia, Pastoralis. quòd tunc solum ad id tenerentur, quando pensio excederet valorem sexaginta ducatorum auri de Camera.

Quòd si quæras, quis tandem pensionarius intelligi debeat habere pensionem, vt Clericus: Respondent Azor. qu. 3. cit. & Suar. cap. 22. cit. n. 6. eum esse intelligendum, qui quando pensionem acceptat, supponitur saltem habere primam tonsuram; & in quo, vt sit capax pensionis, prærequiritur status clericalis. Et contra, si in collatione pensionis, & in Litteris apostolicis, seu Bullis, nulla sit mentio talis status, & conditionis; non est intelligendus is, cui conferretur, eam habere vt Clericus, & per consequens neque tenetur ad Officium paruum, etiam reuerà sit Clericus. Id tamen ipsum debet intelligi de Clerico pure pensionario, & qui neque sit constitutus in sacris, neque habeat beneficium, ratione cuius teneatur ad Horas canonicas; quia tunc

tunc satis esset, si persolveret illas tantum, neque præterea teneretur ad Horas Beatissimæ Virginis, ut notat Authores citati, & Garzias de benef. part. 3. cap. 1. n. 16. & alij communiter apud Bonac. de Horis canon. disp. 1. quæst. 2. puncto 4. num. 9. & 10. quia mens Pij V. non fuit, ut excluderet Horas canonicas, tanquam insufficientes ad satisfaciendum obligationi pensionis, cum sint maximè sufficientes ad satisfaciendum simul obligationi beneficij, & omnium sacrorum Ordinum, & professionis Religiosæ, ut supra diximus; sed solum ut pensionariis minus oneris imponeret, quam beneficiariis quantum est ex ipsa pensione. Vnde, si Clericus pensionarius sponte eligeret recitare pro sua pensione Horas canonicas, non est dubium, quod esset tutissimus in conscientia, & esset liber ab Horis minoribus B. Virginis, sicut & qui eligit pro voto minore aliquid maius, ut communiter dicitur in materia de voto, illudque ex se ipso commutat in melius; omnino est liber à voto minore, & à re minus bona, ut etiam notat Bonac. num. 9. cit.

7. Si Clericus pensionarius fiat Ordinis militaria, cum facultate retinendi pensionem, ut videtur ad Horas Beatissimæ Virginis.

Imò ex Nauar. conf. 22. de celebrat. Missarum, lib. 3. Azor. l. b. 10. cap. 4. quæst. 3. Rodriq. in Summa, part. 1. cap. 14. n. 6. Garzia part. 3. cap. 1. cit. num. 118. Bonac. quæst. 2. puncto 4. num. 10. cit. si Clericus pensionarius efficiatur miles alicuius Ordinis militaris, cum facultate retinendi pensionem, non amplius tenetur ad Horas Beatissimæ Virginis; sed satis est, si recitet orationes Dominicæ, & salutationes Angelicæ, quæ præscribuntur in Regula: quia etiam hæc sunt loco Horarum. Sed hoc tenerè non caret difficultate: quia dispensatio retinendi pensionem iam collatam titulo clericali, & cum obligatione recitandi Officium Beatissimæ Virginis, sub peccato mortali; & fructus restituendi, si illud omitatur sine legitimo impedimento, non est mutatio eiusdem pensionis in purè laicalem, vel dispensatio ab aliis obligationibus, quæ comitantur pensionem clericalem, & possunt benè impleri etiam in Ordine militari. Et quemadmodum, si Clericus beneficiatus admitteretur in Ordinem militarem cum facultate retinendi beneficium, non propterea esset liber à persolvendis Horis canonicis, neque beneficium ecclesiasticum mutaretur in purum stipendium militare: ita & Clericus pensionarius non propterea quod fiat miles, & pensionem clericalem retineat, est liber ab Officio Beatissimæ Virginis; neque illam transtulit in militare. Neque Authores citati hoc intendunt, si benè attendantur: siquidem Azor. & Rodriq. solum asserunt, quod milites regulares ex dispensatione Papæ possunt habere, ac retinere pensiones: & non tenentur ad Officium B. Virginis; sed solum ad preces præscriptas in Regula: non autem asserunt, quod illa pensio, si prius esset clericalis, eique collata, tanquam Clerico ante militiam, postea transeat in purè laicalem. Et idem intendit etiam Nauar. quanvis in summano, n. 2. aliter explicetur: nam solum proponit, vtrum miles, & professor militiæ S. Iacobi de Spata, retinens pensionem ecclesiasticam, teneatur ad Officium B. Virginis iuxta Bullam Pij V. & respondet negativè: quia mens Pontificis concedentis pensionem militi, qui tenetur ex sua Regula ad certas preces, nõ est, ut ab illis deobliget, & ad alias obliget; sed potius, ut illæ censeantur subrogatæ in locum aliarum, ad quas communiter tenentur pensionarij; atque ita neque etiam Nauar. loquitur de pensione prius assignata alicui tanquam Clerico, & cum communibus obligationibus recitandi Officium B. Virginis, & fructus restituendi, &c. sed solum de illa, quæ assignatur militi, & retinetur à milite: vnde Garzias, &

Bonac. qui loquuntur satis expressè in primo casu, si absolute asserunt, pensionarium Clericum, factum postea militem post contractam obligationem ad Horas B. Virginis ex sua pensione clericali, non amplius teneri ad illas recitandas; sed mutare obligationem in alias preces ex præscripto Regule, & Ordinis militaris, ad quem tranlit; non possunt pro sua sententia citare Nauar. Azor. & Rodr. qui non loquuntur in dicto casu; sed in alio longè diverso, ut iam ostendimus.

Secundò, si quæras, ad quem pertineat obligatio Horarum B. Virginis, quando pensio referatur in capite, seu vita vniuersè ad commodum, & utilitatem alterius; Respondeo, de hoc modo referendi pensionem super duobus, videri posse Garziam de benef. part. 1. cap. 5. n. 261. & seqq. nam propter pragmaticas, & leges Regni Hispaniarum, ex quibus beneficia, & pensiones non possunt conferri, nisi Hispanis, inductum est, ut pensio imponatur in capite, aut persona alicuius Hispani, & penes illum verè residat ius pensionis; sed tota utilitas, totumque commodum pertineat ad aliquem Italem, cui Papa specialiter, & directè intendit facere gratiam; & qui ea de causa constituitur, tanquam procurator irrevocabilis ad illam exigendam: & quoniam hic vterque suo modo est pensionarius, id est, Hispanus ratione iuris, & Italus ratione commodi, & utilitatis; & pensio completè accepta non subsistit, nisi in vtroque simul; hinc est, quod tam expiret, & extinguatur per mortem vnius, quam per mortem alterius, ut ex pluribus Rotæ decisionibus videri potest apud Garz. c. 5. cit. n. 262. & seqq. In hoc igitur casu, si quærat quis ex duobus teneatur ad Horas Beatissimæ Virginis: Respondeo cum Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quæst. 2. puncto 4. n. 8. S. Mibi tamen probabilissimum videri, quod is teneatur, in cuius commodum assignata est pensio; non autem ille, in cuius capite est assignata; quia ex regula iuris ille debet sentire incommodum, qui sentit commodum; & commodum cum incommodo est compensandum, L. Si negotia. ff. de negotiis gestis. Et quemadmodum ex beneficio non ille tenetur ad Horas canonicas, qui habet nudum titulum, & nihil commodi ex illo percipit; sed ille, qui sibi retinet totam administrationem, & fructus, ut supra diximus disp. 25. num. 10. ita & ex pensione non ille tenetur ad Horas Beatissimæ Virginis, qui habet solum ius, sine titulum; sed, qui habet fructus & commodum.

Et hæc obligatio censenda est tandiu durare, quandiu durat in pensionario huiusmodi commodum, ut subdit Bonac. ibidem, num. 11. Vnde, si quis ex toto cedat iuri pensionis, vel consentiat, ut pensio redimatur ex toto pro certis annatis, Papa sic annuente, & permitte; non amplius tenetur ad Officium Beatissimæ Virginis, cum reuerè non sit amplius pensionarius, neque amplius habeat pensionem clericalem. Et idem est, si retineat ius pensionis; sed ex aliquo casu non percipiat ullos fructus; neque speret percipere in futurum: quia similiter, qui ex beneficio nihil percipit, nec sperat percipere, non tenetur ad Horas canonicas, ut supra diximus disp. 25. n. 13.

Et quod diximus de obligatione ad Horas canonicas ex beneficio disp. 23. n. 6. quod non incipiat nisi à die, & hora apprehensæ, & habitæ possessionis pacificæ, proportionaliter est dicendum etiam de obligatione ad Horas Beatissimæ Virginis ex pensione, quod, scilicet, solum incipiat à die apprehensæ quasi possessionis: ac proinde non ante expeditionem Litterarum apostolicarum, si pensio habeatur

8. Quomodo pensio alicuius quando in beneficiis superadditur, sed non ultra primos sex menses, nisi interim littera expediantur.

9. In tali casu quis teneatur ad Horas B. Virginis.

10. Si Clericus pensionarius renunciet pensioni, vel alter illam extinguat, non nullus percipiat fructus, neque speret percipere; nõ amplius tenetur ad Horas B. Virginis.

11. Obligatio ad Horas Beatissimæ Virginis ex pensione, quando incipit

immediatè, & per se ex impositione Papæ, vel etiam non ante consecrationem publici instrumenti, si habeatur per translationem factam ab aliquo habente ad id potestatem, ut notat ibidem Bonac. puncto 5. cit. num. 7. dummodo similiter non sit per ipsum Clericum pensionarium, ne expediat Litteras, aut instrumentum iam dictum, ut etiam supra diximus de benef. disp. 23. cit. n. 8.

Quia tamen gratia, & pensio quoad substantiam est perfecta per ipsam concessionem Pontificis, aut per ipsam translationem, & voluntatem transferentis, & litteræ, vel instrumentum sunt tantummodo ad probationem; non autem ad validitatem, licitè potest in conscientia solui pensio, & recipi etiam litteris, aut instrumento non expeditis, ut notat Giga de pensionibus, quæst. 34. Gomez. regul. de non iudicando iuxta formam suppl. cationis, quæst. 14. Mandos. reg. 27. Cancell. quæst. 7. Robuff. de pacificis possessionibus, num. 137. concl. 2. 1. & in praxi benef. in signatura gratiæ, part. 3. num. 11. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 29. num. 8. qui tamen etiam addit ex quodam Motu proprio Pij V. Intolerabilis. de anno 1569. id non posse fieri: ultra primos sex menses, nisi litteræ sint expeditæ: quia dictus Pontifex ita decreuit, & excommunicationem adiunxit, & priuationem beneficiorum, & inhabilitatem in posterum, tam soluenti, quam recipienti solutionem pensionis, litteris non expeditis intra sex menses à prima concessione, ut etiam refert Emmanuel Rodriguez in Summa, part. 2. cap. 2. n. 9. Corduben. & Vega apud Sanchez ibid. m.

12. Fructus pensionis possunt percipi à die signata superadditionis, sed non ultra primos sex menses, nisi interim littera expediantur.

13. Cessat pensio clericali ipso facto, si pensionarius transeat ad matrimonium.

14. Clericus coniugatus non gaudet nisi privilegio fori, & Canonis.

15. Per matrimonium raturum, & non consummatum, vacant ipso facto beneficia, & pensiones.

16. Imò etiã per matrimonium irritum, non ex defectu cõsensus ipsius Clerici contrahentis.

17. Nisi ex privilegio, & concessione Papæ aliter res se habeat.

rum ducatorum, etiam si matrimonium deinde contrahant, ut patet ex Bulla ipsius de anno 1586. Postquam. & ex alia, Palto. alio. quæ est declaratio, & extensio huiusmodi privilegiorum.

Quod si contingat, ut Clericus pensionem clericalem acceptet animo non continuandi in Clericatu; sed transeundi ad matrimonium; & interim dum illam retinet, gerat se, ut Clericum, & Officium recitet; non peccat nisi venialiter; & non tenetur restituere fructus, ut notat Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 45. num. 20. ex Nauar. miscell. 45. de orat. num. 5. quod idem asserit idem Sanchez num. 19. precedente, de eo, qui cum eadem intentione non continuandi in Clericatu, sed transeundi ad matrimonium, acceptat beneficium simplex, quod non habet obligationem existendi, vel se constituendi in sacris: dummodo enim illi seculat, & persolvat Horas canonicas, quandiu illud retinet, solum peccat venialiter propter deordinationem, quæ contingit in hoc, quod aliquis velit percipere fructus beneficij solum ad tempus; cum tamen sint specialiter instituti ad Clericos sustentandos in Clericatu; neque est, quod damnetur culpa mortalis, cum nullo iure probetur obligatio grauis ad positivè volendum perseverare in Clericatu.

18. Si Clericus acceptet pensionem, aut beneficium, animo transeundi ad matrimonium, nõ peccat nisi venialiter.

DISPUTATIO XXIX.

Qua formula, aut quo B. enuario sint persolvendæ Horæ canonicæ.

1. Proponitur ratio dubitandi.
2. Quomodo omnes teneantur ad Breviarium Pij V.
3. Si Bulla, & Breviarium Pij V. alicubi non sit receptum, licitè possunt adhiberi alia Breviaria priora.
4. Neque potest ab aliquo pro arbitratu usurpari Breviarium Romanum.
5. Breviaria non abrogata per Bullam Pij V. solum possunt relinquere de consensu Episcopi, & Capituli, tam in Choro, quam extra Chorum.
6. Etiam Clerici, qui sunt ordinati ad titulum patrimonij, tenentur ad Breviarium sue Ecclesiæ.
7. Familiæ Episcoporum, & Cardinalium, possunt, quoad Breviarium, se conformare ipsi Episcopi, aut Cardinalibus.
8. Frustrà petitur precibus à Principe, quod in re communi concessum est omnibus.
9. Si Breviaria non abrogata per Bullam Pij V. semel relinquuntur de consensu Episcopi, & Capituli per admissionem Breviarij Romani, non possunt amplius resumari.
10. Qui sunt ordinati ad titulum patrimonij, & degunt extra propriam diocesim, non tenentur ad Breviarium sue Ecclesiæ.
11. Beneficiarij tenentur ad Breviarium diocesis, in qua est beneficium.
12. Qui habet plura beneficia in diversis diocesis, ad quod Breviarium teneatur.
13. Monachus factus Episcopus, aut Presbiter alicuius Ecclesiæ seculari, ad quod Breviarium teneatur.
14. Mutatio Breviarij, ad quod aliquis tenetur, est grave peccatum.
15. Et si mutatio fiat à Breviario Romano in aliquod aliud, est mortale.
16. Si verò fiat ab alio Breviario in Romanum, potest probabiliter excusari.

17. Episcopus, & Prælati religiosi possunt ex aliqua causa dispensare cum suis subditis, ut aliquando videntur Breuiario Romano, omisso proprio.

Propositio ratio dubi- sapdi.

Quis huc vsque de personis, quæ tenentur ad Horas canonicas: & quod in idem recidit, egimus circa illas de circumstantia, quæ agendum ergo superest de aliis circumstantiis, & præcipue de circumstantia, quid: & circa illam duo sunt explicanda, id est, vtrum liceat vnicuique Horas persolvere pro libito, ex quacunque formula, aut Breuiario recepto, & approbato in aliqua Ecclesia; an verò vnusquisque teneatur ad certam formulam, & ad certum Breuiarium, receptum, & approbatum in certa Ecclesia; & præterea vtrum liceat ex illo Breuiario, quo quisque vtitur, determinato, & certo, illas persolvere pro libito de hoc, vel illo festo; aut de hac, vel illa feria; an verò vnusquisque teneatur singulis diebus sequi præscriptum sui Breuiarij, & recitare determinatè de festo, aut determinatè de feria, prout illud præscriperit.

2. Quomodo omnino tenentur ad Breuiarium Pij V.

Sed breuiter circa primum certum est primum, quod qui tenentur ad Horas canonicas, debent illas persolvere iuxta Breuiarium Pij V. & Clementis VIII. & aliorum posteriorum Pontificum, nisi aliter postulet legitimus vsus suæ Ecclesiæ, aut Ordinis religiosi. Ita Nauar. de orat. cap. 11. num. 29. & cap. 19. num. 210. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 1. Suarez de Horis canon. cap. 11. num. 3. & cap. 23. num. 9. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quæst. 3. puncto 1. num. 1. tom. 1. Quia, quanuis ex iure antiquo vnusquisque teneretur sequi formulam approbatam, & receptam in sua diocesi, aut in suo Ordine, cap. De iur. & cap. Placuit. dist. 12. in Bulla tamen Pij V. quæ ponitur initio Breuiarij Romani, reuocantur, & prohibentur omnes aliæ formulæ præter illas, quæ sunt approbatæ per Constitutionem apostolicam, aut per consuetudinem excedentem ducentos annos; & declaratur, quod aliter non factisit obligationi de Horis canonicis. Dixi autem, & Clementis VIII. & aliorum posteriorum Pontificum: quia, quanuis hi expurgarint ab aliquibus mendis Breuiarium Pij V. & prohibuerint, ne aliter imprimatur in posterum, quam fuerit ab ipsis correctum; permisissent tamen liberum vsum etiam prioris, quandiu exemplaria iam prius impressa non sint consumpta, vt patet ex Bullis ipsorum.

3. si Bulla, & Breuiarium Pij V. alicubi non sit receptum, licet possunt adhiberi alia Breuiaria priora.

Secundò, si alicubi dictæ Bullæ Summorum Pontificum non sunt vsu receptæ, licet potest seruari ius antiquum de formulis approbatis in vnaquaque diocesi, aut Ordine religioso, vt notat Azor. lib. 10. cap. 11. quæst. 1. citat. in fine: quia, quanuis huiusmodi formulæ per illas Bullas non solum sunt prohibita; sed etiam sint factæ inualidæ ad satisfaciendum obligationi de Horis canonicis, vt notat Suarez cap. 11. citat. num. 5. & idem qui primi post eandem inualidationem iis sunt vsi, verè peccauerint, & non satisfecerint; postea tamen si dictæ Bullæ perdurarunt in suo non vsu, & in sua non acceptatione, earum effectus, & obligatio ex tacito consensu Pontificis censetur suspensa, & illæ formulæ reputantur, quasi redierint ad priorem validitatem, vt communiter dicitur in materia de legibus, & nos explicauimus lib. 5. disp. 18. num. 12. quod totum etiam valet in legibus pontificiis, quando accedit scientia, & consensus ipsius Papæ circa non vsum, & non receptionem suarum legum, vt ibi notauimus num. 5. ex pluribus decisionibus Rotæ Romanæ: & idem qui videntur dictis formulis, seu

Breuiariis, stante non vsu, & non acceptatione Bullarum, per quas reuocantur, & abrogantur, non est, quod dicantur non satisfacere obligationi Horarum. Et rectè potest hoc declarari, & confirmari exemplo alio de matrimonio clandestino: nam, quanuis per Tridentinum sess. 24. cap. 1. de reformat. matr. non solum sit prohibitum; sed etiam sit factum, & declaratum planè irritum; & idem vbique terrarum, qui primi clandestinè, & sine parochio, & testibus matrimonium contraxerunt post factam promulgationem talis decreti, verè peccarint, & contraxerint nulliter: si quæ tamen regiones vsu non receperunt dictum decretum, eoque non obstante continuauerunt clandestinè contrahere, ipso Papa sciente, & permittente; non possunt rationabiliter dici, quod huiusmodi contraxerint nulliter, & quod modò non habeant matrimonium valida: ergo eadem ratione si Bullæ irritantes alia Breuiaria non sunt alicubi vsu receptæ, ipsoque Papa sciente, & tolerante fuerint retenta, non possunt dici, qui illis modò vtuntur, non vti licitè, & non satisfacere suæ obligationi de Horis canonicis.

Atque hoc videtur multò rationabilius, quam quod habet Suarez de Horis canonicis, cap. 11. citat. num. 5. & cap. 23. num. 10. & Bonac. quæst. 3. puncto 1. num. 1. citat. 5. Ex quo fit, quod etiam in iis locis, in quibus Breuiarium Romanum non est receptum ex negligentia, aut resistentia Prælatorum, non potest Officium aliter dici per alia Breuiaria: siquidem omnia sunt abrogata, & irritata, &c. Contrà enim est: quia hæc ipsa negligentia, aut resistentia Prælatorum facillè potuit innotuisse Pontifici; & hic facillè potuit non curasse de illa puniendi, & de firmanda; non autem suspendenda obligatione suarum legum: & in tali casu bene possunt Horæ canonicæ persolui validè per alia Breuiaria, non obstantibus dictis Bullis, vt iam explicauimus. Et si contra huiusmodi Bullas ex dicta scientia, & tolerantia Papæ alicubi sit iam legitime præscriptum, & tempus legitime præscriptionis pro antiqua, & priore consuetudine sit iam expletum; non solum possunt, sed etiam debent in aliis locis ab vnoquoque seruari Breuiaria priora: cum talis consuetudo per huiusmodi præscriptionem iam redierit ad naturam legis, & verè obliget, perinde ac si per dictas Bullas nunquam fuisset abrogata: si tamen detur casus, quod scientia, & tolerantia Papæ nullo modo concurrerit ad manutendam, aut reponendam in aliqua diocesi priorem formulam, & ad suspendendam obligationem suarum legum pro inducendo Breuiario Romano; non est negandum, quod in tali casu possit, & debeat vnusquisque priuatus parere Pontifici, & recitare iuxta Breuiarium Romanum, cum negligentia, aut culpa Episcopi, aut Prælati, non possit eximere subditos à tali obligatione; neque Bullæ, aut leges pontificiæ, ad hoc vt obligent, debeant necessarid promulgari in singulis Prouinciis, aut in locis quibuscunque extra Urbem, vt communiter dicitur in materia de legibus, & nos explicauimus lib. 5. disp. 17. per totam: & ideo vnusquisque ad illas teneatur statim, atque de illis habet notitiam, & solum in hoc casu loquitur Suarez locis cit.

Tertiò, qui tenentur ad alias formulas, & ad alia Breuiaria, quam ad Romanum, solum possunt in vnaquaque diocesi de consensu Episcopi, & vniuersi Capituli illas relinquere: & quando semel reliquerint, non possunt amplius ad illas redire, eaque resumere; sed tenentur semper

4. Neque potest ab vnoquoque pro arbitrio usurpari Breuiarium Romanum.

5. Breuiaria non abrogata per Bullam Pij V. solum possunt relinquere de consensu

Episcopi, & Capituli, in Choro, quibus extra Chorum.

per in posterum ad Breuiarium Romanum. Prima pars est contra Maiorem in 4. dist. 12. quæst. 6. Sylu. verb. Hora, q. 1. & aliquos alios apud Sotum lib. 10. de iust. quæst. 5. art. 4. & apud Nauar. de orat. c. 19. num. 211. cum quibus sentit etiam Less. lib. 2. c. 37. num. 47. & Caiet. verb. Hora, § 2. & apud Suarez c. 23. cit. num. 3. & Rodriguez in quæst. regular. tom. 1. quæst. 42. art. 13. & ipse Nauar. conf. 15. de celebrat. Miss. lib. 3. & probabile putat etiam Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 2. & Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 23. & Bonac. de Horis canon. disp. 1. cap. 3. n. 5. & alij, qui existimant, vnicuique licere, siue sit Clericus, siue Religiosus, sequi extra Chorum Breuiarium Romanum: quia Ecclesia Romana est Mater omnium; & sacri Canonices, dum præcipiunt, vt omnes teneant modum psallendi suæ Ecclesiæ Metropolitanæ, cap. De iur. & cap. Placuit. dist. 12. intelligi debent, id solum præcipere cum hac limitatione: Nisi quis male sit in recitatione priuata vsi Breuiario Romano, & Ecclesiæ Romana se conformare: & Pius V. in sua Bulla non requirit consensum Episcopi, & Capituli in iis Ecclesiis, quæ habent Breuiarium proprium vltra annos ducentos, si forte velint illud mutare, & acceptare Breuiarium Romanum, nisi in ordine ad recitationem in Choro: & sic habet: Si forte hoc nostrum Breuiarium magis placeat, dummodo Episcopus, & vniuersum Capitulum in eo consentiant, vt ad in Choro dicere, & psallere possint, permittimus.

Sed contrà est: quia idem Nauar. conf. 5. de celebrat. Miss. n. 2. ex professo docet oppositum: & conf. 16. eod. tit. ait, id esse magis pium, & magis probabile: & c. 19. de orat. num. 211. & seqq. soluit ex professo rationes allatas: quia nullum est ius, neque antiquum, neque nouum, quod Breuiarium Romanum toti Orbi concedat pro arbitrato cuiusque priuati: imò in Bulla Pij V. expressè dicitur, quod per illam non admittitur certis Ecclesiis ius inueteratum aliter psallendi, & dicendi Officium: & si forte illis magis placuerit Breuiarium Romanum, non permittuntur, illud accipere, eoque vti; nisi de consensu Episcopi, & vniuersi Capituli: atque ita antiqua iura, quæ ante Pium V. obligant in certis Ecclesiis ad certas formulas, & ad certa Breuiaria, etiam priuatos Clericos recitantes priuatim, & extra Chorum; remanserunt in sua vi, & obligatione, neque illam potuerunt amittere, siue pro recitatione in Choro, siue extra Chorum, nisi de consensu Episcopi, & vniuersi Capituli, & Prælati in Monasteriis, & Ordinibus religiosiis, vt notat Lessius lib. 2. cap. 37. num. 74. cit. Et clarè facit declaratio sacre Congregationis Concilij, relata per addentes, siue per postillam ad consilium 15. Nauar. de celebrat. Missar. lib. 3. & per Garziam de benef. part. 3. cap. 1. num. 155. quæ censuit, habentes Breuiarium ante ducentos annos institutum, non satisfacere recitando etiam extra Chorum iuxta formam Breuiarij noni Pij V. si hoc in sua Ecclesia non fuit receptum de consensu Episcopi, & Capituli.

6. Etiam Clerici qui sumunt titulum patrimonij, tenentur ad Breuiarium suæ Ecclesiæ.

Et quanuis Roma sit patria communis, & Romana Ecclesia sit Mater omnium; non tamen propterea eximit omnes, qui degunt extra illam, à legibus suarum Ecclesiarum, & suorum Episcoporum, vt notat Nauar. de orat. cap. 19. num. 211. cit. qui etiam num. 214. ait, id esse verum, tam de iis Clericis, qui sunt ordinati ad titulum beneficij, & idem videntur magis subiecti Ecclesiæ Metropolitanæ, & Episcopo, eorumque legibus, & statutis, & consuetudinibus, quam de aliis, qui sunt ordinati ad titulum patrimonij; & idem videntur minus subiecti: sunt enim etiam hi subiecti Episcopo do-

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

micilij, aut originis, cum non possint ordinari ab alio, nisi de illius licentia, cap. Cum nullus. de tempor. ordinat. in 6. & leges, aut statuta synodalia, obligant generaliter quoscunque subditos; neque distinguunt, vtrum habeant beneficia, vel non habeant; & vtrum sint ordinati ad hunc titulum, vel ad illum. Et cum Nauar. de huiusmodi Clericis ordinatis ad titulum patrimonij hoc idem docet Suar. de Horis canonicis, cap. 23. num. 4. Less. cap. 37. Reginal. lib. 18. num. 168. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quæst. 3. puncto 1. num. 4. tom. 1. & alij apud ipsum: quanuis contrarium asserant Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 2. Maior in 4. dist. 12. quæst. 6. ad primum. Angel. verb. Hora, num. 12. & 14. Sanctus Anthonin. 3. part. tit. 13. cap. 4. § 2. & apud illum Directorium Iuris lib. 1. tit. 8. Ex quo Directorio id habet etiam Nauar. in Man. cap. 25. num. 107. in fine, & Bullarm. lib. 1. de bonis operibus, cap. 18. §. Altera. tom. 4. qui omnes de huiusmodi Clerico ordinato ad titulum patrimonij, generaliter affirmant, quod sit illi liberum in persoluendis Horis canonicis sequi formam, & Breuiarium cuiuscunque Ecclesiæ, & per consequens etiam Breuiarium Romanum.

Et quod absolute non sit licitum vnicuique in recitatione priuata sequi aliud Breuiarium, quam illud, quod est receptum in sua Ecclesia, ex eo confirmant idem Suarius de oratione, cap. 19. citato, num. 215. & Bellarminus cap. 18. citato, quia ex Concilio Viennensi Clementina 2. de celebratione Missarum, indulgetur iis Clericis, & Religiosis, qui fuerint familiares domestici, & commensales Episcoporum, aut Cardinalium, vt possint relinquere suas proprias formulas, & sua Breuiaria, & possint se conformare ipsis Episcopis, aut Cardinalibus; & specialiter quando hi recitant ad vsum Romanum, vt notat ibi Glossa; idque conceditur non solum quando actualiter cum illis recitant, sed etiam quando non recitant, vt subdit Nauar. num. 216. quia facillè potest accedere iis omnibus, qui dicto modo sunt familiares, & commensales, vt vno, aut altero die recitent cum Episcopo, aut Cardinali, vel cum aliis, qui in eadem domo versantur; & optimum est, vt omnes possint inter se conferre dubia circa Officium; & idem omnes vtantur eadem formula: si autem vnusquisque per se licitè possit in recitatione priuata sibi accipere Breuiarium Romanum, inane esset hoc priuilegium, quando Episcopus, aut Cardinalis, vel alius quicumque, cum quo deberet hic, aut ille recitare Officium, iam vteretur dicto Breuiario Romano. Et cum hoc etiam tempore sepius, & in dies petatur, & impetretur à Papa priuilegium recitandi ex Breuiario Romano, & non ex proprio, vt habet Nau. ibidem; signum est, quod etiam hoc tempore sit priuilegium, & non liceat communiter omnibus recitare ex Romano, cum aliqui frustra petatur, & impetretur precibus, quod iure communi est omnibus licitum, & concessum, cap. 1. de rescriptis, & L. 1. ff. ad municip. Et idem potest probari etiam ex priuilegio Fratrum Ordinis Prædicatorum, qui possunt esse contenti Officiis, & formulis illarum Ecclesiarum, ad quas declinant extra suos Conuentus, vt notat Syluest. verb. Hora, qu. 1. in fine.

Quod verò Ecclesiæ, quarum formulæ, & Breuiaria excedunt ducentos annos, non possint amplius illa resumere, si de consensu Episcopi, & vniuersi Capituli semel admiserint Breuiarium Romanum, ex eo probat Suar. de Horis canon. c. 1. n. 4. quia ex Bulla Pij V. per huiusmodi acceptationem legiti-

7. Familiæ Episcoporum, & Cardinalium possunt, quoad Breuiarium, se conformare ipsis Episcopis, aut Cardinalibus.

8. Frustra petitur precibus à Principe, quod iure communi concessum est omnibus.

9. Si Breuiaria non abrogata per Bullam Pij V. semel relinquuntur de consensu

Episcopi, & Capituli per admissiōem Breuiarij Romani, non possunt amplius resumere.

10. Qui sunt ordinati ad titulum patrimonij, & de gunt extra propriam diocēsim, non tenentur ad Breuiarium suam Ecclesiam.

mam Breuiarij Romani omnino inuadatur Breuiarium prius; & omnis antiqua consuetudo, & priuilegium illo utendi penitus abrogatur; & ideo non potest ad illud rediri sine noua concessione Papæ.

Quartò, quod diximus paulò ante de iis Clericis, qui sunt ordinati ad titulum patrimonij, quòd teneantur etiam ipsi ad Breuiaria suarum Ecclesiarum, neque possint pro arbitrato recitare ex Breuiario Romano, debet intelligi, dummodo resideant in dictis Ecclesijs; non autem constituent firmum domicilium, aut quasi domicilium extra illas: nam, quemadmodum ex eo, quòd sunt ordinati ad titulum patrimonij, non tenentur interesse Choro; ita nec tenentur residere intra diocēsim; & ideo si alibi degant, & domicilium, aut quasi domicilium statuunt, ubi sit vsus alterius Breuiarij, licet possint illo uti etiam ipsi, cum sit valde rationabile, vt vnusquisque conformetur honestis moribus illorum, inter quos viuit, vt notat Suar. de Horis can. c. 23. n. 7. & Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quest. 3. puncto 1. n. 8. quanuis fortasse ad id non teneantur; sed possint retinere etiam formulam suæ Ecclesiæ, si præsertim extra illam solum intendant degere ad longum tempus, v. g. vt dent operam studiis; non autem semper, vt notat Azor. lib. 10. c. 11. qu. 3.

Dixi autem, nisi constituent firmum domicilium, aut quasi domicilium in alia diocēsi: quia non videtur admittendum id, quòd asserit idem Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quest. 3. puncto 1. citato, num. 7. quòd etiam illi, qui tenentur ad Breuiaria propria, licet possint illa dimittere, si per aliquod tempus Romæ degant causa deuotionis, aut certi alicuius negotij. Contrà enim est; quia hoc dictum nullos habet Authores, vt ipse Bonac. ingenue fatetur: & præterea quia obligatio sequendi formulam, & Breuiarium suæ Ecclesiæ Metropolitanæ est de iure communi; & ideo est seruanda vbi que, & quandiu aliquis manet subditus illi eidem, (vt certè manet, qui in illa retinet domicilium,) semper tenetur conformare se illi; neque potest Officium dicere ex alio Breuiario, si fortè sit extra illam ad breue tempus; sicut fortasse posset, si obligatio esset solum ex statuto, aut decreto diocēsano, quòd solum obligat intra territorium, & non extra. Et quemadmodum is, qui tenetur ad Breuiarium Romanum, non posset alio uti, si ad breue tempus, & solum pro aliquo negotio reperiretur, verbi gratia, Mediolani; quia obligatio ad Romanum est ex Bulla Pij V. quæ obligat illum vbi que: ita & qui tenetur ad aliud Breuiarium, non potest uti Romano, si solum ad breue tempus, & pro aliquo tantum negotio moretur Romæ, cum præsertim is, qui adest alicubi ad breue tempus, & non solet ibi adeste, moraliter non reputetur adesse; & qui abest similiter ad breue tempus, non reputetur moraliter abesse, L. Quæstio. §. in fine. de legatis, & sicut. & qui statim est reuersurus, reputetur non abesse ex Tridentin. sess. 23. cap. 1. de reformat. vbi etiam ex hoc principio definitur, quòd Episcopi possunt reputari non abesse à residentia, quia breui ad illam sunt redituri, si solum absint per duos, vel per tres menses; ac proinde etiam ille, qui degit Romæ solum per duos, vel tres menses ex causa deuotionis, vel certi alicuius negotij, potest moraliter reputari non abesse à sua Ecclesia Metropolitana, & non desinere esse illi subditus, quoad formulam diuini Officij.

11. Beneficiarij non tenentur ad diocēsim, in qua est beneficium.

Quintò, qui tenetur ad Officium ratione beneficij, probabile est, quòd teneatur ad formulam diocēsiam, in qua est beneficium. Ita Sanctus Tho-

mas quodlib. 1. artic. 13. & quodlib. 6. artic. 8. Et quidem si beneficium postulet residentiam, & præsentiam in Choro, res est magis certa: quia tunc beneficium, si interfit Choro, non potest non tenei ad illam formulam, qua vitur Chorus: & si ex casu aliquo non interfit, adhuc habet illam eandem obligationem ad recitandum priuatim, & extra Chorum, quam habet ad recitandum publicè, & in Choro. Si verò beneficium non postulet residentiam, & præsentiam in Choro, id probatur: quia beneficium determinatè fundatum in hac diocēsi non videtur inducere quantumque obligationem ad Horas canonicas; sed illam determinatè, quæ est in hac diocēsi, vt notat Sanctus Thomas quodlib. 6. artic. 8. cit. & per consequens etiam determinatè ad hanc formulam, & non ad aliam. Et quemadmodum Religiosus professus huius Ordinis, vbi que tenetur ad Breuiarium sui Ordinis, quia propria illius professio talem affert obligationem determinatè, & non aliam: ita & beneficiatus talis Ecclesiæ, aut diocēsis. Vnde, si quis habeat beneficium in vna diocēsi, & in altera habeat domicilium, non debet uti formulâ domicilij, sed beneficij.

Dixi autem id esse probabile: quia oppositum magis placet Suar. cap. 23. num. 6. & Layman lib. 4. tract. 1. c. 5. n. 3. & Bonac. disp. 1. qu. 3. puncto 1. n. 10. quòd, scilicet, etiam beneficiarij quicumque possint, ac debeant recitare iuxta formulam diocēsiam, in qua resident; non autem illius, in qua habent beneficium. Contra quòd tamen facit autoritas Sancti Thomæ, & rationes iam allatæ, & ique maxime consonat etiam decretum Sancti Caroli pro Ecclesia Mediolanensi, vt refert Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. qu. 3. puncto 1. n. 6. tom. 1. quòd omnes, & singuli, qui ex quauis causa tenentur ad ritum Ambrosianum, non possint, nisi ad præscriptum illius Breuiarij Horas persolvere, tam in recitatione publicâ, quam in priuata; & alioqui non satisfaciunt suæ obligationi de illis recitandis; & subiaccant prænis Concilij Lateranensis, & Summorum Pontificum, contra omittentes diuini Officium: si verò licitum esset ex Bulla Pij V. & ex generali concessione Summi Pontificis, vt omnes in recitatione priuata possent uti Breuiario domicilij, etiam si ex titulo beneficij, aut alio quocunque tenentur ad aliud; non potuisset Sanctissimus Episcopus id prohibere pro Mediolanensibus, cum Episcopus quicumque non habeat potestatem id concedendi, quòd prohibet Papa; vel id negandi, quòd Papa concedit.

Sextò, qui habet plura beneficia, quorum singula ratione diocēsiam, in qua sunt, habeant diuersas formulas, tenetur recitare secundum formulam illius diocēsiam, in qua residet: & si in nulla residet, debet sequi illam, in qua dignius, & pinguius habet beneficium: & si beneficia sint æqualia, debet sequi diocēsim, & Ecclesiam digniorem: & si Ecclesiæ quoque sint pares, potest sequi ex illarum formulis, quam maluerit. Ita Sanctus Thomas quodlib. 1. artic. 13. Sot. lib. 10. de inst. quest. 5. artic. 4. conclus. 1. Azor. lib. 10. cap. 1. quest. 2. & apud illum Angelus, Syluest. Tabiena, & alij. Reginald. lib. 18. num. 169. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quest. 3. puncto 1. num. 9. Et ab his omnibus in eo dissentit Suar. cap. 23. num. 8. quòd absolute asserat, sequendam esse formulam diocēsiam, in qua habetur domicilium, siue in illa habeatur beneficium, siue non, vt etiam retulimus num. præcedente.

Atque ex hoc potest solui etiam quæstio de Monacho, aut Religioso professo, si fortè fiat Episcopus, aut præficiatur alicui Ecclesiæ seculari habenti formulam, & Breuiarium proprium: si enim prælatio sit perpetua, vt est Episcopatus, tenetur sequi formulam Ecclesiæ, cui præficiatur: siquidem etiam in illa contrahit domicilium: si verò sit solum ad tempus, potest retinere formulam propriam, & monasticam, vt notat Glossa in Clementinam, Dignum, de celebratione Missarum, Syluester, Tab. & alij.

12. Qui habet plura beneficia in diuersis diocēsibus, ad quod Breuiarium tenentur.

12. Qui habet plura beneficia in diuersis diocēsibus, ad quod Breuiarium tenentur.

13. Monachus factus Episcopus, aut præficiatur alicui Ecclesiæ seculari ad quod Breuiarium tenentur.

14. Mutatio Breuiarij, ad quod aliquis tenetur, est grauis peccatum.

15. Et si mutatio fiat à Breuiario Romano.

nacho, aut Religioso professo, si fortè fiat Episcopus, aut præficiatur alicui Ecclesiæ seculari habenti formulam, & Breuiarium proprium: si enim prælatio sit perpetua, vt est Episcopatus, tenetur sequi formulam Ecclesiæ, cui præficiatur: siquidem etiam in illa contrahit domicilium: si verò sit solum ad tempus, potest retinere formulam propriam, & monasticam, vt notat Glossa in Clementinam, Dignum, de celebratione Missarum, Syluester, Tab. & alij.

Septimò, qui mutat formam, & Breuiarium, ad quod tenetur, & cum sit Monachus, verbi gratia, Sancti Benedicti, aut Religiosus professus Sancti Francisci, recitat ex Breuiario Sancti Dominici, grauitè peccat ex Sancto Anthonino 3. parte. ritul. 3. cap. 4. §. 5. Soto lib. 10. de iustitia, qu. 5. artic. 4. Nauarr. de oratione, cap. 19. num. 21. & 212. Angelo verb. Hora, num. 14. Tabiena eodem n. 17. in fine. Armilla num. 7. Toledo lib. 2. cap. 13. num. 2. Suarez de Horis canonicis, cap. 23. num. 3. Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 1. dub. 24. quia mutatio in tota forma Officij est valde grauis, & proximè attingit ipsam substantiam diuini Officij. Et quanuis ante Bullam Pij V. non defissent, qui affirmarent huiusmodi mutationem esse tantummodo accidentalem; & in qualitate Horarum canonicarum, non autem in substantia; siquidem tam illæ, quæ recitantur per vnum Breuiarium approbatum, quam quæ recitantur per aliud, substantialiter sunt Horæ canonicæ, vt patet ex Maiore in 4. distinct. 12. quest. 6. ad 3. contra primam conclusionem, & ex Caietano verb. Hora, §. 2. & alijs apud Sanchez dub. 24. citat. num. 1. cum quibus potest citari etiam Sanctus Anthoninus 3. parte. ritul. 3. cap. 4. cit. §. 2. Nauarr. in Man. cap. 25. num. 107. Belarminus lib. 1. de bonis operibus, cap. 18. vt etiam supra retulimus num. 6. in quantum asserunt, eum qui est ordinatus ad titulum patrimonij, posse recitare ex quolibet Breuiario; id tamen non potest affirmari post dictam Bullam, vt subdit Sanchez num. 2. quia in illa expressè dicitur: Statuimus, quoscunque, qui tenentur ad Horas canonicas, teneri ad dicendum ex præscripto huius Breuiarij; & neminem ex his, nisi hac sola formula, satisfacere posse. Et hoc idem declarauit sacra Congregatio Concilij ad cap. 21. sess. 25. de Missali, vt etiam refert Garzias de beneficijs, part. 3. cap. 1. num. 156. pag. 117. quòd, nimirum, mortaliter peccent, si scienter, & absque iusta, & rationabili causa celebrent cum alio Missali, quam cum reformato à Pio V. qui ad illud tenentur. Et cum ab obligatione utendi Breuiario reformato Romano nulli alij excipiantur, nisi qui habent Breuiaria propria, excedentia annos ducentos; eo ipso, quòd quis non habeat tale aliquod Breuiarium proprium, ad quod teneatur, tenetur ad Breuiarium Romanum; & non satisfacit, nisi per illud suæ obligationi; & per consequens tam grauitè peccat, si per illud non recitet, quam peccat grauitè, si absolute non recitet, vel non satisfaciat. In quam sententiam manifestè facit etiam decretum Sancti Caroli paulò ante allatum num. 11. pro iis, qui tenentur ad Breuiarium Ambrosianum, per quòd solum dicuntur satisfacere, & euadere poenas statutas in Concilijs, & Constitutionibus pontificijs, contra eos, qui omittunt culpabiliter Horas canonicas, & per consequens non posse illud omittere sine graui culpa.

Quòd si quæras, vtrum hæc culpa sit mortalis: Affirmant Angelus, Nauarr. Toletus, Suarius, Sanchez locis citatis, & multum inclinat etiam Bel-

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

larminus lib. 1. de bonis operibus, cap. 18. §. 8. Et quantum. 4. saltem quando sit in aliam formulam, & in aliud Breuiarium, quam in Romanum. Negant verò Caietanus, Syluester, Armilla, Sotus, S. Anthoninus, Bartholomæus Medina in summa instructione. Confess. lib. 1. cap. 14. num. 11. & alij similiter locis citatis. Verum, quòd illi asserunt, si intelligatur vniuersaliter de mutatione cuiuscunque Breuiarij, non potest admitti, etiam vt probabile, cum ex Bulla Pij V. qui tenetur ad Breuiarium Romanum, non possit satisfacere nisi per illud; & ideo si illud mutet, & per aliud recitet, perinde peccet, ac si non recitet; vel aliter non satisfaciatur suæ obligationi, quòd est peccare mortaliter. Et idem videtur dicendum de Religioso professo, si formula sui Ordinis, saltem ex consuetudine, obligat ad mortale; & de Clericis Mediolanensibus, qui ex decreto Sancti Caroli iam allato non possunt aliter satisfacere, nisi per Breuiarium Ambrosianum. Si verò Authores citati id solum asserant de iis Clericis, qui relinquendo proprias formulas suæ Ecclesiæ Metropolitanæ, accipiunt formulam Romanam, eaque vtuntur in recitatione priuata, & extra Chorum, potest admitti, vt probabile, propter eorum auctoritatem, quos supra retulimus num. 5. quòd licitum sit vnicuique pro recitatione priuata, uti Breuiario Romano. Negant tamen non potest, qui oppositum sit multò tutius, cum iura antiqua pro iis, qui non tenentur ad Breuiarium Pij V. adhuc permaneant in sua vi, vt supra diximus, & ex Concilio Toletano cap. De iis, dist. 1. qui in Horis canonicis recedunt ab instituto sui Ordinis, aut suæ Ecclesiæ Metropolitanæ, suspendantur per sex menses à communione, vt per id tempus laciymis diluant culpam transgressionis, vt ibi dicitur, quæ certè poena non videtur, nisi culpæ mortalis, vt notat Nauarr. de oratione, cap. 19. num. 214. qui etiam subdit num. 217. vers. Primo. quòd non esset peccatum, si quis vna, aut altera vice, propter aliquam rationabilem causam, mutaret Breuiarium, vt, verbi gratia, si occurreret inuadens in recitatione priuata aliquis infirmus, vel Prelatus, aut amicus defessus, & mutatio fieret in Breuiarium Romanum; & vers. Quarto. quòd etiam ille, qui esset ordinatus ad titulum patrimonij, & secundum multos potest pro arbitrato eligere quocunque Breuiarium, vt supra diximus num. 6. non potest pro arbitrato facere alias, atque alias mutationes; sed tenetur eligere vnum aliquod, & in illo perseverare absque alia mutatione.

Non est tamen negandum, quòd pro vna, aut altera vice, & ex aliqua rationabili causa possint Superiores dispensare, vt quis relinquat Breuiarium proprium, & utatur Romano, vt habet Nauarr. cap. 19. de oratione, num. 217. citat. vers. Tertio. Suarez de Horis canonicis, cap. 11. num. 6. & cap. 23. num. 16. & 17. Toletus lib. 2. cap. 13. num. 2. Siquidem obligatio ad aliud Breuiarium, quam Romanum, solum est ex consuetudine, aut statuto Ecclesiæ Metropolitanæ, vel Ordinis religiosi; & in illis non est, quòd Episcopus, aut Superiores, & Prelati Religionis non possint dispensare, saltem pro vna, aut altera vice, & maxime pro recitatione priuata.

12. aliquid aliud, est mortale.

16. Si verò fiat ab alio Breuiario in Romanum, potest probabiliter excusari.

17. Episcopus, & Prelatus religiosi, possunt ex aliqua causa dispensare cum suis subditis, vsu aliquando utantur Breuiario Romano, omisso proprio.

DISPUTATIO XXX.

An, & quomodo vnusquisque teneatur diebus singulis Horas persoluere ex praescripto sui Breuiarij.

- 1. Qui sapius, & sine rationabili causa mutat Officium, grauius peccat.
2. Mutatio Officij ex contemptu formali semper est peccatum mortale.
3. Et idem est, si fiat frequenter ex plena scientia, & aduertentia, & sine rationabili causa.
4. Et secundum aliquos est peccatum mortale, etiam si fiat tantum semel.
5. Qui mutat Officium, non mutat Breuiarium.
6. Quomodo posteriores mutationes Officij contrahant ex prioribus malitiam mortalem.
7. Actus mali posteriores in aliqua specie sepe crescunt in malitia ex prioribus, si eorum obiecta aliquo modo inter se uniantur.
8. Mutatio Officij est mortalis, si non sit in Officium aequiualens, aut ferè aequiualens.
9. Praeceptum de Horis canonicis est substantialiter quoad ultimam determinationem illarum pro singulis diebus.
10. Mutatio Officij in Choro est magis illicita.
11. Mutatio Officij pro vna, aut altera vice, neque etiam est peccatum veniale, si fiat ex rationabili causa.
12. Prelatus ordinarius, quomodo possit dispensare in mutatione Officij.
13. Qui mutat vnun Officium in aliud, etiam ex culpa veniali, non tenetur illud totum repetere.
14. Si tamen mutatio sit in Officium notabiliter minus, est facienda aliqua compensatio.
15. Officium pro officio ex priuata deuotione quomodo sit licitum.
16. De Sancto, qui non est in Calendario, quomodo sit celebrandum Officium.
17. Secundum aliquos, possunt licite dici Officia nondum approbata à Sede apostolica.
18. Sed est falsum.
19. Quo sit censenda insignis Reliquia, ratione cuius potest fieri mutatio Officij, & recitari de Sancto.
20. Vtrum de Sancto sit faciendum Officium ratione insignis Reliquiae, quando ignoratur proprium Festum illius Sancti.
21. Additio, aut detractio ad Breuiarium, & ad ritum, seu formam Officij, in quo casu sit peccatum mortale.
22. Mutatio idiomatis Latini in Horis canonicis, qualis sit culpa.
23. Si mutatio fiat in linguam Italicam, aut vulgarem quancunque, est peccatum mortale.
24. Idem est, si fiat mutatio in linguam Hebraicam, aut Graecam.
25. Licentia mutandi Officium in talem linguam, non spectat, nisi ad Papam.

ALITERVM, quod diximus disput. praeced. spectare ad circumstantiam, quid, pro Horis canonicis, est circa obligationem, quam quisque habet diebus singulis ad seruandum praescriptum sui Breuiarij; & vt non recitet, v. g. de Sancto, si illud praescribat esse recitandum de feria; & contra non recitet de feria, si praescribat esse recitandum de Sancto.

Et circa illam primò certum videtur, non posse Qui sapius, sine graui peccato sapius mutari Officiu, & violari

praescriptum Breuiarij, ad quod vnusquisque tenetur, nisi adit rationabilis causa. Ita Angelus vrb. Hora canonica, n. 10. Caiet. eod. Nauar. de orat. cap. 19. n. 217. Sot. lib. 10. de inst. quest. 5. art. 4. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 10. quest. 2. Suar. de Horis canon. cap. 23. n. 12. Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 2. 5. Valsq. Opusculo de benef. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 2. n. 59. Laym. lib. 4. tract. 1. cap. 5. n. 4. Bonac. de Horis can. disp. 1. quest. 3. puncto 1. n. 17. & alij apud ipsam: quia cap. In die de consecr. dist. 5. reprehenduntur, qui quotidie tres tantum Psalmos, & tres Lectiones recitare volunt: idque dicuntur facere, non ex regula Sanctorum Patrum; sed ex fastidio, & negligentia: quod certè non esset, si recitare determinatè certum Officium diebus singulis non esset in praeepto; sed esset liberum vnusquisque. Et cap. De iis. & cap. Placuit. dist. 12. & cap. Conuenit. de consecr. dist. 5. absolute praecipitur, vt in Officio seruetur modus Ecclesiae Metropolitanæ, & in Bulla Pij V. vt recitetur ex praescripto, & ex ratione Breuiarij. Et certu est, quod praeeptum quodcunque non potest violari sine peccato. Et quauis hoc praeeptum de seruando modo Ecclesiae Metropolitanæ, & de recitando Officio ex praescripto, & ex ratione Breuiarij Romani, verbo tenus sit tantum vnusque tamen vera equiualeat multis, quorum singula vrgent, & obligant diebus singulis, ad recitandum determinatè, iuxta praescriptum illius diei, & sunt onera alligata certo illi tempori, & transeunt simul cum illo, vt notat Bonac. n. 17. cit. Garzias de beneficiis, part. 3. cap. 1. n. 165. & alij apud ipsam.

Neque hoc negant illi, qui asserunt, substantiam praeepti solum esse, vt dicantur quotidie septem Horæ canonicæ; & solum spectare ad modum praeepti, vt dicantur hæc, vel illæ, de hoc Sancto, vel de hac feria; & ideo non cadere sub praeepto, vt loquitur Maior in 4. dist. 12. quest. 6. Sylu. verb. Hora, n. 2. & 15. Caiet. verb. Hora, §. 2. S. Anton. 3. part. iii. 13. cap. 4. §. 2. Less. lib. 2. cap. 37. n. 77. & alij alij: nam solum id asserunt, non vt negent culpam simpliciter in huiusmodi mutatione Officij; sed solum vt negent culpam mortalem, vt notat Valsq. loco cit. Et patet expressè ex Caietano ibidem, qui sic concludit: Grauius tamen peccat, qui absque rationabili causa huiusmodi mutationes ad libitum faciunt. Quamquam hoc etiam ipsam non est admittendum, vt mox dicemus.

Secundò, si mutatio Officij fiat ex formali contemptu praeepti, aut consuetudinis, non est dubium, quod sit peccatum mortale, vt notat Nau. de orat. cap. 19. n. 217. cit. & Suar. cap. 23. de Horis canonicis, n. 15. quia contemptus formali praeepti, & potestatis superioris praecipientis, est semper peccatum mortale ex S. Thoma 2. 2. quest. 186. art. 9. ad 3. & aliis communiter, vt explicauimus, cum ageremus de vitis capitalibus, lib. 3. dist. 6. n. 5.

Tertiò, probabile est, quod etiam sit peccatum mortale, si mutatio Officij fiat frequenter, & ex certa scientia, & aduertentia, & sine rationabili causa; & ideo contineat notabilem audaciam contra praeeptum. Ita Nauar. n. 217. cit. & cap. 21. n. 23. Suar. cap. 23. n. 14. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 2. n. 2. Valsq. de benef. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 2. n. 6. Reginal. lib. 18. n. 177. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 7. n. 4. Garzias de benef. part. 3. cap. 1. n. 150. Graff. lib. 2. decis. cap. 5. n. 10. Barbosa in cap. Presbyter. n. 9. de celeb. Missarum. Rodr. in quest. regular. tom. 1. quest. 42. art. 8. in fine, & in Summa, part. 1. cap. 14. n. 3. & cap. 144. Petr. de Arag. 2. 2. quest. 83. art. 12. dub. 5. Tollet. lib. 2. cap. 13. n. 2. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 3. puncto 1. num. 17. & alij apud ipsam: quia talis

Et sine rationabili causa, mutatio officij, grauius peccat.

Mutatio officij ex contemptu formali semper est peccatum mortale.

Et idem est, si fiat frequenter ex plena scientia, & aduertentia, & sine rationabili causa.

talis mutatio non facta, nisi raro, & ex causa rationabili, non videtur notabiliter contraria menti Pontificis, & institutoris, vel reformatoris Breuiarij, qui per se, & primariò solum intendit praescribere formam Horis canonicis pro toto anno, & solum secundariò, & per accidens, & in ordine ad totum annum intendit praescribere formam pro singulis diebus. Vnde, quemadmodum in humanis, qui tenetur toto anno inferuire Principi, & aule adesse, non peccat grauius contra suam obligationem, si fortè abit semel, aut iterum ex iusta causa; & peccat grauius, si abit frequenter, & solum pro arbitratu, & sine causa: ita & qui tenetur toto anno ad praescriptum certi Breuiarij, grauius peccat, si ab illo recedat frequenter, & sine causa; non autem si recedat solum raro, & ex causa. Et quauis frequentia, aut consuetudo peccandi impertinenter se habeat ad culpam augendam, & faciendam mortalem ex veniali, quando hæc alioqui in singulis actibus, qui frequentantur, & repetuntur, est solum leuis, vt patet in eo, qui consuevit sapius mentiri iocose, aut loqui inutiliter, & otiose, vt notat Scot. in 3. dist. 39. quest. unica, Gabr. ibidem, quest. 2. art. 1. n. 2. & ex illis Sayrus lib. 5. Clan. reg. cap. 5. n. 6. Suar. tom. 2. de relig. lib. 3. de iuram. cap. 6. n. 5. & alij, quando agunt de consuetudine iurandi; negari tamen non potest, quin multum faciat secundum prudentem estimationem ad grauitatem transgressionis, quando per vnun praeeptum prohibetur aliquid per modum vnus, & in ordine ad illud prohibentur singuli actus per modum partis, vt contingit in exemplo allato de inferuendo Principi per totum annum, & aule intercessendo, & in praeepto de inferuendo Ecclesiae, & de frequentando Choro pro beneficiatis, aut Religiosis professis deputatis ad Chorum, & in praeepto de non communicando ciuilitur cum excommunicato vitando, & in aliis huiusmodi, vt notat Suar. de censuris, disp. 15. sect. 2. n. 11. & lib. 3. de legib. cap. 28. n. 11. Et hæc ratione sicut non peccat mortaliter, qui semel, aut iterum, & ex aliqua causa abest à Choro, vel agit ciuilitur cum excommunicato vitando; peccat verò, qui abest, aut agit frequenter, & quasi ex consuetudine, & sine causa: ita nec peccat, qui semel, aut iterum recedit à quotidiano praescripto sui Breuiarij, illudque vt plurimum, & communiter, & ferè semper solet seruare.

Dixi autem, id esse solum probabile, non autem certum: quia non desunt, qui putent, peccare mortaliter etiam illos, qui tantum semel, aut iterum mutant Officium, & recedunt à quotidiano praescripto sui Breuiarij; & consequenter qui negent, eos satisfacere suæ obligationi, & asserant etiam teneri ad restitutionem fructuum sui beneficij, perinde ac si simpliciter, & nullo modo recitassent. Et præterea non desunt, qui negent, è contra, eos vnquam peccare mortaliter; siue mutant semel, aut iterum, siue sæpius, & frequenter, etiam ex plena aduertentia, & data opera; sed asserant ad summum eos peccare solum venialiter. Et hoc posterius tenet Azorius part. 1. lib. 10. cap. 10. quest. 2. & citat Sylu. verb. Hora, quest. 9. dicto 4. & quest. 12. dicto 1. & addit idem fateri omnes communiter. Et illud prius tenet Garzias part. 3. cap. 1. cit. num. 150. & segg. Cosinus Philiarclus de officio Sacerdotis, tom. 1. lib. 1. cap. 6. concl. 3. in fine. Tollet. lib. 2. cap. 13. num. 2. cit. Et huic etiam sententia fauet non parum Pius V. in sua Bulla ad reformationem Breuiarij, vbi, dum praecipit, illud ab omnibus obseruari, qui non habent Breuiaria propria vltra annos duceatos, etiam statuit, ipsam Breuiarium à se reformatum nullo vn-

quam tempore esse mutandum, siue ex toto, siue ex parte; neque aliquid esse illi addendum, aut detrahendum; & eos omnes, qui tenentur ad Horas canonicas ex more, & ritu Romanæ Ecclesiae, ad illas teneri ex praescripto, & ex ratione dicti Breuiarij, sub pœnis per canonicas Sanctiones constitutis in eos, qui diuinum Officium quotidie non dixerint; & neminem, nisi hac sola formula posse satisfacere.

Certum autem est, quod etiam mutatio Officij pro vna, aut altera die, videtur mutatio Breuiarij ex aliqua parte, & esse aliqua additio, & aliqua detractio, cum ad praescriptu, v. g. & regulam, quod hæc, aut illa die sit faciendū de feria, fiat additio, quod sit faciendum de Sancto; & fiat detractio, quod sit faciendum de feria: & ideo videntur incurri etiam pœnæ contra eos, qui diuinum Officium quotidie non dixerint; neque potest censerī, quod per hanc aliam formulam, quæ de facto vsurpatur, sit satisfactum obligationi: & si hæc mutatio pro vno, aut altero die inducit pœnam illius, qui non quotidie dicit Officium, illudque omittit vno, aut altero die, omnino continet etiam culpam: & idem peccatum est vno, aut altero die mutare Officium; atque vno, vel altero die illud non dicere.

Et præterea huic sententia fauet etiam ratio: quia, si vna, aut altera mutatio Officij non est mortalis, neque etiam est mortalis tertia, & quarta, & sic de aliis: & contra, si tertia, & quarta, & aliæ mutationes consequentes sunt mortales, sunt etiam mortales illæ, quæ antecedunt, & sunt in pluriter prima, vt arguuntur Garzias part. 3. cap. 1. num. 165. & 166. cum non possint ex sola circumstantia ordinis, & successiois, vel prioritatis, & posterioritatis, quam habent inter se, variari quoad malitiam; & illa ipsa, quæ est venialis, si fiat prima, non possit esse mortalis, si fiat decima. Et quemadmodum violatio ieiunij in Quadragesima tam est mortalis, si fiat frequenter, quam si fiat tantum semel; quia praeeptum de ieiunando est totale, & distinctum totaliter pro singulis diebus, & tanquam onus vnus cuiusque singulariter aduenit cum vnoquoque, & singulariter transit; & idem est in transgressione voti de re aliqua leui diebus singulis faciendâ, vt, v. g. de recitanda quotidie oratione Dominica, vel de erogando pauperibus vno obolo; quæ transgressio similiter tam est venialis, si fiat sæpius, quam si fiat tantum semel: ita & mutatio officij non potest esse mortalis facta decies, si est solum venialis facta semel; & alioqui non potest vitari, quod peccatum mortale possit fieri ex pluribus venialibus, si sæpius repetantur, & frequententur, contra id, quod asserit S. Thomas 1. 2. quest. 88. art. 4. & omnes communiter.

Non est tamen, quod propter hæc recedamus à priori dicto de maiori probabilitate peccati mortalis pro iis, qui frequenter, & remerè mutant Officium: nam, quod asseritur ex Bulla Pij V. non facit contra mutationem Officij ex vno, & eodem Breuiario, ad quod aliquis tenetur; sed solum contra mutationem ipsius Breuiarij: & hoc solum statuitur non mutari, neque ex toto, neque ex parte; & eique nec fieri additio, neque detractio; & solum ex illo dicitur posse satisfieri obligationi: & qui quotidie ex illo non recitat, cum alioqui ad illud tenentur, eas pœnas incurrere, quas incurrit, qui simpliciter non recitat quotidie diuinum Officium: qui autem ex eodem Breuiario recitat de Sancto, quando est recitandum de feria, & solum recedit ab illius praescripto quoad tempus recitandi de hoc, aut illo; non autem quoad modum, & de Sancto verè recitat, provt ipsam Breuiarium praescribit esse recitandum

Qui mutat Officium, non mutat Breuiarium.

recitandum de Sancto; & de feria, prout prescribit esse recitandum de feria; non mutat villo modo ipsum Breuiarium; sed solum non seruat illius leges, ac regulas quoad tempus recitandi de Sancto, & de feria: neque illi aliquid addit, aut detrahunt: & idem quantum est ex hoc capite, verè satisfaciunt suæ obligationi, neque incurrit eorum pœnas, qui simpliciter non recitant ex Breuiario, ad quod tenentur.

6. Quomodo posteriores mutationes officij curantur ex prioribus malitiam mortalem. Ad rationem verò patet ex dictis num. 3. qui enim mutat frequenter, & sine causa vnum Officium in aliud, idem peccat mortaliter per mutationes posteriores consequentes ad primas, & ad priores: quia secundum prudentem estimationem notabiliter delinquit in modo sui Officij clericalis, ad quod est specialiter deputatus per beneficium ecclesiasticum, vel per Ordinem sacrum, aut per professionem religiosam. Sicut enim communiter dicitur euenire in furtis minimis, quod furra posteriora sint peccatum mortale, quando perueniunt simul cum prioribus ad quantitatem notabilem rei alienæ acceptæ, & habitæ, inuito domino; quia moraliter intelliguntur simul cum illis continuari, & coniungi in vnum damnus notabilis vnus, aut plurium dominorum: ita & accidit in causa præsentis de frequenti mutatione Officij, cum similiter mutationes posteriores moraliter continentur, & coniunguntur cum prioribus, in ratione nimis audaciæ, & notabilis transgressionis earum legum, quæ specialiter prescribunt, quando sit recitandum de Sancto, & quando de feria, qui consequenter est defectus notabilis in ipso Officio clericali: idque ostenditur etiam clarè in salis exemplis supra allatis, de eo, qui abest frequenter ab aula Principis, vel à Choro, qui tenetur ex proprio famulatu, & officio adesse quotidie; & in eo, qui tractat frequenter cum excommunicato vitando: siquidem absentia posterioris moraliter continentur cum prioribus in vnam absentiã notabilem, & in defectum notabilem seruitij Principis, vel Ecclesiæ; & posteriores tractatus cum excommunicato vitando continentur in vnam impeditionem notabilem effectus celsuræ. Et quoniam nõ semper actus mali posteriores vniuntur moraliter cum prioribus, vt ex illis contrahant malitiam mortalem, vt patet in exemplis allatis de verbis otiosis, aut de iocosis mendacijs sæpius repetitis, & frequentatis; ad hoc discernendum optima est regula, quam tradit Vasquez 1. 2. disp. 146. num. 3. vt videamus, vtrum materia, & obiectum posterioris peccati aliquo modo vniatur in aliquid vnum simul cum materia, & obiecto priorum actuum, & materia simul vtraque reputetur aliquo modo, vt vna, & vt specificans vnam malitiam: si enim hoc contingat, peccatum posterius semper potest, ac debet reputari grauius, & mortale, vt patet in exemplis allatis de furtis minimis, quorum materiæ simul faciunt vnam rem alienam notabilem; & de absentia ab aula Principis, vel à Choro, quæ faciunt omissiones notabiles seruitij Principis, & Ecclesiæ; & de mutationibus Horarum canonicarum, quæ similiter continent defectum notabilem in munere, & officio clericali: secus verò contingit in verbis otiosis, & in mendacijs iocosis, quorum materiæ, & obiecta sunt planè diuersa, & disparata, & moraliter semper reputantur vt talia; & in votis de recitanda quotidie in honorem cuiusque diei, oratione Dominica, vel de erogando pauperibus vno obolo, cum similiter etiam hæc non reputentur moraliter, nisi vt plures, & distinctæ orationes, & elemosynæ quotidianæ.

7. Actus mali posteriores in aliqua specie, sed creantur in malitia ex prioribus, si eorum obiecta aliquo modo in se vniuntur. Hoc ipsum verò, quod probabiliter dicimus,

8. Hoc ipsum verò, quod probabiliter dicimus,

9. Præcepta de Horis canonicis est substantialiter quoad destinationem distinctionem illarum pro singulis diebus.

vnã, aut alteram mutationem Officij non esse mortalem, debet intelligi cum hac limitatione, dummodo fiat in Officium æquiualeus, vel ferè æquiualeus: nam, si quis pro Officio Dominicæ, verbi gratia, vellet recitare tantum tres Psalmos, & tres Lectiones, quæ recitantur in Paschate; probabilissimum est, quod non satisfaceret, & peccaret mortaliter, vt notat Suar. de Horis cap. 23. num. 14. quia, sicut non satisfaceret, si ex ipso Officio Dominicæ recitaret tantum tres Psalmos, & tres Lectiones, & omitteret reliqua omnia; ita nec satisfaciunt, si omittit omnia, & solum recitet tres alios Psalmos, & tres Lectiones planè diuersas; & hoc modo cap. In die. de consec. dist. 5. absolute reprehenduntur, qui quotidie volunt recitare tantum tres Psalmos, & tres Lectiones. Et quemadmodum debitor in materia iustitiæ non satisfaciunt, si soluat minus, quam debet: ita & Clericus in materia religionis. Et quantum in priori casu peccaret ex alio capite; id est, formando ex se Officium integrum, & non accipiendo ex Breuiario aliquod iam formatum ab ipsa Ecclesia; in posteriori tamen satis peccaret ex hoc, quod omitteret orare vocaliter tantas preces, quantas essent prescriptæ, & per tantum tempus, pro quanto duraret Officium illius diei.

Contra id verò, quod retulimus n. 4. ex Azor. & Sylu. quod mutatio Officij etiam frequens, & sine causa, & cum plena aduertentia solum sit venialis, non est, quod pluribus agamus, cum certum sit ex Bulla Pij V. quod Officium sit recitandum ex prescripto, & ex ratione Breuiarij Romani. Et negari non possit, quin grandis sit audacia, & per consequens grandis culpa, si quis quotidie, aut frequenter recedat à tali prescripto: & cum ex iure communi, c. De iis. dist. 12. suspendatur per sex menses à Communionem is, qui recedit quoad Horas canonicas ab instituto sui Ordinis, vel suæ Ecclesiæ Metropolitana; & per id tempus dicitur debere diluere lacrimis culpam suæ transgressionis; non videtur talis recessus, saltem frequens, & sine causa, posse dici, quod solum sit venialis. Vnde falsum est, quod qui mutat hoc modo Officium, non peccet contra substantiam præcepti de Horis canonicis, quæ solum est, vt quotidie persoluantur septem Horæ, quæcumque tandem illæ sint; sed solum peccet contra qualitatem, & contra modum Horarum, qui est quid accidentale, & extra præceptum. Contra enim est: quia Ecclesia non solum præcipit indeterminate, & quasi in genere Horas canonicas; sed etiam determinat, & quasi in specie illas, quæ sunt ex instituto cuiusque Ordinis religiosi, aut Ecclesiæ Metropolitana; vel ex prescripto, & ex ratione Breuiarij reformati Romani, vt sæpius diximus; easque determinat etiam magis, & quasi in individuo pro singulis diebus, dū pro singulis prescribit, & præcipit, quæ sint dicende, vt bene notat Suar. c. 11. n. 6. Bonac. disp. 1. q. 3. puncto 1. n. 17. cit. & alij communiter: & alioqui si hæc determinatio pro singulis diebus non esset in præcepto, concedendus esset non peccare mortaliter ille, qui toto anno recitaret vnum Officium, v. g. Officium Paschatis, quia est breuius; vel qui omnibus feriis recitaret solum Officium feriatæ tertiatæ, quod similiter est breuius, & facile potest adduci memoriter: quod tamen nullo modo videtur probabile ex eodem Suario c. 23. n. 14. Et parum refert, quod hæc determinatio ad Horas canonicas persolueudas ex hoc, vel illo Breuiario, vel de hoc, aut illo Sancto, aut feria, sit veluti qualitas, & modus accidentalis ipsarum Horarum: siquidem ex Porphyri. in c. de differ. & ex Philosophis communiter, etiam differen-

Mutatio Officij est in tali, si est in Officio æquiualeus, aut ferè æquiualeus.

Præcepta de Horis canonicis est substantialiter quoad destinationem distinctionem illarum pro singulis diebus.

tia essentialis, & specifica, est veluti qualitas generis, & extra genus: quantum sit de essentia speciei; & in ordine ad præceptum, totum id est de substantia, quod directe præcipitur, & supra quod cadit intentio præcipientis, vt rectè cadit in casu nostro supra determinationem Horarum quasi vltimam pro singulis diebus.

10. Mutatio Officij in Choro est magis illicita. Arque hæc omnia, quæ hic dicimus de mutatione Officij, non solum debent intelligi quoad recitationem priuatam, & extra Chorum; sed potiori ratione de recitatione publica, & in Choro; cum hæc præsertim vix possit fieri sine scandalo, & sine admiratione populi, vt notat Suar. de Horis can. cap. 11. num. 6. & Bonac. num. 17. cit. in fine; & idem meritò censetur magis illicita.

11. Mutatio Officij pro vna, aut altera vice, neque atque est peccatū veniale, si fiat ex rationabili causa. Quartò, probabile est, quod qui iusta de causa vno, aut altero die mutat Officium, verbi gratia, vt iuuat Prælatum, aut infirmum, vel amicum defessum, vel propter repentinam necessitatem studendi, aut concionandi, &c. neque etiam peccet venialiter, si præsertim ab sit Prælatum, aut Superior, qui dispenset. Ita Nauar. de orat. cap. 19. num. 217. & Suar. cap. 23. num. 15.

12. Prælatum ordinarius quomodo potest dispensare in mutatione Officij. Et quantum Prælatum ordinarius non possit dispensare in mutatione totius Breuiarij contra Bullam Pij V. vt notat Nauar. de orat. cap. 11. num. 29. & Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 26. neque statuere quasi per legem, & permanenter, vt tali, vel tali die aliter dicatur Officium, quam prescribatur in Breuiario; bene tamen potest dispensare pro vna, aut altera vice ex rationabili causa, vt notat Suar. cap. 11. num. 6. & cap. 23. num. 17. S. Anthonin. 33. par. tit. 13. cap. 4. §. 2. Tab. Armil. & alij: cum etiam in legibus pontificiis possit dispensare, quando casus sunt valde frequentes, & non magni momenti.

13. Qui mutat vnum Officium in aliud, etiam ex culpa veniali, non tenetur illud totum repetere. Quintò, qui ex obliuione, vel inaduertentia aliquo modo culpabili mutat Officium, non tenetur illud repetere: quia culpa, si qua est, est solum leuis, & probabiliter potest credi satisfecisse suæ obligationi ex eodem Suario cap. 23. num. 15. Garzia par. 2. cap. 1. num. 176. Tolet. lib. 2. cap. 13. num. 2. Azorio lib. 10. cap. 10. quest. 2. Reginal. lib. 18. cap. 12. num. 172. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. n. 5. Bonac. disp. 1. quest. 3. puncto 1. num. 18. & alij communiter, qui etiam addunt, quod si mutatio sit facta in Officium notabiliter breuius, vt, verbi gratia, si Officium Dominicæ sit mutatum in Officium vnus Martyris; est faciendū aliqua compensatio, & sunt recitanda, verbi gratia, nouem Psalmi ex primo Nocturno Dominicæ: quia præceptum, quod vrget specialiter tali die de recitando Officio Dominicæ, non videtur potuisse impleri sufficienter, nisi per Officium saltem æquiualeus: & si Officium, quod erat recitandum, habebat aliquid proprium, verbi gratia, Hymnos, Antiphonas, Lectiones, Orationem; satis est illa tantum repetere, & supplere; non autem est necessarium, vt totum, & ex integro repetatur.

14. Si tamen mutatio sit facta in Officium notabiliter minus, est faciendū aliqua compensatio. Sextò, ex his colligitur, vtrum sit licitum semel, aut iterum mutare Officium ex priuata tantummodo deuotione: vt, si quis, verbi gratia, recitet de aliquo Sancto, quando est recitandum de feria; si enim id fiat priuata auctoritate, & sine dispensatione Prælati, non est peccatum, nisi veniale, vt patet ex Suario cap. 23. n. 11. & 12. Et si accedat dispensatio Prælati, & deuotio censetur rationabilis, & non indiscreta, potest omnino licite fieri, & vacare omni culpa. Et si Sanctus, de quo Officium est celebrandum ex huiusmodi dispensatione, non habeatur in Calendario, celebrandum est Officium

15. Officium pro officio ex priuata deuotione quomodo sit licitum. De Sancto, qui nõ est in Calendario, quomodo sit celebrandum Officium.

16. De Sancto, qui nõ est in Calendario, quomodo sit celebrandum Officium.

iuxta ritum Breuiarij, & iuxta Rubricas, id est, duplex, & cum octaua, si sit Patronus; vel duplex, & sine octaua, si de illo habeatur, verbi gratia, insignis Reliquia; & totum Officium est recitandum de communi; neque aliquid est addendum de proprio, sine approbatione Sedis apostolicæ, vt notat Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 6. & Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quest. 3. puncto 1. num. 22. contra Rodr. in questionibus regularibus, tom. 1. quest. 42. art. 21. vbi asserit, quod in Religionibus possunt recitari Officia propria de suis Sanctis, etiam si Sede apostolica non sint approbata, dummodo digna sint, quæ approbentur; vel Religio illis vtatur animo faciendi ea confirmari à Sede apostolica; idque colligit ex verbis Rubricæ cap. 1. de officio duplici, quæ expressè habent, quod Officium duplex potest celebrari in Festis Sanctorum, qui apud quasdam Ecclesias, Religiones, aut Congregationes consueverunt celebrari cum Officiis propriis à Sede apostolica approbatis, aut ex eiusdem Sedis auctoritate receptis, vel recipiendis. Contra quod tamen maximè facit communis vsus, ex quo nulla Religio, aut Congregatio recitat aliquid proprium de suis Sanctis, antequam sit approbatum de facto à Sede apostolica, cum futuritio approbationis, quandiu est futuritio, semper sit maximè incerta, & ad vtrumlibet, & non magis sic, quàm non sic, vt loquitur Aristoteles 1. per herm. cap. vlt. de futuris contingentibus in vniuersum; & idem non magis tribuat, quàm non tribuat vllum ius, aut facultatem recitandi, aut non recitandi id, quod dicitur esse approbandum, & nondum est approbatum; idque satis declarat etiam decretum sacræ Congregationis Rituum, quod Romæ est editum de anno 1628. sub die 8. Aprilis, de certis Officiis, & de certis Missis non celebrandis; & est approbatum ab Urbano VII. & primo loco decernit, non potuisse, nec posse locorum Ordinarios. tam saculares, quàm regulares, addere Calendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea duntaxat, quæ Breuiarij Romani Rubricis, vel sacræ Rituum Congregationis, aut Sedis apostolicæ licentia conceduntur; per hoc enim postremum verbum, conceduntur, quod est præsentis temporis; non autem futuri; clarè indicat, requiri concessionem actualem, & de facto; & sine illa non posse addi vlla Officia Calendariis propriis. Et quantum fortasse approbare aliquos Hymnos, aut Antiphonas, vel Lectiones, & Orationem, & absolute aliquod Officium in honorem alicuius Sancti iam declarati per canonizationem, aut beatificationem à Summo Pontifice, non videatur ex causis grauioribus, quas Sedes apostolica sibi reseruat; & idem non excedat potestatem Episcopi, & Ordinarij: quia tamen specialiter illi id prohibetur in Rubricis Missalis, & in decreto allato sacræ Congregationis, quibus dicitur esse opus concessionem Sedis apostolicæ, ad hoc vt Officia possint addi Calendariis propriis à quibuscunque Ordinariis, rectè dicitur id de facto excedere eorum potestatem, & malè dicitur, quod in Religionibus possint recitari de propriis Sanctis Officia noua, & nondum approbata.

17. Secundum aliquos, potest licite dici Officium non-dum approbata à Sede apostolica. Et quoniam in decreto allato sacræ Rituum Congregatio inter causas, ex quibus licite potest mutari Officium in singulis Ecclesiis, aut Religionibus, vel Congregationibus, & fieri de Sancto, quando alioqui faciendum esset de feria, ponit, quod de aliquo Sancto habeatur in illa Ecclesia particulari insignis Reliquia, verbi gratia, Corpus, caput, sicut, & recitabimus, crux, aut illa pars corporis, in qua passus est tarius de Sancto Martyr; modo sit integra, & non parua; & legitime è eo, ab Ordinariis approbata; merito dubitat Sanchez lib. 7.

17. Secundum aliquos, potest licite dici Officium non-dum approbata à Sede apostolica.

18. Sed est falsum.

19. Quæ sit concessio insignis Reliquia, ratione cuius potest fieri mutatio Officij, & recitabimus, sicut, & recitabimus, crux, aut illa pars corporis, in qua passus est tarius de Sancto Martyr; modo sit integra, & non parua; & legitime è eo, ab Ordinariis approbata; merito dubitat Sanchez lib. 7.

20. Verum de Scto fit faciendum Officium ratione insignis Reliquia, quando ignoratur proprius Festum illius Sancti.

lib. 7. consil. cap. 2. dub. 24. n. 3. quid sit faciendum, si de aliquo Sancto habeatur insignis Reliquia; sed ignoretur, quo die incidat illius Festum; vel, si de pluribus habeatur Reliquia, quae singillatim non sunt insignes; simul tamen acceptae vere faciant Reliquiam insignem. Et respondet, in neutro casu posse fieri mutationem Officij, & celebrari de Sancto, omiffa feria: quia privilegium celebrandi ex causa Reliquiae solum est, quando illa est insignis, & solum pro illa die, qua incidit Festum illius Sancti: & ideo si nulla Reliquia sit insignis, pro nulla est privilegium; & si Festum non sciatur vquam incidere, perinde est, ac si nunquam sit privilegium, sicut & privilegium lucrandi Indulgentiam solum concessam pro certa die, semper est nullum, quando ignoratur, pro qua die sit concessum. Sed reuera quoad primum casum, non video, quare Episcopus, aut Praelatus non possit certam diem statuere in sua Ecclesia pro cultu illius Sancti, cuius habet insignem Reliquiam, & cuius Festum certo ignorat: nam id non est ex se malum, nec specialiter est illi prohibitum; & absolute non est ex causis grauioribus, quae sint referatae soli Papae; & ideo non excedit illius potestatem; & facultas, quam habet ex iure communi ad Festa statuenda, cap. Pronunciandum, de consecr. dist. 3. & cap. Conquestus, de feriis. non est restricta potius ad vnam diem, quam ad aliam; & decretum sacrae Congregationis iam allatum de celebrandis officiis propter insignem Reliquiam, similiter non facit verbum de die festo illius Sancti, aut de die profesto. Et hinc pater ratio diuersitatis inter privilegium pro lucranda Indulgentia solum concessa pro die certa, & pro celebrando Officio de illo Sancto, cuius habeatur insignis Reliquia: quia enim restrictio ad diem certam habetur solum in illo, non autem in hoc; merito illud euadit quasi nullum ex ignorantia diei certae; non autem hoc. Quoad alterum vero casum de pluribus Reliquiis non insignibus, rationabilior est responsio, cum praesertim huiusmodi collectio plurium Reliquiarum communiter soleat esse diuersorum Ordinum; & vna sit, verbi gratia, Reliquia Apostoli, alia Martyris, alia Confessoris, Virginis, &c. & ideo non possit de omnibus dici vnum Officium, & vna Missa.

21. Additio, aut detractio ad Breuiarium, seu ad ritum, seu formam Officij, in quo casu sit peccatum mort.

Septimo, ad mutationem Officij etiam pertinet additio, & detractio; & non est dubium, quod etiam haec sit illicita, si fiat priuata auctoritate ad ipsum Breuiarium, & ad ritum, seu formam in illo praescriptam, & addantur, verbi gratia, noui Hymni, nouae Antiphonae, aut Lectiones, tanquam partes integrales ipsius Officij, & detrahantur Hymni, & Lectiones, vel Antiphonae veteres; & sic statuatur quasi certa leges, & perpetuo ista semper seruandum; cum enim in Bull. Pij V. expresse prohibeatur omnis mutatio Breuiarij, siue ex toto, siue ex parte; & omnis additio, & omnis detractio; merito omnis censenda est mala, & merito a Suar. de Horis canon. cap. 13. n. 15. ex suo genere dicitur esse peccatum graue, & mortale, si instituantur quasi ex potestate, & tanquam pertinens ad ritum perpetuum, cum haec sit usurpatio iurisdictionis pontificiae, & ex se grauis: si vero additio non fiat ad Breuiarium, & ad ritum, & formam Officij, quasi permanentem; sed solum ad actualem recitationem, vnam, aut alteram; & velit quis, verbi gratia, ex priuata, & indiffera deuotione addere vnam, aut alteram commemorationem, quae alioqui non esset addenda, vel nouum aliquem Hymnum, & Hymnum veterem, & priorem omittere, pensanda est leuitas, & grauitas culpa ex leuitate, aut grauitate rei, quae additur, aut detrahatur: & si contingat fieri additionem rei indubitae, sine vlla

detractione rei debita, & vltra omnes commemorationes, verbi gratia, quae sunt faciendae secundum Rubricas, fieri vnam aliam, quae secundum illas non est faciendae, leuior erit culpa, quam si fiat simul additio alicuius indubitae, & detractio debita, vt subdit Suar. ibidem, & Bonac. de Horis canon. disp. 1. quast. 3. puncto 1. cit. num. 21.

Denique circa mutationem Officij, si quaeras, qualis sit culpa, si quis recitet Horas canonicas, ex Romano quidem Breuiario, & ex illius praescripto, ad quod tenetur; sed alio idiomate, quam Latino, id est, Hebraico, verbi gratia, aut Graeco, vel etiam Italico, aut quouis alio; quod sibi magis ardeat: Respondit Bonac. de Horis canon. disp. 1. quast. 3. puncto 1. cit. n. 15. non peccare grauitate; sed solum admittere culpam leuem, si id faciat sine causa iusta, & rationabili, in quantum non se accommodat mori vsitato, & communi ipsius Ecclesiae, & absolute satisfacere suae obligationi, nec teneri ad restitutionem fructuum, si quos percepit ex beneficio: quia etiam Sacramenta valide ministrantur, quacunque tandem lingua, aut idiomate efferantur illorum forma: & reuera Dei laudes, & preces, quae continentur Horis canonicis, substantialiter sunt eadem, siue subitent verbis Latinis, siue Italicis, aut quibuscumque & si quis uoueat, verbi gratia, recitare septem Psalmos poenitentiales, aut Officium Beatissimae Virginis, tam satisfacit suae obligationi, si recitet Graeco, aut Hebraico, quam si Latine. Verum, si id asserat Bonacina de quolibet idiomate etiam Italico, & Germanico, & vulgari quocunque; non videtur posse admitti, quod solum sit culpa venialis: nam ex Tridentino sess. 22. cap. 8. de sacrificio Missae, grauitate prohibetur, ne Missa passim celebretur vulgari lingua; & can. 9. anathema dicitur illi, qui dixerit, eam debere tantum celebrari vulgari lingua; & in indice librorum prohibitorum, regula 4. grauitate prohibentur libri sacrae Scripturae vulgari lingua; & qui illos praesumpserit legere, aut habere sine facultate, saltem Episcopi, aut Inquisitoris, dicitur non posse percipere absolutionem suorum peccatorum, nisi prius illos tradiderit Ordinario: quod certe importat culpam longe grauiorem, quam tantummodo venialem, cum haec non reddat vilo modo incapacem absolutionis sacramentalis: quod etiam clarius explicatur in Bulla Pij IV. ad dictum Indicem librorum prohibitorum, vbi post commendatum ipsum Indicem, & post imperatam obseruationem omnium regularum, & post latam excommunicationem in eos, qui legerint, aut habuerint libros Haereticorum, vel scripta cuiusuis Anthonis damnata, & prohibita propter haereticum, vel propter suspicionem falsi dogmatis, subditur, quod qui libros alia de causa prohibitos legerit, aut habuerit, praeter peccati mortalis reatum, leuere sit puniendus arbitrio Episcoporum. Quia ergo, qui recitaret Italicè, aut Germanicè, vel quouis alia vulgari lingua, Horas canonicas, sine facultate, & approbatione Sedis Apostolicae, legeret, & haberet Psalmos, & lectiones hoc est, libros sacrae Scripturae vulgari lingua conscriptos, non possit saltem ex hoc capite excusari a culpa mortali, & qua ratione licentia celebrandi Missam vulgari lingua non conceditur nisi a Papa, & ex graui necessitate: ita & licentia recitandi Officium eadem vulgari lingua, non est petenda nisi ab ipso, & non est nisi usurpatio alienae iurisdictionis: & in re graui, si quis recitet ex priuata auctoritate, & quasi ex iure proprio, sine tali licentia. Et cum ex eodem Tridentino sess. 22. cap. 8. cit. de sacrificio Missae, in vnaquaque Ecclesia debeat retineri, &

22. Mutatio idiomatis Lat. in Horis can. qualis sit culpa.

23. Si mutatio fiat in linguam Italicam, aut vulgarem quancunque, est pecc. mort.

25. Licentia mutandi Officij in aliam linguam, non peccat, nisi ad ritum.

seruari antiquus ritus, qui sit approbatus, & permixtus ab Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum matre, & magistra, & ex iure communi vnusquisque in Horis canonicis debeat sequi modum, & ritum suae Ecclesiae Metropolitanae, & ex Bulla Pij V. qui tenentur ad Breuiarium Romanum, & ad morem, & ritum Romanae Ecclesiae, omnino teneantur ad praescriptum, & ad rationem illius, negari non potest, quin etiam haec sit magna audacia, & grauis culpa ex hoc etiam capite, si quis relicto idiomate sui Breuiarij, Horas recitet ex quouis alio idiomate, a Romana Ecclesia prohibito, aut non approbato; sed sibi tantum probato, & bene viso. Et haec etiam mutatio idiomatis potest dici additio, & detractio ad Breuiarium, quae specialiter prohibetur in dicta Bulla, siue ex toto, siue ex parte, cum sit detractio omnium verborum Latinorum, & additio Italicorum. Et quemadmodum non vacaret culpa mortali, si quis ex proprio ingenio, & solum pro arbitrato notabiliter mutaret in Sacrificio Missae vestes sacras, quoad solam colorem, aut solam formam: ita & si mutet in Horis canonicis solum idioma, & omnes terminationes, & sonos verborum.

24. Idem est, si fiat mutatio in linguam Hebraicam, aut Graecam.

Et quanuis sacra Scriptura, eiusque libri, etiam ex permissione Romanae Ecclesiae admittantur, & approbentur, vt scripti Hebraicè, aut Graecè; non autem solum, vt in Latino conuersi; non tamen propterea in Horis canonicis, quando sunt perfoluenda ex more, & ritu Romanae Ecclesiae, & ex praescripto Breuiarij Romani, licitum est idiomate Graeco, aut Hebraico dicere Psalmos, & Lectiones de Scriptura, & quae sunt reliqua, ex solo praescripto Ecclesiae, verbi gratia, Antiphonas; & ex Sanctis Patribus Latinis, verbi gratia, Lectiones de homilia, dicere Latine, cum haec mistio idiomatum sit ex se turpis, & indecens in tota compositione, & structura Horarum canonicarum; & Breuiarium non praescribit dici Psalmos, & Lectiones quomodocunque; sed idiomate determinato, & certo, id est, Latino. Et si praeterea omnia diceantur idiomate Italico, aut Germanico, vel vulgari quocunque, omnino fieret id, quod volunt Lutherani, & Caluini, & Haeretici nostri temporis apud Bellarm. lib. 2. de verb. Dei, cap. 15. tom. 1. & apud Azor. part. 1. lib. 8. c. 26. q. 6. & quod illis negat Romana Ecclesia, vt sacrae Scripturae tradantur omnibus in propria lingua, & in eadem legantur, aut cantentur in sacris Officiis; & sequerentur omnia illa incommoda, per quae Ecclesia Catholica, & Romana id illis negat, & sepe negauit, vt probat, & explicat Bellarm. ibid. c. 16. cit. Et si forte in aliqua regione vrgeret peculiaris aliqua ratio, propter quam, & sacra Scriptura, & diuina Officia essent illis concedenda in propria lingua, ad nullum alium spectaret talis concessio, nisi ad Romanum Pontificem, qui & saepius illam negauit etiam Summis Principibus; & non semel concessit, vt iudicauit in Domino expedire: nam Gregorius VII. id negauit Duci Bohemiae, totique suae nationi, vt refert Azor q. 6. cit. ex epistola dicti Pontificis missa ad dictum Ducem, quae habetur lib. 7. sui Registri: & Innocentius III. in Concilio generali Lateranensi. 9. generaliter concessit Episcopis, vt quando in ciuitate, vel dicecesi essent populi diuersarum linguarum, prouiderent eis ministros idoneos, qui secundum varietatem linguarum Officia celebrarent, & Sacramenta ministrarent, vt habetur cap. Quoniam in plerisque, de officio Ind. ordin. & bene explicat Bellarm. cap. 16. cit. 5. Obiectio tertia. Et eadem ratione concessum est Morauis, & pluribus alijs populis, vt celebrarent diuina Officia lingua Sclauonica, vt idem notat


Obiectio 6. & obiectio vltima. & Azorius quast. 6. cit. Et aliquando id factum est etiam ex miraculo, vt refert Aeneas Syluius in historia Bohemiae, cap. 13. siquidem Romae, cum aliqui contradicerent, ne Pontifex id concederet Morauis, audita est vox de caelo: Omnis spiritus laudet Dominum: & omnis lingua illi confiteatur.

Neque vrgent rationes allatae pro Bonac. n. 22. nam, quod Sacramenta valide conferantur, quocunque tandem idiomate efferantur illorum forma, ex eo prouenit, quia Christus pro omnibus illa instituit, nec quicquam specialiter determinauit circa idiomata, & sonos verborum, dummodo quolibet idiomate sufficienter significaretur id, quod faciunt & significant Sacramenta. At vero Ecclesia, dum constituit Breuiaria, & secundum illa determinat praecipit recitari Horas canonicas, illud idioma determinate praecipit, quo Breuiarium ipsum conscripsit pro vnaquaque Ecclesia.

Et quanuis Dei laudes, & preces in Horis canonicis possint substantialiter esse eadem, quocunque tandem idiomate proferantur; id tamen non sufficit, si Ecclesia specialiter praecipit illas perfolui idiomate certo, & determinato, quo est scriptum hoc, vel illud Breuiarium, ad quod tenentur, qui Horas perfoluunt.

Neque est eadem ratio de eo, qui vult recitare Psalmos poenitentiales, aut Officium B. Virginis, suaeque obligationi satisfacit, quacunque lingua: nam ipse sibi per votum posuit legem, prout voluit; non autem ab Ecclesia illam accepit, vt contingit in Horis canonicis ex certo Breuiario, & per consequens etiam certo idiomate, & non aliter perfoluendis, vt bene notat Azor. part. 1. lib. 8. c. 26. q. 6. in fine. Vnde etiam Psalmi poenitentiales, & Officium B. Virginis, si recitentur in Choro ex praescripto Breuiarij Romani, & tanquam pars adiuncta Horis canonicis, debent recitari solum Latine; non autem Graeco, aut Hebraico, vel alio idiomate: & idem est de oratione Dominica, salutatione Angelica, & symbolo Apostolorum, quae quanuis communiter permittantur, & tradantur lingua Italica, & vulgari quacunque, prout pertinent ad Catechismum, & ad rudimenta Christianae doctrinae; non tamen debent in Horis canonicis dici nisi Latine.

Denique, quod addit Bonac. postremo loco, de fructibus beneficij non restituendis, si Horae canonicae perfoluantur alio idiomate, melius explicabitur infra, quando agemus de huiusmodi restitutione fructuum ex omissione Officij: siquidem, qua ratione ex multorum sententia excusantur a tali restitutione illi, qui recitant valde distractè, & peccant mortaliter ex defectu debita attentionis; eadem fortasse possunt excusari, si peccent mortaliter ex mutatione idiomatis, & absolute Horas canonicas non omittat.



DISPUTATIO XXXI.

Quo ordine sint recitandae Horae canonicae.

- 1. In recitandis Horis canonicis seruandus est illo ordo, quem praescribit Ecclesia.
2. Triplex ordo potest considerari in Horis canonicis.
3. Hora canonica vnius diei non incipiant a primis vespere, sed solum a Matutino.
4. Hora diei sequentis non debent recitari, nisi post Horas diei praecedentis.
5. Non est tamen peccat. mort. si hic ordo mutetur

- 6. Nisi id fiat ex contemptu, aut valde frequenter.
- 7. Et si fiat ex causa, neque etiam est peccatum veniale.
- 8. Et idem est, si mutetur ordo Horarum eiusdem diei.
- 9. Verum Missa possit dici ante Matutinum.
- 10. Nulla est obligatio dicendi Primam ante Missam.
- 11. Nisi in Ecclesiis, & in recitatione publica pro diebus festis.
- 12. Obligatio non dicendi Missam, nisi post Matutinum, non est nisi ad peccatum veniale.
- 13. Sive Missa sit dicenda privatim, sive publice, & solemniter.
- 14. Quae sint causae, ex quibus Missa licite potest dici ante Matutinum.
- 16. Ordo partium vnius Hora non potest inuerti sine graui peccato veniali.
- 16. Nisi id fiat ex causa.
- 17. Et potest etiam peccatum mortale, si fiat frequenter, vel in recitatione publica.
- 18. Mutatio Ordinis in Horis canonicis non obligat, ut totum repetatur.

1. In recitandis Horis canonicis seruandus est ille ordo, quem praescribit Ecclesia.

2. Triplex ordo potest considerari in Horis canonicis.

3. Hora Canonica vnius diei non incipit a primis Vesperis, sed solum a Matutino.

QUOAD ordinem recitandi Horas canonicas, vno verbo dicere possumus, cum esse seruandum, quem praescribit Ecclesia; & Matutinum, verbi gratia, esse dicendum ante Laudes, & Primam ante Tertiam, & sic de aliis: quia sic habetur cap. Presbyter. dist. 9. & cap. 1. de celebrat. Missar.

Sed vt clarius, & distinctius de illo agamus, triplicem ordinem possumus considerare quoad recitandas Horas canonicas, id est, illum, quem habent Horae diei sequentis, cum Horis diei praecedentis; vt, si queras, verbi gratia, vtrum liceat recitare Matutinum diei crastinae, nondum recitatis Vesperis, & Completorio diei hodiernae: & illum, quem habent Horae vnius, & eiusdem diei inter se; vt si queras, vtrum liceat recitare Laudes ante Matutinum, & illo nondum recitato, vel Tertiam ante Primam, &c. & denique illum, quem habent partes vnius, & eiusdem Horae; vt, si queras, vtrum liceat recitare Psalmos ante Hymnum, vel Lectiones ante Psalmos.

Et quoad primum, supponi debet, quod Horae canonicae diei sequentis non sunt numerandae a primis vespers, sicut fit in Officiis, quae sunt de Sanctis, vel in honorem Sanctorum, in quibus assumitur praeter Officium integrum vnius diei, etiam pars Officij diei praecedentis: sed sunt numerandae a Matutino, id est, ab illa hora, quae correspondet, per se loquendo, primae parti diei naturalis, quae incipit a media nocte, & terminatur ad mediam noctem: cum enim totum Officium ecclesiasticum correspondeat toti diei naturalis, etiam partes Officij debent correspondere partibus diei; non autem partes Officij praecedentis, & integrantes, v.g. officium diei hodiernae, debent accipi vt partes Officij subsequenti, & integrantes Officium diei crastinae; sed vnicuique diei debent assignari septem Horae canonicae perfectae, & integrae, nec plures, nec pauciores; & idem nec vni diei, v.g. festo debent assignari, & tribui nouem, & alteri praecedenti, verbi gratia, feriali, & pro festo solum quinque.

Et quod Officium de Sanctis dicatur habere etiam primas Vesperas, non est, quod etiam illae pertineant ad Horas canonicas diei Festi; sed quia Ecclesia in honorem Sanctorum praeter integras Horas vnius diei, etiam applicat partem Horarum

diei alterius, imò & aliquando etiam applicat integras Horas plurium dierum, vt fit in octauis, vt notat Suar. de Horis can. cap. 24. num. 2. & Azor. part. 1. lib. 10. cap. 9. quest. 7. Vnde, quemadmodum is, qui omittet officium per totam octauam de aliquo Sancto, non committeret vnum tantum peccatum; sed plura, quia Officia debita vere essent plura secundum pluralitatem dierum, quibus singulis respondent singula: ita & qui omittet primas Vesperas de aliquo Sancto, & totum Officium diei festi eiusdem Sancti, non committeret vnum peccatum; sed duo: quia primae Vesperae essent pars vnius Officij correspondentis diei priori, & reliquae Horae essent Officium integrum diei posterioris.

Hoc autem posito, certum est primò, quod ordo inter Horas diei sequentis, & diei praecedentis, per se loquendo, non potest mutari sine peccato, nisi ex iusta, & rationabili causa. Ita Suar. cap. 24. cit. n. 3. quia obligationes ad huiusmodi Horas succedunt sibi inuicem, sicut & ipsi dies, quibus sunt alligatae; & obligatio posterior, per se loquendo, non incipit, nisi elapsa obligatione priore; & idem nec potest impleri, per se loquendo, nisi post illam, & Matutinum, quae est prima Hora diei sequentis, si persoluantur statuto tempore, hoc est, in nocte, vt per se postulat, omnino persoluitur post crepusculum vespertinum, quod est tempus Completorii, & vltima hora diei praecedentis. Et quauis ex licentia Praelatorum Ecclesiae, vel ex consuetudine sit iam inductum, vt tempus Matutini praeueniatur, & non expectetur vigiliae noctis; haec tamen licentia, & consuetudo non intelligitur, nisi seruato aliquo ordine debito ad Horas diei praecedentis, isque iam persolutis.

Ceterum, quia mutatio huius ordinis nihil tollit de substantia, & integritate Horarum canonicarum, neque habet mortaliter deformitatem notabilem; non esset censenda peccatum mortale, etiam si fieret scienter, & de industria, dummodo non fieret ex contemptu, vt notat Suar. c. 24. n. 3. cit. Et potest etiam addi probabiliter ex Vasq. Opusculo de beneficiis, c. 4. §. 1. art. 4. dub. 4. num. 66. dummodo non fieret valde frequenter, & idem non contineret notabilem audaciam contra obligationem recitandi quotidie cum certo ordine: quod enim supra diximus disjunct. preced. n. 3. de mutatione Officij in aliud Officium, quod sit mortale, si fiat frequenter, & sine causa; videtur dicendum etiam de mutatione Ordinis. Et pro hac etiam facit exemplum ibi allatum de famulo, qui sapienter, & aduertenter, & data opera inuertit ordinem sibi praescriptum in famulatu quotidiano. Dixi autem, hoc posse addi solum probabiliter, quia oppositum magis placet Bonacinae de Horis canon. disp. 1. quest. 3. puncto 4. n. 2. cum reuertat haec mutatio ordinis non sit magni momenti, sicut nec omissio paucorum versuum facta frequenter, & de industria in vna, aut altera Hora cuiusque diei. Sed quicquid sit de hoc, certum est ex communi sententia, quod haec mutatio, & inuersio ordinis potest etiam vacare omni culpa, si fiat inuertenter, vel ex iusta, & rationabili causa, vt si quis, v.g. ex naturali obliuione, quod nondum recitauerit Vesperas, aut Completorium diei hodiernae, recitet Matutinum diei crastinae, vel si id faciat, vt iuret in recitando Praelatum, vel infirmum, aut amicum defectum, vel si accedat ad Chorum dum cantatur vna hora posterior, & ipse non recitauit Horas priores, &c. vt notat Sylu. verb. Hora, quest. 9. Suar. cap. 24. cit. num. 4. Azor. lib. 10. cap. 10. quest. 1. Vasq. opusculo de benef. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 4. num. 66. Layman. lib. 4. tract. 1. cap. 3. num. 8. Tolet. lib. 2. cap. 3. n. 4. Less. lib. 2. cap. 37. n. 80. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 3.

4. Hora diei sequentis non debet mutari, nisi post Horas diei praecedentis.

5. Non est tantum peccatum mortale, sed hoc de mutatur.

6. Nisi id fiat ex contemptu, aut valde frequenter.

7. Et si fiat in iusta causa neque etiam est peccatum veniale.

quest. 3. puncto 4. n. 3. & seqq. & apud ipsum omnes communiter

8. Et idem est, si mutetur ordo Horarum eiusdem diei.

Secundò, hoc idem est dicendum etiam de ordine Horarum vnius diei inter se, quod, scilicet, non sit peccatum mortale, etiam si aduertenter, & de industria inuertatur, nisi forte id fiat ex contemptu, aut valde frequenter, & ex nimia audacia contra praecipuum. Et quod neque etiam sit peccatum veniale, si id fiat ex rationabili causa, vt, verbi gratia, ex naturali obliuione, vel quia Superior, aut amicus ita rogat; vel, quia propter circumstantias tunc occurrentes speratur, quod Horae posteriores dicentur attentius, & deuotius; & alioqui pro illis timetur maius impedimentum postea securum; vel, si quis accedat ad Chorum, dum cantantur Horae posteriores, & ipse nondum recitauit Horas priores. Ita S. Anthon. 1. part. tit. 13. cap. 4. §. 4. Nauar. de orat. cap. 3. num. 63. & cap. 21. num. 30. Bellarm. lib. 1. de bon. oper. cap. 18. §. Ordo, tom. 4. Sylu. Suar. Azor. Tolet. Vasq. Less. Layman, Bonac. locis cit. Idque est verum, non solum si inuertatur hic ordo in recitatione priuata, & extra Chorum; sed etiam in recitatione publica, & in Choro, dummodo absit scandalum, & occurrat grauis necessitas, quae sine dubio maior requiritur pro recitatione publica, quam pro priuata, vt notat ibi Suar. Nam aliqui, si in recitatione publica inuertatur ordo Horarum ad inuicem sine causa; & Vesperae, v.g. ante Completorium dicantur ante alias Horas minores; neque etiam vacabit culpa mortali ex eodem Suario cap. 11. n. 7. & aliis apud Bonac. puncto 4. n. 5. quauis ipse Bonac. id asserat esse dictum nimis rigorose.

Tertiò, ad ordinem Horarum eiusdem diei spectat ordo, quem debet habere Matutinum cum Missa, id est, quod est grauis questio inter Doctores, vtrum obliget ad mortale. Ita enim affirmant S. Anthonius 3. part. tit. 13. cap. 4. §. 1. Palud. in 4. dist. 13. quest. 2. art. 2. concl. 2. Gabr. in Can. Missa, lect. 13. Nau. de orat. c. 3. n. 65. & c. 21. n. 30. Francol. de Hor. can. cap. 42. Angel. verb. Missa, n. 42. Armill. verb. Hora, n. 18. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 10. quest. 4. & cap. 28. quest. 17. Tolet. lib. 2. cap. 1. n. 3. & plures alij, qui etiam asserunt, eam esse communem sententiam. Et ratio potest desumi, tum ex communi consuetudine, quae in hac re videtur habere vim legis; tum verò ex eo, quod habetur in Bulla Pij V. ad Missale a se reformatum: siquidem in virtute sanctae obedientiae praecipit, vt Missa dicatur iuxta ritum dicti Missalis; & in hoc expressè habetur §. De praeparatione sacerdotis celebraturi, quod Sacerdos celebraturus prauiam Confessionem praemittat, si opus est; & Matutino saltem, absoluto orationi aliquantum vacet. Et clarius, quando agitur de defectibus, omnes defectus, qui possunt contingere in celebratione Missae, reducuntur ad duo capita, id est, ad illos, qui impediunt veritatem Sacramenti; & ad illos, qui, quauis non impediunt dictam veritatem, possunt tamen contingere cum peccato, & cum scandalo: & postea dicitur, quod huius generis sint, si aliquid desit ex necessariis requisitis, vt, verbi gratia, locus sacer, altare consecratum, & tribus inappis cooperatum, candelae ex cera, & similia: & additur: Si Sacerdos saltem Matutinum cum Tribu non dixerit. Ex quo loco videtur clarè haberi, quod etiam hic sit grauis defectus, sicut & alij, cum quibus enumeratur; qui tamen communiter existimantur esse mortales, quauis non tollant, aut non impediunt veritatem Sacramenti. Contra verò, quod Matutinum non sit necessarium dicendum ante Missam, docet Sylu. Missa, 1. quest. 6. Sor. lib. 10. de iust. quest. 5. art. 4. & in 4. lent. dist. 13. quest. 2.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

art. 2. Petr. de Arag. 2. 2. q. 83. art. 12. dub. 5. Bellarm. lib. 1. de bon. oper. c. 18. §. De orat. tom. 4. Val. 2. 2. disp. 6. q. 2. puncto 10. §. Quo tempore. Vasq. Opusculo de beneficiis, c. 4. §. 1. art. 2. dub. 3. n. 65. Less. lib. 2. c. 37. n. 81. & apud illum Victor. Canus, & alij, Henric. lib. 9. de Missis cap. 24. num. 7. Suar. tom. 3. de Sacram. disp. 82. sect. 1. & tom. 2. de relig. lib. 4. de Horis canon. cap. 24. num. 6. & seqq. Aegid. Coninch de Sacram. quest. 83. art. 2. dub. 4. num. 220. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 3. puncto 4. num. 11. tom. 1. & alij, qui absolute asserunt, non esse obligationem ad mortale, vt Missa non dicatur ante Matutinum; sed solum ad veniale; & si id fiat ex iusta causa, neque etiam esse peccatum veniale. Quam sententiam etiam Nauar. de oratione, cap. 3. num. 65. ait esse magis conformem Iuri, etiam si oppositam magis probet, quia est magis communis. Propter quam causam etiam Bellarm. loco cit. eam appellat magis tutam; & Tolet. omnino tutam. Vt autem in hac controuersia paucis explicemus, quid sit probabilius: certum est, quod nulla est obligatio dicendi Primam ante Missam, quicquid in contrarium velint Palud. & S. Anthonius locis cit. qui eodem modo loquuntur de Matutino, & de Prima. Contra quos tamen facit communis sententia, & communis auctoritas aliorum, & communis consuetudo etiam vborum, & doctorum virorum, qui sine vilo scrupulo celebrant Missam ante Primam: & quia in Rubricis Missalis nihil tale habetur de Prima, & multi etiam ex Religiosis, qui tenentur ad Chorum, iubentur facere Sacrum ad auroram, & post Sacrum interfunt Primam in Choro, vt refert Sotus loco citato; & qui volunt recitare ante ortum Solis, rectius faciunt, si Primam referunt post Missam, quam si illius tempus nimium praue-niant, vt notat Bellarm. loco cit. siquidem hac de causa in nocte Natiuitatis referuntur etiam Laudes, ne proprium illarum tempus nimis praeratur. In Ecclesiis tamen, & in recitatione publica seruanda est consuetudo, & antiqui Canonibus, vt, scilicet, diebus festis dicatur Missa post Tertiam, & Nocte. de consecr. dist. 1. & aliis diebus post Sextam; & diebus ieiunij post Nonam, vt habet Sotus loco citato, & habetur cap. Solem plures. de consecr. dist. 1. cit. & si aliter fiat sine causa, erit peccatum, saltem veniale, vel etiam mortale, si fiat cum scandalo, vel ex contemptu, aut nimis frequenter. Imò ex his ipsis antiquis Canonibus credi potest ortum habuisse non solum dicta consuetudo aliquarum Ecclesiarum non celebrandi Missam, nisi post Tertiam; sed etiam opinio Palud. & Sancti Anthonini paulò ante allata, quod saltem non sit celebranda, nisi post Primam; & posteriori ratione opinio alia, quae est communior, quod non sit celebranda, nisi saltem post Matutinum, vt notat Bellarm. lib. 1. de bonis operibus, cap. 18. cit. Et in ordine ad recitationem publicam, & in Choro, potest admitti ex Vasq. de benef. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 3. num. 65. cit. & Coninch de Sacram. quest. 83. art. 2. dub. 4. num. 220 quod dicta consuetudo in Ecclesiis de non celebranda Missa maiore, nisi post recitatum in eodem Choro Matutinum, & Primam, & Tertiam, obliget ad mortale; & quod de illa intelligi debeat prima opinio S. Anthonini, Palud. & aliorum; ac proinde quod peccent mortaliter Praelati Ecclesiarum, & quibus incumbit cura diuinorum Officiorum, si sine magna causa, & sine vrgenti necessitate faciant dici Missam maiorem die aliquo festo ante Matutinum, & ante Primam, cum id maxime cedat in scandalum populi, & sit magna deordinationo.

10. Nulla est obligatio dicendi Primam ante Missam.

11. Nisi in Ecclesiis, & in recitatione publica pro diebus festis.

Deinde probabilissimum est, quod obligatio dicendi Missam priuatam post Matutinum, & Laudes perfolutas priuatim a Sacerdote celebraturo, solum sit ad peccatum veniale, vel etiam ad nullum peccatum, si aliter fiat ex rationabili causa. Ita enim probat eorum autoritas, quos attulimus secundo loco, & ex rei ipsius natura nulla est connexio necessaria inter Missam, & quascunque Horas canonicas, vt propterea ad iniuicem se habeant cum certo ordine, cum neque hae ad illas pertineat, tanquam pars; neque illae ad hanc: & ex Iure positio antiquo nihil habetur, quod inducat, aut probet talem obligationem ad mortale: & communis consuetudo inter Sacerdotes de Missa non celebranda, nisi post Matutinum, si admittatur reuera esse, (de quo tamen aliqui dubitant,) non est admittenda, vt magis obligans, quam verè obliget similis consuetudo omnino certa de non dicendo, verbi gratia, Completorio ante Vesperas, vel ante Primam; quae tamen ex communi sententia solum obligat ad veniale. vt supra diximus. Et denique id, quod assertur ex Bulla Pij V. & ex Iure nouo, de seruando ritu Missalis, non probat, quod singula, quae praescribuntur in Rubricis Missalis, obligent ad mortale; sed solum quod sit seruandus in vniuersum ille ritus, & non alius inducendus, vt etiam dicitur in Tridentino sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missae, & notat Suar. de Horis can. cap. 24. n. 7. Vnde, quia non omnia, & singula, quae praescribuntur in Rubricis Missalis sunt eiusdem grauitatis, & necessitatis, singula debent expendi per se, non autem omnia debent existimari esse eiusdem obligationis. Et quemadmodum id, quod dicitur de praemittenda ante Missam aliqua oratione, non creditur vltimo modo inducere obligationem ad mortale; sed solum monere de rei conuenientia, & honestate: ita & quod dicitur de praemittendo Matutino, & Laudibus. Et eodem modo responderetur ad locum alium de defectibus: verè enim defectus aliquis est, si Missa dicatur ante Matutinum: & potest etiam esse cum aliqua culpa, si fiat sine causa; non tamen est defectus mortalis: & potest etiam esse defectus tantummodo honestatis, & conuenientiae: neque ex eo, quod simul cum illo numerentur etiam alij defectus, qui sunt mortales, potest sufficienter probari, quod etiam ille sit mortalis, cum vnusquisque sit expendendus per se secundum propriam deordinationem, & grauitatem, vt diximus.

Neque solum id est verum de Missa priuata, & priuatim dicenda per Sacerdotem, qui non dixit Matutinum; sed etiam de Missa publica, & solenni: quauis enim non possit, nec debeat Missa solennis celebrari in Ecclesia, nisi post Matutinum publice recitatum in Choro eiusdem Ecclesiae, vt diximus n. 11. si tamen Sacerdos, qui illam est celebraturus solenniter, non interfuit Choro, nec recitauit illud priuatim, non propterea peccat mortaliter, si celebret, vt notat Suar. tom. 3. de Sacram. disp. 83. sect. 1. cit. conel. 1. & patet ex rationibus iam allatis. Et vniuersaliter, si ex aliqua iusta causa dicatur Missa ante Matutinum, etiam Authores primae sententiae concedunt, quod nullum sit peccatum, vt patet ex Francolino, & Suar. locis cit. Et inter causas iustas hae afferuntur, si is, qui Matutinum non dixit, vrgatur ad Sacrum iussu Superioris; vel, quia Praelatus aliquis vult illud audire; vel, quia eleemosyna tunc offertur, vt statim dicatur; vel quia fuit liber ab illo dicendo ex dolore capitis, aut alio morbo; vel denique, quia fuit impeditus, ne Matutinum perfolueret ante tempus, quo debet celebrare,

12. Obligatio dicendi Missam, nisi post Matutinum, non est nisi ad peccatum veniale.

13. Siue Missa sit dicenda priuatim, siue publicè, & solenniter.

14. Quae sint causae, ex quibus Missa licetè potest dici ante Matutinum.

vt videre est apud Sotum, & apud Suar. locis cit. & a fortiori haec causa sunt etiam sufficientes, vt Missa possit licetè dici post Matutinum, & ante Laudes, vel post Laudes, & ante Primam, &c.

Quartò, quoad ordinem partium vnus Horae inter se, vel ad alteram Horam, negari non potest, quin illius mutatio contineat in maiorem deformitatem, & sit peccatum veniale multò grauius, si fiat aduertenter, & de industria, & sine causa, vt notat Suar. de Horis canon. cap. 24. n. 5. Bonac. de Horis can. disp. 1. quast. 3. puncto 4. n. 5. & alij apud ipsum; neque enim apparet, quomodo possit graui culpa vacare, qui artificiosam vnus Horae structuram, & pulchritudinem, quae maximè consistit in certa dispositione, atque ordine suarum partium, volenter, & de industria destruit, & Lectiones, verbi gratia, recitat ante Psalmos, vel Responsorialia ante Lectiones, &c.

Si quis tamen hunc etiam ordinem ex iusta causa inuertat, facile potest omni culpa vacare; neque est, quod cogatur Horam illam repetere bono ordine, cum reuera nihil omiserit de substantia: vt, si quis, verbi gratia, post absolutos Psalmos Nocturni, non habeat copiam Breuiarij pro Lectionibus, & interim prosequatur Laudes; quia timet deinde aliam occupationem, ex qua non poterit ita commodè illas perfoluere: & tandem occasione nactus legat Lectiones: vel certè si partem aliquam Horae, quam recitabat, ex inaduertentia, aut naturali obliuione omisit, & postea repetit post alias partes, vel etiam post alias Horas, vt notat Suar. locis cit. vel si Chorum ingrediatur post inchoatam aliquam Horam, eamque prosequatur cum intentione resumendi postea partem omisam, vt notat Bonac. puncto 4. num. 5. cit.

Et si contingat huiusmodi mutationem partium vnus Horae fieri de industria, & frequenter; neque etiam vacabit culpa mortali, ex Vasq. Opusculo de benef. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 4. n. 66. quod idem habet Suar. cap. 11. num. 7. si fiat in Choro, & in recitatione publica, cum haec sit maior audacia, & ex se inductiua scandalii, & offensionis in populo, quauis Bonac. num. 5. cit. id asserat esse dictum nimis rigorosè.

Quocumque autem modo contingat huiusmodi inuersio, & mutatio ordinis in Horis canonicis, non est necessarium repetere totum, vt vnunquodque reponatur suo loco, & suo ordine; sed satis est, si suppleatur id, quod fuit omisum, vt videre est apud Vasq. dub. 4. cit. num. 67. & 68. & apud Bonac. puncto 4. num. 6. & seqq.

DISPUTATIO XXXII.

Quomodo Horae canonicae sint recitandae sine interruptione.

- 1. Matutinum, & Laudes licetè possunt discontinuari.
2. Nocturni in Matutino non possunt discontinuari sine causa.
3. Si tamen discontinuentur sine causa, non est peccatum, nisi veniale.
4. Dummodo discontinuatio non sit nimia, & ultra duas, vel tres horas.
5. Non tamen desunt, qui putent, omnem discontinuationem, etiam ad tempus longum, esse solum venialem.
6. Sed est falsum.
7. Sola intentio continuandi partes interruptas alicuius

15. Ordo partium vnus Horae non potest inuerti sine graui peccato veniali.

16. Nisi id fiat ex causa.

17. Et praesertim esse peccatum mort. si fiat frequenter, vel in recitatione publica.

18. Mutatio ordinis in Horis canonicis non obligat, vt totum repetatur.

- alicuius Hora, non est sufficiens ad illas continuandas.
8. Quando resumitur pars omisa inaduertenter, non reuiniuntur, & reconuiniuntur partes interruptae.
9. Plures confessiones distributa in plures dies, quare sufficiant ad unitatem Sacramenti Penitentiae; non autem plures partes vnus Hora distributa in plura tempora, sufficiant ad veram unitatem illius Hora.
10. Qui recitat interruptè omnes partes vnus Hora, non seruat praecipitum de substantia illius Hora.
11. Quae sit notabilis, & nimia interruptio in partibus Hora minoris.
12. Quae causa sint rationabiles pro interruptione alicuius Hora canonica.
13. Virum is, qui interruptis, animo iterum repetendi omnia, verè teneatur omnia repetere.
14. Qui ab initio non habuit intentionem satisfaciendi obligationi, & habuit intentionem repetendi, verè teneatur omnia repetere.
15. Sed oppositum tenent plures Doctores.
16. Et est satis probabile, & satis iustum in conscientia, quauis prior sententia sit probabilior, & tutior.
17. Qui ab initio proposuit repetere, & postea non repetit, non propterea teneatur restituere fructus beneficij.
18. Etiam si voto se obligauerit ad repetendum.
19. Qui interruptis officium, miscendo vana, aut turpia, dupliciter peccat.
20. Etiam orationes, quae dicuntur sine obligatione, non sunt interruptenda sine causa.
21. Et potiori ratione neque etiam Missa est interruptenda sine causa.
22. Orationes, quae sunt dicenda ex voto, vel ex penitentia, non sunt interruptenda.

NON loquimur hoc loco de interruptione vnus Horae ab alia, quae secundum omnes est licita, neque habet difficultatem: sed solum de interruptione partium vnus Horae ab iniuicem; & quaerimus, vtrum liceat, verbi gratia, post vnum Psalmum, vel post vnam medietatem Psalmi, intermiscere aliquod aliud verbo, vel facto, siue id fiat ad breue tempus, siue ad longum, & postea prosequi alterum Psalmum, vel alteram medietatem, absque eo, quod tota Hora, vel totus Psalmus sit repetendus.

Et pro hac re certum est, quod partes illae, quae ex communi vsu ita constituunt vnam Horam, vt possint etiam accipi tanquam Horae distinctae, licetè possunt interrumpi; neque est, quod necessaridè debeant continuari: nam ita accidit in Matutino, & Laudibus, quae non solum licetè; sed etiam laudabiliter discontinuantur ex Bellarm. lib. 1. de bonis operibus, cap. 11. §. A. quae haec est causa. quando alioqui periculum est, ne tempus Laudum nimium praecurriat, vt contingit in nocte Natiuitatis, nisi forte aliter habeat vsus Ecclesiae, propter mysticam aliquam significationem: quomodo in triduo ante Pascha, nulla habita ratione legitimi temporis pro Matutino, & Laudibus, publicè recitatur vtrunque ante Solis occasum, & in tenebras destinit, vnde & appellatur officium tenebrarum: vt, nimirum, repraesentetur verus occasus mystici Solis, qui est Christus; & vera obtenebratio gentis Iudicae; & verè tenebrae, quae tunc sunt factae super vniuersam terram, quae etiam significantur per extinctionem candelarum; & ordo totius creaturae

quasi inuersus, & perturbatus, qui etiam significatur per fragorem in fine Laudum, vt notat Amalarius de Offic. eccles. lib. 4. cap. 21. §. 21. & Guillel. Durantus in Rationali diuinarum Officiorum, lib. 6. cap. 72. & Bellarm. cap. 11. cit. §. Neque moueri debemus. Et absolute quoad separandum Matutinum à Laudibus hoc tempore, nullus est ex Clericis etiam doctis, & timoratis, qui iccupulum habeat, vt notat Nau. de orat. cap. 3. n. 64. & Suar. de Horis canonicis, cap. 6. n. 9. Et quauis Azor. part. 1. lib. 1. o. c. 8. quast. 4. & alij, qui existimant, Matutinum, & Laudes facere vnam tantum Horam, vt supra diximus disp. 20. consequenter affirmant, quod non debeant discontinuari, & seungi, vel diuidi quasi in duas; addunt tamen, quod aliter potest habere consuetudo locorum: & si etiam haec non aliter habeat, & adhuc seiangantur sine iusta causa, non est peccatum, nisi veniale.

Secundo, Nocturni, qui sunt partes vnus Matutini, non possunt sine causa discontinuari; & interrumpi ab iniuicem ex Suar. de Horis canonicis, cap. 6. n. 10. & cap. 24. n. 9. Azor. part. 1. lib. 1. o. c. 8. quast. 4. quia, quauis antiquitas per vigiliis noctis discontinuantur, vt supra diximus; nunc tamen consuetudo est in contrarium, & verè sunt partes vnus Horae, cuius vnitas, per se loquendo, maximè pendet ex vnitate temporis; sicut & vnitas numerica cuiuscunque motus, aut actionis, ex Aristotele 4. Phys. textu 34. & seqq. sicut enim est impossibile, vt motus sit verè vnus numero, & continuus, si eius partes non copulentur communi termino, & solum respondeant partibus temporis inter se discontinuis, & distantibus, & vna pars, v. g. correspondeat primo quadranti vnus Horae, & altera vltimo: ita & oratio, vel locutio, aut dictio, quae ex eodem Aristotele in Praedicamentis, c. de quantitate, dicitur esse quantitas successiua, non potest esse vna, si eius partes non succedant sibi iniuicem in vno tempore; sed respondeant partibus temporis inter se discontinuis, & distantibus: ac proinde eo ipso, quod Ecclesia praecipit per consuetudinem iam inductam, (si tamen huiusmodi consuetudo, quoad Nocturnos, habet vim legis,) Matutinum, aut aliam quancunque Horam recitari, vt vnam preceationem factam ad Deum, vel vt vnam Dei laudationem; etiam praecipit, vt omnes illius partes, quales sunt Nocturni respectu Matutini, recitentur tempore vno, & non interrupto, quod est iplos Nocturnos, & ipsas partes non interrumpi.

Si tamen contingat, vt Nocturni separentur ab iniuicem sine causa, etiam ad vnam, vel duas horas, non est peccatum, nisi veniale; neque est obligatio, vt repetantur, & omnes simul, & coniunctim dicantur, vt notat Azor. cap. 8. quast. 4. cit. & Suar. cap. 24. rit. num. 10. & Less. lib. 2. cap. 37. num. 57. ex Caiet. & pluribus alijs viris doctis, quos citat: cum quibus sentit etiam Bonac. de Horis canon. disp. 1. quast. 3. puncto 2. §. 1. num. 30. & Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 19. n. 3. Et ratio videtur esse: quia singuli Nocturni videntur per se, quasi precatio quaedam Dei, aut laudatio integra; neque continent, si dicantur per se singuli, & ab iniuicem separentur, vllam irreuerentiam erga Deum, aut vllam notabilem deordinationem: & consuetudo, quae modò est, vt iungantur simul omnes, non autem separentur, vt olim per vigiliis noctis, non fuit inducta: quia illa separatio contineret deordinationem, & esset mala: sed quia fuerunt tollendi alij abusus, qui continebant inter fideles, ex eo, quod noctu saepius conuenirent ad Ecclesiam, vt notat Nau. de orat. cap. 1. n. 11. quod signum est, si separentur hoc tempore, etiam sine causa, non peccari graniter contra praecipitum

2. Nocturni in Matutino non possunt discontinuari sine causa.

3. Si tamen discontinuantur sine causa, non est peccatum, nisi veniale.

1. Matutinum, & Laudes licetè possunt discontinuari.

4. Dummodo discontinua- tio non sit ni- mia, & ultra duas, vel tres horas.

ceptum de Horis canonicis, quod substantialiter hoc etiam tempore est idem, atque esset prius, dummodo interruptio, & discontinuatio non sit tanta, ut merito censetur Nocturnus iam recitatus non facere etiam moraliter vnam Horam cum alio, qui superest recitandus, vt, verbi gratia, si vnus recitetur hoc vespere, & alius differatur ad diem crastinam: tunc enim probabilius videtur, quod non satisfiat præcepto, & totum Matutinum sit repetendum ab initio, vt notat Nau. de orat. g. 16. in fin. Azor. lib. 10. c. 8. cit. g. 5. Et discontinuatio verè nimia, & verè destruens vnitatem moralem Matutini non solum esset censenda, si fieret per integrum diem; sed etiam si fieret ultra duas, vel tres horas, per quod tempus antiquitus discontinuabantur Nocturni: si enim stipulatio secundum Iura non potest esse actus verè vnus, & validus, si stipulantes post interrogationem coeperint, agere aliquid aliud, & ad diuersa diuertere, L. Continuu. ff. de verb. obl. & idem est etiam de testamento, quod vno contextu, & nullum alienum actum intermiscendo, qui ad ipsum non faciat, fieri debet, L. Hæredes palam. §. V. no contextu. ff. de testam. etiam oratio, aut precatio non erit vna, si fiat digressio valde notabilis ad diuersa: & quod absolute interrumpere diuina Officia sine causa sit grauius peccatum, quam veniale, videtur clarè haberi ex Concilio Toletano V II. cap. Nihil. 7. quæst. 1. vbi postquam est dictum de Missa perficienda per alium Episcopum, aut Sacerdotem, si forte morbus inopinatè accidat priori celebranti, subditur generaliter, quod nullus Minister, aut Sacerdos, postquam inceperit diuina Officia, præsumat illa relinquere imperfecta: & additur, quod, qui aliter præsumperit, sustinebit sententiam excommunicationis: si enim contra talem Ministrum, aut Sacerdotem, qui præsumit relinquere imperfecta diuina Officia, potest sit itim veniri ad sententiam excommunicationis, signum est, quod eo ipso, quod sic præsumit, contrahit culpam dignam excommunicatione; qualis tamen non est, si solum sit venialis, vt etiam notauimus lib. 5. de legib. disp. 2. §. 4. pag. 50. col. 2.

Neque valet, si dicas, Concilium Toletanum, & cap. Nihil. cit. solum loqui de Officio Missæ, quod ait esse perficiendum, & suppleendum per alium Sacerdotem: & si loquatur vniuersaliter etiam de aliis Officiis, solum intelligi in eo casu, in quo quis illa relinquit imperfecta, cum intentione sic relinquendi, & non amplius perficiendi, & supplendi, vt notat Bonac. de Horis canon. disput. 1. quæst. 3. §. 1. puncto 2. §. 29. Contra enim est: quia, quando initio capitis loquatur de Missa, in fine tamen manifestè loquitur etiam de aliis Officiis, vt notat ibi Glossa, & Nauarr. de orat. cap. 16. num. 64. & patet ex illo verbo, nullus Minister, vel Sacerdos; in quantum, scilicet, alia Officia, præter Officium Missæ, possunt pertinere etiam ad alios Ministros, qui non sunt Sacerdotes. Et quod additur de humilissimi Officiis relinquendis imperfectis cum intentione non amplius ea perficiendi, gratis additur, cum reuertè ex textu id minime colligatur: & sicut est grauis irreuerentia, & grauis culpa relinquere imperfectam ad longum tempus, & sine causa, Officium Missæ, etiam cum animo illud perficiendi postea, & resumendi post longum tempus: ita & est grauis irreuerentia, & grauis culpa relinquere imperfectum ad longum tempus, & sine causa quodcumque aliud Officium diuinum; & cap. illud præcedente eadem causa, & questione, ex Concilio Toletano X I. cap. 12. id, quod præcipitur de celebrante Missam, aut sacrificante, vt, scilicet, in promptu habeat, qui possit supplere illius defectum, si forte con-

tingat, expressè dicitur etiam de psallente: quod si- gnum est, Concilium illud, & Canones ex illo delumptos, non solum esse locutos de Officio Missæ, sed etiam de aliis diuinis Officiis. Et in specie de Horis canonicis, & de illarum recitatione publica, & in Choro, quod sit ex suo genere culpa grauis, si vna aliqua Hora tali modo interrumpatur, expressè docet etiam Suar. de Horis canon. cap. 11. num. 9.

Arque hanc interruptionem notabilem; & ad longum tempus, & sine causa esse ex se peccaminosam mortaliter contra præceptum recitandi Horas canonicas, & idè non satisfacere obligationi, & totam Horam, quæ interrumpitur, esse de integro repetendam, est multò tutius, & probabilius, quam oppositum, quod docet Less. lib. 2. cap. 37. num. 58. Petr. de Arag. 2. 2. quæst. 83. art. 2. in fine, Rodriq. in summa, part. 1. cap. 143. n. 3. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 19. num. 5. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 7. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quæst. 3. punct. 2. §. 1. num. 28. & aliqui alij apud ipsum, qui absolute afferunt, quancunque interruptionem, etiam ad tempus longum, & sine causa, non esse peccatum, nisi veniale, & non inducere obligationem repetendi totam Horam, dummodo fiat intentione resumendi, & recitandi etiam reliquam: siquidem per hanc intentionem quasi per terminum communem sufficienter copulantur, & continuantur partes quæcumque ex se distantes, & interruptæ. Et quemadmodum si partes aliquæ vnus Horæ omittantur per naturalem obliuionem, aut inaduertentiam, non est obligatio repetendi totam Horam; sed solum recitandi, & resumendi partes omittas, quando postea aduertitur error intra eandem diem; & hæc integratio est moraliter sufficiens vnitatis illius Horæ, & plenè satisficit præcepto, & obligationi de Horis canonicis: ita & si omittantur aduertenter, & de industria, & postea si militer reassumatur, &c. Et simile quid potest contingere etiam in Sacramento Pœnitentiæ, quando plures Confessiones partiales factæ in dies plures pro expurgandis peccatis totius vitæ, & verè interruptæ, & distantes à se inuicem, vniuntur tandem; tanquam vna Confessio totalis, & vna materia, sub vna forma absolutionis, & simul omnes constituunt Sacramentum Pœnitentiæ, vnum moraliter. Et ratio videtur esse: quia, qui dicit interruptè totum Officium intra vnum, & eundem diem, & nihil omittit ex iis, quæ præscribit Ecclesia, verè implet illius præceptum, cum verè dicat, quod illa præcipit. Et quemadmodum plures Horæ discretæ ab inuicem, & interruptæ possunt conficere vnum Officium: ita & plures partes vnus Horæ possunt facere vnam Horam, etiam si sint discretæ ab inuicem, & interruptæ.

Sed contra hæc omnia non solum facit aliorum auctoritas, quos citauimus n. 4. sed etiam communiter sensus virorum proborum, qui non nisi cum magno scrupulo interrumpunt vnum aliquem Psalmum, aut vnam Horam ad longum tempus, & omnino curant totum repetere. Et maxime facit ratio allata n. 2. de vnitatis cuiusque Horæ canonicæ, quæ maxime tollitur, & destruitur, non solum physice; sed etiam moraliter per longam, & voluntariam interruptionem: certum enim est, quod sicut Ecclesia totum Officium canonicum cuiusque diei instituit, tanquam vnum per solâ aggregationem plurium precationum, aut laudationum Dei, per certa interualla Horarum, cuiusque partes quæ dicuntur maiores, voluit esse omnino diuiduas, & discretas ab inuicem, etiam per accidens ratione tēporis, quo singulae perfoluerentur: ita & vnanquamque Horam canonicam instituit, vt precationem, & laudationem Dei magis vnam, cuiusque

5. Non tamen desunt, qui putent, omnè discontinuationem, etiã ad tempus longum, esse solum veniale.

6. Sed est falsum.

cuiusque partes voluit esse minus diuiduas, & magis coniunctas; & cum omnes sint ex se quantitas quædam discretæ, sicut & quælibet dictio, aut locutio ex Aristot. in Prædicamentis, cap. de quantitate; omnes tamèn voluit esse continuas continueitate per accidens, id est, continueitate ipsius temporis; & in illo verè vno, & verè continuo iussit perfolui; ac proinde certum videtur, quod non satisficit intentioni Ecclesiæ, qui etiam partes cuiusque Horæ facit diuiduas, diuisione per accidens, & de industria illas recitat tempore notabiliter interrupto, & non continuo. Et quemadmodum mutatio Ordinis circa partes vnus Horæ potest esse mortalis, vt supra diximus, disp. præced. n. 15. & segg. ita & mutatio vnitatis, aut continueitatis. Et quod afferit Aristoteles 3. Metaph. textu 19. quod substantia cuiusque numeri sit esse semel id, quod est vnusquisque; non autem esse sepius suas partes, ex quibus componitur; & substantia, v. g. numeri senarij sit esse semel ipsum sex; non autem esse ter ipsum duo, aut esse bis ipsum tria; idem videtur posse dici proportionally etiam de vnaquaque Hora canonica, quod, scilicet, illius substantia solum fit, dici semel, verbi gratia, tres Psalmos cum vno Hymno, Capitulo, Responsorio, Oratione; non autem sit dici semel, verbi gratia, duos Psalmos, & iterum alium Psalmum, & tertio Hymnum, Capitulum, Orationem, &c. sicut facit, qui illam recitat interruptè. Et hac de causa dici potest, ac debet non seruare; sed tollere substantiam ipsius Horæ. Et ad idem facit etiam illud ex eodem Aristotele 7. Metaph. textu 60. Et vltimò, quod in compositis, quæ sunt aliquid totum, & non vt cumulus, id est, per solam aggregationem, & sine omni ordine, & vnitatis, vel coniunctione, quam postulant, & habeant partes ad inuicem, aliquid aliud est ipsorum substantia, quam partes, & elementa, ex quibus constant; & hæc syllaba, ta, v. g. est aliquid aliud secundum suam substantiam, quam b, & a: quia, si hæc litteræ disiungantur, manent quidem ipsæ per se; non tamen manet amplius syllaba, ba, & mixtum, seu compositum ex igne, & terra, v. g. caro, est aliquid aliud propter solum ignem, & terram: quia hæc possunt dissolui, & manere per se abique eo, quod maneat caro. Eadem ergo ratione vna Hora canonica, quæ est aliquod totum ex suis partibus, & non vt cumulus, quasi totum nullum ordinem, aut coniunctionem ad inuicem postulant, est aliquid aliud præter partes, & si partes ad inuicem discontinuantur, & interrumpantur, manebunt quidem ipsæ per se; non autem poterit dici, quod maneat ipsa Hora; & qui illam sic discontinuat, & interrumpit, omnino destruit illius substantiam, non autem satisficit illius præcepto.

7. Sola intentio continuandi partes interruptas alicuius Horæ, non est sufficiens ad illas continuandas.

Neque vrgent, quæ in contrarium adduximus n. 5. quod enim dicunt, intentionem resumendi postea partem omittam, totamque Horam perficiendi, se habere vt terminum communem, quo copulentur inter se, & quasi continuentur in vnam Horam, & in vnam totam precationem partes interruptæ, & distantes quoad tempus; neque est necessarium secundum illos Authores ad seruandam substantiam, & vnitatem illius Horæ, quæ interrumpitur; neque est sufficiens: nam, qui omittit partem aliquam alicuius Horæ ex naturali obliuione, vel ex inaduertentia inculpabili; certum est, quod non habet actualement intentionem resumendi postea partem omittam, de qua non cogitat; sed ad summum solum habet intentionem habitualement, quæ etiam manet in dormientibus: & tamen si postea aduertat, & resumat partem omittam, adhuc illam continuat cum parte priore, & ex vtraque simul integrat vnam horam, vt

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

illi volunt: ergo ad sic continuandas partes distantes, & interruptas, non est necessaria dicta intentio, quæ ad illas se habeat, vt eorum terminus; & quædo etiam actu habetur huiusmodi intentio, impossibile est, vt per illam continuentur partes discretæ, si relinquatur vere discretæ, vt in leuatis præscindendo à tali intentione: quando per illam reponitur continueitas, & vnitas temporis, per quam solum possunt continuari continueitate per accidens, & fieri vnus, vt diximus, etiam ipsa non maneat actualement, vna, & eadem toto tempore interruptionis, vt communiter non manet, sed semel sit quando actu cessatur à continueitate, & iterum resumatur, quando resumitur prosecutio, impossibile est, vt sit quasi terminus communis vtriusque partis, cum potius e contra sit terminus proprius, & distinctus vniuscuiusque. Et certum est, quod formalis intentio recitandi modò hunc Psalmum, & post longum tempus recitandi alium, & tandem post aliud tempus absolucndi recitationem totius Horæ, est formalissima intentio; in se impendi, & re ipsa causat, & efficit interruptionem; & si præterea dicatur esse intentio continuandi, dicenda est esse intentio contraria facta, & pex consequens omnino insufficientis, imò & repugnans ad veram continueitatem, & vnitatem; sicut si quis separando re ipsa ab inuicem b, & a, adhuc diceret se habere intentionem illa vniendi in vnam syllabam, ba; & separando ab inuicem ignem, & terram, adhuc diceret, se habere intentionem illa vniendi in vnum mixtum, verbi gratia, carnem, vt diximus paulò ante ex Aristotele 7. Metaph. textu 60. Idque est verum non solum physice, & de continueitate, aut vniione physica; sed etiam moraliter, & de continueitate moralis, cum nullus sit, qui partes per vnum integrum diem, verbi gratia, interruptas reputet moraliter pro continuis, & non verè, & propriè pro interruptis, sicut communiter omnes reputant, quando interruptio est solum ad breue tempus, & quando parum communiter reputatur pro nihilo.

Neque casus, qui additur de interruptione facta inculpabiliter per naturalem inaduertentiam, aut obliuionem, probat reuinionem, vt sic dicam, & reuinionem partium interruptarum, quando postea error aduertitur, & resumitur, & persoluitur pars omittas: sed solum probat, quod quando non potest ex aliquo accidente seruari simul integritas, & simul vnitatis, aut continueitatis alicuius Horæ, seruetur saltem integritas, & vnitatis negligatur: hinc enim est, quod qui aduertit intra eundem diem naturalem, quod omittit partem aliquam alicuius Horæ, teneatur illam partem resumere, & seruare, vel persicere Horæ integritatem; non autem teneatur totam Horam repetere; & simul etiam seruare, & facere vnitatem, in quantum, scilicet, ex interpretatione Doctorum, & ex communi vsu iam recepto præceptum de vnitatis inculpabiliter non seruatum simul cum præcepto de integritate, non amplius obligat cum tanto incommodo, vt iterum impleatur simul vtrunque: atque ita in casu posito falsum est, quod reponatur vera vnitatis, & continueitatis illius Horæ; sed solum suppletur integritas, & partes verè manent interruptæ, & non vnitatis.

Exemplum aliud de Confessionibus in plures dies distributis, & tandem vnitis sub vna forma absolutionis in vnum Sacramentum, similiter non probat intentum: quia Sacramentum Pœnitentiæ, cum sit institutum à Christo Domino ad modum iudicij, non requirit maiorē

8. Quando reseruumtur pars omittas inaduertenter, non reuiniuntur, & reuiniuntur partes interruptæ.

9. Plures Confessiones distributæ in plures dies, quare sufficiant ad reuinionem vnitatis.

nitatem Sa-
crumanti Pe-
nitentia non
autem plures
partes vnus
Hora distri-
buitur in plura
tempora, suf-
ficiat ad ve-
ram unitatem
illius Hora.

unitatem suarum partium, quam requirit iudicium: & idem quemadmodum hoc satis est vnum ex vnitate sententia, siue absolutoria, siue condemnatoria, & accusatoriae, & testium examinationes, ex quibus perficitur in mente Iudicis cognitio causae, potest habere plures: ita & Sacramentum Pœnitentia potest in suo genere esse vnum, etiam si confessiones, & aeuutiones ipsius pœnitentis sint plures: siquidem ex illis perficitur in mente Confessarij vna cognitio totius causae: & tandem subiungitur vna absolutio: quod tamen non accidit in Horis canonicis, quarum singulae ex se postulant eam vnitatem, quam postulat Dei precatio, aut laudatio verè vna, id est, veram vnitatem temporis, vel saltem non veram, & multam pluralitatem, & interruptionem.

10.
Qui recitat
interrumpit
omnes partes
vnus Hora,
non seruat
præceptum de
substantia il-
lius Hora.

Ad rationem, quod qui recitat interruptè, recitet totum, quod præscribit Ecclesia, & idem impleat illius præceptum, patet ex dictis: si enim substantia cuiusque Horae non sunt partes illius quomodocunque; sed simul vnitè in vna actionem precatoriam, aut in vnam laudationem, sicut & substantia syllabae, ba, non sunt b, & a, quomodocunque; & substantia mixti, verbi gratia, carnis non sunt ignis, & terra quomodocunque, sed simul vnitè, non potest implere præceptum de substantia cuiusque, qui solum non omittit vllam ex partibus, sed debet omnes persolvere simul, & non interrompere per longum tempus. Et longè alia est ratio de toto Officio, quod non est vnum, nisi per aggregationem plurium precationum, & laudationum, & idè per se postiuè postulat discretionem temporis pro vnaqueque. Contra enim vnaqueque hora est vna precatio, & vna actio; & idè contraria ratione per se postulat vnitatem temporis, eiusque continuitatem, saltem moralem, pro singulis partibus; non autem longam, & notabilem interruptionem.

11.
Qua sit nota-
bilia, & ni-
mia interruptio
in parti-
bus horae mi-
noris.

Tertio, hæc, quæ dicimus de nimia, & valde notabili separatione, & diuisione Nocturnorum ab iniuicem, proportionaliter debent dici etiam de interruptione, & separatione partium cuiusvis alterius Horae minoris, v.g. Tertiae, aut Sextae: si quis enim post absolutum, v.g. primum Psalmum, vel in medio vnus Psalmi desinat ab vltiori prosecutione ex iusta causa, quæ fortè occurrit, desinit licitè, & sine culpa; si verò desinat sine causa, sed ad modicum tempus, peccat tantummodo venialiter, neque tenetur totam Horam repetere; & si desinat ad tempus longum, & totam non repetat, etiam peccat mortaliter, vt diximus. Et quantum ad discernendum hoc tempus longum non possit tradi certior regula, quam, vt stetur prudenti iudicio; potest tamen rationabiliter etiam addi ex Suar. de Horis canonicis, cap. 24. num. 10. vt attendatur proportio Horae ad Horam, & partis ad partem; & præterea exigentia causae, ex qua fit interruptio: certum enim est, quod longior mora potest interponi inter Nocturnos, quæ sunt partes Horae maioris, & quasi per se sunt integra Dei precatio, aut laudatio, quam inter Psalmos Tertiae, aut Sextae, quæ sunt partes vnus Horae minoris, & longior potest fieri inter internos Psalmos, quam inter partes vnus Psalmi, & quæ est proportio inter Horam minorem, & Horam maiorem, eadem potest attendi in interruptionibus vtriusque: vt, v.g. si Hora minor sit pars quinta, aut sexta Horae maioris, & Hora maior possit interrupti per tres Horas circiter, etiam Hora minor poterit interrupti per mediam horam circiter, vt etiam concedit Azor. lib. 10. c. 8. n. 10. & quæ ratione, qui recitat Matutinum, & ex defectu Breuiarij omittit Lectiones, & interim proficitur Laudes, & postea domi resumit

Lectiones, licitè interponit bonam partem temporis, vt etiam supra diximus; eadem ratione potest interponere bonam partem, qui ex rationabili causa in recitatione Horae minoris omittit vnum, aut alterum Psalmum. Et sic quis in hac re angatur scrupulis, in casu dubio, vtrum mora interruptionis sit nimia, licitè potest admittere vt probabilem posteriorem sententiam de interruptione quacunque longa, & solum in casu certo potest habere illam, vt fallam: siquidem etiam Nauar. c. 16. de orat. n. 70. & 71. admittit, quod possit quis Hora aliquam interrompere causa studij, cuius necessitas tunc forte occurrit, vel causa prælectionis, aut concionis, vel Missæ audiendæ: quæ certè singula non solum mediâ horam; sed etiam multò plus temporis interceptiunt.

Quarto, iustas causas interruptendi Horas canonicas ad aliquod tēpus has recitet Nauar. de orat. c. 16. n. 68. & seqq. & alij cōmuniter, si sit faciendum opus misericordiae spirituale, aut corporale, quod non patiatur commodam dilationem; v.g. si sit dandum vestimentum, aut cibus indigenti; si sit dandum consilium, vel exhibenda alicui consolatio, aut reprehensio; si sit excipiendus hospes, aut audiendus, qui negotium aliquod offert, neque potest sine scandalo libetè expectare; si sit faciendum aliquid in salutem, & bonum corporale ipsius recitantis, v.g. si sit fumenda medicina, aut seruandū necessitatibus corporis; si sit studendū propter vigentem necessitatem; si sit mandandum aliquid, si sit audienda Concilio, aut Missa; si sit parendum Superiori, qui tunc temporis repente aduocat; si aliquid sit conferendum cum socio pro intelligentia eorum, quæ dicuntur, vel pro maiori attentione, & deuotione; si immisceantur aliqua verba iaculatoria ex pietate in Deum; si occurrat aliquis pius affectus contritionis, amoris, &c.

12.
Qua causa
sunt rationa-
biles pro in-
terruptione
alicuius Ho-
rae canonice.

Quinto, qui ab initio recitat Officium, intendens satisfacere præcepto; sed postea interruptit, intendens iterum repetere; probabilissimum est, quod possit deinde non repetere, & priori recitatione contentus, solum tenetur persolvere reliqua. Ita Azor. lib. 10. cap. 8. q. 7. Henric. lib. 9. c. 25. n. 6. & alij nam, si initio recitauit animo satisfaciendi præcepto, nihil illi deficit ad plenam satisfactionem, vt etiam diximus, dum ageremus de legibus lib. 5. disp. 25. n. 11. & seqq. & voluntas iterum repetendi, quam habuit in actu interruptionis, non potuit facere, vt iam præcepto non esset satisfactum pro illa parte, cum ad præteritum non detur potentia, neque potuit inducere obligationem sub mortali ad repetendum, cum non fuerit nisi simplex propositum, quod semper potest reuocari sine culpa.

13.
Vtrum is, qui
interrumpit
animo iterum
repetendi om-
nia, verè in-
terueniat om-
nia repetere.

Oppositum tamen docet Nauar. de orat. cap. 13. n. 16. 27. & 28. & cap. 16. n. 73. & 74. & cap. 20. n. 30. qui absolute asserit, eum, qui interruptit animo repetendi, teneri repetere; neque aliter satisfacere. Et pro eadem sententia citatur etiam Ioan. Med. C. de orat. q. 16. De reuoc. & Rodriq. in Sum. part. 1. c. 144. concl. 2. & alij apud Garz. de benef. part. 3. c. 1. n. 191. & 192. Sed hi solum loquuntur in eo casu, in quo quis ab initio non habuit animum satisfaciendi præcepto de Horis canonicis; sed solum aggressus est illas recitare ex alio fine, v.g. vt doceret aliquem alium, vel solum, vt eas legeret, & percurreret ad tempus fallendum, & animi causa, & de hoc rectè asserunt, quod verè teneatur Horas repetere, nec satisfaciatur, si solum habeat ratam priorem recitationem, vt etiam asserit idem Azor. lib. 10. cap. 8. quest. 7. cit. & cap. 12. quest. 8. cum enim Ecclesia ita præcipiat Horas canonicas, vt tamen relinquat in potestate cuiusque, quod satisfaciatur debito per hanc, vel per illam recita-

14.
Qui ab initio
non habuit in-
terruptionem sa-
tisfaciendi ob-
ligationem, &
habuit inten-
tionem repe-
tendi, verè
teneatur om-
nia repetere.

recitationem; eo ipso, quod aliquis per hanc recitationem non vult satisfacere, neque se liberare, & soluere à sua obligatione, sponte illam retinet, & adhuc tenetur ad aliam recitationem: sicut, qui vult, v.g. recitare Rosarium, quolibet die, & quando illud actualiter recitat, postiuè, & expressè intendit non se soluere ab obligatione voti, sed eam retinere pro alio Rosario, quod vult postea recitare, verè non se soluit à dicta obligatione: ita & qui recitat Officium, ad quod tenetur ex præcepto Ecclesiae, & expressè intendit non se soluere ab obligatione præcepti, verè non se soluit, & adhuc tenetur iterum recitare. Et ratio est: quia actus non operatur vltra intentionem agentium. L. Non omnia ff. si certum petatur. & idè nec actus recitationis potest operari impletionem obligationis, si hæc sit vltra intentionem ipsius recitantis: & obligatio legis, aut præcepti superioris non tollitur in conscientia per quancunque executionem, aut impletionem operis, sed solum per illam quæ est ex affectu saltem non contrario ipsi obligationi, & ex ex notitia ipsius legis, aut præcepti, & ex voluntate illam implendi, vt docuimus lib. 5. de lege, disp. 25. cit. si præsertim executio, & impletio eiusque possit repeti, & fieri pluries, & in potestate cuiusque sit, hinc, vel illam impletionem applicare ad tollendam obligationem. Atque hoc modo quantum possit satisfacere præcepto de audiendo Sacro is, qui non cogitat de die festo, vel de illius obligatione, & præcepto de recitandis Horis canonicis, is, qui de illo non cogitat, quia intentio, saltem generalis, & implicita de implendis obligationibus per vnanquamque actionem, quæ possunt per illam impleri, semper habetur, & potest præsumi in vnoquoque, quando non constat de intentione contraria; non tamen satisfacit, qui actu aduertit obligationem, & directè intendit illam non tollere.

15.
Sed opposi-
tum tenent
plures Do-
ctores.

Sed oppositum etiam quoad hoc placet Lessio lib. 2. c. 37. n. 9. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 2. punct. 10. in fin. Sanch. lib. 1. in Decal. c. 13. n. 14. & lib. 7. consil. moral. c. 2. dub. 19. n. 6. Valq. Opusc. de benef. c. 3. §. 1. art. 3. dub. 7. n. 114. & seqq. & 1. 2. q. 100. art. 9. dub. 1. Suar. de Hor. can. c. 26. n. 8. & tom. 3. de Sac. disp. 88. sect. 3. Garz. de benef. par. 1. c. 3. n. 198. & seqq. Bonac. de Flor. can. disp. 1. q. 3. punct. 2. §. 1. n. 3. & alii apud ipsum, qui absolute asserunt, eum etiam, qui Officium recitat, aut rem aliam præceptam exequitur animo non satisfaciendi, posse deinde ratam habere illam priorem recitationem, neque teneri iterum recitare; quia eo ipso, quod recitat, implet præceptum de recitando, quacunque tandem intentione recitet; neque est in ipsius potestate, vt non impleat, posito, quod recitet, hoc est, posito, quod impleat, & legislator sola externa recitatione, & impletione suæ legis est contentus, quacunque tandem intentione fiat; & eo ipso remittit omnem aliam obligationem, neque potest manere in potestate cuiusque, vt illam retineat, quando legislator illam remittit, aut tollit: sicut, neque est in potestate cuiusque, vt illam ab initio sibi imponat, nisi per votum: & sicut si creditor, quod sibi traditur à debitore titulo donationis, acceptaret titulo solutionis, & eo ipso remitteret debitum, non teneretur talis debitor amplius soluere, quando id sciret; ita & in casu præsentis si legislator materialem recitationem Officij acceptat pro impletione suæ legis, non est, quod amplius dicatur manere obligatio.

Neque putant hi Authores esse simile id, quod asseritur de voto recitandi Rosarium semel in die, cum non satisfacit, qui illud recitat ex libera deuotione, & postiuè vult retinere obligationem voti pro alio Rosario: id enim dicunt esse ex eo,

quia Deus, qui respectu voti est quodammodo creditor, eo tantum titulo acceptat recitationem Rosarii, quo ille persoluit; & idè non remittit debitum voti, si solum persoluit ex libera deuotione; quod tamen aliter accidit in legislatore humano, qui semper est contentus solo actu externo liberè factò, & per illum semper putat esse impletam suam legem, neque curat de vltiore obligatione ad illam implendam.

Et negari non potest, quin hæc sententia sit probabilis, & quod propter auctoritatem tantorum Doctorum sufficienter sit tuta in conscientia. Prior tamen sententia est multò tutior, & quoad forum conscientia est probabilior, cum minimè constet de tali acceptatione solius actus externi pro vera obseruatione, & impletione præcepti, & legis, vt assument dicti Doctores; & legislator etiam humanus valde rationabiliter possit intendere suam legem impleri ex certa intentione illam implendi, vel saltem ex intentione non contraria, idque ita postulet voluntaria, & libera illius impletio, vt videre est apud Suar. lib. 2. de legibus, cap. 10. n. 4. & nos explicauimus lib. 5. disp. 25. cit.

16.
Et est satis
probabile, &
satis tutum
in conscientia,
quantum prior
sententia sit
probabilior,
& tutior.

Et iuxta hæc posteriorem sententiam rectè notat Valquez Opusculo cit. de benef. cap. 4. §. 1. art. 3. dub. 7. num. 116. quod si quis non repetat Officium, quod proposuit, & voluit ab initio repetere, non propterea tenetur ad restitutionem fructuum beneficij: siquidem prima recitatione verè satisfecit præcepto. Et idem est, si ponatur non solum proposuisse, & voluisse repetere; sed etiam per votum se obligasse ad repetendum: quia in tali casu peccabit quidem contra votum, si non repetat; non tamen peccabit contra præceptum de Horis canonicis, ex quo solo oritur obligatio restituendi fructus.

17.
Qui ab initio
proposuit
repetere, &
postea non re-
petit, non pro-
pterea tenetur
ad restituendo
fructus bene-
ficij.

Sexto, qui interruptit Officium videndo, iocando, aut sermones otiosos, & vanos miscendo, dupliciter peccat, id est, interrumpendo Officium sine causa, & verba otiosa, & inutilia proferendo. Ita Nauar. de orat. cap. 16. n. 75. & Azor. lib. 10. cap. 8. q. 6. Sed vtraque culpa est venialis, nisi fortè verba, quæ intermiscuntur, sint valde turpia, & indecentia, & contineant grauem irreuerentiam erga Deum: tunc enim potest culpa esse mortalis contra virtutem religionis, etiam si fortasse non sit mortalis contra præceptum de Horis canonicis, vt notat Suar. c. 24. n. 11. secus verò si interruptio fiat per aliquam meditationem, aut mentis eleuationem in Deum, quæ fortè sumat occasionem ex ipsis verbis, quæ recitantur, vel quomodocunque immittatur à Deo: cum enim finis orationis, etiam vocalis, sit coniunctio mentis cum Deo, cogitatio quacunque, aut meditatio de rebus diuinis non debet censeri, quod orationem vocalem impediatur, aut interrumpatur; cum maximè faciat ad finem illius, eamque maximè iuuat, nisi fortè sit tam longa, & diuturna, vt actio moraliter discontinuet, vel sit tam intensa, vt impediatur, & tollatur totam attentionem ad verba, & inducat periculum aliquid omittiendi, & simpliciter errandi in ipsa recitatione, vt notat Valq. Opusculo de beneficijs, cap. 4. §. 1. artic. 3. dub. 6. num. 112. & 113.

18.
Etiam si voto
se obligauerit
ad repetendum.

Septimo, si alia orationes, quæ solum dicuntur ex libera deuotione, non autem ex obligatione, interrumpantur sine causa, similiter committitur culpa venialis ex Nauar. de orat. cap. 16. num. 63, quia etiam si ab initio sine omni culpa potuissent omitti, postquam tamen sint inchoata, non possunt interrumpi sine causa, cum etiam inter homines colloquia inchoata sunt vno aliquo, contineant notam inur-

20.
Etiam oratio-
nes, quæ di-
cuntur sine
obligatione,
non sunt in-
terruptibiles
sine causa.

banitatis, & irreuerentiæ, si ex tempore, & sine causa abrumpanitur: si tamen in huiusmodi orationibus essent partes, quæ possent suo modo accipi, vt integræ orationes, licet possent discontinuari, & separari ab inuicem, sicut discontinuantur singulæ Horæ canonicæ. Et de partibus Rosarij, quæ constant ex singulis decadibus sic docent Nauar. de orat. cap. 10. num. 37. & seqq. Azor. lib. 10. cap. 8. quest. 8. Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 11. num. 39. & 40. & alij apud ipsum, quanquam addant, debere omnes persolui intra eandem diem, nisi forte integrum Rosarium ex quindecim decadibus sit recitandum per quinque decades, quæ videntur constituere preces totales; & idèd possunt discontinuari in plures dies.

21. Et à fortiori hæc eadem sunt dicenda, etiam de Missa, quæ similiter est quadam structura, & quoddam opus artificiosum ex præscripto Ecclesiæ constans ex certis partibus, certo ordine inter se dispositis; & idèd ad vnitatem actionis, quæ est ipsa, etiam requirit continuitatem, & vnitatem temporis: hinc enim fit, vt quemadmodum modica, & breuis interruptio, verbi gratia, ad tussendum, vel excreandum reputatur pro nulla; & si fiat sine causa, verbi gratia, intermiscendo vnum, aut alterum verbum de re non necessaria, solum est peccatum veniale, & si fiat ex causa, & ad tempus aliquantò longius, vt communiter fit in Missa solenni, quando post Euangelium habetur concio, neque etiam est peccatum: ita & longa, & notabilis ad quocumquæ tempus, si fiat sine causa, probabilis est, quòd possit esse peccatum mortale, & quòd verè tollat illius vnitatem, dum tollit compositionem, & coniunctionem partium, & temporis continuitatem, vt supra indicauimus num. 4. vbi etiam attulimus ex Concilio Toletano VII. cap. Nihil. 7. quest. 1. de Offic. diu. quibuscuque non relinquendis imperfectis sub pena excommunicationis. De quibus omnibus videtur potest Nauar. de oratione, cap. 16. num. 55. & sequentibus, qui etiam num. 69. inter causas excusantes interruptionem, ponit naturæ exasperationem, quando non potest differri vsque ad finem.

Vnde, quòd dicitur consueuisse in Missæ celebratione S. Philippus Nerijs, vt absoluta consecratione, & dicto, Agnus Dei, dimitteret socium, & clauso ostio domestici Oratorij, in quo celebrabat, per duas, vel tres horas solus vacaret contemplationi, & postea communicaret, & sacrificium totum perficeret, vt habetur in eius Vita lib. 2. cap. 1. pag. 83. & iterum in Compendio eiusdem Vitæ cap. 2. pag. 27. nisi dicatur id fecisse ex peculiari Dei instinctu, & motione, quæ sine dubio est supra omnes Ecclesiæ leges, cap. Dna sunt. 19. quest. 2. solum videtur posse excusari ex opinione probabili, quam supra attulimus num. 15. quòd qualibet interruptio, etiam ad tempus longum, non sit contra substantiam, & vnitatem actionis; & idèd possit esse licita, si alioqui fiat ex iusta causa.

22. Et hæc eadem sunt dicenda de interruptione, aut continuatione eorum, ad quæ aliquis tenetur ex voto, vel ex penitentia iniuncta à Confessione: siquidem eadem ratione est intelligenda, & implenda hæc obligatio, atque illa, quæ est ex præcepto Ecclesiæ, vt notat Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 11. n. 39. ex Nauar. de oratione, cap. 10. n. 37. & alijs.

DISPUTATIO XXXIII.

Quomodo Horæ canonicæ sint integrè persoluendæ.

- 1. Hora canonica perfectè, & integrè sunt persoluenda.
2. Moraliter peccat, qui omittit partem notabilem vnius Horæ.
3. Quæ pars sit notabilis in qualibet Hora minore.
4. In Horis maioribus etiam pars minor, quam tertia, est notabilis.
5. In recitatione publica est peccatum mortale, si omittatur vnius integer Psalmus.
6. Sed potest, & debet postea suppleri ab vnoquoque.
7. Qui omittit eadem die plures Horas canonicas, solum peccat vnum peccatum omissionis æternæ.
8. Etiam si Horæ, quas omittit, sint inter se discontinuæ in suo ordine.
9. Potest tamen peccatum internum esse multiplex, si actus voluntatis sint multi.
10. Circumstantia pluralitatis Horarum, quæ sunt omisse, est manifestanda in Confessione.
11. Si pluries omittatur pars modica, verbi gratia, vnus Psalmus in pluribus Horis, quomodo peccetur mortaliter.
12. Si versus, aut verba singula mutilentur, potest esse peccatum mortale.
13. Nisi forte mutilatio verborum sit tantum quoad vltimas syllabas, & illorum significatio maneat integra.
14. Non est contra integritatem, si Horæ recitentur cum socio, alternis versibus.
15. Qui fuerint primi Authores recitandi cum socio.
16. In recitatione cum socio debet socius audire socium.
17. Et idèd debet etiam sinere, vt ille benè absoluat suos versus.
18. In socium potest assumi etiam is, qui aliqui non tenetur ad Horas canonicas.
19. Et is, qui tenetur, verè satisfaci, etiam si socius non attendat.
20. Si socij sint plures duobus, non debent simul facere nisi duos Choros.
21. Quando recitatur cum socio, non est necessarium, vt Lektionen, Capitula, & Orationes dicantur alternis.
22. Etiam Antiphona, Responsorja, & versiculi possunt dici alternis.
23. Si organum in Choro adhibeatur, debent per aliquem suppleri illa, quæ dicuntur ab organo.
24. Verum illi, qui pulsant organa, vel aliquid faciunt pro seruizio Chori, teneantur aliquid repetere.
25. Non solum Hora canonica, sed etiam alia preces possunt dici alternis.
26. Ad integritatem diuini Officij communiter non pertinent alia preces.
27. Pertinet tamen Officium Defunctorum, & Litanicum precibus, pro certis diebus.
28. Et si omittatur, peccatur mortaliter, & sunt pro rata restituendi fructus beneficiorum.
29. In recitatione priuata, & sine socio non debet omitti salutaris ad populum, Dominus vobiscum.

CERTVM

1. Hora canonica perfectè, & integrè sunt persoluenda.

CERTVM est, quòd qui tenetur ad Horas canonicas, integrè debent illas persolvere, & non modò non possunt sine peccato omittere totum Officium, sed neque etiam partem illius, imò & verba singula perfectè, & integrè debent proferre; non autem dimidiare, aut detruncare. Ita Bellarm. lib. 1. de bonis operib. cap. 18. S. Anthonin. part. 3. tit. 13. cap. 4. §. 5. Suar. de Horis can. cap. 25. n. 1. & apud ipsum omnes communiter. Vnde non solum peccat mortaliter, qui omittit sine rationabili causa, & sciens, & prudens totum Officium; sed etiam qui omittit vnam aliquam Horam, aut notabilem illius partem, vt notat Bellarm. loco cit. & Nauar. de orat. cap. 7. n. 5. & apud illum Palud. Henricus, Caiet. Sylu. & alij. Suar. cap. 25. cit. n. 12. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 7. quest. 1. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quest. 5. punct. 1. n. 1. om. 1. & omnes communiter: quia præceptum de Horis canonicis ex suo genere est ad mortale, neque potest quis excusari, nisi ex inadvertentia, aut ex leuitate materiæ; qualis tamen non est, quando omittitur pars notabilis vnius Horæ. Oppositum tamen sentit Richard. apud Angel. verb. Hora, n. 12. qui asserit non esse peccatum mortale omittere Horas, nisi id fiat ex fastidio diuini cultus, vel ex contemptu, vel ex consuetudine: siquidem etiam Angelus eo loco videtur non improbare: siquidem solum asserit, quòd ea opinio est humanior, & quòd opposita est tutior: sed reuerà non solum practicè est improbabilis; sed etiam videtur planè temeraria, vt notat Suarez num. 12. cit. cum sit contra omnes Doctores, & sine fundamento.

3. Quæ pars sit notabilis in qualibet Hora minore.

Pars autem notabilis vnius Horæ communiter dicitur esse illa, quæ est tertia pars, idque colligitur ex S. Anthon. part. 2. tit. 9. cap. 11. §. 1. vbi loquens de eo, qui omittit partem notabilem Missæ, ponit exemplum de media, vel de tertia parte, quod idem ex communi sententia docet etiam Sanch. lib. 1. in Decal. cap. 4. num. 10. & Nauar. de orat. cap. 3. n. 41. vbi ad probandum, quòd qui omittit partem notabilem, peccat mortaliter, citat S. Anthon. in re simili, de Missa: & cap. 10. num. 44. & in cap. Quando de consecr. dist. 1. ait, quòd in Horis minoribus, v. g. Tertia, aut Sexta, pars notabilis est totum principium Horæ, vsque ad finem primi Psalmi: quia circiter est tertia pars totius Horæ.

4. In Horis maioribus etiam pars maior, quam tertia, est notabilis.

Rectè tamen addit Azor. lib. 10. cap. 7. cit. quest. 3. in Horis maioribus partem aliquam posse esse notabilem, etiam si sit minor, quam tertia: vt si omittas, verbi gratia, ex prima Hora, quæ complectitur Matutinum, & Laudes, vnum Nocturnum: quia simpliciter in totis magnis etiam pars longè minor, quam tertia, est pars magna: vt si ex tota summa quingentorum, verbi gratia, aut mille aureorum, quos debes restituere, detrahas, & retineas quinquaginta, aut centum, vel ex toto die festo, quo per horas vigintiquatuor, & à media nocte vsque ad mediam noctem debes abstinere à seruilibus, des operam rei seruili per quatuor, vel quinque horas: & idèd vt dignoscatur etiam in Horis maioribus, & vniuersaliter in omnibus, quæ pars sit notabilis, non tam debet considerari quasi relatiuè, & in ordine ad totum, quod pluribus, aut paucioribus vicibus repetita componit, & integrat, quam absolute, & in se, vt notat Suar. de Horis can. cap. 19. num. 3. & cap. 25. n. 16. vbi etiam concludit, in Horis maioribus prudenti iudicio illam posse censeri partem notabilem, quæ æquiualeat vni Horæ minori, vel medietati illius: & si hanc non attingat, non peccari mortaliter, si omittatur, & similiter in Horis minoribus non esse partem notabilem, si non sit ferè di-

midia pars, & Horæ totius medietatem non excedat, vel non attingat.

Aliter tamen quoad hæc exempla videtur sentire Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 19. n. 7. vbi asserit, si quis ex Matutino de feria, vel de Festo simplici omittat tres Lektionen, & tria Responsorja, quæ post illas dicuntur, solum omittere partem paruum, & moraliter loquendo, satisfacere præcepto de integritate, & non peccare mortaliter, cum tamen certum sit, quòd tres Lektionen, & tria Responsorja simul omissa excedant partem dimidiam vnius Horæ minoris, & fortasse etiam pertingant ad illam totam. Sed negari non potest, quin iudicium Suarij quoad hæc exempla, sit tutius, & rationalius: & secundum illud damnandus esset culpæ mortalis etiam ille, qui voluntariè, & culpabiliter omittet in Matutinis iam dictis tres Lektionen, & tria Responsorja. Et eadem ratione est minus probanda sententia Lessij lib. 2. cap. 37. num. 52. & Bonac. de Horis can. disp. 1. quest. 5. punct. 1. n. 2. quòd in Horis minoribus, neque pars tertia, neque dimidia sit notabilis, & idèd quòd ille solum circa illas peccet mortaliter, qui omittit Horam integram. Contra enim est: quia opposita sententia, quòd sit notabilis etiam pars dimidia, vel ferè dimidia, est communior, vt etiam ipsi fatentur, & idèd cæteris paribus est probabilior.

Contraria verò ratione minimè videtur probandum id, quod placet Ioanni Petro Moneta trakt. de distrib. part. 2. quest. 3. num. 33. quòd pars notabilis in Horis minoribus sit etiam illa, quæ est decima, siquidem in fructibus, & redditibus terræ, hanc Deus in veteri lege reputauit, vt sic dicam, in vltimo, & infimo gradu notabilitatis, & considerabilitatis, eamque voluit solui sub culpa mortali Leuitis, & Sacerdotibus, tanquam sufficientem pro ipsorum necessitatibus, & populo non molestam, vt notat Abulen. in cap. 23. Matth. quest. 56. Sed reuerà hoc argumentum non multum virget: pars enim decima fructuum terræ, qui colliguntur ab aliquo in annos singulos, potest esse absolute, & in se, valde magna, si fructus sint magni; & potest esse valde parua, si fructus sint parui: & in primo casu non solum decima, sed etiam vigesima potest dici notabilis, & obligare ad mortale, si esset in præcepto: & in secundo non solum decima, sed neque etiam quinta est notabilis, & non obligat ad mortale; ac percipiente si benè sumatur paritas, & proportio, etiam in Horis canonicis pars decima totius Officij benè poterit censeri notabilis: quia est pars totius magni, & pars decima vnius Horæ minoris non erit notabilis, quia est pars totius parui.

Sed in hac re non eodem modo videtur philosophandum de priuata recitatione Horarum, & de publica: quia pars illa, quæ sine notabili deordinatione, & deformitate potest omitti in recitatione priuata, non potest eodem modo omitti in recitatione publica, vt, verbi gratia, si in Vesperis non cantetur, Magnificat, aut aliquid simile, quòd à populo reputatur præcipuum: nam, sicut in Missa est multò grauius, si pauca verba omittantur ex Canone, quam si omittatur integra oratio ex collectis: ita & in Officio publico multò est grauius, & maioris scandali, & admirationis materiam præbet, si aliquid omittatur, quam si omittatur in Officio priuato, vt notat Suar. c. 13. n. 3. vbi etiam concludit, in recitatione publica etiam integrum Psalmum, si voluntariè omittatur, posse esse materiam peccati mortalis, cum tamen in recitatione priuata non sit mortale, nisi pars, quæ omittitur, sit ferè dimidia vnius Horæ minoris, vt iam retulimus.

Quod

5. In recitatione publica est peccatum mortale, si omittatur vnus integer Psalmus.

6. Sed potest & debet postea suppleri ab unoquoque.

7. Qui omittit eodē die plures Horas canonicas, solum peccat unum peccatum omissionis ex seipso.

8. Etiam si Hora, quae omittitur, sit inter se discontinua in suo ordine.

9. Potest tamen peccatum in unum esse multiplex, si autem voluntas sit unita.

10. Circa libertatem plura ratio Hora si quis non sit obligatus ad illam.

Quod si contingat, ut in Choro inadventer vnus Psalmus canetur pro alio, vel pars notabilis omittatur; satis erit deinde, si vnusquisque per se, & priuaticim id suppleat ex Nauar. de orat. c. 10. n. 58. quauis melius sit id supplere conuentualiter, & cantando in ipso Choro, si id potest fieri sine scandalo, vt idem subdit.

Neque ex eo, quod quis omittat plures Horas canonicas eodem die, dicendus est, verē committere plura peccata omissionis externae, & consummatae; sed vnum tantum, vt notat Nauar. de orat. cap. 7. num. 6. Suar. de Horis canon. cap. 25. num. 18. Azor. lib. 10. cap. 7. quest. 4. Vasq. Opusculo de benef. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 5. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 5. puncto 1. num. 6. & seqq. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 12. & Canonistae communiter apud Nauar. loco cit. quauis oppositum asserat Tab. verb. Hora, quest. 18. & id magis probet etiam Less. lib. 2. cap. 37. num. 53, quia praecipua de singulis Horis sunt verē distincta, & plura, saltem virtualiter; & tam observationes, quam transgressiones illorum possunt ab iniunctis separari; & idē sicut facit plures actus virtutis, qui recitat distinctis temporibus plures Horas; ita & facit plura peccata, qui illas omittit. Et sicut praecipuum, verbi gratia, de Completorio, non est idem cum praecipuo de Laudibus, & solum impletur per recitationem Completorii, non autem per recitationem Laudum: ita & ommissio Completorii non potest esse eadem cum omissione Laudum; & per consequens neque potest esse idem peccatum. Sed contra est: quia singulae Horae sunt obiecta solum partialia, non autem totalia, quae necessarium tribuant distinctionem numericam peccatis externis, vt alibi diximus, dum ageremus de vitio, & peccatis in vniuersum: verē enim coalescunt simul omnes in vnum Officium, quod praecipitur, vt quid totum, & per se, & in ordine, ad quod praecipitur singulae Horae, tanquam partes, & illius transgressio solum consummatur in extrema parte diei naturalis, quando amplius non potest totum persolui. Idque est verum, non solum quando Horae, quae omittuntur, sunt sibi proximae in suo ordine, vt, si quis, vt bi gratia, omittat Primam, & Tertiam: sed etiam quando sunt discontinuae, & separatae vt si omittat Primam, & Vesperas: nam, sicut, si in fine diei naturalis, vel quauis alia illius parte, eas simul persolueret, verē satisfaceret, cum praecipitur substantia non sit, vt dicantur diuisim, & discontinuae; sed absolute, vt dicantur: ita & peccatum omissionis externae tunc solum peccat, quando absolute omittitur; non autem quando omittit temporibus discontinuis; quod signum est etiam, omissiones vtriusque esse tantum partiales, & simul quasi componere vnum omissionem totalem, vt notat Suar. cap. 25. cit. num. 20.

Dixi autem, eum, qui omittit solum peccare vno peccato omissionis externae: quia non loquor de peccato interno, quod potest esse multiplex, pro multiplicitate intentionum actuum, quos quisque elicit modò volens omitte hanc Horam, & modò illam, vt bene explicat Bonac. loc. cit. n. 7. & non est dubium, quod hi omnes sunt exprimendi in Confessione vt in eadem subdit num. 9.

Et circa huiusmodi vitium omissionis externae id potest ad id ex eod. Suar. 25. cit. n. 18. quod probabile est, debere in Confessione manifestari hanc circumstantiam, quauis solum materiale, quod Hora non illa fuerint plures; neque esse satis, si solum dicatur: peccavi grauitate contra praecipuum de Horis canonicis, siquidem ex communiore, & veriore sententia etiam illa circumstantia sunt mani-

festandae, quae notabiliter aggraunt in eadem specie, qualis est in casu praesenti, quod Hora omittatur plures, & maiores.

Et quod diximus de vnitatem omissionis externae, quando omittuntur plures Horae inter se, & in suo ordine discontinuae, & separatae, idem est dicendum de omissione plurium partium minorum diuersarum Horarum: vt, si quis, v.g. sciens, & prudens omittat vnum Psalmum ex Prima, & vnum ex Sexta, & ex Vesperis, &c. quauis enim vnus Psalmus per se non sit pars notabilis suae Horae; plures tamen etiam diuisim omitti in pluribus Horis sunt pars notabilis totius Officij, & inter se vniuntur in ratione vnus peccati mortalis contra praecipuum de toto Officio: & sicut, qui aduertenter laborat pluries ad modicum tempus in eodem die festo; vel aduertenter comedit pluries aliquid modicum in eodem die ieiunij; peccat mortaliter, quia partes temporis, quibus laborat, moraliter continuantur in vnam partem notabilem diei festi; & modicae comestiones in die ieiunij moraliter vniuntur in vnam comestionem, & refectonem notabilem, & simul faciunt transgressonem notabilem sui praecipiti: ita & qui aduertenter omittit pluries vnum Psalmum, vel aliquid modicum in eodem Officio, peccat mortaliter; & plures illae omissiones modicae moraliter vniuntur in vnam omissionem notabilem vnus Officij, vt patet ex dictis alibi de vnitatem numerica peccatorum, lib. 2. disp. 21. & seqq.

Imò hoc idem potest contingere etiam in partibus minimis quales sunt, v.g. singuli versus, vel etiam singula verba, si quis aduertenter omittat plures singulos versus, aut eos dimidiet prima tantum, & vltima verba proferendo; non autem media, vel similiter si abscindat, & mutilet sapius verba, primas tantum, & vltimas syllabas formado, & medias syncopando: hic enim non leue peccatum committit ex Bellarm. lib. 1. de bonis operibus, cap. 18. sub init. tom. 4. & moraliter peccat, & non satisfacit suae obligationi ex Nau. in Man. c. 25. n. 98. & Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 17. & Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quest. 3. puncto 2. num. 1. & 2. tom. 1. & omnibus communiter apud ipsum: quia Clementina 1. de celebrat. Missae, & cap. Dolentes, eodem titulo, grauitate reprehenduntur, qui continua syncopa Matutinum transcurrunt; idque prohibetur sub pena suspensionis, & districte praecipitur in virtute obedientiae, vt diuinum Officium, nocturnum pariter, & diurnum, studiosè, & deuotè ab omnibus celebraretur, id est, vt non praedicamus verba dimidia; non integra transliamus; non fractis, & remissis vocibus muliebre quiddam balba de nare sonemus; sed virili, vt dignum est, aff. Et, & sonitu verba Sancti Spiritus depromamus, vt habet S. Bernardus Serm. 47. in Cant. & apud Bellarm. loc. cit. Rectè tamen monet Bonac. n. 2. cit. Azor. lib. 10. cap. 7. qu. 11. Less. lib. 2. cap. 37. n. 56. id solum intelligi de iis, qui versus, aut verba dimidiant, non ex balbutie, aut ex praecipitancia lingua, vel ex consuetudine, quae in naturam sit versa; sed ex vitio, & culpa voluntaria. Et n. 4. si mutilatio verborum sit tantummodo quoad vltimas syllabas, non esse culpam, nisi veniale, dummodo saluetur integra significatio, vt etiam communiter dicitur in formis Sacramentorum: & in casu praesenti notat Azor. lib. 10. c. 7. qu. 11. cit. & Less. lib. 2. cap. 37. n. 56. & Barbosa in cap. Dolentes, n. 11. de celeb. Missae, & omnes communiter apud Bonac. cit. num. 4. cit.

Non est tamen contra integritatem Horarum canonicarum, si quis alternis versibus cum socio recitet, dummodo audiat, quod recitatur à socio

11. Si plures omittantur pars modica, v. g. vnus Psalmus in pluribus Horis, quomodo peccatur mortaliter.

12. Si versus, aut verba singula mutilentur, potest esse peccatum mortale.

13. Nisi sit mutilatio verborum sit tantum quoad vltimas syllabas, & illorum significatio maneat integra.

14. Non est contra integritatem Horarum canonicarum, si quis alternis versibus cum socio recitet, dummodo audiat, quod recitatur à socio

15. Qui fuerint primi ad hoc recitandum cum socio.

15. Qui fuerint primi ad hoc recitandum cum socio.

16. In recitatione cum socio debet socius audire socium.

nam, sicut societas aliorum bonorum hoc habet ex propria ratione, vt bona ipsa, super quibus contrahitur, euadant communia vtrique socio, L. 1. §. in societate, ff. pro socio, ita & societas in recitando Officio, recitationem, seu partem vnus facit communem etiam alteri; & sic vtrique censetur integrè recitare. Vnde & in Concilio Baileensi sess. 21. §. 4. expressè dicitur, quod sit in potestate cuiusque, vt quando recitat extra Chorum, recitet solus, vel associatus: & cap. Quod in te de poenit. & remiss. etiam pro tempore interdicti localis generalis conceditur, vt in Ecclesiis conuentualibus recitent duo simul, aut tres. Et quemadmodum recitatio publica, & in Choro iam communiter fit alternis versibus, Ecclesia sic permittente, vt diuina Officia persoluantur cum minore fatigatione, & attentius, & deuotius: ita & potest alternis fieri recitatio priuata, quae subrogatur in locum publicae: & iam est sic inductum per totam Ecclesiam; & nullus est ex Doctoribus, qui improbet talem consuetudinem, vt videre est apud Nauar. de orat. cap. 10. n. 16. Suar. de Hor. can. cap. 25. num. 1. & seqq. Azor. lib. 10. cap. 7. quest. 5. Less. lib. 2. cap. 37. n. 52. Reginal. lib. 18. n. 58. Bonac. de Hor. can. disp. 1. quest. 3. puncto 2. num. 5. qui Doctores etiam asserunt, dictam consuetudinem fuisse primò inductam in Ecclesia Antiochena à S. Ignatio, illius Episcopo, & Martyre gloriosissimo; & inde paulatim dimanasse in totum Orientem, eique causam dedisse visionem, quam habuit idem S. Ignatius, teste Socrate lib. 6. Hist. cap. 8. & Nicephoro lib. 13. cap. 8. quod Angeli Sanctissimam Trinitatem aduocauit, id est, alternis vocibus collaudarent, prout, nimirum, habetur Isaia 6. & Apoc. 4. Et Seraphim, & quatuor animalia clamabant alter ad alterum, & non habebant requiem die, ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et deinde in Ecclesia Mediolanensem eundem modum psallendi, aut canendi alternis induxit S. Ambrosius, teste S. Augustino lib. 9. Confess. cap. 6. §. 7. & Hieronymo lib. 1. de Offic. eccles. cap. 7. eumque postea sunt secutae etiam reliquae Ecclesiae ex praecipuo S. Damasi Papae, vt est apud Platinum in eius Vita, & apud Nauar. de orat. cap. 10. num. 17. siquidem statuit, vt in Ecclesia Psalms canerentur alternatim ab omnibus, sicut olim fiebat, vt etiam nunc faciunt Iudaei in suis Synagogis; neque totus recitaretur, vel caneretur tantum ab vno, audientibus aliis, sicut olim faciebant Monachi Aegypti ex Cassiano lib. 2. de instit. renouantium, cap. 11. Et tandem ex hac recitatione publica sic instituta, & inducta per Ecclesias, facta est extensio eiusdem alternationis, etiam ad recitationem priuatam.

Dixi autem, recitationem, quae fit cum socio alternis versibus, non esse contra integritatem Officij, si socius audiat partem socij; quia societas recitationis solum initur quoad recitationem audibilem; eiusque communicatio solum completur per auditionem: & idē si pars, quam recitat socius, non audiat ab altero, vt certe non auditur, quando socius suam partem submissè recitat, non fit illi communis. Et quemadmodum, si vterque recitaret ita submissè, vt non audiret se inuicem, verè societas ex parte vtriusque esset nulla, & perinde esset, ac si vterque recitaret solus, & per se suam medietatem independentem à socio: ita & si tantummodo alter submissè recitet, verè societas ex parte illius est nulla, nec suam recitationem communicat alteri; sed sibi retinet totam, quauis nulliter, & inutiliter. Atque hoc modo, qui adhibet socium, eumque audit; sed ipse per se

submissè recitat, & non auditur à socio, integrè recitat, quantum est ex se, & obligationi satisfacit, cum per se recitet suos versus, & per auditionem communicet in versibus socij, quauis non vicissim communicet socius in versibus illius, dum illos non audit; atque ita socius non satisfaciat ex parte sua, si alioqui tenetur, vt notat Suar. de Horis can. c. 12. num. 6. & 7. Bonac. quest. 3. puncto 2. cit. num. 16. & alij apud ipsum. Et hinc etiam fit, vt neque satisfaciat, qui non sinit socium benè absolueri suos versus; sed eum praerterit, & praerterit quoad versus sequentes; quos ipse recitat: nam partes illas, quas praerterit, & non sinit à socio benè absolui, reuerà non audit; & idē in illis non communicat: proinde si mnter sint, non satisfacit, vt notat Tolet. lib. 2. cap. 13. num. 6. & plures alij apud Bonac. puncto 2. cit. num. 3.

Non tamen est necessarium, vt socius, qui assumitur ad recitandum, sit obligatus etiam ipse ad Horas canonicas: quia communiter in Choro adhibentur Cantores, viri soluti; & extra Chorum sepius adhibentur famuli, vel alij familiares; neque vlla habetur ratio de illorum obligatione: & dummodo is, qui tenetur per se, recitet vnam partem, & alteram audiat, satis vtraque facit suam, & satis integrè recitat, sicut socius, cum quo recitat, tenetur, siue non, vt bene notat Azor. lib. 10. cap. 7. quest. 6. & alij communiter apud Bonac. disp. 1. quest. 3. puncto 2. num. 6. Imò neque etiam tenetur sub mortali huiusmodi socius habere attentionem ad versus, quos recitat, vt notat Suarius c. 25. n. 2. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. n. 8. Bonac. n. 6. cit. & alij apud ipsum: quia neque ipse se obligat quasi ex voto ad attendendum, dum se adiungit socium alteri; neque Ecclesia talem obligationem illi imponit; neque consequitur quasi ex natura rei per hoc, quod alterum adiunget; sed ille per se satisfacit, dum orat, non modò suam partem, quam recitat; sed etiam partem, quam audit; siue illa sit etiam oratio ex parte socij, & ratione internae attentionis, & intentionis, quam ille habet; siue non, cum is, qui tenetur, non communicet parti alterius ratione actus interni; sed solum ratione externi, quem ipse audit, & quem supponit etiam prouenire ex actu interno; & reuerà huiusmodi socius, si nullo modo attendat, solum peccabit venialiter, in quantum carebit illa attentione, quam requirit omnis oratio etiam voluntariè, & sponte suscepta, & sine vlla obligatione.

Quod si contingat, vt socij, qui recitant alternis versibus, sint plures duobus, non debet vnus recitare vnum versum, & alter alterum, & tertius tertium; sed simul omnes debent facere duos tantum Chores, & vnusquisque debet per se recitare dimidiam partem Psalmorum, & alteram dimidiam audire ab aliis, vel saltem ab vno aliorum. Ita Sylu. verb. Hora, quest. 7. Nauar. de orat. cap. 10. num. 17. Azor. lib. 10. cap. 7. quest. 7. 8. & 9. Suar. de Horis can. cap. 25. num. 3. Reginal. lib. 18. num. 158. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 8. cit. Bonac. quest. 3. puncto 2. cit. num. 9. & 10. & habetur expressè ex Clemente Papa lib. 8. Constit. cap. 34. vbi de iis, qui ad Horas canonicas non conueniunt ad Ecclesiam, dicitur, quod priuatim psallant, canant, & orent, saltem duo simul, aut tres. Et pro tempore interdicti localis generalis idem habetur cap. Quod in te de poenit. & remiss. & fusè explicat idem Suar. tom. 5. de censuris, disp. 34. sect. 3. num. 10. & seqq. Et ratio est: quia hic est usus, & praxis Ecclesiae, vt in recitatione priuata imitemur recitationem publicam, quae fit in Choro.

17. Et idē debet etiam sinit, ut ille benè absoluat suos versus.

18. In socium potest assumi etiam is, qui alioqui non tenetur ad Horas canonicas.

19. Et is, qui tenetur, verè satisfacit, & etiam socius non attendat.

20. Si socij sint plures duobus, non debet simul facere nisi duos Chores.

21. Quando recitatur cum socio, non est necessarium, ut Lektionen, Capitula, & Orationes dicantur alternis.

22. Etiam Antiphona, Responsoria, & Versus possunt dici alternis.

23. Si organum in Choro adhibetur, debet per aliquem suppleri illa, qua dicuntur ab organo.

24. Vtrum illi, qui pulant organa, vel aliquid faciunt pro seruitio Chori, teneantur aliquid repetere.

Dixi verò, vnuqueneque debere per se recitare dimidiam partem Psalmorum: quia Lektionen, Capitula, & Orationes satis est, si vnus tantum recitet, & alij audiant. Et quanuis æquum sit, vt etiam alij Lektionen legât per vices suas, id tamen non est necessarium, cum multi in Choro perfectè satisfaciât, etiam si nullam recitent, & perinde esset, si omnes audirent tantum ab vno, atque si audiant à pluribus singillatim legentibus, cum nulla sit lex, quæ id prohibeat, vt notat Suar. cap. 25. cit. n. 4. Qui etiam addit, alternationem, quæ seruatur in Psalmis, posse seruari etiam in Antiphonis, & Responsorijs, usque omnibus, quæ dicuntur alta voce; neque vnquam esse necessarium, vt vterque Chorus, vel vterque socius simul iungatur, & simul recitent, nisi in iis, quæ dicuntur secretò, in quibus alter nõ potest audire alterum; & idè tenetur vnusquisque dicere totum; id quæ est verius, quàm quod habet Rosella apud Sylu. verb. Hora, q. 7. cit. & quidam alij Sumistæ, qui contendunt, in recitatione priuata Antiphonas esse dicendas simul ab vtroque socio, sicut dicuntur in Choro. Contra enim est communior vsus iam indutus, vt vnus dicat Antiphonam, postquam alter finit Psalmum, & vnus rursus Antiphonam inchoet pro Psalmo sequenti; & sic etiam Antiphonæ, quoad huiusmodi alternationem, se habeant sicut versus, vt notat etiã Sylu. verb. Hora, q. 7. cit. & Nau. de orat. c. 10. n. 16. & 17. vbi id extendit etiã ad Responsoria, & ad versiculos, vt facit Bonac. punct. 2. cit. n. 1. & 22.

Quod si in Choro adhibetur organum, & per illud dicantur, v.g. Antiphonæ, aut Versus alicuius Psalmi, vel Hymni, debet à Choro, vel à singulis, & ab vnoquoque per se suppleri illa, quæ dicuntur ab organo: quia organum verè non dicit, neque orat vocaliter; idè cum illo non communicatur sufficienter in oratione vocali: sed necessarium est, vt saltem aliquis alta voce illa eadem repetat; & sic cum illo communicent alij omnes, qui audiant, vt notat Suar. de Horis can. c. 5. n. 7. & alij apud Bonac. puncto 2. cit. n. 12. Et ad vitandum hoc inconueniens de non communicando in oratione cù solo organo, optimum est, vt simul cum organo adiungatur canorus aliquis vocis, qui semper exprimat eam partem, quam dicit organum, & qui ab alijs possit audiri, vt subdit Suar. loc. cit. & alij apud Bonac. n. 13. Negat tamen id totum Sanchez lib. 7. consil. moral. c. 2. dub. 16. vbi ex sententia aliquorum Magistrorum affirmat, sonum ipsius organorum accipi ab Ecclesia loco vocum, & tanquam partem diuini Officij; & idè non esse, quod suppleatur. Sed negari nõ potest, quin oppositum sit tutius, & probabilius, cum ex nullo capite conset de hac acceptatione Ecclesiæ.

Vtrum autem ceteri debeant satisfacere obligationi Horarum canonicarum illi ipsi, qui pulant organa, aut libros parant, & huc illuc transferunt, vel thurificant, vel quid aliud faciunt pro seruitio Chori, & pro solennitate, & celebritate Officij, non constat inter Doctores. Affirmat Petrus de Arag. 2. 2. quest. 83. art. 1. 2. in fine, Azor. lib. 10. cap. 13. quest. 20. Reginal. lib. 19. num. 160. in fine, & n. 188. Sor. lib. 10. de iust. q. 15. art. 3. §. Pari modo. Layman lib. 4. tract. 1. c. 5. n. 7. §. Simile dubium est. Henricus quodlib. 1. q. 29. Sylu. verb. Hora, q. 12. Innoc. in c. Dolentes. de celebr. Miss. Nau. de orat. c. 11. n. 36. Suar. de Horis can. c. 14. n. 9. Sanchez lib. 7. consil. c. 2. dub. 16. cit. concord. 1. & multi alij iuniores docti; vt ipse loquitur; quia pro illis, qui hoc modo sunt occupati in seruitium Chori, Chorus ipse satis supplet, & ipse tanquam membrum, & pars Chori satis orat cum ipso corpore, eiusque orationi suo modo cooperatur; & Ecclesia has omnes occupationes acceptat loco

cantus, & loco officij. Et quemadmodum qui Sacro inferuiunt, & coguntur discedere, v.g. vt ferant hostiam, vinum, thuribulum, aut aliquid simile penur de illis id reputatur, ac si Sacro coactu intenteuissent, & verè satisfaciunt præcepto de audiendo Sacro, neque tenentur quicquam repetere, vel iterum audire, vt notat Suar. n. 9. cit. & Tolet. lib. 6. c. 7. n. 2. ex S. Anthon. part. 2. tit. 9. c. 10. §. 1. Sylu. verb. Ad 1. ff. 2. §. 1. & alii: ita & qui seruiunt Choro, & coguntur seniel, aut sapius ab illo discedere pro illius seruitio, ceteri debent satisfacere præcepto, & obligationi Chori, perinde ac si continuè illi intenteuissent. Contra verò id negat Nauar. de orat. c. 10. n. 70. & c. 11. n. 37. Vasq. Opusculo de benef. c. 4. §. 1. art. 3. dub. 6. num. 111. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 3. puncto 1. §. 1. n. 13. & alij apud ipsum, qui asserunt, huiusmodi occupatos in seruitio Chori, satisfacere quidem obligationi ipsius Chori; & idè lucrari distributiones, perinde ac si semper interfuissent, & cantassent simul cum alijs; non tamen satisfacere obligationi Horarum canonicarum, nisi fortè in iis, qui tenentur ratione professionis religiosæ, sic habeat consuetudo alicuius Religionis; & qui tenentur ratione beneficij per se, & priuatim simul recitent suam partem, & attendant ad partem Chori, etiam dum transferunt libros, aut thurificant, vel pulant organa, & alioqui tenentur etiam ipsos extra Chorum repetere partem illam, quam omiserunt in Choro. Et negari nõ potest, quin hoc fit tutius, & probabilius: siquidem ex cap. Dolentes, & Clementina 1. de celebr. Miss. omnes tenentur studiosè, & deuotè Officium recitare; nec recitat is, qui verba non profert, & non attendit ad eos, qui profertur. Et quemadmodum secundum Iura, non dicitur aliquid facere cum aliquo is, qui non intelligit id, quod fit coram illo, vt, v.g. si sit furiosus, aut infans, aut dormiat. L. Cum Titio, ff. de verb. signif. ita nec potest dici recitare Officium simul cum Choro is, qui ad Chorum non attendit; sed animo, & corpore totus est in alio seruitio Chori. Vnde & Sotus lib. 10. quest. 5. art. 3. cit. §. Pari modo, de illo, qui pulat organa, expressè fateatur, nescire se, vtrum teneatur postea Officium dicere: & Nau. cap. 10. num. 70. solum in eo casu admitit, quod qui sunt occupati in seruitio Chori, non tenentur repetere id, quod omittunt, quando occupatio ad illos pertinet ex officio, & non potuerunt illi satisfacere ante tempus Officij; & mora, quam in illis impendunt, est solum breuis: & solum cum his conditionibus ait, esse intelligendum id, quod postea docet cap. 11. n. 36. quod non teneantur repetere: imò & ibidem n. 37. subdit, quod qui dum alij cantant, præuidet Lektionem, quam ipse postea debet recitare, & quam scire debebat sui muneris esse futuram; omninò tenetur postea repetere, & supplet totum id, quod omisit; quanuis non peccauerit, Officium Chori interrumpendo, neque amiserit aliquid de distributionibus: si quis tamen propter auctoritatem Doctorum, qui absolunt negant, esse aliquid repetendum de necessitate, nihil repeteret, non esset propterea damnandus peccati: siquidem esset secutus opinionem probabilem.

Atque hoc, quod diximus de recitatione Officij alternis versibus, & de illius integritate, quæ non tollitur per huiusmodi alternationem, debet intelligi etiam de alijs precationibus, quæ habent plures versus, vt sunt, v.g. Officium Beatissimæ Virginis, aut Defunctorum, vel Psalmi pœnitentiales, Graduales, &c. & in quibus vnus aliquis est sapius repetendum, vt est Rosarium, & Corona B. Virginis, & Litanix: hæc enim omnia licitè possunt dici alternis, & cum socio, non solum quando dicuntur

25. Non solum Hora canonice, sed etiam alia precatiões possunt dici alternis.

26. Ad integritatem diuini Officij communiter non pertinet alia precatiões.

27. Pertinet ad Officij Defunctorum, & Litanias cum precibus, vt caris diebus.

28. Et si omittantur, peccatur mortaliter, & sunt

ex libera deuotione; sed etiam quando dicuntur ex voto, aut ex pœnitentia sacramentali iniuncta, vel ex quacunque alia obligatione, vt notat Nauar. de oratione, cap. 10. n. 19. Azor. lib. 10. cap. 7. quest. 10. Less. lib. 2. c. 37. n. 52. §. Et licet tamen aduerie. Suar. de Horis canon. cap. 9. n. 15. Layman lib. 4. tract. 1. c. 5. n. 8. Bonac. disp. 1. q. 3. puncto 2. §. 1. n. 7. nam valde rationabiliter interpretatur omnem huiusmodi obligationem non plus obligare, quàm obligent Horæ canonicæ: & ex Clemete Romano lib. 4. c. 34. optimè orant fideles, quando orant simul duo, vel tres, iuxta illud Christi Domini: *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.* Et certum est, quod quando orant alternis, orant simul duo, vel tres; & idè non est dubitandum, quod optimè orant, & obligationi satisfaciunt.

Denique ad integritatè diuini Officij, prout persoluitur extra Chorum, communiter non pertinet Officium B. Virginis, aut Defunctorum, vel Psalmi pœnitentiales, aut Graduales: non solum enim non pertinent ad Horas canonicas, tanquam illarum pars integralis, aut tanquam Horæ per se integre & totales, vt supra diximus; sed neque etiam continent vllum peccatum, aut peccati periculum, si ordinariè omittantur, vt patet ex Bulla Pij V. in qua propter eas occupationes, quæ communiter multis incumbunt, remouet omnem obligationem, & omne periculum peccati; & solum hortatur, vt ab vnoquoque dicantur ex libera deuotione: & ad hunc finem pro Officio B. Virginis, aut Defunctorum relaxat centum dies de pœnitentijs iniunctis; & pro Psalmis pœnitentialibus, aut Gradualibus, quinquaginta. Et quauis id concedat sine præiudicio sanctæ consuetudinis earum Ecclesiarum, in quibus Officium B. Virginis dici consueuerat; & licitè potuerint aliquæ Ecclesiæ retinere etiam alias consuetudines de Officio Defunctorum, & de Psalmis pœnitentialibus, aut Gradualibus; non tamen propterea dici debent teneri ad hæc omnia Clerici illarum Ecclesiarum, quoad priuatim recitant, cum sola deuotio Capituli, & Cleri nõ possit imponere obligationem singulis, quoad priuatim recitationem, vt notat Suar. de Horis can. c. 25. n. 8. Azor. lib. 10. c. 16. q. 3. & omnes communiter apud Bon. disp. 1. q. 3. puncto 1. n. 12. tom. 1. & rectè id colligitur ex verbis Bullæ Pij V. in quibus expressè habetur, quod Officium B. Virginis liberè potest omitti, dummodo id fiat sine præiudicio sanctæ consuetudinis certarum Ecclesiarum: quia enim huiusmodi consuetudo communiter solum est, quoad recitationem publicam, & in Choro; eique nullo modo præiudicatur per recitationem priuatam; liberè, & sine peccato potest omitti dictum Officium ab vnoquoque in recitatione priuata.

Dixi autem, si ordinariè omittantur: quia ad Officium Defunctorum nouem tenentur in die anniuersario ipsorum, 2. Nouemb. & ad Litanias cum precibus in die S. Marci, & in triduo Rogationum, vt specialiter præcipitur in certis Rubricis pro dictis diebus. Et quod in Bulla Pij V. non fiat mentio Litaniarum, prout debent seorsum dici à septè Psalmis pœnitentialibus, id solum est, quia comuniter non dicuntur nisi cum Psalmis pœnitentialibus; & idè nõ debuit de illis præcipi per leges, aut regulas generales; sed satis fuit, si suis locis, & pro certis diebus de illis præciperetur per Rubricas, & regulas speciales; cum præsertim satis præcipiantur, etiã in Iure communi, c. Rogationes, de consecrat. dist. 3. & in eius decreti observatione emanarint postea speciales Rubricæ iam dictæ, vt qui non intersunt publicis, & solennibus Litanis, dicant illas priuatim post Laudes; eiusque præcepti tanta est obligatio, vt non so-

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

lùm peccent mortaliter, qui illas omittunt, sed etiã teneantur pro rata restituere fructus suorum beneficiorum, sicut teneantur, si omittentur aliam partem notabilem, vt notat Bon. punct. 1. cit. n. 12. de Officio Defunctor. & n. 13. de Litanis contra Carolum Macignum, qui asseruit, Litanias non esse dicendas ex præcepto. Et pro hac obligatione restituendi facit Conc. Lateranense, & Bulla Pij V. qui eos omnes dicit teneri ad restitutionem; qui omittunt diuinam Officium; non autem exprimit specialius, quod omittant Horas canonicas: quia enim Officium Defunctorum, & Litanix cum precibus, pro certis diebus sunt pars diuini Officij, & pertinent ad illius integritatem, vt diximus; merito obligant ad fructus pro rata restituendos, si omittantur.

In iis verò locis, in quibus Breuiarium Pij V. non est receptum, seruanda est, quoad hæc omnia, propria consuetudo, quæ in iis viget, cum vnusquisque debeat sequi proprium modum suæ Ecclesiæ, vt supra diximus.

Siue autem Litanix, & Officium Defunctorum, & Horæ canonicæ dicantur publicè, & in Choro; siue priuatim cum vno socio, vel etiã per se, & sine socio; & siue adsint plures alij, qui audiant, siue non adsint; nunquam est omittenda, saltem à Sacerdote; aut à Episcopo salutatio illa ad populum: *Dominus vobiscum.* quia intelligitur fieri ad totam Ecclesiam, prout dicit multitudinem fidelium; & præcipue illam, cui inseruit, qui Officium recitat; & hæc moraliter cõsetur semper adesse, cum eius nomine, & pro ipsa Officium recitetur, & sic habet communis vsus: & etiã in Missa, quando dicitur priuatim, & secretò, adhibetur eadè salutatio; & præterea dicitur, *Orate, Fratres. &, Gratias agamus. & Benedicamus Domino.* quasi ad plures dirigatur locutio; & in *Memento* commendantur omnes circumstantes, etiam si actualiter nulli sint; & pro ipsis dicitur Sacrificij offerri, vel etiam ipsimet illud offerre pro se, & pro suis, vt bene notat Nau. de orat. c. 22. n. 86. Atque hoc est multò verius, quàm oppositum, quod docet Durantus in *Ration. diuin. Officij.* lib. 4. c. 14. & alij qui apud Nau. *ibidem.* Neque vget, quod pluralis locutio requirit ad minimum duos, c. *Pluralis.* de reg. iur. in 6. & idè ex decreto Sotheris Papæ, c. *Hoc quoque de consecr. dist. 1.* Missarum solennia celebrari non possunt, nisi saltem duobus presentibus, quos salutat Sacerdos, dum dicit: *Dominus vobiscum.* & qui vicissim respondeant, eumque resalutent: *Et cum Spiritu tuo.* Contra enim est: quia, vt diximus, semper censetur ipsa Ecclesia, & multitudo fidelium moraliter adesse; & ad illam rectè dirigitur pluralis locutio; & hæc in Missa priuata repræsentatur etiã per vnicum Ministrum, qui eius nomine resalutat: *Et cum Spiritu tuo.* & similiter responder per locutionem pluralem: *Habemus ad Dominum.* vt bene notat S. Th. 3. part. quest. 83. artic. 5. ad 12. & decretum Sotheris solum est de Missa solenni; non autem de priuata, vt notant *ibi* Glossa, & S. Thomas loco citato: & quatenus ipsius ratio de salutatione, & locutione plurali equaliter valet etiam in Missa priuata, rectè soluitur per presentiam moralem ipsius Ecclesiæ, cuius personam gerit sufficienter vnus Minister, qui etiam ex persona illius responder pluraliter celebranti; sicut & pluraliter illum alloquitur, & salutat ipse celebrans. Et pro officio, & Horis canonicis neque etiam hic requiritur, quando aliquis recitat solus, cum possit etiam ipse, dum recitat, repræsentare duplicem personam, id est, Sacerdotis, & Ministri, nomine publico Deum orantis, atque laudantis; & Ecclesiæ, pro qua orat, & laudat. Vnde & Pius V. in *reforma-*

pro rata restituendi fructus beneficiorum.

29. In recitatione priuata, & sine socio, non debet omitti salutatio ad populum: Dominus vobiscum.

D D d

15000

sione Breviarij, tam in recitatione publica, quam in priuata semper posuit dictam salutationem pluralem, neque posuit ullam variationem: & in formula gratiarum actionis post Missam, quæ communiter ab vnoquoque dicitur secretò, & sine socio, expressè illam adiunxit. Imò & in Rubricis generalibus, cap. de Prima, num. 2. expressè monet, quòd quando aliquis solus recitat, semel tantum dicit, Confiteor, tam ad Primam, quam ad Completorium; & omittit verba illa, vobis, Fratres; & vos Fratres; vel, sibi, Pater, & te, Pater: & tamen cap. De orat. num. 30. monet, quòd quando aliquis recitat solus, semper dicit ante orationem: Dominus vobiscum. & semper respondetur: Et cum Spiritu suo. Idque solum ab eo, qui est saltem in ordine Diaconatus: & si sit presens Sacerdos, solum de illius licentia: quia, nimirum, maioris momenti est salutio illa precatoria diuini auxilij, & diuinæ assistentiæ ad Ecclesiam, & ad fideles, quæ sit per, Dominus vobiscum; quam simplex compellatio Fratrum in Confessione generali: & idèd hæc secundam rubricas potest omitti, quando aliquis recitat solus, non autem illa.

DISPUTATIO XXXIV.

Qua voce sint persoluedæ Horæ canonicæ, tam in Choro, quam extra Chorum.

- 1. Hora canonica in Choro sunt persoluedæ alta voce.
2. Qui interest Choro, & non canit alta voce, non satisfacit obligationi Chori.
3. Neque lucratur distributiones pro ea parte, quæ respondet cantui.
4. Non autem amittit omnes simpliciter.
5. Sed licet potest recipere illarum medietatem pro ipsa presentia, quam habet ad Chorum.
6. Et si ex fundatione, statuto, aut consuetudine aliqui Ecclesie, non teneatur nisi ad presentiam Chori, potest licet recipere omnes.
7. Qui tenetur ad Chorum, & non cantat, peccat mortaliter ex suo genere contra iustitiam.
8. Quomodo possit vnus inferuire pro alio.
9. Canonici ex propria institutione teneantur non solum interesse Choro, sed etiam per se ipsos cantare.
10. Etiam Missa coram aliis est dicenda cum voce.
11. Nec verba consecrationis sunt proferenda cum magno conatu, & magna aspiratione, vel cum magna mora.
12. Si Officium recitetur extra Chorum, & cum socio, qua voce sit recitandum.
13. Si recitetur extra Chorum, & sine socio, secundum aliquos, est recitandum alta voce.
14. Sed hoc non est necessarium.
15. Qui recitat sine socio, non est necesse, ut audiat ipse se.
16. Verum licet dicere Officium mentaliter, sine prolatione verborum, & sine voce.
17. Et idem est de aliis precibus, quæ dicuntur ex voto, vel ex Pœnitentia sacramentali.

SVNVS vocis in persoluedis Horis canonicis, is est sufficiens, & necessarius, qui est communis, & conueniens fini, propter quem persoluentur; siue sint persoluedæ in Choro, & in Ecclesia, & publicè propter alios; siue priuatum, & extra Chorum cum socio, vel sine socio, nam,

si persoluantur publicè, & in Ecclesia pro deuotione, & vsu fidelium, tanta voce sunt persoluedæ, quanta est necessaria, vt ab aliis possint audiri, remotis saltem impedimentis, quæ aliquando, ex aliquo accidente possunt occurrere. Ita expressè S. Th. 2. 2. quæst. 8. art. 1. 2. & Suar. de Horis canon. cap. 7. num. 7. & Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 8. num. 5. & Nauarr. de orat. cap. 17. num. 38. & 41. & alij. Neque solum id est verum de toto Choro, qui debet sine dubio Horas canonicas altè canere; sed etiam de singulis, qui tenentur Choro adesse, & cum aliis canere, vt certè tenentur Canonici, & omnes beneficiati, qui Ecclesiæ sunt deputati, & ad quotidianum psallendi Officium debent conuenire, vt dicitur cap. Si quis Presbyter. dist. 92. & Clem. 1. de celebrat. Missæ. Vnde obligationi Chori nõ modo non satisfacit, qui interest Choro, & tantum audit cantantes alios, non autem cantat; sed neque etiã qui cantat submissè, & ab aliis audiri non potest, vt notat Bon. de Horis can. disp. 1. q. 3. puncto 2. n. 15. & 16. & disp. 2. q. 1. puncto 3. n. 5. & dicemus infra. dist. vltima, quando ageamus de recitatione in Choro, qui non cantat vilo modo; sed solum audit cantantes alios, neque etiã satisfacit obligationi Horarũ, quæ verè est de illis recitandis, saltem ex vna medietate, vt supra diximus; non autem solum de audiendis pro vtraque medietate; & qui cantat suos versus solum submissè, & non potest audiri ab aliis, eo ipso non communicat aliis suam medietatem, neque implet in Ecclesia munus psallendi, ad quod est deputatus, vt subdit Bonac. n. 17. ex Soto lib. 10. de iust. q. 5. art. 4. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 11. q. 5. Suar. de Hor. can. cap. 12. n. 8. & seqq. Reginal. lib. 18. n. 175. & aliis; & idèd non satisfacit obligationi Chori, & per consequens neque lucratur distributiones, saltem pro ea parte, quæ respondet cantui, vt probat Suar. c. 12. cit. n. 10. Rodriq. in Summa, part. 1. c. 146. n. 5. Ludouicus Beia part. 1. casuum conscientie, casu 55. §. Et sic præsuppositis. Bonac. n. 17. cit. §. Hinc sequitur. quemadmodum enim operarius, qui vocatur ad laborandum in vinea, non lucratur mercedem, nisi solum ad sit, non autem labore; & Parochus, si solum ad sit in Parochia, non autem exerceat munus parochiale, non acquirit decimas, aut proventus parochiæ: ita & Canonicus, aut beneficiatus, qui deputatur ad psallendum in Choro, non acquirit distributiones, quæ debentur psallentibus, si solum ad sit, & interest Choro, non autem psallat, suamque operam ad Officium Chori cum aliis non præstet. Atque hoc modo in Tridentino sess. 24. cap. 12. de reform. dicitur, quòd omnes, qui in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis habent dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, debent compelli obire per se diuina Officia, & in Choro ad psallendum instituto Hymnis, & Canticis Dei nomen reuenter, distinctè, & deuotè laudare: & in Bulla Pij V. Ex proximo dicitur, quòd amittat distributiones, & fructus, qui additus est Choro, & cum aliis presens adest omnibus Horis; & tamen non recitat, id est, vt aliqui interpretantur, non canit.

Dixi autem, amittere saltem eas distributiones, quæ respondent cantui: quia non defunt, qui absolute affirmant, quòd amittat omnes simpliciter, vt videre est apud Azor. part. 1. lib. 10. quæst. 5. §. Quæres. Idque putent satis clarè haberi ex Pio V. in Bulla citat. Si tamen id reputetur nimis rigorosum, & dicatur non satis fundatum in Bulla Pij V. quæ solum loquitur de eo, qui absolute non recitat, neque in Choro, neque extra Chorum, & solum est presens in Choro omnibus Horis; non autem loquitur de eo, qui non cantat, aut non psallit cum aliis,

1. Hora canonica in Choro sunt persoluedæ alta voce.
2. Qui interest Choro, & non canit alta voce, non satisfacit obligationi Chori.
3. Neque lucratur distributiones pro ea parte, quæ respondet cantui.
4. Non autem amittit omnes simpliciter.

aliis, & alioqui recitat saltem solus, & per se; si, inquam, id reputetur nimis rigorosum; illud saltem admitti debet, quòd iam diximus ex sententia aliorum, quòd amittat distributiones pro ea parte, quæ respondet cantui; non autem pro ea, quæ respondet presentie, & interest Chori: & hæc pars prudenti iudicio potest censi dimidia, vt notat Suarius cap. 12. n. 10. cit. Bonac. §. Hinc sequitur, cit. & §. Vno nonnulli, & alij apud ipsum: qua enim ratione, qui interest Choro, & non psallit, solum ex parte, & non ex toto deest suo muneris: ita & debet solum ex parte; non autem ex toto priuari illo stipendio, quòd specialiter est assignatum pro tali munere. Vnde & cap. 1. de Clericis non resident. in 6. & cap. Licet, de preben. & in Trident. sess. 24. cap. 12. cit. expressè dicitur, quòd distributiones debent recipere, qui satis horis interfuerint: neque additur, quòd iis ex toto priuetur, qui non cantauerint.

Imò hoc ipsum ex Suario ibidem, n. 11. non debet intelligi de iis Ecclesiis, quæ ex propria fundatione, aut ex peculiaribus statutis, vel consuetudinibus in aliquibus beneficiatis, verbi gratia, in Canonici non requirunt nisi presentiam ad Chorum, & ministerium cantus suppleant per alios, magis specialiter ad id deputatos: dummodo enim tales beneficiati intersint Choro, plenè, & integrè satisfaciunt suo muneris, & licet possint recipere totas, & integras distributiones, quæ in huiusmodi Ecclesiis solum sunt assignate ratione presentie; non autem ratione cantus, vt etiam notat Caiet. in Summa, verb. Hora canonica, in fine. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 6. Petr. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 2. num. 217. Less. lib. 2. cap. 34. num. 185. Bonac. puncto 2. cit. num. 18. Quanquam ex Bulla Pij V. cit. etiam hi amittant simul distributiones omnes, & fructus suorum beneficiorum, si absolute Horas non recitent, saltem priuati; & in poenam huiusmodi omissionis etiam amittant stipendium, quòd alioqui est debitum soli presentie, vel interest Chori. Et quòd dicimus, posse Canonicos licet recipere omnes distributiones, si Choro intersint, & ex consuetudine, vel statuto suæ Ecclesie non teneantur cantare, intelligi debet etiam de quouis alio impedimento, quo legitime impediuntur à cantu, vt, verbi gratia, si aliquando, propter loci obscuritatem, non bene videant, nec possint legere; vel, si Chorus, dum cantat, nimis properet. nec illum possint assequi, &c. Et potiori ratione id est verum, si impedimentum cantus sit quasi habituale, & permanens, vt, verbi gratia, si Canonicus euaserit cæcus, & similiter non possit legere, nec memoriter teneat, quòd alij legunt, & cantant; vel si sit surdus, aut surdaster, & simpliciter non possit consonare cum aliis; cum enim in tali casu adhuc teneatur adesse Choro, & saltem facere id, quòd potest, si non potest facere id totum, quòd debet, vt specialiter de cæco, & surdo notat Suar. de Horis can. cap. 27. num. 15. & 18. & omnino per ipsum non stet, quominus cantet; non est ex vilo capite, quòd priuetur distributionibus, siue in totum, siue ex parte: siquidem non debent in damnum vocari, quæ carent culpa, cap. Agnoscentes, de consti. neque aliquis sine culpa est puniendus, cap. Sine culpa, de reg. ur. in 6.

Et quoniam hæc obligatio ad interessendum Choro, & ad psallendum, vel cantandum alta voce cum aliis, vt est communiter in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, est ex iustitia verè, & propriè communitatiua, & beneficium, quòd habet illam annexam, maxime datur propter huiusmodi Officium;

certum videtur quòd ex proprio genere sit ad mortale, vt notat Suar. de Horis canonicis, cap. 12. cit. num. 9. & idèd mortaliter peccet, non solum, qui abest à Choro; sed etiam qui non cantat, dummodo absentia, vel omisso cantus sit notabilis, vt infra dicemus. Et quòd tam obligatio ad interessendum Choro, quam ad cantandum sit ex se grauis; non solum proptè intelligitur residere, quasi in toto Capitulo, tanquam in vno corpore; sed etiam proptè residet quasi in singulis, ex eo probat Suar. num. 9. cit. quia alioqui non esset satis prouisum diuino cultui in Ecclesiis: nam, si vnusquisque particularis solum leuiter, & sub veniali teneretur adesse Choro, & cantare; non peccaret vnusquisque, nisi venialiter; si non adesset, vel non cantaret; & tamen si contingeret simul plures, aut etiam omnes nolle adesse, aut nolle cantare, omnino impeditur diuinus cultus, & diuinum Officium in Ecclesia; neque vilis esset, qui in eo impediendo peccaret mortaliter, cum sit omnium eadem ratio; neque vnus sit magis obligatus, quam alius; & omnes distributiue accepti solum sint obligati sub veniali; & tota collectio omnium non sit capax peccati, & per consequens neque obligationis sub mortali: quòd tamen inconueniens minime sequitur; si obligatio sub mortali ad Choro interessendum, & ad cantandum; dicatur esse in singulis, quasi in solidum cum aliis omnibus; & in tantum posse aliquem excusari à mortali, si forte non cantet, aut non intersit, in quantum alij pro ipso suppleant, vnde & ipsius distributiones lucrantur, vt habetur in Tridentino sess. 24. c. 12. cit.

Hoc tamen ipsum, quòd possit vnus inferuire, & suæ obligationi supplere per alium, non est admittendum pro arbitrarij; sed solum quando alius est legitime impeditus, & tunc solum per eos, qui sint eiusdem ordinis, verbi gratia, per Dignitatem, si sit supplendum pro Dignitate; vel per Canonicum, si pro Canonico, &c. vt patet ex declaratione sacræ Rituum Congregationis apud Garziam de benesic. par. 3. cap. 2. num. 496. Et si forte in aliqua Ecclesia sit decretum, aut consuetudo, vt pro libito possit vnus inferuire pro alio; tale decretum, aut consuetudo censeri debet contra Concilium; & idèd non est habenda illius ratio, vt habetur ex pluribus aliis declarationibus apud eundem Garziam cap. 2. cit. n. 498. 499. & 503.

Et quòd Canonici ex propria institutione, & ex iure communi teneantur non solum adesse Choro; sed etiam cantare sub peccato mortali; præter Suarium loco citato docent Nauar. de orat. cap. 10. n. 47. & cap. 11. num. 41. & 42. Petr. Nauar. de restit. lib. 2. cap. 1. cap. 2. num. 220. & 221. Sot. lib. 10. de iust. quæst. 5. articul. 4. circa medium. Ludouicus Beia part. 1. cap. 55. Graff. lib. 2. decis. cap. 52. num. 22. & cap. 53. n. 4. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 5. & 7. & plures alij apud Barbosam in remissionibus ad cap. 12. sess. 24. Concil. Trid. Et præter Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. cit. de reform. quòd omnes Canonici debent compelli obire diuina Officia per se ipsos, & non per substitutos, & in Choro ad psallendum instituto Hymnis, & Canticis nomen Domini reuenter, & distinctè debent laudare, facit Concilium Basileense sess. 21. §. 3. vbi dicitur, quòd Canonici, quando conueniunt gratia psallendi, labia iuncta, & clausa tenere non debent; sed omnes, & ij presertim, qui maiore funguntur onere, debent in Psalmis, Hymnis, & Canticis 1700 alacriter modulari. & Concilium Aquigranense cap. 131. vbi dicitur, quòd Canonici religiosissime in Choro standum, & psallendum est. Vnde, quòd asserit Caiet. in Sum. verb. Hora can. in fin. quòd maiores in Choro

8. Quomodo possit vnus inferuire pro alio.
9. Canonici ex propria institutione teneantur non solum interesse Choro, sed etiam per se ipsos cantare.

1. Hora canonica in Choro sunt persoluedæ alta voce.
2. Qui interest Choro, & non canit alta voce, non satisfacit obligationi Chori.
3. Neque lucratur distributiones pro ea parte, quæ respondet cantui.
4. Non autem amittit omnes simpliciter.
5. Sed licet potest recipere illarum medietatem pro ipsa presentia, quam habet ad Chorum.
6. Et si ex fundatione, statuto, aut consuetudine aliqui Ecclesie, non teneatur nisi ad presentiam Chori, potest licet recipere omnes.
7. Qui tenetur ad Chorum, & non cantat, peccat mortaliter ex suo genere contra iustitiam.
8. Quomodo possit vnus inferuire pro alio.
9. Canonici ex propria institutione teneantur non solum interesse Choro, sed etiam per se ipsos cantare.

non debent cantare; sed meditari, quæ cantantur ab inferioribus, non est admittendum, cum expresse repugnet Concilio Basileensi paulo ante citato, & ipsimet Caietano ibidem, & Opusculo septendecim responsum ad Leonem X. respons. 8. ubi expresse, & vniuersaliter asserit, quod qui in Choro suos versus non cantat, non satisfacit suæ obligationi: & denique etiam repugnet propriæ institutioni Canonicoꝝ, quæ non est ad meditandum in Choro; sed ad cantandum, vt diximus. Imò reuera neque in Summa absolute id asserit Caiet. sed solum ex suppositione consuetudinis, si alicubi est forte inducta, & obseruata per viros timoratos, vt non cantent: postquam enim ibi asseruit, quod ratio dicat, eum non satisfacere, qui in Choro suos versus sibi tantum, & submissè recitat, & versus alterius Chori solum audit; idque etiam dixit se alibi scripsisse, id est, Opusculo cit. responsione 8. subdit, quod si ipse intelligeret, viros timoratos consueuisse aliter facere, diceret, quod consuetudo est optima legum interpretis; & quod charitas, quæ omnia reddit communia, facit, vt versus auditus sit communis omnibus audientibus: idq; tanto magis, quanto maiores in Choro non debent cantare; sed meditari, quæ cantantur ab inferioribus. Ex quo contextu verborum clarè patet, quod id non asserit absolute, sed solum ex suppositione consuetudinis de non cantando, si de illa satis constet: & in hoc casu rectè monet, quod sit conueniens, vt maiores in Choro, quando non cantant, meditentur: quod sine dubio est longè diuersum ab hoc alio, quod absolute debeant meditari, & non cantare: & verbum, debet, cum non semper importet necessitatem, sed aliquando importet etiam solam decentiam, & honestatem; & solum accipiat pro verbo, potest, vt notat Gloss. in L. Creditores. verb. Debent, C. de pignor. & hypoth. & in L. Non solum. verb. Debet. ff. de operis noui nunciat. & habetur in L. Non solum. cit. §. 2. dictum Caietani hoc tantummodo est accipiendum, prout importat solam potestatem, & decentiam; non autem prout importat necessitatem.

10. Etiam Missa coram aliis est dicenda alta voce.

11. Nec verba consecrationis sunt proferenda cum magno conatu, & magna aspiratione, vel eum magna mora.

12. Si officium recitatur extra Chorum, & cum socio, quæ voce sit recitandum.

Si denique Officium sit recitandum priuatim, & extra Chorum, & sine socio, adhuc est necessaria secundum aliquos tanta vocis expressio, & contentio, vt possit audiri ab aliis, si adessent, & ardent, & non essent alia impedimenta. Ita Ioannes Medina C. de vniuersitate, quest. 7. quæ est de necessitate vocaliter orandi oratione publica: & Ledetima 2. 4. quest. 10. art. 4. quia Hora canonice ex propria institutione sunt oratio publica, & recitantur nomine publico totius Ecclesiæ; & idè debent in illis posse communicare etiam alij, & per consequens etiam alij debent illas posse audire, à quocunq; tandem Ministro publico recitentur: vnde & in Conc. Basileensi sess. 21 §. Qualiter Hora Canonica extra Chorum sint dicenda. expresse prohibetur, vt non dicantur in guttore, & inter dentes; neque deglutendo, aut syncopando: & dum Ecclesiæ præcipit orationem vocalem, omninò præcipit orationem sensibilem: neque potest impleri tale præceptum, nisi per orationem sensibilem.

13. Si recitatur extra Chorum, & sine socio, secundum aliquos ipsi dicendum alta voce.

14. Sed hoc est necessarium.

Verum id non videtur necessarium Nau. de orat. cap. 1. §. 88. §. Sexio, est eiusdem, & cap. 2. §. 1. §. Suar. de Hora canonice, cap. 7. num. 6. Azor. parte 1. lib. 10. cap. 11. quest. 4. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 8. numero. 7. Ludouico Beia part. 1. casu 55. §. Oppositum tamen. & aliis communiter, qui asserunt, satis esse, si verba quocunq; modo, ore, & labijs proferantur; & ad summum, si is, qui recitat, possit se ipse audire; non autem requiri, vt de facto audiatur, vel possit audiri ab aliis. Et sine dubio non ad hunc finem permittit Ecclesiæ recitari Officium ab vnoquoque priuatim, & sine socio, vt possit audiri ab aliis; sed solum vt vniuersique illud oret per se: & secundum communem usum totius Ecclesiæ nullus est, etiam ex pijs doctis, ac timoratis viris, qui non putet, se licitè facere, si Horas persoluat, dum est in Ecclesiâ, & interest Sacro, vel dum adsunt alij plures, qui orant priuatim; & quos ipse notabiliter perturbaret, & fastidiret, si alius obmurmuraret eorum auribus. Et qua ratione ex præscripto Breuiarij in ipsis Horis canonicis aliqua sunt, quæ dicuntur secretò, & non audiuntur ab aliis; & adhuc plura sunt huiusmodi in ipsa Missa; neque id obstat, quominus, & Hora, & Missa sint ex toto oratio publica, & persoluantur nomine publico, & in illis communicent etiam alij, qui non audiunt: ita neque obstat, si totum Officium dicatur secretò, cum præsertim nullum extet præceptum de illo altè dicendo, siue ex toto, siue ex parte; sicut est de dicenda Missa, quæ hac de causa à nullo dicitur, nisi alta voce quoad eas partes, quæ sic præcipiuntur ab omnibus dici, cum debeant saltem audiri ab ipso Ministro. Et qua ratione qui Missæ intersunt, satis communicant in orationibus, etiam secretis, cum Sacerdote, dum intendunt per ipsum orare; & dum ipse orare intendit eorum nomine: ita & communicant in Horis canonicis omnes fideles, dum intendunt illas orare per omnes Clericos, qui ad illas tenentur; & ipsi Clerici illas orant nomine omnium, & iuxta intentionem Ecclesiæ. Neque vox alta est de ratione orationis vocalis, quam Ecclesiæ præcipit: sed hæc satis habet, si fiat præscriptis, & certis verbis; non autem quibuscunq; pro libito, & arbitrato cuiusque: & cum non dirigatur ad alios, qui possint audire; sed solum ad Deum, qui bene intelligit etiam submissè loquentes; imò & muros; non est, quod necessariò requirat voces sensibiles ab iis, qui possunt edesse. Neque aliud intendit Concilium Basileense loco citato, nisi vt verba distinctè,

distinctè, & integrè proferantur; non autem deglutendo, & syncopando: & hoc solum intendit per illud, quod habet, non in guttore, & inter dentes; vt patet ex textu, & notat Nauarr. de orat. cap. 20. num. 14.

Vtrum autem ad orationem vocalem, & ad Horas canonicas, prout dicuntur priuatim, & sine socio ex præscripto Ecclesiæ, requiratur, vt is, qui dicit, se ipse audiat auribus, vel saltem vt possit audire; non constat inter Doctores. Asserunt Valent. 2. 2. disput. 6. quest. 2. puncto 10. §. Circa quatuor; Reginald. lib. 8. num. 184. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 8. num. 7. Filiuccius tract. 2. §. cap. 3. num. 117. & cap. 7. questio 8. quia orationem esse vocalem nihil est aliud, nisi esse expressam vocibus; quæ tamen sunt obiectum auditus, & idè ad minimum debent posse audiri ab ipso orante. Negant verò Nauarr. cap. 20. de orat. num. 14. Suarez de Horis can. cap. 7. num. 5. & cap. 28. num. 17. §. Simile dubium. Azor. lib. 10. cap. 11. quest. 4. ad finem. Bonaci. de Horis can. disp. 1. quest. 3. puncto 2. §. 1. num. 24. & alij apud ipsum: quia oratio vocalis satis habet, si sit alligata ad certa verba, quæ præferbit Ecclesiæ, vt iam diximus: & cum non sit directa ad homines, quos solum per voces, & per signa sensibilia possumus alloqui, neque ad nos ipsos, in quantum indigemus externis sensibus, & obiectis sensibilibus; sed solum ad Deum, quem possumus alloqui, & orare sine vilo strepitu, aut sono verborum; & orare sine vilo strepitu, aut sono verborum; & alioqui si ipse orans esset surdaster, & auditus hebetioris, omninò deberet orare alius, quousque posset se ipse audire; ac proinde non posset Horas persolvere in Ecclesiis, vel coram aliis, sine magna illorum molestia, & perturbatione: quod tamen non est dicendum.

16. Vtrum liceat dicere Officium mentaliter, sine prolatione verborum & sine voce.

Imò ex Nauar. de orat. cap. 19. num. 88. cit. & cap. 20. num. 14. propter hanc causam disputatiuè potest defendi, quod neque etiam sit necessarium vllomodo vocem formare; sed satis sit dicere verba omnia mentaliter, cum vox non possit requiri propter Deum, ad quem laudandum, atque orandum sunt institutæ Horæ canonicæ; sed solum propter homines, qui sunt excitandi, & iuuandi ad deuotionem: quod tamen non intenditur, quando Horæ canonicæ recitantur priuatim, & extra Chorum. Vnde & Leo X. dicitur concessisse Fratribus Minoribus viue vocis oraculo, vt illa, quæ in ordinario iubentur dici secretò, & sub silentio, tam in Horis canonicis, quam in Missa, non tenerentur profere vocaliter; sed satis esset, si dicerent solum mentaliter, vel solum per librum intra selegerent, ne scilicet, proferendo vocaliter, impedirent se mutò in recitando Officio; & ne aliis essent molestiæ, aut fastidio, vt habetur in Compendio Priuilegiorum Ordinis Minorum part. 2. verb. Officium diuinum, 1. num. 9. & apud Nauar. loc. cit. Et quauis idem Nauar. cap. 19. num. 86. vltimè asserat, posse teneri disputatiuè, quod id non fuerit priuilegium; sed Fratribus id licuisse, & modò etiã licere omnibus aliis de Iure communi, cum voces solum sint necessariæ, vt alij audiant; & concessionem illam Leonis solum fuisse explicationem Iuris communis pro scrupulosius; rectè tamen subdit ipse Nauar. quod ipse de hoc non daret consilium; & quod videtur longè vterius, quod omnis oratio vocalis, etiam secretæ, requirat verba saltem secretò formanda inter dentes, & inter labia, cum præceptum Ecclesiæ verè sit de huiusmodi orationibus dicendis, non autem

solum de mente concipiendis; & ex communi vsu loquendi non idem sit aliquid dicere, atque mente concipere; & qui contumelias, aut conuitiæ, verbi gratia, contra aliquem mente concipit, non puniatur; cap. Cognationis. de pœni. dist. 1. puniatur verò, qui dicit, L. Si non conuictus. C. de iniurijs. & in Rubricis Missalis clarè distinguuntur; quæ sola mente possunt concipi, & cogitari, vt patet, quando sit sermo de primo, & de secundo Memento: & alioqui si ea omnia, quæ ex præscripto Ecclesiæ dici debent secretò, possent dici solum mentaliter, talia essent etiam verba consecrationis; quod tamen dici non potest. Vnde Suarez de Horis canonicis, cap. 7. num. 2. & Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 8. num. 4. ne id quidem admittunt, quod ait Nauarr. posse sustineri disputando; & absolute dicunt, id esse saltem practicè improbable; neque esse danam occasionem introducendi nouos ritus in Ecclesiâ; & idè Horas canonicas verè esse dicendas vocaliter, & per voces verè formatas, & distinctas per instrumenta, & organa vocis; siue illæ sint tam clare, & tam altè, vt possint audiri saltem ab ipso orante; siue non idque expresse asserit etiam Caiet. 2. 2. quest. 83. art. 1. 2. vbi ait, ad orationem communem, quales sunt Horæ canonicæ, necessariò requiri, vt sit vocalis: & apertè colligitur, etiam ex Concilio Basileensi, vbi dicitur, quod siue soli, siue associati recitent, diurnum, nocturnumque Officium reuenter, verbisque distinctis debent peragere. Arque ita concessio illa Leonis X. pro Fratribus Minoribus, verè fuit priuilegium; neque possunt illo vi, qui tali priuilegio non participant, vt certè hoc tempore nulli participant, cum omnia priuilegia viue vocis oraculo, & non per Bullas concessa, sint reuocata per Gregorium XV. de anno 1622. & per Vrbanum VIII. de anno 1655. Et absolute, qui hoc tempore recitaret Officium solum mentaliter, suæ obligationi non satisfaceret, vt notat Sanch. lib. 7. consil. 2. 2. dub. 8. cit. n. 3. & Beia part. 1. casu 55. cit. §. Ex his colligunt Doctores, & alij communiter apud ipsum: quod idem est de Rosario, de Psalmis penitentia libus, & de similibus, ad quæ aliquis potest teneri ex voto, vel ex penitentia sacramentali; quæ similiter non possunt persolui solum mentaliter, cum debeant accipi huiusmodi obligationes ad instar præcepti ecclesiastici, vt notat idem Sanch. lib. 4. in Decal. c. 1. v. 36. quauis qui ad illa tenerentur ex voto, licet possent huiusmodi orationes vocaliter persoluedas commutare in easdem persoluedas mentaliter, si id existimaret sibi melius, suæque saluti magis expediens, vt communiter dicitur in materia de voti commutatione, & subdit Sanchez num. 36. cit.

17. Et idem est de alijs precibus, quæ dicuntur ex voto, vel ex penitentia sacramentali.

DISPUTATIO XXXV.

Quo loco sint persoluedæ Horæ canonicæ.

- 1. Canonici, & beneficiarij deputati ad Chorum debent recitare Officium in Ecclesiâ.
2. Et alioqui peccant mortaliter contra iustitiam.
3. Sicut & qui tenentur dicere Missam in vno loco, & dicunt alibi.
4. Neque excusantur ex hoc, quod amittant distributiones.
5. Facilius excusantur Religiosi Professi, si absint à Choro, quam beneficiarij.
6. Absentia à Choro potest esse venialis, si sit modica: & quauis illa sit.

- 7. Punctatura in Choro ad quas partes Horarum sint faciende.
8. Prælati, & Rectores peculiariter tenentur curare, ut officia in Ecclesiis debito modo celebrentur.
9. Episcopi, & Prælati non tenentur interesse Choro.
10. Nisi ex accidente, quando occurrit festum solenne, vel ita est consuetudo Ecclesie.
11. Parochi quomodo teneantur ad Horas canonicas publicè persolvendas in suis Ecclesiis parochialibus.
12. Religiosi deputati ad Chorum quomodo teneantur dicere Officium in Choro.
13. Locum Chori potest determinari à Prælato, & ex causa etiam mutari.
14. In aula Principum, & in domibus privatis, non possunt solemniter dici Hora canonica, nisi ex privilegio.
15. Qui recitant privatim divinum Officium, possunt ubique illud recitare.
16. Neque tenentur sub peccato, ut recitent hoc, vel illo sin corporis.

1. Canonici, & deputati ad Chorum debent recitare Officium in Ecclesia.

VOAD locum recitandi Officium, primò certum est, Canonicos, & eos beneficiatos, qui ad Chorum sunt deputati, non satisfacere suæ obligationi, nisi recitent in Ecclesia, & in Choro. Ita Angelus verb. Hora, num. 2. Syluest. eod. quest. 10. Nauar. de orat. cap. 5. n. 14. & 18. num. 10. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 1. quest. 8. Suar. de Horis canon. c. 10. n. 2. Paulus Comitulus in respons. moral. lib. 1. quest. 61. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 4. n. 1. Bellar. lib. de bonis oper. c. 1. §. Locum. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 2. puncto 10. Reginal. lib. 18. n. 178. Tolet. lib. 2. c. 13. n. 8. Bonac. de Horis can. disp. 1. q. 3. puncto 5. n. 1. tom. 1. & alij apud ipsum: nam cap. Si quis Presbyter. dist. 92. expresse præcipitur, ut quilibet Clericus Ecclesie deputatus ad quotidianam psallendi Officium, matutinis, & vespertinis Horis in Ecclesiam conveniat, & alioqui deponatur, si correctus ab Episcopo non emendetur: & Clement. 1. de celeb. Miss. præcipitur Ordinariis, Rectoribus, & Superioribus, ut sollicitè curent, debitè horis divinum Officium celebrari, si Dei, & apostolicæ Sedis indignationem vitare volunt: & cap. Dolentes. de celebr. Missar. distinctè præcipitur in virtute obedientiæ, & sub pœna suspensionis, ut Clerici celebrent divinum Officium, nocturnum pariter, & diurnum. Et certum est, quòd hic modus vitandi: Distinctè præcipimus in virtute obedientiæ, indicat obligationem ad culpam mortalem, cum præsertim etiam addatur pœna gravis, id est, suspensio, vel depositio, ut dicitur cap. Si quis Presbyter. dist. 92. cit. Et ratio est: quia Canonici, & beneficia deputata ad Chorum, specialiter, & maxime sunt instituta ad divina Officia publicè celebranda in Ecclesiis pro devotione fidelium: & idè qui obtinent huiusmodi beneficia, tenentur ex iustitia, & sub mortali celebrare officia publicè, & in Ecclesiis; neque sunt tuti in conscientia, si recitènt solum privatim, & extra illas: sicut & qui tenentur dicere Missam in vno loco, non sunt tuti in conscientia, si dicant alibi, ut notat Nauar. de orat. c. 5. n. 3. & in M. in. c. 25. n. 134. Azor. part. 1. lib. 10. c. 24. q. 1. & part. 2. lib. 6. cap. 24. quest. 7. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 3. puncto 5. num. 1. & omnes communiter.

2. Et aliqui peccant mortaliter contra iustitiam.

3. Sicut & qui tenentur dicere Missam in vno loco, & dicunt alibi.

4. Neque excusantur ex hoc, quòd amittunt distributiones.

Et quanuis, si absint à Choro, amittant eo ipso distributiones, quæ ex Tridentino sess. 24. c. 12. de reform. solum debentur interessentibus; non tamen propterea excusantur à culpa, quia illas amittunt, ut notant Authores citati, & declaravit sacra Congre-

gatio apud Garziam de benef. part. 3. cap. 2. num. 322. cum obligatio ad Chorum non proveniat ex distributionibus, sed ex titulo talis beneficii; & distributiones sint solum adiunctæ, ut quidam stimulus ad obligationem beneficii promptius adimplendam, ut notat Nauar. de orat. c. 5. & 18. cit. & omnes communiter apud Alexandrum Monetam tract. de distribut. part. 1. quest. 5. num. 35. quicquid in contrarium significet Bonac. de Horis canon. disp. 2. quest. 1. puncto 2. num. 4. ubi indicat, id esse positum in opinione, & etiam opinionem contrariam esse probabilem.

Et quanuis idem Nauar. cap. 5. cit. de orat. num. 14. & cap. 10. num. 43. Caiet. in Summa, verb. Hora canonica, §. 5. & Armilla eod. num. 2. excusent à culpa mortali illum, qui neque ex contemptu, neque contra præceptum participare Prælati abest à Choro, nec sua absentia magnum damnum infert diuino cultui; multò tamen est probabilius, quòd neque hic excusetur, si absentia sit notabilis, ut tradunt communiter alij, & dicemus infra, disp. 42. quia obligatio etiam pro vnoquoque in particulari est ex iustitia, quæ non solum respicit totum Capitulum, tanquam vnum corpus civile, sed etiam vnunquemque per se.

Atque hoc modo rectè monet Suar. de Horis canon. c. 10. n. 16. & 17. multò facilius posse excusari à culpa mortali Religiosos Professos, qui solum tenentur ad Chorum ex vi Regulæ, aut consuetudinis, quam beneficiati, qui tenentur ex iustitia, quæ ex suo genere obligat ad mortali.

Negari tamen non potest, quin hæc obligatio possit aliquando admittere excusationem; & qui abest ex iusta causa, non peccat, ut ex communi sententia notat Suar. c. 10. cit. n. 18. Et si huiusmodi causa sit diuturna, erit etiam approbata per Superiorem; & quando non sit ex se manifesta, & manifestè excuset, erit etiam per illum dispensanda, ut idem subdit. Et similiter potest huiusmodi culpa fieri venialis ex leuitate materiæ; si, scilicet, absentia non sit notabilis, ut idem docet c. 1. n. 6. vt, si quis, v. g. solum absit per eam partem, quæ in sua Ecclesia nõ censetur mereri priuationem distributionum, ut idè subdit n. 7. ex Nauar. de orat. c. 10. n. 43. quia, si talis absentia esset notabilis, & sufficiens ad mortale, non ita facile permetteretur; vel etiam absit per eam partem, quæ prima punitur priuatione distributionum ex eodem Suario, ibidem, n. 8. quia hæc pœna non est tam grauis, ut necessarid arguat culpam mortalem, & non possit imponi, etiam propter culpam venialem. Imò, etiam absit per vnam integram horam, vel etiam per vnum integram diem, ut idem refert ex aliquorum sententia: quanuis ipse n. 9. id non audeat approbare: videtur tamen cum illis sentire etiam Graff. part. 1. decis. lib. 2. c. 2. n. 53. ubi ait, non esse mortale, si quis absit à Choro semel, aut bis, & multò magis id approbat Bonac. de Horis canon. disp. 2. q. 1. puncto 2. ubi ait, non esse mortale, si quis absit à Choro per tres, vel quatuor dies; & ferè communiter ita esse receptum in praxi. Sed de hoc pluribus agemus infra, disp. 42.

Quòd si quæras magis in particulari, ad quam partem cuiusque Horæ debeat fieri punctatura: Respondeo, in hac re standum esse consuetudini cuiusque Ecclesie: sic enim cap. vnicò de Clericis non resid. in 6. dicitur, quòd distributiones iis dantur, qui adfuerint iuxta cuiusque Ecclesie ordinationem: & in Trident. sess. 22. c. 3. de reform. quòd iis non dantur, qui competens seruitium non impleuerint, iuxta formam ab Episcopo præscribendam: & sess. 24. cap. 12. de refor. quòd iis dantur, qui interfuerint

5. Facilius excusantur Religiosi Professi, si absint à Choro, quàm beneficiati.

6. Absentia à Choro potest esse venialis, si sit modica, & quantum illa sit.

7. Punctatura in Choro ad quas partes Horarum sint faciende.

fuerint horis statutis. Et quanuis in Concilio Basileensi sess. 21. §. 2. statuatur, ut qui in Matutinis ante finem Psalms, Venite, & in aliis Horis, ante finem primi Psalms, & in Missa ante vltimum Kyrie, elision, & ad finem, diuino Officio non interfuerit pro illa tota Hora absens censetur, saluis Ecclesiarum consuetudinibus, si quæ fortè circa hoc arctiores existant. Et hoc decretum communiter seruetur in Ecclesia Gallicana, ut refert Nauar. de orat. cap. 10. num. 47. aliis tamen Constitutionibus synodalibus sæpè aliter statutum est, ut, scilicet, etiam alij lucrifaciant distributiones, qui venerint ante finem Epistolam, ut refert Nauar. ibidem: & in Basilica S. Mariæ Maioris de Vrbe, ut audio à Canonico illius Ecclesie fide dignissimo, non sit punctatura ad Matutinum nouem Lectionum, nisi post primam Lectionem secundi Nocturni; & ad Matutinum trium Lectionum, non nisi post sextum Psalmum, & ad Missam post Epistolam, & ad Vesperas post tertium Psalmum, & ad reliquas Horas post primum Psalmum: quæ omnes videntur pars tertia cuiusque Horæ. Neque videtur hæc consuetudo esse damnanda, ut parum rationabilis, cum sit inducenda, & tot annis iam seruata in oculis Pape; neque sit eodem modo ratiocinandum de parte notabili quoad absentiam Chori, & de parte notabili quoad omissionem simpliciter, & non recitationem cuiusque Horæ. Et quanuis negatio culpæ mortalis propter absentiam rectè inferatur ex negatione punctaturæ pro eadem absentia, ut iam diximus; non tamen è contra possit inferri affirmatio eiusdem culpæ mortalis ex affirmatione dictæ punctaturæ: cum possit, per se loquendo, non esse mortalis etiam absentia per integram horam, siue sit ex Horis maioribus, siue sit ex minoribus, imò & per integram diem, ut iam indicauimus; & per consequens culpa mortalis non inferatur etiam per punctaturas plures vna.

8. Prælati, & Rectores peculiariter tenentur curare, ut officia in Ecclesiis debito modo celebrentur. Quòd si quæras, vtrum teneantur etiam Prælati, verbi gratia, Episcopi, Choro interesse: Dico, per se loquendo, eos non teneri, nisi fortè aliter postulet publica edificatio, & consuetudo pro certis diebus magis solennibus: ita enim docet S. Thomas 2. 2. quest. 91. art. 2. ad 3. ubi ait, Prælatos, qui tenentur ex officio docere populum, non debere obligari ad Chorum, ne per hoc à maioribus retrahantur: idque iam est communi vsu receptum, cum nullus ferè Episcopus sit, qui quotidie ad Chorum conveniat, & satis colligitur ex cap. In sancta. dist. 92. ubi ex S. Gregorio dicitur, quòd Diaconi, quos ad prædicationem officium, & ad studium elemosynarum vacare congruit, non debent cantui interfuerire: quòd sine dubio potiori ratione valet pro Episcopis, & Prælati, ut notant Suar. de Horis canon. cap. 10. num. 13. & 14. Valen. 2. 2. disp. 10. quest. 6. puncto 2. in fine. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 3. puncto 5. num. 9. & alij apud ipsum, qui etiam addit, id esse verum, etiam si Episcopus, & Prælati de factò non doceat populum, & non prædicet: quia ad cognoscendam propriam obligationem aliquis status, non est attendendum id, quòd est fo-

9. Episcopi, & Prælati non tenentur interesse Choro.

lùm per accidens; sed id, quòd ad illum statum se habet per se, ut certè se habet ad statum Episcopi, & Prælati, officium prædicandi, & multiplex sollicitudo, & cura iuxta Ecclesie. Vnde & in Ecclesiis Cathedralibus officium prædicandi in Choro non est reseruatam Episcopo; sed est commissum Decano, & primæ Dignitati: & cap. Presbyter. dist. 92. inter eos, qui debent conuenire ad Chorum, solum fit mentio de Presbytero, & de inferioribus Clericis; non autem de Episcopo: & cap. Episcopus. de consecrat. dist. 3. solum dicitur, quòd Episcopus diebus Dominicis non debet deesse Ecclesie, cui proximus fuerit, nisi infirmitate sit impeditus: atque ita indicatur, quòd aliis diebus liberè potest abesse, & etiam pro diebus Dominicis non est accipiendū verbum, debet, provt importat necessitatem, & strictam obligationem; sed solum provt importat decentiam, & honestatem, ut etiam supra diximus disp. præced. n. 8. & circa hunc ipsum textum notat Bonac. puncto 5. cit. n. 11. Et quòd dicimus de Episcopo, idem est etiam de alijs Prælati, qui exercent munus, & iurisdictionem quasi episcopalem, & simpliciter non tenentur, per se loquendo, conuenire ad Chorum. Idque est multò verius, quàm oppositum, quòd docet Angel. verb. Hora canonica, n. 26. & Sylu. eod. quest. 10. non posse Episcopum, aut Prælatum abesse à Choro, etiam diebus ferialibus. Neque facit pro ipsis cap. Episcopus dist. 41. & cap. Peruenit. ad nos. 7. quest. 1. quæ ipsi citant: quia priori loco solum habetur, quòd Episcopus hospitium habeat non longè ab Ecclesia; & posteriore, quòd resideat in sua Ecclesia: quæ certè sunt longè diuersa à re præsentè.

Dixi autem, Episcopum, & Prælatum, per se loquendo, non teneri ad Chorum: quia absolute non est negandum, quòd aliquando ex accidente non teneatur illi adesse, id est, quando ita exigit diei aliquis solennitas, & publica edificatio, vel consuetudo; & scandalum esset, si non adesset, ut etiam notat Bonac. puncto 5. cit. n. 10. idque relinquunt prudenti iudicio ipsius Episcopi, aut Prælati; & certissimum est, quòd optimè faciet, si frequenter intererit, id est, saltem diebus Dominicis, & Festis solennioribus, si non quotidie, & diebus etiam ferialibus.

Pro alijs verò Curatis, aut Prælati inferioribus, attendi debet qualitas beneficii, eiusque institutio, & communis vsus, vel consuetudo communiter seruata; & ex illis est iudicandum, vtrum sint obligati ad Chorum, ut notat Suar. de Horis canon. cap. 10. cit. n. 4. & Bonac. punct. 5. cit. n. 12. qui etiam specialiter addunt de Parochiis, præsertim ruralibus, eos hoc tempore non teneri ad omnia diuina Officia publicè persolvenda in suis Ecclesiis; sed solum teneri diebus festis ad Officium Missæ, & Vesperarum, idque ex consuetudine sic inducenda, & communiter recepta, etiam si fortasse ex rigore Iuris antiqui tenerentur ad omnia, ut patet ex cap. Si quis Presbyter. dist. 92. ubi de omni Presbytero, Diacono, & Clerico, alicui Ecclesie deputato vniuersaliter dicitur, quòd debeat conuenire ad quotidianum psallendi Officium horis matutinis, & vespertinis: & ex cap. Presbyter. de celebr. Miss. ubi de Presbytero, aut Parocho rurali præcipitur, ut diuinum Officium per se ipsum, vel per substitutos priùs celebret, & postea exeat ad opus rurale.

Atque id non modò est tutum sufficienter in conscientia, sed etià est verius, quàm oppositum, quòd teneantur etiam Parochi in suis Ecclesiis publicè, & integrè recitare diuinum Officium singulis diebus, vel saltem diebus festis, ut tenet Innoc. in c. Presby-

16. Nisi ex accidente, quando occurrit festum solenne, vel ita est consuetudo Ecclesie.

11. Parochi quomodo teneantur ad Horas can. publicè persolvendas in suis Ecclesiis parochialibus.

ser. de celebr. Miss. Turrecem. in cap. Si quis Presbyter. dist. 92. Ang. verb. Hora canonica, num. 25. Sylu. eod. quæst. 10. & alij apud Suar. de Horis canon. cap. 10. num. 3. Contra enim est: quia hoc tempore aliter habet communis consuetudo, vt diximus: & ex Parochis, etiam timoratis, & pijs, nullus est, qui in sua Ecclesia curet publicè dici diuina Officia, non solum quotidie; sed neque etiam diebus festis, nisi fortè solas Vesperas, vt iam diximus.

Tertio, Religiosi professi deputati ad Chorum debent similiter Horas persolvere publicè, & integrè in suis Ecclesijs: quia sic præcipitur in Clementina 1. de celebrat. Miss. vbi præter Ecclesias Cathedralis, & Collegiatis numerantur etiam Ecclesijs regulares: & earum Prælati similiter præcipitur, vt diligenter curent, horis debitis persolui Officium diurnum, & nocturnum, si Dei, & apostolicæ Sedis indignationem vitare volunt. Et hæc obligatio, in quantum cadit supra totum Conuentum, aut Ecclesiam, censeri debet esse grauis, & ad peccatum mortale; & idè non potest huiusmodi Officium in Choro omitti à toto Conuentu sine peccato mortali, vt notat Suar. de Horis canon. c. 10. cit. n. 7. cum ita sit iam receptum consuetudine; & sine graui scandalo non possit aliter fieri, nisi fortè occurrat grauis necessitas, & absit scandalum: in quo casu non videtur negandum, quòd Prælatus religiosus possit dispensare, vt idem subdit. In quantum verò hæc obligatio cadit supra singulos, non videtur esse ad mortale, vt notat Caiet. in Summa, verb. Hora canonica. Annulla eod. n. 21. Nau. de orat. c. 5. n. 14. & alij: quia quòd hic, vel ille absit à Choro, non infert graue damnum diuino cultui; neque consuetudo, aut regula, ex qua tenetur adesse, est sic recepta, vt obliget grauius, dummodo in aliqua Religione particulari non sit specialis obligatio ex voto; vel ex peculiari præcepto, aut consuetudine; quæ strictius obliget. Vnde, quod habet idem Caiet. ibid. quòd grauius peccat, si sine rationabili causa me subtrahat horis debitis; quia grauis est ratio diuini debiti; solum intelligitur intra latitudinem peccati venialis, vt notat ibidem Suar. ne alioqui Caiet. contradicat sibi ipsi in verbis immediatè præcedentibus, vbi ait, quòd si absit contemptus, non peccat mortaliter. Quòd si Prælatus religiosus esset ita negligens, vt ex defectu Ministrorum Horæ in Choro omittentur, possent in tali casu ratione publicæ necessitatis omnes teneri sub mortali, ex eodem Suario n. 15. quia cultus diuinus grauius læderetur. Neque in hac re est eadem ratio de Religiosis, & de Canonicis, vel de beneficiatis deputatis ad Chorum, cum hi teneantur ex iustitia etiam singuli, vt notat Suar. n. 16. & diximus paulò antè, n. 2. & 3.

In qua verò parte Ecclesiæ debeat Chorus constitui, in quo persoluantur diuina Officia; siue à Canonicis, & Clericis sæcularibus; siue à Regularibus; bene potest determinare ipse Episcopus, aut Prælatus, cui committantur ea, quæ spectant ad debitum regimen diuinorum Officiorum in Tridentino sess. 24. c. 12. de reformat. in fine: & si vrgeat grauis necessitas, nec possit commodè conueniri Prælatus, etiam potest determinare ipsum Capitulum: nec debent damnari Canonici grauis culpæ, aut priuari distributionibus, si fortè tempore hyemis, verbi gratia, & propter frigiditatem, Horas recitent in Sacristia, cum etiam hæc possit censeri moraliter, vt vt pars Ecclesiæ, neque propterea damnum notabile diuino cultui inferatur, vt notat Bonac. de Horis canon. dist. 1. q. 3. puncto 5. n. 3. vbi refert, de facto id contigisse Mediolani; nec tamen propterea caruisse Canonicos quotidianis distributionibus,

Religiosi deputati ad Chorum, quomodo teneantur dicere Officium in Choro.

Locus Chori potest determinari à Prælato, & ex causa eius mutari.

Quòd si Vir aliquis Princeps, aut priuatus domi sua velit publicè, & solemniter celebrari diuina Officia; non debet id facere nisi ex privilegio, vt notat Soc. lib. 10. de iustitia, quæst. 5. art. 4. concl. 3. quia Clementina 1. de celebr. Miss. expresse præcipitur, vt diuina Officia publicè persoluantur in Ecclesijs; & hæc specialiter ad illa sunt instituta. Et quemadmodum in domesticis Oratorijs non possunt dici Missæ, nisi ex priuilegio, vt habetur in Tridentino sess. 22. in decreto de obseruandis in celebratione Missæ; ita nec possunt solemniter dici diuina Officia.

Quartò, de alijs omnibus, qui tenentur ad Horas canonicas, & non sunt deputati ad Chorum, certum est, quòd possunt illas vbique persolvere, dummodo locus non sit distractus, & impediatur attentionem, & deuotionem. Ita Nau. de orat. cap. 4. n. 4. Soc. lib. 10. de iust. quæst. 5. art. 4. concl. 3. cit. Bellarm. lib. 1. de bon. oper. cap. 18. Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 2. puncto 10. Tolet. lib. 2. cap. 13. n. 8. Sanch. lib. 7. consil. cap. 2. dub. 4. 4. num. 2. Suar. de Horis canon. c. 10. n. 9. & c. 27. n. 1. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 9. Bonac. de Horis canon. disput. 1. quæst. 3. punct. 5. num. 5. & alij apud ipsum: quia in Concilio Basiliensi cap. 21. solum dicitur, quòd qui priuatum Officium recitant, tali loco debent illud recitare, vt à deuotione non retrahantur; neque vllum est ius, quod eos obliget ad recitandum potius in Ecclesia, quam domi. Et idè non est admittendum id, quod asserit Gloss. in cap. Si quis Presbyter. dist. 92. quòd Clerici, qui non sunt deputati alicui certæ Ecclesiæ, adhuc tenentur Horas persolvere in aliqua Ecclesia; quæcumque illa sit: & quod asserit Archidiaconus apud Suar. c. 10. cit. n. 9. quòd similiter teneantur in aliqua Ecclesia Horas dicere etià illi, qui sunt in sacris; & denique quod asserunt Hostiensis, & Innocent. apud S. Anthoninum 3. part. tit. 13. cap. 4. §. 1. & apud Sylu. v. b. Hora, n. 3. vers. Quartum. quòd non satisfaciât suæ obligationi, si dicant extra Ecclesiam. Nam contra est: quia hæc omnia sunt nimis rigida; & satis est, si ad dicendum Officium in Ecclesia, illi tantum dicantur teneri, qui habent propter id stipendium ecclesiasticum, id est, beneficium ad id deputatum, vt notat Sotus loco cit. Quo autem modo possint persolui Horæ canonicæ, etià in locis fordidis, satis diximus supra, de oratione in vniuersum, disp. 19. n. 20. & seqq. & non est dubium, quòd magis sunt vitanda loca illa, quæ animum distrahunt, & impediunt attentionem, & deuotionem orantis, quam loca fordidia, in quibus alioqui non minus est præfens, & digna cultu, Dei maiestas, quam in alijs quibuscumque non fordidis: quanquam deceat, vt vitentur, quantum possunt, etiam hæc, pro recitandis Horis canonicis, vt notat Bellar. de bon. oper. lib. 1. cap. 18. §. Locus. ex S. Ambrosio, & alijs in illud S. Pauli 1. ad Timoth. 2. Volo viros orare in omni loco.

Et quòd dicimus de loco, eum non esse determinatum, & certum pro Horis canonicis priuatum dicendis; sed posse sufficere quencumque; idem est etiam de situ corporis, qui est veluti modus existendi in loco: qui enim priuatum recitant, communiter non tenentur ad recitandum flexis genibus, vel stândo, & quiescendo, vel ambulando, aut equitando, &c. sed possunt recitare, prout voluerint, habita solum ratione reuerentiæ, quæ semper est debita Deo, & propriæ necessitatis, quæ potest vnicuique contingere potius vno tempore, & vno loco, quam alio: & ex communi sententia sic notant Nau. de orat. c. 4. n. 2. & seqq. & Bonac. de Hor. canon. disp. 1. q. 3. punct. 5. cit. n. 5. & punct. 6. n. 1. Neque ex Iure diuino, aut naturali est aliquid determinatum in hac re: & quæ habentur ex Iure eccl. de stândo, v. g. ad Euangelium in

14. In alijs Principi, & in domibus priuatis, non possunt solemniter dici Hora canonica, nisi ex privilegio.

15. Qui recitant priuatum diuinum Officium, possunt vbique illud recitare.

16. Neque tenentur sub peccato, vt recitent hoc, vel illo situ corporis.

in Missa, cap. Apostolica. de consecr. dist. 1. de non genuculando inter Pascha, & Pentecosten, cap. Quoniam de ferijs; de assurgendo ad Gloria Pat. ex Concilio Basiliensi sess. 21. & similia, non tam habent vim præcepti, quam directionis. Et si quid peculiariter præcipitur in Rubricis, vt recitetur flexis genibus, vel capite discooperto, & inclinato, vel stândo, & surgendo, vel hoc, aut illo modo, maximè præcipitur pro recitatione publica, propter significationem mysteriorum, in quorum memoriam sunt instituta huiusmodi caeremoniæ; & debent communiter seruari etiam in recitatione priuata; quanquam in hac, si omittantur ex aliqua causa, & sine contemptu, nullum sit peccatum, vt notant Suar. de Hor. canon. cap. 27. num. 2. & alij communiter apud Bonac. punct. 6. num. 1. cit. & reuera non habeant propriè vim legis, aut præcepti; sed solum directionis, & regulæ, vt Officium magis piè, & magis religiosè dicatur.

DISPUTATIO XXXVI.

Quo tempore sint persoluenda Horæ canonicæ.

- 1. Quibus horis de Iure, vel de consuetudine Ecclesie, sint dicende singula Hora canonica.
2. Hora præscripta ad recitandum, non debent accipi, vt iam complete.
3. Quomodo hora quæcumque sint reducenda ad horas inæquales, sub quibus propriè sunt instituta Hora canonica.
4. In vnaquaque Ecclesia, est seruanda propria consuetudo quoad tempus recitandi Officium.
5. Et alioqui est peccatum mortale.
6. In recitatione priuata non est peccatum mortale, si totum Officium dicatur intra latitudinem diei naturalis, à media nocte, vsque ad mediam noctem.
7. Qui tamen sine rationabili causa notabiliter variat tempus Officij in recitatione priuata, non vitat culpa veniali.
8. Qui secundum communem consuetudinem non variat notabiliter tempus Horarum, nullo modo peccat.
9. Sicut neque peccat, qui variat ex causa rationabili.
10. Quo sim infra causa variandi tempus Officij.
11. Si non potest dici Officium suis horis, melius est præuenire, quam postponere.
12. Quomodo Matutinum, & Laudes possint dici ad vesperam dici præcedentis.
13. Secundum aliquos, potest dici post Vesperas etiam priuatum recitatas.
14. Qua hora possit dici singulis mensibus totius anni.

VO AD tempus dicendi Horas canonicas, certum est primò, quòd sunt dicendæ statutis horis, saltem publicè, & in Ecclesijs, vt præcipitur cap. Presbyter. de celebr. Miss. & Clementina 1. eodem tit. Quæ autem sint huiusmodi horæ statutz in Iure; patet ex dictis supra, de Horis canonicis secundum se: nam Matutinum cum Laudibus ex veteri consuetudine est dicendum ad mediam noctem, vel ad quartam vigiliam noctis, hoc est, vna, duabus, tribusue horis ante ortum Solis, vel certè ad auroram, aut crepusculum matutinum, vt etiam patet ex ipso vocabulo Matutini, & ex Hymnis, qui dicuntur ad Laudes,

in quibus sapissimè sit mentio de aurora, vt notat Bellarm. lib. 1. de bonis operibus, cap. 1. nom. 3. Prima est dicenda prima hora diei, & orto iam Sole: Tertia est dicenda hora tertia ab ortu Solis: Sexta, hora sexta, quæ est hora meridiana: Nona, hora nona: Vesperæ, hora duodecima: Completorium ad crepusculum vespertinum; & vno verbo singulæ Horæ illis horis sunt dicendæ, ex quibus habeat denominationem, vt videre est apud Bellarm. loco citato, Suar. de Horis canon. cap. 15. n. 2. & seqq. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 9. quæst. 2. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 35. num. 1. Flancol. de Horis canon. præferim cap. 10. & apud alios communiter.

Verùm autem huiusmodi horæ debeant accipi, quando iam sunt completæ, & iam fluxerunt; & Prima, verbi gratia, debeat dici pulsata iam, & audita ex horologijs prima hora diei; & Tertia, pulsata, & audita tertia; & sic de alijs: an verò quando adhuc actus fluunt, & labuntur, & vnaquæque ex Horis canonicis debeat esse absoluta in fine illius horæ, cui respondet, & idè debeat dici, dum illa fluit; parum refert: probabilius tamen videtur, quòd debeant accipi, dum adhuc fluunt, vt vult Bellarm. cap. 11. cit. quia sic aptius omnia congruunt; & crepusculi matutini, qui sunt post horam duodecimam noctis elapsam, & ante ortum Solis supra horizontem, tribuuntur Laudibus; & crepusculi vespertini, qui sunt post duodecimam horam diei elapsam, & post Solis occasum, tribuuntur Completorio; cum tamen alioqui tribuendi essent Vesperis, si Vesperæ non essent dicendæ, dum adhuc fluunt, & labitur hora duodecima; sed postquam est elapsa, & tota iam fluxit, & post Solis occasum.

Et quia in multis regionibus non sunt in vsu horæ astronomicæ, & inæquales; sed in Italia numerantur ab occasu Solis, & alibi à puncto meridiæ, & mediæ noctis; vt constat in vnaquaque regione de canonico tempore cuiusque Horæ canonica; illæ horæ sunt accipiendæ, quæ respondent horis inæqualibus: idque facile fit, si aduertatur, in quas horas incidat ortus Solis, meridiæ, & occasus: cum enim hora sexta inæqualis, quæ est tempus recitandi Sextam, semper incidat in meridiem; & tempus illud, quòd fuerit medium inter meridiem, & ortum Solis, erit tempus Tertiz; & illud, quòd fuerit medium inter meridiem, & occasum, erit tempus Nonæ, vt notat Bellarm. loco cit.

Sed, quanuis hæc fuerit prima institutio Horarum canonicarum, vt singulæ Horæ diuersis temporibus dicentur: quia tamen in quamplurimis Ecclesijs huiusmodi consuetudo magna ex parte est immutata; idè attendenda maximè est in vnaquaque Ecclesia consuetudo cuiusque, & secundum illam est determinandum tempus canonicum diuini Officij quoad recitationem publicam; & ab huiusmodi determinatione non est recedendum sine rationabili causa: & mortaliter peccant Prælati Ecclesiarum, si non curent persolui Officium horis debitis, vt patet ex Clementina 1. de celebr. Miss. vbi id illis præcipitur sub pena indignationis Dei, & Sedis apostolicæ, id est, sub peccato mortali, vt notat Sylu. verb. Hora, quæst. 9. Nauar. de orat. cap. 3. n. 63. Suar. de Horis canon. cap. 15. num. 11. & seqq. & alij apud Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quæst. 3. puncto 3. num. 7. Et ratio est: quia hæc tempora recitationis publicæ sunt definita in fauorem publicæ pietatis, & vtilitatis, id est, vt populus ad illam possit conuenire, si velit: ac proinde non potest negari, quin ex se sit res grauis, vt potest pertinere ad bonum publicum, quidquid sit, verùm in aliquam Ecclesiam,

2. Hora præscripta ad recitandum, non debent accipi, vt iam complete.

3. Quomodo hora quæcumque sint reducenda ad horas inæquales, sub quibus propriè sunt instituta Hora canonica.

4. In vnaquaque Ecclesia est seruanda propria consuetudo quoad tempus recitandi Officium.

5. Et alioqui est peccatum mortale.

nam, vnam, vel plures, populus de facto non conueniat, cum hoc sit solum per accidens; neque tollat obligationem per se Ministrorum Ecclesiae, vt notat Suar. num. 11. citato. Et in hoc idem peccatum mortale incidere etiam alij beneficiati, & subditi Praelatorum, siue secularium, siue regularium, si per illos staret, quominus Officium in suis Ecclesiis diceretur horis debitis, & praescriptis, vt habet Sylu. loco cit. Non est tamen negandum, quod possint Praelari aliquando dispensare ex iusta causa, vt tempus recitationis publicae varietur, vt, verbi gratia, si sit eundem ad processionem; si funus sit comitandum; si sit habenda Concio, &c. vt notat Suar. de Horis can. cap. 15. num. 13.

Secundo, quoad recitationem priuatam, certum est, quod diuino, & definitio temporis quoad singulas Horas non est seruanda sub peccato mortali; sed satis est, si omnes Horae persoluantur intra spatium dici naturalis, a media nocte, vsque ad mediam noctem. Ita S. Anthonin. 3. part. tit. 13. cap. 4. §. 4. Sylu. verb. Hora, quae 9. Caiet. eodem §. Quoad quartum, Nau. de orat. cap. 3. n. 5. & seqq. Francol. de Hor. can. naturalis a cap. 2. §. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 36. n. 1. Bonac. de Horis can. disp. 1. quae 3. puncto 3. n. 2. Suar. de Horis can. cap. 26. n. 3. & alij communiter. Oppositum tamen habet Vmberius in Regulam S. Benedicti, de eo, qui sine rationabili causa notabiliter tardat; & Turcrem. in cap. Presbyter. dist. 91. quae 5. & Cardinal. lib. 2. §. de eo, qui differt Matutinum vsque ad prandium, vel alias horas notabiliter. Verum id est nimis durum, neque vlla ratione, vel auctoritate satis probatur, vt notat Sylu. quae 9. cit. Nau. de orat. cap. 10. num. 50. Suar. cap. 26. cit. num. 6. & Canonones, qui graui et praecipue certum tempus, solum loquuntur de recitatione publica, vt patet ex Clementina 1. de celebrat. Missae. Neque est magnum inconueniens, quod in Prima, verbi gratia, dicatur post Solis occasum: *Iam lucis orto sydere*, quia haec verba referuntur ad tempus legitimum, quo debuisset dici Prima: sicut etiam verba alia, quae saepe dicimus, quando vesperi, & antequam eamus cubitum, dicimus Matutinum, & Laudes diei sequentis, vt, verbi gratia: *Nocte surgentes vigilemus omnes. Gallus tacemus excitat. Et somnolentos increpat.* & verba alia, quae per totas octauas Festorum celebriorum semper repetuntur, verbi gratia, *hodiernam diem, praesentem diem, &c.* vt notat Nau. cap. 3. de orat. num. 4. 3.

Qui tamen notabiliter differret Horas canonicas ultra illas horas, a quibus denominantur, & in quibus communiter recitantur, eiusque dilationis nullatenus haberet rationabilem causam, non careret culpa veniali, ex Palud. in 4. dist. 15. quae 5. art. 2. vbi tempus concl. 3. Sot. lib. 10. de iust. q. 5. art. 4. conch. 2. Ang. verb. Hora, n. 20. Sylu. eodem, qu. 9. Tabiena. eodem, n. 26. Nau. de orat. cap. 3. n. 45. & seqq. & cap. 2. n. 29. & in Man. cap. 2. §. n. 97. Leil. lib. 2. cap. 37. n. 79. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 36. n. 2. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quae 3. puncto 3. n. 4. & alij communiter; nam hac de causa impositum est illis nomen Horarum canonicarum; quia certis horis sunt recitandae; & multa in illis dicuntur, quae pertinent ad certas partes diei, & ad certa tempora; non autem possunt accommodari quibuscumque; & communis consuetudo eorum, qui mediocri diligentia tractant res diuinas, est, vt non nimium postponantur; & ab hac consuetudine certum videtur, quod non licet recedere sine nota negligentia, & sine culpa aliqua veniali.

Atque hoc probant visiones, quas referunt Innoc. Hostiens. Panorm. & Canonice in cap. 1. de

6. In recitatione priuata non est peccatum mortale, si totum Officium dicatur intra latitudinem diei naturalis a media nocte vsque ad mediam noctem.

7. Qui tamen sine rationabili causa notabiliter variat tempus Officij in recitatione priuata, non variat culpa veniali.

celebrat. Missae. Nau. de orat. cap. 3. n. 45. Francol. e. 2. §. n. 16. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 9. quae 3. de illo Eremita, cui Angelus deferebat vnas acerbas, quando diuinum Officium ante debitum tempus persoluebat; & vnas bene matutas, quando recitabat debito tempore; & vnas maecidas, quando tempus nimium postponerebat: & de Sancto Severino, Episcopo Coloniensi, de quo refert Petrus Damianus in epistola ad Desiderium, de miraculis sui temporis, quod post obitum in quodam fluuio grauissime cruciabatur, eo quod in aula regia maxime in publicis negotiis imperialibus, diuinum Officium non recitabat horis debitis; sed mane totum simul persoluebat, vt deinde tota die esset liberior, & expeditior pro negotiis: haec enim, & similia idem contigerunt, quia ille Eremita, cum ageret vitam solitariam, nihil causae habebat, cur suis horis Officium non persolueret; vt ille Episcopus aulam regiam frequentabat plus, quam par erat; & recitationem Officij sine iusta causa plus aequo anticipabat; & fortasse non curabat, vt etiam in Ecclesia recitaretur horis debitis, vt notat Azor. quae 3. cit. & vt dixi, clare demonstrant, non posse tempus Officij notabiliter variari in recitatione priuata, sine aliqua culpa, saltem veniali, & quae post mortem sit expianda in Purgatorio; & consequenter manifeste falsitatis arguunt eos, qui putant, liberum esse vnicuique Horas persolvere, quando voluerit intra diem naturalem, & solum de consilio, & ad melius esse recitari ab vnoquoque praescriptis horis; vt refert Azor. cap. 9. cit. quae 8. & Suar. cap. 26. num. 7.

Dixi autem, venialiter illum peccare, qui notabiliter variat tempus Officij, sine rationabili causa nimis illud anticipando, aut postponendo: vt, si quis recitet Primam, verbi gratia, tempore Completorii, & ad crepusculum vespertinum; vel Completorium tempore Primae, & ad ortum Solis; quia contra, si quis variet ex rationabili causa, vel, si non variet notabiliter, sed solum moderate, & intra quandam latitudinem paucarum horarum, omnino potest vacare culpa, vt subdit Suarius cap. 26. cit. num. 8. Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 35. num. 5. & dub. 36. num. 2. Bonacina de Horis canonicis, disput. 1. quae 3. puncto 3. num. 8. & 9. nam sic habet consuetudo communiter recepta, etiam inter Clericos pios, & timoratos, & illa bene potest interpretari; & quantum opus sit, etiam moderati rigorem iuris, quoad praescriptum tempus cuiusque Horae; ac proinde etiam potest excusare ab omni culpa. Atque ita licitum est, Horas omnes minores simul dicere ante prandium post tres, vel quatuor horas ab ortu Solis; & Vesperas, & Completorium simul dicere post prandium, & post meridiem; & Matutinum, & Laudes simul dicere vespere praecedentis diei, vt mox dicemus. Et haec consuetudo iam sic habet, & est rationabilis habita; ratione earum occupationum, quae communiter vsuque solent contingere; & ideo vnusquisque licite potest illam sequi, etiam si fortasse occupationes non habeat, cum hoc sit per accidens; & ad honestandam consuetudinem satis sit, si communiter habeantur a pluribus.

Et si contingat rationabilis causa notabiliter praenunciandi, aut postponendi tempus Horarum ultra communem consuetudinem, adhuc potest id fieri sine culpa, vt notant iidem Auctores; & patet ex cap. Presbyter. dist. 91. vbi Presbytero, qui debet exire ad opus rurale, datur consilium, vt mane recitet vsque ad Nonam inclusiue; & cap. 1. de

8. Qui iustum idem committit non variat notabiliter tempus Horarum, nullo modo peccat.

9. Sicut non peccat, qui variat causa rationabili.

de celeb. Missae adduntur etiam Vesperae: quod signum est in recitatione priuata facile posse ex aliqua causa variari tempus alioqui praescriptum, & conuictu.

10. Quae sit causa variandi tempus Officij.

Causae autem rationabiles haec communiter numerantur, si instet profectio, vel alia grauis, & longa occupatio, si timeatur amicorum interpellatio, si speretur maior quies, & maior deuotio, si tempus destinatum Officio sit impediendum studio litterarum, & similes, vt notat Less. cap. 37. n. 79. cit. Nau. de orat. cap. 3. num. 55. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 36. num. 3. Bonac. puncto 3. cit. num. 5. & patet ex S. Thoma quodlib. 5. art. 28.

Sed negari non potest, quin maior causa requiratur ad hoc, vt Completorium, verbi gratia, recitetur summo mane, quam ad hoc, vt recitentur aliae Horae vsque ad Vesperas inclusiue, vt patet ex cap. 1. cit. de celebrat. Missae, & notat Suar. cap. 26. num. 9. Conceditur tamen facultas etiam pro Completorio mane dicendo simul cum aliis Horis a Pio V. Fratribus Minoribus, quando ratione itineris, aut alterius occupationis credunt, quod maiori cum deuotione illud dicent, vt refertur in Compendio priuilegiorum nostrae Societatis, verb. Hora canonica, §. 2.

11. Si non potest dici Officium suis horis, melius est praenunciare, quam postponere.

Et absolute pro variatione horarum, & temporum, quibus Officium est recitandum etiam priuatim, id potest addi in vniuersum: quod si non potest suo tempore dici, ceteris paribus satius est praenunciare, quam postponere tempus debitum, vt ex communi sententia notat Suar. cap. 26. num. 9. cit. & Azor. part. 1. lib. 10. cap. 9. quae 3. quia praenunciare indicat diligentiam, & postponere negligentiam; & qui est creditor intra aliquod certum tempus assignatum solutioni, magis gaudet solutione anticipata: & hoc modo ex causa eundi ad opus rurale conceditur, vt mane, & ante prandium dicantur Vesperae, cap. 1. cit. de celebrat. Missae, & in Matutino, & Laudibus licitum est ex communi consuetudine iam inducta, etiam praenunciare tempus diei naturalis, illudque dicere ad vespere praecedentis; cum tamen postponere ultra tempus diei naturalis nullo modo sit licitum, neque Matutinum, neque vllam aliam ex Horis canonicis.

12. Quomodo Matutinum, & Laudes possint dici ad vespere praecedentis.

Tertio, certum est, quod ex communi consuetudine iam inducta, & vbi que recepta, licitum est anticipare tempus Matutini, & Laudum, non solum per mediam horam ante Solis occasum diei praecedentis, vt volunt aliqui apud Suarium cap. 26. num. 12. sed etiam per duas, vel tres horas, vt vult ibi Suar. num. 14. & Azor. lib. 10. cap. 9. quae 5. & aperit colligitur ex S. Thoma quodlib. 5. art. 28. ad 1. vbi asserit, ex aliqua honesta causa licitum esse, dicere Matutinum diei sequentis post dictas Vesperas, & Completorium diei praecedentis; quae tamen communiter in Ecclesiis dici solent inter tertiam, & quartam horam post meridiem; & saltem per duas, aut tres horas ante occasum Solis.

Neque contra hoc multum facit, quod aliquibus, tanquam priuilegium, conceditur a Pontifice, vt possint recitare Matutinum diei sequentis per vnam horam ante occasum Solis diei praecedentis: neque enim id est, quia reuera sit opus tali priuilegio, neque liceat sine illo anticipare Matutinum etiam magis, quam per vnam horam ante occasum Solis; sed, quia ab illis ita fuit postulatum, vel propter priuatum scrupulum, quem ipsi habebant; vel ad tollendam dubitationem, quae poterat esse ex diuersitate opinionum; vel ad magis extendendam huiusmodi anticipationem, quam alioqui esset consuetudo recepta in illis locis, & absolute ad sic anticipandum, etiam sine alia iusta causa, vt notat Auar. de orat. cap. 3. num. 57.

Quauis autem aliqui apud Suar. num. 13. doctrinam allatam ex S. Thoma de recitandis Matutino, & Laudibus post dictas Vesperas, & Completorium diei praecedentis, intelligant de Vesperis, & Completorio etiam dictis priuatim, & quandocumque; & absolute contendat, post illud tempus, quod licite possunt dici Vesperae, & Completorium ab vnoquoque secundum communem vsum, posse etiam ab vnoquoque licite dici Matutinum, & Laudes diei sequentis; multo tamen rationabilis videtur intelligenda de Vesperis, & Completorio dictis publicis, & in Ecclesiis: quod communiter solet esse inter tertiam, & quartam horam post meridiem, vt vult Suar. num. 14. vel inter secundam, & tertiam, vt vult Azor.

13. Secundum aliam quos potest dici post Vesperas priuatim recitatas.

Atque hinc fit ex Filiuccio tract. 2. 3. cap. 8. n. 275. tom. 2. vt quolibet anni tempore licite possit dici Matutinum ab hora quarta post meridiem, quae mensibus Martij, & Aprilis in Vere; & mensibus Septembris, & Octobris in Autumno coincidit cum hora vigesima prima, horologii solaris, vel artificialis; & mensibus Maij, Junij, Julij, & Augusti in Aestate, est hora vigesima cum dimidia plus minus; & mensibus Nouembris, Decembris, Ianuarij, & Februarij in Hyeme, est circa vigesima primam cum dimidia.

14. Quae hora possit dici singulis mensibus totius anni.

Idque totum videtur postea approbatum etiam publicis tabulis, quae de anno 1629. fuerunt impressae Neapoli, & postea eodem anno iterum Romae de licentia Superiorum, pro habendis toto anno, & singulis mensibus ortu Solis, & meridie, & media nocte, & crepusculis matutinis, & vespertinis; & consequenter pro habendis horis legitimis ad abstinendum a seruilibus in honorem diei festi, & a cibis pro Missa dicenda, vel Communionem sumenda die sequenti; & ad comedendum in diebus ieiunij, & ad recitandum Matutinum, & Laudes pro die sequente. Ad quod postremum horae, quae assignantur pro singulis mensibus, ferè coincidunt cum illis, quas retulimus ex Filiuccio.

Et in eandem sententiam de Matutino recitando post Vesperas, & Completorium communiter dictum in Ecclesiis, facit etiam Bellarm. lib. 1. de Horis canon. cap. 18. §. Solet autem. tom. 3. Laym. lib. 4. tract. 1. cap. 3. n. 7. §. Adde. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 37. Bonac. quae 3. puncto 3. num. 16. & 17. & alij apud ipsum, qui communiter asserunt, consuetudinem ferè communem iam sic habere, vt Matutinum, & Laudes diei sequentis dicantur hora quarta post meridiem, quae communiter solet esse post dictas Vesperas in Ecclesiis. Eiusque consuetudinis eam congruentiam asserit S. Thomas quodlib. 5. art. 28. cit. quia, quauis dies incipiat a media nocte, quantum ad celebrandos contractus, & ad seruanda ieiunia, & ad Festa colenda, & ad implendas alias huiusmodi obligationes; quantum tamen ad celebratas, & solemnitates Officiorum ecclesiasticorum incipit a primis Vesperis, vt etiam habetur c. r. & 2. de feriis, & notat Gloss. in cap. cit. verb. Omnes dies, & Felini in cap. Consuluit, de Offic. deleg. num. 6. concl. 3. & Nauar. de orat. cap. 3. num. 60. Et ideo, quid tempus est post Vesperas in Ecclesiis legitime dictas, totum videtur pertinere ad Officium sequentis diei; ac proinde si quis post illas dicat Matutinum, verè dicit suo tempore, non autem extra illud. Imò Sanchez dub. 37. cit. num. 4. ex hac doctrina etiam asserit, quod satisfacit, si quis dicat Matutinum diei sequentis secunda hora post meridiem diei praecedentis: quia illud tempus, cum sit hora Vesperarum, iam pertinet ad diem sequentem; & praenunciare aliquantulum tempus debitum intra eundem

dem diem praescriptum, non est mortale: contra vero non satisfacit, inquit Sanchez, si quis dicat mane; quia nondum censetur incepisse pro Officio dies sequens; & idem is, qui recitat, non recitat intra diem. Et praeterea addit ex sententia cuiusdam Magistri, quod satisfacit etiam ille, qui recitat post meridiem; saltem in Quadragesima: quia tunc dicuntur Vesperae ante prandium: & idem ex tunc videtur pro Officio iam incepisse dies sequens, idque ipse Sanchez in rigore non damnat peccati mortalis, neque obligat ad iterum recitandum, etiam si fortasse is, qui recitat Matutinum tali hora, ponatur nondum recitasse Vesperas, aut alias Horas diei praesentis; vt subdit num. 5.

Sed reuera, quanuis authoritas tanti Doctoris sit magni facienda in omnibus, si tamen tota ratio anticipandi Matutinum diei sequentis, est desumenda ex consuetudine, vt tradunt omnes communiter, & admittit ipse etiam Sanchez dub. 25. n. 3: & quod asserit S. Thomas de inceptio diei, quoad solennitatem Officij; per primas Vesperas, est solum congruentia quadam dictae consuetudinis; non autem ratio, quae illam probet quasi ex rei natura; non videtur dicta anticipatio esse extendenda ultra consuetudinem, & esse regulanda ex inceptio Officij per primas Vesperas, quasi ex rei natura: & idem etiam si Vesperae in Quadragesima dicantur ante meridiem, non hinc debet inferri, quod statim post meridiem possit dici Matutinum, si de hoc non est consuetudo. Et qua ratione ex eo, quod dies pro Officio incipiat a primis Vesperis; non sequitur, quod possit dici totum Officium diei sequentis post primas Vesperas diei praecedentis, quia de hoc non est consuetudo, vt etiam aduertit ipse Sanchez dub. 27. cit. n. 9. ex Caiot. verb. Hora, cap. 4. & ex Nau. de orat. cap. 3. n. 62. ita nec sequitur, quod tempore Quadragesimae possit dici Matutinum in meridie, si similiter neque etiam de hoc est consuetudo, cum praeterea neque S. Thomas quodlib. 5. art. 28. cit. ad primum, neque alij asserant, quod Matutinum possit dici post solas Vesperas; sed post Vesperas, & Completorium; quod tamen etiam in Quadragesima non dicitur ante prandium, sed pluribus horis post meridiem. Et praeterea circa hanc rationem, & congruentiam ex S. Thoma illud est bene aduertendum, quod S. Thomas, & alij non asserunt simpliciter de Officio diei sequentis, quod incipiat a primis Vesperis diei praecedentis; sed solum de solennitate, & de celebritate Officij; nam reuera aliud est, quod primae Vesperae, v.g. alicuius Sancti pertineant ad solennitatem, & celebritatem Officij, & Festi, quod praeter septem Horas canonicas suae diei habet etiam Vesperas, & Completorium diei praecedentis, sicut & Festa maiora, quae habent octauas, habent integras Horas ipsorum octo dierum; & aliud, quod simpliciter pertineant ad Officium diei, in quod incidit Festum, & quod illius sint pars, vt bene notat Azor, part. 1. lib. 10. cap. 9. quest. 7. & Bonac. quest. 3. de Hora canonica, puncto 3. num. 2. quia enim vnusquisque dies Horas canonicas habet septem, vel octo, vt diximus supra de numero Horarum; & Vesperae, & Completorium cuiusque diei vere complent dictum numerum pro sua die; vnde & dicitur Completorium, vt notat Francol. de Horis canon. cap. 17. num. 1. non possunt esse, aut dici pars Officij diei sequentis; sed illius tantum, quem complent; & solum possunt spectare, & spectari de facto ad celebritatem, & solennitatem festi sequentis, aut etiam praecedentis, vt contingit infra octauas.

Si ergo primae Vesperae non sunt pars Officij

diei sequentis; non est, quod in illis dicatur proprie incipere dies sequens, quoad Officium; & in rigore loquendo, & praescindendo a consuetudine, Matutinum, quod dicitur die praecedente, non dicitur suo tempore, & sua die; & quod reputetur, vt dictum sua die, solum est ex consuetudine, quae sic obtinet vim legis, & priuilegij, iuxta modum, & mores vrentium in vnaquaque Ecclesia.

DISPUTATIO XXXVII.

Qua intentione, & qua attentione sint persoluendae Horae canonicae.

1. Hora canonica sunt persoluenda ex intentione orandi, saltem implicita, & virtuali.
2. Si hac intentione visetur ex circumstantia mali finis, non impedit impletionem praeccepti.
3. Et idem est, si is, qui recitat, sit aliqui maxime vitiosus.
4. Idem sit etiam publicum, & notorium.
5. Qui Horas recitat cum proposito actuali peccandi mortaliter, non peccat specialiter contra praecceptum de Horis canonicis.
6. Et secundum aliquos id est verum, etiam si recitet publice, & solenniter.
7. Hora canonica virum sunt recitanda ex intentione satisfaciendi obligationi, quae de illis habetur.
8. Assensio in recitandis Horis canonicis potest esse ad multa.
9. Assensio ad verba quomodo potest haberi ab iis, qui sunt rudes Latinae linguae.
10. Aliqua attentio semper est necessaria in oratione vocali.
11. Quomodo possit sufficere sola attentio superficialis ad verba.
12. Aliqua attentio ad verba est omnino necessaria in oratione vocali, & sine illa non possunt sufficere aliae attentiones.
13. Non tamen requiritur attentio actualis, sed sufficienter virtualis.
14. Qui voluntarie distrahitur, & in bona parte Officij non attendit saltem ad verba, peccat mortaliter, & non satisfaciit suae obligationi.
15. Neque hoc negant, qui solum attentionem externam dicunt esse in praeccepto.
16. Qui ex defectu attentionis interna non satisfaciunt suae obligationi, etiam tenentur restituere fructus suorum beneficiorum.
17. Et secundum aliquos, neque etiam lucrantur distributiones, si Choro intersint, & non attendant.
18. Satisfacere obligationi Horarum, quantum est ex attentione, est facillimum.
19. Qui habet attentionem sufficientem ad Horas canonicas, non peccat, si eodem tempore simul attendat ad aliquid aliud.
20. Licitum est tempore Missae Horas persolvere.
21. Quae actiones externa sunt licitae, dum recitatur Officium.
22. Oratio vocalis, etiam extra casum praeccepti, necessarium postulat attentionem.
23. Qui ex negligentia crassa mente euagatur, dum Horas recitat, perinde est, ac si euagetur voluntarie.
24. Qui attendit solum leuiter, & postea non recordatur, virum recitauerit, ad quid teneatur.

1. Hora canonica sunt persoluenda ex intentione orandi, saltem implicita, & virtuali.

Quae etiam de actu interno; siue illum accipiamus ex parte voluntatis, quae est intentio; siue ex parte intellectus, quae est attentio: vterque enim hic actus suo modo requiritur; & vnus si desit, non satisficit praeccepto, & obligationi, quae de illis habetur.

Et quoad intentionem certum est, quod qui recitat Horas canonicas, debet habere intentionem orandi, saltem implicitam, & virtualem, vt notat Palud. in 4. dist. 15. quest. 5. artic. 2. conclud. 4. Nauar. de orat. cap. 13. num. 14. & seqq. Suarez. lib. 3. de orat. vocali in communi, cap. 3. n. 3. & lib. 4. de Horis can. c. 26. num. 5. Less. lib. 2. cap. 37. num. 67. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 2. quest. 9. Bonac. de Horis can. disp. 1. quest. 3. puncto 2. §. 2. num. 3. quia, si huiusmodi recitatio non procedat a voluntate aliqua deliberata, & ex intentione aliquius finis, absolute non erit actio humana: vt, si quis recitet, verbi gratia, solum animi causa, & ad tempus fallendum; vel solum, vt videat, quid in illo Officio contineatur: sicut enim ad hoc, vt Angelus, v.g. aut homo loquatur cum altero, necessarium est, vt per actum voluntatis ad illum dirigat suos conceptus, aut suas voces, quae sunt signa conceptuum; neque est satis, si absolute formet conceptum, aut voces proferat: ita etiam ad hoc, vt aliquis loquatur cum Deo, quod fit per orationem; non est satis, si proferat verba quomodocumque; sed debet illa proferre ex intentione orandi, & loquendi cum Deo: & sicut, qui genua flectit sine intentione Deum colendi, aut orandi, vere non colit, neque orat: ita qui solum recitat, &c.

Dixi autem, intentionem orandi debere esse saltem implicitam, & virtualem: quia non requiritur, vt sit explicita, & formalis: & si quis recitet, v.g. animo satisfaciendi suae obligationi, & id faciendi, quod intendit Ecclesia, vere satisfacit, etiam si explicitè non cogitet de orando.

Quod si haec intentio vitietur ex mala aliqua circumstantia, verbi gratia, mali finis, vt, si quis recitet propter vanam gloriam, non propterea qui sic recitat, non satisfaciit suae obligationi, vt notat Suarez de oratione vocali in communi, cap. 3. cit. num. 5. lic enim etiam is, qui audit Sacrum die festo, aut ieiunat ob vanam gloriam, vere satisfacit praeccepto Sacri, & ieiunij; quia actus exterior, quando est imperatus ab actu interno voluntatis, potest esse bonus ex obiecto, & malus ex circumstantia mali finis; & haec malitia non repugnat illi bonitati; & per consequens neque impedit impletionem praeccepti, quod est solum de substantia actus, & de illius bonitate, quantum est ex obiecto.

Et a fortiori idem est, si is, qui recitat, sit aliqui vitiosus, & perditè viuat: neque enim propterea non satisfaciit obligationi Horarum, si illas recitet; neque tenetur quicquam restituere ex fructibus beneficij, si forte habeat, quicquid in contrarium dicit Adrianus in 4. in materia de restitutione, quest. quae incipit, Pro clauari intelligentia. concl. 1. §. Ex qua conclusum est. & Angelus verb. Clericus, §. 1. & apud Vasquez Opusculo de benef. cap. 4. §. 1. dub. 10. n. 42. & 43. qui contendunt, decimas, & fructus beneficiorum, aut bona quaecumque temporalia ob eam causam dari Clericis, & Ministris Ecclesiae, vt scotos dedant diuino obsequio; & idem ex ipsa rei natura. & ex ipsa naturali iustitia venter illos restituere totum id, quod accipiunt, si non eurent id praestare, ob quod accipiunt, vt patet ex L. 1. & seqq. ff. de condit. c. n. s. a. data, & non secuta. Et simile quid etiam habet Alexan. 3. part. quest. 36. memb. Baldelli Theol. Mor. Tom. 11.

5. artic. 2. vbi de iis Clericis, qui patrimonium Christi male dissipant, asserit, quod sunt habendi tanquam fures; & quod tenentur restituere, si possunt; & de iis, qui Ecclesiae non seruiunt, addit, quod sunt habendi, tanquam raptores; & quod reditus, & bona ecclesiastica non possunt habere. Sed oppositum docet Sor. lib. 10. de iustitia, quest. 5. art. 6. concl. 6. Sylu. Clericis, 4. q. 24. n. 17. Nau. in Manu. c. 25. n. 123. in fine, Valq. dub. 10. cit. quia, quanuis Ecclesia hoc maxime intendat, vt Clerici beneficiati exemplo vite aliis praecant, & sint veluti lucernae accensae, quae luceant omnibus, qui in domo sunt; nullibi tamen declarat, quod fructus beneficiorum sub hac conditione illis concedat, vt sanctè viuant, & quod illos alioqui non faciant suos; sed solum concedit sub hac, vt in suis Ordinibus Ecclesiae seruiant, & vt recitent Horas canonicas, imò per hoc, quod solum pro certis criminibus, v.g. homicidij, simoniae, & similibus statuit, vt priuentur per sententiam beneficij; satis declarat, quod pro aliis non intendit eos priuari; sed illa omnino remittit vltioni diuinae. Et qua ratione etiam Monachis, & Religiosis in communi viuentibus, idem sunt tributi annui redditus, vt toti vacent sibi, & Deo; & similiter etiam Regibus, & Principibus laicis, idem sunt assignata stipendia publica, vt alios regant exemplo, & verbo; nec tamen propterea est, qui damnat ad restitutionem Religiosos, aut Reges, si eorum Deo mali sint: ita nec debent damnari beneficiati, si perditè viuant, dummodo alioqui non desint iis muneribus, quibus specialiter ab Ecclesia iniuncta est restitutio fructuum beneficiorum, tanquam male perceptorum. Atque hoc modo in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 6. §. Statutum, & in Bulla Pij V. de Horis canonicis, is beneficiatus, qui omittit Officium primis sex mensibus sine legitimo impedimento, dicitur quidem graue peccatum committere; non tamen dicitur debere restituere fructus pro illo tempore: quod tamen non esset, si peccatum mortale ad id obligaret.

Et idem est, si huiusmodi vitia, & peccata Clerici beneficiati sint publica, & notoria: nam, quanuis aliqui ex Canonistis apud Sylu. loco cit. existimant, quod omne peccatum, quando est notorium, inducat suspensionem a Canone, & consequenter affirmant, quod talis Clericus, in quantum suspensus, non faciat fructus suos; id tamen communiter non admittitur, ex eodem Sylu. ibid. & idem non est, quod propter notorietatem alicuius peccati dicatur quis non facere suos fructus beneficij. Neque ex eo, quod fructus ecclesiastici sint pretia peccatorum, & obligationes fidelium, vt dicitur c. Videntes, 12. q. 1. & idem Sacerdotes, qui illis aluntur, dicantur comedere peccata populi, Osea 4. & c. Ipsi Sacerdotes, 1. q. 1. sequitur, quod teneantur illos restituere, si mali sint: siquidem non sub hac conditione illos acquirunt; sed solum sub conditione, vt recitent Horas canonicas, & Ecclesiae seruiant in suis Ordinibus, & iuxta speciales obligationes suorum beneficiorum, vt diximus.

Vtrum autem specialiter peccet, qui Horas recitat in peccato mortali, vt vult Adrianus quodlib. 8. & apud Sanchez lib. 7. congl. cap. 2. dub. 9. & praecipue si dum recitat, habeat propositum actuale peccandi mortaliter, vt vult Medina C. de orat. qu. de modis, quibus oratio deprauari solet, & Corduben. lib. 1. quest. 50. puncto 3. & 4. videri potest apud Sanchez ibidem, & apud Nauar. de orat. cap. 6. num. 40. & 41. & c. 20. n. 25. sicut enim, quod aliquis sit in statu peccati mortalis, vel actu intendat peccare mortaliter, non vitiat actum ieiunij, aut eleemosynae, vel alium quencunque actum bonum: ita nec vitiat actum

4. Idem sit etiam publicum, & notorium.

5. Qui Horas recitat cum proposito actuali peccandi mortaliter, non peccat specialiter contra praecceptum de Horis canonicis.

6. Et secundum aliquos, id est verum, et si recitat publice, et solemniter.

7. Hora canonica virtum sine recitatione ex intentione satisfaciendi obligationi, qua de illis habetur.

8. Attentio in recitatione horis canonicis potest esse ad multa.

9. Attentio ad verba, quomodo possit haberi ab eis, qui sunt in lingua.

actum orationis, qui disparatè se habet ad actum peccati, vt notat Sanchez dub. 9. cit. qui etiam addit dub. 10. idem esse de recitatione publica, & in Choro; & illum etiam, qui in Choro est indutus vestibus sacris, & solemniter recitat Capitulum, & orationem, non peccare mortaliter, si fortè id faciat in peccato mortali, vel dum habet actuale propositum peccandi mortaliter: quia reuerà huiusmodi recitatio non est actus Ordinis sacri: quauis cõmuniter, & ex vsu Ecclesiæ sit appropriatus solis Sacerdotibus: & reuerà, dum quis ordinatur, non sacratur specialiter ad recitandum in Choro Capitulum, & orationem, vt propter specialiter peccet contra suam consecrationem, si recitet in peccato, sicut peccat, si celebret, aut ministret Sacramenta, vel exerceat eos actus, ad quos est sacratio Ordinis. Et pro hac sententia citat Medinam, & Corduben. locis cit. Idque ait esse probabilius, quàm oppositum, quod docet Nau. de orat. cap. 6. n. 4. cit. Sed negari non potest, quin sententia Nauari sit tutior; & stante deputacione Ecclesiæ, quæ ad huiusmodi actus solemniter celebrandos specialiter deputat solos Sacerdotes, est etiam verior.

Quo autem modo is, qui tenetur ad Horas canonicas, præter intentionem orandi iam explicatam, teneatur etiam habere intentionem, saltem virtua-lem, satisfaciendi suæ obligationi, vel certè teneatur non habere intentionem contrariam non satisfaciendi, patet ex dictis supra, disp. 32. n. 3. & seqq. vbi id explicauimus de eo, qui interruptit Officiũ, vel ab initio recitat animo repetendi, & non satisfaciendi suæ obligationi per illam recitationem.

Vt verò explicemus, qua attentione sint persoluendæ Horæ canonicæ, supponendum in primis est, quodd attentio, id est, mentis, & animi applicatio, dum Horæ persoluntur, potest esse ad multa, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quæst. 83. art. 13. S. Bonauentura Opusculo de processu relig. lib. 7. c. 3. Nauar. in Manuali. cap. 25. num. 105. & de orat. cap. 13. num. 4. & cap. 21. num. 34. Suar. lib. 3. de orat. vocali in communi. cap. 4. num. 2. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 12. quæst. 1. Less. lib. 2. cap. 37. num. 61. Tolet. lib. 2. cap. 13. num. 5. Valqu. Opusculo de beneficio. cap. 4. art. 3. dub. 5. num. 106. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quæst. 3. puncto 2. §. 2. num. 4. tom. 1. & aliis communiter. Primò enim potest esse attentio solum ad verba, quam S. Bonauentura appellat superficialem, quando, scilicet, solum attendimus, vt rectè, & integrè verba dicamus, neque in illis erremus. Deinde, potest de attentio ad sensum verborum, quam S. Bonauentura appellat literalem. Tertio, potest esse ad finem orationis, quam appellat spiritualem, & ad quã reducit etiam sensus mysticos eorum verborum, quæ recitantur: vt, si quis, verbi gratia, dum recitat: *Celi enarrant gloriam Dei*, cogitet de prædicatione Apostolorum. Sanctus verò Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 13. cit. omnem attentionem, quæ potest haberi in oratione vocali, ait esse omninò triplicem; id est, ad verba, ne in illis erremus; ad sensum verborum; & ad finem orationis, qui est Deus, & res, pro qua oratur. Et in-*irio corporis* rectè monet, quæstionem de attentione præcipuè habere locum in oratione vocali: quia, nimirum, oratio mentalis essentialiter, & substantialiter tota consistit in attentione: & si hæc cesser, cessat formaliter ipsa oratio. Et idè est querere, vtrum attentio sit necessaria ad orationem mentalem, & querere, vtrum attentio mentis sit necessaria ad actum mentis circa hoc, vel illud obiectum, hoc est, vtrum sit necessaria ad se ipsam, vt notat Sot. lib. 10. de inst. qu. 5. art. 5. concl. 5. §. Quo autem, Valquez n. 106. cit. & Sanchez lib. 7. consil. 6. 2. dub. 28. num. 1.

Et quod addit *ibidem* Sot. §. Ex quo fit. primam attentionem ad verba esse omnium infimam; sed non posse haberi, nisi ab eo, qui nouit linguam, in qua orat: quia alioqui verba ignota facile proferret corruptè, & mutilè; & idè Clericos, qui obligantur ad Horas canonicas, necessariò debere callere Latinam linguam: hoc, inquam, ex eo impugnat Nauar. de orat. cap. 21. n. 34. cit. & Sanchez dub. 28. cit. num. 3. quia ad illam satis est, si singula verba suo ordine proferantur, non autem requiritur, vt proferantur omninò rectè quoad quantitatem syllabarum, & quoad singulas terminationes verborum: siquidem alioqui rudes, & idiotæ, qui recitant *Pater*, & *Aue*, & Symbolum fidei, & Rosarium, & alias huiusmodi orationes Latina lingua, quam non norunt, & plura verba corruptè proferunt; & tamen putant, se verè orare, & Indulgentias consequi per illas orationes, & pœnitentias sacramentales implere; reuerà non orarent, & omninò carerent attentione; & ne illam quidem haberent, quæ est omnium infima, & cuius solius videtur capaces; & consequenter neque Indulgentias lucrarentur; neque satisfacerent pro pœnitentiis sibi iniunctis: quod tamen non videtur dicendum. Sed reuerà non hoc videtur intendisse Sotus, vt negaret, eos posse villo modo attendere ad verba, qui essent rudes Latinæ linguæ; sed solum quòd non possent attendere ad illa proferenda rectè, & congruè, vt ipse loquitur; & per consequens quòd tota illorum attentio, si maximè esset congrua intentioni orantis, & simpliciter sufficiens ad orandum coram Deo, qui intuetur corda orantium; non tamen necessariò esset congrua ipsis verbis, quæ ex ignorantia Latinæ linguæ non eo modo proferrent, quo ipsa verba postulerent, & deberent proferri. Vnde & subdit, quòd etiam attentio ad sensum verborum non potest haberi ab iis, qui tenent linguam Latinam, nisi etiam sint periti Theologiæ; in quantum, scilicet, ex sola peritia Latinæ linguæ non possunt certò assequi omnem sensum verborum; & ad illum certò assequendum, multum iuuat Theologia.

Quòd ergo in persoluedis Horis canonicis, & in quauis alia oratione vocali semper sit necessaria aliqua attentio, & applicatio mentis, est certissimè apud omnes; quia oratio essentialiter est ascensus mentis in Deum; & alioqui Deum ipsum contemnimus, si ad illum aperimus os, & labia; & mentem, & cor habemus ad alia: & iure potest de nobis con-*queri* Isaia 29. & Matth. 15. *Populum istum ore suo, & labiis glorificat me: cor autem eius longè est à me.* Sed est difficultas, vtrum vna aliqua indeterminatè accepta ex attentionibus iam indicatis possit sufficere ad persoluedas Horas canonicas; an verò sit necessaria vna aliqua certa, & determinata, aut plures simul: nam Caiet. 2. 2. quæst. 83. art. 13. cit. Nauar. de orat. cap. 13. n. 33. & seqq. & aliqui alij apud Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 28. n. 16. existimant, attentionem etiam imperfectissimam ad sola verba, tunc solum sufficere ad implendum præceptum de oratione vocali, quando est sine præcisione attentionis perfectioris, id est, quando aliquis ita attendit ad verba, vt voluntariè non excludat attentionem ad sensum verborum, & ad finem orationis, quæ est coniunctio cum Deo; quomodo excluderet, si positiuè vellet cogitare de aliis, aut se occuparet aliquibus externis actionibus, quæ rapiunt, & retinent totam mentem, & impediunt attentionem perfectiorem, idque totum bene aduerteret.

Verùm id nimis rigidum, & scrupulosum, & in rigore falsum putat Suar. lib. 3. de orat. vocali, cap. 4. n. 10.

10. Aliqua attentio semper est necessaria in oratione vocali.

11. Quomodo possit sufficere sola attentio superficialis ad verba.

n. 10. & lib. 4. de Horis canonicis, c. 26. n. 24. quia ad satisfaciendum præcepto de oratione vocali, ea tantum attentio est necessaria, quæ est satis ad substantiam orationis, & vt verè sit actus humanus; neque in tali præcepto potest includi maior obligatio, cum nullus teneatur orare meliori, aut optimo modo; sed vnuiusque satis habeat, si orat bene, & competenter, siue possit orare melius, siue non possit: & certum est, quòd rudes communiter, quando orant aliena lingua, non habent aliam attentionem, nisi ad verba, & superficialem; & sola etiam verba quomodocunque prolata cum intentione Deum orandi, sunt vera oratio.

Sed fortasse facile possumus conciliare hanc vtranque sententiam, si dicamus cum Lessio lib. 2. cap. 37. num. 69. attentionem ad sola verba tunc esse satis, quando supponitur animus, & intentio per illa orandi: quia alioqui, si hæc intentio non habeatur, verba illa etiam integrè, & bene prolata, non sunt oratio, sicut nec genuitio, aut pectoris tussio sunt cultus Dei, si non procedant à voluntate colendi Deum: si verò ex intentione orandi, & Deo vacandi attendamus ad verba bene, & integrè proferranda; impossibile est, quòd simul non habeamus aliam attentionem, saltem confusam, & virtua-lem ad ipsum Deum, quem oramus, & cui vacamus; & si hæc alia intentio positiuè excluderetur, etiam excluderetur intentio orandi, & Deo vacandi; & qui tali modo proferret verba, reuerà non oraret, neque mereretur, aut satisfaceret, vt vult Nauar. loco citat. & Valentia 2. 2. disput. 16. quæst. 2. puncto 10. §. Quomodo sit recitandum Officium. Neque potest in hac re dissentire Suarez, qui expressè requirit intentionem orandi, vt supra diximus, & per consequens etiam concedit attentionem confusam ad Deum, etiam si non concedat attentionem explicitam, & distinctam.

Et de hac attentione ad Deum, saltem confusa, debet intelligi S. Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 13. cit. quando ait, attentionem ad Deum, & ad rem, pro qua oratur, esse maximè necessariam, eamque posse habere etiam rudes, & idiotas: quia enim, quando orant Latina lingua, aut quauis alia, quam non norunt, satis intelligunt, quòd illis verbis continentur preces, & laudes Dei; & hac intentione Deum precandi, & laudandi illa proferunt, & dicuntur etiam ipsi habere attentionem ad Deum, vt notat Suar. lib. 1. cit. de orat. vocali, cap. 5. n. 5. & 6. Et quia præter hanc intentionem communiter non habent aliam, quæ sit ad Deum, rectè dicitur, quòd hæc saltem sit necessaria ad orationem, non autem alia.

Secundò, circa hanc ipsam attentionem superficialem ad verba, potest esse difficultas, vtrum positiuè sit necessaria; & si quis, verbi gratia, mentem, & animum ita occupet circa Deum, & res diuinas, vt nõ aduertat ad verba, vtrum verè satisfaciatur; nam videtur in tali casu verborum prolatio non esse oratio, neque actio humana, cum non regatur à ratione, quæ tunc temporis tota in alio est occupata; sed solum ex coordinatione phantasmatum, quæ possunt eodem modo occurrere, etiam tempore somni, & quando homo non operatur, vt homo est.

Sed breuiter est dicendum cum Suario lib. 3. de orat. vocali, cap. 4. n. 16. & lib. 4. de Horis canonicis, cap. 26. num. 22. Nau. de orat. cap. 20. n. 28. Medina de orat. quæst. de attentione in oratione habenda, Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 28. num. 17. necessariam omninò esse aliquam attentionem ad verba; & hanc communiter non deesse, etiam quando aliquis prin-

Salauit Theol. Moral. Tom. II.

cipaliter attendit ad Deum, & ad res diuinas: quia etiam tunc verba proferuntur rectè, & ordinatè: & si Officium recitetur cum lecto, vicissim ille auditur, & certo ordine alterni versus dicuntur; quod tamen esse non potest, sine aduertentia, & gubernatione rationis; & quauis hæc aliquando sit ita leuis, vt per actum reflexum non aduertatur, parum refert, cum talis reflexio non requiratur; imò & qui orant perfectius, communiter illam non habeant, vt notat Valquez Opusculo de beneficio, cap. 4. §. 1. dub. 5. num. 106. Si tamen attentio ad Deum, & ad res diuinas tanta esset, vt omninò excluderet, & impeditur attentionem ad verba; qui inuoluntariè in illam incidere ex speciali motione Spiritus Sancti, vel ex habitu, non peccaret, neque teneretur Horas repetere; sicut neque peccat, qui inuoluntariè distrahitur ad alia, vt dicemus; non tamen liceret, voluntariè illam procurare: quia Horæ canonicæ sunt de præcepto, in quantum sunt oratio vocalis; non autem in quantum habent adiunctam contemplationem Dei, aut rerum diuinarum; & qui aduertet se ita vehementer in Deum rapi, vt vocis vius, & recta verborum prolatio, vel omninò, vel magna ex parte impeditur, neque speraret tempus superfluum ad iterum recitandum, teneretur, quantum posset, retrahere se à contemplatione, eamque impedire, vt subdit Suarez loco citato. Arque hoc tantum modo debet intelligi id, quod asserit Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 83. artic. 13. cit. & omnes communiter apud Azorium part. 1. libro 10. capite 12. quæst. 2. attentionem ad Deum, & ad res diuinas posse sufficere in oratione vocali: neque enim attentio ad verba debet omninò excludi, cum sit fundamentum totius orationis vocalis, sed solum potest excludi in ea intentione, vt possit etiam ipsa reflexè aduerti, vt diximus. Et hoc modo verissimum est id, quod docet Caietanus 2. 2. quæst. 83. artic. 13. cit. licitum esse, etiam à principio recitationis directè, & ex proposito, attendere meditationi Passionis Christi, vel alterius mysterij, quod sit medium ad mentem, & affectum firmandum in Deo, qui est finis perfectissimus orationis: id enim solum intelligitur, dummodo talis meditatio non omninò excludat attentionem ad verba. Et quod dicimus de oratione vocali, quando sit ex præcepto Ecclesiæ, & verbis præscriptis, & certis, idem est intelligendum, quando sit ex priuata deuotione, & verbis compositis ab ipso orante: siquidem etiam tunc ad illa est attendendum, ne contineant aliquid ineptum, aut contrarium intentioni orantis, vt notat Nauar. de oratione, capite 20. citato, numero 28. & Sanchez dub. 28. numero 17. cit.

Siue autem attentio sit ad verba, siue ad sensum verborum, siue ad Deum, non est necessarium; vt toto tempore recitationis sit formalis, & actualis; sed satis est, si sit virtualis, & ab initio voluerit quis, & intenderit verè attendere, & postea dedita opera tale propositum non mutarit. Ita Caietanus 2. 2. quæst. 83. art. 13. cit. Sot. lib. 10. de inst. quæst. 5. art. 6. conclus. 7. Nauar. in Manuali, cap. 25. num. 105. & 106. & de oratione, cap. 13. num. 21. Bellarminus lib. 1. de bonis operibus, cap. 18. §. Attentio. tom. 4. Paulus Layman lib. 4. tractat. 1. cap. 5. num. 11. Suarez de oratione vocali, cap. 4. cit. num. 6. Lessio lib. 2. cap. 37. num. 71. Toletus lib. 2. cap. 13. num. 6. Valquez de beneficio, cap. 4. art. 3. dub. 5. num. 107. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 28. num. 10. Bonac. de Hor. can. disp. 1. quæst. 3. puncto 2.

13. Non tamen requiritur attentio actualis, sed sufficit virtualis.

E E c 2 §. 2.

§. 2. num. 15. & 16. & omnes communiter: quia, qui inuoluntariè distrahitur, non peccat, & omnino satisfacit suæ obligationi, neque amplius tenetur repetere, vt notat Caiet. in Summa verb. Hora canonica, §. 4. Azor. lib. 10. cap. 12. quæst. 3. & 12. Suar. Less. & alij citati: nam euagatio mentis, quando est præter propositum, non modò non tollit substantiam orationis; sed neque etiam ipsius fructum, saltem quoad meritum, & satisfactionem, vt notat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 83. artic. 13. cit. ad 3. & vt habet Sanctus Basilius lib. de vita perfecta, cap. 2. & apud Sotum de iust. lib. 10. quæst. 5. artic. 6. conclus. 7. cit. maximè prouenit ex debilitate, quam contraximus propter peccatum originale, amissa virium firmitate, quam dabat iustitia originalis: nam, sicut non potest firmè incedere, qui poplite, & cruribus non est benè sedens; ita & mens non potest in oratione firmè procedere, si neque ex se, neque ab extrinseco est benè firma. Et quemadmodum radij Solis apparent tremuli, & non quiescunt, quando incidunt super aquam ventis commotam: ita & Dei illustrationes non diu consistunt, si inueniant mentem, & animum vanis curis, aut affectionibus, & perturbationibus, vel etiam suggestionibus Dæmonum agitata. In quibus tamen omnibus nulla est culpa, si accidant præter, aut contra intentionem ipsius orantis; & quandiu in illo remanet intentio, & voluntas orandi, & attendendi; neque reuocatur directè per voluntatem attendendi ad aliquid aliud impossibile, & semper continuatur recta, & integra verborum prolatio, semper dicitur manere virtualiter prima attentio, id est, in ipsa continuatione verborum, tanquam in aliquo sui, & per consequens etiam manere substantia, & validitas orationis. Et communiter neque etiam omnino deest attentio formalis, id est, saltem illa, quæ linguam regit in prolatione verborum, nisi fortè in aliqua oratione particulari, quæ teneatur memoriter, continuatio prolationis dicatur prouenire ex aliquo habitu memoratio, & ex certa coordinatione phantasmatum, quæ ex se ipsis ordinatè occurrant sine alia aduertentia rationis, aut facultatis superioris, quomodo occurrunt aliquando etiam amentibus, & brutis. si quid fortè tenent memoriter.

14. Qui voluntariè distrahitur, & in bona parte officij nõ attendit saltem ad verba, peccat mortaliter, & nõ satisfaciunt obligationi.

15. Niquis hoc negant, qui solum attentionem externam dicunt esse in præcepto.

Atque ex hoc, quoddam aliqua attentio, saltem ad verba, sit necessaria simpliciter ad orationem vocalem, certè sequitur, quoddam qui voluntariè distrahitur in bona parte officij, peccet mortaliter, & suæ obligationi non satisfaciat. Ita Maior 7. in 4. dist. 12. quæst. 7. Caiet. 2. 2. quæst. 83. art. 13. Sot. de iust. lib. 10. quæst. 5. art. 6. conclus. 7. Nauar. de orat. cap. 13. n. 18. Less. lib. 2. cap. 37. n. 64. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 12. quæst. 3. Suar. de orat. vocali, cap. 26. n. 3. & 13. Valq. 1. 2. disp. 160. n. 10. & seqq. & Opusculo de benef. cap. 4. §. 1. art. 3. dub. 4. n. 103. & seqq. Sanch. lib. 7. consil. cap. 2. dub. 28. n. 8. & seqq. Bonac. de Horis can. disp. 1. quæst. 3. puncto 2. §. 2. n. 4. Garz. de benef. tom. 1. part. 3. cap. 1. n. 182. Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 2. puncto 10. §. Quando sit recitandum. Layman lib. 4. tract. 1. esp. 5. num. 9. & 10. Barbof. in cap. Dolentes. n. 19. de celebr. Miss.

Sed in contrarium citatur Durand. in 4. dist. 15. quæst. 12. n. 6. Palud. ibidem quæst. 5. art. 2. S. Anthonin. 2. part. tit. 13. cap. 4. §. 7. & 8. & apud ipsam Gloss. Hollien. & Archidiacon. Sylu. verb. Hora. q. 11. Angel. cod. num. 27. Med. de orat. quæst. 15. & alij, qui asserunt, si quis interius voluntariè distrahat, non peccare mortaliter, nisi id faciat ex contemptu: qui Ecclesia non præcipit actum internum; sed solum recitationem externam, peccare autem mor-

taliter, si distrahatur exterius; hoc est, si faciat aliquid aliud, quod sit impossibile cum attentione ad recitationem externam. Sed reuerà, vt ingenuè fatear, non existimo, hos Authores, negare omnem attentionem internam: quasi velint, posse aliquem satisfacere præcepto, si Horas recitet sine vlla attentione interna, etiam ad verba; sed solum ex coordinatione phantasmatum, vel ex imaginatione; sicut recitarent amentes, aut etiam bruta: imò expressè asserunt, necessariam esse attentionem, saltem virtualem, ratione primæ intentionis, quam ab initio quisque habuit Deum orandi, & illam esse necessariam, vt vitetur transgressio præcepti, cum hoc non detur nisi hominibus; & idèõ debeat impleri ex ratione, & ex deliberatione, quæ est propria hominibus; non autem ex sola imaginatione, quæ est communis etiam brutis. Et hoc modo expressè loquuntur Palud. Dur. S. Anthon. Sylu. & alij. Quare, quando deinde subdunt, eum, qui voluntariè distrahitur ad alia, non peccare mortaliter, & c. non loquuntur de distractione, provt tollit attentionem virtualem, saltem ad verba; sed solum provt excludit, & tollit attentionem actualem ad Deum, quæ pertinet ad deuotionem; & ad modum recitandi, qui habetur cap. Dolentes, de celebr. Missar. & quem ipsi continent solum esse de consilio, non autem de præcepto, in quantum dicit deuotionem internam: in quo toto sine dubio neque etiam dissentiant alij Authores.

Sed quicquid sit de diuersitate opinionum, quoddam qui distrahitur voluntariè in bona parte officij, & sponte animum auocat ab attentione etiam ad verba, peccet mortaliter; patet manifestè ex ratione ipsius Dur. & Palud. quia præceptum de Horis canonicis non est de eo, quod potest esse commune etiam brutis; sed solum de eo, quod est proprium hominibus, id est, de oratione vocali, quæ sit actio verè humana, & deliberata; nisi autem duret, saltem virtualiter, etiam prima intentio Deum orandi, & in illa permaneat virtualiter etiam attentio sufficiens ad orationem, impossibile est, quoddam satisfaciat præcepto.

Atque ex hoc vterius inferunt Valq. dub. 4. cit. n. 99. & 103. Bonac. §. 2. cit. n. 8. & apud illum Nau. Tol. Layman, Azor. & alij, quoddam qui hoc modo recitant sine attentione, omnino tenentur Horas repetere; & si non repetant, & sunt beneficiati, etiam tenentur restituere fructus, perinde ac si omisissent simpliciter Horas canonicas.

Et quauis Ecclesia non possit punire externam recitationem, ed quoddam careat attentione interna; si quidem hunc defectum non potest cognoscere, neque potest de illo iudicare: adhuc tamen potest teneri ad restituendum iure ipso naturali, qui exterius recitat, & interius non attendit, vt subdit Valq. ibid. n. 104. & 105. siquidem beneficium fuit illi datum sub hoc onere, vt oraret quancunque orationem sibi præscriptam, eamque reuerà non orauit, dum recitauit solum exterius, & interius voluntariè non attendit. Et hinc etiam fit ex eod. Valq. ibid. quoddam solum teneatur restituere pro ea parte fructuum, quæ respondet recitationi officij, & licitè possit sibi retinere aliam partem, quæ fortè respondet alijs curis, & laboribus, sub quibus similiter habet beneficium: quia, quauis Conc. Lateran. & Pius V. omissionem simpliciter, etiam externæ recitationis, potuerint punire per amissionem simpliciter omnium fructuum; ius tamen nature non sic punit omissionem internæ attentionis; sed solum punit per amissionem suæ partis; & alijs etiam curis, & laboribus relinquere partem suam.

Et quoad obligationem restituendi, idem etiam est de quotidianis distributionibus, si quis in-

16. Qui ex defectu attentionis interius non satisfaciat iuri obligationis, etiam tenentur restituere fructus iurum beneficiorum.

17. Et si quis aliquos nesciat restituere.

terter Choro, & nullo modo attendat, vt subdit Bonac. ibid. n. 10. ex Nauar. de orat. cap. 13. n. 15. Moneca de distribut. par. 2. q. 2. n. 22. & q. 3. n. 37. & alij: quauis Garzias de benef. part. 3. cap. 2. n. 51. & plures alij apud eundem Bonac. oppositum asserant; & pro lucrandis distributionibus putent sufficere solum Chori interestiam, de qua tamen re pluribus infra.

18. Satisfacere obligationi Horarum, quauis est ex attentione, est facillimum. Ex his verbis, quæ diximus de attentione, quæ est necessaria ad Horas canonicas, potest intelligi, quàm sit facile implere præceptum de illis persoluendis, vt notat Caietan. verb. Hora canonica, §. 4. cit. & Less. lib. 2. cap. 37. num. 70. solum enim est obligatio, vt quis animo orandi, & Deo vacandi Horas inchoet, & in contrarium animus non mutetur, donec illæ abfoluantur: & quauis virtualiter manet prima intentio, neque directè est retractata per intentionem oppositam non vacandi amplius Deo, vel indirectè per intentionem vacandi alicui alteri incompatibili, semper manet virtualiter etiam attentio, quæ sufficiat ad præceptum; neque est opus, vt aduertamus reflexè, quod attendimus; vt paulò ante notauimus num. 11. imò est optimum consilium, vt qui volunt rectè attendere, dum Horas recitant, non se occupent in cogitando, vtrum attendant, nèque: quia, sicut qui transeunt per summam trabium, quæ aliquando pro pontibus distenduntur, facilius cadunt, si cogitent de casu, aut timeant: ita etiam, qui timeant de euagationibus, & distractionibus, dum Horas recitant, facilius euagantur, & distrahantur, vt notat Nauar. de orat. cap. 13. num. 30. Neque est timendum, ne prima intentio vacandi Deo, & orandi, facile mutetur: siquidem impossibile est, vt fiat talis mutatio sine aduertentia, vt notant Caiet. loco cit. & Suar. de orat. vocali, cap. 26. n. 20. Et qui aduertit, se cogitare hæc, vel illa, quæ reuerà sunt extranea à recitatione officij; sed non aduertit, quod per illa distrahat ab officio, cogitat quidem voluntariè hæc, vel illa, non tamen voluntariè distrahitur, neque est dicendus mutasse priorem voluntatem orandi, cum recessus ab orando Deo per huiusmodi cogitationes non fuerit cognitus; & per consequens neque fuerit voluntarius; & absolute euagatio mentis, & distractio, ad hoc vt impediatur impletionem præcepti, debeat esse voluntaria, nõ solum provt est accessus ad extranea; sed etiam provt est recessus ab oratione, vt notant Caiet. & Suar. locis cit. Sotus lib. 10. de iust. q. 5. art. 6. concl. 7. Bonac. puncto 2. §. 2. citato, n. 13. Sanch. lib. 7. consil. cap. 2. dub. 28. n. 11. & alij apud ipsos.

19. Qui habet attentionem sufficientem ad Horas canonicas, non peccat, si eodè tempore simul attendat ad aliquid aliud. Et hinc vterius potest colligi, quoddam qui habendo sufficientem attentionem ad Horas canonicas, simul attendit ad aliquid aliud ex se non illicitum, potest per hoc non peccare, etiam venialiter, vt notat Suar. de orat. vocali, cap. 4. cit. n. 11. quia, cum nulla sit obligatio attentionis perfectioris, si illa voluntariè omittatur, & impediatur per attentionem ad aliud, nulla culpa contrahitur, neque committitur vlla transgressio vllius alterius obligationis. Vnde, quod habet Nauar. de orat. cap. 13. n. 23. cum, qui potest simul attendere ad plura, sicut de Iulio Cæsare refert Plinius lib. 7. cap. 25. quoddam simul scriberet, & legeret; & quaternas, & septenas epistolas simul dicitaret de rebus grauissimis, non excusari à culpa veniali, si dum recitat Horas, aliquid aliud voluntariè cogitet propter irreuerentiam erga Deum; non videtur admittendum: quia irreuerentia cum Deo non attenditur eodem modo, atque cum homine: & si quis orat, & cum Deo loquatur, dum se vestit, verbi gratia, aut dum aliquid aliud exterius facit, non

se habet ad illum irreuerenter; sicut sine dubio se haberet ad Principem: vnde & in Regula Sancti Dominici præcipitur Fratribus; vt recitent Horas Beatissimæ Virginis, dum se vestiunt, vt refert Sotus de iust. lib. 10. quæst. 5. art. 6. concl. 7. cit. §. Vt si quis; & Valquez Opusculo de benef. cap. 4. num. 108. quod tamen non esset, si contineret irreuerentiam: & in Missali præcipitur Sacerdos orare certas orationes, dum se induit vestibus sacerdotibus; neque id irreuerentiam continet, vt notat Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 32. num. 2. sed tunc solum se habet quis irreuerenter ad Deum, quando operatio, siue interna; siue externa, cui vacat, est indebita ex aliquo alio capite: quanquam si comparatè se habeat etiam tunc ad orationem, & ad recitationem Horarum, non propterea specialiter illam vitiet, vt etiam supra diximus num. 5. Et idem est de operationibus externis, quæ aliquando fiunt, dum recitatur Officium: si enim multum impediunt, aut minuunt attentionem simpliciter necessariam, vt esset, verbi gratia, pingere, aut versus componere; certum est, quoddam non sunt sine peccato, eoque mortali, si defectus attentionis, quem causant, est mortalis: si verò parum attentionis pro se requirant, eamque relinquunt sufficientem recitationi Horarum, & siant alioqui ex rationabili causa, & ex nullo alio capite fiant indebitè, possunt vacare omni culpa etiam veniali, vt notat Suarez de Horis canon. cap. 26. num. 21. Azor. lib. 10. cap. 12. cit. quæst. 7. & apud illum Caiet. Sor. & alij. Et potest illud addi ex Valent. 2. 2. disp. 6. quæst. 2. puncto 10. §. Quando sit recitandum Officium. quoddam illæ etiam operationes, quæ notabiliter impediunt attentionem debitam, & necessariam, possunt fieri sine peccato, si quis non aduertat, quoddam illam impediunt: quia talis impeditio non est illi voluntaria; & quandiu illam non aduertit, non est sufficienter constitutus, vt illam possit remouere: & idèõ non peccat, si non remoueat, vt etiam concedit Nauar. in Mann. c. 25. n. 107. & diximus paulò ante, n. 18.

Atque hinc patet, quoddam qui recitat Horas canonicas, dum ex præcepto interest Sacro, absolute non peccat, cum possit simul sufficienter attendere ad vtrumque, vt notat Azor. cap. 12. cit. quæst. 10. Valen. loco cit. Tolet. lib. 2. cap. 13. n. 6. Nauar. de orat. cap. 13. num. 35. Bonac. §. 2. cit. num. 14. & alij apud ipsum.

Et vniuersaliter omnes illæ actiones possunt licitè fieri, dum recitatur Officium, quæ non tollunt attentionem sufficientem, & necessariam: vt, si quis, verbi gratia, simul scribat, aut legat aliquid aliud, quod magnam attentionem requirat, vel pingat, aut versus componat, & c. vt videtur esse apud Sotum art. 6. cit. §. Vt si quis. Valq. Opusculo de benef. cap. 4. dub. 5. num. 107. & 108. Bonac. §. 2. cit. num. 12. Sanch. lib. 7. consil. cap. 2. dub. 32. & alios communiter.

Postremò, si quæras de attentione circa alias orationes, quæ non sunt de præcepto, affirmat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 83. artic. 13. quoddam semper attentio est de necessitate orationis vocalis; & quoddam peccat, si quis orat, & non attendat: non tamen explicat, vtrum peccet mortaliter, an verò solum venialiter: sed peccare mortaliter eum, qui orat orationem quancunque, & non attendit, affirmat Medina C. de orat. q. 14. quæ est de attentione: quia, quemadmodum

20. Licetum est tempore Missæ Horas persolvere.

21. Quæ actiones externa sicut licita, dum recitatur Officium.

22. Oratio vocalis, etiam extra euagatio præcepti, necessarii possunt attentionem.

Confessio sacramentalis, etiam sponte facta, & citra obligationem precepti, necessario postulat suam integritatem, & suum dolorem, & suum propositum non peccandi de cetero, & alioqui peccatur mortaliter, si haec omittantur, quia grauis iniuria fit Sacramento, dum suscipitur nulliter: ita & oratio quaecunque sponte facta, & citra obligationem, necessario postulat suam attentionem; & alioqui peccatur mortaliter, & grauis irreuerentia in Deum committitur, si oritur sine attentione; & mens, & animus habeatur ad alia. Verum id nimis rigidum, & nimis scrupulosum appellat Vasqu. Opusculo de benef. cap. 4. art. 3. dub. 1. num. 72. & ex communi aliorum sententia absolute docet, quod solum sit veniale, si quis, orat extra casum precepti, & voluntarie non attendat: quia reuera non tanta irreuerentia in Deum committitur, ut mereatur puniri per priuationem gratiae, & per amissionem vitae aeternae: & sic tenet Palud. in 4. dist. 1. 5. quae. 5. art. 2. conclus. 4. in fine. Caiet. 2. 2. quae. 83. artic. 1. 3. Sor. de iust. lib. 1. o. quae. 5. artic. 5. conclus. 7. §. P. i. si quis. Angel. verb. Hora, num. 27. & omnes communiter. Vnde non peccat, nisi venialiter is, qui recitat, verbi gratia, Coronam Beatissimae Virginis animo orandi, & interius voluntarie non attendit, ut ex communi sententia notat Bonac. de Horis canon. disp. 1. q. 3. puncto 2. §. 2. n. 7. & Sanchez lib. 7. consil. 2. dub. 31. n. 2. & 3. quia ratio ipsa naturalis aperte dicit, irreuerentem agi cum Deo, si ad illum accedamus animo orandi; & eodem tempore voluntarie ab illo recedamus; & solis labiis, non autem animo illum oremus. Recte tamen iidem Authores ab omni culpa illum excusant, qui forte recitat Psalmos, aut Coronam, non animo orandi, sed ut vitet alias vanas cogitationes; vel, ut tempus fallat, & se recreet cantillando, vel ut Psalmos discat memoriter, vel ut alios doceat recitare Officium, & c. si quidem hic laudabiliter facit pro his omnibus finibus, etiam si data opera interius non attendat ad Deum orandum, quod ab initio non intendit.

23. Qui ex negligentia crassa mente euagatur, dum Horas recitat, perinde est, ac si euagatur voluntarie.

Et quod dicimus de euagatione, & distractione voluntaria, quod semper sit peccatum, siue oratio sit in precepto, siue non, idem est intelligendum etiam de illa, quae prouenit ex negligentia crassa, & ad quam impediendam, vel nulla, vel ferè nulla adhibetur diligentia: haec enim in idem recidit cum voluntaria, ut notat Sotus lib. 1. o. de iust. quae. 5. art. 5. conclus. 7. cit. ex S. Basilio lib. de vita perfecta, cap. 2. & verè est voluntaria indirectè, cum sit à voluntate non repellente applicationem mentis ad alia, quae verè potest, & debet repellere. Idque est multò verius, & multò tutius, quam quod habet Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 28. cit. num. 14. quod negligentia crassa circa alias materias aequiparetur voluntatio; non tamen circa materiam euagationis in oratione: quia alioqui esset seminarium multorum scrupulorum, cum talis euagatio facile accidat etiam Viris sanctis iuxta illud Psalmi 39. Cor meum dereliquit me. Sed reuera difficile assignabit Sanchez disparitatem, quare negligentia crassa aequiparetur voluntario circa alias materias; non autem circa materiam euagationis; & alioqui, si non peccat, qui vel nullam, vel ferè nullam adhibet diligentiam in repellendis euagationibus mentis, & idèd caret attentione debita in Horis canonicis; neque etiam peccabit, si vel nullam, vel ferè nullam adhibeat diligentiam in repellendo somno, quo fortè multum laborat, dum Horas recitat; & similiter si ex somno careat attentione debita: quod tamen expressè negat idem Sanchez ibidem, dub. 33.

Denique, quomodo debeat se gerere, qui attendit tam leuiter, dum Horas recitat, ut postea non recordetur, quod recitauerit, verbi gratia, hunc Psalmum, vel hanc Horam; videri potest apud eundem Sanchez ibidem, dub. 34. Nam, si habet probabilem coniecturam, quod recitauit, ut, verbi gratia, quia communiter solet integrè recitare tali tempore; non tenetur repetere, etiam si non recordetur certò, quod recitauit; dummodo non recordetur certò, quod non recitauit, ut bene explicat Nauar. de orat. cap. 13. n. 30. & cap. 20. n. 30. & Sanchez ibidem, & Bonac. de Horis canon. disp. 1. quae. 6. puncto 3. n. 12. quia, si proferendo integrè verba, magis attendit ad res diuinas, qui est optimus modus attentionis, & ipse finis orationis, vel etiam inuoluntarie fuit distractus ad res alias temporales, certum est, secundum omnes, quod satisfecit obligationi, & tamen facile potest non recordari prolationis verborum, ad quam non fuit attentio nisi leuis; & idèd non potuit relinquere speciem sui in memoria; & quare ratione non tenetur Confessiones repetere, qui probabiliter credit, se aliàs esse bene confessum, & propter scrupulos, quibus angitur, solum non recordatur positiuè, quod sit confessus determinatè hoc, vel illud peccatum, ut notat idem Nauar. in Manu. cap. 21. num. 42. ita nec tenetur repetere Psalmos, aut Horas, qui probabiliter credit, se iam recitasse; & secus est, si sit planè dubius, & animi pendeat pro vtraque parte: si quidem in tali casu praesumptio stat pro obligatione, & pro lege, ut communiter dicitur in materia de conscientia dubia, & notat Bonacina puncto 3. citat. num. 11. & absolute omnes tenentur Horas persolvere, qui neque etiam probabiliter credunt, se iam persoluisse. Et idem est, si quis certò sciat, aut recordetur, se inchoasse talem Psalmum, aut Lectionem, vel Horam, siue legendo in Breuiario, siue memoriter recitando; & postea quando aduertit, se peruenisse ad finem, non recordetur, quod recitauerit media; si enim est solitus totum dicere, & non consuevit eruare, licet potest credere, quod totum dixit, nec tenetur repetere, ut ex Doctoribus Parisiensibus notat Nauar. de orat. c. 1. 3. n. 30. cit. Azor. part. 1. lib. 1. o. cap. 1. 2. quae. 12. Suar. de Horis canon. cap. 26. n. 20. Sanchez, & Bonac. locis cit.

24. Qui attendit solum leuiter, & postea non recordatur, utrum recitauerit, ad quod tenetur.

DISPUTATIO XXXVIII.

Quibus de causis possit quis excusari ab Horis canonicis, ad quas tenetur.

- 1. Ignorantia inuincibilis circa obligationem omnino excusat.
2. Oblitio, vel naturalis inaduertentia.
3. Qui sapius est expertus, quod ex obliuione omittat Officium, tenetur adhibere diligentiam.
4. Ebrietas voluntaria non excusat ab Horis canonicis.
5. Qui ignorat inuincibiliter modum recitandi.
6. Mutus non tenetur ad Horas canonicas.
7. Si tamen aliqui teneatur ad Chorum, omnino debet illi adesse.
8. Caecus excusatur, si non tenet memoriter.
9. Qui non potest recitare sine socio, quomodo teneatur illum querere.
10. Caecus non tenetur sequi socium verbatim praecursum, & suggerentem.
11. Estiam caecus, & qui multum laborat debilitate

- litate visus, excusatur, si non tenet memoriter.
12. Caecus, aut caecus non tenetur Officium memoriter discere.
13. Surdus, & surdaster, qui sit etiam caecus, omnino excusatur à recitatione Horarum.
14. Non tamen excusatur ab assistentia Chori, si alioqui ad illam tenetur.
15. Excusatur, qui laborant graui dolore, aut morbo corporali.
16. In casu dubio de grauitate morbi standum est iudicio Medici, vel est recurrendum ad Superiorem.
17. Quis dolor, aut quis morbum censendus sit grauis quoad excusandum ab Horis canonicis.
18. Non omnis morbus, qui excusatur à Choro, excusatur à recitatione priuata.
19. Febris tertiana leuis, aut quartana communiter non excusant.
20. Si dolor, aut morbus solum impediatur partem Horarum, quomodo sit obligatio ad aliam partem.
21. Vtrum is, qui non potest implere totum aliquod praecceptum, teneatur saltem implere partem.
22. Cum infirmus non est scrupulose agendum quoad excusationem ab Horis canonicis.
23. Excusatur, qui non habent Breuiarium.
24. Et qui ex recitatione timent sibi periculum vitae.
25. Et qui est occupatus graui aliqua occupatione incompatibili cum Horis canonicis.
26. Et qui est dispensatus à Papa.
27. Episcopus, aut Superior non potest dispensare in Horis canonicis, nisi ex graui causa, & pro certo tempore.
28. Qui excusatur ab Horis canonicis, non tenentur ad aliquid aliud loco Horarum.

AVS, & propter quas potest aliquis excusari ab Horis canonicis, ad quas tenetur, commode possunt reduci ad tria capita: vel enim proueniunt ex parte animi, ut ignorantia, & oblitio; vel ex parte corporis, ut morbus, & impotentia; vel ex parte alicuius extrinseci, ut, verbi gratia, si quis non habeat Breuiarium, si vergeat grauis necessitas alterius occupationis incompatibilis cum recitatione Officij; si quis timeat magnum aliquod malum probabiliter imminens, si Superior cum illo dispenset, & c.

Quoad primum, si quis inuincibiliter ignoret, se teneri ad Horas canonicas, ut si quis, verbi gratia, admodum puer accipiat beneficium, vel ingrediat Religionem, & ab aliquo fide digno accipiat, quod non tenetur, neque deinde veniat illi in mentem de falsitate huius doctrinae, & de maiori diligentia adhibenda, ut cognoscat obligationem, omnino excusatur à culpa, si non recitet. Ita Suar. de Horis canon. cap. 27. num. 3. quia, quauis ignorantia Iuris in foro externo non admittatur, quippe quae non praesumitur esse inuincibilis; in conscientia tamen omnino excusatur, si verè est inuincibilis, ut patet ex dictis alibi de ignorantia in vniuersum.

Secundò, excusatur, qui per naturalem obliuionem omittit vnam, aut plures Horas: quia, nimirum, non venit illi in mentem, ut diceret; neque per ipsum stetit, ut non veniret; vel, quando discessit domo, non cogitauerit de Breuiario secum portando, & c. quia oblitio, sicut tollit cognitionem; ita & tollit voluntarium, & per consequens excusatur à culpa, quae sine voluntario esse non potest. Ita Suar. cap. 27. cit. num. 4. Azor. lib. 1. o. cap. 1. 3. quae. 16. Tolet. lib. 2. cap. 14. num. 5. Nau. de orat. cap. 1. n. 38. Bonac. de Horis canon. disp. 1. q. 6. puncto 2. n. 10. tom. 1. & alij apud ipsum. Et idem est, si quis quo-

1. Ignorantia inuincibilis circa obligationem omnino excusat.

2. Oblitio, vel naturalis inaduertentia.

modocunque aliter omittat Officium bona fide, & sine culpa: quia, quicquid fouet bonam fidem, legitime excusatur ex eodem Suar. de Horis canon. c. 30. n. 16.

Dixi autem, quod tunc aliquis excusatur per naturalem obliuionem, quando per ipsum non stetit: quia, si quis aliquoties expertus fuisset, quod soleat obliuisci alicuius Hora; quando illam non recitaret certo tempore, & studiis; vel aliis negotiis se occuparet, omnino teneretur diligentiam adhibere ad inuandam memoriam, per aliqua signa exteriora. Et si quis voluntarie incidere in ebrietatem, & prauideret, quod tota die esset dormiturus, nec tempus superfuturum pro Officio, non esset vilo modo excusandus à peccato, etiam contra obligationem Officij.

Tertio, excusatur, qui ignorat inuincibiliter modum recitandi, ut, si miles, v. g. admittatur ad Subdiaconatum, vel ad beneficium ecclesiasticum; neque commode possit habere socium, à quo inueteret, & doceatur. Ita Nau. de orat. c. 1. n. 21. & ex illo Suar. de Horis canon. c. 27. cit. n. 5. nam, quauis peccauerit acceptando sacrum Ordinem, aut beneficium, ad cuius obligationem implendam non erat sufficiens, ut notat idem Nau. n. 20. postea tamen non peccat, si per aliquod tempus non recitet, cum verè sit impotens ad recitandum. Et rectè addit Suar. n. 6. & Azor. part. 1. lib. 10. c. 13. q. 18. quod potest aliquando excusari etiam à culpa acceptandi Ordines, aut beneficium, ut, v. g. si bona fide sperauit, habiturum se aliquem, à quo disceret, & alioqui imminchat illi periculum non habendi amplius beneficium, vel Ordines differendi ad longum tempus: & siue peccauerit quis, siue non, in acceptanda obligatione Officij, quam implere non poterat; certum est, quod non excusatur, si omnino non recitet pro toto tempore consequente: si quidem potest per se ipse Rubricas legere, & Psalmos inuenire huius, & illius feriae, vel Festi, cum Lectionibus, & oratione Domini, aut Festi; & melius est inordinatè, & defectuose Officium dicere, quam omnino non dicere. Si quis tamen esset tam rudis, ut Breuiarium non posset legere, aut intelligere; ita excusaretur à culpa non recitandi, ut non posset excusari à graui culpa priore acceptandi Ordines, aut beneficium, ad quorum obligationem implendam tam erat ineptus; & semper teneretur diligentia adhibere ad expellendam huiusmodi ineptitudinem, & alioqui non posset tuta conscientia beneficium retinere; sed omnino teneretur illud deponere, ut etiam notat Azor. loco cit. vel saltem deberet petere dispensationem à Papa: & si Papa fuisset conscius tantae ineptitudinis, & adhuc voluisset conferre illi beneficium; posset etiam credi, quod dispensasset de facto pro toto tempore, quo ineptitudo duraret, ut notat Bonac. de Horis canon. q. 6. puncto 2. cit. n. 16. si quidem non debet praesumi, quod voluerit illum obligare ad impossibile; sicut nec obligaret infantem pro toto tempore infantiae, si illi similiter ex certa scientia conferret beneficium.

Circa alterum caput excusationum, quae proueniunt ex parte corporis: Primò certum videtur, quod excusatur mutus, qui non potest vilo modo, lingua, & labiis voces proferre. Ita Sylu. verb. Hora, n. 5. Nau. de orat. c. 11. n. 6. Suar. c. 27. cit. n. 11. Bonac. q. 6. puncto 2. cit. num. 11. quia praecceptum de Horis canonicis, est praecceptum de oratione vocali; ad quam tamen ille est impotens, ut supponimus: & inde fit, ut neque etiam teneatur mentaliter dicere, neque alium dicentem audire, vel recitare per alium, cum de hoc nullum sit ius, ut notant Sylu. & Nauar. ibidem. Si tamen admitteremus, ut probabile, quod

4. Qui sapius est expertus, quod ex obliuione omittat Officium, tenetur adhibere diligentiam.

4. Ebrietas voluntaria non excusatur ab Horis canonicis.

5. Qui ignorat inuincibiliter modum recitandi.

6. Mutus non tenetur ad Horas canonicas.

Supra retulimus disp. 34. n. 1. ex Nau. de orat. cap. 19. num. 86. & cap. 20. num. 14. posse teneri disputatiue, quod etiam de iure communi, & sine privilegio in recitatione priuata non sit necessarium formare voces; sed possit sufficere mentaliter dicere; neque a culpa excusetur; si non diceret; quia tamen id communiter non admittitur; ideo dixi, certum videri, quod excusetur. Verum, si praterea ratione beneficii teneatur assistere Choro, non poterit sine culpa abesse ex eo praeis, quod non possit formare verba, & cum aliis canere, cum saltem praesentia sua augeat numerum ministrorum, & Chorum cohonestet; vt mox dicemus etiam de caeco.

Secundò, ex eodem capite excusatur caecus, aut caecutiens, qui non potest Breuiarium legere, & Officium non tenet memoriter, vt possit saltem recitare cum socio. Ita Nau. de orat. cap. 11. n. 13. & 23. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 46. Suar. de Horis canonicis, cap. 27. num. 14. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 13. q. 1. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 1. Bonac. de Horis can. quest. 6. puncto 2. num. 5. & alij; nam, quantum ex eodem Suario ibidem, num. 15. inter declarationes Cardinalium ad Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 12. habeatur, quod caecus non excusatur a recitatione Horarum, si habeat beneficium, etiam si in aliis sit privilegiatus; id tamen ex eodem Suario maxime intelligitur de recitatione in Choro, a cuius assistentia non est liber, si aliqui ad illam tenentur ratione beneficii. Dixi autem, caecum excusari, si non tenet memoriter: quia, quantum aliqui absolute, & sine vlla limitatione eximant caecum ab Horis canonicis, vt Armilla verb. Hora, n. 16. & Tolet. lib. 2. c. 14. n. 1. valde tamen rationabiliter dicta limitatio additur a Nauarro, Sanchez, & aliis iam citatis, cum praecipuum aequè possit impleri recitando memoriter, atque per librum. Et rectè notat Nau. de orat. cap. 11. num. 23. & Sanchez loco citato, dub. 47. num. 8. quod huiusmodi caecus consultius faciet, si recitet partem Officij cuiusque dici, quam fortè tenet memoriter, quam si quotidie recitet vnum, & idem Officium, quod similiter tenet. Et quantum sit per accidens, quod hic; vel ille, qui non potest recitare per librum, possit memoriter: posito tamen hoc accidente, omninò tenetur: quia eadem ratione esset per accidens, vt qui non habet Breuiarium, inueniret illud in via, vel dono acciperet ab amico, vel etiam per miraculum quomodocumque haberet: & tamen eo accidente posito, omninò teneretur recitare.

Si tamen non a memoriter teneat, vt possit solus recitare, sed indigeat socio, qui aliqua ex libro suggerat, & Lectiones legat; duplex est difficultas, id est, vtrum debeat talem socium alere etiam magnis sumptibus; & vtrum debeat illum sequi verbatim praecipientem, & suggerentem; si fortè in aliquo deficiat memoria, etiam quoad illam partem, quam tenet memoriter. Sed ad primam difficultatem respondet Nau. de orat. cap. 11. cit. n. 13. & 14. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 48. Reginal. lib. 18. num. 183. Valen. 2. disp. 6. quest. 3. puncto 10. Azor. lib. 10. cap. 13. quest. 6. Suar. cap. 27. cit. n. 16. Bonac. quest. 6. puncto 2. n. 8. & alij communiter, Clericum pauperem, qui vix habet redditus sufficientes ad honestam sustentationem, non teneri alere socium; & ideo omninò excusari, si non potest recitare sine socio; & in quantum caecus, non potest recitare per se. Et idem est de surdastro, qui non possit recitare cum socio sine magna vociferatione illius; & qui praterca sit etiam caecus, neque possit recitare per se: neque enim praecpta humana, qualis est recitatio Horarum, obligant cum tanto incommodo.

patrimonium, ad cuius titulum est ordinatus, habeat tenue: quia tunc non tenetur, etiam si aliunde habeat alios redditus merè profanos, qui nullo iure sunt obligati Ecclesiae. Atque haec distinctio videtur multò aptior, quam illa alia, quam habet Less. lib. 2. c. 37. n. 5. 4. & Garzias de benef. part. 3. c. 1. n. 215. quod ille tantum tempore infirmitatis, & quando non potest solus recitare, teneatur querere, & alere socium, qui consueuerat ante infirmitatem recitare cum socio; non autem ille, qui consueuerat solus dicere. Contra enim est: quia sola consuetudo recitandi sine socio, non videtur excusare sufficienter ab onere recitandi, quando potest recitari cum socio, & hic potest commodè haberi. Et a fortiori minus est admittenda sententia eorum, qui absolute negant, esse esse obligationem recitandi cum socio, etiam quando potest commodè haberi: quia simpliciter non est obligatio audiendi recitationem, siue ex toto, siue ex parte; sed recitandi, vt refert Garzias cap. 1. cit. n. 218. Contra enim est: quia recitatio cum socio ex vlt. Ecclesiae est vera, & integra recitatio, vt supra diximus: & ideo qui potest recitare cum socio, verè est potens integrè recitare; neque est liber ab onere recitandi.

Addi tamen potest cum Suar. cap. 27. cit. n. 15. ad querendum, & alendum socium etiam cum moderatis sumptibus, magis teneri Clericum beneficium, quam alios: quia beneficium datur propter officium, & beneficiatus ad illud tenetur ex iustitia. Et sicut si non posset satisfacere aliis oneribus beneficii sine socio, teneretur illum alere, & habere recita- & tenetur, si non potest satisfacere obligationi officij; cum tamen alij Clerici non beneficiari solùm teneantur ex religione, vel ex obedientia; & ideo minus teneantur propriis expensis socium querere, vt subdit idem Suar. & Bonac. punct. 2. num. 8. cit. & alij apud ipsum.

Ad secundam difficultatem respondent Bonac. puncto 2. num. 14. & Suar. num. 16. eum, qui non potest suam partem memoriter dicere, non teneri sequi socium, qui illam eandem partem verbatim suggerat: quia haec est nimis extraordinaria diligentia; si quis tamen id faceret, laudandus iure esset; & omnino satisfaceret.

Et hoc totum, quod est dictum de caeco, debet intelligi etiam de illo, qui oculis ita laborat, vt non possit Officium legere sine magno incommodo, & quem paulò ante appellauit caecutiensem; vt notat Tolet. lib. 2. cap. 14. n. 1. & alij communiter apud Bonac. puncto 2. cit. n. 5. & 6. sine autem sit caecus, siue caecutiens, qui non potest Officium legere, non tenetur memoriter dicere, vt postea memoriter dicat; quia haec est nimis extraordinaria diligentia, & non omnibus est benè possibilis, vt loquitur Sor. lib. 10. de inst. q. 5. art. 3. §. Ad discere verò, nisi fortè aliquis polleat tanta memoria, vt facillè, & commodè possit mandare memoriae quodcumque Officium; & postea memoriter dicere adhibita diligentia solùm mediocri, vt notat Bonac. de Horis can. disp. 1. q. 6. puncto 2. num. 14.

Tertiò, eadem ratione ab Horis canonicis excusatur surdus, aut surdaster, si sit simul etiam caecus, neque memoriter teneat. Ita Suar. de Hor. can. c. 27. n. 17. Bonac. punct. 2. cit. n. 9. & alij: quia, in quantum surdus, non potest recitare cum socio; & in quantum caecus, non potest recitare per se. Et idem est de surdastro, qui non possit recitare cum socio sine magna vociferatione illius; & qui praterca sit etiam caecus, neque possit recitare per se: neque enim praecpta humana, qualis est recitatio Horarum, obligant cum tanto incommodo.

Non

14. Non tamen excusatur huiusmodi surdus, aut surdaster ab assistentia Chori, si ad illam tenetur ex beneficio, vt subdunt Suar. num. 18. & Bonac. num. 12. ex Nauar. de orat. cap. 19. num. 81. & aliis, & diximus paulò ante, de muto: neque enim haec vitia eodem modo reddunt impotentem ad Choro interendum, eamque coloneitandum, & augendum sua praesentia; sicut reddunt impotentem ad canendum in Choro, & ad recitandum simpliciter extra Chorum; & ideo neque excusant eodem modo: & ratione huius interuentus declarat sacra Congregatio super Concilium, quod caecus non excusatur a recitatione Horarum; quantum in aliis sit privilegiatus, in quantum, scilicet, omninò debet interesse illi in Choro, vt paulò ante retulimus.

Quartò, excusatur, qui dolore capitis, aut oculorum, vel stomachi, aut quouis alia aegritudine ita laborat, vt non possit tunc aliquo grauè incommodo, aut damno Officium dicere; sicut nec alia negotia grauius, & molesta tractare. Ita Sor. lib. 10. de inst. quest. 5. art. 3. Nau. in Mann. cap. 25. num. 100. & de orat. cap. 11. n. 6. Sylu. verb. Hora, quest. 4. Valen. 2. disp. 6. quest. 2. puncto 10. §. Quas ob causas. Suar. de Horis can. cap. 27. num. 20. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 13. quest. 2. Reginal. lib. 18. num. 181. Valsq. de benef. cap. 4. §. 1. Art. 12. num. 50. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 45. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 1. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 6. puncto 1. num. 1. & 2. & omnes communiter: nam cap. Clericus. 1. dist. 91. qui vigiliis deest, tunc dicitur privati stipendij, & esse excommunicandus, quando id facit absque inaequalitate sui corporis: & cap. Ad audiendum. de Cler. non resident. Canonici, qui non resident, tunc dicuntur non esse priuandi fructibus, habentiarum, quando excaesantur in iuramento. Et quantum hi rebus solùm loquantur de recitatione publica, & in Choro; eadem tamen est ratio etiam de recitatione priuata, vt ex communi sententia Canonistarum notat Nau. in Mann. cap. 25. num. 100. cit.

15. Dixi autem, sine aliquo grauè incommodo, aut damno: quia, si dolor, aut aegritudo sit solum leuis, non excusat: & in hac re, si sit dubia, standum est iudicio Medici, vt notat Sylu. verb. Hora, quest. 4. Nau. de orat. cap. 11. n. 3. Bonac. puncto 1. cit. num. 4. & omnes communiter; quod tamen iudicium alioquin non est requirendum, si res sit certa, cum Medicus non habeat per se facultatem dispensandi in obligatione; sed solùm adhibeatur, vt declarat morbi grauitatem; quae posita ex se ipsa cessat obligatio. Et quando in re dubia habetur iudicium Medici, non est opus alio iudicio, aut dispensatione Superioris, vt notat Nau. de orat. cap. 11. n. 4. & cap. 21. num. 16. & ex illo Azor. cap. 13. cit. quest. 2. & Suar. cap. 27. num. 20. cum similiter grauitas morbi iam sit certa, eaque posita non sit amplius obligatio. Quod si contingat, vt etiam Medicus sit dubius de huiusmodi grauitate, vel, vt simpliciter conueniri non possit, eiusque sententia certè haberi; liberum esse aegrotum ab Horis canonicis, assertit Bonac. ibid. num. 5. quia non debet se exponere periculo grauis damni: sed multò est tutius, vt in tali casu, consulatur Praelatus, qui potest non solum interponere iudicium prudens; sed etiam vti in iudicio, & condonare, vel relaxare obligationem, quatenus adhuc maneat, vt notat Suar. cap. 27. num. 20. & si neque etiam hic possit facillè conueniri, vt communiter accidit Clericis secularibus respectu Episcopi; optimum est in tali dubio sequi partem tutiorem, & Officium dicere cum aliquo leui incommodo, cuius periculum iure potest conueniri, cum obligatio dicendi sit certa, & sola excusatio per huiusmodi aegritudinem,

16. In casu dubio de grauitate morbi, standum est iudicio Medici, vel est recurrendum ad Superiorem.

17. Quis dolor, aut quomodo

aut periculum, sit dubia; & ideo possessio stet pro obligatione, vt subdit Suar. num. 21. Sed in hac re bene monet Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 45. n. 3. grauitatem morbi, quae excusat ab Horis canonicis, non esse accipiendam absolute, & quasi in eadem mensura respectu omnium; sed solum relative, & per comparationem ad vnquenque; siquidem saepe contingit, vt quae in corpore valido, & benè constituto sunt leuias in corpore debili, & malè affecto sint grauias: & hoc etiam modo respectu vnus cuiusque non est necessarium, vt damnum, & incommodum, quod timetur quomodocumque, sit graue; sed satis est, si prudenter existimetur non esse leue, vt est, verbi gratia, grauedo capitis, stomachi cruditas, debilitas vitium, febris continuata, & productio longior, & similia, vt notat Sanchez ibidem: siquidem cap. Clericus. dist. 91. paulò ante citata, expresse habetur, quod sufficienter excusat corporis inaequalitas: quo tamen modo loquendi certum est, quod non importatur grauis infirmitas. Neque ex eo, quod talis aliquis infirmus bonam diei partem possit insumere, & de facto insumat familiariter colloquendo, & confabulando cum amicis, aut libris de rebus variis, & animi causa lectitando, licet inferre, quod etiam possit recitare Officium: siquidem illi, cum non requirant serietatem, & attentionem; sed potius animum relaxent, & affertant voluptatem, non possunt facillè morbum graue, cum tamen oratio, & recitatio sit cer serua, & ex sua natura animum colligat, & inuentionem aliquam, aut molestiam afferat, & ideo facillè grauet caput, & morbum augeat, vt subdit ibidem Sanchez num. 4. Bene tamen id posset inferri cum Nau. in Mann. cap. 25. num. 100. & de orat. cap. 11. n. 4. & 5. & cum Sanchez num. 4. cit. si infirmitas non impediret alias tractationes, & negotia grauias: quia in tali casu signum esset, quod neque etiam impediret recitationem Horarum; & quod superuacaneus, & vanus esset timor, ne ex hac ingrauesceret morbus, si constaret experientia, quod ex illis non ingrauesceret. Neque ex eo, quod morbus aliquis, verbi gratia, febris iam defersit, & cessauit; statim censeri debet teneri infirmus ad Horas canonicas, si adhuc manet debilitas vitium relicta ex morbo, vel potest timeri, ne morbus iterum reualeat: nam etiam debilitas est quaedam infirmitas, & excusatur ex se. Et quantum debilitas non sit tanta, vt impediat aliquas alias praecationes, & Missa ipsius celebrationem; adhuc tamen potest esse tanta, vt impediat recitationem Horarum, vt subdit Sanchez num. 5. cum haec sit diuturnior, & molestior. Quod tamen diximus paulò ante, de muto, & caeco, quod quantum excusentur a recitatione priuata; non tamen excusentur ab assistentia Chori; contraria ratione potest accidere in infirmo: siquidem aliqua infirmitas potest excusare a Choro, etiam si non excuset a recitatione priuata: vt, si quis, verbi gratia, solis pedibus sit impeditus, neque possit adire Ecclesiam, vel morbo aliquo leui cogatur decumbere; non autem impediatur ab aliis tractationibus, & negotiis grauibus, vt notat Nau. de orat. cap. 11. num. 2. Reginal. lib. 18. num. 181. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 6. puncto 1. num. 3.

Ex his colligitur, quod dolores, & aegritudines, quae certo tempore recurrunt, & non durant tota die, vt est, verbi gratia, febris quar ana, aut tertiana leuis, non excusant simpliciter ab Horis canonicis; sed illarum recitatio potest, ac debet anticipari, aut postponi pro aliis partibus diei, quibus aegritudo non urget. Ita Sylu. verb. Hora, quest. 4. disto 1. Nauar. in Mann. cap. 25. num. 100. & cap. 11. de orat. num. 3.

18. Non omnis morbus, quod excusatur a Choro, excusatur a recitatione priuata.

19. Febris tertiana leuis, aut quartana, communitè non excusant.

num. 3. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 13. quest. 2. Suar. de Horis canonicis, cap. 27. cit. num. 28. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 45. num. 6. Valq. de benef. cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. num. 50. qui communiter etiam addunt, id esse intelligendum, quando anticipatio iam dicta non est alioqui nocitura accessioni futuræ febris, neque postpositio est futura valde grauis propter debilitatem relictam à febre iam præterita: in qua re, si sit dubia, standum est iudicio Medici: facile enim potest contingere, vt febris non solum tertiana, sed etiam quartana sit tam molesta, & talem dolorem capitis, aut talem lassitudinem, & corporis intemperiem secum habeat, vt merito possit censerī, quòd excuset simpliciter, non solum pro illa die, qua vrget; sed etiam pro alia, aut pro aliis, quibus non vrget.

20. Si dolor, aut morbus solum impediat partem Horarum, quomodo sit obligatio ad aliam partem.

Quòd si dolor, aut morbus solum impediat aliquas partes Horarum canonicarum; non autem omnes: vt, si quis, verbi gratia, propter capitis debilitatem non possit recitare Matutinum, possit autem alias Horas minores, sic distinguit Nauar. de orat. cap. 1. num. 9. & 15. Vel enim impedit maiorem partem Officij; vel certè solum impedit partem minorem. Si primum, talis infirmus ad nihil tenetur; quia pars maior, quam non potest dicere, trahit ad se partem minorem, L. Quod maior pars. ff. A municip. cap. 1. de his, que sunt à maiori parte C. p. & cap. Quapropter. de elect. ac proinde, qui non potest dicere huiusmodi partem maiorem, simpliciter censetur totum Officium non posse dicere, & excusatur à toto. Si secundum, tenetur dicere partem illam maiorem, & ratione illius simpliciter censetur recitare totum, parte ipsa maiore trahente ad se, & quasi inuolente in se partem minorem, tam in excusatione, & omissione ratione impotentie, aut legitimi impedimenti; quam in obligatione, & recitatione. Et eadem distinctione vtuntur Less. lib. 2. cap. 37. num. 54. & Azor. part. 1. lib. 10. cap. 13. quest. 4. & Philarchus de offic. Sacerdotum. 1. part. 1. lib. 1. cap. 10. qui ab aliis iam citatis hoc solum differt, quòd putet teneri talem infirmum non solum ad recitandam partem maiorem; sed etiam ad ferè æqualem, vt refert Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 19. num. 1. in fine. Sed hanc distinctionem multis impugnat Suar. de Horis canon. cap. 27. n. 24. & segg. quia potest contingere, vt quis solum impediat à parte æquali, verbi gratia, à parte dimidia, qualis est Matutinum, & Laudes; non autem ab aliis Horis minoribus: in quo casu non valet regula, quòd pars maior trahat minorem, cum pars æqualis non possit dici pars maior. Et præterea quia dicta regula solum est vera, quando partes debent concurrere ad vnum actum, vt sit in electionibus, & nominationibus, de quibus solis loquuntur Iura à Nauarro citata; vel certè quando partes se se impediunt, vt contingit in physicis, verbi gratia, in lapide, quando partes aëreæ, & igneæ leuiiores vincuntur, & trahuntur deorsum à partibus terreis grauioribus; quod tamen non accidit in casu nostro de Horis canonicis: & denique quia fieri potest, vt quis obligetur ad aliquas Horas tantummodo; non autem ad alia, quauis illa non sint pars maior totius Officij, vt si quis solum post Nonam fiat, verbi gratia, Subdiaconus; & teneatur pro illa die solum ad Vesperas, & ad Completorium; & idè etiam infirmus potest teneri solum ad aliquas Horas, quauis non sint pars maior totius Officij, sed excusetur à parte maiore, & ab aliis omnibus. Et propter has rationes, resecta hac distinctione de parte maiore, & de parte minore, sic ipse distinguit n. 26. Quando dicitur impediri infirmus, aut alius

quicumque à parte officij; non autem à toto, si sermo sit de Horis integris, quæ dicuntur partes maiores respectu totius, is, qui ab aliquibus non impeditur, tenetur eas persolvere, quauis non sint pars maior totius Officij: quia vnaquæque illarum est integra oratio, & cadit per se sub præcepto, etiam diuinitus, & separabiliter ab aliis partibus: atque ita si cæcus, vel qui non habet Breuiarium, teneat memoriter, verbi gratia, Primam, aut Completorium; non potest illas omittere sine peccato: si verò sit sermo de partibus vnusculiusque Horæ, quæ dicuntur partes minores, verbi gratia, de Psalmis, Hymnis, Antiphonis, Lectionibus, & c. is, qui impeditur à maiori parte vnus Horæ, potest admitti, quòd simpliciter ad illam totam non teneatur: quia pars minor, v. g. Prima, aut Completorium, quam potest dicere, etiam moraliter non censetur esse Prima, aut Completorium; neque est, quòd is, qui legitime excusatur à dicenda Prima, aut Completorio, obligetur ad dicendum id, quod non est Prima, aut Completorium; sicut similiter, qui impeditur à maiori parte Missæ, & excusatur simpliciter ab audienda Missa, non est, quòd obligetur ad audiendam partem minorem, quæ per se sola non est Missa: secus verò si possit dicere partem maiorem, quæ moraliter censetur, & appellatur, verbi gratia, Prima, aut Completorium; quia in tali casu non esset, quòd simpliciter ab illa excusaretur, eamque recitando, moraliter diceretur recitare Primam, aut Completorium, & satisfacere præcepto, & obligationi, quæ de illis habetur.

Idque ipsius asserit Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 19. vbi vniuersaliter explicat, quomodo is, qui non potest implere totum aliquod præceptum, teneatur ad partem: & posita num. 4. distinctione præcepti de re aliqua indiuidua, in cuius parte non saluatur ratio præcepti, vt est, verbi gratia, præceptum de peregrinatione Laurentana, quæ non saluatur in sola peregrinatione ad locum aliquem intermedium; & præcepti de re diuidua, vt est, verbi gratia, de ieiunio per totam Quadragesimam, quòd impletur diuinitus per singulos dies; subdit n. 5. & 6. quòd qui non potest implere totum præceptum de re indiuidua, neque etiam tenetur implere partem; & qui non potest, v. g. peregrinari vsque ad domum Laurentanam, neque etiam tenetur peregrinari ad locum aliquem intermedium; & qui non potest ieiunare, & abstinere à carnibus per diem integrum, neque etiã tenetur abstinere per aliquot Horas, quantum est ex præcepto ieiunij; & qui non potest recitare Rosarium, aut Coronam Beatissimæ Virginis, ad quæ tenetur ex voto, vel ex pœnitentia sacramentali, neque etiam tenetur recitare partem, nisi fortè sit tanta, vt moraliter censetur ipsum totum Rosarium, & ipsa tota Corona; & pars, quæ deest ad perfectam integritatem, sit tam modica, vt etiã scienter, & sponte omissa non inducat culpam mortalem; neque impediatur moraliter impletionem obligationis: & addit n. 7. quòd pro implendo præcepto Horarum, non est recurrendum ad potentiam recitandi partem maiorem; sed est videndum, vtrum recitata aliqua parte, ad quam est potentia, censetur moraliter satisfactum præcepto; & pars alia, quæ omittitur, non tollat moraliter integritatem; vt, si quis, v. g. recitet totum Nocturnum & Matutinum de feria, vel de Festo simplici; & ex defectu Breuiarij non recitet Lectiones, & Responsoria; & n. 8. si pars, ad quam est potentia, est ex se certa, & integra: vt est, v. g. quæcunque Hora canonica, est per se recitanda; & si non est certa, sed pro illa determinanda generetur perplicitas; non est recitanda, nisi

21. Primum, qui non potest implere totum aliquod præceptum, teneatur saltem implere partem.

22. Cum infirmus non est scrupulosè agendus quoad excusationem ab Hor. can.

nisi sit pars maior, aut saltem æqualis: quæ ferè omnia specialiter pro Horis canonicis etiam reperit idem Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 37. Et idem sentit etiam Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 6. p. 110. 2. num. 7. & Graff. part. 1. lib. 2. cap. 54. num. 3. & 4. & alij apud Garziam de benef. part. 3. cap. 1. num. 218. & 219. Atque hoc est multò verius, quàm quod asserit idem Garzias ibidem, num. 221. quòd qui potest recitare maiorem partem vnus Horæ, non tenetur ad illam recitandam, quando est pars soluta ex se, & non facit aliqualem compositionem artificialem, quam habent Horæ: & si quis, verbi gratia, memoriter teneat omnes Psalmos, & Hymnos Horarum, non autem reliquas partes, non teneri illos persolvere: quia sunt aliquid solutum per se; non autem faciunt eam compositionem, quam habent Horæ: & n. 222. quòd qui non potest recitare Matutinum cum Laudibus, quæ est pars præcipua totius Officij, neque etiam tenetur ad reliquas Horas: quia præceptum de toto Officio vnus diei est tantum vnium; non autem distinctum, & multiplex pro singulis Horis, sicut est præceptum ieiunij pro singulis diebus Quadragesimæ: & idè si non potest impleri in parte præcipua, censetur simpliciter non posse impleri. Et contra, si quis possit recitare Laudes, & alias Horas, non autem Matutinum, omninò tenetur: quia absolute sunt pars maior, & habent ex se compositionem Horarum, vt subdit num. 224. Quòd tamen hæc omnia sunt minùs vera, patet ex dictis. Et præterea quia omisso cuiusque Horæ, & cuiusque partis notabilis vnus Horæ, commaniter damnatur peccati mortalis, etiam præscindendo ab aliis Horis, vel ab aliis partibus, vt supra diximus, dum ageremus de integritate; & in Bulla Pij V. etiam omisso vnus Horæ damnatur restitutione certæ ratæ fructuum beneficij; quod tamen non esset, nisi etiam esset debita, & caderet sub obligatione præcepti etiam vnaquæque Hora per se, & vnaquæque pars notabilis cuiusque Horæ; & præscindendo ab aliis Horis, vel ab aliis partibus; hoc est, nisi præceptum de Horis canonicis esset diuiduum modo superius explicato.

Verum, pro casu infirmitatis, rectè monet Suar. de Horis canon. cap. 27. num. 27. Rodr. in Summa, tom. 1. cap. 145. num. 1. in fine, & in questionibus regular. tom. 1. quest. 4. art. 10. & Garzias de benef. part. 3. cap. 1. cit. n. 226. quòd hæc res non est accipienda valde scrupulosè, neque infirmus debet esse sollicitus, vtrum in aliqua parte totius diei possit dicere Primam, verbi gratia, aut Completorium; sed, quando infirmitas talis est iudicio Medici, vt excuset indefinitè ab Officio, censeri potest absolute excusare etiam à qualibet hora, cum alioqui sit valde difficile subtiliter, & exactè id iudicare, & communis consuetudo ita legem interpretetur, neque alia fuerit intentio legislatoris, & Ecclesiæ, vt notat etiam Nau. de orat. cap. 1. num. 17. Atque hanc ob causam ad tollendas perplexitates, & scrupulos Religiosorum, concesserunt Summi Pontifices, vt tempore infirmitatis possent Superiores, & Confessarij commutare infirmis obligationem Horarum in alias orationes, vt patet ex Compendio priuilegiorum Minorum, verb. Officium diuinum, n. 10. & ex Compendio priuilegiorum nostræ Societatis, verbo, Infirmi, & in hac etiam commutatione rectè notat Sylu. verb. Hora, quest. 4. vers. Tertium, & Valq. de benef. cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. num. 51. non esse scrupulosè agendum, cum potius fiat ex lege naturali ad recompensandum benefactoribus, quàm ex præcepto Ecclesiæ; quæ tamen recompensatio sufficienter exhibetur per orationem, etiam minimam, quæ præponderat ex sua

natura quibuscunque thesauris temporalibus, cum ipsa sit spiritualis, idque ex Valq. ibidem, maxime dicitur pro Clericis beneficiariis, qui gaudent beneficio propter Officium, & ad illud tenentur ex iustitia; non autem pro Religiosis, qui viuunt ex elemosynis gratis concessis, & ad Horas canonicas solum tenentur ex Religione, vel ex obedientia, vt supra diximus.

Ad tertium caput excusationum, quæ proueniunt ex aliquo extrinseco pertinet primò, si quis inculpabiliter non habeat Breuiarium, vt, verbi gratia, si in itinere, vel naufragio illud amisit, si domi reliquit ex naturali obliuione, neque potest ab aliquo alio illud habere, neque Officium tenet memoriter. Ita Sotus lib. 10. de iustitia, quest. 5. art. 3. Sylu. verb. Hora, q. 4. Nau. de orat. cap. 1. num. 38. Garzias de benef. part. 3. cap. 1. num. 97. Suar. cap. 27. num. 7. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 13. quest. 16. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 51. Valq. de benef. cap. 4. §. 1. dub. 12. num. 52. & 53. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 1. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 6. par. 2. num. 4. & omnes communiter, quia ad impossibile nemo tenetur, & impossibilium non est obligatio. L. Impossibilium. ff. de reg. iur.

Quòd si Breuiarium culpabiliter, & voluntariè fuit amissum per culpam mortalem, rectè notat Valq. loco cit. quòd in ipsa prima voluntaria amissione imputantur ad culpam omnes amissiones Horarum, quæ inde sunt consecutæ; & qui sic amisit, tenetur confiteri, quòd voluntariè amisit, & prauiderit probabiliter, quòd per tot, vel tot dies omisurus esset Officium; & quauis postea pœnituerit huiusmodi amissionis; adhuc tamen tenetur restituere fructus omnium dierum, quibus omisit Officium, cum semper omiserit ex prima culpa; & ex tunc illos non fecerit suos: si verò Breuiarium fuit amissum per culpam, & negligentiam venialem, etiam omisso Officij fuit venialis, vt notat Suar. cap. 27. cit. num. 9. Sed siue venialiter, siue mortaliter fuerit amissum, certum est, quòd qui amisit, tenetur quamprimùm procurare aliud Breuiarium, & interim tenetur recitare memoriter, si fortè tener memoriter Horas integras, vel maiorem aliquam partem, vt supra diximus.

Deinde pertinet ad idem caput excusationum, si quis ex recitatione Horarum timeat sibi periculum mortis, vt, verbi gratia, si debeat transire per medios Hæreticos, vel diuertere ad hospitium inimicorum. Ita Suar. cap. 27. cit. num. 30. & Azor. cap. 13. quest. 19. quia leges humanæ communiter non obligant cum tanto periculo.

Tertio, excusatur ex eodem capite, qui est occupatus honesta aliqua occupatione, quæ sit incompatibilis cum recitatione Officij; neque possit omitti sine graui incommodo: vt, si quis debeat, verbi gratia, assistere infirmo; neque possit ad horam ab illo recedere: si debeat habere concionem, aut lectionem publicam; neque possit illam omittere sine scandalo, & offensione populi, vel sine iniuria religionis, aut personæ propriæ: si debeat sedare tumultum populi, aut exercitus, vel aliquas graues inimicitias: si debeat audire Confessiones existentium in extrema, aut graui necessitate, & c. neque aliud tempus superfit, nisi pro sumendo cibo, & somno. Ita Henricus quodlib. 15. quest. 12. Maior in 4. dist. 12. quest. 6. Sylu. verb. Hora, quest. vlt. Valq. de benef. cap. cit. dub. 12. num. 52. Nau. in Manu. cap. 25. num. 101. & cap. 11. de orat. num. 34. & 35. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 52. Suar. de Horis canon. cap. 27. num. 32. Azor. lib. 10. cap. 13. quest. 15. Tol. lib. 2. cap. 14. n. 3. Reginal. lib. 18. num. 187. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 1. Bonac. de Horis canon. disp. 1. quest. 6. p. 110. 2. num. 1.

23. Excusatur, qui non habent Breuiarium.

24. Et qui ex recitatione inueniunt sibi periculum vitæ.

25. Et qui est occupatus graui aliqua occupatione incompatible cum Hor. canonicis.

num. 1. & omnes communiter: quia etiam aliae leges humanae definiunt obligare, quando vrger maior necessitas, aut timetur graue incommodum. Et hoc addo: quia ad excusandum ex hoc capite ab Horis canonicis, non est necessarium, vt occupatio, quae vrger, sit simpliciter necessaria; neque possit omitti sine graui peccato, vt aliqui volunt: sed satis est, si se cum afferat sibi, vel aliis graue incommodum: quantum enim infirmus, verbi gratia, ad breuem horam possit dimitti sine peccato; si tamen Clericus, qui illi assistit, nolit dimittere, vt leuet eius dolorem, aut malum, quod alioqui est graue, & facile potest augeri ex illius absentia, licet potest Horas omittere: & si Confessarius, propter copiam poenitentium, quando vrger praecipuum Ecclesiae, aut instat dies vltima Inhibet, malit illos audire, quam Horas persolvere, licet facit: & si Doctor in appositione Cathedralis publicam praedicationem est habiturus, & ad illam certo horarum spatio se debet parare, vel scholasticum publicum actum literarium per integrum diem habere debet; non tenetur haec omittere, vt Horas recitet, vt notat Maior, Suar. & Sanchez *locis citatis*. Si tamen huiusmodi occupationes essent valde frequentes, deberet Clericus, qui alioqui tenetur ad Horas canonicas, vel ab illis se expedire, vt pote incompatibilibus cum obligatione Horarum; vel pro Horis deberet petere, & habere dispensationem a Papa. Et praeterea, quando raro occurrunt, non debent fuisse praenitae: quia alioqui debuissent anticipari Horae canonicae, vt ex communi sententia notat Bonac. *puncto 2. cit. num. 2. & 3.*

Atque ad has occupationes, quae excusant ab Horis canonicis, reducunt aliqui specialiter illas, quae habentur circa ipsum exercitium Chori, verbi gratia, in perquirendis Psalmis, Lectionibus, Responsoriis, in libris ex vno loco ad alium transferendis, in thure ad altare deferendo, & aliis huiusmodi: sed de his, & similibus, quid sit tutius, & probabilius diximus *supra, disp. 3. num. 2.4.*

Denique ad excusationes, quae proueniunt ex aliquo extrinseco, pertinet illa, quae prouenit ex dispensatione obtenta a Summo Pontifice: sine enim quis teneatur ad Horas ratione Ordinis sacri, siue ratione beneficii ecclesiastici, aut professionis religiosae, potest Pontifex cum illo dispensare, vt non recitet, cum omnis huiusmodi obligatio solum sit de iure positio, vt notat Syluest. *verb. Hora, q. 8. Nau. in Mann. cap. 25. num. 102. & cap. 1. de orat. num. 24. & 31. Azor. part. 1. lib. 10. c. 13. quest. 9. Suar. de Horis canon. cap. 27. num. 37. Sanchez lib. 7. conf. 2. dub. 53. Vasq. de benef. c. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. n. 54. Tol. lib. 2. c. 14. Bonac. de Horis canon. disp. 1. q. 6. puncto 3. n. 1. & alij communiter, praeter aliquos Canonistas, qui cum Panorm. in c. 1. de celeb. Missarum, negant, Papam posse in hoc dispensare: quia putant, id esse de iure diuino, iuxta illud Psalmi 7. *Septies in die laudem dixi tibi*, vel etiam de iure naturali, cum quibus ex Summis sentit etiam Angelus *verb. Hora, num. 6.* & Rosella *end.* & ex Theologis Soc. lib. 10. de inst. quest. 5. art. 3. in fine, qui asserunt, Papam solum posse dispensare in modo recitandi Officium, id est, vt dicatur hoc, vel illud; non autem in substantia ipsa, & omnino, vt Ecclesiastici nihil dicant: quod tamen est falsum, cum etiam hoc sit de iure positio, vt diximus.*

Non tamen potest super hoc dispensare Episcopus, aut Abbas Monasterij, qui communiter non possunt dispensare in iure communi, nisi in certis casibus ab ipso iure concessis, & solum pro certo aliquo tempore, & ex rationabili causa, vt

notat Rodriq. in Summa, part. 1. cap. 145. num. 4. Sanchez *dub. 53. cit. num. 3. & alij.* Postremo, ad has omnes excusationes possimus addere, quod qui excusantur aliquo modo ex iam dictis, non tenentur propterea Horas audire ab aliquo alio, vel eorum loco alias preces persolvere, cum id nullo iure sit cautum, vt notat Azor. *cap. 13. citat. quest. 8. Suar. cap. 27. num. 1. & 29. Tolet. lib. 2. cap. 1. n. 1. Sanchez lib. 7. consilior. cap. 2. dub. 50. Bonac. quest. 6. cit. puncto 1. n. 7. & 8. & alij apud ipsum: & idem licet possunt facere Sacrum, etiam sine Horis canonicis, vt subdit *ibidem* Tolet.*

DISPUTATIO XXXIX.

Qualiter peccent, qui omittunt Horas canonicas, ad quas tenentur.

1. Obligatio ad Horas canonicas quotidie recitandas, est sub mortali.
2. Omissio Horarum non est mala in eadem specie, quando obligatio est ex beneficio; & quando est ex Ordine sacro.
3. Et si quis sit obligatus ex utroque titulo, simul peccat in utraque specie.
4. Quamquam aliqui oppositum asserant.
5. Omissio Horarum non est speciale peccatum contra obedientiam, ex eo, quod sint praecipua in virtute obedientiae.
6. Modus precipiendi in virtute obedientiae quid importet.
7. Quomodo omissio Horarum sit vnum, aut plura peccata numero.
8. Qui Horas omittit, ad nihil tenetur loco Horarum.

QVae obiter, & saepius diximus in superioribus de culpa, quae contrahitur in Horis canonicis, vel simpliciter omittendis, vel non bene persoluentibus, repetemus hoc loco breuiter, & melius explicabimus, si qua fuerint, quae indigeant meliore explanatione.

Et primo certum est, quod qui ad illas tenentur, siue ex beneficio ecclesiastico, siue ex Ordine sacro, aut ex professione religiosa, tenentur sub mortali, & mortaliter peccant, si illas omittant, siue ex toto, omnes, aut singulas; siue ex parte notabili, & quae non possit mortaliter reputari materia leuis. Ita enim docent Sylu. *verb. Hora, quest. 1. 2. Lect. lib. 2. cap. 37. n. 52. Suar. de Horis canon. cap. 25. n. 14. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 14. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 4. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 11. Garzias de benef. part. 3. cap. 1. n. 3. Bonac. disp. 1. de Hor. can. quest. 5. puncto 1. num. 1. tom. 1. & omnes communiter, praeter Henricum quendam Anglicum apud Suar. de Horis canonicis, cap. 25. n. 11. & praeter Angelum *verb. Hora, quest. 10.* & Petrum de Aragona 2. 2. quest. 83. art. 12. dub. 4. concl. 3. & aliquos alios apud Bonac. *loc. cit.* qui vel simpliciter, & absolute de omnibus, vel specialiter de Religiosis negant, quod peccent mortaliter, si semel, aut bis omittant Officium, non ex contemptu, sed ex negligentia. Sed contra hos probatur conclusio: quia obligatio ad Horas canonicas ex beneficio ecclesiastico est obligatio ex iustitia, vt *supra* diximus *disp. 2. n. 7.* Et potest etiam dici, quod iam sit de iure naturae, vt indicauimus *disp. 23. n. 3.* & per consequens ex suo genere est ad mortale: & obligatio ex Ordine sacro, vel ex professione religiosa, quantum sit solum ex praecipuo ecclesiastico,*

Horis canonicis, nisi ex graui causa, & pro certo tempore.
28. *Qui excusatur ab Horis can. non tenentur ad aliquid aliud loco Horarum.*

1. *Obligatio ad Horas canonicas quotidie recitandas, est sub mortali.*

vel ex consuetudine; verè tamen est de re graui, grauior pertinet ad cultum Dei, & ad virtutem religionis; sicut & pertinet auditio Sacri, & abstinencia ab opere seruilii pro die festo: & idem quemadmodum haec transgressio, etiam facta semel, aut bis, est semper mortalis; ita & omissio Horarum canonicarum: vnde & cap. *Dolentes, de celeb. Missar.* in virtute obedientiae praecipitur, vt diuino Officium nocturnum pariter, & diurnum, studiosè, & deuotè celebretur: & Clementina 1. *cod. tit. idem praecipitur sub Dei, & apostolicae Sedis indignatione, & cap. Clericus, 1. dist. 91.* dicitur esse priuandus stipendio, & excommunicandus, qui abique inaequalitate sui conspuli vigiliis decet: & cap. *Clericus, 2. eadem dist. 91.* qui ab Officio declinat, vel negligentius agit, dicitur esse remouendus, & degradandus à suo Officio: & cap. *Dolentes, citat de celeb. Missar.* & Clementina 1. *cit. eodem tit.* dicitur esse puniendus per suspensionem, & per censuras: quae certè poenae, cum sint ex se graues, satis indicant obligationem grauem, & ad mortale; sicut etiam indicant locutiones aliae in virtute obedientiae, & sub indignatione Dei, vt communiter dicitur in *materia de legibus.* Et quod consuetudo, ex qua tenentur Religiosi professi ad Horas canonicas, sit inducta loco praecipit, ex qua tenentur alij Clerici constituti in sacris, & deputati speciali seruitio alicuius Ecclesiae; & idem etiam obligatio sit in illis ex se grauis, & ad peccatum mortale, satis indicauimus *supra, disp. 22. num. 9. & 13.*

Postquam autem, quod omissio Horarum canonicarum sit mortalis in iis omnibus, qui ad illas tenentur, questio est, verum in omnibus sit eiusdem speciei, & verum in vnoquoque sit tantum vnius; an verò in aliquo possit esse speciei duplicis, aut etiam triplicis.

1. Sed breuiter ex dictis colligitur, quod quemadmodum obligatio, & debitum recitandi non est in omnibus idem specie; sed in Clericis beneficiariis est debitum iustitiae; & in illis, qui sunt constituti in sacris, vel Deo dicati per professionem religiosam, est debitum virtutis religionis: ita & omissio non est in omnibus eadem specie, quoad malitiam; sed in illis habet malitiam contra iustitiam; & in his contra religionem: & si eoungat, vt vnus aliqui simul habeat vtrunque debitum, & simul sit, verbi gratia, constitutus in sacris, & simul habeat beneficium ecclesiasticum, & omittat Horas canonicas, illius omissio simul erit in utraque specie, & in confessione sacramentali tenebitur illam exprimere, tanquam peccatum in duplici specie; & simul manifestare, quod teneatur ex beneficio, & ex Ordine sacro, vt etiam *supra* diximus *disp. 24. n. 6.* & notat Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 1. n. 6. in fine.* Layman *lib. 4. tract. 1. c. 4. n. 5. in fine.* Bonac. de *Horis canon. disp. 1. quest. 5. puncto 1. n. 4.* & alij apud ipsum: dum enim eadem actio praecipitur in ordine ad diuersas honestates diuersarum virtutum, praecipua ipsa sunt formaliter plura, & illorum transgressio sunt plura peccata, vt notat Vasq. *part. 2. disp. 98. cap. 2. n. 3.* & explicauimus, dum ageremus de *vitiis, & peccatis, in vniuersum, lib. 2. disp. 18. num. 11.* & idem cum distinctio peccatorum ex S. Thoma 1. 2. quest. 72. art. 6. ad 3. rectè sumatur ex diuersitate praecipitorum, quando haec pertinent ad diuersam virtutem, & rem praecipunt sub honestate diuersa; non poterit Horarum omissio non esse plura, & distincta peccata, si quis ad illas teneatur ex honestate diuersa, & ex diuersis praecipit, quae illam respiciant, vt contingit in casu praesenti de eo, qui tenetur ex

2. *Omissio Horarum non est mala in eadem specie, quando obligatio est ex beneficio, & quando est ex Ordine sacro.*
3. *Et si quis sit obligatus ex utroque titulo, simul peccat in utraque specie.*

praecipuo iustitiae, in quantum possidet beneficium ecclesiasticum, & ex praecipuo religionis, in quantum est constitutus in sacris.

Atque hoc est multò tutius, & probabilius, quam quod asserit Henric. *lib. 5. de matrim. c. 5. n. 6.* & Azor. *part. 1. lib. 4. cap. 2. q. 6. circa medium.* & Garzias de *benef. part. 3. cap. 1. num. 125.* & alij alij apud Bonac. *n. 4. cit.* quod non sit, nisi vnum peccatum: quia etiam obligatio ex beneficio ecclesiastico, & ex Ordine sacro, solum est vna, ex sola virtute religionis; non autem praeterea ex virtute iustitiae, vt docet idem Azor. *lib. 10. cap. 1. q. 7. & c. 4. q. 13. & c. 13. quest. 9. & cap. 1. quest. 1.* & Petrus de Arag. 2. 2. quest. 83. art. 1. 3. §. *Alium dubium, vers. Dico 2.* & Garzias *cap. 1. cit. num. 14. & 125.* Sed contra est: quia in Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess. 6. §. Si quis in.* & in Bulla Pij V. *Ex proximo.* quae est de Horis canonicis, expressè dicitur, quod beneficiati, qui Horas omittunt, tenentur restituere fructus suorum beneficiorum, tanquam iniuste perceptos, & tanquam non factos suos: quod tamen non esset, si pro illorum acquisitione non tenerentur ex iustitia ad Horas canonicas, vt etiam *supra* diximus *disp. 24. n. 7.* ubi etiam indicauimus ex Suario *lib. de simonia*, quomodo beneficia inducant obligationem iustitiae ad Officia clericalia; & tamen non sint pretia huiusmodi Officiorum, & rerum spiritalium, neque inducant, aut contineant vitium simoniae.

Maiorem difficultatem habet id, quod subdit Bonac. *quest. 5. puncto 1. num. 4. c. 1. §. Addo.* quod omissio Horarum in iis omnibus, qui ad illas tenentur, sit etiam peccatum contra specialem obedientiam: quia cap. *Dolentes, de celeb. Missar.* in virtute obedientiae omnibus praecipitur, vt illas recitent studiosè, & deuotè; ac proinde illarum recitatio specialiter reponitur sub virtute obedientiae, tanquam debita ex honestate illius. Contra enim est: quia contra obedientiam tunc solum peccatur specialiter, quando transgressio praecipit est formaliter ex contemptu potestatis praecipientis, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quest. 105. art. 1. ad 1. & quest. 186. art. 9. ad 3. & notat Suar. in hoc ipso casu *tom. 3. de relig. lib. 10. cap. 6. n. 7.* & nos generaliter diximus *alibi*, dum ageremus de *vitiis capitalibus, lib. 3. disp. 6. n. 5.* quod tamen communiter non accedit, quando omittuntur Horae canonicae, & modus ille praecipendi explicitè, & signanter in virtute obedientiae, vel sanctae obedientiae, non importat obligationem implendi praecipuum ex formali motiuo honestatis obedientiae; & consequenter, neque inducit speciale peccatum inobedientiae, si ex illo non impleatur; sed solum declarat voluntatem praecipientis, quod intendat fieri id, quod praecipit; & praeterea intendat grauius obligare, vt fiat, vt bene explicat idem Suar. *tom. 3. de rel. g. lib. 10. cit. cap. 4. num. 11. & 12.* ac proinde dum praecipitur cap. *Dolentes, citato*, in virtute obedientiae, vt Officium persoluatur ab omnibus studiosè, & deuotè, solum declarat obligatio grauis, vt persoluatur; non autem inducit obligatio specialis ad honestatem formalem obedientiae, & consequenter neque inducitur in transgressione, & omissione malitia specialis inobedientiae; sed haec etiam in tota omissione est solum circumstantia generalis, sicut in aliis omnibus transgressionibus praecipitorum; ac proinde neque illi tribuit specialem malitiam, nisi directè intendatur, vt communiter dicitur in *materia de peccatis, & docet S. Thomas 2. 2. quest. 105. art. 1. cit. ad 1.*

Potest tamen in alio sensu habere locum id, quod

4. *Quamquam aliqui oppositum asserant.*

5. *Omissio Horarum non est speciale peccatum contra obedientiam ex eo, quod sint praecipua in virtute obedientiae.*

6. *Modus precipiendi in virtute obedientiae, quid importet.*

36. *Et qui est dispensatus à Papa.*

27. *Episcopus, aut Superior, non potest dispensare in*

quod asserit Bonac. de speciali malitia contra obedientiam, nimirum, Horas canonicas in Religiosis professis cadant sub voto obedientiae, de quo in presentia non disputo. nam, quemadmodum transgressio ieiunij, quod est debitum ex Regula, potest esse speciale peccatum contra votum obedientiae, si Regula illud constituit, & comprehendit sub tali voto, & hoc modo Franciscanus, v.g. si frangat ieiunium sextae, in quam forte incidit etiam vigilia, dupliciter peccat, id est, semel contra preceptum Ecclesiae, quae illud praecipit sub virtute temperantiae; & iterum contra votum obedientiae, ex quo tenetur servare Regulam, & quod ieiunium praecipit sub virtute religionis, ut notat Vasq. 2. 2. disp. 98. cap. 3. n. 9. & Sanchez lib. 9. de Matrim. disp. 24. num. 6. circa medium: ita & ommissio Horarum potest esse speciale peccatum contra idem votum obedientiae, si etiam Horae sub illo comprehendantur, & qui illas omittit, obligatus, verbi gratia, simul ex Ordine sacro, & simul ex tali voto, peccabit dupliciter, contra eandem virtutem religionis, id est, semel, in quantum per illas non colit Deum, propterea tenetur ex Ordine sacro; & iterum in quantum non colit, propterea promissit per votum. Et quemadmodum, qui vno aliqua actu simul violat iuramentum, & votum, dupliciter peccat contra religionem; quia Deum facit testem falsi; & quia Deo non servat promissum: ita & peccat dupliciter, qui Horas omittit contra obligationem ex Ordine, & contra votum: & sine dubio haec utraque circumstantia Ordinis sacri, & beneficij, est exprimenda in Confessione, sicut & circumstantia Ordinis sacri, & beneficij, ut subdit Bonac. q. 5. puncto 1. cir. n. 5.

Potest praeterea dubitari circa malitiam omissionis Horarum, quando contingat peccari mortaliter ex eo, quod omittatur tantum pars alicuius Horae; & utrum contingat peccari pluries in eadem specie ex eo, quod omittantur eadem die plures Horae. Sed de hoc satis egimus disp. 3. dum ageremus de Horis integrè perfoluendis; ibique diximus, peccati mortaliter, si omittatur pars notabilis etiam vnus Hora; & in Horis maioribus prudenti iudicio illam censeri partem notabilem, quae aequivaleret vni Horae minori, vel saltem medietati illius; & in Horis minoribus non esse notabilem, nisi excedat, vel saltem nisi attingat medietatem. Et si omittantur plures Horae vnus diei, vnum tantum esse peccatum omissionis externae, quantum plura possint esse omissionis internae, si voluntates, & actus interni volendi omittere, sint vere plures; & partem notabilem totius Officij, quod est debitum pro vno die, posse integrari etiam ex pluribus partibus diversarum Horarum aduertenter omittis, ut, verbi gratia, ex vno Psalmo vnus Hora; & ex alio Psalmo alterius, imò & ex pluribus versibus diversorum Psalmorum, & ex pluribus versibus diversorum versuum, si scienter, & aduertenter omittantur, mutilentur, aut syncopentur. Et si contingat, ut is, qui omittit Horas canonicas, habeat licite plura beneficia, diximus disp. 24. quod etiam ille peccet mortaliter, in quantum defraudat Fundatores beneficiorum, & totam Ecclesiam suis suffragiis; & quod peccata sint plura numero, si Fundatores sint plures. Et de illo, qui sapiens, & sine rationabili causa omittit Officium, ad quod tenetur diebus singulis ex praescripto Breuiarij, & loco illius recitat aliud, quod simpliciter peccet mortaliter, diximus disp. 30. Et de illo, qui recitat Horas diei sequentis ante Horas perfolutas diei praecedentis, vel Horas posteriores vnus diei ante Horas priores, quomodo peccet, diximus disp. 31. Et de illo, qui partes vnus Ho-

rae recitat interrupte, diximus disp. 32. Et de illo, qui non attendit, diximus disp. 37. Et praeter haec vix videtur posse esse aliqua alia dubitatio circa malitiam, siue specificam, siue numericam omissionis Horarum.

Illud tamen postremo loco non est omittendum, eos, qui omittunt, siue culpabiliter, siue inculpabiliter, & ex legitimo impedimento Horas canonicas; siue vno tantum die; siue pluribus, non teneri eas repetere diebus sequentibus; siquidem illarum obligatio est onus diuinum, & transit, vel fitur simul cum die, cui est alligata: neque teneri ad aliquid aliud loco illarum; siquidem nullum est ius, quod ad aliud obliget; & sic notant omnes communiter, Sylu. verb. Hora, qu. 1. 3. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 2. puncto 10. §. ultimo. Suar. de Horis can. cap. 29. n. 1. Sanchez lib. 7. consil. c. 2. dub. 50. Nauar. de orat. c. 15. n. 19. §. 39. Bonac. de Horis can. disp. 9. §. 6. puncto 2. n. 11. & puncto 3. n. 10. & alij. Et quantum Clericus beneficarius indebitè omittendo Horas canonicas, defraudet Fundatores beneficiorum, & totam Ecclesiam suis suffragiis, ad quae tenebatur ex obligatione iustitiae; ut diximus disp. 24. & indicauimus paulò ante n. 7. de illo, qui illicitè detinet beneficia, & Horas omittit; & talis iactura bene possit compensari, si recitet tantundem diebus sequentibus, quantum fuit omissum diebus praecedentibus; idque fiat vltra id, quod est debitum pro vnaquaque die praesente, vel si recitentur aliae preces aequivalentes, & alioqui non debita, ut notat Suar. de Horis can. c. 29. n. 11. & 12. Si tamen restituat fructus suorum beneficiorum, tanquam iniuste perceptos, & non factos suos, propterea tenetur ex Concilio Lateranensi, & ex Bulla Pij V. bene potest reputare se liberum ab obligatione reparandi dictam iacturam iustitiam, ut notat Petrus Nau. lib. 2. de restit. c. 2. n. 30. siquidem ad illam maximè tenebatur propter fructus ad eum finem ipsi assignatos, & ab ipso perceptos. Et quemadmodum qui accepit elemosynam pro Missa celebranda, non amplius tenetur illam celebrare, si restituat elemosynam: ita & qui accipit fructus beneficij pro recitando Officio, non amplius tenetur recitare, si fructus restituat, & illi solum remanet reatus culpae; quia non impleuit obligationem, quam habebat ex beneficio, ut etiam notat Nauar. de orat. c. 10. n. 56. & 57. & dicimus disp. sequen. 22. Si tamen in aliqua Religione, aut diocesi sit aliquod peculiare statutum, aut consuetudo, quae in hac re aliter statuat, & eos, qui omittunt Officium, obliget loco Officij ad aliquid aliud; secundum illam est iudicandum; & quod hoc loco asserimus, nullam esse obligationem ad aliquid aliud, solum asserimus, quantum est ex iure communi, aut ex ratione naturali. Et hinc vterius etiam sequitur, quod non debet Confessarius illi, qui omittit Horas canonicas iniungere, ut illas repetat alio die, quicquid dicat Palud. in 4. dist. 15. q. 5. art. 2. & alij alij apud Suar. de Horis can. c. 27. n. 5. & apud Bonac. qu. 5. puncto 2. n. 6. siquidem hoc poterit accidere valde incongruè, ut si iniungat, verbi gratia, tempore Paschae dicere Officium Passionis, ut notat S. Thomas quodlibet 3. §. 29. & absolute nullum est ius, quod transacto tempore, cui specialiter est alligatum aliquod praecipuum, adhuc obliget praecipuum illud impleri alio tempore, & Missam, verbi gratia, quae non fuit audita die festo, audiri alio die; vel ieiunium non seruatum tempore Quadragesimae, seruari tempore Paschae, ut bene expli-
cant Suar. & Bon.
locis cit.

8.
Qui Horas omittit, ad nihil tenetur loco Horarum.

7.
Quomodo omisso Horarum sit vnum, aut plura peccata numerata.

DISPUTATIO XL.

Quomodo beneficiarij, qui Horas omittunt post primos sex menses, teneantur restituere fructus suorum beneficiorum.

1. Beneficiarij, qui Horas omittunt, tenentur restituere fructus suorum beneficiorum.
2. Qui est ordinatus ad titulum patrimonij, non tenetur restituere fructus, si Horas omittat.
3. Patrimonium, ad quod aliquis est ordinatus, habet privilegia bonorum ecclesiasticorum.
4. Professio religiosa est beneficium regulare.
5. Qui possidet beneficium a se fundatum, secundum aliquos non tenetur restituere fructus, si Horas omittat.
6. Obligatio restituendi, quantum est ex decreto Concilij Lateranensis, & ex Bulla Pij V. solum est post primos sex menses ab obtento beneficio.
7. Omissione Officij perdamur fructus omnium beneficiorum.
8. Etiam si beneficium habeat praeterea etiam alia onera, & officia.
9. Probabile tamen est, ex multorum sententia, quod non omnes perdamur; sed solum illi, qui respondent Horis canonicis.
10. Quanta pars fructuum ex sententia aliquorum possit retineri pro aliis oneribus beneficij.
11. Secundum aliquos, etiam illi, qui habent beneficium simplex, possunt sibi retinere partem fructuum, quando Horas omittunt.
12. Si fructus beneficij percipiuntur ab initio anni, & postea Hora non recitatur, sunt omnino restituendi.
13. Pro restituendis fructibus non est expectanda sententia Iudicis.
14. Secundum aliquos; qui omittit Officium per octo, vel decem dies, potest non restituere.
15. Sed hoc non est probabile.
16. Quomodo fructus sint erogandi in fabricam beneficij, vel in elemosynas pauperum.
17. Si ipse beneficiarius sit pauper, licite potest illos habere etiam sibi.
18. Et idem est de bonis incertis quibuscumque, si is, qui tenetur illa restituere, sit pauper.
19. In re praesenti, quid possit intelligi per elemosynas pauperum.
20. Non omne fructuum, qui amittuntur ab omissionem Horarum, etiam veniunt quotidiana distributione.
21. Qui Horas omittit ex legitimo impedimento, & quomodocumque ex bona fide, non tenetur restituere fructus.
22. Non excusatur a restitutione fructuum, qui alio die reperit totum Officium, quod omisit.
23. Qui omittit partem minorem vna integra Hora, non tenetur aliquid restituere.
24. Qui omittit vnum Notarium, tenetur restituere pro rata.
25. Qui omittit eodem die plures partes modicas diversarum Horarum, tenetur pro rata.
26. Partes fructuum, quae respondent singulis Horis, quomodo sint accipiendae.
27. Pars fructuum valde tenuis, non est restituenda sub mortali, nisi uniatu simul cum aliis in vnam materiam grauiam.
28. Etiam ille tenetur restituere, qui exteriùs recitat, & interiùs non attendit.
29. Qui recitat Horas canonicas, & omittit alia Officia, ad quae tenetur ratione sui beneficij, tenetur pro rata illorum aliquid restituere.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

RATEUM reatum culpa mortalis quem contrahunt Clerici beneficiati, si culpabiliter Horas omittant, etiam contrahunt obligationem restituendi fructus suorum beneficiorum: eosque, tanquam iniuste perceptos, & non factos suos, tenentur erogare in fabricas suorum beneficiorum, vel in elemosynas pauperum. Ita enim expresse habetur in Concilio Lateranensi III. sub Leone X. sess. 9. §. Statuimus. & in Bulla Pij V. Ex proxima. & apud Nauar. in Man. cap. 25. n. 12. & de orat. cap. 7. n. 32. Et in Concilio Lateranensi generaliter id statuitur de omni eo, qui habuerit beneficium cum cura, vel sine cura; & post sex menses ab obtento beneficio. Officium non dixerit, legitimo impedimento cessante: & dicitur, quod hic suorum beneficiorum fructus non faciat suos, sed tanquam iniuste perceptos teneatur illos erogare in fabricas suorum beneficiorum; vel in elemosynas pauperum: & si vltra dictum tempus contumaciter permanserit in simili negligentia, & saltem intra quindecim dies bis illud non recitauerit, legitima monitione praecedente etiam dicitur esse priuandus beneficiis. Et in Bulla Pij V. vterius additur, quomodo sit faciendae hae restitutio pro rata temporis, & omissionis Officij, sicut praecipitur in dicto Concilio: & sic dicitur: Statuimus, ut qui omnes Horas canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, amittat omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie disiderentur: qui vero Matutinum, tantum dimidiam; & qui ceteras Horas, aliam dimidiam; & qui earum singulas sextam partem fructuum eiusdem diei.

Atque vt partes singulae horum decretorum declarantur, primo est supponendum, tanquam certum, quod ommissio Horarum in iis Clericis, qui ad illas tenentur ex titulo beneficij, licite potuit puniri per hanc poenam priuationis fructuum, & obligationis eos erogandi in fabricas beneficiorum, vel in pauperes, cum beneficium detur propter Officium; & quod datur ob causam, iure ipso naturae sit irritum, si causa non ponatur. Atque ita rectè potuit id declarari per legem ecclesiasticam, tanquam debitum ex iure naturae, & ex iustitia naturali; & praeterea rectè potuit etiam de nouo induci, tanquam poena admissi criminis.

Ex illis verò verbis Concilij: Quilibet habens beneficium, &c. clarè intelligitur, quod qui est ordinatus ad titulum patrimonij, vel ad titulum professionis; & tenetur ad Horas canonicas ratione solius Ordinis sacri, aut professionis religiosae, non tenetur quicquam restituere, si Horas omittat, ut notat Bonac. de Horis canonicis, disput. 1. quast. 5. puncto 2. num. 3. quia, quantum patrimonium, ad cuius titulum aliquis ordinatur, sit loco beneficij ecclesiastici, & habeat privilegia, quae conceduntur à iure bonis ecclesiasticis, saltem dum non extinguitur per ademptionem beneficij proprietate, vt videtur est apud Menochium de recuperanda possessione, remed. 15. num. 21. & apud Gratianum disceptat. foren. cap. 159. num. 27. & patet ex cap. Ecclesiarum seruos. 12. quast. 2. & cap. Similiter. 16. quast. 1. vbi res Clericorum dicuntur gaudere eodem privilegio, quo res Ecclesiae; vere tamen non est beneficium: & Concilium Lateranense, & Pius V. solum puniunt omissionem Horarum in iis, qui habent beneficium, specialiter sibi traditum propter Officium.

Et similiter quantum professio religiosa dicatur beneficium regulare, ex Hostiens. Panorm. & aliis in cap. Super inordinata. de praebendis; & Rebuffi. in praxi gulare.

1.
Beneficiarij, qui Horas omittunt, tenentur restituere fructus suorum beneficiorum.

2.
Qui est ordinatus ad titulum patrimonij, non tenetur restituere fructus, si Horas omittat.

3.
Patrimonium, ad quod aliquis est ordinatus, habet privilegia bonorum ecclesiasticorum.

4.
Professio religiosa est beneficium regulare.

5.
Qui possidet beneficium a se fundatum, secundum aliquos non tenetur restituere fructus, si Horas omittat.

tit. regularia beneficia, n. 6. & Selua de benef. part. 1. quæst. 2. n. 40. & aliis apud Henriquez lib. 13. cap. 13. n. 2. laura S. & idem Pius V. de anno 1568. motu proprio, prohibuerit, ne Regulares ordinarentur, nisi ad titulum professionis, tanquam beneficij regularis, ex quo habent ius, vt perpetuo alantur, & sustententur à Monasterio, in quo postea pro nostra Societate dispensauit. Gregorius XIII. de anno 1572. verè tamen non est beneficium, de quo loquuntur Concilium Lateranense, & Pius V. & idem Professus, si forte omittat Horas canonicas, nihil tenetur restituere, cum reuera ad illas non tenetur ratione professionis; sed solum ex regula, vel ex consuetudine, vt supra diximus.

9. Quod verò asserit Valq. tract. de benef. cap. 4. §. 1. dub. 8. in fine, n. 44. eum, qui habet capellaniam, aut beneficium à se fundatum, non teneri restituere fructus, si Horas omittat: quia, quemadmodum potuisset alios liberare ab hoc onere restituendi, qui postea habuissent illud beneficium, & Horas omittentia: & potuit liberare se; imò fortasse, neque etiam tenetur recitare; & absolute non peccat, si non recitat: siquidem nulli facit iniuriam: hoc, inquam, non videtur probandum: quia eo ipso, quòd aliquis fundat capellaniam, aut beneficium, transfert in Ecclesiam, proprietatem & dominiū illorum bonorum, ex quibus fundat: & dū postea ipse instituitur in titulo beneficij à se fundati, iterum recipit illa eadem bona, tanquam Ecclesiæ, & vt iam facta ecclesiastica; & recipit sub eadem obligatione, & lege, sub qua recipiuntur communiter alia beneficia; neque potest ipse se ab hac lege eximere, etiam in limine fundationis, nisi exemptio admittatur à Papa, vel ab alio potestate habente. Ac proinde, quemadmodum verè dicitur etiam ipse Fundator habere beneficium; ita & verè comprehenditur lege Officij, & tenetur restituere, si illud non recitet: & falsum est, quòd nulli iniuriam faciat: siquidem facit iniuriam ipsi Ecclesiæ, à qua est institutus in beneficio, etiam ipse sub lege Officij.

6. Ex aliis verbis Concilij, si post sex menses ab obitu tenentis beneficij, clarè habetur, quòd obligatio restituendi non incipit, quantum est ex decreto Concilij, & ex Bulla Pij V. nisi elapsis sex mensibus à beneficio pacificè habito, & possessio; siue habeatur eadem obligatio pro iisdem primis sex mensibus aliunde, siue non, de quo agemus infra. Quare non est admittendum id, quòd asserit Sot. lib. 10. de iustitia, quæst. 5. art. 6. concl. 4. quòd etiam ille, qui Horas omittit primis sex mensibus, teneatur restituere pro rata temporis, & Horarum, quantum est ex decreto Concilij: quia alioqui esset nimia relaxatio, si Concilium non puniret omissionem Horarum per primos sex menses. Et hanc absurditatem vt tollat, negat Sotus, verba Concilij esse legenda, vt leguntur communiter, post primos sex menses; sed contendit legi debere, per primos sex menses: sensum esse, quòd qui Horas omittit per primos sex menses, solum teneatur restituere fructus pro rata temporis, & Horarum: qui verò ulterius fuerit contumax in eadem negligentia, & saltem bis intra quindecim dies non recitauerit, legitima monitione præcedente priuetur etiam beneficio: & solum hoc modo addit Sotus, esse vlti receptum, (quòd ipse sciat) hoc decretum Concilij. Sed cõtra Sotum sentiunt communiter alij, Couar. lib. 3. var. cap. 13. num. 10. Nau. in Manu. cap. 2. §. num. 122. & de orat. cap. 7. num. 31. & seqq. Suar. de Horis canonicis, cap. 29. num. 4. Valq. de beneficiis, cap. 4. §. 1. dub. 8. num. 41. & 42. & quòd plus est, ipse Pius V. in sua Bulla, vbi refert ad verbum decretum Concilij Lateranensis, illudque ap-

pellat salubrem sanctionem; & de illo, qui Horas omittit primis sex mensibus, quantum non dicat, quòd teneatur restituere fructus, dicit tamen, quòd debet intelligere se commississe grane peccatum. Et quoniam beneficium tunc solum obtinetur, & habetur perfectè; & tunc solum ex illo incipit obligatio Horarum, quando habetur pacifica illius possessio, vt supra diximus; ideo Concilium, & Pius V. dum addiderunt, post primos sex menses ab obtento beneficio; solum de hac obtentione perfectà, & per pacificam possessionem intellexerunt, cum alioqui is, qui obtinet solum per significationem Supplicationis, aut per Litteras apostolicas expeditas in Cancellaria, non autem pacificè possidet, non possit dici peccare grauiter, omittendo Officium primis sex mensibus; vt loquitur Pius V. siquidem reuera non peccat vltò modo, cum adhuc ad illud non tenetur.

7. Tertio, verba alia, quæ habentur in Concilio, & in Bulla: Beneficiorum suorum fructus non faciat, &c. clarè significant, quòd restituitur ex omissione Horarum est faciendà de fructibus non tantum vnus beneficij; sed etiam plurium, si plura habentur, & possidentur: neque enim est maior ratio, vt potius restituantur fructus vnus beneficij, quàm alterius, vt notat Suar. de Horis can. cap. 30. n. 8. Et qua ratione per recitationem Officij acquiruntur fructus omnium beneficiorum: ita & æquum est, vt omissione omnes perdantur, vt notat Azor. par. 1. lib. 10. c. 14. quæst. 6. & Bonac. quæst. 5. puncto 1. cit. num. 16.

8. Quòd si is, qui omittit Horas canonicas, teneatur ex beneficio ad alia onera, præter recitationem Officij; probabile est, quòd non possit sibi retinere eam partem fructuum; quæ alioqui est debita, & respondet aliis oneribus; sed restitutio sit faciendà pro rata temporis, & Horarum, quæ sunt omittæ, de omnibus fructibus, qui absolute respondent illi ratæ, perinde ac si de aliis laboribus nulla esset habenda ratio. Ita Garzias de benef. part. 3. cap. 1. n. 28. & seqq. Nau. de orat. cap. 7. num. 31. Suar. cap. 30. n. 6. Azor. lib. 10. cap. 14. quæst. 5. Valen. 2. 2. disput. 6. quæst. 2. puncto 30. §. 8. vers. Respondeo per distinctionem. Valq. 1. 2. disp. 159. cap. 2. num. 7. & disput. 168. cap. 4. num. 34. & Opusculo de benef. cap. 4. §. 1. dub. 8. n. 42. quantum paulò ante, dub. 7. n. 38. oppositum teneat, quantum est ex iure natura, & non habita ratione Iuris noui, inducti per Concilium Lateranense, & per Bullam Pij V. Salas disp. 15. de legib. sect. 2. n. 27. Reginal. lib. 30. n. 46. Petrus Nau. lib. 2. de restit. cap. 2. n. 103. & alij. Et ratio est: quia pars fructuum, quæ respondet recitationi Horarum, est restituenda ex obligatione iustitiæ naturalis, si Horæ omittantur; non autem ex pœna statuta per Concilium, & per Bullam; & ideo aliquid aliud dicendum est fuisse inductum loco pœnæ, quàm illud, quòd erat debitum, non vt pœna: & dum in Concilio, & in Bulla dicitur indefinitè, quòd qui nõ recitat, fructus beneficiorum non facit suos; siue habeat beneficium cum cura, & teneatur præterea ad alia onera; siue habeat sine cura, & ad nihil aliud teneatur, manifestè impeditur etiam in beneficio curato prima acquisitio quoruncunque fructuum, & inducitur pœnalis proxima incapacitas ad illos acquirendos, etiam vt stipendia aliorum laborum; & per consequens etiam inducitur stricta obligatio ad illos restituendos, tanquam non suos, & tanquam acquisitos iniuste, & nulliter; & non est dubium, quòd etiam beneficiatus curatus iuste potuit puniri priuatione omnium fructuum, etiam correspondentium aliis laboribus, si Horas omitteret; & ipsa prima collatio beneficij curati potuit illi fieri cum hac limitatione: Volo, vt acquiras, & possis acquirere

Qui possidet beneficium à se fundatum, secundum aliquos non tenetur restituere fructus, si Horas omittat.

Obligatio restituendi, quantum est ex decreto Concilij Lateranensis, & ex Bulla Pij V. solum est post primos sex menses ab obitu beneficij.

9. Probabile tamen est ex multorum sententia, quòd non omnes perdantur fructus, sed solum illi, qui respondent Horis canonicis.

7. Omissionem Officij perdat fructus omnium beneficiorum.

8. Etiam beneficij habeat præterea etiam alia onera, & officia.

10. Quanta pars fructuum, ex sententia aliquorum, possit retineri pro aliis oneribus beneficij.

acquirere omnes fructus huius beneficij, si recitaueris Horas canonicas: & si illas omiseris, volo, vt acquiras simpliciter nullos, pro rata, & pro portione ad solas Horas canonicas, quas omiseris. Et certum est, quòd hoc ratam virtute continetur in verbis Concilij, & Pij V. dum absolute pronunciant de beneficiato curato, quòd non faciat fructus suos, si Horas omittat, vt notat Suar. cap. 30. citat. n. 9.

Dixi autem, id esse probabile, non autem omninò certum: quia non desunt multi alij, & graues Doctores, qui oppositum asserant; & verba Concilij Lateranensis, & Pij V. mitius interpretentur de solis fructibus, qui debentur ratione Horarum canonicarum; non autem de aliis, qui correspondent aliis laboribus, quos secum afferunt beneficia curata. Et præter Syluest. verb. Clerico. 4. quæst. 23. Panorm. in cap. 1. de celebr. Miss. & alios veteres Canonistas, qui scripserunt ante Concilium Lateranense, ita asserit Sot. lib. 10. de iust. q. 5. art. 6. concl. 3. & 4. Iell. lib. 2. cap. 34. n. 77. Henric. lib. 13. de excommunic. c. 13. n. 2. littera P. & apud hunc Bartholomæus Medina, Lopez, Pegna, & alij, quos etiam citat Garzias de benef. part. 3. cap. 1. num. 28. & 29. Emman. Rodrig. in Summa, part. 1. cap. 146. num. 4. Tolet. lib. 2. cap. 12. num. 3. Ludou. Bea part. 1. casu 155. in fine. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 1. in fine: & valde probabile id putat etiam Bonac. de Horis can. disp. 1. quæst. 5. puncto 3. num. 2. & 3. Et ratio est: quia ex eodem Concilio Lateranensi ibidem, beneficium datur propter Officium: Officium autem, propter quòd datur beneficium curatum, non est sola recitatio Horarum; sed etiam alia onera ministrandi Sacramenta, & administrandi Ecclesiam, & regimen animarum: imò hoc est maioris momenti, quàm illud: & ideo manifesta æquitas, & iustitia videtur postulare, vt redditus, & stipendia, sicut non sunt assignata pro solis precibus, & Horis canonicis; sed etiam pro aliis oneribus, & laboribus; ita nec amittantur omnia per solam omissionem Horarum; sed solum illa, quæ ipsis Horis respondent pro rata. Et qua ratione Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 1. de reform. solam absentiam, & non residentiam Episcoporum per integram annum non puniit amissione omnium fructuum; sed solum mediocriter, & aliam mediocriter relinquit pro titulo, & dignitate, quam sustinent, & pro Horis canonicis, quas persolunt: eadem ratione Concilium Lateranense, & Pius V. non videtur debuisse punire solam omissionem Horarum canonicarum amissione omnium fructuum; sed solum illius partis, quæ prudenti iudicio illis respondet.

Quanta autem censeri debeat esse huiusmodi pars, quæ secundum dictos Authores potest licite retineri pro aliis oneribus, & laboribus, non constat inter ipsos: nam Tolet. lib. 2. c. 12. n. 4. putat, sufficere, si pro omissione Horarum, restituatur tertia pars. Rodrig. in Summa, part. 1. cap. 146. n. 4. si restituatur quarta, vel quinta, & specialiter de Curato ait sufficere, si restituatur quintam. Henric. lib. 13. n. 2. ait, præxim de sapientium consilio hanc esse, vt Parochus, & Episcopus restituant quintam partem, & reliquos sibi retineant ratione tituli, & onerum; Canonicus restituat quartam partem; & alij beneficiati tertiam. Et addit, cum hac tantum moderatone Bullam Pij V. in Hispania esse receptam. Idenique Paulus Laym. lib. 4. tract. 2. c. 5. n. 2. rem hanc ait esse despondendam prudenti iudicio, habita ratione Officiorum, & onerum, quæ beneficiarius tenetur præstare, & quantitatis reddituum, quos percipit; & addit, tam multa, & tam grauiam posse esse onera, vt lexu-

plo, imò & decuplo superent pensum Horarum canonicarum; & tam exiguos posse esse redditus, vt vix æquent iustum vitæ stipendium, quòd iure ipso naturæ debetur beneficiario ob aliorum onerum præstationem: & in tali casu ad nullam restitutionem teneri, pro omissione Horarum, cum pro illis nihil accipiat; sed totam, quòd accipit, vix sufficiat pro aliis oneribus. Et dum loquuntur hi Doctores generaliter de omnibus beneficiatis, comprehendunt etiam illos, qui habent beneficium simplex, vt patet manifestè apud Henric. lib. 1. c. 13. n. 2. in fine, vbi ait, satisfacere etiam illos, si restituunt tertiam partem pro omissione Horarum: quia, nimis, etiam ipsi habent aliqua alia onera, pro quibus possunt sibi habere reliquos fructus, dum tenentur saltem incedere in habitum, & tonsuram, & viuere in celibatu, & alia seruare, quæ ipsis præcipiuntur in sacris Canonibus, vt etiam refert Ron. q. 5. puncto 3. cit. n. 2. vers. Et hoc colligi potest, quanquam alij absolute illos damnent ad restitutionem omnium fructuum, si omittant Horas canonicas, & nihili faciant onera alia gestandi habitum, & tonsuram, & viuendi in celibatu; cum satis compensentur per alia privilegia clericalia, nec propter illa sit beneficium; sed propter Officium, vt subdit Bon. ibid. Et non est dubium, quòd hæc sententia de retinenda parte fructuum pro aliis laboribus, cum absolute, & vniuersaliter pro omnibus beneficiatis sit minus probabilis; & minus iusta, quàm opposita de restituendis simpliciter omnibus; adhuc est multò minus probabilis, & minus iusta pro illis, qui habent beneficium simplex, cum reuera nulla habeant alia onera, & nullos labores, propter quos dentur illis, & sint instituta beneficia simplicia, & qui propterea sint compensandi parte aliqua fructuum.

Quòd verò addit Valq. 1. 2. disp. 168. c. 4. n. 35. & 36. si Canonicus initio anni accipiat, grossam, eamque faciat suam, cum onere persoluendi toto anno Horas canonicas, easque postea nõ persoluat, adhuc teneri illam restituere; ex eo capite non placet Salas disp. 15. de leg. sect. 2. num. 27. in fine: quia pœna pro amissione Horarum non est, vt beneficiarius restituat fructus iam factos suos; sed vt illos non faciat suos; & ideo si prius, quàm Horas omitteret, ià fecit suos; non est, quòd restituat. Sed fortasse non est questio, nisi de nomine: si enim absolute fecisset suos, & omninò independenter ab omni recitatione futura, nõ teneretur restituere, vt bene asserit Salas. Sed hoc ipsum est, quòd negat Valq. dum asserit, eum teneri restituere, id est, quòd illos nõ absolute fecerit suos; sed solum dependenter à recitatione futura: & ideo si hæc non sequatur, teneatur restituere, perinde ac si non fecisset absolute suos; sicut & teneretur restituere, mercenarius mercedem sibi solutam anticipatò propter operam ponendam in vinea; si illam deinde non poneret. Et quatenus dicatur talis Canonicus ab ipso initio fecisse fructus absolute suos; quando illos totos accepit; adhuc tamen per legem Ecclesiæ potest declarari, quòd teneatur ex naturali iustitia illos restituere, si illud nõ præstitit, propter quòd accepit; & præterea potest puniri priuatione illius partis, quæ alioqui potuisset retinere pro aliis laboribus, quos verè præstitit, vt notat Valq. ibid.

Quarto, verba illa: Non faciat suos, & tanquam iniuste perceptos erogare teneatur, aperte declarant, quòd non est expectanda sententia Iudicis: sed eroga-gatio; & restitutio est faciendà in conscientia, etiam si ommissio horarum sit occultissima. Ita Nau. in Manu. c. 28. n. 22. & c. 7. de orat. n. 32. Cou. lib. 3. var. cap. 13. in fine. Paulus Layman lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 1. vers. Tertium. Petrus Nauar. de restit. cap. 2. n. 195. Suar. de Horis canon. cap. 10. n. 2. & 3. Garzias

11. Secundum aliquos, etiam ille, qui habet beneficium simplex, possunt sibi retinere partem fructuum, quando Horas omittunt.

12. Si fructus beneficij percipiuntur ab initio anni, & postea Horas non recitantur, sunt omnino restituendi.

13. Pro restituenda fructibus non est expectanda sententia Iudicis.

de benef. part. 3. cap. 1. n. 32. & part. 1. cap. 10. num. 9. Bonac. de Horis canonicis, disp. 1. quæst. 5. puncto 2. num. 7. & alij apud ipsum: quia Concilium Lateranense, & Pius V. non priuant domino fructuum iam acquisito: in quo casu pro actuali illorum abdicatione posset fortasse expectari sententia Iudicis, sicut contingit in Hæreticis, dum priuantur per legem dominio bonorum; & tamen retinent possessionem, donec priuentur per sententiam; sed impediunt, ne dominium acquiratur, ut patet ex illis verbis. Non faciat fructus suos, & idem non magis possunt retineri in conscientia, quam aliud quodcumque non suam, sibi que non acquisitum. Et quanuis leges pœnales, quæ ad pœnæ executionem requirunt actionem positivam ipsius rei, sapè non obligent, nisi post sententiam Iudicis, ut v. g. si actio illa sit nimis gravis, & omnino excedat potestatem humanæ legis, & repugnet conditioni humanæ, ut executioni mandetur ab ipso reo, ut diximus lib. 5. de legibus, disp. 4. 2. num. 7. bene tamen potest aliquando obligare etiam ante sententiam, si legislator ita declarat, & actio positiva non sit ita gravis, ut excedat potestatem humanæ legis, & repugnet conditioni humanæ, ut ibi diximus: nam, sicut potest legislator, & Princeps voce Iudicis, aut sua inferre pœnam (subeundam à reo: ita & potest illum inferre scripto, aut lege, cum non sit minor potestas legis, quam Iudicis; & lex sit Magistratus mutus; & Magistratus sit lex loquens, ut ibi diximus n. 4. ex M. Tullio lib. 2. de legibus.

14. Quare non est audiendus vlllo modo Bartholomæus Medina apud Suar. c. 30. cit. n. 1. & 9. & apud Bonac. q. 5. puncto 2. n. 8. quod decretum Concilij, & Pij V. sit solum pœnale; & idem non obligat, nisi post sententiam Iudicis. Et quod dicitur in eodem decreto restitutum esse faciendam pro rata omissionis Officij, & temporis, non esse accipiendum exactè, & rigorosè; sed cum quadam morali accommodatione; & idem illum, qui omittit Officiam per octo, aut decem dies, licet posse nihil restituere; & illi, qui omittit per annum integrum, adhuc posse moderatam partem sibi retinere, quia etiam Dominus temporalis, nisi sit indebitè rigidus, & tenax, non punit famulos privatione stipendij, si per aliquot paucos dies suo munerè desint; & si desint per longum tempus, non priuat exactè toto stipendio; sed bonam partem benignè remittit, quod idem potèri ratione est sentiendum de Deo, & de Ecclesia, quæ sine dubio non punit ad rigorem, neque ad rigorem exigit pœnas. Sed contra, quod hæc benignior interpretatio dicti decreti nullo modo sit admittenda, clarè probatur; quia expressè, & manifestè est contra textum: si enim Concilium de illo, quod post sex menses non recitat Officiam, & tamen bis intra quindecim dies, asserit, quod sit puniendus non solum integris fructibus, sed etiam beneficio ipso; & Pius V. expressè determinat, quod qui intermitte totum Officiam vno, vel pluribus diebus, debet restituere omnes fructus; qui illi, vel illis diebus respondent, si diuidantur quotidie; & qui intermitte partem dimidiam, vel unam aliquam partem horarum, debet restituere partem dimidiam fructuum, vel partem certam; nulla ratione potèst dici, quod qui omittit totum Officiam per octo, vel decem dies, nihil debeat restituere; & qui omittit per annum integrum, non debeat restituere totum. Et quæ ratione Deus pro omissione vnus diei, vel etiam minoris partis priuat aliquem sua gratia, & amicitia, & verè peccat mortalitèr, qui sic omittit, quanuis communiter non sic faciat dominus temporalis cum suo famulo, si fortè absit à famulatu per vnum

15. Secundum aliquos, qui omittit Officiam per octo, vel decem dies, potest non restituere. Sed hoc non est probabile.

diem, neque propterea dicitur Deus esse rigidus: ita & Ecclesia potest priuare fructibus pro rata omissionis, & temporis, neque propterea censeri debet indebitè rigida; & cum impediatur ab ipso initio acquisitionem fructuum, si non recitetur Officiam, & pro rata verè non faciat illos suos, qui illud non recitat; tam tenetur illos restituere, tanquam non suos, si omittat per paucos dies, quam si omittat per multos.

Et propter easdem rationes non est admittendum id, quod asserit Sot. lib. 10. de iust. quæst. 5. art. 6. concl. 4. quod qui omittit Officiam per vnum, aut duos dies, non tenetur restituere, quanuis peccet mortalitèr: quia decretum Concilij, & Pij V. solum hoc modo est vbi receptum. Et quod asserit Filiuc. tom. 2. tract. 2. c. 1. o. quæst. 6. concl. 2. n. 17. & alij alij apud Bonac. puncto 2. cit. n. 8. quod qui ordinatè Officiam recitat, & in vno anno semel tantum, aut bis illud omittit, licet se sequi in praxi opinionem Soti, & Medina, & ex benigna Iuris interpretatione potest non restituere. Hæc, inquam, omnia non sunt admittenda: quia decretum Concilij, & Pij V. expressè loquitur etiam de illo, qui omittit Officiam vno tantum die; vel etiam, qui solum omittit partem Officij; & falsum est, quod decretum Concilij, & Pij V. non sit vbi receptum, etiam pro illo, qui omittit Officiam vno, aut altero die, ut bene notat Vasq. Opusculo de benef. c. 4. §. 1. dub. 3. n. 41. & 42. ex Cou. Nau. & aliis. Et quemadmodum rusticus, qui stipendium accipit, ut singulis diebus laborat in agro, etiam pro vno, aut altero die illud amittit, si non laboretiat & Clericus beneficiatus, qui stipendium accipit ex fructibus beneficij, ut singulis diebus Officiam recitet, etiam pro vno, aut altero die illud debet amittere, si non recitet, ut notat idem Vasq. Opusculo de benef. c. 4. §. 1. dub. 7. n. 39.

16. Quomodo fructus sint erogandi in fabricam beneficij, vel in elemosynas pauperum. Quarto, verba alia eiusdem Concilij Lateranensis, & Bullæ Pij V. in fabricam huiusmodi beneficij, vel pauperum elemosynas erogare tendatur, declarant, in quos usus sint obligeendi huiusmodi fructus, & quibus sint restituendi, hoc est: quod restitutum est faciendum sub distinctione, vel fabricæ beneficij, vel pauperibus. Et per fabricam beneficij non debet intelligi sola fabrica Ecclesiæ; sed etiam domus pro Clerico ipso beneficiato, vel pro rusticis, & colonis agrorum beneficij, vel pro reponendis, & seruandis fructibus; & vniuersaliter quicquid cedit in utilitatem beneficij, ut in posterum ferat maiores fructus, ut notat Suar. de Horis can. c. 30. n. 9. Et similiter nomine pauperum, non in solum debent intelligi, qui sunt in loco; aut in loco, in qua est beneficium; sed absolute omnes, & quicumque tandem illi sint, cum neque in Bulla; neque in Concilio fiat restrictio potius ad hos, quam ad illos; & sit valde conueniens, ut beneficiatus, qui tenetur fructus erogare pauperibus, id faciat in ea discretionem, in qua residet, etiam si beneficiatus sit in alia.

17. Si beneficiatus sit pauper, eos tenere, & habere etiam sibi; saltem de consilio Confessorij, vel dare consanguineis, si etiam ipsi sint pauperes; ut notat S. Th. 2. 2. q. 32. art. 9. ad 3. Caiet. ibid. S. Th. verb. Elemosynas, n. 4. Nau. in Mann. cap. 2. §. 1. n. 12. & de orat. c. 7. n. 3. Suar. de Horis can. c. 30. n. 20. Vasq. de benef. c. 4. §. 1. dub. 9. n. 46. Tol. lib. 2. c. 1. n. 5. & lib. 8. c. 31. n. 2. Laym. lib. 4. tract. 3. c. 5. n. 1. §. Illud rectè. Rodriq. in Summa, p. 1. c. 146. n. 3. & in quæst. vlt. tom. 3. q. 7. art. 4.

18. Et idem est ex communi sententia de bonis quibuscumque incertis; quæ quis tenetur erogare in pauperes: potest enim similiter illa habere, & restituere; si iudicio Confessorij sit pauper, ut notat S. Thomas

16. Quomodo fructus sint erogandi in fabricam beneficij, vel in elemosynas pauperum.

17. Si beneficiatus sit pauper, eos tenere, & habere etiam sibi.

18. Et idem est de bonis incertis quibuscumque, si sit

qui tenetur restituere si pauper.

19. In re personæ quid possit intelligi per elemosynas pauperum.

20. Nominis fructuum, qui amittuntur ob omissionem Horarum, etiam veniunt quotidiana distributione.

S. Thomas 2. 2. quæst. 9. ad 3. cit. Caiet. ibid. Sanchez lib. 5. in Decal. cap. 1. n. 54. verb. Tertiè, & lib. 4. consil. moral. cap. 1. dub. 5. 8. num. 5. Tolet. lib. 5. cap. 2. 3. num. 4. Nau. de orat. cap. 7. num. 34. & in Mann. c. 2. §. 1. num. 123. ex Balin. L. 1. de quod pauperibus, quæst. 2. 2. C. de Episc. & Cler. Calder. conf. 39. de testam. Anchar. conf. 84. Domina Apollonia.

Et quanuis bonorum, & fructuum ecclesiasticorum tanquam proprius creditor videatur esse ipsa Ecclesia, ut notat Vasq. dub. 9. n. 46. cit. dum tamen ipse Pontifex illa applicat pauperibus, tanquam supremus administrator, & dispensator, licet applicat, ut idem subdit.

Et in casu presentis nomen elemosynæ rectè extendit Suar. cap. 30. cit. n. 18. ad omnia illa opera, quæ possunt comprehendi sub elemosynis pauperum, ut v. g. si aliquid detur Sacerdoti pauperi cum obligatione dicendi Missas in satisfactionem offensæ Dei per omissionem Officij, vel pro animabus illorum, qui beneficia instituerunt; vel, si aliquid erogetur pro defunctis, & animabus Purgatorij, & ut suffragia, & sacrificia pro illis fiant, & c. Imò & addit n. 20. quod si eo tempore, quo beneficiatus omittit Officiam, fecit elemosynas ex fructibus beneficij, potest illas computare in restitutione: quia reuerà fructus illos, quos non fecerat suos, erogavit in pauperes, pro ut debebat.

Atque id totum debet intelligi etiam de quotidianis distributionibus, si quis illas amittat, non propter absentiam à Choro; sed propter amissionem Horarum, pro ut declaratur, & exprimitur specialiter in Bulla Pij V. nam, quanuis distributiones, proprie loquendo, non veniant appellatione fructuum beneficij, ut sup. diximus lib. 1. disp. 19. n. 20. & quando amittuntur ob non interessentiam in Choro ad Horas canonicas, non debeant erogari in elemosynas pauperum, vel in fabricam beneficij; sed debeant distribui inter eos, qui interfuerint, usque accrescant iuxta decretum Bonifacij VIII. in c. Consecutionem. de Cler. non resid. in 6. & Conc. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. & apud Azor. part. 1. lib. 10. c. 14. q. 11. quando tamen amittuntur ob non recitationem Horarum, veniunt etiam ipsæ in Bulla Pij V. appellatione fructuum beneficij, ut notat Vasq. de benef. cap. 4. §. 1. dub. 8. n. 42. & 43. & Suar. cap. 30. n. 11. in fine, & idem sunt etiam ipsæ simul cum aliis fructibus erogandæ in pauperes, vel in fabricam pro rata omissionis Officij, & temporis, ut expressè notat Garzias de benef. part. 3. cap. 1. num. 35. & 36. Unde, si Canonicus, aut alius beneficiatus adductus Choro, interit quidem Choro statutus horis, & idem appareat lucrificasse distributiones; sed Officiam neque canat in Choro, neque recitet extra Chorum; non tantum peccat mortalitèr; sed etiam amittit distributiones, & fructus pro rata temporis, & omissionis Officij, ut habetur in Bulla Pij V. eoque tenetur restituere, sicut & reliquos fructus. Neque in hoc casu loquitur Nauar. in Mann. cap. 2. §. 1. n. 123. vbi negat, distributiones esse erogandas in fabricam, vel in pauperes; sed solum, quando is, qui omittit Officiam, etiam absit à Choro; & ratione absentie acquiritur ius alii interessentibus. Et contra, quando crimen omissionis Officij, & amissio distributionum est occulta, quod licet possint erogari in alios pios usus, expressè habet Less. lib. 2. cap. 34. num. 177. Et cum ad lucrandas distributiones possit sufficere sola interessentia in Choro, ut notat Petrus de Aragona 2. 2. quæst. 83. art. 13. §. Hic tamen non obstantibus. ex cap. Licet. de proben. & cap. Consecutionem. de Cler. non resid. in 6. & ex Concilio Trident. sess. 24. cap. 12. cit. de reformat. Quibus locis

expressè dicitur, quod distributiones iis debentur, qui adfuerint. Quod Canonicus, qui adest Choro, & absolute non recitat Horas canonicas, illas specialitèr non lucratur, solum est ex Bulla Pij V. & in pœnam omissionis Horarum, ut notat Garzias n. 36. cit. & idem mirum non est, si in tali casu ex eadem Bulla eodem modo sint erogandæ, atque alij fructus, & etiam ipsæ non acquirantur perfectè, si Horæ canonicæ non recitentur saltem priuatim, & extra Chorum. Et hoc idem ex eodem Garzia ibid. n. 37. etiam accidit in fructibus pensionis, si fortè sit omissionum Officiam B. Virginis: siquidem etiam ipsi sunt erogandi in pauperes, vel in fabricam, quanuis aliqui restitui debeant beneficiario, & titulari, si ex aliquo alio capite amittantur pensionario, quam ex omissione dicti Officij, ut videre est apud eundem Garziam part. 1. cap. 5. n. 133.

Si tamen ex peculiari statuto, aut consuetudine alicuius Ecclesiæ, aut loci, huiusmodi fructus male percepti sint iam applicati, aut applicandi alicui certo, & pio operi, non est recedendum ab huiusmodi statuto, aut consuetudine, cum neque Concilium Lateranense, neque Pius V. illis derogat, neque principalis illorum intentio fuerit, ut disponerent de huiusmodi fructibus, & ut consulerent fabricæ, & pauperibus; sed solum ut restituerent recipia fieret, & determinatio, quam adiunxerunt pro fabrica, vel pro pauperibus, solum intelligitur, quando alias id non est determinatum, ut notat Suar. c. 30. cit. n. 17. Azor. lib. 10. cap. 14. q. 10. Nauar. in Mann. cap. 2. §. 1. n. 123. Less. lib. 2. cap. 34. n. 177. cit.

21. Qui Horas omittit ex legitimo impedimento, & quomodo dicitur ex bona fide, non tenetur restituere fructus. Quinto, per illa verba Concilij, & Bullæ, legitimo impedimento cessante; significatur, quod excusatur ab hac restitutione omnes illi, qui Horas omittunt, non ex malitia, vel ex negligentia voluntaria, & culpabili; sed ex aliquo impedimento legitimo, ut v. g. ex naturalis obliuione, vel ex alia ignorantia inuincibili; vel quia à Theologis, & viris doctis iis dicitur, quod non tenentur vel vniuersaliter ex quavis alia causa, quæ foueat bonam fidem; ut notat Suar. c. 30. n. 17. Azor. lib. 10. c. 14. q. 7. Less. c. 34. cit. n. 183. Garz. de benef. part. 3. c. 1. n. 26. Bonac. de Horis can. disp. 1. q. 5. puncto 2. n. 4. & alij communiter apud ipsum: quia, cum hæc amissio, & restitutio fructuum non sit inducta nisi in pœnam admittæ culpæ in omissione Officij, non est, quod in foro conscientiæ dicatur esse incurta pœna, quando constat, in eodem foro non esse admittæ culpa. Unde, quod dicitur, ex hoc decreto Concilij Lateranensis, & Pij V. non acquiri fructus beneficij, nec fieri suos à beneficiato, nisi recitet Horas canonicas, solum debet intelligi cum hoc addito, quando non est legitime impeditus, & quando verè omittit cum culpa, & verè est dignus, qui puniatur hæc pœna.

22. Non excusatur à restitutione fructuum, qui nullo die recitat totum Officiam, quod omittit. Et contra, quando iam aliquis omittit Horas ex culpa, & fructus pro rata temporis non fecit suos, & pœnam à lege latam iam incurrit, nõ potest amplius illos eosdem facere suos, & à pœna incurta se se eximere propria autoritate, si fortè repetat alio die, & post elapsum tempus obligationis totum id, quod omittit, ut notat Nau. de orat. c. 10. n. 57. Henriq. lib. 13. c. 1. 3. n. 2. Petrus Nau. lib. 2. de restit. c. 2. n. 180. Petrus de Arag. 2. 2. q. 83. art. 13. §. Dico 2. Bonac. de Horis can. q. 5. puncto 2. n. 5. & alij apud ipsum: nam, quanuis S. Anthon. part. 3. tit. 1. 3. c. 4. §. 5. & 6. Palud. Maior. Adr. & alij ex veteribus Theologis apud Henriq. loc. cit. existiment, defectum horarum posse compensari, si alio die recitetur tantundem, vel aliæ preces, & bona opera earum loco substituantur; & simile quid etiam affirmet Suar. de Hor. can. c. 24. n. 14. & 12. & ex illo Filiuc. tract. 2. c. 10. n. 307. id tamen

21. Qui Horas omittit ex legitimo impedimento, & quomodo dicitur ex bona fide, non tenetur restituere fructus.

22. Non excusatur à restitutione fructuum, qui nullo die recitat totum Officiam, quod omittit.

maximè est, quantum ad damnum spirituale illatum Ecclesie, aut Fundatoribus beneficiorum, qui omissione Horarum sunt priuati iustitiam, & bonis spiritualibus; non autem quantum ad pœnam restitutionis, vel non acquisitionis fructuum, ab Ecclesia latam, & ab ipsis iam incursum propter crimen omissionis Horarum, à qua, vt diximus, nemo potest se se eximere priuata auctoritate, postquam illam de facto incurrat. Et quod per soluta huiusmodi pœna, & restitutione iam facta non maneat amplius obligatio refarciendi vllam aliam iacturam, aut damnum in bonis spiritualibus, vt diximus *disp. præced. in fine*, ex eo prouenit, quia est sublatum fundamentum iustitiæ, & redditum id, propter quod erat obligatio; & Ecclesiæ, & Fundatoribus beneficiorum loco precum, potest prodesse elemosyna erogata in pauperes, vel in fabricam de fructibus male perceptis; & Concilium Lateranense, & Pius V. sic declararunt, dum non fecerunt mentionem vllius alterius restitutionis, nisi fructuum.

23. Qui omittit partem minorem vna integra Hora, non tenetur aliquid restituere.

Sextò, circa ratam omissionis Officij, & restitutionis fructuum, quam declarat, & præcipit Pius V. in Bulla, certum est, quod qui omittit culpabiliter partem minorem integra Hora, non tenetur pro illa quicquam restituere: quia in Bulla non fit mentio, nisi vnus Horæ: quod signum est, partem minorem vna integra Hora fuisse à Concilio, & à Pontifice reputatam materiam leuem in ordine ad hanc pœnam: & cum hæc lex sit pœnalis, non est, quod extendatur, & ampliatur vltra proprios terminos. Ita Suar. *cap. 30. n. 12. Tolet. lib. 2. cap. 12. n. 6. Reginal. lib. 30. n. 44. Nauar. de orat. cap. 9. in fine, & cap. 10. n. 42. Bonac. de Horis can. quest. 5. puncto 2. n. 11.* & alij communiter; atque ita non solum non tenetur aliquid restituere, qui omittendo partem non notabilem, solum peccat venialiter; sed neque etiam qui omittendo partem notabilem, verbi gratia, medietatem vnus Horæ minoris, peccat mortaliter: quia pœna non faciendi fructus suos solum fertur in eos, qui saltem omittunt Horam integram; & pars illa, quæ est notabilis in ordine ad culpam, potest non esse notabilis in ordine ad pœnam statutam, & determinatam per legem, quando ipsa lex ita declarat; & bene potest pars illa fructuum, quæ respondet dicte parti notabili, condonari pro recitatione aliarum partium, & totius reliqui Officij, vt in re simili de fructibus primorum sex mensium notat Vasq. *Opusc. de benef. c. 4. §. 1. dub. 8. n. 44.* Idque est verum, etiam si fructus, qui respondet huiusmodi parti non notabili, sint ex se magni, vt subdit Suar. *n. 13.*

24. Qui omittit vnum Nocturnum, tenetur restituere pro rata.

Dixi autem, qui omittit partem minorem integra Hora: quia, si quis omittat, verbi gratia, vnum, aut alterum Nocturnum ex Matutino, qui non sunt pars minor, quam Hora Tertia, aut Sexta; probabile est, quod teneatur aliquid restituere pro rata: nam, cum Pius V. Matutinum, & Laudes accipiat, tanquam partem dimidiam totius Officij, & alias Horas tanquam alteram partem dimidiam; & huic vtrique parti dimidiæ assignet partes dimidiæ etiam fructuum, easque dicat debere restitui pro rata, si illæ omittantur; quemadmodum pars dimidia totius Officij, quæ sunt sex Horæ minores, subdividitur in sex partes, quæ sunt singule Horæ per se acceptæ; & qui vnam omittit, dicitur debere restituere vnam sextam partem medietatis fructuum: ita & potest, ac debet subdividi altera pars dimidia, quæ sunt Matutinum, & Laudes; & eodem modo, qui ex illa omittit partem aliquam sextam, quæ sit equalis vni Horæ minori, debet restituere partem sextam alterius medietatis fructuum, vt notat Suar. *c. 30. n. 12.*

25. Et eadem ratione ex Bonac. quest. 5. puncto 2. cit.

Et eadem ratione ex Bonac. quest. 5. puncto 2. cit.

num. 15. tenetur restituere pro rata is, qui omittit eodem die in singulis Horis vnam Psalmum, vel paucos versiculos; qui tamen simul sumpti constituent partem notabilem, quæ non sit minor vna integra Hora: quia, quemadmodum hæ partes minimæ vniuntur in vnam partem notabilem totius Officij, quod illo die est perfoluendum, vt etiam diximus *suprà, disp. 33. n. 11. & 12.* ita & vniuntur in ordine ad restitutionem, quicquid in contrarium dicat Moneta *de distrib. part. 2. quest. 3. num. 22.*

Sed de hac ipsa sexta parte fructuum, quæ debet restitui ab eo, qui omittit vnam Horam integram ex minoribus, vel partem notabilem, quæ non sit minor vna integra Hora, est difficultas, vtrum debeat esse sexta pars omnium fructuum illius diei; an verò solius medietatis, quæ esset restituenda pro omissione medietatis Officij, id est, sex Horarum minorum: nam verba Bullæ videntur indicare, quod debeat esse sexta pars omnium fructuum totius diei, dum sic habent: *Qui Horarum singulas omiserit, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat.* Cõtra verò videtur facere, quod si omnes fructus diei diuidantur in sex partes, & tres sextæ partes amittantur per omissionem Matutini, & Laudes; & alia tres per omissionem omnium simul Horarum minorum; si deinde per omissionem singularum amittantur singule sextæ partes, aperte sequitur, quod qui omittit tres Horas, v.g. Primam, Tertiam, Sextam, tantundem amittat, quantum si ommitteret simul omnes, id est, solum tres sextas partes; & qui ommitteret quatuor Horas, v.g. Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, amitteret quatuor sextas partes fructuum, id est, plus quam si ommitteret omnes sex: & denique quod tantundem amitteret omittendo totum Officium, atque omittendo solum medietatem, id est, solas sex Horas minores: siquidem pro his singulis amitteret solas singulas partes sextas, & per consequens omnes sex pro omnibus sex; præter quas tamen nihil remanet amittendum pro Matutino, & Laudibus; quæ omnia sunt absurda.

Sed certum videtur, huiusmodi sextam partem fructuum, quæ amittitur per omissionem vnus Horæ minoris, solum debere accipi ex illa medietate, quæ respondet medietati totius Officij, ita vt quemadmodum totum Officium diuiditur in duas medietates, id est, in Matutinum, & Laudes, quod dicitur Officium nocturnum; & in alias sex Horas minores, quod dicitur Officium diurnum; ita & omnes fructus diuidantur in duas medietates; & harum vna sit amittenda pro omissione Officij nocturni, & altera pro omissione diurni, & hæc rursus subdividatur in sex alias partes, quarum singule amittantur pro singulis Horis. Atque hoc modo id explicat Suar. *de Horis canonicis, cap. 30. num. 11.* vbi ait, verba Bullæ, *sexam partem fructuum eiusdem diei*, non intelligi de die naturali, sed solum de artificiali, prout contradistinguitur à nocte; & fructus diei esse illos, qui respondent Officio diurno; & e contra fructus noctis posse dici illos, qui respondent Officio nocturno; & vtroque esse restituendos ab eo, qui omittit totum Officium, & solum medietatem ab eo, qui omittit medietatem.

Quod si contingat, vt pars fructuum, quæ est restituenda pro omissionem vnus Horæ, sit ita tenuis, vt non sufficiat ad peccatum mortale in furto; potest censeri materia leuis, neque sub culpa mortali debet restitui, nisi fortè per iteratam sæpius omissionem Horarum coniungatur cum aliis materiis leuibus, & faciat simul cum illis materiam grauem; nam, vt notat Suarez *cap. 30. numero 13.* & Bonacin. *quest. 5. puncto 2. num. 14.* & alij alij

Qui omittit eodè die plures partes modicas differens Horarum, tenetur pro rata.

26. Partes fructuum, quæ respondent singulis Horis, quomodo sint accipiendæ.

28. Etiam ille tenetur restituere, qui ex terriori recitat, & interitis non attendit.

27. Pars fructuum validè tenuis non est restituenda sub mortali, nisi coniungatur cum aliis materiis grauem.

alij apud ipsum: quemadmodum plures materiæ leues in furto minimis possunt vniri in vnam materiam grauem, & obligare sub mortali ad restitutionem, quando ad illam perueniunt, quantum alioqui vnaquæque per se solum obliget sub veniali: ita & plures materiæ leues ex omissione Officij possunt vniri in vnam materiam grauem; & quando ad illam perueniunt, possunt esse restituenda sub culpa mortali: siquidem ab initio non fuerunt iuste perceptæ, & acquisitæ à Clerico beneficiario, stante omissione officij; & apud illum semper manserunt, tanquam res alienæ, & obnoxie restitutioni; & hæc tandem potuit esse sub graui obligatione, quando illæ materiæ simul iunctæ fuerunt materia grauis. Verum id non debet intelligi, nisi quando omisso Officij fuit ex se notabilis; sed restituitur idem solum non fuit sub mortali, quia pars fructuum erat ex se materia leuis. Contrà enim, si omisso Officij etiam sæpius repetita non fuit pro eadem die; sed pro diuersis; & fuit ex se leuis, & infra vnam Horam minorem, in quo casu ex Bulla Pij V. nihil est ex necessitate restituendum, vt diximus *num. 23.* etiam si fructus, qui illi parti respondent, sint ex se magni, non est, quod habeatur ratio huiusmodi vnionis in partem notabilem, cum neque partes Officij possint vniri in vnam partem notabilem, vt pote non spectantes ad vnam obligationem, & ad vnum totum Officium; sed ad obligationes totaliter diuersas, & ad Officia verè totalia pro diuersitate, & totalitate ipsorum dierum; neque partes fructuum, quæ illis respondent, fuerint à beneficiario acquisitæ iniuste, neque manserint apud illum, vt alienæ, & restitutioni obnoxie; sed fuerint illi condonate pro recitatione aliarum partium Officij, vt ibi diximus.

28. Etiam ille tenetur restituere, qui ex terriori recitat, & interitis non attendit.

Atque hæc, quæ asserimus de obligatione restituendi propter omissionem Horarum, probabilissimum est, quod debeant intelligi etiam de iis, qui voluntarie distrahuntur, dum recitant, & ex defectu debite attentionis peccant mortaliter. Ita Palud. in 4. *dist. 15. quest. 5. art. 2. conclus. 5.* Nauar. *de orat. cap. 13. n. 13. & 19. & cap. 20. num. 32.* & in *Manu. cap. 25. n. 97. & 105.* Petr. Nau. *lib. 2. de restit. cap. 2. num. 140.* Suar. *de Horis canonicis, cap. 26. num. 25. & 28. & cap. 30. num. 14.* Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 12. quest. 6. & cap. 14. quest. 8.* Less. *lib. 2. cap. 37. num. 67.* Vasq. *Opusc. de benef. cap. 4. §. 1. art. 3. dub. 4. num. 99. & seqq.* Reginal. *lib. 30. n. 88.* Garzias *de benef. part. 3. cap. 1. n. 86. & cap. 2. n. 515.* Barbol. in *cap. Dolentes, num. 20. de celebr. Miss.* Bonac. *de Horis can. quest. 5. puncto 2. n. 17.* & alij apud ipsum. Et ratio est: quia præceptum Concilij Lateranensis, & Pij V. de recitandis Horis canonicis, est intelligendum iuxta præceptum eiusdem Concilij Lateranensis sub Innocentio III. quod habetur cap. *Dolentes, de celebr. Missar. vt, scilicet, Horæ canonicæ recitentur deuotè, & studiosè; & certum est, quod qui non attendit, non recitat deuotè, & studiosè; & perinde est, ac si non recitet: & quemadmodum oratio sine debita attentione, verè non est oratio; ita & qui omittit orare attentè, verè omittit orare, & tenetur in conscientia ad omnes pœnas huiusmodi omissionis, & per consequens etiam ad restitutionem pro rata fructuum perceptorum, vt etiam *suprà* diximus *disp. 37. num. 16.**

Negari tamen non potest, quin etiam oppositum habeat aliquam probabilitatem, saltem propter extrinsecam auctoritatem eorum, qui illud asserunt, vt est, verbi gratia, Sotus *lib. 10. de iust. quest. 5. art. 6. concl. 4.* Medina *de orat. quest. 16.* Cordub. *lib. 4. questionali, quest. 13. ad fin.* Tolet. *lib. 2. cap. 12. n. 6.* & alij

qui alij apud Petr. Nau. *lib. 2. de rest. cap. 2. cit. n. 181. & 182.* & apud Bonac. *num. 17. cit.* Et si hic, qui Horas recitat, & non attendit, non admittatur debere eximi ex toto à restitutione pro rata omissionis, & temporis, prout comendit hæc secunda sententia; potest saltem licitè eximi pro illa parte, quæ respondet aliis omnibus, & laboribus beneficij, cum hæc reuerà non adimatur, nisi ex lege, & pœna ecclesiastica; quæ tamen non potest cadere in solum defectum attentionis internæ, vt notat Vasq. *num. 104.* nisi de illo clarè constet per alias externas operationes, quæ tunc fiunt, & sunt incompatibiles cum attentione interna, vt diximus: & si beneficium nulla alia habeat onera, nisi Horas canonicas, erit quidem restitutio integrè facienda de omnibus fructibus pro rata omissionis, & temporis; verum id non erit ex lege Concilij, aut Pontificis; sed ex lege iustitiæ naturalis, vt diximus.

Denique ex eadem lege naturalis iustitiæ damnat Vasq. *Opusc. de benef. cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 7. n. 39.* eum beneficiatum, qui legitimo impedimento celsante omittit alia Officia, ad quæ tenetur ratione sui beneficij, etiam si recitet Horas canonicas: est enim eadem ratio etiam de aliis; & ad omnia est obligatio eiusdem rationis, & ex eadem iustitia. Et quantum Concilium Lateranense, & Pius V. statuunt amitti omnes fructus, siue vnus, siue plurium beneficiorum ab eo, qui omittit Horas canonicas, eumque in pœnam dicti criminis iuste priuent etiam illis; quos alioqui potuisset facere suos pro aliis laboribus, & officiis, quæ non omittit; & subdit idem Vasq. *dub. 8. num. 42.* non tamen e contra statuunt, quod omnes lucretur, & faciat suos is, qui omittit alia Officia, & solum recitat Horas canonicas; ac proinde id relinquunt iudicandum ex naturali iustitia; & prudenti iudicio debet respondere, quanta pars debeat respondere iis laboribus, & officiis, quæ indebitè omittuntur.

29. Qui recitat Horas canonicas, & omittit alia Officia, ad quæ tenetur ratione beneficij, tenetur pro rata illorum aliquid restituere.

DISPUTATIO XLI.

Ad quid teneatur Clericus beneficiatus, qui Horas omittit primis sex mensibus ab obtento beneficio; & pensionarius, qui omittit Horas Beatissimæ Virginis.

- 1. Quid habeatur in Concilio Lateranensi, & in Bulla Pij V. pro iis, qui omittunt Officium primis sex mensibus.
2. Qui primis sex mensibus omittit Officium, quomodo secundum aliquos non teneatur restituere.
3. Et quomodo secundum alios teneatur.
4. Dispositio sub modo non solum obligat ad modum implendum; sed aliquando etiam ad rem restituendam, si modus non impleatur.
5. Pro primis sex mensibus non possunt percipi fructus ratione solius status clericalis, vel ratione recitationis futura.
6. Neque ex condonatione, & remissione obligationis facta à Papa.
7. Quod datur ob causam, siue perpetuam, siue non perpetuam, debet semper restitui, si causa non sequatur.
8. Qui omittit Officium primis sex mensibus, non tenetur restituere partem fructuum, quæ respondet aliis laboribus.
9. Et restitutionem quoad aliam partem, quæ respondet Horis canonicis, potest etiam facere per alia bona spiritualia.

10. Qui

- 10. Qui omittit Officium primis sex mensibus, probabilissimum est, quod teneatur iure ipso natura restituere eam partem fructuum, quae respondet Horis canonicis.
- 11. Probabile tamen est etiam oppositum.
- 12. Etiam Clerici pensionarij teneantur restituere fructum pensionum, si omittant Officium B. Virginis.

1. Quia habentur in Concilio Lateranensi, & in Bulla Pij V. pro iis, qui omittunt Officium primis sex mensibus.

V. haec tenemus diximus, solum sup. pro iis beneficiatis, qui omittunt Horas canonicas post primos sex menses à possessione beneficij, vt patet ex verbis Concilij Lateranensis, & Pij V. supra allatis. Pro iis vero, qui omittunt primis sex mensibus, duo habentur in eodem Concilio; id est, quod si vltra sex menses in eadem negligentia contumaciter permanerint, & bis saltem, intra quindecim dies Officium non dixerint, legitima monitione praecedente, priuandi sunt beneficio; & praeterea, quod Deo sunt reddituri rationem de tali omissione per primos sex menses. Et hoc secundum vt clarus explicet Pius V. in sua Bulla, addit, quod per primis sex mensibus Officium omittit, graue peccatum intelligere debet se admisisse, nisi excusetur per legitimum impedimentum.

2. Qui primis sex mensibus omittit Officium, quo modo secundum aliquos non teneatur restituere.

Quia tamen, neque Concilium, neque Pius V. declarant, vtrum praeterea teneantur restituere fructus pro illis sex mensibus, tanquam non factos suos, & iniuste perceptos; non constat inter Doctores, vtrum reuera teneantur illos restituere, saltem ex ea parte, quae respondet solis. Horis canonicis, retenta alia, quae respondet aliis laboribus, & oneribus, quae forte habentur ex titulo beneficij; an vero satis habeant, si solum dolent de admissio crimine, & omnes fructus licite possint sibi habere, vt verè suos, & iuste acquisitos, & retentos. Nam ex vna parte, cum in Concilio Lateranensi, & in Bulla Pij V. actum sit ex professo de obligatione restituendi ex omissione Horarum, & illi solum dicti sint tenendi ad restitutionem, qui omittunt post primos sex menses; & alij, qui omittunt primis sex mensibus, solum sint declarati, quod grauius peccent, & quod Deo sint reddituri rationem, & quod beneficium sint priuandi, si vltra perseverent in eadem negligentia, non videtur posse esse dubium, quod à restitutione fructuum omnino sint liberi; siue id proueniat, quia reuera beneficium, & ius ad fructus non datur sub conditione, si recitetur Officium, vt propterea acquisitio fructuum maneat suspensa, donec ipsa compleatur conditio, & Officium recitetur; sed datur sub modo, & solum cum onere, & obligatione recitandi; & ideo fructus statim sunt ipsius beneficiati; neque est postea, quod restituantur tanquam non sui, & acquisiti iniuste, vt notat Sylu. verb. Clericus, 4. q. 2. 3. in fin. ex Innoc. Ioan. Andr. & Butr. in c. 1. de celeb. Miss. & aliis Canonistis antiquioribus penè omnibus, cum quibus ex recentioribus id asserit etiam Garz. de benef. part. 3. c. 1. n. 11. siue proueniat, quia Concilium ipsum, & Papa, qui est supremus administrator, & dispensator bonorum ecclesiasticorum, pro primis sex mensibus concedit fructus ratione solius tituli, ex quo Clericus beneficiatus etiam simplex, & non curatus saltem viuunt in statu, & habitu clericali, vel etiam concedit pro recitatione futura post illos sex menses, & vt interim discedat ritum, & modum bene recitandi, vt vult V. l. q. de benef. c. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. n. 4. & ex illo Layman lib. 4. v. 2. c. 5. n. 1. vers. Veruntamen. siue demique id proueniat, quia quantuncumque violenter iniuria, etiam primis sex mensibus, ex iure ipso naturae oritur beneficiario obligatio restituendi; Papa tamen, & Concilium gratis illam remittit, & gratis

condonat, vt vult Bonac. de Horis can. disp. 1. qu. 5. puncto 2. num. 9. tom. 1.

Ex alia vero parte, cum ex iure communi, cap. fin. de reser. in 6. beneficium datur propter Officium; & ideo ipsa prima collatio beneficij sit quasi contractus innominatus: Do, vt facias, & ex ipso contractu inducat obligationem iustitiae naturalis, vt restituatur id, quod datur, si id non fiat, propter quod datur, vt etiam notat Bonac. loc. cit. & patet ex iure communi, toto ferè titulo de conditionib. causa data, & non secuta, hincque iuribus, tam naturalibus, quam posituis, expressè, & posituè non sit derogatum per Concilium aut per Bullam, non videtur posse esse dubium, quod obligatio restituendi verè maneat etiam primis sex mensibus, si omittatur Officium.

Neque haec obligatio satis excusatur per hoc, quod beneficium, & ius ad fructus non detur sub conditione, si recitetur Officium; sed sub modo, vt recitetur: saltem enim est, quod etiam dispositio ius modo aliquando non obliget ad modum impendendum, & ad rem ipsam restituendam, si modus non impleatur, vt patet ex L. Quibus diebus. §. Terminus. ff. de condit. & demonstr. & notat Gloss. in L. 1. ver. pro conditione, C. de iis, quae sub modo. Bart. & Doctores communiter apud Gomez tom. 1. var. res. fol. c. 12. n. 60. & apud Molin. de contr. disp. 208. §. Quando aliquid. Et ideo etiam collatio beneficij sub modo, & obligatione recitandi Officium, potest obligare ad fructus restituendos, si Officium non recitetur; & quantum est ex se, tam obligat primis sex mensibus, quam post illos, cum semper, & pro toto tempore sit sub modo.

Neque excusat sufficienter illud, quod additur, quod beneficium, eiusque fructus, pro primis sex mensibus dantur à Papa, & à Concilio solum in titulum, vt Clericus iam assumptus in partem Domini viuat de patrimonio Domini, & non mendicet; vel etiam dantur pro recitatione futura. Contra enim est, quia ad hoc, vt Clericus in partem Domini assumptus habeat ab Episcopo, & ab Ecclesia, vt de viuat, sicut praecipitur c. 2. de proben. non est necessarium, vt beneficium illi detur pro primis sex mensibus sine obligatione restituendi; sed potest obligationi Horarum etiam adiungi obligatio restituendi, sicut adiungitur pro toto reliquo tempore post primos sex menses. Et quemadmodum pro sola permanentia in statu clericali pro reliquo tempore non potest aliquid retineri ab eo, qui omittit Officium, vt ex communi sententia diximus supra, disp. praeced. n. 1. ita nec potest retineri totum pro primis sex mensibus. Neque est, quod pro futura deinceps recitatione duplicetur quasi stipendium ab ipso initio, cum satis respondeat vnicuique recitationi stipendium proprium; & alioqui si fructus primorum sex mensium responderent recitationibus aliorum mensium consequentium, si quis forte illas omitteret sine legitimo impedimento, non solum teneretur restituere fructus pro rata illarum; sed etiam pro rata priorum mensium: quod tamen est falsum ex Suar. de Hor. can. cap. 29. num. 14. Bonac. punct. 2. c. 1. n. 10. Nau. & aliis apud ipsam.

Denique, neque illud excusat, quod Concilium, & Papa gratis remittant obligationem restituendi pro primis sex mensibus, & fructus ipsos gratis condonent; neque enim est praesumenda haec condonatio, & remissio, nisi fiat de illa expressa mentio: & eo ipso, quod Concilium asserit esse reddendam Deo rationem, & Pius V. graue peccatum committi pro primis sex mensibus, relinquunt vnicuique considerandam, & expendendam naturam, & qualitatem peccati; & vtrum ex illa sit apta sequi aliqua alia obligatio, an non.

3. Et quomodo scilicet alios teneantur.

4. Dispositio sub modo non obligat ad modum implendū, sed aliquando etiam ad rem restituendā, si modus non impleatur.

5. Pro primis sex mensibus non possunt percipi fructus ratione solius status clericali, vel ratione recitationis futurae.

6. Neque ex conditione, & remissio obligationis facta à Papa.

Et

7. Quod datur ob causam, siue perpetuam, siue non perpetuam, debet semper restitui, si causa non sequatur.

8. Qui omittit Officium primis sex mensibus, non teneatur restituere partem fructuum, quae respondet aliis laboribus.

9. Ex restitutionem quondam partem, quae respondet Horis canonicis, potest etiam facere per alia bona spiritualia.

Et eadem ratione non est admitterendum id, quod notat Garzias part. 3. cap. 1. c. 1. num. 13. non esse verum vniuersaliter, quod datum ob causam, restitui debeat, si causa non sequatur; sed fallere specialiter, quando datur ob causam perpetuam, & successiuam, vt contingit in casu praesenti de collatione beneficij propter Officium, quod est perfoluendum tota vita. Contra enim est: quia tota titulo, qui habetur in iure ciuili, ff. de condit. causa data, causa non secuta, nulla sit mentio huiusmodi limitationis, & distinctionis de causa perpetua, aut non perpetua; & naturalis iustitia, quantum est ex se, tam obligat ad ponendam, & exequendam re ipsa causam perpetuam, quam non perpetuam; & consequenter aequaliter obligat ad restituendum, si forte vtraque causa aequaliter non ponatur.

Verum, vt in hac re paucis indicemus, quid sit tenendum, primo certū videtur, quod ad summum eadem est obligatio restituendi pro primis sex mensibus, de quibus Concilium Lateranense, & Pius V. expressè non loquitur, quae erat ante ipsum Concilium, & ante Bullam pro omnibus beneficiariis: cum enim ex naturali iustitia, omnes teneantur Horas perfoluere, & omnibus daretur beneficium propter Officium; & ipsa prima collatio beneficij esset eam omnibus quasi contractus innominatus: Do, vt facias, non tamen tenebantur omnes fructus suorum beneficiorum integrè restituere pro rata temporis, & omissionis, si forte Officium omisissent; sed licet, & valide poterant retinere illam partem, quae respondebat pro portione ad alia onera, & ad alios labores, quos forte habebant in beneficio: siquidem obligatio, quam modò habent ad integrè omnes restituendos, nullamque partem sibi retinendam, solum est ex decreto Concilij, & Pij V. in poenam omissionis Officij; quae tamen potest ante dictum decretum non erat debita; ac proinde etiam illi, qui modò Horas omittunt primis sex mensibus, non teneantur integrè restituere omnes fructus; sed licet possunt sibi habere, ac retinere illam partem, quae respondet aliis laboribus, cum similiter ex decreto Concilij, & Pij V. non ipsi puniantur priuatione omnium fructuum; sed solum illi, qui omittunt post primos sex menses.

Et praeterea haec ipsa obligatio restituendi huiusmodi partem correspondentem solis Horis canonicis, potest impleri, non solum actuali, & formali restitutione fructuum, aut pecuniae; sed etiam bonis aliis spiritualibus, quae compensent omissionem Horarum, verbi gratia, illarum repetitione, & reiteratione, quando amplius non sunt debita; vel aliis bonis, ac pijs operibus, quae sint aequalis fructus, & valoris spiritualis: nam, vt notat Suar. lib. 4. de Horis canon. cap. 29. n. 1. & 12. duplex damnum potest considerari intulisse Ecclesiae, aut Fundatori beneficij, qui omittit Officium, id est, quod pensum Horarum non soluerit, quando debebat; & quod absolute non soluerit, & tam Ecclesiam, quam Fundatorem priuauit bono illo spirituali. Quamuis autem primum illud damnum, quod Horas non dixerit tempore debito, non possit amplius suppleri, & compensari, cum ad praeteritum non detur potentia; bene tamen potest suppleri & compensari hoc secundum; & qui, verbi gratia, omittit Officium per vnum mensem, si deinde per alium mensem singulis diebus bis recitet, id est, semel pro obligatione tunc praesente; & iterum pro obligatione iam praeterita; verè restituit, & compensat Ecclesiae, & Fundatori bonum illud spirituale, quo illos priuauerat; neque est, quod amplius teneatur restituere in aliis bonis. Et quemadmodum is, qui accipit, verbi gratia, elec-

mosynam, vt hac hebdomada Missas celebret pro hoc defuncto, ita peccat, si illas non celebrat hac hebdomada, vt tamen elemosynam non teneatur restituere, si postea celebret sequente hebdomada; quia reuera compensat damnum illatum defuncto in non celebratione simpliciter, quamuis non compenset illud primum in dilatione celebrationis: ita & qui reperit Horas canonicas prius omittas, potest compensare damnum illatum in omissione simpliciter, etiam si non compenset illud, quod intulit in omissione pro tempore debito. Et haec compensatio, siue restitutio per opera spiritualia aequalis valoris, ex eodem Suar. cap. 30. num. 8. non potest habere locum post decretum Concilij, & Pij V. quia per illud expressè determinatur restitutio esse faciendam specialiter in ipsis fructibus, & redditibus beneficij; & ideo Officium ex omni parte remanet tantum onus diei; & semel omissum, non potest amplius prodesse ad tollendam vllam priorem obligationem, vt etiam supra diximus disp. praecedente, num. 22. Et quia haec declaratio non habet locum pro iis, qui omittunt Officium primis sex mensibus, sicut neque habuit pro aliis omnibus ante dictum decretum Concilij, & Pij V. hinc est, quod restitutio, si qua est facienda pro primis sex mensibus, potest fieri sufficienter etiam per bona spiritualia, sicut potuit fieri vniuersaliter pro omnibus ante dictum decretum.

Secundo, siue haec restitutio pro primis sex mensibus possit fieri per bona spiritualia, siue non, probabilissimum est, quod omnino debeat fieri iure ipso natura: quod ad eam partem reddituum, quae respondet praesertim Horis canonicis: ita enim ex Canonistis docet Calder. in cap. 1. de celebr. Missar. Anchar. conf. 2. 28. Gemin. in cap. fin. de reser. in 6. Couar. lib. 3. var. cap. 13. num. 10. & alij, qui absolute asserunt, obligationem restituendi ex omissione Horarum, esse de iure natura, & ex iustitia naturali: & ex Theologis idem sentit Adr. in 4. in materia de reser. quest. An Clericus teneatur restituere, & c. Ang. verb. Hora, num. 11. Sot. lib. 10. de iust. quest. 5. art. 6. Suar. de Horis canon. cap. 29. num. 7. Valen. 2. 2. disp. 6. quest. 2. puncto 1. c. 8. vers. Respondeo per distinctionem, & alij apud ipsos. Et ratio satis efficax est illa ipsa, quam indicauimus num. 3. quia collatio beneficij ab ipso initio, est quasi contractus innominatus inter Ecclesiam, & beneficiatum; Do, vt facias, & semper quod datur ob causam, iure ipso natura debet restitui, si causa non sequatur. Neque haec ratio satis euacuat per communes responsiones Doctorem, vt patet ex dictis num. 4. c. seqq.

Dixi autem, id esse probabilissimum; non autem dixi, id esse certum: quia non desunt plures, & graues Authores, qui oppositum sentiant; & eum, qui primis sex mensibus omittit Officium, omnino soluant ab omni restitutione: & ideo non potest negari, quod etiam hoc sit probabile, & tutum sufficienter in conscientia, saltem propter auctoritatem Doctorem. Ita enim sentit Panorm. in cap. 1. num. 8. de celebr. Miss. Sylu. verb. Clericus, 4. quest. 23. Nau. de orat. cap. 7. num. 31. & cap. 10. num. 37. & cap. 21. n. 58. Grass. lib. 2. dec. c. 50. num. 13. Garzias de benef. part. 3. cap. 1. num. 7. & seqq. Bonac. de Horis can. quest. 5. puncto 2. num. 9. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 14. quest. 1. Less. lib. 2. cap. 34. num. 179. Tolet. lib. 2. cap. 12. num. 3. Valq. de benef. c. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. n. 43. Laym. lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 1. & alij apud ipsos, qui vel absolute negant obligationem restituendi oriri ex iure natura; vel affirmant, eam remitti, & condonari per decretum Concilij, & Pij V.

Tertio, hoc totum, quod diximus de Clericis beneficiatis

10. Qui omittit Officium primis sex mensibus, probabilissimum est, quod teneatur iure ipso natura restituere eam partem fructuum, quae respondet Horis canonicis.

11. Probabilissimum est etiam oppositum.

12.

Eiam Clerici pensionarij tenentur restituere fructus pensionum, si omittant Officium Beatissimae Virginis.

Beneficiatis omittentibus culpabiliter Horas canonicas, dici debet proportionaliter etiam de Clericis pensionariis, si omittant Officium paruum Beatissimae Virginis: tenentur enim etiam ipsi pro rata omissionis, & temporis, post primos sex menses ab obtenta pensione, erogare in fabricam beneficii, super quo habent pensionem; vel in pauperes, fructus omnes suae pensionis, neque possunt vlla ex parte sibi illos habere; vel relinquere principali beneficiario, cum ipse Pius V. in sua Bulla ita praecipiat, eosque puniat pro omissione Officij; & specialiter de huiusmodi fructibus ita disponat, ut bene notat Suar. de Horis canon. cap. 30. cit. num. 2. Et pro primis sex mensibus idem de illis est dicendum proportionaliter, quod diximus de beneficiatis, esse, scilicet, probabilius, quod teneantur restituere, sed posse restitutionem facere, etiam in operibus spiritualibus. Neque occurrit circa hoc aliud notandum, nisi ut bene advertatur, verum aliquis pensionem habeat, & fructus ecclesiasticos percipiat, tanquam Clericus, & titulo clericali; an vero ut miles, vel quomodocunque aliter tanquam laicus, & titulo aliquo laicali: siquidem Pius V. eos tantum pensionarios obligat ad Officium Beatissimae Virginis, & eos tantum punit restitutione fructuum, si illud omittant, qui, ut Clerici, illos percipiunt.

DISPUTATIO XLII.

De his, quae pertinent ad recitationem publicam, & in Choro.

- 1. Usus Chori, & recitatio publica est antiquissima, & honestissima.
2. Ad Chorum non tenentur nisi Professores, & beneficiarii, alicui certae Ecclesiae deputati.
3. Mortaliter peccat, qui absit a Choro ex contemptu, vel cum scandalo aliorum, & gravi damno diuini cultus.
4. Grauitas culpa in absentia a Choro non est attendenda ex amissione distributionum.
5. Sed ex deordinatione ipsius absentiae secundum se.
6. Quae absentia a Choro potest censeri leuis in Clerico beneficiario.
7. Absentia a Choro potest ex pluribus causis excusari a culpa.
8. Qui non est solitus adesse Choro, non excusatur ratione infirmitatis, aut senectutis.
9. Distributiones quotidiane maxime regulantur secundum ordinationes cuiusque Ecclesiae.
10. Tenentur Canonici etiam interesse Capitulis, & Congregationibus capitularibus suae Ecclesiae.
11. Qui tenentur ad Chorum, etiam tenentur in illo cantare.
12. Et alioqui amittunt distributiones correspondentes cantui; & peccant mortaliter, quantum est ex suo genere.
13. Qui excusantur a cantu, debent saltem attendere animo: & alioqui non lucentur distributiones.
14. Officium in Choro est integre recitandum, & potest peccari mortaliter, si aliquid omittatur.
15. Non potest aliquid addi in recitatione publica.
16. Moteta quomodo possint licite cantari in diuinis Officiis.
17. Qui tenentur cantare in Choro, etiam tenentur mente attendere, & orare.
18. Et probabile est, quod alioqui non lucentur distributiones.
19. Pro tempore persoluendi, & cantandi Officium

in Choro, seruanda est consuetudo cuiusque Ecclesiae, nec de facili est facienda mutatio.



Ua haecenus diximus circa recitationem priuatam Horarum canonicarum, de personis, quae ad illam tenentur, de integritate, de acritate, de tempore; & de aliis huiusmodi, non carere specialibus difficultatibus pro recitatione publica, & in Choro; & ideo postremo loco, etiam illa sunt attingenda. Primum autem supponi debent ea, quae pertinent in vniuersam ad Chorum, ut verbi gratia, quod eius institutio sit antiquissima, & honestissima, ut probat Suar. de Horis canon. lib. 4. cap. 1. quod praeter horarum laudabiliter, & vtiliter possint cantari, ut idem probat cap. 7. n. 9. etiam caput, qui dicitur figuratus, & adhibitis sonis instrumentorum musico-rum; & probat cap. 8. nec solum a Clericis, sed etiam a laicis, ac toto populo; quauis sit valde conueniens, ut soli Clerici, vel saltem certae aliquae personae ad id eligantur, & reliquus populus deuote audiat, ut probat cap. 9. siquidem hac de causa ad confusio-nem vitandam, & ad statuendum in diuinis Officiis certum ordinem cap. 1. de vita, & honestate Clerico-rum, & Concilio Moguntino statuitur, ut laici, quando celebrantur sacra mysteria, vel diuina Officia, non praesumant stare, vel sedere inter Clericos secus altare; sed pars illa, quae cancellis ab altari diuiditur, solum pateat praesentibus Clericis; & ad orandum, & communicandum, laicis, & feminis pateant Sancta Sanctorum, id est, pars alia maior; quae dicitur corpus, aut nauis Ecclesiae, ut notat ibi Glossa.

Secundum, est supponendum, ad Chorum teneri Religiosos specialiter Professores ad Chorum, & beneficiarios, alicui certae Ecclesiae deputatos; ut sunt Canonici, & Clerici Ecclesiae Cathedralis, aut Collegiatae: quia tamen Religiosi solum tenentur ex obligatione virtutis religionis, & beneficiarij ex obligatione virtutis iustitiae; hinc est, quod hi ex suo genere grauius peccant, quam illi, si absint a Choro, ut notat Cajet. in Summa, verb. Hora, Suar. cap. 10. num. 16. Bonac. de Horis canonicis, disp. 2. quae. 1. punto 1. num. 10. nisi forte etiam illi per suam absentiam sint causa grauis damni Ecclesiae, & cultus diuini; vel id faciant ex contemptu, vel ex peculiari consuetudine; aut ex praeepto Superioris, & Regulae arctius teneantur. Et vltimus quia ex violatione iustitiae oritur obligatio restituendi, hinc etiam fit, ut beneficiarij, si absint a Choro, non lucentur quotidianas distributiones, quae solum dantur interessentibus Choro; ut habetur in Tridentino sess. 24. cap. 12. de reformatione. quauis excusentur, qui absint, propter ali-quod aliud seruitium, quod exhibent eidem Ecclesiae ratione Officij peculiariter sibi iniuncti, vel propter infirmitatem, & rationabilem corporis necessitatem, ut dicitur cap. vnico, de Cleric. non resid. in 6. & notat Suar. de Horis canonicis, cap. 10. num. 20.

His autem positis, est difficultas pro his ipsis beneficiatis, vtrum quilibet absentia a Choro sit censenda peccatum mortale, etiam si tantummodo sit, verbi gratia, pro vna aliqua ex Horis minoribus, vel solum pro medietate vnius Horae; & vtrum satisfaciant suo muneri, si solum intersint Choro; an vero praeterea teneantur etiam recitare suos versus, eosque canere alta voce.

Pro qua re certum est, eos, qui absint ex contemptu, vel cum graui scandalo, & damno Ecclesiae, vel cum

1. Usus Chori, & recitatio publica est antiquissima, & honestissima.

2. Ad Chorum non tenentur nisi Professores, & beneficiarii, alicui certae Ecclesiae deputati.

3. Mortaliter

peccat, qui absit a Choro ex contemptu, vel cum scandalo aliorum, & graui damno diuini cultus.

nam animo non supplendi priuatim id, quod omittunt in Choro; peccare mortaliter, etiam si absint pro vna tantum ex Horis minoribus, vel pro vna aliqua illius parte notabili, ut notat Nauar. de orat. cap. 5. num. 14. & cap. 10. num. 43. & Suar. de Horis canon. cap. 13. num. 5. & omnes communiter: nam de iis, qui absint ex contemptu; & sine animo supplendi priuatim, res est clara, cum formalis contemptus semper ex se sit peccatum mortale: sicut & voluntas omittendi partem notabilem, ut supra diximus. De iis vero, qui absint cum graui scandalo, & damno Ecclesiae, probatur ex eo: quia, si quis per suam absentiam sit causa, ut plures alij absint a Choro; & ideo Officium in Ecclesia, vel simpliciter non cantetur, siue ex toto, siue ex parte notabili; vel non cantetur pro dignitate, & hinc sequatur scandalum, & offensio populi; & non apparet, quomodo possit excusari a culpa mortali, accipiendo partem notabilem, quae non cantatur, non eo modo; quo supra accepimus in recitatione priuata, pro illa, quae saltem aequiualeat parti dimidiae vnius Horae minoris, sed pressius pro illa, quae communiter in recitatione publica censetur notabilis, qualis potest esse etiam vnicus Psalmus, ut supra diximus, & in hoc casu absentiam a Choro esse semper mortalem, si absentia sit ex consuetudine, vel ex contemptu, aut cum graui iactura diuini cultus, expressè habet Syluest. verb. Hora, quae. 10. num. 12. Caiet. in Summa, verb. Hora, §. Quaedam quinquies. Nauar. de orat. c. 5. n. 14. & c. 10. n. 43. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 2. punto 10. §. 6. Reginaldus lib. 10. n. 116. Laym. lib. 4. tract. 2. c. 7. q. 7. n. 7. Bonac. de Horis canon. disp. 2. q. 1. punto 2. n. 1. & alij apud ipsum.

4. Grauitas culpa in absentia a Choro non est attendenda ex amissione distributionum.

5. Sed ex deordinatione ipsius absentiae secundum se.

Si quis vero absit a Choro non ex contemptu, neque cum scandalo, & damno Ecclesiae, & habeat intentionem supplendi priuatim id, quod non dicit, aut cantat in Choro, simpliciter certum videtur, quod non est satis ad culpam mortalem illa absentia, quae est satis ad amittendas distributiones, & quae ex consuetudine Ecclesiae iuste punitur illarum priuatione: si enim statuto, vel consuetudine sit inductum, v.g. ut, qui ingreditur ad Matutinum, finito Inuitatorio, & primo Psalmo, vniuersae, exultatione, amittat distributiones, non propterea qui sic ingreditur, videtur damnandus culpae mortalis, ut notat Suarez cap. 13. citat. num. 7. siquidem huiusmodi poena non est tanta, ut non possit iuste imponi etiam propter culpam venialem; & qui assignauit distributiones pro singulis Horis, licite potuerunt statuere, ut, qui per tantum tempus abesset a Choro, illas non lucraretur, etiam si forasle careret omni culpa, etiam veniali. Quare aliunde videtur expendenda grauitas culpae in eo, qui abest a Choro, quam ex amissione distributionum.

Et recte videtur attendi ex deordinatione, & deformatate, quam habet ex se secundum aestimationem, & iudicium viri prudentis, & ex damno, quod de facto patitur, vel potest pati Ecclesia. Et hoc modo ex Syluest. verb. Hora, quae. 10. & Ang. eod. n. 26. & Armilla eod. n. 21. & Nauar. de orat. c. 5. n. 14. certum est, peccare mortaliter eum, qui ducit in consuetudinem non ire a Choro; vel est causa, ut Ecclesia patiarur iacturam in celebratione, aut solemnitate diuinorum Officiorum; & ex Bonac. disp. 2. de Horis canon. quae. 1. punto 2. n. 2. §. Dis: notabiliter. idem est de illo, qui abest a Choro ultra tres, vel quatuor dies; & ex Grassio lib. 2. de iur. c. 53. n. 13. de illo, qui abest plusquam semel, aut bis; & ex aliquibus Viris doctis apud Suar. c. 13. cit. n. 3. de eo, qui abest ultra unum integrum diem; quauis alioqui regulariter sit diligens in seruitio Chori; quia cum

cap. Clericis, i. dist. 91. praecipitur, ut Clericus, qui absit a Choro, peccat mortaliter, etiam si absint pro vna tantum ex Horis minoribus, vel pro vna aliqua illius parte notabili, ut notat Nauar. de orat. cap. 5. num. 14. & cap. 10. num. 43. & Suar. de Horis canon. cap. 13. num. 5. & omnes communiter: nam de iis, qui absint ex contemptu; & sine animo supplendi priuatim, res est clara, cum formalis contemptus semper ex se sit peccatum mortale: sicut & voluntas omittendi partem notabilem, ut supra diximus. De iis vero, qui absint cum graui scandalo, & damno Ecclesiae, probatur ex eo: quia, si quis per suam absentiam sit causa, ut plures alij absint a Choro; & ideo Officium in Ecclesia, vel simpliciter non cantetur, siue ex toto, siue ex parte notabili; vel non cantetur pro dignitate, & hinc sequatur scandalum, & offensio populi; & non apparet, quomodo possit excusari a culpa mortali, accipiendo partem notabilem, quae non cantatur, non eo modo; quo supra accepimus in recitatione priuata, pro illa, quae saltem aequiualeat parti dimidiae vnius Horae minoris, sed pressius pro illa, quae communiter in recitatione publica censetur notabilis, qualis potest esse etiam vnicus Psalmus, ut supra diximus, & in hoc casu absentiam a Choro esse semper mortalem, si absentia sit ex consuetudine, vel ex contemptu, aut cum graui iactura diuini cultus, expressè habet Syluest. verb. Hora, quae. 10. num. 12. Caiet. in Summa, verb. Hora, §. Quaedam quinquies. Nauar. de orat. c. 5. n. 14. & c. 10. n. 43. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 2. punto 10. §. 6. Reginaldus lib. 10. n. 116. Laym. lib. 4. tract. 2. c. 7. q. 7. n. 7. Bonac. de Horis canon. disp. 2. q. 1. punto 2. n. 1. & alij apud ipsum. Si quis vero absit a Choro non ex contemptu, neque cum scandalo, & damno Ecclesiae, & habeat intentionem supplendi priuatim id, quod non dicit, aut cantat in Choro, simpliciter certum videtur, quod non est satis ad culpam mortalem illa absentia, quae est satis ad amittendas distributiones, & quae ex consuetudine Ecclesiae iuste punitur illarum priuatione: si enim statuto, vel consuetudine sit inductum, v.g. ut, qui ingreditur ad Matutinum, finito Inuitatorio, & primo Psalmo, vniuersae, exultatione, amittat distributiones, non propterea qui sic ingreditur, videtur damnandus culpae mortalis, ut notat Suarez cap. 13. citat. num. 7. siquidem huiusmodi poena non est tanta, ut non possit iuste imponi etiam propter culpam venialem; & qui assignauit distributiones pro singulis Horis, licite potuerunt statuere, ut, qui per tantum tempus abesset a Choro, illas non lucraretur, etiam si forasle careret omni culpa, etiam veniali. Quare aliunde videtur expendenda grauitas culpae in eo, qui abest a Choro, quam ex amissione distributionum. Et recte videtur attendi ex deordinatione, & deformatate, quam habet ex se secundum aestimationem, & iudicium viri prudentis, & ex damno, quod de facto patitur, vel potest pati Ecclesia. Et hoc modo ex Syluest. verb. Hora, quae. 10. & Ang. eod. n. 26. & Armilla eod. n. 21. & Nauar. de orat. c. 5. n. 14. certum est, peccare mortaliter eum, qui ducit in consuetudinem non ire a Choro; vel est causa, ut Ecclesia patiarur iacturam in celebratione, aut solemnitate diuinorum Officiorum; & ex Bonac. disp. 2. de Horis canon. quae. 1. punto 2. n. 2. §. Dis: notabiliter. idem est de illo, qui abest a Choro ultra tres, vel quatuor dies; & ex Grassio lib. 2. de iur. c. 53. n. 13. de illo, qui abest plusquam semel, aut bis; & ex aliquibus Viris doctis apud Suar. c. 13. cit. n. 3. de eo, qui abest ultra unum integrum diem; quauis alioqui regulariter sit diligens in seruitio Chori; quia cum eap. Clericis, i. dist. 91. praecipitur, ut Clericus, qui absit a Choro, peccat mortaliter, etiam si absint pro vna tantum ex Horis minoribus, vel pro vna aliqua illius parte notabili, ut notat Nauar. de orat. cap. 5. num. 14. & cap. 10. num. 43. & Suar. de Horis canon. cap. 13. num. 5. & omnes communiter: nam de iis, qui absint ex contemptu; & sine animo supplendi priuatim, res est clara, cum formalis contemptus semper ex se sit peccatum mortale: sicut & voluntas omittendi partem notabilem, ut supra diximus. De iis vero, qui absint cum graui scandalo, & damno Ecclesiae, probatur ex eo: quia, si quis per suam absentiam sit causa, ut plures alij absint a Choro; & ideo Officium in Ecclesia, vel simpliciter non cantetur, siue ex toto, siue ex parte notabili; vel non cantetur pro dignitate, & hinc sequatur scandalum, & offensio populi; & non apparet, quomodo possit excusari a culpa mortali, accipiendo partem notabilem, quae non cantatur, non eo modo; quo supra accepimus in recitatione priuata, pro illa, quae saltem aequiualeat parti dimidiae vnius Horae minoris, sed pressius pro illa, quae communiter in recitatione publica censetur notabilis, qualis potest esse etiam vnicus Psalmus, ut supra diximus, & in hoc casu absentiam a Choro esse semper mortalem, si absentia sit ex consuetudine, vel ex contemptu, aut cum graui iactura diuini cultus, expressè habet Syluest. verb. Hora, quae. 10. num. 12. Caiet. in Summa, verb. Hora, §. Quaedam quinquies. Nauar. de orat. c. 5. n. 14. & c. 10. n. 43. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 2. punto 10. §. 6. Reginaldus lib. 10. n. 116. Laym. lib. 4. tract. 2. c. 7. q. 7. n. 7. Bonac. de Horis canon. disp. 2. q. 1. punto 2. n. 1. & alij apud ipsum. Si quis vero absit a Choro non ex contemptu, neque cum scandalo, & damno Ecclesiae, & habeat intentionem supplendi priuatim id, quod non dicit, aut cantat in Choro, simpliciter certum videtur, quod non est satis ad culpam mortalem illa absentia, quae est satis ad amittendas distributiones, & quae ex consuetudine Ecclesiae iuste punitur illarum priuatione: si enim statuto, vel consuetudine sit inductum, v.g. ut, qui ingreditur ad Matutinum, finito Inuitatorio, & primo Psalmo, vniuersae, exultatione, amittat distributiones, non propterea qui sic ingreditur, videtur damnandus culpae mortalis, ut notat Suarez cap. 13. citat. num. 7. siquidem huiusmodi poena non est tanta, ut non possit iuste imponi etiam propter culpam venialem; & qui assignauit distributiones pro singulis Horis, licite potuerunt statuere, ut, qui per tantum tempus abesset a Choro, illas non lucraretur, etiam si forasle careret omni culpa, etiam veniali. Quare aliunde videtur expendenda grauitas culpae in eo, qui abest a Choro, quam ex amissione distributionum. Et recte videtur attendi ex deordinatione, & deformatate, quam habet ex se secundum aestimationem, & iudicium viri prudentis, & ex damno, quod de facto patitur, vel potest pati Ecclesia. Et hoc modo ex Syluest. verb. Hora, quae. 10. & Ang. eod. n. 26. & Armilla eod. n. 21. & Nauar. de orat. c. 5. n. 14. certum est, peccare mortaliter eum, qui ducit in consuetudinem non ire a Choro; vel est causa, ut Ecclesia patiarur iacturam in celebratione, aut solemnitate diuinorum Officiorum; & ex Bonac. disp. 2. de Horis canon. quae. 1. punto 2. n. 2. §. Dis: notabiliter. idem est de illo, qui abest a Choro ultra tres, vel quatuor dies; & ex Grassio lib. 2. de iur. c. 53. n. 13. de illo, qui abest plusquam semel, aut bis; & ex aliquibus Viris doctis apud Suar. c. 13. cit. n. 3. de eo, qui abest ultra unum integrum diem; quauis alioqui regulariter sit diligens in seruitio Chori; quia cum eap. Clericis, i. dist. 91. praecipitur, ut Clericus, qui absit a Choro, peccat mortaliter, etiam si absint pro vna tantum ex Horis minoribus, vel pro vna aliqua illius parte notabili, ut notat Nauar. de orat. cap. 5. num. 14. & cap. 10. num. 43. & Suar. de Horis canon. cap. 13. num. 5. & omnes communiter: nam de iis, qui absint ex contemptu; & sine animo supplendi priuatim, res est clara, cum formalis contemptus semper ex se sit peccatum mortale: sicut & voluntas omittendi partem notabilem, ut supra diximus. De iis vero, qui absint cum graui scandalo, & damno Ecclesiae, probatur ex eo: quia, si quis per suam absentiam sit causa, ut plures alij absint a Choro; & ideo Officium in Ecclesia, vel simpliciter non cantetur, siue ex toto, siue ex parte notabili; vel non cantetur pro dignitate, & hinc sequatur scandalum, & offensio populi; & non apparet, quomodo possit excusari a culpa mortali, accipiendo partem notabilem, quae non cantatur, non eo modo; quo supra accepimus in recitatione priuata, pro illa, quae saltem aequiualeat parti dimidiae vnius Horae minoris, sed pressius pro illa, quae communiter in recitatione publica censetur notabilis, qualis potest esse etiam vnicus Psalmus, ut supra diximus, & in hoc casu absentiam a Choro esse semper mortalem, si absentia sit ex consuetudine, vel ex contemptu, aut cum graui iactura diuini cultus, expressè habet Syluest. verb. Hora, quae. 10. num. 12. Caiet. in Summa, verb. Hora, §. Quaedam quinquies. Nauar. de orat. c. 5. n. 14. & c. 10. n. 43. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 2. punto 10. §. 6. Reginaldus lib. 10. n. 116. Laym. lib. 4. tract. 2. c. 7. q. 7. n. 7. Bonac. de Horis canon. disp. 2. q. 1. punto 2. n. 1. & alij apud ipsum. Si quis vero absit a Choro non ex contemptu, neque cum scandalo, & damno Ecclesiae, & habeat intentionem supplendi priuatim id, quod non dicit, aut cantat in Choro, simpliciter certum videtur, quod non est satis ad culpam mortalem illa absentia, quae est satis ad amittendas distributiones, & quae ex consuetudine Ecclesiae iuste punitur illarum priuatione: si enim statuto, vel consuetudine sit inductum, v.g. ut, qui ingreditur ad Matutinum, finito Inuitatorio, & primo Psalmo, vniuersae, exultatione, amittat distributiones, non propterea qui sic ingreditur, videtur damnandus culpae mortalis, ut notat Suarez cap. 13. citat. num. 7. siquidem huiusmodi poena non est tanta, ut non possit iuste imponi etiam propter culpam venialem; & qui assignauit distributiones pro singulis Horis, licite potuerunt statuere, ut, qui per tantum tempus abesset a Choro, illas non lucraretur, etiam si forasle careret omni culpa, etiam veniali. Quare aliunde videtur expendenda grauitas culpae in eo, qui abest a Choro, quam ex amissione distributionum. Et recte videtur attendi ex deordinatione, & deformatate, quam habet ex se secundum aestimationem, & iudicium viri prudentis, & ex damno, quod de facto patitur, vel potest pati Ecclesia. Et hoc modo ex Syluest. verb. Hora, quae. 10. & Ang. eod. n. 26. & Armilla eod. n. 21. & Nauar. de orat. c. 5. n. 14. certum est, peccare mortaliter eum, qui ducit in consuetudinem non ire a Choro; vel est causa, ut Ecclesia patiarur iacturam in celebratione, aut solemnitate diuinorum Officiorum; & ex Bonac. disp. 2. de Horis canon. quae. 1. punto 2. n. 2. §. Dis: notabiliter. idem est de illo, qui abest a Choro ultra tres, vel quatuor dies; & ex Grassio lib. 2. de iur. c. 53. n. 13. de illo, qui abest plusquam semel, aut bis; & ex aliquibus Viris doctis apud Suar. c. 13. cit. n. 3. de eo, qui abest ultra unum integrum diem; quauis alioqui regulariter sit diligens in seruitio Chori; quia cum

Quae absentia a Choro potest censeri leuis in Clerico beneficiario.

in suis famulis. Et hanc eandem ob causam maior absentia à Choro potest tolerari in Religioso professo, deputato ad Chorum, quam in Clerico beneficiato: quia Religiosus solum tenetur ex Regula, & hæc communiter non est ad culpam, vel saltem non ad mortalem, nisi forte ex accidente sequatur Ecclesiæ, & cultui Dei graue dampnum, vt notat Suarez de Hæres. canonicis, c. 10. n. 15. & 16. cum tamen beneficiatus tenetur ex iustitia, & ex primo quasi contractu innominato, Po. vt faciat, & iustitia ex suo genere semper sit ad mortale, vt etiam supra diximus disp. 35. n. 5.

7. Absentia à Choro potest ex pluribus causis excusari à culpa.

Qua tamen ratione potest quis excusari à recitatione Horarum simpliciter, si superpetat rationabilis causa non recitandi, vt supra explicauimus disp. 38. eadem ratione potest quis etiam excusari à recitatione in Choro; imò ex Bonac. disp. 2. quæst. 1. puncto 2. cit. num. 3. multò facilius esse debet excusatio à Choro, quam à recitando simpliciter; sicut & minor est obligatio circa locum, & accidentia, vel circumstantias recitationis, quam circa ipsam recitationem quoad substantiam. Atque hoc modo Bonifacius VIII. cap. unico, de Clericis non residentibus, in 6. & Trident. sess. 24. cap. 12. de reform. eorum omnium excusationes admittit, etiam quoad acquirendas distributiones, quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut eiusdem Ecclesiæ utilitas excusauerit. Et ad euidentem Ecclesiæ utilitatem potest reduci, si quis absit causa studij ex dispensatione Episcopi, vt declarauit sacra Congregatio ad cap. 12. cit. de reform. sess. 25. & ad infirmitatem corporalem non solum reducitur, si quis decumbat ex febre, vel ex alio morbo graui; sed etiã si quis sumat medicamentum ad humores euacuandos, & purgandos, vt notat Azor. part. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 10. & Ioann. Petr. Moneta tract. de distribut. part. 2. quæst. 6. num. 8. & seqq. dummodo alioqui solitus sit communiter adesse Choro: nam contra, qui non est solitus adesse, cum bene valet, non potest excusari ex quacunque infirmitate, vt ex communi sententia subdit Azor. quæst. 11. cum reuera causa absentia non sit morbus, sed mala voluntas, aut mala consuetudo Chorum non frequentandi; & perinde abesset, si bene valeret, sicut abest, dum malè valet; ac proinde tam bona, quam mala valetudo se habet per accidens ad causam absentia. Et contra is, qui communiter esset solitus adesse Choro, iustam excusationem haberet ex morbo, non solum quando inculpabiliter in illum incidisset; sed etiam quando incidisset ex propria culpa, vt notat Couarr. lib. 3. variar. cap. 3. num. 8. versic. Septimo. & declarauit sacra Congregatio Concilij ad cap. 12. citat. sess. 24. §. Senio consensibus. siquidem reuera etiam morbus contractus ex culpa, esset illi causa, vt abesset: & Bonifacius VIII. infirmitatem simpliciter admittit, vt causam rationabilem excusationem absentiam; neque distinguit, verum sit contracta ex culpa, vel sine culpa. Et idem est, si quis absit à Choro propter senectutem, quæ per se ipsa est grauis morbus; & ipse alioqui consueuerat communiter adesse, vt subdit Azor qu. 12. & Moneta quæst. 6. n. 12. & seqq.

8. Qui non est solitus adesse Choro, non excusatur ratione infirmitatis, aut senectutis.

Ad iustam verò, & rationabilem necessitatem corporalem, quam similiter Bonifacius Papa VIII. recenset, vt causam excusantem à Choro, reducitur primò, si quis iniuste detineatur in carcere, vt notat Couarr. lib. 3. variar. cap. 3. num. 8. citat. & Azor. cap. 7. quæst. 11. Sed bene debet aduertiri, vt detentio sit iniusta, cum Bonifacius in textu hoc expressè requirit, pro corporali necessitate;

non autem pro infirmitate, vt notant iidem Doctores. Et deinde reducuntur omnes illæ necessitates, quas recenset Moneta de distribution. part. 2. quæst. 5. præsertim à num. 47. & seqq. vt, verbi gratia, si quis tantisper exeat extra Chorum, vt respiciat, & recreet spiritum defatigatum, vt notat Moneta num. 5. ex Ioan. Andr. Innocen. & aliis in cap. Dolentes, de celebrat. Missar. Si quis absit, quia per vim detinetur ab aliquo priuato, vt notat num. 54. ex Nauar. cons. 11. num. 4. de Cler. non resident. Graff. part. 2. lib. 3. cap. 14. num. 17. Azor. part. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 10. Si absit ob iniustum metum, iudicio, & arbitrio ipsius Iudicis, vt notat num. 58. & seqq. verbi gratia, si absit causa inimicitia cum aliquo potentiore: siquidem hæc rationabiliter præbet causam timoris, & consequenter etiam causam absentia, cap. Ad supplicationem. & cap. Nisi cum pridem, de renunciat. & declarauit sacra Congregatio apud Garziam part. 3. c. 2. n. 32. & habetur in ipsi Declarationibus ad c. 12. n. 32. dummodo tamen is, qui timet, & abest, non dederit causam culpabiliter dictæ inimicitia; & metus illi incurratur iniuste, si absit propter bellum ciuile, vel externum, ex quo non est tutum morari in ciuitate, vt notat n. 73. ex Felin. in cap. Accedens, 2. num. 4. Vt licet non contest. Menochio lib. 2. casu 153. num. 12. Si absit propter bellum diuinum, quod est pestis, vt probat num. 74. ex Ioan. Andr. Hostien. & aliis in cap. vicium, de Cleric. non resident. in 6. pro quo facit etiam cap. Ad supplicationem, de renunciat. & Glossa ibidem. Et specialiter si quis iam sit abens à ciuitate, & propter pestem non possit redire, vel non possit conuenire ad Ecclesiam, & cum aliis communicare in Choro, vt subdit num. 75. Et certum est, quòd ex his omnibus, & ex similibus causis potest absentia à Choro excusari à culpa, quicquid præterea sit de acquirendis, vel amittendis distributionibus, quæ maxime pendunt ex peculiariibus statutis, vel consuetudinibus cuiusque Ecclesiæ, vt specialiter pro absentia ex causa pestis notat Moneta quæst. 5. cit. num. 76. & habet Couar. lib. 3. var. cap. 13. n. 8. §. Nonò, hinc deducitur. & declarauit sacra Congregatio apud Garziam de benef. part. 3. c. 2. n. 161. in una Syracusanâ, & Patarina; & expressè habetur ex Bonifacio VIII. cap. unico, cit. de Clericis non residentibus, in 6. vbi dicitur, quòd distributiones sunt danda interuentibus iuxta Ecclesiæ cuiusque ordinationem rationabilem iam factam, seu faciendam: & idem huius maxime ordinationis in vnaquaque Ecclesia habenda est ratio, & per consequens etiam consuetudinis, quæ est ordinatio non scripta, dummodo similiter sit rationabilis, & legitime præscripta. Et hac ratione quauis ex Bonifacio VIII. cap. unico citato, de Cleric. non residentibus, possint dari distributiones iis, qui absunt propter infirmitatem; potest tamen etiam valere consuetudo, vt infirmis non dentur, vt declarauit sacra Congregatio apud Garziam part. 3. cap. 2. num. 360. & apud Moneta de distrib. part. 2. quæst. 6. num. 23. Et contra ex eodem Moneta ibidem, num. 20. statutum, aut ordinatio, vel consuetudo, quæ alicubi dicitur vigere, vt distributiones dentur iis infirmis, qui ægrotant in ciuitate; non autem aliis, si forte ægrotant extra ciuitatem; non videtur probandum: quia non est rationale, vt solum ex loco desumatur discrimen, sique tantum priuentur, qui fortè decumbunt extra ciuitatem; nõ autem alij, qui decumbunt in ciuitate; cum tamen Bonifacius VIII. absoluet, & indistinctè admittat, quòd possunt distributiones dari infirmis.

Et eadem ratione annis superioribus non est iudicatum

tate; non autem pro infirmitate, vt notant iidem Doctores. Et deinde reducuntur omnes illæ necessitates, quas recenset Moneta de distribution. part. 2. quæst. 5. præsertim à num. 47. & seqq. vt, verbi gratia, si quis tantisper exeat extra Chorum, vt respiciat, & recreet spiritum defatigatum, vt notat Moneta num. 5. ex Ioan. Andr. Innocen. & aliis in cap. Dolentes, de celebrat. Missar. Si quis absit, quia per vim detinetur ab aliquo priuato, vt notat num. 54. ex Nauar. cons. 11. num. 4. de Cler. non resident. Graff. part. 2. lib. 3. cap. 14. num. 17. Azor. part. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 10. Si absit ob iniustum metum, iudicio, & arbitrio ipsius Iudicis, vt notat num. 58. & seqq. verbi gratia, si absit causa inimicitia cum aliquo potentiore: siquidem hæc rationabiliter præbet causam timoris, & consequenter etiam causam absentia, cap. Ad supplicationem. & cap. Nisi cum pridem, de renunciat. & declarauit sacra Congregatio apud Garziam part. 3. c. 2. n. 32. & habetur in ipsi Declarationibus ad c. 12. n. 32. dummodo tamen is, qui timet, & abest, non dederit causam culpabiliter dictæ inimicitia; & metus illi incurratur iniuste, si absit propter bellum ciuile, vel externum, ex quo non est tutum morari in ciuitate, vt notat n. 73. ex Felin. in cap. Accedens, 2. num. 4. Vt licet non contest. Menochio lib. 2. casu 153. num. 12. Si absit propter bellum diuinum, quod est pestis, vt probat num. 74. ex Ioan. Andr. Hostien. & aliis in cap. vicium, de Cleric. non resident. in 6. pro quo facit etiam cap. Ad supplicationem, de renunciat. & Glossa ibidem. Et specialiter si quis iam sit abens à ciuitate, & propter pestem non possit redire, vel non possit conuenire ad Ecclesiam, & cum aliis communicare in Choro, vt subdit num. 75. Et certum est, quòd ex his omnibus, & ex similibus causis potest absentia à Choro excusari à culpa, quicquid præterea sit de acquirendis, vel amittendis distributionibus, quæ maxime pendunt ex peculiariibus statutis, vel consuetudinibus cuiusque Ecclesiæ, vt specialiter pro absentia ex causa pestis notat Moneta quæst. 5. cit. num. 76. & habet Couar. lib. 3. var. cap. 13. n. 8. §. Nonò, hinc deducitur. & declarauit sacra Congregatio apud Garziam de benef. part. 3. c. 2. n. 161. in una Syracusanâ, & Patarina; & expressè habetur ex Bonifacio VIII. cap. unico, cit. de Clericis non residentibus, in 6. vbi dicitur, quòd distributiones sunt danda interuentibus iuxta Ecclesiæ cuiusque ordinationem rationabilem iam factam, seu faciendam: & idem huius maxime ordinationis in vnaquaque Ecclesia habenda est ratio, & per consequens etiam consuetudinis, quæ est ordinatio non scripta, dummodo similiter sit rationabilis, & legitime præscripta. Et hac ratione quauis ex Bonifacio VIII. cap. unico citato, de Cleric. non residentibus, possint dari distributiones iis, qui absunt propter infirmitatem; potest tamen etiam valere consuetudo, vt infirmis non dentur, vt declarauit sacra Congregatio apud Garziam part. 3. cap. 2. num. 360. & apud Moneta de distrib. part. 2. quæst. 6. num. 23. Et contra ex eodem Moneta ibidem, num. 20. statutum, aut ordinatio, vel consuetudo, quæ alicubi dicitur vigere, vt distributiones dentur iis infirmis, qui ægrotant in ciuitate; non autem aliis, si forte ægrotant extra ciuitatem; non videtur probandum: quia non est rationale, vt solum ex loco desumatur discrimen, sique tantum priuentur, qui fortè decumbunt extra ciuitatem; nõ autem alij, qui decumbunt in ciuitate; cum tamen Bonifacius VIII. absoluet, & indistinctè admittat, quòd possunt distributiones dari infirmis.

Et eadem ratione annis superioribus non est iudicatum

9. Distributiones quotidianæ maxime regulantur secundum ordinationes cuiusque Ecclesiæ.

dicantur rationale statutum illud, vel consuetudo, quæ alicubi dicebatur vigere, vt Canonicus, qui abesset, verbi gratia, ab Ecclesia, & à Choro pro primo Feste mensis Septembris, quod fortè in illa Ecclesia erat celebrissimum, & à quo sumebatur initium totius anni ecclesiastici, amitteret eo ipso omnes distributiones totius anni; & præterea extra hunc calum non amitteretur distributiones pro rata absentia, quæ per totum annum haberet tractum successuum, sed solum pro rata ducentorum punctorum; & qui esset notatus, verbi gratia, centum; amitteret pattem dimidiam; & qui esset notatus quinquaginta, amitteret quartam partem; & sic de aliis, quauocunque tandem tempore singuli pertinerent ad hanc, vel illam ratam punctorum: hoc, inquam, statutum, vel consuetudo ex eo est improbata, vt irrationabilis; quia præbet occasionem diminuendi cultus diuini, & seruitij Ecclesiæ: siquidem potè quàm aliquis per absentiam primi Festi Septembris, vel per incurfas ducentas punctaturas, iam amisit omnes distributiones, facile abtrahit per totum reliquum tempus, cum nihil amplius possit amittere: & Trident. sess. 24. cap. 12. de reform. quemadmodum præcipit, vt distributiones recipiant, qui statim horis interfuerint; & hæc receptio videtur intelligenda cum tractu successiuo totius anni; & idem non valeret decretum, aut consuetudo de illis totis acquirendis per vnam tantum, aut per paucas aliquot interuenturas: ita & præcipit, vt illas amittat, qui illdem statim horis abfuerit; & idem hæc etiam amissio videtur solum intelligenda cum eodem tractu successiuo totius anni; ac proinde non valet consuetudo, aut decretum de illis totis amittendis per vnam tantum, aut per paucas absentias. Et ad hoc facit etiam illud, quia hæc de causa cap. unico, de Clericis non residentibus, in 6. appellantur distributiones quotidianæ, & beneficia manualia, seu victualia; quia acquiruntur quotidie, & manualiter, & ad victum; & idem etiam quotidie, & manualiter debent amitti. Et cum in Tridentino ibidem reuocentur omnia statuta, & consuetudines, quæ faciunt contra illud decretum Bonifacij VIII. etiam hoc decretum, vel consuetudo censeri debet esse reuocata, & non posse amplius vim habere.

10. Tenentur Canonici etiam interesse Capitulis, & Congregationibus Capitularibus suis Ecclesiæ.

Quicquid autem sit de distributionibus amittendis, aut non amittendis ex causa absentia à Choro, iuxta rationabiles ordinationes cuiusque Ecclesiæ, & de causis excusantibus etiam à culpa tales absentias; illud debent Canonici pro certo habere, strictius teneri se ad Choro interessendum, & ad interfueriendum Ecclesiæ in diuinis, quàm ad interessendum Capitulis, aut Congregationibus capitularibus, quando habentur pro administratione, & gubernatione rerum Ecclesiæ, & bonorum communium, tam spiritualium, quàm temporalium: & idem ex minori causa posse excusari absentiam à Capitulis, quàm à Choro; & multò longiorem posse tolerari illam, quam hanc: quauis enim reuera teneantur etiam ad illam, nec satisfaciant suo muneri, si per frequentes, & quasi ordinarias absentias à Capitulis, desint bono communij, ad quod tenentur, vt videre est apud Garziam part. 3. cap. 2. cit. num. 524. & seqq. & apud Bonac. de Hor. can. disp. 2. quæst. 3. puncto 2. num. 4. §. Respondet 2. magis tamen proprium, & magis præcipuum illorum est munus, vt interfueriant Choro, vt patet ex Tridentino sess. 24. cap. 12. cit. de reform. & communiter bonum commune non multum periclitatur ex absentia à Congregatione capitulari huius,

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

aut illius Canonici. sicut neque bonum commune totius Ecclesiæ ex absentia huius, aut illius Cardinalis à sacro Communiono, vt notat idem Garzias cap. 2. cit. n. 531. & 535.

Quando autem Canonici, & alij beneficiati intertunt Choro, non solum peccant, si absolute non recitent suos verius, neque habeant intentionem recitandi illos priuacim, sed etiam si recitent solum submissè, & non cantent, & psallant a ta voce simul cum aliis, vt notat Caiet. in Summa, verb. Hora, §. ultimo, n. 10. & in consuetudinibus, verb. alt. re, par. 8. Amilla verb. Hora, §. 2. num. 22. Sor. lib. 10. de iust. quæst. 5. n. 4. Nauar. de orationibus, cap. 10. num. 47. & cap. 11. quæst. 2. Less. l. b. 2. cap. 184. Bonac. de Horis canonicis, asp. 2. quæst. 1. puncto 3. num. 5. & alij communiter; & diximus supra, disp. 34. num. 2. quia cap. de quibus Presbyter. dist. 92. sub pena de positionis à statu clericali præcipitur, vt omnes conueniant ad quotidianum psallendi officium: & in Trident. sess. 24. cap. 12. cit. de reform. de habentibus dignitates canonicas, aut præbendas in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, dicitur, quòd sunt compellendi per se ipsos, & non per substitutos, obire diuina Officia, & in Choro ad psallendum in iuncto Hymnis, & Canticis Dei nomen laudare: certum autem est, quòd non dicitur psallere is, qui interest Choro, & suos versus non recitat; vel qui recitat solum submissè, & solum sibi; neque vocem attollit, vt possit communicare cum aliis. Et confirmatur, quia huiusmodi beneficia obligantia ad Chorum, ex prima institutione non sunt stipendia solius assistentia; sed etiam laboris, qui in cantu suscipitur: & alioqui, si omnes Choro assisterent, & tantum submissè dicerent, non autem cantarent; adhuc satisfacerent suo muneri: quod tamen nullus dicit.

Atque hinc fit, vt qui interfunt Choro, & non cantant, etiam amittant distributiones pro ea parte, quæ respondet cantui, vt diximus supra, distributione 34. numer. 3. nisi fortè ex statuto, aut consuetudine suæ Ecclesiæ solum teneantur ad Chori interessentiam; non autem ad cantum; vel nisi ex legitimo aliquo impedimento excusentur à cantu, vt diximus num. 6. & qui non cantant, cum teneantur, etiam peccant mortaliter ex suo genere, siquidem peccant contra iustitiam, vt diximus num. 7.

Sed pro iis, qui ex statuto, vel ex consuetudine, aut quomodocunque aliter excusantur à cantu, illud est bene aduertendum, quòd eorum assistentia in Choro debet esse non solum corpore, & eo modo, quo assiteret statua; sed debent esse presentes etiam animo, & assistere tanquam Ministri publici publicæ orationis; & alioqui non satisfaciunt suo muneri; & secundum aliquos, per solam assistentiam corporalem, neque etiam lucrantur distributiones, vt supra diximus disp. 37. num. 17. & hoc modo in Concilio Aquilgranesi cap. 131. & apud Suarez de Horis canonicis, cap. 12. num. 11. de Clericis beneficiatis Choro addictis dicitur, quòd in Ecclesia cum timore, & veneratione stantes debent orare, vel cantare, & audire; & Caietan. in Summa, verb. Hora, in fine dicit, quòd maiores in Choro debent saltem meditari, quæ cantantur ab inferioribus.

Et quæ diximus supra, disp. 33. de integritate diuini Officij in recitatione priuata, potiori ratione debent intelligi etiam in recitatione publica; & non est dubium, quòd possit peccari mortaliter, si omittatur pars aliqua notabilis, vel recitetur deglutiendo, aut syncopando, &c. vt dicitur, c. Dolentes.

11. Qui tenentur ad Chorum, etiam tenentur in illo cantare.

12. Et aliqui amittunt distributiones correspondentes cantui, & peccant mortaliter quantum est ex suo genere.

13. Qui excusantur à cantu, debent saltem assistere animo; & alioqui non lucrantur distributiones.

14. Officium in Choro est integrè recitandum; & potè peccari mortaliter, si aliquid omittatur.

res. de celebrat. Miss. & pars notabilis in recitatione publica multo strictius est accipienda, quam in recitatione priuata; & potest sufficere ad culpam mortalem etiam vnus Psalmus, si omittatur, vt diximus sup. disp. 3. n. 5. Et quauis ad integritatem Horarum canonicarum non pertineat Officium paruum B. Virginis; in iis tamen Ecclesiis, quæ illud ex consuetudine recitabant ante Breuiarium Pij V. non debet omitti in recitatione publica, cum hæc consuetudo expressè præferatur in Bulla Breuiarij, & aliis Ecclesiis, quæ talem consuetudinem non habebant, proponatur solum vt de consilio. De Officio verò Defunctorum, de Psalmis poenitentialibus, Gradualibus, & de aliis huiusmodi precibus, quia in Bulla non habetur expressa mentio, quod præferentur consuetudines, quæ fortè erant in Ecclesiis; ceteri potest, quod solum sint relicta, vt de consilio; & idè quantum est ex vi Bullæ, possint omitti in Choro sine peccato, nisi fortè in aliqua Ecclesia antiqua consuetudo retenta, vel de nouo inducta acrius obliget, vt notat Suar. de Hor. can. cap. 13. num. 13. & 14.

15. Non potest aliquid addi in recitatione publica.

16. Modica quomodo possunt licet cantari in diuinis Officiis.

Similiter in recitatione publica non licet aliquid mutare, aut addere ad formulam Breuiarij, vt diximus sup. disp. 3. n. 10. & notat Suar. n. 13. n. 15. Et quidem si mutatio, aut additio fieret, vt perpetuo seruaretur, certum est, quod non vacaret culpa mortali, cum in Bulla Breuiarij expressè prohibeatur: si verò solum fieret pro vna, aut altera vice, & in re leui, vt, v. g. si quis ex priuata deuotione vellet cantari vnam aliquam Antiphonam, aut fieri vnam commemorationem de aliquo Sancto, ad summum solum esset peccatum veniale: & si fieret in materia graui, vt, v. g. si quis induceret nouas Antiphonas, aut nouas Lectiones, posset etiam esse peccatum mortale, cum in Bulla cit. expressè declaratur, quod non aliter satisficit obligationi, quam recitando ex Breuiario, & iuxta illius præscriptum. Et denique si solum ad maiorem solennitatem addatur aliquid extra Officium, vt, v. g. moterum aliquod ex sacra Scriptura desumptum, vel piè, & doctè compositum, nullum est peccatum, vt notat Suar. c. 13. cit. n. 16. & patet ex communi consuetudine præcipuarum Ecclesiarum; dummodo tamen cantus ipse sit pius, non autem profanus, & qui potius moueat ad leuitatem, & ad lasciuiam, quam ad pietatem: vt enim habetur cap. Cantantes, dist. 92. ex S. Hier. in c. 5. Epist. ad Ephes. Non sunt in Ecclesia, in tragædorum modum, guttur, & fauces dulci medicamento linienda; id est, electuariis ad vocem clariorem edendam, vt exponit ibi Gloss. nec theatralis moduli, & Cantica sunt audienda; sed in timore, in opere, in scientia Scripturarum. Et in eandem sententiam contra huiusmodi cantus, quibus deuotio contemnitur, & lasciuia propalatur, multa habentur Extrau. vnic. de vit. & honest. Cler. & in Trid. sess. 22. in decreto de obseruandis in celebr. Missæ, in iungitur Ordinariis locorum, vt arceant ab Ecclesiis eas musicas, quæ, siue organo, siue cantu lasciuum aliquid, & impurum miscent: & illos grauius improbant Doctores communiter, vt Paul. in 4. dist. 15. q. 5. art. 2. Caiet. 2. 2. q. 91. art. 1. vers. Interbat. & in Summa, verb. Organorum vsu. Nau. in Man. c. 12. n. 87. Val. 2. 2. disp. 6. q. 9. punct. vnic. Suar. de Hor. can. cap. 13. cit. n. 16. & 17. Sanchez. lib. 2. in Dec. cap. 37. num. 7. vbi distinctius explicat, quomodo in huiusmodi cantibus possit committi etiam culpa mortalis.

Illud etiam non est omittendum pro Canonicis, & aliis deputatis ad Chorum, quod non est satis, si Choro intersint, & voce cantent, sed etiam tenentur mente attendere, & orare ea, quæ cantant: & probabile est, quod peccent mortaliter non solum illi, qui voluntariè in Choro distrahantur, neque habent intentionem postea repetendi, & priuatim supplendi; sed etiam illi, qui, dum voce, & materialiter cantant, voluntariè distrahantur, & intendunt postea priuatim supplere, cum eorum obligatio non sit materialiter tantum assistendi in Choro, & cum aliis vociferandi; sed orandi vocaliter, non vbiunque, & quomodocunque; sed in Choro, simul cum aliis: cui tamen obligationi non satisfaciunt, qui, dum cantant, voluntariè distrahantur, vt notat Suar. de Hor. can. c. 14. n. 1. ex Nauar. de orat. cap. 13. n. 17. qui etiam addit, eos non lucrari distributiones; sed teneri restituere, perinde ac si non cantassent: quanquam Suar. n. 12. de hoc multum dubitet, & disertè asserat, se non imponere huiusmodi obligationem propter hunc solum defectum internæ attentionis in cantu, si postea suppleatur defectus, & totum Officium legitime perfoluatur, vt etiam tenet Barth. Med. in instr. Confess. c. 14. §. 11. cum reuertà Concil. Lateran. & Pius V. obligationem restituendi solum imponant iis, qui non recitant, quantis materialiter Choro assistunt; non autem iis, qui recitant, & Choro assistunt, & cantant, sed dum cantant voluntariè distrahantur. Negari tamen non potest, quin opinio Nauarri sit valde probabilis, cum hæc obligatio restituendi, facile in iis oriatur ex naturali iustitia, quam violant, dum in Choro non orant vocaliter, sicut tenentur ex proprio quasi contractu, quem iniierunt in prima acceptatione beneficij obligantis ad Chorum. Et quemadmodum probabilissimum est, quod alij omnes, qui simpliciter non attendunt, dum recitant, non faciant fructus suos; sed teneantur illos restituere, vt sup. diximus disp. 4. n. 28. quia reuertà non orant, & probabile est, quod qui in Choro non attendunt, dum cantant, similiter non faciant suas distributiones, & teneantur illas restituere, cum etiam ipsi reuertà non cantent, dum cantando non orant; iuxta versiculos, qui sunt apud Gloss. in cap. Cantantes, dist. 92. Non vox, sed votum; non cordula Mæstæ, sed cor; Non clamans; sed amans, cantat in aure Dei.

17. Qui tenentur cantare in Choro, etiam tenentur mente attendere, & orare.

18. Et probabile est, quod alij loqui non lucrarentur distributiones.

19. Pro tempore perfoluendi, & cantandi Officium in Choro, firmata est consuetudo, cuiusque Ecclesia, nec de facili est facienda mutatio.



DISPUTATIONVM EX THEOLOGIA MORALI, LIBER QVARTVS

De superstitione, & irreligiositate, qua maxime prohibentur per primum Præceptum Decalogi.



ITIA, quæ maxime prohibentur per primum Præceptum Decalogi, & specialiter opponuntur virtuti religionis, secundum se, possunt reduci ad duo capita, vt notat S. Thomas 2. 2. quest. 92. & 97. initio, & quest. 122. artic. 3. id est, ad illa, quæ recedunt ab illius honestate per excessum, & cultum diuinum exhibent Deo, in quibus non debent: & ad illa, quæ recedunt per defectum, & negligunt Deo exhibere eos cokus, quos debent, & in quibus debent. Et quæ sunt prioris generis, dicuntur pertinere ad superstitionem; & quæ sunt posterioris, ad irreligiositatem. De vtrisque legi potest S. Thomas 2. 2. quest. 92. & seqq. vsque ad 101. Summistæ verb. Superstitio, Nauarr. in Man. cap. 11. num. 23. & seqq. Less. lib. 2. de instit. cap. 43. Sayr. lib. 4. Clau. reg. cap. 4. & seqq. Azor. part. 1. lib. 9. à cap. 11. Valent. 2. 2. disput. 6. quest. 9. & seqq. Suarez de relig. tom. 1. tract. 3. Franciscus Victoria in relect. de magia, Sanchez lib. 2. in Decal. à cap. 37. Paulus Layman lib. 4. tract. 10. Bonac. in primum Præceptum Decalogi, disput. 3. quest. 5. tom. 2. Reginald. lib. 17. cap. 14. & seqq. Filiuccius tract. 24. Fagundez in Præcepta Decalogi lib. 1. cap. 34. & seqq. Tolet. lib. 4. cap. 14. & seqq.

DISPUTATIO I.

De illa specie superstitionis, qua Deus colitur modo indebito.

1. Superstitio quid proprie sit.
2. Deriuatur à voce, superstes; vel à voce, supersto.
3. Quatuorplex sit Superstitio.
4. Superstitio perniciofa, quando contingat: & quando superflua.
5. Superstitio perniciofa ex suo genere est peccatum mortale.
6. Ad superstitionem perniciosam pertinet, si quis celebret, aut Sacramenta ministrat, dum est excommunicatus, depositus, aut degradatus.
7. Si celebret sine vestibus sacris.
8. Si inter concionandum fingat falsa miracula, aut falsas Scripturas.
9. Si exponat falsas Reliquias.
10. Superstitio perniciofa, proprie loquendo, solum contingit in cultu publico.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

11. Ad superstitionem superflua pertinent actus improprietates ad Dei cultum, & præcipue si sint esse mali, & turpes.
12. Superstitio superflua quale peccatum sit.



OMINE superstitionis intelligitur vana quædam, & falsa religio, qua cultus diuinus vero, aut falso Numini malè tribuitur; vel, scilicet, verum Deum colendo modo indebito; vel creaturam, & falsum Deum colendo contra debitum. Et quod superstitio possit contingere etiam circa cultum veri Dei, ex eo probat S. Thomas. 2. 2. quest. 92. art. 2. & quest. 93. art. 1. & 2. quia signa, quæ exhibentur ad protestandam excellentiam diuinam, possunt esse inordinata: vt, si quis, verbi gratia, tempore legis nouæ colat Deum per sacrificia legis veteris, eumque adhuc significet esse venturum, & passurum, cum de facto iam venerit, & passus sit; & in quantum superstitio versatur in vniuersum circa cultum diuinum, non potest non habere speciem quandam religionis, sed in quantum exhibet cultum indebitum, non potest non esse religio vana, & falsa: cuiusque nominis etymologia ducitur

1. Superstitio quid proprie sit.

2. dicitur a voce, superstes, vt vult S.Thomas quest. 92. citat. artic. 1. ad 2. ex Marco Tullio lib. 2. de natura Deorum: quia multi ex veteribus nimij erant in Diis colendis, vt filios seruarent sibi superstites, & inde superstitiosi vocati sunt; vel, quia multi relictis veteribus Diis colebant superstitem memoriam suorum maiorum, vt vult Lactantius lib. 4. diuin. institui. cap. 28. vel, quia senes multis annis superstites facile delirabant, & nesciebant, quae Numina colerent, vt vult Isidorus lib. 8. etymol. cap. 31. Vel certe dicitur a voce, supersto, vt vult Lucrētius apud eundem Isidorum ibidem, & Seruium in lib. 8. Aeneidos, eo quod Deorum ira superne impendens, & quasi superstitans, simul incuteret sui timorem; & simul induceret ad cultus nimios, & superfluos, vt videre est apud Suarez lib. de superstitione. cap. 1. num. 1. & apud Lessium cap. 43. cit. num. 1.

3. Est verò superstitio potissimum duplex ex eodem S.Thoma quest. 92. art. 2. quia vel cultum exhibet vero Deo, modo debito; vel simpliciter exhibet falso Deo: sicut enim ad verum actum religionis, & ad verum cultum duo requiruntur; id est, alterum ex parte obiecti, vt is, qui colitur, sit verus Deus; & alterum ex parte modi, vt colatur modo debito Deo verus, & exhibeantur signa verè congrua, & conuenientia ad illum colendum, & ad protestandam illius excellentiam; ita etsi alterum desit, contingit superstitio, & est duplex; vel, quia colitur Deus falsus; vel, quia indebitè colitur verus Deus: & illa, quae contingit ex defectu obiecti, & est circa Deum falsum, ex S. Augustino lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 20. tom. 3. qui etiam refertur cap. Illud. 26. quest. 2. vel est idololatria, qua falsus Deus absolutè, & simpliciter colitur, vt verus Deus; vel est diuinatio, qua colitur falsus Deus, vt, reuelat aliquid occultum; vel est vana obseruatio, qua colitur, vt iuuet, & dirigat in operando. Et illa alia ex eodem S. Thoma quest. 93. similiter subdiuiditur in eam, quae verò Deo exhibet cultum perniciosum; vt, si quis in lege noua velit vti agno paschali, vel caeremoniis, & cultu veteris legis: & eam, quae exhibet cultum superfluum; vt, si quis in Dei honorem aliquid faciat, quod verè non est honorarium Dei: quia enim veri adoratores Deum adorant in spiritu, & veritate, vt dicitur Ioannis 4. tam est contra adorationem cultus perniciosus, & falsus, vt pote contrarius veritati, quam cultus superfluus, vt pote contrarius spiritui, vt notat Caietanus in Summa, verb. superstitio. Et hoc modo potest superstitio in cultu Dei contingere per excessum; non, quia possit contingere excessus in exultatione, quae habetur de excellentia Dei: siquidem, vt dicitur Ecclesiastici 4. 3. quando multa de illo dixerimus, semper deficiemus in verbis, & consummatio sermonum, ipse est in omnibus: & quando eum glorificauerimus, benedixerimus, exaltauerimus, quantum possumus, semper adhuc superualebit, & admirabilis magnificentia eius; & semper erit maior omni laude, & nemo potest eum videre, aut enarrare, & magnificare, sicuti est; sed quia protestatio huiusmodi excellentiae, in qua propriè consistit eius honor, & cultus, potest fieri per signa, in quibus contingat excessus; & quae sint ultra illa, quae sunt verè honoraria, vt dicemus.

4. Loquendo ergo de superstitione, qua exhibetur vero Deo cultus indebitus perniciosus, ea tunc contingit ex S. Thoma 2. 2. quest. 93. art. 1. quando contrae falsitatem, & mendacium: sive ex parte rei significata; vt quando in Dei honorem exhibentur signa, quae non concordant cum re, quam significant: sive ex parte personae, quae exhibet signa; vt,

quando quis nomine publico, & tanquam Minister Ecclesiae Deum colit; neque tamen in eo colendo seruat modum sibi praescriptum ab Ecclesia; vel ipse reuerà non est minister, & deputatus, vel consecratus ad illum cultum: quia enim ex S. Augustino lib. contra mendacium, c. 14. tom. 4. mendacium tunc est maximè perniciosum, quando committitur in iis, quae pertinent ad religionem, non possunt huiusmodi mendacia, quae committuntur in cultu Dei, non esse perniciofa; & talis esse etiam superstitio, quae illa continet: superstitio verò, qua exhibetur cultus superfluus ex S. Thoma art. 2. tunc contingit, quando aliquid exhibetur in Dei cultum, quod tali fini non est proportionatum; & quantum est ex se non facit ad Dei gloriam; neque vt homo sese per illud subiiciat Deo secundum animam, vel secundum corpus; neque est secundum institutionem Ecclesiae, vt, si quis, verbi gratia, in Horis canonicis velit geminare alleluia, quando ex praescripto Breuiarij non est geminandum; vel nolit audire Missam nisi à Sacerdote, qui vocetur, verbi gratia, tali nomine, vel sit tantae staturae, vel faciat alia huiusmodi, quae possunt videri apud Caiet. in Summa, verb. Superstitio, cap. 1. Armilla eod. num. 2. Nauar. in Man. cap. 11. num. 24. Less. lib. 2. cap. 43. num. 5. Sayrus lib. 4. clau. reg. cap. 4. num. 1. Sanchez lib. 2. in Decal. c. 37. num. 4. Fagundez lib. 1. in Praecepta Decal. cap. 34. n. 5.

5. Et quando superstitio est perniciofa, quia continet falsitatem, & mendacium ex parte rei significata; non est dubitandum, quod ex suo genere sit peccatum mortale, vt docet Caiet. 2. 2. quest. 93. art. 1. Nauar. in Man. cap. 11. num. 24. Less. cap. 43. n. 4. Sayrus cap. 4. cit. n. 4. Sanchez cap. 37. num. 5. Suar. de superstit. cap. 2. num. 10. Tolet. lib. 4. cap. 14. num. 1. Fagundez in primum Praeceptum Decalogi, cap. 34. n. 14. Bonac. in primum Praeceptum Decalogi, qu. 5. puncto 1. n. 2. Layman lib. 4. tract. 10. c. 1. num. 3. & alij communiter: nam semper tale mendacium grauiter cedit in iniuriam Dei, dum in re graui aliter de illo significatur aliquid, quam verè sit, vt in exemplo allato de sacrificiis, & caeremoniis veteris legis, quarum significatio, vt de futuro, iam est contra fidem, vt diximus. Potest tamen ex leuitate materiei aliquando etiam esse peccatum veniale, vt subdit idem Suar. vt, si quis, verbi gratia, ad significandum, & representandum iudicium Dei remittentis, & absoluentis peccata, eumque colendum per hanc representationem, vsurpet Sacramentum Penitentiae, & in illo admisceat leue aliquod mendacium in materia non necessaria; atque ita signum illud diuinae gratiae remittentis peccata, reddat falsum ex illa parte, vel non verum ex omni parte; et si forte signum aliquod grauius falsum non vsurpetur, vt signum formaliter; & ad illud significandum, quod verè non significat; sed solum materialiter res illa, quae est signum, vsurpetur ad aliquem alium finem, non erit propriè superstitio perniciofa; sed poterit solum esse superstitio superflua ex eodem Suar. c. 2. n. 8. vt, si quis, v. g. velit circumcidi, non ad significandum aliquid de Christo venturo, & de Baptismo, & lege noua, vt erat olim circumcisio in lege veteri; sed solum ad conformandum se Christo, qui fuit circumcisus, quomodo id faciunt Aethiopes ex Lessio c. 43. n. 4. cit. & ex Fagundez in primum Praeceptum Decalogi, c. 34. n. 15. quia enim ad Dei cultu vsurpat aliquid, quod hoc tempore est prohibitum, & reuerà non amplius facit ad cultum Dei, rectè dicitur Deum colere superstitione superflua, etiam si non colat superstitione perniciofa.

Quod si superstitio sit perniciofa ex parte personae,

5. Superstitio perniciofa ex suo genere est peccatum mortale.

sonae, quae per illam colit Deum; & solum ratione talis personae contineat falsitatem, certum similiter est, quod ex suo genere sit peccatum mortale, vt notat Caietanus 2. 2. qu. 93. art. 1. cit. Sanchez lib. 2. in Decalogum, cap. 37. cit. num. 5. Suarez cap. 2. citato, num. 18. quia, sicut qui apud vnum Regem se fingit Legatum alterius, vel vni exponit eam legationem, quam alter non commisit; vtrique facit grauem iniuriam; ita qui nomine Christi, aut Ecclesiae Deum colit; ad quod tamen non est deputatus à Christo, vel ab Ecclesia, vel aliter colit; quam velit, & iubeat Christus, & Ecclesia; vtrique facit grauem iniuriam, & peccat mortaliter: si tamen huiusmodi falsitas solum esset in materia leui, & in aliquo accidentali, vt, v. g. si Sacerdos in sacrificio Missae non toruaret caeremonias, & ritus accidentales Ecclesiae; sed aliquid adderet, aut mutaret pro arbitratu; facile posset excusari à culpa mortali ex leuitate materiei.

6. Atque ad hanc superstitionem perniciosam, & falsam ex parte personae, non solum pertinet, si quis non Sacerdos sacrificium offerat; vel Sacramenta ministrat, tanquam Sacerdos; sed etiam si haec faciat, quando est excommunicatus, depositus, aut degradatus: quia etiam hic est falsarius, cum fingat se ministrum Ecclesiae, & ad id deputatum, quando verè non est. Idem esset etiam de illo, qui in sacrificio Missae non misceret aquam, vel loco aquae misceret aliquid aliud, vel celebraret sine vestibus sacris, &c. quia, quantum esset Minister Ecclesiae; aliter tamen implet suum ministerium, quam ab Ecclesia, & Christo esset iniunctum. Et idem esset, si quis inter concionandum, vel inter explicandas res fidei, fingeret noua miracula, vel falsas scripturas, & auctoritates Sanctorum Patrum; & in attestationem, & confirmationem miraculorum appenderet in Ecclesia falsas imagines, aut falsa signa, vt, verbi gratia, vestes, aut spolia hominis falsè resuscitati, vel exponeret adorandas falsas Reliquias, vel amicis distribuere falsos globulos, aut falsa numismata benedicta, vel mutaret formas Sacramentorum, & falsa Sacramenta conferret, &c. quia, cum haec omnia debeat facere, vt Minister Ecclesiae, eiusque nomine; aliter tamen facit, quam Ecclesia praescribat, atque ita falsarium sese ostendit, vt notat Sanchez cap. 37. cit. num. 9. ex Caietano, Armilla, Nauarro, Sayro, & aliis communiter.

7. Si celebrat sine vestibus sacris.

8. Si inter concionandum fingat falsa miracula, aut falsas scripturas.

9. Si exponat falsas Reliquias.

10. Superstitio perniciofa, propriè loquendo, solum contingit in cultu publico.

Quod si queras, vtrum haec superstitio perniciofa ex parte personae, possit contingere non solum in cultu publico, quem aliquis exhibet, vt Minister Ecclesiae, & nomine publico; sed etiam in cultu priuato, quem aliquis exhibet nomine proprio: Respondeo cum Suar. num. 14. & Sanchez num. 3. quod, propriè loquendo, solum contingit in cultu publico: quia, qui exercet cultum priuatum, & solum in sua propria persona, non apparet, quomodo possit committere falsitatem ex parte personae, & sese ostendere vt falsarium, in quo propriè consistit haec superstitio. Oppositum tamen docent Caietanus 2. 2. quest. 93. citata, artic. 1. Valentia 2. 2. disp. 6. quest. 10. puncto 2. ad finem. Lessius lib. 2. cap. 43. num. 3. Sayrus lib. 4. Clauis regiae, cap. 4. num. 4.

11. Ad superstitionem superfluam pertinent actus improprietates ad Dei cultum, & praecipue

quem alium actum obscenum; vel intrinsecè malum. Ita Suar. num. 2. & expressè colligitur ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 93. art. 2. qui ad cultum superfluum absolutè reducit, quicquid non est proportionatum fini diuini cultus, neque pertinet ad Dei gloriam, qualia certe sunt maxime illa, quae sunt ex se turpia. Et quidem quantum huiusmodi superstitio superflua, quando consistit solum in actibus leuibus, & ineptis ad Dei cultum; non tamen ex se malis, & turpibus, solum sit venialis, vt volunt Caiet. 2. 2. quest. 93. art. 1. cit. Nau. in Man. cap. 11. num. 24. Tolet. lib. 4. cap. 14. num. 1. Suar. de superstit. cap. 2. num. 21. Sanchez cap. 37. cit. num. 10. Less. cap. 43. num. 5. Sayr. lib. 4. cap. 4. num. 4. Fagundez in primum Praeceptum Decalogi, lib. 1. cap. 34. num. 6. & 9. Bonac. in primum Praeceptum Decalogi, quest. 3. puncto 1. num. 4. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 1. num. 5. dummodo tamen huiusmodi actus leues non fiant ex contemptu, vel ex intentione inducendi in Ecclesia nouum ritum, vel contra expressum Praeceptum Ecclesiae, quod aliqui sit in materia graui: quando tamen huiusmodi superstitio consistit in actibus per se malis, & turpibus; semper est peccatum mortale, vt notat ibidem Suarius: quia grauis iniuria semper fit Deo, si in illius honorem ea fiant, quae sunt illius dehonoriatiua; & vt alia cognoscuntur. Et quae admodum si quis voueat rem malam, semper peccat mortaliter, etiam si res illa sit aliqui solum venialiter mala, vt vult Caiet. in Summa verb. Votum, & Suar. tom. 2. de relig. lib. 5. de peccatis voto contrariis, cap. 2. num. 12. quia in actu exercito proficitur, quod res illa possit Deo promitti, & à Deo acceptari, tanquam promissa, quod est destruere summam illius bonitatem, quae ne minimo quidem mali promissionem acceptare potest: ita, si quis offerat in Dei honorem, & cultum rem aliquam malam, peccat mortaliter, cum similiter actu ipso proficitur, posse rem illam placere Deo, eumque posse honorari re aliqua mala; quod similiter est destruere summam illius bonitatem, cui nullum malum placere potest. Atque hoc modo non possit excusari à culpa mortali, si quis infereret Horis canonicis cantiones aliquas turpes, easque caneret voce, vel organo, tanquam partes diuini Officij, & ex se aptas ad Deum orandum, aut laudandum, vt ex communi sententia notat Bonac. in primum Praeceptum Decalogi, disp. 3. quest. 5. puncto 1. num. 3. tom. 2. & Layman lib. 4. tract. 10. cap. 1. num. 5. cit.

12. Superstitio superflua quale peccatum sit.

DISPUTATIO II.

De illa superstitione, qua simpliciter colitur falsus Deus; & appellatur idololatria.

- 1. Idololatria, & idolum quid propriè sit.
- 2. Idololatria quomodo diuidatur in physicam, civilem, & fabulosam.
- 3. Quomodo diuidatur in veram, & fictam.
- 4. Semper est peccatum mortale.
- 5. Quomodo dicatur grauissimum peccatum.
- 6. Quas penas incurrat idololatria.

INTER eas superstitiones, quibus colitur falsus Deus, cap. Illud. 26. quest. 2. ex S. Augustino lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 20. tom. 2. prima est idololatria, qua falso Deo exhibetur simpliciter

simpliciter cultus diuinus; non autem solum ad certum aliquem finem sciendi occulta, vel operandi admiranda, vt etiam supra diximus disputatione precedente, num. 3. Et patet ex S. Thoma 2. 2. quest. 92. Quare, vt etiam de illa paucis agamus cum eodem S. Thoma quest. 44. non accipimus hoc loco idololatriam solum metaphoricè, quomodo omnis, qui peccat mortaliter, potest dici idololatra, quatenus creaturam aliquam amat super omnia; & interpretatiuè ponit in illa, tanquam in Deo; totum suum affectum, & vltimum finem, vt patet ex Sancto Paulo ad Ephes. 5. vbi auaritiam ait esse idolorum seruitutem; & ad Philippen. 3. vbi de hominibus ventri deditis affirmat, quod ventrem ipsum habeant pro Deo; sed accipimus illam proprie, prout dicit ex ipsa vi nominis latrariam idoli, id est, cultum diuinum idoli exhibitum; siue intelligatur nomine idoli simulacrum aliquod rei fictæ, & factæ, vt vult Origenes homil. 8. in Exodum, iuxta illud. 1. Corin. 8. Scimus, quia nihil idolum est in mundo. & Theodoretus quest. 38. in Exodum, & alij alij apud Suar. de Superst. cap. 3. num. 2. & apud Lessium lib. 2. cap. 43. num. 7. siue intelligatur imago rei veræ, quæ falsò colatur, vt Deus, vt colligitur Sap. 14. vbi ex eo dicitur incepisse idololatria; quia pater, exempli gratia, nimis acerbo luctu dolens extinctum filium, fecit sibi illius imaginem, & illum, qui erat mortuus tanquam homo, cepit colere tanquam Deum, & inter seruos, & domesticos ei constituit etiam sacra, & sacrificia: & eadem ratione homines nimis aliquem amantes, aut nimis venerantes, fecerunt sibi illius imagines, istuc impenderunt diuinos honores, vt ibi subditur de tyrannis, & Regibus; & bene explicat Sanctus Thomas 2. 2. quest. 94. art. 4. siue denique appellatiuè, idoli intelligatur quæcunque creatura, cui existimetur ex quacunque ratione inesse Diuinitas, & quæ propterea colatur, vt Deus: his enim omnibus modis se habuerunt idola gentium, & qui colit creaturam quancunque, vt Deum, communiter appellatur idololatra; siue eam colat immediatè, & in se ipsa; siue in imagine, & simulacro illius.

2. Idololatria quomodo dicitur in physicam, ciuilem, & fabulosam.

Et ex diuersis rationibus, propter quas diuini honores fuerunt exhibiti creaturis, diuisa est per gentiles Philosophos idololatria in triplicem Theologicam, prout ipsi eam appellauerunt, & videre est apud Sanctum Augustinum lib. 6. de ciuit. cap. 5. & seq. & lib. 7. cap. 6. & 16. & lib. 18. cap. 14. tom. 5. & apud Eusebium lib. 1. 2. & 3. de preparat. euang. & apud Sanctum Thomam 2. 2. quest. 94. cit. art. 1. Et primam dixerunt Theologiam physicam; quia physicis ostensionibus, aut sophismatis miscbatur, vt, quando cælum, & præcipuas alias mundi partes ponebant esse animatas, earumque animas colebant, vt Numina mundum ipsum administrantia, vel intelligentias cælorum motrices asserere esse actus puros, & entia necessaria, & omnino à se, & per consequens Deos. Alteram verò appellauerunt Theologiam ciuilem; quia in ciuitatibus inducebatur per Sacerdotes, & per Pontifices, qui in templis, & aris præ artes nefarias Dæmones alligabant certis simulacris, & imaginibus; & per illos referebant oracula, & responsa, & certos effectus operabantur, qui præferrent Diuinitatem: vnde & mirabantur Ethnici, quod Sacerdotes potestatem haberent faciendi Deos, vt loquitur Sanctus August. lib. 8. de ciuit. cap. 22. Et denique tertiam appellauerunt Theologiam fabularem, seu fabulosam, quæsi antonomastice: quia nec nitebatur ostensionibus physicis, neque apparentis effectuum admirabilium; sed solum figmentis, & fabulis Poëta-

rum, qui hunc, vel illum hominem etiam scelestissimum, verbi gratia, Iouem, aut Venerem, referebant in Deos, suisque fabulis cælebres efficiebant: de qua diuisione præter Sanctum Augustinum, & Sanctum Thomam locis citatis legi possunt Suarius lib. de superstitione, cap. 4. & Valentia 2. 2. disp. 6. quest. 21. puncto 2.

Sed multò aprior ad rem moralem, quam tractamus, est illa alia diuisio idololatriæ, quæ ex parte ipsius colentis, & adorantis idolum diuiditur in idololatriam veram, & fictam, de qua idem Suar. cap. 4. cit. a num. 3. & cap. 6. a num. 1. & Paulus Layman lib. 4. tract. 10. cap. 2. num. 5. nam, & quamvis ex parte idoli, aut creaturæ, quæ colitur, omnis idololatria sit facta, & ficta; siquidem est protestatio Diuinitatis, & excellentiæ diuinæ in eo, in quo non est: ex parte tamen ipsius colentis, potest aliquando esse vera, vt quando talis protestatio est conformis cum interno iudicio intellectus; quod idolo inest Diuinitas, & cum interna voluntate colendi illud, vt verè Deum; & aliquando potest esse ficta, & falsa, vt quando ex adulatione, aut aliquo alio simili motiuo solum exterius exhibetur idolo cultus diuinus; non autem ex interno iudicio, quod verè sit Deus; siue præterea exhibeatur ex vera intentione colendi, vt Deum; siue etiam sine illa. Nam tripliciter videtur in vniuersum posse contingere huiusmodi idololatria, id est, primò, si procedat ex interno iudicio, & credulitate, quod idolo inest Diuinitas; & ex interno affectu, & voluntate adorandi; quomodo communiter adorant gentiles: secundò, si procedat ex solo affectu voluntatis, sine iudicio intellectus, vt, si fidelis det thura idolo animo adorandi; cum tamen bene sciat, quod non est dignum adoratione: tertio, si procedat ex aliquo alio motiuo, vt si fidelis det thura idolo, non animo adorandi; sed mortem vitandi, quam tyrannus minatur, si non det thura, quomodo id fecit Sanctus Marcellinus, qui postea grauiter doluit; & Seneca apud Sanctum Augustinum lib. 6. de ciuitate, cap. 10. tom. 5. & apud Sanctum Thomam quest. 94. citata, articulo 2. qui asseruit, cultum exteriorum exhibendum esse idolis; non, quia sit ex se bonus, & opportunus; sed, quia vulgari consuetudine est iam inductus.

Et de his omnibus modis non est dubitandum, quod semper sint peccatum mortale contra virtutem religionis, vt notat Sanctus Thomas 2. 2. quest. 94. art. 2. & 3. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 37. num. 21. & omnes communiter: nam primus modus includit veram, & formalem infidelitatem internam quoad actum illum iudicij, de Diuinitate idoli: secundus verò, & tertius continent perniciosum mendacium, maxime iniuriosum Deo, & scandalosum proximo: siquidem, dum aliquis protestatur exterius inesse idolo Diuinitatem; factis ipsis aperte negat, Deum esse dignum, qui solus colatur, quod est illi maxime iniuriosum; & cum exterius non appareat interna credulitas, aut intentio, ex qua exhibetur cultus exterior; tantò damabilius, & perniciosius exhibetur, etiam quando exhibetur mendaciter, & sine interna credulitate, & intentione, quantum populus magis existimat exhiberi veraciter, vt contra Senecam loquitur Sanctus Augustinus lib. 6. de ciuit. cap. 10. cit. & Sanctus Thomas quest. 94. art. 2. cit.

Et hinc fit, vt cum hi omnes modi sint intrinsecè mali; nunquam possint esse liciti, etiam imminente quocunque metu, aut malo grauissimo. Quo autem modo asserat S. Thomas qu. 94. cit. art. 3. quod idololatria sit grauissimum peccatum, non est,

3. Quomodo dicitur in veram, & fictam.

4. Semper est peccatum mortale.

5. Quomodo dicitur in veram, & fictam.

quod pluribus hoc loco examinetur: vel enim id asserit, facta solum comparatione ad illa peccata, quæ opponuntur virtutibus moralibus, vt vult Suar. de Superst. cap. 6. a num. 9. & Less. lib. 2. cap. 43. num. 10. & diximus supra, de infidelitate in vniuersum, lib. 1. disp. 22. num. 7. & 8. vel, si fiat comparatio cum virtutibus etiam theologicis, solum asserit, esse grauissimum, in quantum diminuit, & tollit principatum diuinum, & facit in mundo alios Deos, & maxime destruit subordinationem, & ordinem rerum, vt ipse loquitur; vel etiam in quantum includit saltem materialiter odium Dei, dum asserit Deo singularitatem Diuinitatis, & excellentiæ diuinæ; & idè se habet ad ipsum peccatum odij Dei, sicut includens ad inclusum, vt loquitur Caiet. 2. 2. quest. 94. art. 3. cit.

Quoad penas verò idololatriæ, certum est, quod si idololatra non sit ingressus Ecclesiam per Baptismum, non incurrit vllam pœnam ecclesiasticam, cum Ecclesia non iudicet de iis, qui foris sunt: si verò sit baptizatus, & subditus iurisdictioni Ecclesiæ, & cultum idolo exhibeat ex interno iudicio infidelitatis, certum similiter est, quod incurrat omnes censuræ, & penas, quæ sunt lætæ contra Hæreticos, & Apostatas à fide, de quibus S. Thomas 2. 2. quest. 11. & 12. & de quibus fusè egimus supra, lib. 1. de fide, & infidelitate, disp. 39. & seqq. Sed præter illas nulla est alia pœna, quam peculiariter incurrat propter exteriorum cultum idolo exhibitum ex infidelitate, vt notat Suar. cap. 6. cit. de Superst. n. 20. Si denique sit baptizatus; sed solum exterius colat idolum ex metu tyranni, vel ex aliquo alio motiuo, sine interna infidelitate, probabilissimum est, quod neque etiam illas incurrat, cum reuerà non sit Hæreticus, neque Apostata à fide; sed solum grauissimè peccet, simulando exterius hæresim, & apostasiam; & idè in foro externo possit præsumi, vt verus Hæreticus, & verus Apostata. Et dum in Bulla Cœnæ excommunicantur Hæretici, & Apostatæ, solum excommunicantur, qui sunt veri Hæretici, & veri Apostatæ, vt notat Nau. in Man. c. 11. n. 27. Sylu. verb. Hæresis, l. 9. Tabiena verb. Hæreticus, n. 3. & verb. Apostasia, n. 6. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 11. puncto 2. Lessius lib. 2. cap. 43. num. 11. Toletus lib. 4. cap. 14. num. 2. Suar. de censuris, disputat. 4. sect. 3. num. 15. & lib. de superstitione, cap. 6. cit. a num. 21. Sayrus lib. 4. clau. reg. cap. 4. num. 11. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 7. num. 10. & cap. 37. num. 22. Bonac. in 1. præcept. Decal. disp. 3. q. 5. puncto 2. n. 5. & alij.

DISPUTATIO III.

De diuinatione in vniuersum, quæ est superstitio ad habendam noticiam occultorum.

- 1. Diuinatio communiter accipitur in malam partem.
2. Eo semper est peccatum ex modo ipso indebito cognoscendi futura, & occulta.
3. Aliquando solum contingit per inuocationem, & pactum tacitum cum Damone.
4. Pactum tacitum cum Damone fit eo ipso, quod assumuntur melia ex se vana, & inuisa ad cognoscenda occulta.
5. Neque excusat quacunque protestatio in contrarium, cum sit contraria facta.
6. Qui modi diuinandi communiter sunt ex inuocatione Damonis expressa.

- 7. Prestigia quibus modis contingant ex parte sensuum exteriorum.
8. Et quibus modis ex parte sensuum interiorum.
9. Ex tacita inuocatione Damonis quæ diuinationes contingant.
10. Pactum de appetendo post mortem, est periculosum.
11. Qui petit à Damone noticiam eorum futurorum, aut occultorum, quæ solum à Deo possunt cerè cognosci, omnino committit superstitionem.
12. Qui verò petit noticiam eorum, quæ possunt cognosci naturaliter ab ipso Damone, probabile est, quod proprie non committat superstitionem.
13. Quamuis aliqui oppositum sentiant.
14. Peccat tamen grauissimè contra charitatem erga seipsum, & contra fidelitatem Deo debitam, & promissum in Baptismo.
15. Et si credat, Damonem esse infallibilem veritatem, etiam peccat peccato hæresis.
16. Diuinatio, in qua non appareat explicitè pactum cum Damone, quomodo possit cognosci, quod sit superstitiosa.
17. Inuentio thesauri, deprehensio futuri, & virginitalis in femina, est superstitiosa, si fiat ex astris.
18. Omnis diuinatio est eiusdem speciei in genere moris.
19. Si tamen sit cum expressa inuocatione Damonis, est specialiter exprimens in Confessione.
20. Societas cum Damone est quadam inchoatio eterna damnationis.
21. Diuinatio cum expressa inuocatione Damonis, est semper peccatum mortale; neque potest in illa dari paritas materia.
22. Si verò sit sine expressa inuocatione, potest aliquando esse veniale.
23. Quomodo aliquando sit licitum petere aliquid à Damone in obsequiis corporibus existentibus.
24. Quæ pœnæ sunt in Iure Statuta contra diuinantes.

Idololatria, qua cultus diuinus exhibetur creature, non solum potest esse explicita, vt quando idolo offeruntur sacrificia; sed etiam potest esse implicita, vt quando à creatura petitur aliquid, quod solum à Deo potest haberi, verbi gratia, instructio mentis quoad noticiam futurorum contingentium, vel omnino occultorum, & secretorum; aut operatio aliqua supra vires nature, & causarum naturalium: & superstitio; vel idololatria, qua colitur creatura ad priorem effectum cognoscendi occulta, proprio nomine appellatur diuinatio; & illa, qua colitur ad effectum posteriorum operationis supra naturam, appellatur vana obseruantia, ad quam pertinet etiam magia, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quest. 92. art. 2. & supra indicauimus disp. 1. num. 3.

Agit verò de superstitione diuinatiua, vel de diuinatione, ex professo S. Thomas 2. 2. quest. 95. Et ex illo art. 1. est supponendum, quod tunc solum, proprie loquendo, aliquis dicitur diuinare, quando indebito modo sibi usurpat præuentionem futurorum, & occultorum euentuum; nam, quomuis diuinatio, si spectetur, vis nominis, prout est idem, atque diuina notitia, est, participatio quadam illius notitiæ, quæ est propria Diuinitatis, quæ est notitia rerum futurarum, & occultarum, possit esse bona, & vniuersaliter comprehendat quancunque præsentationem, & præfigurationem rerum præcipue futurarum, quam Græci à futuro, ex quo aliqui solent multa præfigere, appellant *paralipsis*, vt habet Cicero lib. 1. de diu. ar. & idè comprehendat etiam prophetiam: quia tamen Gentiles communiter huiusmodi noticiam non habebant, nisi

1. Diuinatio communiter accipitur in malam partem.

modo indebito ex virtute, & inuocatione Dæmonis; idè ex usu Scripturæ, & Sanctorum Patrum communiter non accipitur diuinitio, nisi in malam partem, vt nota S. Thomas art. 1. cit. ex S. Hieronymo in cap. 3. Michæ, & patet ex Deuter. 18.

2. Et semper est peccatum ex modo ipso in debito cogno- scendi futu- ra, & occult- 34.

Non sit, qui Pythones consulat, neque diuinos. & Numerorum. Non est augurium in Iacob, nec diuinitio in Israël. & idè semper est peccatum, vt ibi concludit S. Thomas, eiusque malicia maximè habetur ex modo acquirendi talem notitiam, & præsentio- nem futurorum, id est, per inuocationem, & pactum cum Dæmone; cum ea futura, quæ nõ ha- bent determinationem in causis, vt sunt, quæ dicuntur contingentia, ad vtunlibet, & quæ, antequàm acti sunt, non magis se habent sic, quàm non sic, vt loquitur Arist. lib. 1. perihæm. cap. 6. in quantum, scilicet, eorum principia, & causæ sunt ipsæ potentia rationales, quæ ex propria ratione se habent æqualiter ad opposita, vt dicitur 9. Metaph. text. 3. & 18. edm, inquam; huiusmodi futura, antequàm acta sint, non possunt cognosci in causis, in quibus pro illo tempore non magis sunt ipsa, quàm non ipsa, sed debeant necessariò cognosci in se ipsis; impossibile est, vt ab homine cognoscantur, quando sunt sub esse futuro, & antequàm in se ipsis existant acti, nisi de illis doceantur ab aliqua alia natura intelligente superiore, quæ illa cognoscat certius, tanquàm præsentia, & in se ipsis, qualis est Deus, aut Angeli, siue boni, siue mali: siquidem ex se omninò latent, neque possunt vilo modo mouere sensum, eoque mediante venire per viam inuentionis in notitiam nostri intellectus: & cum præterea sit certissima, quod homines communitè hæc futura non docentur à Deo, vel à Sanctis Angelis loco Dei; siquidem diuinitio huiusmodi futurorum in sacris Litteris à Deo ipso communitè prohibetur, omninò docentur solàm à Dæmone, si de illis docentur: qui tamen modus est maximè indebitus, cum omnis societas cum Dæmone, Dei, & hominum publico hoste, sit maximè indebita; nec possit homini esse nisi maximè noxia, & periculis plena. Et quemadmodum ad cultum Dei pertinet; non solùm quando aliquod Deo offertur, vt ibi gratia, sacrificium, aut oblatio; sed etiam quando assumitur aliquid Dei ad res nostras perficiendas; & bene firmandas, vt contingit in iuramento, per quod assumimus Dei nomen ad nostri promissum, aut dicti confirmationem, vt loquitur S. Thomas 2. 2. q. 89. in intro, & art. 5. ad 1. & quæst. 9. q. 1. art. 2. cit. & pertinet ad superstitionem, non solùm quando sacrificium offeritur Dæmoni, per idololatriam; sed etiam quando assumitur auxilium, aut opera Dæmonis ad aliquid cognoscendum, aut faciendum, vt subdit idem S. Thomas quæst. 95. art. 2. cit.

3. Aliquando solùm contingit per inuocacionem, & pactum tacitum cum Dæmone.

Et hæc superstitio præsentendi futura, & cognoscendi, aut reuelandi occulta per auxilium Dæmonis, aliquando admittitur per expressam illius inuocacionem; & aliquando solùm per tacitam, vt notat S. Thomas quæst. 95. cit. art. 3. & Opusc. 25. cap. 3. & omnes communiter apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. n. 3. & aliquando interuenit ex parte hominum promissio explicita faciendi hoc, vel illud in obsequium Dæmonis, si doceat, & reuelat occulta; imò & aliquando re ipsa præcedit talis aliqua exhibitio, v. g. sacrificij, suffragij, & similia: & aliquando nihil tale interuenit; sed ipse Dæmon ex propria voluntate præsest, & ex studio nocendi hominibus, quos aduertit nimis addictos huiusmodi inquisitionibus occultorum, se se illis ingerit, atque immiscet, vt ea doceat, quæ ipse melius inuestigat; & certius cognoscit,

quàm homines; siue, quia melius penetrat causas naturales, & virtutes calorum, & elementorum, ex quibus dependent multi effectus; siue quia bene attendit; & expendit nostras inclinationes, & affectiones, quas spiritum sequitur, etiam in operationibus liberis; & longam habet de nobis experientiam; & ipse etiam de suo maiorem impetum nobis addit per tentationes, & instigationes; siue denique quia ipse per se effectus sensibiles, & externos iam præteritos bene cognoscit, quauis nobis sint maximè occulti, & futuros bene præparat, & disponit, vt certè sequantur ex suis causis, vt notat S. Thomas 1. part. quæst. 57. art. 3. & bene explicat Bonac. in primum præceptum Decalogi, disp. 3. quæst. 5. puncto 3. n. 2. Et hæc ratione facile decipit eos, quos videt nimis respicere in

4. Pactum tacitum cum Dæmone sit eo ipso, quod assumitur ma- dia ex se va- na, & inuti- lia ad cogno- scenda oc- culta.

5. Neque extu- sat quacum- que protesta- tio in contra- rium, cum sit contraria fa- cto.

hæc vanitates, & insanas falsas, vt docet S. Thomas quæst. 97. art. 2. & 3. & S. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 22. & 23. tom. 3. & hoc est satis ad pactum tacitum inuocandum cum Dæmone, etiam si nullus alius ponatur pro huiusmodi diuinatione prius cum illo fecisse pactum explicitum: quia eo ipso, quod quis ad effectum diuinandi vitur, necesse est se vane, & inuicibus, quibus Dæmon se immiscet; vult huiusmodi inuocacionem Dæmonis, quæ est cum illo pactum tacitum, vt loquitur Victoria in relect. de magia, quæst. 6. num. 28. & tacita illius inuocacio, vt loquitur Caietanus 2. 2. quæst. 95. art. 2. & Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 38. num. 5. & alij communiter apud Bonacinam disp. 3. quæst. 5. puncto 3. cit. num. 2. Vnde, qui vitur huiusmodi signis, non est excusandus à malitia superstitionis per hoc, quod protestetur, se nullam cum Diabolo velle habere societatem; neque aliquid velle scire magistro Diabolo; sed illis signis velle vt tantummodo, vt faciat; & contineat eam experientiam cognoscendi occulta; quam prius fecerunt plures alij: nam hæc protestatio est contraria facto: & qui sic protestatur, interpretatur, & verè vult se occultis ab ipso Diabolo; & sic declarat facto ipso usurpationis huiusmodi signorum, ex se inuicibus, dum efficaciter intendit illa scire, & per consequens illas causas adhibere, ex quibus potest id assequi, qualis est ipse Dæmon, non autè signa, quæ adhibet, vt notat 1. lib. 2. c. 43. n. 52. Layman lib. 4. tr. 10. c. 3. n. 3. Bonac. punct. 3. n. 4. cit. Secus verò si protestetur, quod nolle vt illis signis, tanquàm institutis ad cognoscenda occulta, vel ad ponendum effectum; sed ad aliquem alium bonum finem, vt notat Bonac. disp. 3. q. 5. punct. 4. n. 3. quia hæc non est protestatio contraria facto, dum factum ipsum directè excludit; sed solùm est contraria pacto, quod tacitè est cum Dæmone deponendo effectum, quando ponuntur illa signa; & qui directè protestatur, quod per illa signa non vult effectum; sed illa adhibet ad alium finem sapè diuersum, directè protestatur contra pactum, illudque rescindit, vt patet ex Caiet. in Summa, verb. Incantatio, §. Quid. vbi refert de seipso, quod ad conuincendam superstitionis prolationem, & recitationem versiculi ex quadam Plalmo super anulum filo appensum, ad effectum, vt ex se, nullò, que impellente anulus moueretur ad latera vasis, certò, que idè, um numero daret certam horam diei, protestatus est, quod velle etiam ipse versiculum dicere appenso anulo intra vas; non tamen ad effectum videndi, & experiendi motum annuli, ad quem est institutus à Dæmone; sed ad Deum laudandum, & orandum, ad quem finem est dictus, & scriptus Dauid. Et addit, quod recitatio versiculo post factam huiusmodi protestacionem, annulus

non est motus. Ex quo infert, quod verè non moueretur, nisi à Dæmone pronunciatio versiculo; & quod versiculus esset quasi conditio, sub qua Diabolus illum mouebat, quando versiculus recitabatur ad eum finem, vt moueret.

6. Qui molli diuinandi communitè sunt inuocacione, ne Dæmoni expressa.

Atque ad hos duos modos diuinationis per expressam, aut per tacitam inuocacionem Dæmonis reducit S. Thomas 2. 2. quæst. 95. art. 3. & Opusc. 25. cap. 4. omnes modos superstitionis diuinationis: nam Dæmones expressè inuocati multipliciter solent prænunciare futura, aut manifestare occulta. Primo, præstigiosis apparicionibus, & locutionibus se se ingerendo alpequi, & auditui hominum, quæ communiter dicuntur præstigia: quia sensus præstingunt. Secundo, per somnia, quæ dicitur diuinitio somniorum, vel Oniromantia. Tertio, per mortuorum apparicionès, & locutiones, quæ dicuntur Necromantia. Quarto, per homines viuos, sed arreptios ab ipsis Dæmonibus, quæ dicitur diuinitio per Pythones, ab Apolline Pythio, Pythones serpentis interfectore, cum adhuc esset puer, qui Apollo postea est creditus primus auctor diuinandi. Quinto, per aliqua signa, aut figuras, quæ apparent in rebus inanimatorum, vt, verbi gratia, in ligno, ferro, lapide, aut aliquo corpore terrestri polito, quæ appellatur Geomantia: vel in aère, & dicitur Aëromantia: vel in igne, & est Pyromantia: vel in extis animalium immolatorum, & est Aruspicium: vel in aliis huiusmodi penè infinitis, quæ recensentur in sacris Canonibus, cap. Illud. 2. 6. quæst. 2. cap. Igitur, cap. Nec mirum. 2. 6. quæst. 3. & apud Azor. 1. part. 1. lib. 9. cap. 14.

7. Præstigia quibus molli contingat ex parte sensuum exteriorum.

Et illa ipsæ præstigiosæ appariciones, & locutiones, quas numeramus primo loco, tribus modis contingunt ex parte sensuum exteriorum, si hi præstingantur, & illudantur; & duobus ex parte interiorum, vt notat Caiet. 2. 2. quæst. 95. cit. art. 2. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 40. num. 4. Primo enim potest contingere per vera corpora, quæ Dæmones aliunde afferunt, vel applicando ibidem ætèna passiuus de nouo producunt, quomodo contingit Exodi 7. in serpentibus Magorum, vt vult S. Thomas quæst. 7. de pot. art. 5. ad 8. & S. Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 7. & 8. tom. 4. & lib. 83. quæstionum, quæst. 79. eodem tom. 4. & in volucris, in quas dicuntur fuisse conuersi socij Diomedis, vt vult idem S. Augustinus lib. 18. de ciuit. cap. 8. tom. 5. Secundo, possunt contingere appariciones præstigiosæ per similitudinem aliquam corpoream, quam Dæmones exteriori circumponunt ex aère, & ex vaporibus, vt explicat Lefsius lib. 2. cap. 4. num. 18. quomodo idem S. Augustinus lib. 18. de ciuit. cap. 18. cit. intelligit id, quod dicitur de socijs Vlyssis, quod fuerint à Circe conuersi in bestias; & de Arcadibus, quod cum traicerent quoddam stagnum, verterentur in lupos, si aliquid sumpserint de sacrificio, quod immolabant Deo suo: neque enim hi omnes in vera animalia transformati sunt; sed opera Dæmonum coporeis similitudinibus huiusmodi animalium fuerunt quodammodo circumdati, ita vt ea tantum referrent; non autem figuram, & speciem hominis, vt etiam dicitur cap. Nec mirum. 2. 6. quæst. 5. Et quauis Dæmones non possint per seiplos producere species rerum sensibilium, quæ à Philosophis dicuntur species intentionales, & impressæ, sicut nec possunt aliis mutationibus transmutare materiam, nisi per motum localem; possunt tamen ex aère, & vaporibus formare corpora, quæ referant speciem vaporis, aut illius rei; & hoc est satis ad hunc secundum modum præstigiosæ apparicionis: & sic explicat Caiet. 2. 2.

quæst. 95. art. 2. cit. etiam imagines, quæ aliquando cernuntur opera Dæmonis per Hydromantiam in phialis plenis aqua; vel in speculis, & corporibus politis, & representant eum, qui forte aliquid est furatus, &c.

Tertio, potest Dæmon sensus externos præstingere, atque illudere per solam commotionem humorum, & spirituum, qui in nobis sunt absque eo, quod exterius quicquam obliat iisdem sensibus, siue verum, siue apparens: nati, sicut fabricantes, & phrenetici ex sola commotione, & alteratione humorum, ac spirituum videntur sibi videre in prætere, verbi gratia, multa, quæ verè ibi non sunt; & qui est in aliqua vehementi passione, verbi gratia, timoris, aut amoris, facile sibi videtur videre hostes, aut dilectum, vt notat Aristoteles in libello de somnitiis, cap. 2. ita & Dæmon tale aliquid potest facere per similem aliquam commotionem spirituum.

Ex parte verò sensuum interiorum potest Dæmon efficere huiusmodi appariciones, primò cauendo alienacionem à sensibus exterioribus, & alterando humores, & coordinando phantasmata; sicut coordinantur in somniis. Deinde verò sine tali alienacione per solam commotionem spirituum, & humorum; sicut contingit in phreneticis, qui vident, & audiunt multa, quæ exterius verè non sunt. Et primo modo contingunt appariciones, & illusiones superbis contemplatiuis, vt loquitur Caiet. quæst. 95. art. 2. cit. quia ex vehementi attentione alienantur à sensibus; & iis mulierculis, quæ per quasdam vnctiones remanent quasi exanimis; atque emortuæ, & admotum etiam ignem non sentiunt; & deinde narrat mirabilia, quibus putant se interfuisse, quales historias multas refert Caiet. ibidem, & Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 12. puncto 2.

Ad alterum verò modum diuinationis, quæ est sine expressa inuocatione Dæmonis, reducit à S. Thomæ quæst. 95. art. 3. cit. diuinitio, quæ fit ex consideratione dispositionis aliarum rerum, verbi gratia, motus, & situs, vel positionis astrorum, quæ dicitur genethlia; garritas autem, aut vocum quoruncunq; animalium, aut sternutationum ipsorum hominum, quæ dicitur augurium; volatus autem, aut motus aliorum animalium, quæ est auspicium; vacuum ab aliquo homine alia intentione prolaturum, quæ dicitur omen; somniorum, quæ est Oniromantia, vel Onirotica; signorum humani corporis, quæ est Physiognomica; signorum manus, quæ est Chiromantia; signorum frontis, quæ est Metoposcopia; & signorum spatulæ, vel dorsi, quæ est Spatulamantia; quas omnes species enumerat Valen. loco cit. ex S. Augustino lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 19. & seqq. tom. 3. Et præterea reducitur diuinitio ex aliquibus, quæ homines seipso faciunt ad inquirendum aliquid occultum, verbi gratia, protrahendo aliqua puncta, quod pertinet ad Geomantiam; vel attendendo ad figuras, quæ resultant ex plubo liquefacto, & in aqua proiecto, vel ad schedulas scriptas, aut non scriptas in occulto repositas, quis quam accipiat; vel ad festucas inæquales propositas, quis maiorem, & quis minorem accipiat; vel ad proiectionem taxillorum; quis plura puncta proiciat; vel ad libri apertionem, quid cui occurrat, &c. & ad idem genus videtur reducenda etiam diuinitio ex characteribus cuiusque manu exaratis, & scriptis, ex qua annis superioribus sub nomine idengraphia studiosus iuuenis nescio quis, profitebatur se diuinare non solùm naturalem imperamentum, & complexionem scriptoris cui scunq; sibi alioqui nunquam visi, aut cognit; sed etiam effectus plurimos contingentes, qui essent illi ob-

8. Ex quibus modis ex parte sensuum interiorum.

9. Ex facia inuocacione Dæmonis, quæ diuinationis contingunt.

uenturi, tam boni, quam mali, quae tamen ars diuinandi ex characteribus, simul cum ipso auctore fuit breui extincta: & qua ratione impletur auctor est deprehensus sibi non diuinasse ex propriis characteribus, quos habebat notissimos, & repentinum interitum ab inimicis, per scilicet scelopi, eadem ratione credita est tota ars diuinandi ex characteribus esse maximè vana, & minimè esse numeranda inter artes diuinatrices. Plura de speciebus diuinationis possunt videri apud Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 12. puncto 2. cit. Tolet. lib. 4. cap. 15. num. 2. Suar. de superstit. cap. 8. §. 9. Less. lib. 2. cap. 43. a num. 24. Martinum Delrio lib. 4. disquisit. magic. cap. 2. Sayrum lib. 4. thes. cap. 5. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 12.

10. Illud tamen non est omittendum, quod notat Delrius lib. 2. disquisit. mag. c. quæst. 26. sect. 7. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 25. Bonac. in primam præceptum Decalogi, disp. 3. quæst. 5. puncto 3. num. 3. tom. 2. periculum esse, ne Dæmon se immisceat etiam pactis, quibus aliqui inter se paucisuntur, ut qui ex ipsis præmittunt fuerit, appareat alteri, qui fuerit superstes, cumque morcat, & certum faciat de suo statu: nam, quantum huiusmodi pactum non sit ex se malum, & ab aliquibus sit factum non semel, ut iidem referunt; est tamen facile expositum periculo illusionis; & Dæmon facile potest supere ex illo occasione nos fallendi; & vix potest vacare culpa inanis curiositatis; & ideo ab illo est abstinendum, ut iidem concludunt.

11. His autem pactis, certum est, quod qui petit à Dæmone certam notitiam eorum futurorum, quæ solum à Deo possunt certè cognosci, quales sunt actus liberi, & secreta cordium, committit superstitionem, & tacitam idololatriam. Ita Valentia loco citato, puncto 3. & Sauius de superstitione, cap. 8. num. 11. quia eo ipso tribuit Dæmoni excellentiam cognitionis huiusmodi futurorum, & secretorum; quæ tamen, ut supponimus, illi non conueniunt, & est propria solius Dei. Posset tamen per accidens excusari, si quis per errorem existimaret, dictam notitiam non esse propriam solius Dei; sed posse conuenire etiam Dæmoni; quantum modo minus perfecto, & non nisi cum dependentia à Deo: siquidem in tali casu non agnosceret in Dæmone Diuinitatem.

12. Qui verò à Dæmone peteret eam notitiam futurorum, quæ reuera non est propria Dei; sed potest haberi etiam ab illo, ut, verbi gratia, certam notitiam gelipsium, & coniunctionum, vel oppositionum, quæ sunt in astris, aut similia effectuum, qui habent causas necessarias, & infallibiles, & in illis possunt certè præcognosci, vel etiam eorum, qui habent causas necessarias; sed impedibiles ex aliis accidentibus, ideo non possunt in huiusmodi causis certè præcognosci, ut sūt pluuiæ, siccitates, agri-tudines, &c., vel denique eorum, qui solum ex coniecturis possunt probabiliter colligi, ut sunt actus liberi: probabile est, quod, proprie loquendo, non committeret superstitionem; sed solum peccaret grauissimè contra aliam virtutem, habendo, scilicet, & commercium, & societatem cum Dæmone, quod nunquam est licitum. Ita Valen. puncto 3. cit. Less. lib. 2. cap. 43. num. 28. & alij apud Suar. cap. 8. cit. num. 15. quia non agnosceret in Dæmone, neque illi tribueret aliquid, quod esset proprium Dei; sed solum agnosceret in illo excellentiam naturæ, & cognitionis supra suam naturam, & suam cognitionem; & solum profiteretur, vel se ab eo discere id, quod non potest assequi proprio ingenio; in quo toto, si præscindamus ab actibus externis ado-

rationis propriæ Dei, verbi gratia, à sacrificiis, quæ in hunc finem possunt illi offerri, nihil committitur contra Dei cultum: sicut neque committeretur, si id totum peteretur ab aliquo homine peccatore, & Dei inimico, qui id benè reateret, dummodo id non fieret formaliter in contemptum Dei, & quantum illi esset peccator, & Dei inimicus.

Oppositum tamen docet Nauar. in cap. Noui. de iudic. n. 2. Suar. de superstit. cap. 8. cit. n. 16. Sanchez lib. 2. cap. 38. cit. num. 9. & cap. 40. num. 8. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 3. num. 2. qui etiam id colligunt ex S. Thomæ 2. 2. quæst. 95. art. 2. & Caietano ibidem, quatenus absolute asserunt ad superstitionem pertinere, si quis vtatur ope Dæmonis ad aliquid cognoscendum, aut sciendum; & addunt rationem; quia Dæmon in his omnibus semper affectat excellentiam aliquam diuinam, id est, vt homo ad illum confugiat loco Dei, & hinc vturpationi diuini honoris cooperari, non potest non esse contra religionem, & cultum Dei. Et hanc ob causam negari non potest, quin etiam hoc sit probabile, si quis aduerterat, cooperari se ad huiusmodi vturpationem diuini honoris ex parte Dæmonis, sicut tamen si quis alius, verbi gratia, Princeps, ex motiuo superbia affectaret eandem vturpationem diuini honoris, & ex hoc vellet, quod plures alij eum adorarent, & illi genuflecterent, & in suis indigentis ad ipsum confugerent loco Dei; non committeret superstitionem, qui ad illum confugeret solum pro sua aliqua indigentia, & solum intenderet ab illa lenari; & de superbia, & motiuo Principis, vel non cogitaret, vel non curaret: ita nec videtur damnandus formalis superstitionis, si quis eadem ratione confugiat ad Dæmonem, & de illius superbia, vel non cogitaret, vel non curet. Certum tamen est, quod grauissimè peccaret ex alio capite, volendo commercium, & societatem eum Dæmone: siquidem hic, cum sit æternum hostis Dei, & hominum, nihil aliud semper intendit, nisi in omnibus Dei offensam, & nostram ruinam; & ideo non potest aliquis sese illi credere tanquam amico, aut magistro, nisi grauitur peccando contra charitatem erga se ipsum, qua tenetur longè esse ab omni periculo grauioris ruinæ, & contra fidelitatem Deo debitam, & in Baptismo promissam de rennunciando Diabolo, & operibus eius, cuius violatio potest dici pertinere ad quandam prodigionem, & apostasiam; sicut si miles ad hostem transfugiat, ut notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. n. 6. ex Caiet. 2. 2. quæst. 90. art. 1. Atque hoc idem Diabolus ipse confessus est Matth. 4. quando à Christo volens extorquere adorationem, expressit casum: *Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* his enim verbis aperte pronunciauit, quod eum adorare, & voluntatem eius in aliquo facere, est semper cadere à gratia, & à gloria Dei, & per consequens est semper peccatum: & quod ipse nihil dat ex iis, quæ offert, & promittit, quod non vendat carissimo pretio, id est, nostris casibus, & ruinis, ut benè aduertit S. Irenæus lib. 5. cap. 22. & apud Cornelium à Lapide in eum locum S. Math. 4. Et quantum qui petit à Diabolo notitiam, & scientiam eclipsium, verbi gratia, & futurorum euentuum naturalem, non faciat cum illo hoc quasi pactum, aut contractum: Do tibi adorationem latræ, & propriam solius Diuinitatis, si me docueris scientiam futurorum, & per consequens neque peccet peccato idololatriæ, & superstitionis propriè dictæ; verè tamen semper facit hunc alium contractum: Do tibi honorem dulciæ, & teque agnosco, vt magistram, & Doctorem; & tecum inco societatem, & amicitiam, quæ solet esse inter discipulum, & magistrum, si me docueris, &c. quæ certè societas, & amicitia non potest non esse peccatum, illudque grauissimum in alia specie, quam in specie veræ idololatriæ, & veræ superstitionis circa falsum Deum, vt iam diximus.

13. Quædam alia que opposita sunt peccato haerese.

14. Peccata tam grauiora contra charitatem, & fidem, & Deo debita, & promissa in Baptismo.

15. Et si credat Dæmon esse infallibilem veritatem, etiam peccato haerese.

16. Diuinitas, in qua non apparet explicitè pactum cum Dæmone, quomodo potest cognosci, quod sit superstitiosa.

discipulum, & magistrum, si me docueris, &c. quæ certè societas, & amicitia non potest non esse peccatum, illudque grauissimum in alia specie, quam in specie veræ idololatriæ, & veræ superstitionis circa falsum Deum, vt iam diximus.

Et qui præterea Dæmoni, tanquam magistro, & occultata docenti, & reuelanti, vel quomodocunque aliter responsum danti, fidem præstaret, tanquam certè, & infallibili veritati, eumque existimaret; nec posse falli, nec fallere, certum est; quod eum sic cogendo, vt primam, & infallibilem veritatem, committeret veram idololatriam, & incurreret crimen hæresis: siquidem illi tribueret omnimodam veritatem in dicendo, quæ tamen est propria solius Dei, eumque crederet non esse malum, nec velle fallere, quod est contra fidem, vt notat Suar. c. 8. cit. n. 23.

Vt verò cognoscatur de vna quaque diuinatione, in qua non apparet explicitè pactum cum Dæmone, vtrem sit licita, tria debent aduertiri, vt notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 10. id est; positio rei, quæ diuinatur, cum medio, per quod diuinatur; natura, & modus ipsius diuinationis; & intentio ipsius diuinantis: nam, si medium per quod diuinatur, neque sit causa rei, quæ diuinatur, quomodo se habet, verbi gratia, motus caeli ad diuinandas eclipses; neque sit illius effectus; quomodo se habet finis ad diuinandum ignem latentem; neque sit effectus eiusdem causæ tertiæ, quomodo ex iride diuinatur serenitas: quia tam iris, quam serenitas, causatur ab eadem causâ tertiâ, id est, à tenuitate, & paucitate vaporum; rectè potest, ac debet diuinitio censeri superstitiosa, vt notat S. Thom. 2. 2. qu. 95. art. 5. Delrius lib. 4. disquisit. magic. cap. 2. §. 3. Suar. de superstit. c. 9. n. 2. & seqq; Sanchez c. 38. n. 10. cit. nam; eo ipso, quod medium diuinandi non habet naturalem, & necessariam connexionem cum re diuinata, conuincitur eam habere ex institutione, & placito alicuius causæ intelligentis; & quia certum est, quod non habet ex institutione, & ex placito ipsius Dei, sicut vniversaliter, & quoad omnes effectus etiam liberos, & merè contingentes; siquidem Deus ipse in Scripturis sæpè prohibet huiusmodi diuinationes; conuincitur solum habere ex institutione Dæmonis; & hunc esse immiscere in tradenda notitia, & in ponendo euentu rei diuinatæ.

Similiter, si medium sit aptum fundare diuinationem coniecturalem, & incertam; & tamen, qui illo vtitur, putet se diuinare certè, ex modo ipso, & ex natura talis diuinationis, potest, ac debet censeri superstitiosa. Et denique si ex medio vano, & inutili ad diuinandum, intendat verè, & serid diuinare; non autem solum iocose, & animi causâ, censendus est ex ipsa sua intentione diuinare superstitiosè, neque potest postea excusari ex eo, quod euentus rei diuinatæ succedat: quia in vel casu contingit, vel ex opera Dæmonis, vt ex S. Augustino lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 20. num. 3. notat Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 96. art. 3. ad 3. & alij apud Sanchez c. 38. cit. num. 11.

17. Imbitio thesauri, depreheusio furti, & virginitas in summa, est superstitiosa, si sit ex alij.

Atque ex his colligitur, omnino esse superstitiosam diuinationem thesauri, aut furti occulti; vel etiam virginitatis, & integritatis in hac, vel illa forma, si certè quaratur per astra, & si pro illa consulantur Astrologi: nam reuera motus astrorum neque sunt causa thesauri latentis, aut inuentionis illius, quæ est merè fortuita; neque habet causam per se, vt dicitur communiter ex Aristotele 2. Physicæ. 39. & seqq. neque astra habent vllam connexionem necessariam cum furto, quod merè voluntariè, & liberè est paratum ab hoc, aut illo fure; neque cum amissione virginitatis, quæ similiter est liberè facta.

Et ab hac sermone; & per consequens non possunt hæc ex illis certè cognosci, vt etiam explicauimus supra, disp. sequente, num. 9. & 10. Et si certè cognoscantur, omnino Diabolus sese immiscet in huiusmodi cognitionem; vt notat Nauar. in Man. cap. 11. num. 3. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 36. Delrius lib. 4. disquisit. cap. 2. quæst. 7. sect. 4. Bonac. in 1. præceptum Decal. disp. 3. quæst. 5. puncto 3. num. 4. in fine.

Siue autem superstitio diuinationis contineat pactum explicitum cum Dæmone, & explicitam illius inuocationem, siue contineat solum implicitam, probabilissimum est, quod differant inter se solum materialiter, & in genere entis, non autem formaliter, & in genere moris, vt notat Azor. part. 1. lib. 9. cap. 12. quæst. 3. Suar. de superstit. cap. 10. num. 1. & 2. Reginald. lib. 17. num. 170. Less. lib. 2. cap. 43. num. 27. Bonac. puncto 3. cit. num. 20. Sanchez lib. 2. cap. 38. cit. num. 14. & 26. & alij apud ipsum: quia omnium malitia communiter ex eo delimitur, quia exhibent Dæmoni aliquem cultum contra virtutem religionis; neque potest delumi differentia essentialis, & specifica ex hoc, quod exhibeant explicitè, vel implicitè, cum ex communi axiomate, taciti, & expressi sit eadem natura, & professio, v. g. religiosa, siue sit tacita, siue expressa; semper sit eiusdem speciei.

Rectè tamen addunt Auctores citati, Suar. Sanchez, Bonac. quod si diuinitio contineat pactum explicitum, est notabiliter grauior in eadem specie, vt etiam notat Layman lib. 4. tract. 10. c. 3. num. 4. & ideo est specialiter exprimenda in Confessione; quia notabiliter diuersificat iudicium Confessarij, & diuinantem constituit in maiori periculo suæ reprobationis, & damnationis: siquidem ex Caiet. 2. 2. quæst. 95. art. 4. Lessio, & Layman, locis citatis, quemadmodum societas, & consuetudo cum Angelis per assiduam meditationem, & tractationem mysteriorum, & rerum sacrarum, est signum diuinæ prædestinationis; imò est inchoatio quedam æternæ beatitudinis: ita & societas, & consuetudo cum Dæmone est signum reprobationis, & inchoatio quedam damnationis æternæ, cuius etiam indicium est fœditas ipsa, & vultus horridus, & miseria omnis generis, qua communiter ij laborant, qui habent societatem cum Dæmone, eique adherent, & merito à Deo destituuntur maioribus auxiliis suæ gratiæ, & quasi captiui traduntur, & relinquuntur Diabolo ad illius voluntatem, vt dicitur 2. ad Timotheum cap. 2. ita exigentibus eorum demeritis, qui primi Deum deseruerunt, & ab illo apostatarunt ad Satanam: Et tunc maximè hæc circumstantia pacti expliciti est specialiter exprimenda in Confessione, quando habet adiuncta plura alia crimina, vt, verbi gratia, infidelitatem idololatriæ, aut hæresis; abnegationem, & abrenunciationem Baptismi, & Sacramentorum; & plura huiusmodi sacrilegia.

Atque hæc fit, vt talis diuinitio cum pacto explicito nunquam possit excusari à culpa mortali, vt ex communi sententia notat Layman num. 4. cit. neque possit in illa dari paruitas materia, vt notat Bonac. num. 17. citat. ex Valent. Reginald. & Sanchez, cum ex propria, & primaria ratione formalis pactum cum Dæmone intrinsecè funder deordinationem grauissimam; & communiter inter fideles neque etiam possit contingere ignorantia inuincibilis circa huiusmodi deordinationem, cum nemo ignoret, quod Diabolus Dei, & hominum sit inimicus, & quod non possit quis ad illum accedere, & pactum, aut amicitiam quancunque cum illo

18. Omnia diuinitio est eiusdem speciei in genere moris.

19. Si tamen sit cum expressa inuocatione Dæmonis, est specialiter exprimenda in Confessione.

20. Societas cum Dæmone est quadam inchoatio æternæ damnationis.

21. Diuinitio est expressa inuocatione Dæmonis, est semper peccatum mortale; neque potest in illa dari paruitas materia.

illo inire, nisi hoc ipso recedat à Deo, & ineat cum Deo grauitissimam inimicitiam, vt ex eodem Valen. Regin. Laym. & alijs subdit Bonac. ibid.

12. Si vero sit sine expressa inuocacione, potest aliquando esse mentalis.

Citra pactum verò explicitum non est improbabile, quòd possit diuinatio esse tantummodo venialis, vt, verbi gratia, si quis non benè aduertat, quòd possit Diabolus se in illam immiscere, vel non plenam fidem illi adhibeat; sed solum timorem aliquem de futuro euentu ex illa concipiat, vt notat Caiet. 2. 2. quæst. 95. art. 6. in fine, & quæst. 96. art. 4. & in Summa, verb. Superstitio, cap. 3. Nauarr. in Man. cap. 11. num. 38. Suar. de Superstit. cap. 10. num. 16. & cap. 13. num. 25. Less. lib. 2. cap. 43. num. 53. Delrius lib. 4. cap. 2. quæst. 7. sect. 4. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. n. 21. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 3. n. 4. cit. & alij apud ipsos. Et ex Caiet. quæst. 96. art. 3. cit. communiter sic contingit in iis obseruantis, quæ multis in locis iam sunt de consuetudine patriæ; vt Romæ, verbi gratia, quando mulierculæ audiunt laudari bonam valetudinem alicuius, & tangunt sibi nasum; & dicunt: *Audiat Sanctum Angelus*. vt ipse ibid. refert. Negari tamen non potest, quin sit res valdè periculosa, etiam ex leui credulitate dare operam huiusmodi diuinationi: siquidem Dæmoni datur occasio pertrahendi semper in peiora, & paulatim acquiritur habitus firmiter credulitatis, vt etiam notat S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 4. sed præterea rectè addit idem Caiet. qu. 96. art. 3. cit. & in Summa, verb. Superstitio, versus finem, quòd potest quis absque omni peccato prælagire sibi, & timere ex aliquo euentu aliquem alium euentum posteriorem; & prudenter sibi cauere: vt, v. g. si cadat corporaliter in terram, eumque casum accipiat, vt signum alterius casus deterioris quoad statum, vel quoad honorem, &c. nam fieri potest, vt eadem causa, quæ causauit priorem casum, sit etiam causatura posteriorem; siue illa sint ipsi cæli, à quibus maxime pendunt inferiora; siue Deus ipse, & diuina prouidentia, quæ fortasse causauit priorem, vt in illo præsignificaret posteriorem, & præmoneret ab ipso cauere. Et sine dubio non est damnandus superstitionis, sed laudandus prudentiæ, si quis rationabiliter sibi timeat; non autem solum leuiter, & inaniter animum implicet vanis timoribus, in quo casu à S. Augustino lib. 2. de doctrina Christiana, c. 20. tom. 3. & à S. Thom. 2. 2. q. 96. art. 3. cit. merito iridentur, & damnantur vanæ obseruationes.

23. Quomodo aliquando sit licitum petere aliquid à Dæmone, quando spontè occurrit, vt communiter accidit in corporibus ab ipso obsessis: siquidem etiam Christus Marci 5. Dæmonem interrogauit: *Quod nomen tibi est?* Et respondit: *Legio: multi enim sumus*. hoc, inquam, cum his duabus conditionibus est intelligendum ex Reginal. lib. 17. n. 167. id est, vt solum in nomine Dei illum adiuremus, & sic compellamus diuinam virtute, vt vera dicat, & nos non decipiat; & præterea, vt solum id faciamus ex iusta causa, qualis est, verbi gratia, utilitas aliorum, aut nostra; ex quo tamen non sequitur, quòd possit aliquando esse licitum etiam inuocare Dæmonem ad cognitionem occultorum acquirendam ab ipso, vt ibi concludit S. Thomas.

24. Quæ poena sit in iure flatus contra diuinationes.

Quòd si quæras de poenis huiusmodi diuinationum, aut eos consulentium in vniuersum: Respondet, certum esse, quòd in lege veteri *Leuit. 20. in fine*, ipsi diuinationes punirentur poena mortis, & lapidibus obruerentur, vt sanguis eorum esset super illos, vt ibi dicitur, & *Deuter. 18.* tam ipsi, quam alij, qui eos consulere, dicuntur esse delendi de numero viuentium: & ex iure ciuili, L. *Et si. C. de*

malef. qui artem diuinandi exercent, dicuntur esse subiciendi tormentis, etiam si in dignitate sint constituti: & L. *Nemo. eod. tit.* dicuntur gladio esse puniendi: & L. *Nemo. C. eod.* dicuntur esse cremandi; & qui eos aduocauerint, dicuntur esse deportandi, & eorum bona esse publicanda, vt videre est apud Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 26. quæst. 3.* & in iure canonico *cap. 1. 26. quæst. 5.* dicuntur esse excommunicandi: & si eorum diuinatio, & superstitio manifestè contineat, aut sapiat hæresim, etiam de facto sunt excommunicati, tanquam Hæretici, saltem in foro externo, vt subdit *ibidem* Azor. quantum in foro interno, si verè non sint Hæretici, non sint de facto excommunicati; sed solum sint excommunicandi, vt ex communi sententia probat Bonac. in 1. *preceptum Decal. disp. 3. quæst. 5. puncto 3. cit. num. 2. tom. 2.* quicquid in contrarium indicet Reginal. lib. 17. n. 167. cit. quo autem modo sint specialiter de facto excommunicati ex Bulla Urbani VIII. qui aliqua specialiter diuinant ex astris, dicemus *infra*, quando agemus de hoc modo diuinationis.

Neque multum vrget in contrarium Constitutio Ioannis XII. *Super illius specula.* quæ habetur in *Directorio Inquisitorum, part. 2. quæst. 43. num. 9.* & apud Tabienam *verb. Excommunicatio, §. num. 1. casu 4.* in qua ipso facto excommunicantur; qui Dæmonibus immolant, eosque adorant, qui fabricant, aut fabricari procurant imagines, annulum, vel speculum, vel phialam, vel aliam quancunque rem magicè ad Dæmones inibi alligandos, & ab illis petunt, & accipiunt responsa, & auxilia postulant; & qui habuerint, aut tenuerint libellos, vel scripturas quasunque de præfatis erroribus aliquid continent, &c. Contra enim est: quia dicta Constitutio, saltem quod hanc poenam excommunicationis latæ sententiæ, non fuit vsu recepta, vt notat Suar. lib. de Superstit. cap. 19. num. 6. & Sanchez lib. 2. in Decal. c. 38. n. 9. vel certè fuit reuocata per Bullam Sixti V. in qua diuinatores, & incantatores solum dicuntur esse puniendi ab Inquisitoribus; neque vlla poena iis inferitur de facto: & quoad aliam partem de eadem excommunicatione latæ sententiæ contra eos, qui habuerint libros de huiusmodi incantationibus, expressè est reuocata per Bullam Pij IV. ad indicem librorum prohibitorum, per quam excommunicatio latæ sententiæ solum incurritur ab iis, qui legerint, aut habuerint libros, aut scripta damnata propter hæresim, vel propter suspicionem falsi dogmatis. Et quanuis in huiusmodi Bullis Sixti V. & Pij IV. non fiat mentio dictæ Constitutionis Ioannis XII. adhuc tamen censeri potest esse per illas reuocata, cum Princeps non censetur ignorare iura: & idè eo ipso, quòd aliquid statuit contra aliud ius, censetur illud reuocare, etiam si non faciat de illo mentionem, vt *alibi* diximus, dum ageremus de legum abrogatione. Et similiter non est in hac re magnificandus Tabiena, qui dictam Constitutionem admittit, vt vsu receptam; & per omnes illius casus ait incurri excommunicationem latæ sententiæ, cum in contrarium sint alij Doctores communiter apud Suar. *cap. 19. cit. n. 3.*

Et eodem modo ex iure communi non multum vrget cap. *Si quis. 26. quæst. 5.* vbi dicitur: *Si quis ariolos, aut incantatores obserauerit, anathema sit.* Neque enim hic modus loquendi semper importat sententiam latam; sed aliquando etiam præcipit, vt feratur, vt notat Nauarr. in *Man. cap. 27. num. 12.* Et idem valet, atque, excommunicatur, vel, fiat excommunicatus, vt notat Gloss. in cap.

in cap. *Si quis ex Clericis. de vita, & honestate Cleric.* & in cap. *Nullus iudicium. de foro compet.* & in cap. *Si quis eorum. dist. 30.* Et textum illum sic esse explicandum, rectè colligitur ex alijs textibus, in quibus expressè ponitur excommunicatio ferenda, vt iam diximus. Et potest addi, quòd etiam consuetudo, quoad hanc poenam, potuit derogare illi textui, vt addit Suar. *num. 5.* & quòd etiam ille est reuocatus per Bullam Sixti V. vt diximus de Extraneaganti Ioannis XII.

DISPUTATIO IV.

De diuinatione per astra, tanquam per causas futurorum effectuum.

1. Possunt per astra diuinari non solum eclipses, sed etiam pluuia, & effectus, qui ex necessitate ab illis pronuntiantur in his inferioribus.
2. Quancunque non cum eadem infallibilitate indicuntur.
3. Ex cognitione astrorum potest multum inuari ars medica.
4. Ex astris possunt cognosci complexioniones, & inclinationes cuiusque.
5. Quancunque aliqui id negent.
6. Cæli, & astra quomodo sint causa vniuersales horum inferiorum.
7. Quòd inclinationes præcognoscantur ex astris, etiam docet Sanctus Thomas, & plures ex Patribus.
8. Astra possunt licite obseruari, etiam diebus, & horis singulis, pro cognoscendis inclinationibus.
9. Ex astris, tanquam ex causis, non possunt præcognosci actus liberi, & effectus fortunæ.
10. Et illorum diuinatio est peccatum mortale, & maxime illicita.
11. Etiam si dicantur diuinari, vt solum probabiliter, non autem vt infallibiliter, & certò futura.
12. Ex inclinationibus cuiusque, quæ possunt deprehendi ex astris, possunt etiam coniecturari futura contingentia libera.
13. Quomodo astra agant indirectè in intellectum, & voluntatem.
14. Effectus fortunæ, neque etiam indirectè, & coniecturaliter possunt præcognosci in astris, tanquam in causis.
15. Quomodo astra faciant aliquem fortunatum.

1. Possunt per astra diuinari non solum eclipses; sed etiam pluuia, & effectus, qui ex necessitate ab illis pronuntiantur in his inferioribus.

T specialiter explicemus præcipuos modos diuinationis, & præcipuas superstitiones, quæ circa illas contingunt: circa diuinationem ex astris certum est, quòd ex coniunctione, & oppositione astrorum licitum est iudicare non solum de iis effectibus, qui sunt futuri in ipso cælo, vt sunt eclipses; sed etiam de iis, qui naturaliter sunt futuri in corporibus inferioribus elementorum, plantarum, animalium, & hominum, vt sunt pluuia, venti, tempestates, serenitates, sterilitates, agridudines, pestilentia, mortes, & similes. Ita S. Thomas 2. 2. qu. 95. art. 4. & *Opusculo 26. ex professo, & lib. 3. contra Gentes, cap. 86.* Caiet. 2. 2. qu. 95. art. 5. cit. Petr. Nauar. lib. 2. de resit. cap. 2. num. 72. & seqq. Ferrarien. lib. 3. contra Gentes. c. 84. Suar. de Superstit. cap. 11. num. 5. Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 13. Less. lib. 2. cap. 43. num. 32.* Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 28. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 3. num. 5. Bonac. in *primæ preceptum Decalogi, disp. 3. quæst. 5.* Biddelli Theol. Moral. Tom. II.

puncto 3. num. 10. & omnes communiter: nam fuit maxime congruum diuinæ sapientiæ, vt elementa, & corpora inferiora seruetur, & gubernaretur per ipsos cælos, & per astra, quæ sunt corpora superiora; & idè debuit illis virtutem tribuere ad conseruandas, & producendas primas qualitates, per quas prima corpora seruantur in debita proportione inter se: & hoc modo videmus, quòd per accessum, & recessum Solis fiunt in anno distinctiões temporum, & augentur in elementis, & alijs corporibus primæ qualitates: & præterea multæ dantur generationes mixtorum, quæ non sunt ab agente vniuerso, vt, verbi gratia, productio lapidum, & metallorum, & multæ operationes viuentium, ad quas ipsa viuentia non sunt se solis sufficientia, vt, verbi gratia, productio florum, & maturatio fructuum in plantis; & idè fuit opus adiumento, & actione cælorum, quæ, tanquam corpora, & causa superiores, & vniuersales supplerent huiusmodi defectus causarum inferiorum, & particularium: quomodo videmus quædam astra, vel per se singula, vel coniuncta cum alijs, multum prodesse frugibus, & magnam facere fructuum vberitatem; & in corporibus animalium magnam salubritatem; & in mari, vel excitare, vel sedare tempestates, &c. Vnde & Aristoteles 1. *Meteororum, summa 1. cap. 2.* totum hunc mundum inferiorem, qui est circa terram, ex necessitate ait esse debere contiguum superioribus latioribus, vt inde omnis eius virtus gubernetur: & lib. 2. de generat. text. 55. & 56. motum cæli ait esse causam generationum, & corruptionum, dum adducit, & abducit generatiuum: & 2. *Phys. text. 26.* quòd Sol, & homo generant hominem: & lib. 4. de generat. animalium, cap. vlt. quòd Luna maxime conducit ad omnes generationes. & in libello de causis proprietatum elementorum, cap. 1. (si tamen is liber est Aristotelis,) refert ex communi sententia, quòd ea, quæ fiunt in terra, fiunt propter motum corporum superiorum, & hæc sunt causa in rebus omnibus: & diluuium, quod contigit, solum fuit propter coniunctionem certarum stellarum in signo Piscis: & ventus, qui alicubi interfecit gentes, fuit propter coniunctionem stellarum in signo Geminorum; & pestilentia propter coniunctionem in signo Virginis: & quòd ex caliditate, & operatione Solis, & Lunæ fit maturatio fructuum, & velocitas, & perfectio, & augmentatio natiuitatum; & quòd ex Luna fit in mari fluxus, & refluxus: & quòd à Planetis simul cum Sole fiunt pluuia, & serenitates, & inundationes fluminum, & sterilitates, & vberitates arborum, & mortalitates animalium, & hominum, & regnorum vacuitates: & S. Thomas in 2. *dist. 19. qu. 1. art. 2. ad 2. & art. 3. ad 2.* singulis speciebus rerum inferiorum ait respondere in cælis peculiâres virtutes, quibus conseruantur: & Scotus in 2. *dist. 14. ad finem*, Planetas singulos ait specialiter dominari metallis singulis; id est, auro Solem; argento Lunam; ferro, & chalybi Martem; Saturnum plumbum; stanno, & electro Iouem; Mercurium argento viuo; Venere ari. Et denique iidem Planetæ specialiter dominantur etiam partibus humani corporis, sicut & dominantur signa Zodiaci, vt dicemus. Quia ergo huiusmodi effectus ex necessitate eueniunt in his inferioribus per virtutes, & operationes astrorum, & cælestium corporum, rectè possunt in illis prævideri, & diuinari. Quancunque non eadem certitudine, qua diuinantur eclipses, & illi effectus, qui sunt futuri in ipso cælo, vt benè aduertit Petrus Nau. *num. 72. cit.* & alij communiter: siquidem illi solum dependent à motu ipsius cæli, *cit.*

2. Quancunque non cum eadem infallibilitate indicuntur.

qui semper est constans, & à nulla alia causa potest naturaliter impediti; cum tamen alij effectus, qui sunt futuri in inferioribus, non solum pendent à motu, & virtute cæli; sed etiam à pluribus aliis dispositionibus ipsorum corporum inferiorum, à quibus potest impediti, & variari efficacia cæli; & per consequens etiam falli nostrum iudicium, & diuinatio de illis futuris, si hoc forte illæ dispositiones nos lateant, vel non bene expendatur.

Atque hoc modo S. Thomas *Opusculo 26. cit.* & Sixtus V. in sua *Bulla contra Astrologos*, expressè affirmant, quod effectus futuri, qui proueniunt saltim vltimum ex causis naturalibus, ut certè sunt pluuie, serenitates, &c. non pertinent ad diuinationem illicitam, & damnatam; & quod ex astris licitè possunt formari iudicia propter agriculturam, artem nauticam, & rem medicam; in quantum, scilicet, virtutes astrorum, quantum est ex se, certè operantur in ipsam terram, eique tribuunt fertilitatem, aut sterilitatem, dum certo modo illam humectant, aut exsiccant, sicut requiritur ad plantas bene alendas, & ad fructus bene producendos, & maturandos, quarum rerum notitia maximè conducit ad agriculturam, & certè operantur in corpora animalium, atque hominum, hos, vel illos humores salubres, aut noxios generando, conseruando, augendo, minuendo, alterando, tollendo, quod maximè conducit ad artem medicam. Et non est dubium; quod valdè rationabiliter, & vtiliter potest Medicus ex Astrologis sumere, quod humores nostri corporis specialiter subsint certis astris, vt, verbi gratia, Marti cholera, Saturno melancholia, Lunæ phlegma, Ioui, & Soli sanguis; quod coniuges sub certis astrorum aspectibus, & conjunctionibus, non autem sub quibuscunque specialiter debeant dare operam liberis; quod menses singuli, quibus foetus gestatur in vtero, certo ordine subsint certis Planetis, id est, primus Saturno, secundus Ioui, tertius Marti, & sic de aliis descendendo vsque ad Lunam. Et hinc rationabiliter potest dicere, quare partus octomestris communiter non sit vitalis: quia, nimirum, octauo mensi iterum præest Saturnus; qui tamen sua frigiditate plurimum nocet partui in lucem edito. Quod certi Planetæ similiter præstunt certis ætatibus, id est, Luna infantia, Mercurius pueritia, Venus adolescentia, Sol iuuentuti, Mars virilitati, Jupiter senectuti, Saturnus decrepiti, & plura huiusmodi. Et pro pharmacis exhibendis ad morbos curandos non solum debet spectare congressiones, & aspectus astrorum, vt monet Gal. *lib. 3. de diebus criticis*; sed etiam prudenter, & vtiliter ex iisdem Astrologis potest cauere, ne illa exhibeat sub illis signis, quæ dicuntur ruminantia, vt est, verbi gratia, Capricornus, quia facile prouocabitur agro vomitus: & ne sub illis, quæ multum astringunt, & retardant, vt est Saturnus; vel multum laxant, & mouent, vt est Mars; quia similiter purgatio ægri, vel erit parua, & insufficiens; vel nimia & excedens, vt notat Albertus Magnus in *speculo astronomico, cap. 14.* qui liber habetur inter parua naturalia Alberti, si tamen reuera est Alberti, de quo multi dubitant. Et similiter, si accipiat ab Astrologis, quod singulis partibus humani corporis specialiter dominantur certi Planetæ, & certa signa, vt, verbi gratia, ex Planetis Saturnus capiti; Ioui, & linguæ Mercurius; cordi Sol; iecori Iupiter; felli Mars; & iterum ex signis Zodiaci, quod dominetur capiti Aries, ventri Taurus, Gemini humeris, pectori Cancer, & sic de aliis; prudenter cauebit in operationibus Chirurgicis, incisionibus, vltionibus, & similibus, ne illas faciat, quando Luna existit in signo, aut astro habente si-

3. Ex cognitione astrorum potest multum auari ars medica.

gnificationem, aut dominium supra illud membrum; quia tunc membrum illud erit valde humorosum, & vterius plus humoris ad illud prouocabitur per operationem Chirurghi, & per sensum doloris in ipso ægro, & sic facile causabitur aliquod inconueniens, vt subdit *ibid.* Albertus. Et denique si accipiat ab Astrologis, quod huic, aut illi, v. g. in ætate futura imminet ex attris morbis grauissimus propter excessum caloris, & siccitatis ab illis causandum; prudenter poterit hunc, aut illum per exhibitionem diætæ multo antè disponere ad oppositam temperiem frigiditatis, & humiditatis; & sic facere, vt adueniens deinde operatio cæli per calorem, & siccitatem eum reducat ad perfectam temperiem mediam, in qua sit perfecta sanitas, vt notat idem Albertus in *eodem speculo astronomico, cap. 12.*

Et qua ratione est licitum pro arte medica obseruare virtutes, & operationes astrorum: eadem ratione est licitum obseruare natiuitates cuiusque; & ex astris coniectare temperamenta, & complexiones, & inde naturales inclinationes, & propensiones ad iram, vel ad mansuetudinem, ingenium, vires, robur, &c. vt notat Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 13. in fine.* Petrus Nauar. *lib. 2. de rebus, cap. 1. n. 7. & seqq.* Ferrar. *lib. 3. contra Gen. cap. 84. Less. lib. 2. cap. 4. n. 34.* Sanchez *lib. 2. cap. 38. n. 28.* Suarez *de superst. cap. 11. n. 8.* quia hi omnes sunt effectus merè naturales, & necessarii, & maximè proueniunt ex influxibus cæli. Quia tamen ex diuersa dispositione materia: sæpè diuersificantur actiones agentium, & multa alia possunt concurrere in vnoquoque nato, quæ diuersificant in illo, aut modificent operationes astrorum, vt, v. g. complexiones parentum, & dispositio seminis, aut materia, quam præbent ad generationem, lac, & cibi, quibus infans nutritur, locus, aut patria, vbi degit, educatio, & institutio magistrorum, cura Medicorum, & similia, quæ possunt in illo etiam corrigere, & mutare primū temperamentum; hinc est, vt iudicia circa natiuitates non possint esse certa ex solis astris; sed debeant in considerationem venire etiam alia, quæ possunt concurrere ex parte causarum inferiorum, vt bene explicat Petrus Nauar. *cap. 2. cit. n. 91. & seqq.* & alioqui iudicium ex astris circa temperamenta, & inclinationes cuiusque, potest esse plenum periculi: & non solum is, qui iudicat, potest facile decipi in suo iudicio; sed etiam potest paulatim trahi, & delabi in superstitionem; & idèd communiter dare operam huiusmodi natiuitatibus, neque etiam caret culpa veniali, vt notat Sanchez. *cap. 38 cit. n. 29.* Non tamen propterea in Bulla Sixti V. contra Astrologos, dum prohibentur iudicia, & natiuitates, ceteri debent esse prohibiti etiam hæc coniectiones de complexionibus, & temperamentis, cum expressè *ibi* sit sermo de iis tantum natiuitatibus; in quibus iudicatur de futuris successibus contingentibus, & de effectibus fortuitis; & de iis, quæ pendent ex humana voluntate, & libertate, vt patet legenti, & notat Suarez. *cap. 11. cit. num. 12.*

Atque hoc totum videtur multo verius, quam oppositum, quod asserit Picus Mirandulanus *lib. 3. contra Astrologos, cap. 3.* & Sixtus Senensis *lib. 6. Bibliotheca Sanctæ, annot. 10. §. Ex his.* & alij alij apud Petrum Nauar. *cap. 2. cit. n. 7. & seqq.* qui contendunt, temperamenta, & complexiones, & inclinationes non posse coniectari ex astris, quia cælum, cum sit causa vniuersalis, non potest habere ex se, vt determinet hunc, aut illum effectum in specie, vel in individuo; sed ex se est solum indifferens ad omnes effectus causarum particularium, cum quibus potest concurrere, & solum per adiunctionem huius, aut illius causæ particularis intelligitur determinari

4. Ex affiectione complexiones, & inclinationes cuiusque.

5. Quamuis aliqui id negent.

minari ad hunc, vel illum effectum; & per hoc, v. g. quod Sol concurrat cum semine nucis, determinatur, vt producat determinatæ arborem nucis, & non pyri; & per hoc quod concurrat cum semine equi, aut leonis, determinatur, vt producat leonem, aut equum; non autem canem, aut bouem; & idèd etiam per hoc, quod concurrat cum semine hominis sic, vel sic disposito, & temperato, determinatur, vt producat hominem sic, vel sic dispositum, & temperatum; & consequenter sic, vel sic inclinatum; non autem quia habeat ex se determinatæ, & disponere sibi materia sic, vel sic: sicut requireretur ad hoc, vt posset in ipsius virtute præcognosci, & diuinari determinatè hæc, vel illa complexio, & inclinatio hominis nascituri. Vnde & S. Augustinus *lib. 5. de ciuitate, cap. 2. in fine tom. 5.* refert ex Cicerone, quod quidam fratres, cum simul ægotare cœpissent, & eorum morbus eodem tempore ingrauesceret, & eodem leuaretur, crediti sunt ab Hippocrate nobilissimo Medico, esse gemini, & ex simillima vtriusque temperie prouenire similitudo morbi: & contra à Possidonio Stoico, & multum Astrologis dedito, dicti sunt eadem constitutione aliorum esse concepti, & eadem esse nati: & in constitutionem, & vim astrorum referri debere similitudinem morbi; non autem in similitudinem temperamentis, & complexionis, si loquamur de prima, & vera causa. Sed de hac vtraque sententia addit S. Augustinus, quod multo acceptabilior, & credibilior est coniectura medicinalis, quia primordia conceptuum ita potuerunt affici, sicut erant corpore affecti ipsi parentes, dum illis concipiendis, ac generandis operam darent: & deinde in materno corpore prioribus incrementis similiter consecutis pro vtroque, bene potuit nasci vterque par, & similis valetudinis, & postea in eadem domo, & in eodem aère, & positione, & iisdem alimentis nutriti, & iisdem exercitationibus assuefacti, facile potuerunt effici quoad omnia similis complexionis; & idèd etiam ægotare eodem tempore, & ex iisdem causis. Atque ita totam rationem paræ agrotationis S. Augustinus, etiam ex propria sententia refert in parem constitutionem, & complexionem corporis vtriusque, & hanc in primam genituram à parentibus primò habitam, & in educationem omnino parem, eamque referre in constitutionem cæli, ac syderum, nescio, inquit, cuius insolentia sit.

6. Cælum & astra, quomodo sint causa vniuersales horum inferiorum.

Sed reuera hoc argumentum ex vniuersalitate causæ cælestis, non satis conuincit, vt bene explicat Ferrar. *§. Contrabentes, cap. 84. §. Ad huius difficultatis euersionem.* & ex illo P. Nauar. *lib. 2. de rebus, c. 2. cit. n. 86.* nam cælum, & astra non dicuntur causa vniuersales: quia non habeant proprias virtutes, quas imprimant in causas particulares, & per quas moueant illas, & iuuent ad suos effectus: sed quia huiusmodi effectus causarum particularium non causant, nisi per illas ipsas causas particulares, & illis mediantibus, & recipiendo ab illis etiam modificationem, & limitationem suarum virtutum: nam, sicut ars, proptèr est in mente artificis recta ratio operis faciendi, primò agit ipsa per se in instrumentum, illudque mouet, & solum per instrumentum à se motum facit opus, & sæpè per bonitatem, aut prauitatem eiusdem instrumenti modificatur, & limitatur ipsius operatio: ita & cælum, vel astra prius agunt per suas virtutes in causas particulares, eamque mouent ad suos effectus, & solum mediantibus illis quodammodo defertur suas virtutes ad ipsos effectus, vt loquitur S. Thomas in *1. sent. dist. 38. art. 5.* & apud Ferrar. Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

loca cit. & idèd etiam ab illis modificantur, & diuidentur in suis operationibus, cum temper vnuquodque recipiatur iuxta modum, & qualitatem ipsius recipientis. Qua ergo ratione cælum, & astra solum mediante equo, aut homine, verbi gratia, dicuntur producere equum, aut hominem; & mediante equo, aut homine debili producant equum, aut hominem debilem; & mediante equo, aut homine forti producant equum, aut hominem fortem; quia virtus, & operatio ipsorum astrorum modificatur secundum qualitatem, & dispositionem causarum particularium: eadem ratione etiam equus, aut homo, qualiscunque tandem sit in sua virtute, & siue sit debilis, siue fortis in se ipso, potest effici vigorosior ad producendum equum, aut hominem, quando cælum, & astra existunt in vna dispositione, quam si existant in aliqua alia. Et hanc maiorem vigorositatem ex astris bene potest Astrologus præcognoscere in ipsis astris tali modo dispositis, & per consequens bene potest diuinare temperamenta, & complexiones, & inclinationes cuiusque, quando videt operationem astrorum ad illa causanda esse fortem; & sic peruincere etiam impedimenta, & resistentias, quæ forte occurrunt ex parte materia, & causæ particularis: & quemadmodum artifex per excellentiam artis potest peruincere ineptitudinem aliquam instrumenti, illudque eleuare ad opus, quod alioqui longè excedit illius naturam, vt patet in iis, quæ vsque ad stuporem efficiuntur per ignem, tam in Chymicis, quam in aliisita & cælum per efficaciam suæ virtutis potest tollere plura impedimenta ex causis particularibus, & si quæ causa impeditur, verbi gratia, per excessum frigiditatis, aut siccitatis, potest illam iuuare per appositionem contrariæ caliditatis, aut humiditatis, stante præsertim, quod astra non solum agant in hæc inferiora per lumen, & motum, quæ omnibus sunt communia; sed etiam per influentias, & virtutes, quæ sunt propriæ vniuersique, vt probant Philosophi, & admittit Sanctus Thomas *1. part. quest. 115. art. 4. & in 2. sent. dist. 15. quest. 1. artic. 1. & qu. 1. de spiritual. creat. art. 8. ad 12. & 2. cali. lect. 10.* & sæpè *alibi.* Vnde, cum ad temperamenta, & complexiones, & inclinationes cuiusque simul cum causis particularibus concurrat etiam cælum tanquam causa vniuersalis, si Astrologus videat, quod virtus cæli ex hac, vel illa dispositione astrorum, sit potens prædominari etiam debilitati causæ particularis, bene potest ex illa diuinare effectum talis, vel talis inclinationis.

7. Quod inclinationes præcognoscantur ex astris, etiã docet S. Thomas, & plures ex Patribus.

Et hoc, quod dicimus, posse ex astris præcognosci complexiones, & inclinationes cuiusque, præter Authores citatos *num. 4.* expressè habet S. Thomas *par. 2. q. 9. art. 5. in corp. & ad 3.* vbi ait, omnes vires sentitias moueri in nobis à corporibus cælestibus, in quantum mouentur ipsarum organa; & idèd nihil prohibere, quod aliqui ex impressione corporum cælestium sint faciles ad irascendum, vel concupiscendum, vel ad aliquam huiusmodi passionem: & *2. 2. quest. 5. art. 5. eos tantum effectus ait subtrahi à iudicio Astrologorum, qui sunt fortuiti, & casuales; & eos, qui sunt liberi, & contingentes ad vtrunlibet; & 3. contra Gen. cap. 84. in fine,* ait, quod dispositio corporis humani subiact motibus cælestibus; & idèd corpora cælestia possunt aliquid operari indirectè, etiam pro operationibus nostri intellectus, in quantum hæc non possunt compleri sine operationibus virtutum corporearum, quæ sunt imaginatio, & vis memoratiua, & cogitatiua; & subiact motibus cæli, cum sint virtutes organice: & quemadmodum ex dispositione corporis, v. g. ex molitudine

tudine carnis, quæ maximè potest haberi à cælo, potest colligi bonitas ingenij: vnde & 2. de anima, text. 94. dicitur, quòd illi sunt inepti mente, qui sunt duri carne; & illi benè apti, qui sunt molles: ita etiam possunt colligi aliæ habilitates, & inclinationes: & citat S. Augustinum lib. 5. de ciuit. cap. 6. tom. 5. vbi ait, non vsquequaque absurdè dici posse, quòd afflatus quidam syderum valent ad corporum differentias; sicut & valet ad varianda anni tempora Solis accessus, & recessus; & ad res aliquas augendas, aut minuendas, verbi gratia, echinos, & conchas, & admirabiles æstus Oceani, valent incrementa, & decremента Lunæ: & addit S. Damascenum lib. 2. de fide, cap. 7. vbi ait, quòd alij, atque alij Planetæ diuersas complexiones, & habitus, & dispositiones in nobis constituunt: & ex his concludit, quòd corpora cælestia indirectè operantur ad bonitatem intelligentiæ; & quòd Astrologi possunt iudicare de tali bonitate ex motibus cælestibus, tanquàm ex causa remota dispositionis, & complexionis corporalis, ex qua per accidens illa dependet: sicut & Medici de illa iudicant ex complexionem corporis, tanquàm ex dispositione proxima. Et quòd per hunc modum potest admitti etiam illud Ptolomæi in centiloquio, quòd cum fuerit Mercurius in natiuitate alicuius in aliqua domorum Saturni, & ipse fortis in suo esse, dat bonitatem intelligentiæ: & plura alia his similia sæpius repetit idem S. Thomas in capitibus sequentibus eiusdem libri, & præcipuè cap. 91. Et ex his facile soluitur, quomodo S. Augustinus lib. 5. de ciuitate, c. 2. affirmet, causam paræ agrotationis in duobus fratribus rationabilius referri à Medicis in complexionem, & temperiem à parentibus habitam, quàm ab Astrologis in constellationem, & vim astrorum, vt paulò antè retulimus n. 5. id enim non est ex eo, quia etiam alia verè ad illam non concurrerint, tanquàm causa vniuersalis, & remota; sed quia semper pro vnoquoque effectu meliùs assignatur causa proxima, quæ in dicta paritate agrotationis est par complexio, & temperies à parentibus habitam, quàm causa remota, quæ est dispositio, & vis astrorum: & quia communius non solent assignari causæ remotæ, rectè subiunxit S. Augustinus, quòd fuerit insolentia assignare, vt causam, constitutionem cæli, ac syderum: cum tamen reuerà rectè de illa affirmare poterit Medicus ex causa proxima, & rectè Astrologus ex causa remota, vt diximus ex S. Th. c. 84. cit.

Et quauis horoscopus, id est, punctus natiuitatis cuiusque, difficile possit certò haberi, ac deprehendi ab Astrologo, & fortasse cæli, & astra fortius influat in puncto conceptionis, quando semen viri recipitur in matricem, quod punctum adhuc difficilius potest haberi: ad hoc tamen, quod dicimus, posse ex astris cognosci inclinationes, satis est in præsentia, si supponamus, quòd habeatur, vnde cuncte tandem Astrologi illud habeant, quod in præsentia ad nos non pertinet.

Et præter obseruationes astrorum in puncto natiuitatis, aut conceptionis ad cognoscendas inclinationes cuiusque quasi habituales, & permanentes in actu primo, vel remotas ab actu secundo, possunt etiam esse licitæ huiusmodi obseruationes singulis diebus, aut horis, ad cognoscendas easdem inclinationes magis proximas, & quasi actuales, vel in se, vel in aliis. & quasi transientes simul cum actione, & influxu huius, aut illius astri: vt enim notat Christoph. Clavius ad c. 1. sphaera Ioan. de Sacro Bosco, dies hebdomadæ idè denominantur à certis Planetis; quia certi specialiter dominantur prima hora illius diei, & præterea singulis ho-

8. Astra possunt licitè obseruari, etiam diebus, & horis singulis pro cognoscendis inclinationibus.

ris cuiusque diei singuli dominantur ordine retrogrado: & horæ hæc de causa dicuntur planetariæ; quia per illas singulas dominantur Planetæ singuli, vt idem habet in c. 2. Sphaera. Ex hoc autè, quòd hoc, vel illud astrum specialiter dominantur hæc die, & specialius dominantur hæc hora, facile potest acciderè, quòd specialiter excitet hanc, vel illam inclinationem, v. g. ad iram, vel ad amorem, eamque magis actuet, & quasi impellat ad actum secundum: & qui id aduertat ex regulis Astrologiæ, benè potest sibi consulere, vt in se ipso meliùs regulet tali die, & tali hora huiusmodi inclinationes, & passiones; & in ordine ad alios meliùs dirigat alia negotia; & pro petenda gratia, v. g. à Principe, nò solum non adeat, quando ex astris excitatur ad iram, vel ad melancholiam, & tristitiam; sed è contra quando excitatur ad hilaritatem, & ad amorem, vt benè notat P. Nau. lib. 2. de rebus c. 2. cit. n. 70. & 71. vbi etiam laudat nobilem quandam Astrologum, & Theologum, qui cum similes impressiones cholerae, vel alterius passionis, & motus inordinati ex cæli dispositione sibi metuebatur, ad eam horam animù præparabat, religiosè Deum orando pro auxiliis suæ gratiæ, & occasiones vitando. Et eadè ratione prudèter faciet matris aliquis, si obseruet diè, & horam, qua, propter bonam constitutionem astrorum, det operam liberis, vt diximus paulò antè n. 3. & notat Albert. in Speculo astronomico, c. 14.

Sed negari non potest, quin huiusmodi obseruationes, quauis simpliciter, & absolute possint licitè fieri, & ex se careant superstitione, cum solum nitantur principiis, & causis naturalibus, quæ necessariò, & saltem frequenter, vel vt plurimum causant effectus; & idè in Bulla Sixti V. contra Astrologos, expressè, & specialiter excipiuntur à diuinationibus illicitis: sint tamè plena periculi, quòd communiter exercentur ab omnibus, etiam imperitis, & rudibus, quos Dæmon facile decipit, & trahit in superstitionem; & quoad alios facile generent plura inconuenientia, & Principibus grandem inducât sollicitudinem, si fiant de illorum morte; & subditis, qui communiter rerum nouarum sunt audiffimi, grandem curiositatem; & omnibus grande scandalum, & grandem inquietudinem; & idè iure, & meritò in sacris Canonibus, & Constitutionibus pontificiis grauius reprehenduntur, & puniuntur omnes artes diuinandi per astra, & specialiter in Bulla Vrbanæ VIII. Insuperabilis, de anno 1631. grauiusimè puniuntur per excommunicationem latæ sententiæ, & per confiscationem bonorum, & per supplicium etiam capitale, qui illas exercent super statum Reipublicæ Christianæ, vel Sedis apostolicæ, vel super vita, & morte Romani Pontificis pro tempore existentis, vel eius consanguineorum vsque ad tertium gradum inclusiuè. Et qua ratione per alias leges humanas non ea solum prohibentur, & puniuntur, quæ sunt ex se mala, & contra ius naturæ; sed etiam illa, quæ possunt esse occasio mali: eadem ratione licitè potest prohiberi, & puniri hæc diuinatione per astra, vt benè notat Petrus Nau. de rebus lib. 2. c. 2. n. 36. quauis de facto non sit prohibita generaliter, & quoad omnia; sed solum specialiter quoad ea, quæ iam retulimus ex Bulla Vrbanæ, imò & generaliter sit permissa quoad ea, quæ pertinent ad agriculturam, & artem nauticam, & artem medicam, vt patet ex Bulla Sixti V. qua iterum innouatur, confirmatur, & perpetuè approbatur quoad omnia per Bullam Vrbanæ.

Et potiori ratione prohibetur ex astris, tanquàm ex causis, prædictio eorum futurorum, quæ dicuntur contingentia ad vtrumlibet, & pendet ex libeto arbitrio; & eorum, quæ dicuntur merè fortuita, vt est,

9. Ex astris quædam ex causis non pendunt præ-

10. Et illorum diuinatione est peccatū mortale, & maximè illicita.

verbi gratia, inuentio thesauri, vt etiam sup. diximus disp. precedente, n. 17. nam, vt patet ex S. Thoma 2. 2. quæst. 95. art. 5. & 3. contra Gen. cap. 92. & opusculo 26. de iudiciis astrorum, ij effectus subtrahuntur causalitati cælestium corporum, qui sunt merè per accidens, vt, verbi gratia, quòd lapide cadente fiat terræ motus; vel quòd homine fodiente sepulchrum inueniatur thesaurus; & illi, qui sunt actus liberi: quia effectus primi generis verè, & propriè non habent causam; sed proueniunt ex rebus inter se disparatis, & inconnexis; neque propriè sunt ens, & vnum; sed entia, & plura, & indeterminata, & inquisitis penè modis variabilia, vt patet ex Aristotele 2. Phys. text. 50. & idè de illis neque est, neque potest esse scientia, aut ars, vel vlla certa speculatio; vt dicitur 6. Metaph. text. 4. idè enim terræ motus, verbi gratia, fit per accidens cadente lapide; quia nullam habet connexionem determinatam cum casu lapidis; & fieret etiam lapide non cadente: & sicut dicitur fieri illo cadente, ita & potest dici, quòd fiat ambulante Socrate, vel dormiente Platone, vel quouis alio quilibet aliud faciente: & eadem ratione inuentio thesauri est per accidens ad fossionem sepulchri; quia etiam fieret ad fossionem terræ pro agro colendo, vel pro domo ædificanda; vel si quadripes quomodocunque terram moueret, vel si terra ex se dehisceret, &c. atque ita cum omnis causa naturalis sit ex se determinata semper ad vnum, cuiusque operatio semper habeat terminum certum, sicut & habet certum principium, à quo procedit, id est, formam, & esse ipsius causæ; impossibile est, vt effectus per accidens in seipso incertus, & indeterminatus habeat causam certam, in qua possit cognosci, siue illa dicatur esse in astris, & in corporibus superioribus, siue in inferioribus, & in tota natura. Alij verò effectus secundi generis, id est, actus liberi arbitrij, cum ex se sint spirituales, & pertineant ad rationem, vt dicitur 2. de anima, text. 44. impossibile est, quòd habeant alia, vel quodcunque aliud corpus pro causa, & quòd in illis possint cognosci; & eo ipso, quòd sunt ad vtrumlibet, & in suis causis non magis habent sic, quàm non sic, vt dicitur 1. periherm. c. vlt. impossibile est, vt sint à potentia determinata ad vnum, quales sunt omnes potentie astrorum, & corporum cælestium; non autem à potentia, quæ sit æqualiter ad opposita; & idè rationalis, vt dicitur 9. Meteor. text. 3. Atque hinc fit, vt diuinatione horum effectuum ex astris, tanquàm ex causis, sit semper illicita, & superstitiosa, & peccatum mortale, vt notat Sanc. lib. 2. in Decret. 38. n. 30. & cuiuslibet Christiano sit tenendum, quòd quæ dependent à voluntate hominis, non subduntur astris ex necessitate, vt loquitur S. Thom. opusculo 26. cit. & idè huiusmodi diuinatione grauius prohibetur in Iure ciuili. L. Artem. L. Nemo, L. Eisi. C. de maleficiis, & Mathem. & in Iure can. Sed & illud, 26. q. 2. c. Igitur, 26. q. 3. & c. Non liceat, 26. q. 5. Et in Bulla citata Sixti V. æqualiter numeratur, & damnatur, cum aliis artibus diuinatoriis manifestè illicitis, v. g. Geomantia Hydro-mantia, Necromantia, & similibus; & declaratur esse superstitiosa, & in illam se immiscere operatio Dæmonis, & per illam auertere homines à via salutis, & inducere in periculum etiam infidelitatis, & inuoluere laqueo damnationis; & idè statuit esse puniendam in Officio sanctæ Inquisitionis: quod tamen non esset, si vel nullam esset peccatum, vel solum veniale. Et in alia Bulla Vrbanæ VIII. dicitur, quòd huiusmodi diuinatores antiquitas æstimauit veluti homicidas, & maleficos; & quòd prædictiones ab illis nò fiunt, nisi in deplorandam perniciem suarum animarum, & in graue scandalum Christi-

fideliū, & specialiter contra prædictiones de statu Christianæ Reipublicæ, & Sedis apostolicæ, & de vita, & morte Romani Pontificis, cuiusque consanguineorum vsque ad tertium gradum inclusiuè, non solum ponitur excommunicatio latæ sententiæ; sed etiam confiscatio bonorum, & poena vltimi supplicij, &c. quæ tamen omnia apertè ostendunt, quòd talis diuinatio sit grauius illicita, sicut & alia, in quas se immiscet operatio Dæmonis, & quæ puniuntur in Officio sanctæ Inquisitionis, vt diximus. Et ad idem facit, quòd in Regulis Indicia librorum prohibitorum, serid iniungitur Episcopis, vt libros, & tractatus, scripta, aut Indices de huiusmodi prædictionibus non permittant. Et denique in sacra Scriptura, tam veteri, quàm noua, & apud Sanctos Patres sapissimè reprehenduntur, & damnantur, qui dant operam huiusmodi diuinationibus, vt videre est in Bulla Sixti V. & apud Sanctum Thomam 2. 2. quæst. 95. art. 5. cit. & apud Pererium lib. 2. in Genesim, disp. contra Astrologos, cap. 1. tom. 1. & apud Suar. lib. de superstitione, cap. 1. num. 13. & seqq. sic enim Isa. 41. solius Dei dicitur esse proprium, vt cognoscat omnia futura. Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia, Dixistis vos. & cap. 44. Ego, inquit Dominus, irrita faciens signa diuinorum; & conuertens sapientes retrosum, & scientiam eorum stultam faciens, & cap. 47. Deus ipse sic deridet Babylonios, & Chaldaeos inspectionibus syderum maximè deditos: Stant, & saluent se augures cali, qui contemplantur sydera, & supputabant menses, vt eis annuntiarent ventura tibi, & Ieremias cap. 10. sic monentur Iudæi: A signis cali nolite metuere, quæ timent gentes. Et in Actis Apostolorum, cap. 19. dicuntur multi eorum, qui fuerant curiosa sectari, suos libros contulisse, & combussisse coram omnibus; itque ex Sancto Augustino post enarrationem in Psalmum 16. tom. 8. dicuntur fuisse talium artium homines.

Atque ex his colligitur, quàm sit falsum id, quod asserunt Astrologi communiter apud Petrum Nauar. lib. 2. de rebus, cap. 2. cit. num. 55. posse ex astris certò responderi ad interrogationes, quæ fiunt de furtis, de adulteriis, & de similibus; vt, quando quaeritur, verbi gratia, quis fuerit author furti, quod iam est patratum; & vtrum hæc femina verè sit virgo, an corrupta, & à quo corrupta, &c. si enim actus liberi non possunt prævideri in Astris, antequàm acti sint, neque in illis verè continentur, tanquàm in causis; neque etiam possunt in illis cognosci, postquam fuerunt, & siue inspicatur natiuitas eius, qui modò interrogat de furto, aut de stupro, siue illius, qui reuerà patrauit furtum, aut stuprum, & non scitur patrasse, non posse id certò sciri ex astris; etiam stante inclinatione ad furandum, vel ad stuprandum, quæ fortè de aliquo cognoscatur, cum furtum, & stuprum non contigerit ex inclinatione; sed ex actu voluntatis spontaneo, & libero; qui tamen in astris, tanquàm in causis, non continetur, vt etiam supra diximus dispositione precedente, num. 17. Atque hoc modo grauius reprehenditur, & punitur, cap. Ex turbarum de sortilegiis, quidam Presbyter, qui ad recuperandum furtum Ecclesiæ, vsus est inspectione Astro-labij: & quauis non intenderit inuocare Dæmonem; sed ex bono zelo, & ex simplicitate id fecerit; dicitur tamen id fuisse grauiusimum; & ille non modicam peccati maculam contraxisse.

Neque Astrologus ex tradita sibi hora, in qua est commissum, v. g. furtum, aut homicidium, & ex deprehensio Planeta, qui illi hora est dominatus, &

ex inspectis aliis astris, quæ cum illo habuerunt oppositionem, aut coniunctionem, vel talem, vel talem aspectum, & ex obseruata altitudine poli, quoad minuta, & partes minorum, sub qua est domus, aut via, in qua contigit furtum, aut homicidium, potest plus diuinare, quam actualem inclinationem huius, aut illius, qui fortè huic Planetæ peculiariter erat subiectus, per actualem excitationem passionis concupiscentiæ, aut iræ, ex qua potuit moueri ad furtum, aut homicidium; non tamen potest vilo modo diuinare, quòd de facto commiserit, cum ad hoc præter inclinationem ex passione fuerit necessaria electio libera; quæ tamen in astris non continetur. Et si diuinet vterius, quòd, qui est passus tali hora, ex tali astro inclinationem ad furtum, sit talis staturæ, talis coloris, & talium lineamentorum, qualia solent causari à tali astro in iis, quos habet peculiariter sibi subiectos, imò & talium vestimentorum, quibus illi solent delectari ex inclinatione eiusdem astri, vt communiter tradunt Astrologi; adhuc non potest diuinationem extendere, nisi fortè per coniecturam, & leuem suspicionem, quòd furtum commiserit per liberam electionem, quæ non cadit sub directam, & certam causationem astrorum, vt sepius diximus. Vnde & S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 5. in fine corp. postquam dixit, posse cæcos inclinare dispositiue ad actus liberi arbitrij, in quantum imprimunt in corpus humanum, & per consequens in vires sensitivas, quæ sunt actus organorum corporalium, & inclinant ad actus humanos; subdit, quòd ex hoc nulla necessitas imponitur libero arbitrio, cum possit homo per rationem operari contra inclinationem caelestium corporum, & vires sensitivæ rationi obediunt, vt dicitur 3. de anima, text. 42. & 47. & 1. Ethic. cap. vlt. & ex hoc tandem concludit, quòd actus liberi non possunt per certitudinem præcognosci ex consideratione astrorum: ac proinde non negat, quòd possint aliquo modo præcognosci per incertitudinem, id est, per coniecturam, & suspicionem.

11. Neque solum est illicitum ex solis astris, tanquam ex causis, diuinare effectus fortuitos, aut actus liberos, tanquam infallibiliter, & certò futuros; sed etiam vt futuros solum probabiliter, vt notat Suar. cap. 1. cit. num. 29. & seqq. Less. lib. 2. cap. 43. num. 42. Sanchez cap. 38. num. 33. nam in Bulla Sixti V. iubentur Ordinarij, & Inquisitores punire facientes iudicia, & natiuitates, in quibus aliquid affirmant de successibus futuris contingentibus, etiam si asserant, & protestentur, se id non affirmare, vt certò, & infallibiliter euenturum. In qua re multum addit, sine dubio, hæc Bulla ad nonam regulam Indicit, in qua Episcopi solum iubentur diligenter prouidere, ne legantur, aut habeantur libri, tractatus, aut Indices Astrologiæ iudiciariæ, qui de futuris successibus contingentibus, aut fortuitis casibus, vel de iis actionibus, quæ dependent ab humana voluntate, & libertate, certò aliquid euenturum affirmant; & nihil dicitur de iis, qui non certò, sed solum probabiliter aliquid affirmant de huiusmodi successibus. Et quanuis fortasse id, quod asserit Sixtus V. possit explicari in ordine ad forum exterius, in quo omnes huiusmodi diuinatores possent se excusare, quòd solum probabiliter assererent esse futuros huiusmodi successus: quod tamen statuit Pontifex non esse illis credendum, multò tamen est probabilius id, quod asserit Sanc. lib. 2. in Dec. c. 38. n. 34. & apud illum Salas 1. 2. tract. 5. disp. 2. sect. 3. n. 36. & sect. 8. n. 8. & Graff part. 1. decis. lib. 2. c. 5. n. 10. & Farinac. de heresi, q. 181. §. 1. num. 59. quòd etiam intelligatur pro foro conscientiæ: quia omne illud iudicium pro-

hibetur pro huiusmodi successibus contingentibus, quod permittitur pro tempestatibus in ordine ad artem nauticam, & ad agriculturam, & pro mutationibus corporum in ordine ad medicinam: quod tamen est solum probabile, & non omnino certum, vt diximus. Et clarissimè id probatur etiam ex Bulla Urbani contra diuinentes specialiter de statu Christianæ Reipublicæ, & de vita Pontificis, & consanguineorum, vbi inter ceteras pœnas etiam ponitur excommunicatio late sententiæ, etiam pro casu, quo protestentur, se tale aliquid non certò affirmare. Et ratio supra allata, quòd effectus fortuiti non habeant propriè causam, & actus liberi non possint esse, nisi à potentia rationali, & à causâ spirituali, & libera, tam probat, quòd non possint certò præcognosci in astris, tanquam in causis, quam quòd non possint præcognosci probabiliter, cum simpliciter, & absolute nullo modo in illis sint, tanquam in causis; & idè nullo modo possint in illis præcognosci. Vnde etiam c. flor. 26. q. 2. ex S. August. lib. 4. Confess. c. 3. absolute dicitur, quòd Christiana, & vera pietas repellit, & damnat eos, qui consulunt Planetarios, & Mathematicos: quod certè fieri potest, tam pro habenda notitia certa, quam pro habenda solum probabili; & Ierem. c. 10. absolute dicitur, quòd non est metuendum à signis cæli, quæ gentes timeant: atque ita omne illud iudicium à signis cæli videtur damnari à Sancto Propheta, ex quo potest consequi timor: quod tamen iudicium potest esse non solum certum; sed etiam probabile.

Ceterum, si quis faceret coniecturam probabilem de futuris contingentibus liberis ex aliquibus aliis circumstantiis, quæ possunt occurrere, & prudenter considerari; & simul inspiceret etiam alstra, vt esset certior de temperamentis, & inclinationibus, & etiam ex illis formaret iudicium prudens; non esset dicendus incurrere culpam diuinationis superstitiosæ, vt notat Delt. lib. 4. disq. mag. c. 2. qu. 3. Sanch. lib. 2. in Dec. c. 38. n. 34. Suar. de superstit. c. 1. n. 31. Less. lib. 2. cap. 43. n. 42. Caiet. 2. 2. q. 95. art. 5. Laym. lib. 4. tr. 10. c. 3. n. 5. Bonac. in prac. Dec. disp. 3. q. 5. puncto 3. n. 10. Val. 2. 2. disp. 6. q. 12. puncto 3. Pet. Nauar. lib. 2. de resit. c. 2. n. 28. & seqq. & clarissimè S. Thomas in 2. disp. 15. q. 1. art. vlt. ad vlt. & 1. part. qu. 115. art. 4. in corp. & ad 3. & 1. 2. qu. 9. art. 5. ad 3. & 2. 2. quest. 95. artic. 5. in corp. & ad 2. & 3. contra Genes, cap. 85. in fine: quia, quanuis caelestia corpora non possint directè agere in intellectum, & voluntatem; possunt tamen agere indirectè, dum agunt in organa sensuum interiorum, quibus maximè indiget operatio intellectus in hac vita; & dum causant, & excitant inclinationes, & passiones in appetitu, quas homines communiter sequuntur, etiam per actus liberos; & idè Astrologi frequenter vera pronuntiant etiam circa illos: quia pauci sunt sapientes, qui resistunt per voluntatem à Deo adiutam passionibus, & inclinationibus excitatis, & motis à cælo, & sic dominantur astris: quod esse possibile, disertè pronuntiant ipsi Astrologi, vt bene explicat S. Thomas loc. cit. & ex hac doctrina rectè colligit Pet. Nauar. num. 28. cit. quòd Astrologi, vt certius pronuntient de huiusmodi contingentibus liberis, solum debent de illis pronuntiare in communi; non autem in particulari de hoc, aut illo assensu, & actu libero; & solum de illis, ad quos homo naturaliter, & sensibiliter est inclinatus; non autem de illis, à quibus natura, & sensus potius abhorrent, vt est, verbi gratia, mortificatio, & penitentia: & denique solum debent pronuntiare, quòd fallibiliter, & contingenter sint

12. Ex inclinationibus eiusque, quæ possunt deprehendi ex astris, possunt etiam coniecturari futura contingentia libera.

13. Quomodo astra agant indirectè in intellectum, & voluntatem.

& citat pro hoc toto etiam Scotum, & S. Bonaventuram, & alios Scholasticos communiter, & Sylu. & Summistas verb. Superstitio: & addit num. 32. quòd parum refert, quomodo appellentur huiusmodi diuinationes, & prædictiones; & verum dici debeant coniecturæ, & coniectationes, vel opinionones, vel scientiæ morales, cum non sint certæ, nisi moraliter, & vtrplurimum, & sint circa actiones liberales, & morales.

Et fortasse hoc solum intendit etiam Regula Indicis num. 9. paulò antè cit. quòd Episcopi circa libros, & scripta Astrologiæ iudiciariæ debent cauere, ne illi legantur, aut habeantur, qui de futuris contingentibus, aut de iis actionibus, quæ dependent à libera voluntate, audent certò affirmare; quòd aliquid sit euenturum: quia enim affirmatio non certa potest esse solum coniecturalis, & aliunde perita, quam ex sola causalitate astrorum; non est, quòd tanta severitate prohibeantur libri, aut scripta, quæ illam admittunt. Et eadem ratione diuinationem hanc coniecturalem, & fallibilem, & indirectam ex astris, non sunt dicendi damnare, & reprobare, vt illicitam Sancti Patres, & sacri Canonnes, quos refert Petr. Nauar. num. 35. siquidem vel loquuntur de speciebus diuinationis in vniuersum, etiam per magiam, & incantationem, & augurium, & c. vel si loquuntur specialiter de Astrologis, loquuntur solum de illis, qui habent pactum tacitum, vel expresse cum Dæmone; & contendunt diuinare etiam illa, quæ nullo modo possunt haberi ex causalitate astrorum, & contingente prænuntiant, vt certitudinaliter, & infallibiliter euentura; non autem solum coniecturaliter, & fallibiliter: & eorum aliqui rectè monent, neque etiam diuinationi alioqui licitæ esse multum insistendum: quia etiam hæc est plena periculi, & per illam Diabolus facilè inducit in superstitionem, & diuinationem illicitam, vt supra diximus num. 8.

14. Quoad casus verò fortuitos diuinandos, etiam probabiliter, & coniecturaliter, minus certitudinis, & firmitatis habet Astrologus, quam circa diuinandos actus liberos iam explicatos; siquidem illi, cum sint entia, & effectus merè per accidens, nullam habent causam per se, siue in astris, siue in inferioribus, vt supra diximus num. 9. neque ad illos est inclinatio, quam sequantur etiam probabiliter, & vtrplurimum: nam, quanuis aliquis, verbi gratia, ex signo Martis sit propensus, & inclinatus ad faciliè rixandum; & aliquis ex signo Aquarij ad piscandum, vel natandum, vel nauigandum: non potest tamen dici, quòd ille sit inclinatus ad moriendum in rixa; & hic ad motiendum in aquis: & idè ex illa inclinatione non potest Astrologus, etiam probabiliter pronuntiare hanc mortem, anquam causam ex astris, mediante inclinatione ad rixandum, & ad natandum. Et ratio est: quia reuertè solum per accidens, & ex positione merè casuali alicuius alterius, contingit huiusmodi mors ex dicta inclinatione; & si illud nunquam ponatur, hæc nunquam contingit: & idè quemadmodum neque ex astris, neque ex inclinatione potest cognosci, & prænuntari, quòd illud ponatur; ita nec potest cognosci, & prænuntari, quòd mors sequatur: sed tota coniectatio debet fundari in hoc alio principio merè extrinseco, quòd casus, & infortunia sæpè accidunt in rixis, & in natationibus, vel in nauigationibus: quod tamen principium neque in astris, neque in inclinationibus potest cognosci; sed solum habetur ex pluribus experimentis, quæ sepius, & à pluribus facta dederunt occasionem dicto proloquio: nam, vt patet ex Aristotele 2. Poster.

cap. vlt. & 1. Metaph. initio, & 6. Ethic. cap. 3. & sæpè alibi assensus principiorum vniuersalium, quæ in scientiis dicuntur prima, & indemonstrabilia, & circa quæ non contingit aliquem errare, in tantum habetur experimento, & inductione, in quantum primò indiuiduum al quod singulare sensibile iterum, ac sæpius mouet sensum; & deinde sensationes, & cognitiones huiusmodi relinquunt speciem in memoria; & intellectus comparat inter se huiusmodi memorias, seu recordationes talium obiectorum, & ex omnibus conficit experimentum, seu iudicium actuale, quòd idem erit etiam de aliquo alto obiecto, quod sit eiusdem rationis cum obiectis prius cognitis, & sensatis; & tandem ex huiusmodi experimentis mouetur ad melius considerandas, & cognoscendas eorum rationes, & ex illis melius penetratis format iudicium; & assensum immediatum vniuersalem, illàque accipit, vt principium per se notum, & tanquam indemonstrabile per quocumque aliud, quod sit prius, & notius; & dum sensus, verbi gratia, cognouit, quòd hoc rheubarbarum purgauit choleram Socrati, & illud Platoni, cuiusque purgationis sic cognita reliquit speciem sui in memoria, quoad hoc vtrunque indiuiduum, intellectus vtriusque comparans inter se, colligit experimentum; quòd etiam tertium rheubarbarum purgabit choleram alicui tertio; & tandem bene expensa ratione vtriusque terminis, id est, rheubarbari, & cholerae; & bene penetrata connexionem, quam habent ad inuicem, format iudicium, & assensum vniuersalem, quod omne rheubarbarum purgat choleram: eadem ergo ratione illud proloquium, quòd in rixis, & in natationibus; vel nauigationibus, verbi gratia, faciliè accidunt mortes, & infortunia, non aliunde est habitum; quam ex pluribus notitiis sensitivis, quòd huic, vel illi rixanti, vel natanti, aut nauiganti contigit mors, & infortunium: quia deinde ex memoriis huiusmodi euentuum inter se comparatis bene potuit intellectus colligere experimentum, quòd etiam aliis deberent contingere; & tandem format commune proloquium, quòd in rixa, & in natatione, & in nauigatione sæpius accidunt mortes, & infortunia. Verum, quia connexio inter hos ipsos terminos rixæ, & mortis, verbi gratia, non est per se; sed merè per accidens, & absolute potest non esse, & quando est, ex infinitis penè accidentibus potest variari, vt, verbi gratia, quia quis in terram est lapsus, quia ventus in oculos puluerem fecit, quia alius superuenit pro inimico, quia aliquid è tectis decidit, & c. & his omnibus politis, adhuc potest non esse; hinc est, quòd Astrologus non possit præcognoscere in astris, tanquam in causis, quòd hic, aut ille, quem videt esse inclinatum ad rixam, sit moriturus ex rixa, & non obstantibus quibuscumque experimentis, quibus dicit inniti suam scientiam, non potest id certò prædicere, & diuinare, cum experimenta non possint fundare assensum, & iudicium certum, nisi ostendant connexionem per se, & ad illam quasi manuducant intellectum, vt contingit in primis principiis scientiarum; quod tamen non potest esse in infortuniis, & in euentibus merè per accidens, cum præsertim experimenta possint fieri etiam in partem oppositam, & reuertè multi inclinati ad rixandum, & faciliè, & sæpè cum vltis rixentur; nec tamen moriantur in rixa; & idè si Astrologus certò præuideat in astris, quòd hic, aut ille furus sit inclinatus ad rixandum; non tamen potest certò præuidere, quòd si infallibiliter rixaturus, cum ad hoc requiratur actus liber vltendi rixari ex parte illius, & similis: & liber ex parte alterius.

alterius, cum quo rixabitur; & multò minùs potest certò prædicere, quòd sit moriturus in rixa, cum rixa non inferat necessariò mortem rixantis, neque habeat cum illa necessariam connexionem; idque experimento multorum sæpiùs sit compertum. Et quando experimenta solùm essent pro parte affirmatiua, & reuerà omnes rixantes ex inclinatione talium astrorum morerentur in rixa, adhuc Astrologus non esset tutus à superstitione, si id certò tribueret virtuti astrorum, cum aliunde certò constet, quòd infortunia, & euentus per accidens, neque in astris, neque in vllò alio possunt habere causam certam, & determinatam, vt diximus: & quæ ratione ex operationibus incantatorum, & magorum non potest fieri certum experimentum, & inductio, quæ liberet à superstitione aliquem alium, qui fortè velit eadem facere per eadem carmina, & per easdem incantationes; quia aliunde certò constat, quòd illa carmina non operantur ex se, & ex virtute propria; sed illis se adiungit operatio Dæmonis: eadem ratione non potest fieri certum experimentum, & certa inductio ex diuinationibus Astrologorum circa huiusmodi contingentia merè fortuita, & casualia, cum similiter etiam de illis certò constet, quòd non proueniunt ex virtute astrorum, vt bene notat Petrus Nau. lib. 2. de rest. cap. 2. num. 42. & 43.

15. *Quomodo astra faciunt aliquem fortunatum.*
An autem possit Astrologus diuinare ex astris, quòd hic, aut ille sit benè, vel malè fortunatus, videri potest apud S. Thomam 3. contra Genr. cap. 92. & Ferraciensem ibidem, & Petrum Nauar. cap. 2. cit. num. 48. & seqq. quia enim fortuna de iis dicitur, quæ contingunt, neque semper, neque vltimum, siue bona, siue mala, alicui agenti per intellectum, & præter intentionem illius, vt patet ex Aristot. 2. Phys. text. 52. & seqq. non aliter potest cælum concurrere ad bonam, aut malam fortunam alicuius, nisi tribuendo inclinationem, aut dispositionem, & habilitatem ad aliquid, cui per accidens sit coniunctum aliquod aliud bonum, vel malum: & dum aliquis, verbi gratia, ex impressione cælestium corporum, & superiorum causarum, inclinatur ad aliquas electiones sibi vtilis; quarum tamen vtilitatem propria ratione non cognoscit, dicitur esse benè fortunatus à cælo, vt ibi loquitur Sanctus Thomas; & hoc modo etiam Aristoteles lib. 2. magnorum Moral. cap. 9. asserit, eum esse fortunatum natura, qui sine ratione ad bona impellitur, eaque consequitur: & si quis roget ita operantem, cur hoc, vel illud faciat, ex quo illi contingunt bona; etiam dicit, se nescire, & solùm facit, quia libet; & vltèriùs planè nescit, quare libeat; sed ad illud impellitur citra ratio, nem, sicut & impelluntur lymphatici: qua de causa etiam dixit paulò superius idem Aristoteles, quòd fortuna in iis est, in quibus neque mens vlla, neque ratio est; & quòd vbi mens, & ratio est plurima, ibi fortuna est minima; & vbi plurima est fortuna, ibi mens est perexigua. Sed præter huiusmodi inclinationes, dispositiones, & habilitates, quæ possunt in vnoquoque haberi, & ab Astrologo præuideri ex astris, rectè notat Sanctus Thomas 3. contra Genes. cap. 92. citato: quòd concurrat ad euentum fortuitum etiam operatio Angeli benè dirigentis, & quasi manu-ducantis intellectum, & operatio Dei benè inclinantis, & mouentis voluntatem ad illam electionem, cui per accidens est coniunctum illud aliud bonum, vnde postea quauis euentus sit verè fortuitus respectu hominis, cui contingit præter rationem, & intentionem, & respectu cæli, quod

non potest per se illum intendere, & causare, vt notat ibi Sanctus Thomas; non tamen est fortuitus respectu Dei, & Angeli, qui ex certa ratione, & intentione ad illud sunt operati: & operatio vel concursus astrorum, & cæli ad huiusmodi electionem hoc maximè differt ab operatione, & concursu Angeli, vt subdit Sanctus Thomas, quòd illa solùm est per modum alicuius passionis corporalis, quam excitat, & per quam communiter mouet ad aliquid eligendum, vt, verbi gratia, per amorem, per odium, per iram: hæc verò est per modum alicuius considerationis intelligibilis sine passione, vt, verbi gratia, illuminando intellectum alicuius ad cognoscendum, quòd aliquid est bonum fieri, etiam si non vltèriùs instruat de ratione, propter quam est bonum, & ex qua haberetur intentio, & ratio finis. Et propter hunc primum concursus cæli per modum passionis, potest etiam tribuere specialem aliquam efficaciam ad prosecutiones, & vltimas executiones huiusmodi electionum, vt patet ex iis, qui ad certa opera pollent speciali virtute, qua carent alij, vt, verbi gratia, Medicus ad sanandum, agricola ad plantandum, miles ad expugnandum: nam, quemadmodum in corporibus, etiam inanimatis, reperiuntur quædam virtutes, & efficacia: præter illas, quæ consequuntur ex qualitibus actiuis, & passiuis elementorum, eaque sunt subiectæ corporibus cælestibus, & ab illis dependent, vt, verbi gratia, quòd magnes attrahat ferrum; & quidam alij lapides, aut herbe habeant quædam alias virtutes occultas: ita & possunt aliqui homines ex impressione corporis cælestis habere aliquam efficaciam in aliquibus operationibus, quam non habent communiter alij; & hæc etiam pertinet ad eorum fortunam bonam, aut malam, in quantum habetur à cælo: vnde & huiusmodi Medicos communiter dicimus benè fortunatos in curando, & huiusmodi milites benè fortunatos in expugnando: & hac ratione si talis aliqua virtus, & efficacia ad expugnandum deprehenderetur in eo milite, qui esset dux exercitus, etiam posset diuinari victoria, nisi casus aliquis fortuitus, qui non esset præuisus, eam impediret, quauis, propiè loquendo, huiusmodi euentus non sint fortuiti etiam respectu cæli, cum proueniunt determinatè: & per se ex illa virtute, & efficacia, quam hic, aut ille habet à cælo, vt eligat ad suos fines media conuenientia, & efficaciter illa prosequatur; & totum id exequatur, quòd requirit effectus vltimò intentus, vt loquitur Sanctus Thomas cap. 92. citato, §. Quantum verò ad primum. Quare si Astrologus ex astris præuideat de hoc, aut illo talem aliquam efficaciam, & virtutem ad aliquid; non tamen propterea diuinabit de illo bonam fortunam, cum talis virtus, & efficacia respectu effectus, ad quem est, non sit fortuna, & causa per accidens; sed per se: & quatenus cælum inclinatur per modum passionis ad aliquas electiones, quibus per accidens sunt coniuncta aliqua commoda, vel incommoda; non potest Astrologus diuinare vniuersaliter de aliquo, quòd in omnibus sit futurus benè, vel malè fortunatus, vt concludit Sanctus Thomas 3. contra Genes. cap. 92. citato, in fine; & ex illo notat Petrus Nauar. lib. 2. de rest. cap. 2. num. 50. siquidem inclinatio à causis naturalibus, & necessariis, quales sunt cæli, est semper determinata, & ordinata ad vnum, & quæ benè, vel homini accidit secundum fortunam, sunt indeterminata, & infinita, & nullo modo ad vnum reuocabilia, vt dicitur 2. Phys. text. 50. sicut

sicut nec illa, quæ possunt accidere causa per se, vt, verbi gratia, edificatio, quòd sit albus, musicus, pulcher, deformis, talis, vel talis staturæ, huic, vel illi amicus, diues, aut pauper, his, aut illis indutus vestibus, &c. & idè non potest de illis esse scientia, aut certa speculatio, & notitia, vt dicitur 6. Metaph. text. 4.

DISPUTATIO V.

De diuinatione per astra, tanquam per signa futurorum effectuum, siue naturalia, siue ad placitum.

1. Secundum aliquos, etiam ex Patribus, astra sunt solùm signa, non autem cause futurorum euentuum.
2. Cæli, secundum aliquos, sunt quasi liber vniuersitatis, quoad omnes euentus futuros.
3. Secundum aliquos, etiam Christi Conceptio, & Natiuitas ex Virgine, sunt præcognita in astris.
4. Præsignificatio futurorum per astra non officit libertati.
5. Et potuit Deus illa statere, vt signa ad placitum.
6. Cæli, & astra non possunt esse signa naturalia omnium euentuum futurorum.
7. Neque sunt signa ad placitum euentuum futurorum supernaturalium.
8. Neque Christi Conceptio, & Natiuitas ex Virgine, & alia huiusmodi, potuerunt deprehendi ex astris.
9. Astra non sunt signa ad placitum euentuum liberorum.
10. Neque illorum omnium, quæ eueniunt circa plantas, & circa animalia.
11. Neque illorum, quæ eueniunt circa homines.
12. Soluntur loca Scripturæ, quòd cælum sit liber vniuersitatis.
13. Supposito hoc rerum ordine, quem Deus de facto posuit, non potest cælum esse liber vniuersitatis.
14. Quæ ratione Astrologi aliquando prædicant vera.
15. Quomodo aliqui intra terram præuideant venas aquarum, & metallorum.

1. Secundum aliquos, etiam ex Patribus, astra sunt solùm signa, non autem cause futurorum euentuum.

ROSITO, quòd futura, præsertim libera, & contingentia, non possint certò diuinari per astra, tanquam per causas, explicandum vltèriùs est, verum saltem possint diuinari, tanquam per signa, siue naturalia, siue ad placitum: nam, quòd astra sint signa, non autem cause generationum, expresse habet S. Damascenus lib. 2. de fide, cap. 7. & apud Petrum Nau. lib. 2. de rest. cap. 2. num. 62. & stellas potius significare, quam facere ea, quæ ex ipsis prænunciantur, dixerunt aliqui alij apud S. Thomam 2. 2. quest. 95. art. 5. in cap. & vt refert S. Augustinus lib. 5. de ciuit. cap. 1. versus finem, tom. 5. aliquorum non mediocriter doctorum hominum sententia fuit, quòd stella debeant dici potius significare futuros euentus, quam facere; & quòd quasi quædam locutio sit illarum positio, prædicens futura, non agens: eamque sententiam ibi non aliter improbat S. Augustinus, quam asserendo, non ita loqui Astrologos, & Mathematicos, neque asserere, quòd Mars, verbi gratia, ita positus hominidam significet; sed quòd faciat: & idè à Philosophis, & à sapientioribus accipere eos debere sermonis regulam ad ea prænuncianda, quæ putant se repetere in syderum positione: & præterea quia

nunquam satis explicant, quare aliquando contingat tanta diuersitas in actionibus, euentibus, profusionibus, honoribus, cæterisque omnibus, quæ possunt pertinere ad vitam geminorum, qui solùm per exiguum temporis intervallum in nascendo separantur; & tamen quoad hæc omnia dissimiliores inter se sunt, quam multi extranei. Imò nec desunt, qui asserunt, pro hac sententia significationis per astra, & non causationis futurorum euentuum, verè esse S. Augustinum: siquidem lib. 2. de Genesi contra Manicheos; cap. 2. tom. 1. expresse asserit, non esse credendum, quòd in corporibus cælestibus ita lateant humanæ cogitationes, sicut latent in his corporibus inferioribus: sed in illa perspicuitate, & simplicitate cælestium corporum omnes animi motus apparent, sicut aliqui solent apparere in vultu, & præcipuè in oculis aliquorum.

Sed reuerà per corpora cælestia non intelligit eo loco S. Augustinus cælos, & sydera, de quibus non loquitur; sed nostra ipsa corpora, prout fuissent in Paradiso, si status innocentie perdurasset; vel prout erunt post communem resurrectionem in statu gloriæ; & solùm asserit, quòd simulatio, & fictio, & mendacium non inceperunt, nisi post contractam mortalitatem; & post factas à Deo primis parentibus tunicas pelliceas ex animalibus mortuis; non autem priùs, quando illorum corpora erant quasi cælestia, & incorruptibilia. Et in iisdem corporibus tali modo cælestibus negat, quòd poterunt, vel poterunt latere, & occultari per fisiones; & per mendacia cogitationes, sicut modò occultantur, & latent in iisdem corporibus inferioribus, & terrenis; sed cordis arcana omnibus patuissent; sicut modò motus aliqui animorum apparent in vultu, & in oculis aliquorum, atque ita fictionibus, & mendaciis nullus fuisset locus, vt bene expendit Perer. lib. 2. in Genesim, disceptans contra Astrologos, cap. 4.

Sed, quicquid sit de vera intelligentia verborum S. Augustini, quòd astra sint signa futurorum euentuum, non autem cause; ex professo asseruit ex antiquis Origenes in suis Commentariis super Genesim, vt refert Eusebius lib. 6. de præparat. euang. cap. 9. dum enim explicaret illa verba cap. 1. *Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem; & sint in signa & tempora, &c.* asseruit, astra à Deo esse posita in cælo, tum ad alia multa, tum verò ad hoc specialiter, vt sint signa futurorum euentuum, totumque cælum esse veluti librum, in quo Deus depinxit, atque descripsit quicquid futurum est per totum decursum temporum futurorum: idèque asseruit etiam Plotinus, Origenis discipulus, in libro, quem scripsit, *utrum stella aliquid agant; & in libro de furo, cap. 6.* vbi etiam addit, eos, qui considerant stellas, quasi litteras, futura omnia in iis legere, earumque significationem, & intellectum ex ipsis figuris indagare per quandam comparisonem analogicam, quam faciunt, inter virtutes, & qualitates astrorum, & inter naturas ipsorum euentuum; idque esse probabiliter dictum, & minimè esse damnandum, etiam asseruit Iulius Sirenus lib. 9. de fato, cap. 35. & apud Pererium cap. 4. cit. Et Albertus Magnus in libro, quem inscripsit, *Speculum astronomicum; & habetur ad finem paruarum Naturalium, cap. 11. (si tamen is liber est Alberti);* ex Introductorio magno Albumazar, Astrologi Arabis, & antiquissimi, asserit, quòd Deus extendit cælum, sicut pellem, illudque formauit, & esse voluit quasi librum totius vniuersitatis, & in illo ea omnia descripsit, quæ priùs scripserat secundum suam prouidentiam in libro æternitatis, & ne opus faceret

2. Cæli, secundum aliquos, sunt quasi liber vniuersitatis quoad omnes euentus futuros.

3. faceret incompletum, neque etiam voluit in eius litteris deesse Natiuitatem Christi de Virgine, cum exprellione etiam nominis nunciati ab Angelo: siquidem Albumazar in lib. cit. tract. 6. differentia 1. cap. de ascensionibus imaginum, qua ascendunt cum Virgine, sic ait: *Ascendit in prima facie Virginis, Puella, qua est Virgo pulchra, atque honesta, & munda, prolixi capilli, & pulchra facie: & ipsa sedet super sedem stratam, & nutrit puerum, quem vocant Christum, & quaedam gens vocat Iesum: & ascendit cum ea stella Virginis, &c.* Et, vt subdit ibi Albertus; certum est, quod Christus est natus sub ascendente Virgine, & aquatio motus octauae sphaerae fuit tunc octo graduum; & triginta septem minorum cum duobus secundis: idq; potuit describi, & legi in libro cali; non, quia subiaceat stellarum motui, aut stellarum iudicio natorum desideratissimus, qui creauit ipsas stellas; sed, quia in libro vniuersitatis, quem Deus formauit, Deus ipse noluit deesse etiam hoc, quod ipse de Virgine natus esset, vt per hoc inueneretur, quod esset homo naturalis, & verus; & quantis non naturaliter nasceretur; & non quia cali figura causa esset, quare nasceretur; sed quia solium erat significatio, imò verius ipse erat causa, quare motus admiranda sua natiuitatis significaretur per calum. Et simile quid de Christi conceptione, & natiuitate ex astris praesignificata, & de facto ex astris deprehensa per tres Magos euangelicos, asseruit postea etiam Petrus Aliacen. quib. 30. in Gen. & Chalcedius Platonius in Timaym, & alij apud Melchiorum Inchofer, nostrae Societatis Theologum, in Commentario eruditissimo, quem inscripsit, Tres Magi euangelici: cap. 17. Et quod calum sit quasi liber totius vniuersitatis, probat Origenes ex libro quodam magne auctoritatis, & fidei apud antiquos, cui titulus erat, Narratio Ioseph, in quo Iacob Patriarcha inducitur alloquens suos filios, & inter cetera hoc etiam illis affirmans, quod legisset in tabulis caeli, quaecumque ipsis, & ipsorum filiis essent euentura. Et ex Iulio Sireno loco cit. non solum faciunt ad hoc idem probandum ex sacris Litteris verba Genesis cap. 1. *Fiant luminaria in medio caeli: & sint in signa, &c.* sed etiam verba Isaiae cap. 34. *Complicabuntur, sicut liber, cali.* Et Apocal. cap. 6. *Calum recessit quasi liber inuolutus.* quia, nimirum, cali toto hoc tempore, sunt quasi liber apertus, & explicatus omnibus ad legendam; & post diem Iudicij quasi claudentur, & complicabuntur. Et Plal. 18. *Cali enarrant gloriam Dei.* & Plal. 21. *Annuntiabunt cali iustitiam eius.* & Plal. 88. *Consuebunt cali mirabilia tua, Domine.* Neque haec significatio futurorum euentuum per astra, & per aspectus, aut coniunctiones, vel oppositiones astrorum plus officit nostrae libertati, vt subdit Origenes loco cit. & Alber. cap. 12. quam officiat, quod Deus futura omnia descripta habeat in libro suae aeternitatis, & aliqua reuelauerit per Prophetas; quia, nimirum, non ided sunt futura, quia praesciuntur à Deo, & reuelantur per Prophetas, & praesignificantur per astra; sed ided praesciuntur, & reuelantur, & praesignificantur, quia sunt futura: & reuera ita liberè sunt futura, praesupposita praescientia diuina, & reuelatione prophetica, & praesignificatione caelesti, atque essent futura, si nihil ex his omnibus praesupponeretur.

4. Praesignificatio futurorum per astra, non officit libertati.

5. Et potuit Deus ipsa signa ad placitum futurorum euentuum, non est dubitandum, cum hoc nullam implicet contradictionem; & id solum negetur diuinae omnipotentiae, quod in seipso repugnat: & qua ratione potuerunt homines, vt signum vini vendibilis statuere, v.g. raticum; & vt signum future Concionis statuere sonum

campanae, & pro solo arbitrari possunt statuere quodlibet ad significandum quodlibet, vt patet in vocibus diuersorum idiomatum, & in litteris, characteribus inter se diuersissimis, qui assumuntur à diuersis nationibus; & in cifris, quibus vtuntur pro suis arcanis Viri principes: eadem ratione potuit Deus pro arbitrari statuere astra, vt significarent futura, habita praesertim ratione illius conuenientiae analogicae, quam possunt habere cum ipsis futuris ratione propriarum virtutum, & qualitatum, vt sup. diximus ex Plotino. Et hanc ipsam significacionem sibi arbitriam, & voluntariam bene potuit Deus docere Adam; & per hunc transmittere etiam ad alios, quantum parauerit deperierit illius notitia, & modò vix aliquid de illa habeatur per laborem, & studium Astrologiae. Et vterius, quod de facto Deus statuerit, & posuerit astra, vt signa futurorum, non solum probatur ex locis Scripturae paulò antè allatis, quibus astra dicuntur esse posita nobis in signa, & caelum explicari, & compliacari, vt liber, & enarrare, & annunciare, & confiteri gloriam, & iustitiam, & mirabilia Dei; sed etiam ex communi experientia, qua periti Astrologiae ex huiusmodi signis quotidie praecognoscunt futura; & haec eo modo eueniunt suo tempore, quo ab illis fuerunt praecognita, & praenunciata ex astris.

6. Cali, & astra non possunt esse signa naturalia omnium euentuum futurorum.

Verum, vt in hac re certius statuamus, quid sit tenendum: quod astra non possunt esse signa naturalia omnium euentuum futurorum, aperte conuincit ratio S. Th. 2. 2. q. 95. art. 5. nam quod aliquid corpus sit signum naturale alterius, non potest aliunde esse, nisi quia sit inter ipsa naturalis, & necessaria connectio, & vnum sit causa, & alterum sit effectus, vel vtrunque sit effectus naturalis alicuius tertiae causae: primo enim modo exanotu cali possunt cognosci eclipses, & venti, & pluuia, & mutationes temporum; quia motus se habet ad illa, vt causas, & secundo modo ex fumo potest cognosci ignis, qui latet; quia fumus se habet ad ignem, vt effectus, & tertio modo ex iride potest cognosci serenitas; quia tam iris, quam serenitas, sunt effectus naturalis, & necessarius alicuius tertiae causae, id est, tenuitatis, & paucitatis vaporum, qui sunt in aere. Certum autem est, quod cali, & astra non sunt causa naturalis, & necessaria omnium euentuum futurorum, vt patet ex dictis disp. praeced. neque sunt effectus illorum omnium, vt ex se patet; neque sunt tam cali, & astra, quam omnia futura effectus naturalis, & necessarius alicuius tertiae causae, cum haec nulla possit esse alia, nisi Deus; & certissimum sit, quod hic non agat ex necessitate natura; sed maxime liberè, & voluntarie: & ided ex eo, quod iam causerit, verbi gratia; caelum, & astra, non possit inferri, quod certò sit causaturus etiam hoc, vel illud futurum; & quod iam sit indiuicta connectio naturalis, & necessaria inter caelum, & hoc futurum, cum etiam posita causatione cali, & astrorum, eorumque motu, & circunvolutione, adhuc maneat hoc, vel illud futurum in libera potentia Dei, & vere sit ad vtrunlibet, & non magis se habeat sic, quam non sic, vt dicitur 1. periberm. cap. 6.

7. Neque sunt signa ad placitum euentuum futurorum supernaturalium.

Quod verò astra neque etiam sint signa ad placitum, & ex Dei institutione omnium futurorum, probatur: quia primò certum est, quod non possunt esse signa futurorum euentuum supernaturalium, vt quòd hic, verbi gratia, aut ille sit connectendus ad fidem catholicam; quòd sit elicitorus actum contritionis, aut charitatis, pro vt oportet, ad hoc vt gratia iustificationis ei conferatur; quòd sit persecutorius in bonis operibus, & moriturus in statu gratiae; & inter Sanctos regnatorus cum Christo; & alia huiusmodi

6. Cali, & astra non possunt esse signa naturalia omnium euentuum futurorum.

7. Neque sunt signa ad placitum euentuum futurorum supernaturalium.

huiusmodi, quae Deus posuit in sua potestate, & solum scripsit in libro suae aeternitatis, & praedestinationis, in quo legitur solum ab ipso sic enim in Trident. sess. 6. c. 12. de reformat. & can. 15. & 16. definitur, quòd, quoad viuimus in hac mortalitate, nemo potest, aut debet certò praesumere de sua praedestinatione; & quòd certò sit habiturus donum perseverantiae, & quòd non nisi ex speciali reuelatione potest certò sciri, quos Deus elegerit; quod tamen esset falsum, si Deus ipse astra institueret, vt essent signa huiusmodi euentuum supernaturalium futurorum; siquidem eorum significacioni certò, & infallibiliter deberent respondere ipsi euentus, ne alioqui Deus conuinceretur, aut fuisse ignorans, si non sciuisset signa statuere, aut fuisse fallax, & mendax; si statuisset falsa, & sine correspondentia rerum significatarum.

8. Neque illud est admittendum, quod paulò antè retulimus num. 3. ex eodem Alberto, quòd etiam Christi Conceptio, & Natiuitas ex Virgine sit deprehensa ex astris per eundem Albumazar: quantum enim habita iam notitia talis Conceptio, & Natiuitatis, qualè nos Christiani certissimè credimus, & praedicamus, facile potuerit Albumazar, aut alius quicumque Astrologus aliquid obseruare in astris, quod ipsi videretur tale aliquod praenotare; ea tamen praenotatio solum fuit ex apprehensione, & imaginatione ipsius Astrologi; non autem ex vera significacione ipsius astra: nam alioqui etià Diabolus huiusmodi mystetia praecognouisset ex astris, ac proinde nunquam tentasset, aut impulsisset Iudaeos, vt illum occiderent: siquidem similiter prauidisset ex iisdem astris totalem euersionem sui imperij, quod tanto ià tempore exercebat in homines. Vnde, quod asserit Aristoteles in libello de somnis, c. 2. quòd facile decipimur circa sensus, quòd existimus in passionibus; & qui est, v.g. in passione timoris, etiam ex modica similitudine videtur sibi videre hostes; & qui est in passione amoris, videtur sibi videre dilectum; & febricitantibus videtur interdum animalia in parietibus, ex modica similitudine linearum compositarum: & haec apparentia aliquando ita intenditur praemagnitudine passionis, vt non modò nos lateat, quòd decipimur; sed etiam re ipsa moueamur ad ea, quae sic apparent: hoc, inquam, proportionaliter potuit acciderè etiam Astrologis, qui ex voluntate praecognoscendi in astris etiam Christum, ex leuissima aliqua similitudine visi sunt sibi verè illum praecognouisse; nec aduerterunt, quòd fallerentur. Et quod dicimus de Christi Conceptione, & Natiuitate ex Virgine, intelligi debet etiam de illius morte in Cruce, quam aliqui alij retulerunt in astra, & de egressione Iudaeorum ex Aegypto, & de transitu maris rubri, & de Arca Noè, & de miraculo diuini amoris in Sancto Francisco, & de pluribus aliis, quae plures Astrologi ineptè asseruerunt.

8. Neque illud est admittendum, quod paulò antè retulimus num. 3. ex eodem Alberto, quòd etiam Christi Conceptio, & Natiuitas ex Virgine sit deprehensa ex astris per eundem Albumazar: quantum enim habita iam notitia talis Conceptio, & Natiuitatis, qualè nos Christiani certissimè credimus, & praedicamus, facile potuerit Albumazar, aut alius quicumque Astrologus aliquid obseruare in astris, quod ipsi videretur tale aliquod praenotare; ea tamen praenotatio solum fuit ex apprehensione, & imaginatione ipsius Astrologi; non autem ex vera significacione ipsius astra: nam alioqui etià Diabolus huiusmodi mystetia praecognouisset ex astris, ac proinde nunquam tentasset, aut impulsisset Iudaeos, vt illum occiderent: siquidem similiter prauidisset ex iisdem astris totalem euersionem sui imperij, quod tanto ià tempore exercebat in homines. Vnde, quod asserit Aristoteles in libello de somnis, c. 2. quòd facile decipimur circa sensus, quòd existimus in passionibus; & qui est, v.g. in passione timoris, etiam ex modica similitudine videtur sibi videre hostes; & qui est in passione amoris, videtur sibi videre dilectum; & febricitantibus videtur interdum animalia in parietibus, ex modica similitudine linearum compositarum: & haec apparentia aliquando ita intenditur praemagnitudine passionis, vt non modò nos lateat, quòd decipimur; sed etiam re ipsa moueamur ad ea, quae sic apparent: hoc, inquam, proportionaliter potuit acciderè etiam Astrologis, qui ex voluntate praecognoscendi in astris etiam Christum, ex leuissima aliqua similitudine visi sunt sibi verè illum praecognouisse; nec aduerterunt, quòd fallerentur. Et quod dicimus de Christi Conceptione, & Natiuitate ex Virgine, intelligi debet etiam de illius morte in Cruce, quam aliqui alij retulerunt in astra, & de egressione Iudaeorum ex Aegypto, & de transitu maris rubri, & de Arca Noè, & de miraculo diuini amoris in Sancto Francisco, & de pluribus aliis, quae plures Astrologi ineptè asseruerunt.

runt, se postea reperisse in astra, vt refert Inchofer in Commentario citato de tribus Magis euangelicis, c. 18. Et à fortiori neque illa possunt Astrologi polliceri ex astris, quae solum pendunt ex libera Dei voluntate, etiam operantis supra ordinem, & legem naturae: vt, v.g. quòd Marte in nona caeli regione feliciter constituto, tantum virginitatis praestetur, vt etiam Daemones ex oblectis corporibus sola praesentia expellamus; & de cuiuscumque alterius legibus, & arcanis sine errore iudicare possimus: & quòd qui nascuntur Saturno constituto in Leone, non modò longæui futuri sint; sed etiam post mortem inter Deos sint collocandi: & quòd Luna Ioui coniuncta in capite Draconis hoc praestet inter cetera, vt quicquid à Deo petitur, certissimè impetretur, etiam si petatur scientia, & notitia rerum quaruncumque, & alia huiusmodi, quae refert Peter. disp. cit. contra Astrologos, c. 1. qua enim ratione ineptissimus esset, qui etiam Deum astris subiceret: ita & est ineptissimus, qui ex astris portendit, quae solum à Deo praestari possunt supra communem ordinem, & legem naturae.

9. Astris non sunt signa ad placitum omnium euentuum futurorum.

Secundò, quòd astra non possunt dici signa ad placitum omnium euentuum futurorum, probatur; quia similiter non possunt esse signa euentuum liberorum, qui soli Deo, & ipsi homini liberè operanti, non autem cuiuscumque alteri, siue homini, siue Angelo, possunt innoscere, nisi per reuelacionem ipsius Dei, vel per liberam manifestacionem ipsius hominis operantis: vt enim habetur Jeremiae 17. *Paruum est cor hominis, & inscribibile, & nullus alius illud cognoscit, nisi Dominus, & seruans corda, & probans rena, & vt dicitur 1. Cor. 2. *Qua sunt hominibus, nemo nouit, nisi Spiritus hominis, qui est in ipso.* Et hac de causa S. Thom. 1. part. qu. 57. art. 4. & Theologi communiter asserunt, quòd secreta cordium neque etiam ab Angelis cognosci possunt; quia eo ipso, quòd voluntas est libera, non solum potest operari, & non operari, sed etiam occultare, & non occultare suas operationes; & claudere, & non claudere sua secreta, pro vt voluerit; cuiusque libertas non est solum à coactione; sed etiam à cognicione extrinseca cuiusque alterius naturae, vt loquitur Caetan. art. 4. cit. versus finem.*

10. Neque illud est admittendum, quod paulò antè retulimus num. 3. ex eodem Alberto, quòd etiam Christi Conceptio, & Natiuitas ex Virgine sit deprehensa ex astris per eundem Albumazar: quantum enim habita iam notitia talis Conceptio, & Natiuitatis, qualè nos Christiani certissimè credimus, & praedicamus, facile potuerit Albumazar, aut alius quicumque Astrologus aliquid obseruare in astris, quod ipsi videretur tale aliquod praenotare; ea tamen praenotatio solum fuit ex apprehensione, & imaginatione ipsius Astrologi; non autem ex vera significacione ipsius astra: nam alioqui etià Diabolus huiusmodi mystetia praecognouisset ex astris, ac proinde nunquam tentasset, aut impulsisset Iudaeos, vt illum occiderent: siquidem similiter prauidisset ex iisdem astris totalem euersionem sui imperij, quod tanto ià tempore exercebat in homines. Vnde, quod asserit Aristoteles in libello de somnis, c. 2. quòd facile decipimur circa sensus, quòd existimus in passionibus; & qui est, v.g. in passione timoris, etiam ex modica similitudine videtur sibi videre hostes; & qui est in passione amoris, videtur sibi videre dilectum; & febricitantibus videtur interdum animalia in parietibus, ex modica similitudine linearum compositarum: & haec apparentia aliquando ita intenditur praemagnitudine passionis, vt non modò nos lateat, quòd decipimur; sed etiam re ipsa moueamur ad ea, quae sic apparent: hoc, inquam, proportionaliter potuit acciderè etiam Astrologis, qui ex voluntate praecognoscendi in astris etiam Christum, ex leuissima aliqua similitudine visi sunt sibi verè illum praecognouisse; nec aduerterunt, quòd fallerentur. Et quod dicimus de Christi Conceptione, & Natiuitate ex Virgine, intelligi debet etiam de illius morte in Cruce, quam aliqui alij retulerunt in astra, & de egressione Iudaeorum ex Aegypto, & de transitu maris rubri, & de Arca Noè, & de miraculo diuini amoris in Sancto Francisco, & de pluribus aliis, quae plures Astrologi ineptè asseruerunt.

Tertid, certum videtur, quòd astra non sunt signa ad placitum omnium euentuum futurorum materialium circa plantas, & circa brutia, nam huiusmodi

9. Astris non sunt signa ad placitum omnium euentuum futurorum.

10. Neque illud est admittendum, quod paulò antè retulimus num. 3. ex eodem Alberto, quòd etiam Christi Conceptio, & Natiuitas ex Virgine sit deprehensa ex astris per eundem Albumazar: quantum enim habita iam notitia talis Conceptio, & Natiuitatis, qualè nos Christiani certissimè credimus, & praedicamus, facile potuerit Albumazar, aut alius quicumque Astrologus aliquid obseruare in astris, quod ipsi videretur tale aliquod praenotare; ea tamen praenotatio solum fuit ex apprehensione, & imaginatione ipsius Astrologi; non autem ex vera significacione ipsius astra: nam alioqui etià Diabolus huiusmodi mystetia praecognouisset ex astris, ac proinde nunquam tentasset, aut impulsisset Iudaeos, vt illum occiderent: siquidem similiter prauidisset ex iisdem astris totalem euersionem sui imperij, quod tanto ià tempore exercebat in homines. Vnde, quod asserit Aristoteles in libello de somnis, c. 2. quòd facile decipimur circa sensus, quòd existimus in passionibus; & qui est, v.g. in passione timoris, etiam ex modica similitudine videtur sibi videre hostes; & qui est in passione amoris, videtur sibi videre dilectum; & febricitantibus videtur interdum animalia in parietibus, ex modica similitudine linearum compositarum: & haec apparentia aliquando ita intenditur praemagnitudine passionis, vt non modò nos lateat, quòd decipimur; sed etiam re ipsa moueamur ad ea, quae sic apparent: hoc, inquam, proportionaliter potuit acciderè etiam Astrologis, qui ex voluntate praecognoscendi in astris etiam Christum, ex leuissima aliqua similitudine visi sunt sibi verè illum praecognouisse; nec aduerterunt, quòd fallerentur. Et quod dicimus de Christi Conceptione, & Natiuitate ex Virgine, intelligi debet etiam de illius morte in Cruce, quam aliqui alij retulerunt in astra, & de egressione Iudaeorum ex Aegypto, & de transitu maris rubri, & de Arca Noè, & de miraculo diuini amoris in Sancto Francisco, & de pluribus aliis, quae plures Astrologi ineptè asseruerunt.

quoniam circa plantas, & circa animalia.

modi euentuum tanta est varietas, & tanta diuersitas, vt nullo modo possit cadere sub aliquam certam significationem, qualis sine dubio est signifi- catio cæli pro quocunque instanti, aut momento temporis, & in ordine ad quencunque locum, aut regionem particularem ipsi subiectam: & vt bene argumentatur S. August. lib. 5. de ciuit. cap. 7. tom. 5. si eligatur ad seminandum, verbi gratia, agrum, cer- tus aliquis dies, & grana omnino plurima, & penè infinita sub eadem constellatione iaciuntur simul in terram, quo modo cælum potest significare per vnam constellationem, quod hæc, verbi gratia, si- mul omnia debeant germinare, & herbescere, & pubescere, & in spicas fluuere, & illa debeant germinare aliquantò post, vel etiam nunquam; sed à volueribus debeant comediri; & de spicis, quæ nascuntur quasi coaræ, & vt sic dicam, congermi- nales, quomodo potest significare, quod rubi- go debeat interire, & illas euellere debeant ho- mines, vel aues, aut bruta depascere, & solùm hæc perducere ad maturitatem? Eadem est etiam de brutis: si enim ponamus, sub eadem constellatio- ne, & eodem temporis puncto, (quod certè non est impossibile,) simul nasci equos, boues, canes, serpen- tes, aues, pisces, vermiculos, muscas; quomodo cælum potest significare per vnam constellationem de singulis, quod equus sit futurus velox ad cursum, bos futurus sit fortis ad aratrum, canis vigil ad cu- stodiam domus, & sic de aliis? Et quod fortasse ne- que equus sit vnquam cursurus, neque bos sit aratu- rus? Et tamen Astrologus, qua ratione profitetur ex inspectis constellationibus posse se deprehen- dere, quod hic natus, de quo fortè dolosè, & ca- ptiosè interrogatur ab aliquo, non sit homo; sed pe- cus; & quale pecus, verbi gratia, quod sit canis, aut equus, & per consequens quod astra dominantur etiam brutis, vt ex ipsorum concessionibus habet S. Augustinus cap. 7. cit. eadem ratione deberet cer- tò colligere ex constellationibus, qui sint futuri euentus circa singula bruta, & non solùm circa ge- nera singulorum, sed etiam circa singula generum; & omnino ita esset necessarium, si cælum ex Dei institutione, & placito esset liber vniuersitatis, & ea omnia haberet descripta, quæ continentur in libro æternitatis ipsius Dei.

17. Neque illo- rum, qua quædam circa homines.

Quartò, propter eandem rationem, neque etiam astra rationabiliter possunt dici signa ad placitum eorum omnium, quæ sunt euentura circa singulos homines: quia similiter tanta est illorum diuersitas; etiam pro eodem puncto temporis, & in ordine ad eundem locum, vt non possint singula cadere sub vnam, & eandem significationem, quam solam po- test habere pro vno puncto temporis vna constella- tio: vt bene argumentatur idem S. Augustinus lib. 5. cit. de ciuit. c. 3. neque etiam Astrologi confidunt, se posse diuinare de vnoquoque actiones singulas, quæ ab illo sunt futuræ, vt, v. g. quod tali hora sit dormiturus, ambulaturus, sessurus, locuturus, & mul- tò minùs de omnibus, qui fortè sunt simul sub ea- dem constellatione, possunt diuinare, quod dū vnus est dormiturus, sessurus, locuturus, ambulaturus, alius è contra sit omnia factururus opposito ordine; quod tamen omnino deberent posse facere, si astra essent signa ad placitum naturalium euentuum futurorū materialium circa homines; & ipsi Astrologi bene tenent illorum significationem. Et idem est ex eo- dem S. Augustino c. 5. si duæ matres in eadem domo, & in eodem puncto temporis, & sub eadem cæli positione simul concipiant, & postea simul pariant suos filios; neque enim euentus futuri circa vtroque

erunt iidem; quauis astrorum significatio non pos- sit esse nisi vna, & eadem. Et clarus hoc idem appa- ret in iis, qui gemini concipiuntur, & nascuntur, vt idem ratiocinatur c. 3. 4. & 6. & tamen non raro di- uerissimos habent euentus, imò & contrarios, qui ea de causa non possunt cadere sub vnam, & eadem significationem astrorum, siue hæc dicatur debere attendi ex puncto concubitus, & primi conceptus, siue ex puncto natiuitatis; nam, quod gemini simul, & eodem puncto concipiuntur, res est clarissima, cum in mulieribus communiter non detur super- foetatio; & si fortè aliquando detur, secundus foetus facillimè abigatur; & vix vnquam perficiatur, vt patet ex Aristotele lib. 4. de gener. animal. cap. 5. & specialiter de Iacob, & Esau, quod simul, & ex vno concubitu patris Isaac sint concepti, expressè ha- betur ex S. Paulo ad Rom. 9. qui tamen exitus ha- buerunt omnino contrarios; imò & in ipso etiam vtero collidebantur ad inuicem, vt dicitur Gen. 25. & idè non potuerunt significari vna, & eadem si- gnificatione astrorum, quæ fortè esset in primo conceptu. Et si dicatur huiusmodi significatio attendi debere ex puncto natiuitatis, & hoc nunquam posse esse idem in geminis, quorum vnus post alterum ne- cessariò nascitur: siquidem etiam temporariò modico, quod intercedit inter ortum vtriusque, respondet in cælo maxima distantia partium, propter summam velocitatem, qua circunvoluitur, vt dicitur decla- rasse Nigidius Mathematicus, cognomento Figu- lus, apud eundem S. Augustin. lib. 5. cit. de ciuit. c. 3. exemplo rotæ à figulo circumactæ, quanta maxima vi, & quanta maxima velocitate currentis, & bis atramento notatæ, quanta maxima celeritate; & postea illas notas non referentis, nisi partibus val- dè distantibus: hoc, inquam, si admittatur, adhuc non potest satis explicari diuersitas, quam aliqui habent intra ipsum vterum, vt diximus de Iacob, & Esau, & extra vterum, quare in aliquibus geminis adhuc cernatur tanta similitudo euentuum, & in aliis tanta diuersitas; & aliqui simul incipiant, verbi gratia, ægrotare, & semper eorum morbus eo- dem tempore ingravescat, & eodem leuetur, vt re- fert S. Augustinus lib. 5. citat. cap. 2. non autem prius ægrotet, qui natus est prius, & posteriùs, qui posteriùs, & alij contra, tam in morbis, & affectio- nibus corporis, quam in inclinationibus, & affe- ctionibus animi, & in bonis fortunæ; & in aliis omnibus sint maximè dispares, vt notat idem San- ctus Augustinus cap. 4. de Iacob, & Esau, quorum vnus duxit mercenariam seruitutem, (vt ille loqui- tur); & alter non seruiuit; vnus à matre diligeba- tur; & alter non diligebatur: vnus honorem primo- genituræ amisit, & alter adeptus est; & de vxoribus, de filiis, de rebus maxima fuit diuersitas inter vtrum- que: Si autem hæc diuersitas referatur in prioritatè, & posterioritatem temporis, quo quisque est natus, & intra quod facillè potuit variari significatio cæli, quid esse causæ dicent Astrologi, quare hæc eadem prioritas, & posterioritas non arguat etiam in aliis eandem diuersitatem? Et si arguat quoad aliqua, v. g. quoad inclinationes, aut effectiones, quare nõ ar- guat quoad omnia, v. g. quoad morbos? Ex his verò omnibus apertè conuincitur, quod si cælum, & astra non sint signa ad placitum, & ex Dei institutione futurorum euentuum supernaturalium, neque illo- rum, qui sunt actus liberi, neque illorum omnium, qui sunt circa plantas, aut circa animalia, vel cir- ca homines, vt iam ostendimus, honesta magis, & magis speciosa, quam vera, imò & omnino vana, & falsa est illa appellatio, qua cælum dicitur esse liber totius vniuersitatis, & in se continere quasi certis

characteribus,

characteribus, & signis descripta ea omnia, quæ sunt futura in toto decursu temporum, & quæ Deus ipse ab æterno posuit in suo libro æternitatis. Et absolute verissimum est id, quod concludit San- ctus Thomas 2. 2. quæst. 95. art. 5. Non posse esse, quod ex inspectione siderum aliter accipiatur præcogni- tio futurorum, quam sicut ex causis præcognoscuntur effectus. Quod tamen non pertinet ad significatio- nem ad placitum; sed ad significationem natura- lem, vt diximus num. 6. Vnde, quod supra retulimus disp. præced. num. 10. & 11. ex iure communi, & ex Bullis pontificiis grauissimè reprehendi diuina- tionem eorum euentuum futurorum, qui à cælo non possunt causari, vt sunt effectus liberi, & merè fortui- ti, & casuales; eorumque diuinationem semper esse peccatum mortale, & maximè illicitum: potiori ra- tione debet intelligi etiam de diuinatione, tanquam per signa ad placitum, & ex Dei institutione. Et veri- simum est id, quod habetur cap. Illos. 26. quæst. 2. ex S. Augustino lib. 4. Confess. cap. 3. quod Christiana, & vera pietas semper refellit, & damnat eos, qui con- sulunt planetarios, & Mathematicos; & quod ha- bet Procopius in Commentario ad 1. caput Genesis, quod oppositum asserere non sit catholicum, & Christiano homine sit planè indignum.

12. Soluuntur loca Scrip- turæ, quod ca- lum sit liber vniuersita- tis.

Neque vrgent, quæ supra attulimus pro Origene, & aliis, qui tribuunt astris vniuersalissimam signi- ficationem omnium euentuum futurorum: nam, quod asserit Sanctus Damascenus lib. 2. de fide, cap. 7. quod astra non sint causæ generationum, sed signa; solùm est, quia non sunt causæ totales, & se solis agentes, vt bene explicat Petrus Nau. lib. 2. de restit. cap. 20. cit. num. 66. siquidem communi- ter generationes non tribuuntur astris; sed causis particularibus inferioribus; neque homo, aut equus, verbi gratia, dicitur absolute generari à Sole; sed ab homine, aut ab equo; & contra, quia significatio etiam totaliter conuenit astris, & etiam sola possunt assumi, vt signa; rectè dicuntur, quod absolute sunt signa; & rectè negantur, quod abso- lute sunt causæ.

Et quicquid sit de authoritate, & fide libri in- scripti, Narratio Ioseph; si admittatur legisse Iac- ob in tabulis cæli, quæcunque filiis, & nepotibus essent euentura, non propterea est admittendum ne- cessariò, quod per tabulas cæli intellexerit astra ipsa materialia: siquidem potuit bene intelligere librum ipsum Dei, & præscientiæ diuinæ ipsi manifestatum per speciale reuelationem, & per lumen prophe- ticum, circa futuros illorum euentus. Et quod di- citur Genesis. 1. quod astra sint facta à Deo in signa, verissimè dicitur, si intelligatur de signis effectuum naturalium, qui ab astris causantur, verbi gratia, serenitatis, pluiæ, ventorum, sterilitatis, morbo- rum, sanitatis, serendi, nauigandi, medendi, & alio- rum huiusmodi, de quibus fusè Plinius lib. 18. cap. 35. vel etiam de signis festorum dierum, quos Iudei erant acturi ex Lunæ, & astrorum obseruatione; vel de signis, quæ Deus ipse in astris erat exhibiturus miraculosè, & supra ordinem naturalem, vt, verbi gratia, per Iosue, & per Moysem, & tempore Eze- chie, & tempore Passionis Christi Domini, & ite- rum exhibebit in extremo Iudicio; vnde & dicitur Lucæ 21. Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, vel denique si intelligatur de aliquo alio signorum ge- nere præter hoc, quod est omnino irrationabile, &

Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

improbabile, & solùm asseritur ab Astrologis, de si- gnis ad placitum omnium euentuum futurorum.

Et quod dicitur Iaiã 34. Complicentur cæli, sicut vt liber. & Apoc. 6. L. alium recessit, quasi liber involu- tus, optime explicatur à S. Thoma, & Lyrano in eum locum, in quantum Ethnici, & diuini non exerce- bunt amplius suam astronomicam; neque amplius diuinabunt futuros euentus, quos putant in astris se legere, quasi in libro. Et potest addi ex Iustino Martyre ad quæstionem 95. orthodoxorum, quod Scri- ptura, quemadmodum cæli procreationem explicat per similitudinem membranæ, aut pellis extensæ, dum asserit Psal. 103. Extendens calum sicut pellera. ita & cæli dissolutionem explicat per similitudinem libri complicati, & clausi, vt patet locis citatis; & per similitudinem vestimenti veterascens, vt Psal. 101. Opera manuum tuarum sunt cæli, & si peribunt, & omnes sicut vestimentum veterascens, & sicut operitorium mutabis eos, & mutabuntur, & c. & per alias huiusmo- di similitudines, nõ autem quia verè sint quasi liber, & omnes euentus futuros contineant astris ipsis de- scriptos, quasi characteribus, & signis ad placitum. Et ex S. Hieronymo illud etiam addit Perer. lib. 2. in Genesis, disp. c. 1. contra Astrologos, cap. 4. quod quem- admodum in Scriptura dicuntur cæli annunciare ius- titiam Dei, & reuelare illius iram, & testificari con- tra peccatores ipsorum scelera: ita etiam dicuntur, postquam omnia fuerint per ipsos testificata, & qua- si lecta, vt descripta in codice, (quod omnino fiet in fine mundi,) esse quodammodo complicandi, & claudendi, vt liber, in quo nihil amplius sit scriben- dum, aut legendum; & quod asserit Iaiã de illorum complicatione, idem asserit S. Ioannes de illorum recessu, cum idem sit, & in idem recidat, quod liber aliquis complicetur, & claudatur, & quod remoueatur, & recedat, iam complicatus, & clausus.

Et eadem ratione intelliguntur à Sanctis Patri- bus loca Psalmorum, quod cæli enarrant gloriam Dei, quod annunciet eius iustitiam, & quod confi- teantur illius mirabilia: vt enim habet Sanctus Chrysostomus hom. 9. ad populum Antiochenum, non aliter cæli enarrant gloriam Dei, quam per ipsum aspectum: & quauis taceat cælum; eius tamen aspectus vocem emittit tuba clariorem; & per oculos, non per aures nos docet; & in hunc librum idiota pariter, & sapiens potest intueri; & non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audian- tur voces eorum, dum non est gens, neque lingua, quæ hanc vocem non possit intelligere. Et hoc idem asseruerunt plures ex Patribus, qui in corporibus cælestibus etiam concentum musicum agnouerunt, vt Sanctus Ambros. in Prefat. in Psalm. Sanctus Isi- dorus lib. 3. etymol. cap. 16. Sanctus Anselmus lib. 1. de Imagine mundi, & alij, quibus fauet etiam Iob verbis illis cap. 38. Quis enarrabit calorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet? in quantum, nimi- rum, moles ipsa, & pulchritudo, & virtus cælestium corporum suauissimè pertrahit ad Dei potentiam, & sapientiam, & bonitatem inuestigandam, & con- templandam: quomodo etiam Plato in libris de Re- publica, singulis orbibus voluit insidere Sirenes sin- gulas, quæ & singule suauissimè canerent Dei laudes, & simul omnes concentum efficerent totius cæli.

Vtrum autem Deus potuerit de absoluta poten- tia in cælo, & in astris describere omnes euentus fu- turos, & cælum facere, vt verum librum totius vni- uersitatis; parum facit ad nostrum institutum mora- le, & in præsentia illud nobis est satis, quod de facto non fecit, vt patet ex dictis: & stante hoc verum or- dine, & hac lege ordinaria, quam posuit; neque etiam potuit: nam, si res, & euentus supernaturales

13. Supposita hoc verum insti- tutum, quæ Deus de facto po- suit, non potest cælum esse liber vni- uersitatis.

sibi tantum voluit esse notos, non autem aliis, nisi per speciales reuelationes ab ipso factas; & actus liberi, non solum antequam sint, & quandiu manent...

14. Quia ratione Astrologi aliquid ad praedictionem vera...

Neque experientia, quae additur ex vris diuinationibus Astrologorum, probat sufficienter, quod alia sint de facto signa ad placitum eorum omnium...

15. Quomodo aliqui intra terram perueniant venas aquarum, & metallorum...

Atque ex his potest intelligi, quid sit dicendum de iis, qui in Hispania dicuntur peruenire venas aquarum, & metallorum...

uia lyncibus, & sicut fuerunt peruia cuidam homini, Lynceo nomine, apud Pindarum, & apud Caelium Rhodigin...

Et idem est, si forte simuliter se diuinare, & peruenire ex astris, sed verè vtantur aliis signis naturalibus, & aliis coniecturis, de quibus Plinius lib. 3. l. c. 3...

tatem visus: & non pauci ex iis, qui diu profecti sunt, se talia occulta intra terram videre, ingenue tandem sunt confessi...

DISPUTATIO VI.

De iis, quae pertinent ad diuinationem per sortes.

- 1. Quid, & quotuplex sit diuination per sortes.
2. Sortes diuisoriae ex se sunt licitae.
3. Licitum est tempore pestis sortiri de Medicis, & de ministris, qui debeant inferuire egrotis.
4. Et de reo, si vnus tantum ex pluribus sit puniendus.
5. Et de eo, qui tempore tempestatis sit proiciendus in mare ad nauem leuandam.
6. Et de militibus, si sit questio, qui debeant primi castrum intradere.
7. In electionibus ecclesiasticis sortis diuisoriae non sunt licitae.
8. Electio Summi Pontificis non est illicita, si fiat per sortes, quando est controversia inter duos.
9. Electio ad capellaniam amouibilem potest esse per sortes.
10. Electiones merè civiles non sunt illicitae, si fiant per sortes.
11. Euentus sortium non est expectandus ab astris, vel à fortuna, prout excludit providentiam Dei.
12. Electio ecclesiastica facta per sortes est irrita.
13. Lites super beneficiis, & dignitatibus, vel officiis ecclesiasticis, licite possunt componi per sortes.
14. Contractus, aut ludus, qui dicitur Lotus, quomodo sit licitus.
15. Sortes consultoriae, & diuinatoriae communiter sunt illicitae.
16. Possunt tamen aliquando etiam licite exerceri.

1. Quid, & quotuplex sit diuination per sortes.

1. X S. Thoma 2. 2. quae. 95. art. 8. diuination per sortes tunc dicitur, quando aliquid fit, vt eius euentu considerato aliquid occultum innotescat...

2. Sortes diuisoriae ex se sunt licitae.

Primo autem certum videtur, quod sortes diuisoriae per se, & natura sua non sunt malae, & in multis casibus possunt licite vsurpari. Ita S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 8. cit. Sanch. lib. 2. in Decal. c. 38. n. 57. Suar. lib. de superst. c. p. 1. 2. a. n. 3. Azor. part. 1. lib. 9. c. 2. 1.

Delrius lib. 4. disquisit. magic. c. 4. q. 1. Less. lib. 2. c. 4. 3. n. 58. Layman lib. 4. tract. 1. o. c. 3. n. 8. Bonac. m. 1. praeceptum Decal. 11. p. 3. q. 5. puncto 3. num. 13. & omnes communiter: nam id expressè habetur 26. q. 2. cap. fors, vbi dicitur: Fors non aliquid male est, sed res est in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem. & vt habet S. Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana, c. 18. tom. 3. & apud S. Thomam art. 8. cit. si quid alicui superesset, quod teneretur dare aliis ex charitate; nec tamen posset dare duobus, qui forte occurrunt cum aequali indigentia, nihil restitui posset facere, quam vt sorte eligeret, cui dandum esset, quod vtrique dari non potest. Et si tempore pestis, aut persecutionis esset disceptatio inter Dei Ministros, & Sacerdotes, quis eorum deberet manere, ne omnes fugerent, & fideles desererentur, & scandalizarentur; & quis eorum deberet fugere, ne omnes morerentur, & disceptatio non posset aliter dirimi; sorte essent eligendi, qui deberent manere, & forte qui deberent fugere, vt habet idem S. Augustinus epistola 180. tom. 2. Nau. in Man. cap. 1. m. 38. Sanchez cap. 38. cit. num. 59. Et ratio est: quia in his sortibus diuisoriis nulla committitur superstitio; neque noticia expectatur à Dæmone, sed solum à Deo, de quo dicitur Prouerb. 26. Sortes mittuntur in sinum; sed à Deo temperantur. Et tota diuisio per huiusmodi sortes solum fit per quandam contrariam, quo inter se paciscuntur; qui habent ius ad vnam aliquam rem, vt illa ad eum pertineat, cui fors obtigerit, qui contractus nihil mali continet, etiam si requiratur, & supponat effectum fortuitum, vt notat Sanchez n. 57. cit. Less. c. 4. n. 57. & alij. Et hinc fit, vt huiusmodi sortes nullo iure in vniuersum prohibeantur, imò iure civili expressè approbentur in multis casibus, in quibus haeredes, aut legatarij, qui habent aequale ius, verbi gratia, eligendi seruum, aut aliquid huiusmodi, contendunt inter se de electione: tunc enim fortuna debet esse iudex, & inter altercantes fors est adhibenda, vt quem ipsa praetulerit, is eligendi habeat potestatem, l. Si duobus. C. Communia. de legat. Glo. lib. 1. d. 1. Sanch. Azor. & alij locis citatis, quo etiam modo Prou. 8. dicitur, quod contradiutores comprimunt sortes, & inter potentes quoque diuidit. Et eadem ratione licitum est tempore pestis sortiri de Medicis, & de Ministris, qui debeant seruire egrotis; & de Praedicatoribus, qui debeant mitti ad Indos, ex Suar. c. 12. cit. n. 17. & Sanchez c. 38. n. 59. Et de reo, si vnus aliquis ex multis sit puniendus ex iustitia Principis, vel absolendus ex benignitate, & gratia. Ex Less. c. 4. n. 58. Sanch. n. 60. Delrio lib. 4. disquisit. mag. c. 4. q. 1. Bonac. n. 13. cit. Et de eo, qui tempore tempestatis sit proiciendus in mare ad nauem leuandam, ex Sanch. n. 62. & Delrio q. 1. cit. & Bon. puncto 3. cit. n. 13. & Laym. c. 3. cit. n. 8. qui etiam citat Ioannem Maiorem in 4. dist. 15. q. 22. §. Quarto, dubitatur. & q. 50. in fine. Et ex illo addit, quod si aliqui nauigantium nolint consentire in sortitionem de nauis leuanda per huiusmodi proiectionem, non solum mercium, sed etiam hominum, adhuc potest nauarchus, & alij nauigantes sortiri, & exequi sortitionem; & si aliqui conentur eam impedit, licite possunt ab aliis in mare proici, tanquam iniuste vim inferentes pro nauis, & aliorum conseruatione. Neque consensus in sortitionem huiusmodi, est consensus in propriam mortem; sed solum est cessio illius subsidij, quod potest haberi ex nauis, quando imminet certum naufragium, & commune periculum. Et sicut est licita cessio tabulae in eodè naufragio, ad hoc, vt per illam saluetur alius, qui forte est dignior, & magis necessarius Reipublicae: ita & est licita cessio nauis ad hoc, vt saluetur plures

3. Licitum est tempore pestis sortiri de Medicis, & de Ministris, qui debeant mitti ad Indos, ex Suar. c. 12. cit. n. 17. & Sanchez c. 38. n. 59.

4. Et de reo, si vnus aliquis ex multis sit puniendus ex iustitia Principis, vel absolendus ex benignitate, & gratia.

5. Et de eo, qui tempore tempestatis sit proiciendus in mare ad nauem leuandam.

6. Et de eo, qui tempore tempestatis sit proiciendus in mare ad nauem leuandam.

7. Et de eo, qui tempore tempestatis sit proiciendus in mare ad nauem leuandam.

8. Et de eo, qui tempore tempestatis sit proiciendus in mare ad nauem leuandam.

9. Et de eo, qui tempore tempestatis sit proiciendus in mare ad nauem leuandam.

6. plures alij. Et eadem sortitio potest fieri de militibus diucliarum nationum, si sit controuersia, qui debeant primi castrum inuadere, ex Lessio num. 58. cit. & de aliis huiusmodi, quando non apparet quis debeat alteri praeferi, siue quoad commodum ali- quod, siue quoad incommodum, ex eodem Lessio ibidem. Et hoc modo sunt inducti etiam Iudi, qui nituntur fortibus ex Layman cap. 3. cit. num. 8. & contractus, qui dicuntur sponsonis & fortis, & communiter reputantur liciti, ex Lessio n. 58. & omnibus communiter.

7. Secundum in electionibus ecclesiasticis ad benefi- ciam, dignitatem, officia, & administrationes habentes iurisdictionem, sortes diuisoriae ex Iure ipso eccle- siastico non sunt licitae. Ita Suarez cap. 12. cit. num. 5. Sanchez cap. 38. num. 17. & omnes communiter: quia cap. Ecclesia de sortileg. non solum reprehendi- tur electio Episcopi facta a tribus, qui sorte ad il- lam fuerant deputati; sed etiam sortis usus in ele- ctionibus perpetua prohibitione damnatur. Et ratio est: quia, si in electionibus posset esse locus sortis, facile posset electio in aliquem cadere, qui esset minus aptus, vel omnino ineptus; idque ut vitetur, recte potuit absolute prohiberi usus sortium in ele- ctionibus. Neque solum est illicita huiusmodi ele- ctio, si fiat per sortes immediate; & ille, verbi gratia, eligatur in Episcopum, cui sorte obigit hoc, vel il- lud, sed etiam si fiat mediate; & aliqui, verbi gratia, eligantur sorte, qui deinde Episcopum eligant: nam eadem ratione facile potest accidere, ut ius eligendi in eos cadat, qui ad eligendum sunt minus apti, vel etiam omnino inepti; & sic tandem tota electio referatur in sortem, & sit mala.

Atque hoc modo ceteri debet illicita electio vnus facta per sortes, postquam duo aequali nume- ro suffragiorum sunt electi, verbi gratia, ad benefi- cium, vel plures sunt electi a maiori parte; & deinde sortes mittuntur inter illos, ut ex communi sententia notat Suarez cap. 12. cit. num. 7. & 8. & Sanchez c. 38. n. 74. & 75. quia reuera etiam in hoc casu ele- ctio fit per sortes: quod tamen cap. Ecclesia. cit. vni- uersaliter prohibetur.

8. Non tamen deberet id ceteri illicitum in ele- ctione Summi Pontificis, si inter duos controuersia esset; quia electores illius non tenentur Iure illo ec- clesiastico non eligendi per sortes, ut subdit Sanch. num. 8. & Layman cap. 3. num. 9. ex Cardin. Felin. & aliis Canonistis.

Et similiter non videtur illicitum vti fortibus in electione ad Capellaniam amouibilem, & non sacram; quia haec non est electio ecclesiastica, cum neque sit ad beneficium, neque ad dignitatem, quae praeterea dicit iurisdictionem; neque ad officium ecclesiasticum, quod requirit administrationem bo- norum Ecclesiae, ex Gloss. in cap. Consuetudinem, de consuet. in 6. sed solum est electio ad certam elec- tionem, aut stipendium, cum certo onere dicen- di Missam pro tempore indefinito, & quandiu pla- cuerit eligenti.

Et quauis ex hoc capite, quod electio possit ca- dere in indignum, neque etiam electiones ciuiles possint fieri fortibus; si tamen fors mittatur solum super eos, qui sunt aequaliter digni, non est illicita, ut notat S. Thomas 2. 2. quae. 95. art. 8. Less. lib. 2. c. 43. num. 58. Azor. lib. 9. cap. 21. quae. unica, versu. At vero in electionibus, & alij quia hoc nihil continet contra Ius naturae, neque est prohibitum Iure ali- quo positio, sicut electio ecclesiastica. Dixi au- tem, si fors mittatur super aequaliter dignos: quia, si mittatur super magis, & minus dignos, tale erit pec- catum, quale esset, si re ipsa eligerentur minus di-

gni, & digniores omitterentur, ut notat Sanchez cap. 38. num. 67.

Neque euentus ex huiusmodi fortibus, quando licite fiunt, est expectandus ex influxu astroium, qui nullas potest esse in effectus fortuitos, & casuales, ut supra ostendimus; neque a fortuna, quasi haec ex- cludat prouidentiam Dei, & sit aliquid ab illa di- stinctum, per quod dirigantur, & ordinentur actio- nes, & res humanae, ut putarunt Gentiles: & multo minus est expectandus a Demone, quasi hic mo- uere debeat manus extrahentium sortes: sed solum, & maxime est expectandus a Deo, de quo dicitur Prou. 16. quod temperet sortes, quae mittuntur in si- num, ut videre est apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. cit. n. 64. & seqq.

Quod si queras, vtrum electio ecclesiastica sal- tem sit valida, si fiat per sortes: Respondeo ex Pa- norum in cap. Ecclesia. cit. num. 5. de sortileg. & Suarez cap. 12. num. 9. non esse validam: quia, etiam si in d. cap. Ecclesia. nullum sit verbum, quod possit dici ir- ritatorium; imo electio, quae ibi reprehenditur, con- firmatur a Papa, in cap. tamen, Quia propter, ubi ponitur modus eligendi per conuentum, & per suffragia eorum, ad quos pertinet ius eligendi; aperte subditur, quod electio aliter facta non valet: & talis esset sine dubio electio facta per sortes. Debet tamen id intelligi solum de electione, quae fit im- mediate per sortes; non autem de illa, quae solum fit mediate, ut, verbi gratia, per compromissarios sorte electos: nam hic modus eligendi per compromissarios expressè ponitur inter modos validos eli- gendi, cap. Quia propter, cit. ut notat Suarez ibidem, & ex illo Sanchez cap. 38. cit. n. 83. neque aliter exprimitur, quomodo debeant esse electi ipsi compromissarii. Et per haec facile possunt conciliari Do- ctores, qui absolute videntur docere, quod electio ecclesiastica facta per sortes sit valida, ut videre est apud Sanchez ibidem, & apud Bonac. disp. 3. in 1. praeceptum Decalogi, qu. 5. puncto 3. num. 14. id enim solum asserunt, quantum est ex vi cap. Ecclesia. de sortileg. ubi nullum est verbum irritatorium, ut diximus; & ex vi cap. Quia propter, de elect. ubi appro- batur electio per compromissarios, quomodo cum- que electos; non autem id asserunt absolute, & sim- pliciter, quando electio sit facta per sortes imme- diate, quod solum negant alij, qui contendunt eam esse irritam. Et potest addi ex eodem Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. cit. num. 84. capitulum, Quia pro- pter, de elect. quod irritat electiones aliter factas, quam ibi praescribitur, non loqui generaliter de omnibus electionibus ecclesiasticis; sed solum de illis, ex quibus imminet, ut ibi dicitur, magna pe- ricula Ecclesiae viduatis, id est, solum de electioni- bus Episcoporum, & Praetorum, siue saecularium, siue regularium, qui habent iurisdictionem in cri- minalibus, & in ciuilibus; non autem de electio- nibus Canonicorum, & Parochorum, per quorum mortem non viduantur Ecclesiae, si adhuc retinent suos Praelatos, qui soli sunt illis veluti sponsi, cap. Sicut, 7. quae. 1. Et ex professo sic notat ibi Gloss. verb. Ecclesiae viduatis, Innoc. Panorm. Anchar. & omnes alij Canonistae antiquiores in illud cap. Quia propter, & apud Sanchez num. 84. cit. praeter solum Hostien. qui solus extendit dictum, cap. etiam ad electiones quoruncunque ministrorum Eccle- siae; & verbis illis, Ecclesiae viduatis, addit haec alia; seu Ministris destitutis. Et contra Hostiensem cum aliis Canonistis idem tenent etiam Summistae, Ro- sella, Electio, 1. num. 26. Ang. eod. n. 29. Sylu. Electio, 2. qu. 1. n. 2. & alij.

Tertio, probabile est, quod usus sortium potest esse

11. Euentus sor- tium non est expectandus ab astro, vel a fortuna, proxi excludit prouiden- tiam Dei.

12. Electio ec- clesiastica facta per sor- tes, est irrita.

13. Lites super beneficiis, & dignitatibus vel officiis ecclesiasticis, licite possunt componi per sortes.

esse licitus ad terminandas lites, & causas Eccle- siasticorum, non modò in iis, quae pertinent ad bo- na temporalia; sed etiam in iis, quae pertinent ad beneficia, & ad bona ecclesiastica. Ita Suarez 1. 2. cit. num. 11. Sanchez cap. 38. num. 76. & seqq. Lessio lib. 2. cap. 43. num. 58. Bonac. in praepcepta Decalogi, disp. 3. quae. 5. puncto 3. num. 13. § Sed contrarium. & alij apud ipsos: nam fors non est ex se aliquid mali, e. Sor. 2. 6. 2. & idèd licite potest adhiberi, ubi non est specialiter prohibita: in cap. autem, Eccles. solum prohibetur pro electionibus ecclesiasticis, non au- tem pro litibus: & cum illud e. sit in re odiosa, non est; quòd extendatur ultra proprios terminos. Neque in contrarium vrget ratio aliquorum Canonista- rum apud Sanch. n. 77. quòd fors adhibita inter liti- gantes, v. g. de beneficio, aut dignitate, vel officio ecclesiastico, verè compleat electionem pro illo de- terminatè, super quem cadit, & proinde illius ele- ctio verè sit facta per sortes; quòd tamen reuera is non accipit beneficium, aut dignitatem, vel officium; quia sorte ad illud eligatur, & fors super illum ca- dat, quòd solum prohibetur cap. Ecclesia. sed quia habet ad illud ius ex presentatione Patroni, & ex institutione sibi facta à Praetore, & per sortem post- eà adhibitam ad terminandam litem solum tollitur impedimentum alterius se opponentis, & ex alio ti- tulo, saltem colorato, & apparente sibi beneficium praetendentis, de quo non loquitur cap. Ecclesia. ut subdit Sanchez n. 78. Quia tamen periculum est, ne ex iis, qui ligant de beneficio, sorte illud retineat is, qui non habet iustum titulum, rectè notat Suarez n. 14. & Sanch. n. 79. quòd modus hic componendi per sortes lites, & controuersias super beneficiis, & bonis ecclesiasticis, non est tatus sufficienter, si solum fiat priuata auctoritate ipsorum colligantium; & quia ipsi inter se sic conueniunt: sed debet fieri auctoritate iudicis ecclesiastici, qui possit tri- buere etiam titulum, quatenus illo careat is, qui per sortem beneficium retinet.

Quarto, ex hoc, quòd sortes diuisoriae sunt ex se licitae, & solum prohibita sorte positio pro electio- nibus ecclesiasticis, rectè colligit Mart. Delt. lib. 4. disp. 4. cap. 4. 2. quòd sit licitus ille contractus, qui in multis locis est frequentissimus, & Italicè dicitur, Lotto, in quo, scilicet, vnus aliquis certas merces, aut certas res proponit, & plures conferunt certam partem pecuniae, donec vnuerfi, & simul omnes compleant integrum pretium rerum, aut mercium propositarum; & tandem inter se sortuntur, quis quid ex illis habere debeat: nam, quauis Conradus de contract. tract. 3. quae. 71. conclus. 2. versus finem, ludum hunc, quem appellat ludum ollae, quia nomina eorum, qui contulerunt pecu- niam, coniciuntur in ollam, & sorte extrahuntur ex olla, videatur damnare, quando fit specialiter ex intentione lucri; non tamen apparet, ex quo capite sit damnandus, si bene omnia expendantur, quae ad illum concurrunt, cum reuera nihil conti- neat contra Ius diuinum, aut naturale, ciuile, aut ecclesiasticum.

Ille enim, qui res, aut merces exponit, verè con- trahit contractum venditionis cum iis omnibus, qui conferunt aliquid pretij, aut pecuniae: & hi verè con- trahunt inter se contractum innominatum: No, ut des, si hoc, vel illud tibi, aut mihi sorte euenerit. id est. Do tibi, quod de meo contuli pro his mercibus, aut rebus expositis; & ius, quod ad illas habeo, tibi cedo, si hoc, vel illud tibi sorte euenerit, ut tu vicissim des etiam mihi, quod contulisti; & ius, quod habes, mihi cedas, si similiter etiam mihi hoc, vel illud sorte euenerit.

Et ad iustitiam primi contractus venditionis rerum, & mercium expositarum, nihil aliud requiritur, nisi ut non excedatur ipsum pretium, saltem rigoro- sum, quo illae possunt valere; ac proinde ut non admittantur plures ad fortiendum, quam verè sufficiant ad illud complendum: & ad iustitiam secundi contractus satis est, si omnes sponte con- sentiant in huiusmodi sortes, & aequaliter se subiiciant vtique fortunae, id est, lucri, & dam- ni. Et primus venditor rerum expositarum licite potest computare in pretium, etiam sumptus, si quos fecit pro ministris, & officialibus Loti: si qui- dem hi non nisi ab illis videntur alendi, in quorum utilitatem laborant, & quibus cedit lucrum Loti.

Et si Princeps hac occasione pro necessitatibus publicis velit aliquid ab huiusmodi conferentibus, & sorte lucrantibus, licite potest totum pretium taxari aliquantò maius, cum hac ratione nulli fiat iniuria, si gabella Principis, aut tributum exigatur ab illis ipsis, bene id scientibus, & adueren- tibus, quando ab initio pecuniam conferunt; si ta- men inter ipsos sortientes committatur aliqua fraus, & vnus aliquis, verbi gratia; dolo, & fraude; non autem forte lucretur aliquid, omnino tenetur id re- stituere Lotto, & iterum subiicere sorti pro aliis om- nibus, quos fraudauit spe sortis; quauis possit etiam ipse inter illos iterum sortiri, cum ex fraude, quam commisit, non amiserit ius suae sortis.

Quinto, sortes consultoriae, & diuinariae, ni- si fiant ex diuina inspiratione, & expectando ab ipso Deo manifestationem veritatis, communiter non sunt licitae. Ita S. Thomas 2. 2. quae. 95. art. 8. Suarez de superstit. cap. 12. num. 18. & seqq. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 85. Azor. lib. 9. cap. 21. Less. lib. 2. cap. 43. num. 60. Layman. lib. 4. tract. 10. cap. 3. num. 8. & 9. Bonac. in praepcepta Decalogi, disp. 3. quae. 5. puncto 3. n. 15. & 16. & omnes com- munitur: quia sortes in seipsis nihil continent, vn- de possunt veritatem manifestare; neque Deus per illas vult inuestigari suas voluntates; sed per consilia virorum prudentum, & per doctrinam Ecclesiae, & Sanctorum Patrum: & qui intendit signum ali- quod extraordinarium extorquere à Deo, & per sortes assequi veritates latentes, praeter peccatum superstitionis, etiam committit peccatum tentandi Deum, ut notat Sanchez 3. & alij iam citati: & hac de causa in Iure canonico absolute prohibetur, tanquam diuinationes, & maleficia, & tanquam indignae, quae nominentur inter Christianos; & sub condemnatione excommunicationis, cap. Sor- tes, 26. quae. 5. & aequaliter damnantur sortilegi, atque alij diuinatores, & malefici, cap. Non licent, 26. quae. 5. & aliis locis apud Suarez num. 28. quod idem etiam fit in Bulla Sixti V. contra Astrologos, ubi appellantur reliquiae idololatriae, in quantum traxerunt originem ex vana obseruatione Genti- lium, qui illis tribuebant aliquid Diuinitatis.

Quod tamen ex peculiari Dei instinctu, & inspi- ratione possint aliquando etiam licite adhiberi hu- iusmodi sortes, patet ex multis exemplis, tam in nouo, quam in veteri Testamento, ut in electione Saul in Regem, 1. Reg. 10. S. Mathiae in Apostolum, Act. 1. in punitione Achan, qui contra Dei prae- ceptum aliquid subripuerat de anathemate, 1. Re. 7. in deiectione Ionae, Iona 1. & in aliis huiusmodi. Sed rectè monetur cap. Non exemplo, 26. quae. 2. quòd non ex his indifferenter credendum est forti- bus, cum privilegia singulorum communem legem facere non possint; & ipsi Apostoli in electione Mathiae non adhiberint sortes, nisi collecto fra- trum cœtu, & precibus ad Deum factis; & ex S. Tho-

15. Sortes con- sultoriae, & diuinariae communiter sunt illicitae.

16. Possunt ta- men aliquan- do etiam licite adhiberi.

8. Electio Sum- mi Pontificis non est licita, si fiat per sortes, quando est controuersia inter duos.

9. Electio ad Capellaniam amouibilem potest esse per sortes.

10. Electiones merè ciuiles non sunt illicitae, si fiant per sortes.

ma dicitur. 8. cit. rectè notant Authores communiter, quòd multipliciter potest peccari, quando Deus per sortes consultitur. Primò, si id fiat sine necessitate: quia tunc est manifesta tentatio Dei, cum possit provideri pro tempore humana industria, eaque pratermissa temetè recurratur ad extraordinarium auxilium Dei. Secundo, si necessitate urgente sortes mittantur sine debito Dei cultu, atque honore, quomodo Apostoli preces fuderunt. Tertio, si diuina oracula adhibeantur ad res vanas, ac futiles, & ad terrena negotia, quod specialiter damnat S. Augustinus epistola 119. cap. 20. in fine, tom. 2. & habetur cap. Hi, qui de paginis. 26. quest. 2. cit. Quintò, si sortibus committantur, quæ specialiter sunt prohibita illis committi, vt sunt, verbi gratia, electiones ecclesiasticæ, cap. Ecclesia de sortib. & in tali casu erit etiam facilegium Iure humano indudum, propter irreuerentiam, quæ exhibetur rei spirituali, committendo illam sortibus, & rebus vanissimis, vt notat Sanchez num. 86. quod idem etiam esset, si in huiusmodi sortibus adhiberentur sacræ Reliquiæ, aut liber Euangeliorum, vt idem habet num. 5. cum etiam hæc sit grauis irreuerentia. Et quantum aliquando Deus, etiam per sortes aliqui vanas, ea voluerit innotescere, quæ oportebat ab aliis audiri, vt ex S. Augustino lib. 4. & 7. Confessionum, tom. 1. notat Perez lib. 2. in Genesim, disput. contra Astrologos, cap. 5. quomodo Alexandro Seuro adhuc adolescenti, & de imperio non cogitanti, & ex vana curiositate scrutanti sortes Virgilianas, eos versus voluit obuenire, qui habentur lib. 6. Aeneidos, eique imperium præsignificabant.

In regere imperio populos, Romane, memento: Ha tibi erunt artes, pacisque imponere morem, Parcere subiectis, & debellare superbos. Non tamen hinc licet exemplum sumere, quòd sortes, per se loquendo, & in re graui, non sint illicitæ grauius, & peccatum mortale.

DISPUTATIO VII.

De iis, quæ pertinent ad somnia, per quæ potest contingere aliqua diuinatio.

1. Quid sit somnium.
2. Somniam, & visum, quo differant inter se, & à prophetia.
3. Oraculum, visio, somnium, insomnium, phantasma, quo differant.
4. Somnia naturaliter, & communiter quomodo contingant.
5. Apparentia sensibilibus, quare contingant potissimum nocte, & tempore somni.
6. Quare aliquibus contingant somnia distorta, & monstruosa.
7. Quare contingant somnia, & apparentia potius hæc, quam illæ.
8. Quare in somniis communiter contingat deceptio.
9. Etiam brutis contingunt somnia.
10. Quare pueri ante usum rationis non somniant.
11. Inuenes parum somniant, & aliqui etiam per totam vitam non somniant.
12. Quare somnia sub lucem, & in fine somni sint clara.
13. Quare aliqui somniorum non recordentur.
14. Etiam planta, & lapides possunt inducere certa somnia.
15. Certa somnia quare sequantur ad certos humores

16. Causa somniorum aliquando sunt intrinseca ipsi somniant, & aliquando extrinseca.
17. Facile consantur ex prioribus cogitationibus, & affectibus animi.
18. Et ex temperamento, aut humoribus corporis.
19. Et à celo.
20. Et à Deo.
21. Et à Demone.

STEM diuinandi per somnia, eoque interpretandi, tradiderunt plures ex veteribus, præsertim Græcis, vt refert Albertus in librum Aristotelis de somno, & vigilia, tract. 3. cap. 1. & Mart. Delrius lib. 4. disput. cap. 3. quest. 6.

Quia tamen tota hæc res maximè pender ex natura, diuersitate, & causis somniorum, idè est supponendum, nomine somnij nihil aliud intelligi, nisi phantasma avel simulacrum, quod fit, & apparet in somno, vt docet Aristoteles in libello de somniis, cap. 1. in fine, & patet ex communi omnium existimatione: quia tamen tempore somni multipliciter possunt contingere huiusmodi simulacra, neque communiter censentur somnia, idè est subdit idem Aristoteles cap. 3. versus finem, illud solum phantasma, propriè loquendo, esse somnium, quod non modò contingit, quando animal dormit; sed etiam quatenus dormit: si enim contingat alicui tempore somni, vt sentiat aliquo modo sonos, aut lumen, vel sapores, vt, verbi gratia, canum latratus, cantus gallo-rum, lumen lucernæ, saporem mellis, sicut accidit iis, qui habent sensus aliqua ex parte solutos, & non in totum, & benè ligatos; & idè faciunt opera vigilantium, quantum huiusmodi sensibilia non sentiunt nisi languidè, & debilitè, & quasi procul, & longè posita: non tamen huiusmodi apparentiæ dicuntur somnia; quia solum contingunt animali, quando dormit; non autem in quantum dormit; sed potius in quantum aliquo modo vigilet. Et similiter, si præter phantasmata, quæ solum sunt rerum sensatarum, & cognitarum prius per sensum, contingant aliquæ intellectiones, & operationes, aut notiones intellectus, vt quando in somnis corrigimus imaginationem, & reflexe aduertimus nos dormire, & decipi, & rem aliter esse, quam tunc appareat; non nisi improprie huiusmodi notiones possunt appellari somnia ex eodem Aristotele ibidem: quia non contingunt ratione somni, & in quantum dormimus; sed ratione intellectus, & in quantum aliquo modo vigilamus. Atque hæc de causa Themistius in libello cit. de somniis, cap. 3. & aliqui alij ex veteribus Peripateticis hoc tradunt discriminis inter somnium proprie dictum, & visum quodcumque, aut phantasma, quod contingit in somno: quia somnium tunc proprie est, quando is, qui somniat, existimat per deceptionem esse vera illa, quæ somniat; visum verò, aut phantasma latè acceptum tunc etiam est; quando potest intelligi, se dormire, aut somniare. Sed longè aliter differentiam somni, & visionis, seu visi, assignat S. Thomas quest. 12. de veri. art. 3. in fine corp. dum ait, somnium esse apparitionem, quæ fit homini in dormiendo: visionem verò esse apparitionem, quæ fit homini in vigilando; sed abstracto à sensibus: & tam in somnio, quam in visione detineri animam phantasmatis visis, vel totaliter, vel in parte; itque inharere, tanquam veris rebus. Et vltèrius, tam somnium, quam visionem hoc differre à prophetia, si etiam hæc contingat in somnio, aut in visione, quòd anima Prophetæ non detinetur, nec determinatur solis phantasmatis, neque in illis

Quid sit somnium.

Somnium, & visum, quo differant inter se, & à prophetia.

3. Oraculum, visio, somnium, insomnium, phantasma, quo differant.

4. Somnia naturaliter, & communiter quomodo contingant.

5. Apparentia sensibilibus, quare

sunt; sed vltèrius cognoscit per lumen propheticum, quòd ea, quæ videt, non sint res, sed similitudines aliquid aliud significantes, & earum significationem cognoscit, cum in visione prophetica sit opus intelligentia, vt dicitur Dan. cap. 10. Sed ab hoc dicto S. Thomæ, quòd visio contingat homini in vigilando, quando est abstractus à sensibus; & somnium contingat in dormiendo; multum differt dictum aliud S. Augustini lib. de spiritu, & anima, cap. 25. tom. 3. si tamen is liber est S. Augustini, & non potius Hugonis de S. Victore, vt aliqui volunt, vel alicuius alterius. nam etiam visum, aut visionem enumerat inter ea, quæ contingunt in somno: & eorum omnium, quæ sibi videntur videre dormientes, ait esse quinque genera, id est, oraculum, visionem, somnium, insomnium, & phantasma, cum quo coherent etiam illa, quæ habet Macrobius lib. 1. de somnio Scipionis, pag. 9. & 10. vbi hæc eadem enumerat Græcis vocabulis, vt videre est apud Delrium lib. 4. cap. 3. quest. 6. cit. & Oraculum, Græcè χρηματισμός, tunc ait esse, cum in somno parens, vel aliqua sancta; & grauis persona, seu Sacerdos, vel etiam Deus, euenturum aliquid, vel non euenturum, faciendum, vel non faciendum aperte denunciat. Visio, Græcè, ὄραμα, cum id, quod videt quis, eodem modo, quo apparet, postea euenit, vt, verbi gratia, si videaris tibi in somnis amicum videre, eumque absentem habere obuium, & deinde re ipsa obuium habeas. Somnium, Græcè, ὄραμα, quando figuris regitur, nec sine interpretatione potest intelligi. Insomnium, Græcè, ἐνύπνιον, quando id, quod fatigauit vigilantem, ingerit se dormienti; & is, qui timuit, verbi gratia, hostes, videtur sibi in illos incurrere; & qui aliquem ardentè amauit, videtur sibi cum illo esse. Denique phantasma, seu spectrum, Græcè, φάντασμα, quando inter vigiliam, & somnium, & quando quis vix cepit dormire, & adhuc existimat se vigilare, videtur sibi videre in se irruentes, vel passim vagantes varias formas, lætas, vel tristes, & turbulentas.

Sed, quidquid sit de illorum diuersitate, quæ dormientibus apparent, & quæ ipsi dum dormiunt, videntur sibi videre, non contingunt ex eo somnia naturaliter, quæ ab Inferis ad nos transmittantur per portam corneam, aut eburneam, vt est apud Virgilium lib. 6. Aeneidos, in fine; neque quia intellectus agens, vel intelligentia datrix formarum, illa immitat, vt vult Auerr. in libellum Arist. de somniis, sed, quia species, & imagines rerum relictae in organo, & sensorio sensuum interiorum per sensationes, & operationes sensuum exteriorum, iterum excitatæ, & motæ per agitationem, & motum vaporum, qui efficiunt somnium, iterum mouent eodem sensus interioribus, itque circa illas eodem modo operantur, ac si obiecta ipsa, & res sensibiles essent verè præsentibus, & iterum actu mouerent sensus externos, vt benè explicat Aristoteles in libello de somniis, cap. 2. & 3. & in libello de diuinat. per somnia, cap. 2. nam, sicut motus proiecti continuatur etiam illo, qui primus mouit, non tangente amplius; quia ita mouit partem æris, vel aquæ sibi proximam, vt etiam virtutem illi indiderit mouendi aliam partem, ita & motus ab externo obiecto sensibili potest continuari ipso sensibili iam absente: quia ita mouit sensorium sensus exterioris, vt etiam dederit illi virtutem mouendi sensorium sensus interioris. Et hæc motiones contingunt potissimum nocte, & per somnium ex eodem Aristotele cap. 3. de somniis, & cap. 2. de diuinat. per somnia: quia per diem, & dum operantur sensus exteriores, &

intellectus, facile repelluntur, & impediuntur: sicut & ad præsentiam ignis, aut flammæ maioris impeditur minor, quasi ne luceat; & ad præsentiam magni doloris, aut magnæ voluptatis, impeditur dolor minor, & minor voluptas, ne sentiat: nocte verò, & per somnium; quia meatus sensuum exteriorum sunt obstructi, & ipsi sensus sunt ligati, & vacant à suis operationibus, & vapores liberius refluent ad principium sensus communis, etiam magis mouent, & excitant simulacra, & species rerum sensibilibus quasi quiescentes, eaque deferunt ad propria sensoria, & organa sensuum interiorum, & hæc certius, & facilius per illas mouentur; & sic contingunt somnia, & apparentiæ tempore somni, nisi forte ipsa motio, & agitatio vaporum sit nimia, vt idem subdit: quia in tali casu idem contingit, quod videmus accidere in aqua vehementius commota, & agitata: sicut enim intra illam, vel nihil videtur ex iis, quæ in fundo sunt, vel solum videtur distortum, & longè aliter quàm verè sit: ita & tempore somni, quando motus vaporum est vehementior, vel nihil apparet simulacrorum, vel certè solum apparet valè distortum, & monstruosum, vt communiter accidit melancholicis, febricitantibus, & temulentis; quia hæc omnes passionibus multum spirituosæ, & in spiritibus, aut vaporibus multum faciunt motum, & multam perturbationem.

Quòd si quæras, quare potius huius rei sensibilibus, quam illius contingat somnium, & apparentia tempore somni, eum reuera interioribus tam afferuntur species, & imagines huius, quam illius; & omnes æqualiter possunt moueri, & excitari per motum vaporum: Respondeo, rectè id explicari exemplo Aristotelis cap. 3. cit. in libello de somniis, sicut enim ranæ, verbi gratia, ex ligno, aut ex quouis materia, quæ aquis supernatet, si ita disponatur intra vas referunt sale, vt vna, verbi gratia, sit in fundo, & alia paulò superius; liquecente deinde paulatim sale per aquam iniectam, certo ordine incipiunt emergere, & apparere, id est, illo ipso, quo erant dispositæ, & asseruatæ interioribus: ita & species, & imagines rerum certo ordine apparent, & occurrunt in somno, per distinctos, & attenuatos vapores, prout certo ordine sunt dispositæ, & asseruatæ interioribus. Et quemadmodum imagines, verbi gratia, hominis, aut Centauri, quæ aliquando representantur in nubibus, citò, & facile mutantur, & transeunt, prout ipsæ nubes attenuantur, & rarefunt: ita & facile transeunt, & mutantur simulacra, & species, quæ apparent in somno, prout facile rarefunt, & attenuantur ipsi vapores, & spiritus, per quos deferuntur ad organa sensuum interiorum: & hinc contingit variabilitas, & inconstantia somniorum, vt subdit Aristoteles ibidem.

Rursus, si quæras, quomodo aliquando in somniis contingat deceptio, si solum sunt per species relictas à sensibilibus: siquidem hæc semper representant eodem modo sua obiecta, siue representent in somno, siue in vigilia: Respondet Aristoteles cap. 2. & 3. de somniis, semper in somnio rem apparere, quòd hoc, vel illo modo se habeat; non tamen semper putari, quòd ita se habeat, sicut apparet; & hæc de causa non semper contingit deceptio, sed tunc solum, quando desinetur id, quod diiudicat, vel quando non mouetur motu debito, id est, quando impeditur ipse intellectus, qui est potentia superior, vel quando non mouetur, aut excitatur à phantasia motu debito, si ique proportionato, ad hoc, vt corrigat iudicia sensuum, & determinet, quòd solum sunt apparen-

contingit potissimum nocte, & tempore somni.

6. Quare aliquibus contingant somnia distorta, & monstruosa.

7. Quare contingant somnia, & apparentia potius hæc, quam illæ.

8. Quare in somniis communiter contingat deceptio.

tlæ rerum, non autem ipsa res: nam semper vnun- quodque indicatur simpliciter tale esse, quæ re- præsentatur per sensum, nisi contradicat, & cor- rigat potentia aliqua superior, & etiam illud, quod vult esse vnun, & per oculum apparet duo, quando digitus, verbi gratia, supponitur oculo, vete putatur esse duo, si lateat, vel non aduertatur suppositio digiti; & idem etiam in somniis semper aliquid pu- tatur tale esse, quæle re præsentatur, & apparet, nisi intellectus apparentiam corrigat: quod tunc con- tingit, quando sensus interni, non sunt bene, & per- fectè ligati; sed adhuc potest saltem phantasia in- feruire intellectioni, & aduertentia; quod tunc dormitor, vt supra diximus num. 1.

9. Etiam brutis contingunt somnia.

Atque ex his possunt multa intelligi, quæ plu- ribus accidunt circa somnia, & difficilem habent explicatum: nam primò, quod somnia contingant etiam brutis, saltem iis, quæ animal pariter, vt habet Aristoteles lib. 1. de hist. animal. cap. 10. in initio. & in canibus, patet ex latrati, quem sapè edunt, dum dormiunt: quod ex eo est, quia etiam in brutis asseruantur species, & imagines sensibilibus, & quæ excitantur tempore somni per motum vaporum, & iterum deferuntur ad organum sensus interioris. De iis, verò, quæ pariunt oua, & de piscibus, aut aquatilibus, incertum id est; quantum sit certum, quod dormiunt, ex eodem Aristotele ibidem: quia communiter nullum edunt huiusmodi signum, quod somnient.

10. Quare pueri ante usum rationis non somniant.

Secundò, quod pueri ante usum rationis non somniant, saltim per aliquot annos, ex Aristotele lib. 4. de hist. animal. cap. 10. cit. in fine, vbi ait, editis nuper in lucem, & infantibus nullum contin- gere somnium; sed plurimis anno circiter quarto, aut quinto ætatis visa incipere, ex eo est, quia hu- moris, & vaporum redundantia, multumque mo- tus impedit apparentias, quanquam, vt ipse se ex- plicat lib. 7. cap. 10. in fine, id non ita intelligitur, quasi verè non somnient; sed quia non possunt, meminisse imaginum: nam primis quadraginta diebus, vt ibi dicitur, cum neque rideant, neque lacrymentur, dum vigilant; noctu tamen, & per quietem interdum vtrunque faciunt, quod est si- gnum, quod somnient: quantum non possunt me- minisse imaginum, nisi serò; & eorum somnia ex causa iam dicta, sint valde obscura, & vix appa- rentia; & idem vix etiam possunt dici, quod sint somnia.

11. Iuuenes par- tii somniant, & aliqui etiam per totam vi- tam nō som- niant.

Tertiò, hoc idem sæpè accidit etiam pueris, & iuuenibus, propter multum motum à caliditate, ex libello de somniis, cap. 3. & aliqui etiam tota vita nunquam somniant ex eodem cap. 3. & ex lib. 4. de hist. animal. cap. 10. in fine, & si postea somniant processu ætatis, magna in illis contingit mutatio quoad habitum corporis; & facillè contingit, aut mors, aut morbus, vt ibi subditur. & notat etiam Plinius lib. 10. cap. 75. & de Nerone in particulari narrat Suetonius in eius Vita. Sed hæc similiter accidunt, quia ex propria complexione fit in illis per totam vitam multa evaporatio, & multus mo- tus, isque impedit apparentias: & precedente ætate, sicut potest contingere mutatio in comple- xione, & evaporatio minui, & motus remitti; ita & possunt incipere somnia, & ex eadem mutatio- ne rationabiliter potest præsignificari mors, aut morbus.

12. Quare in- in sub lucem, & in fine somni- sunt clariora.

Quartò, sub lucem communiter somnia sunt clariora, quia per somnum consumitur copia va- porum, & remittitur motus, & agitatio; & idem imagines melius apparent: sicut & contingit intra aquam, quando est minus commota, vt supra diximus.

Similis ex libello de somniis, cap. 2. sic enim, quia se- datur, & secermitur sanguis in sine somni, amara sunt somnia, vt ibi dicitur, id est, bona, & con- formia imaginibus; & idem tunc videmur videre aliquid, & audire sicuti est; quia re præsentatur per imagines non distortas, & deprauatas ex ni- mio motu, & agitatione spirituum, & vaporum.

Quintò, quod aliqui somniorum non recorden- tur, vel est ex eo, quia apparentia, & somnia non sunt nisi leuia, & imagines solum debiliter mouent sensum; & idem apparentia non possunt relinque- re speciem sui in memoria; vel, quia illi, qui som- niant, statim post somnium mouentur fortiter motu aliquo corporis, isque motus dispellit, & prohi- bet impressionem phantasmatis in memoria, vt no- tat Albertus lib. 2. de somn. & vigil. tract. 2. cap. 5.

Sextò, quod aliqua plantæ, aut aliqui lapides sup- positi capiti dormientium, vel in puluino suspensi, ita vt dormientes o faciant, vim habent inducendi hæc, vel illa somnia, vt de aniso, quod vim habet leuandi somnia, refert Plinius lib. 20. cap. 17. & de quadam gemma silici simillima, quod reddat visa nocturna ad modum oiaculi, idem refert lib. 37. cap. 10. & de aliis pluribus tradunt Medici apud Paulum Zacchiam lib. 2. de morbis hypochondriacis, cap. 23. vel ex eo, quia per vapores, & halitus pro- prios, vel per aliquas virtutes proprias, & occultas immutant ipsos vapores, & spiritus, per quos fit somnus, eoque vel augent, vel minuant, vel certo modo attemperant; vel certè contingit, quia ha- bent specialem aliquam affinitatem, & sym- pathiam potius cum his phantasmatis, quam cum aliis; & idem hæc potius excitant, quam illa, vt etiam contingit in humoribus nostri corporis, quando excedunt certam temperiem, vt mox di- cemus.

Septimò, quod certa somnia maxime sequantur ad certos humores nostri corporis, & is, verbi gra- tia, in quo est multum melancholice, somniet tristitia, putà, mortem, religionem, tenebras; & qui aban- dat cholera, & fluxu bile, somniet iras, & inimici- tias; & qui habet multum phlegmatis, & pituitæ, somniet pluuia, aquas, natationes; & qui habet multum sanguinis, illudque tenue, & frigidum, som- niet volatus, & cursus, & motus celestium, vel etiam visiones, & ignes si sanguis sit crassior, & ca- lidior; & qui grauat superfluitate humoris tenui- nalis, aut vrinæ, vel alieuius alterius, somniet ves- venereas, aut eas, quæ faciunt ad expulsionem illius humoris, vt notat S. Thomas 2. 2. quest. 154. art. 5. Vnde & Medici diligenter interrogant ægrotos de somniis, vt ex illis coniciant, qui humores prædo- minentur, vt notat Aristoteles in libello de diuina- tione per somnium, cap. 1. & Hippocrates de somniis, & Galenus lib. de præfatio ex insomniis fumendo; hoc, inquam, totum ex eo contingit, quia singuli humo- res, ex institutione ipsa nature, maiorem habent affinitatem cū aliquibus phantasmatis, quam cū aliis, id est, cum iis, quæ inseruiunt ad eas functio- nes, & operationes, ad quas inseruiunt humores; & idem facillius illa excitant, & quasi prouocant ad mouenda sensoria, sicut pro tunc requirit nature indigentia, & bonum: sic enim etiam occurrunt certa phantasmata ad certas passiones, vt, verbi gra- tia, ad passionem metus, phantasma hostium, aut rei metuendæ; ad passionem amoris, phantasma rei, aut personæ amate; ad passionem sitis, aut famis, phantasma fontis, aut conuiuij; & sic de aliis natu- ra ipsa dirigente, & ordinante ad finem omnia, quæ possunt ad illum conducere.

His verò sic explicatis, circa naturam, & essen-

13. Quare aliqui somniorum non recordentur.

14. Etiam plan- ta, & lapides possunt indu- cere certa so- nia.

15. Certa somnia quare sequen- tur ad certos humores no- stri corporis.

tiam somnij facillè potest intelligi, quænam sint, aut possit esse illius causæ: nam vno verbo sunt illæ omnes, ex quibus possunt excitari, & moueri phan- tasmata quiescentia, & per motum vaporum tem- pore somni deferri ad organum imaginationis, & in illo fieri apparentia, quæ sunt somnium, & quæ ex S. Thoma 2. 2. quest. 95. art. 2. & omnibus com- munitur aliquando sunt intrinsecæ ipsi somniant, vt, verbi gratia, priores cogitationes, & desideria, vel affectiones, quas habet vnusquisque; & pos- sunt dici causæ extrinsecæ animales; vel etiam certi humores, qui pertinent ad temperamentum, & dispositionem cuiusque, & sunt causæ intrinse- cæ corporales, vt modo diximus; & aliquando sunt extrinsecæ, vt, verbi gratia, elementa ipsa, & cæ- lum, quæ hæc, vel illa ratione corpus alterant, & mouent phantasmata quiescentia, & sunt causæ extrinsecæ corporales; vel Deus, & Angeli, qui sunt causæ extrinsecæ spirituales; & per somnia sæpè nos mouent, & non solum viris ptopbis, & sanctis, sed etiam improbis aliqua manifestant; vel etiam Dæmone, qui per motum localem mouent in nobis vapores, & excitant, & disponunt, & coordinant phantasmata, & per illa mouent phantasmata, prout volunt: nam, quod priores co- gitationes, & animi affectiones multum valeant ad causanda somnia, non solum patet experientia; sed etiam expressè habet Aristoteles in problem. sect. 30. quest. 13. in fine, vbi asserit, quod in iis somniis, quos cibo ingesto agimus, communiter non datur facultas videndi somnium; illud tamen tunc maxime accidit, quando cogitantibus nobis, & ante oculos rem ponentibus, somnus accidit: vnde & ea maxime somniamus, quæ agimus, aut acturi sumus, aut volumus: quia de his maxime cogitamus; & idem qui virtutibus sunt instructi, meliora vident somnia; quia etiam dum vigilant, meliora cogitant: & contra, qui corpore, aut ani- mo sunt malè affecti, deteriora concipiunt; quia etiam affectio corporis multum facit ad somnij vi- sionem. Et quod somnia etiam caulentur ex tempe- ramento, & ex humoribus corporis, patet ex di- ctis paulò ante ex Aristotele, & ex Medicis.

16. Causa som- niiorum ali- quando sunt intrinseca ipsi somniant, & aliquando extrinseca.

17. Facillè cau- santur ex prioribus cogitationibus, & affectionibus animi.

18. Et ex tempe- ramento, aut humoribus corporis.

19. Et à celo.

20. Et à Deo.

Et quod aliquando caulentur à celo, & ex in- fluxu astrorum, patet ex eo, quod contingit in brutis, quoad diuinationem pluuia, & tempesta- tis; & quia cælum, sicut potest alterare humores nostri corporis; ita & potest mouere vapores, & per illos excitare, & mouere phantasmata, & effi- cere apparentias, quæ sunt somnia. Et quod sæpè immittantur etiam à Deo, expressè habetur apud Sanctum Iob, cap. 33. illis verbis: Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. & Numer. 12. ipse- met Deus sic loquitur: Si fuerit Propheta inter vos, per somnium loquar ad eum. Et quantum possit illos erudire etiam in vigilia: quia tamen tempore somni animus est magis solutus à curis retum terre- narum, est magis dispositus ad percipiendâ diuina, cum præsertim silentium ipsum noctis maiorem aliquam reuerentiam iis conciliet; & Deus ipse tenebras ponat latibulum suum; & idem eligat aliquando etiam somnicum obscuritatem: & hoc modo in sacris Litteris sæpius narrantur somnia im- missa à Deo per bonos Angelos, vt patet Gen. 28. de somnio Iacob, & cap. 17. de somnio Ioseph, & cap. 41. de somnio Pharaonis, & Math. 1. & 2. de somnio Sancti Ioseph, & Magorum, &c.

Neque faciunt in contrarium rationes Aristote- lis c. 1. & 2. de diuin. per somnium, quod somnia non

sunt dicenda immitti à Deo, quia sunt communia non solum optimis, & prudentissimis; sed etiam improbis, & amentibus; imò etiam brutis; & ij, quorum quasi loquax natura est, & melancholica, multimodas visiones vident; & qui sunt valde de- generes, sunt rectè somniantes, & præuidentes: hæc enim, & similia maxime dicuntur contra Socra- tem, qui contendeat semper somnia esse à Deo, & semper habere vim aliquam significandi, & idem etiam nomen diuinationis per somnia deriuabat à Deo, & à Diuinitate, vt notat Alber. lib. 3. de somno, & vigilia, tract. 1. cap. 2. & contra Socratem rectè probant rationes allatæ, quod non sit rationabile, quod semper somnia sint à Deo; non autem pro- bant contra, quod nunquam sint, cum possit Deus pro sua sapientia, & voluntate tam probis, quam improbis immittere somnia, ad eos fines, quos ipse intendit.

Et denique, quod somnia immittantur etiam à Dæmone, patet ex S. Thoma 1. part. quest. 111. art. 3. Et à Dæmo- ni, vbi id explicat, & ex iis mulierculis, quæ dicuntur ne- sagæ, & maleficæ, & opera Dæmonis grauissimè concipiunt somnum, & ab externis sensibus om- nino abstractæ per internas phantasias, & apparen- tias, somniant se esse conuersas in lupos, aut iu- menta, vel in alias huiusmodi bestias, vel etiam se per aëra obequitare, & cum aliis conuenire in quæ- dam loca, ibique cum Diana, aut Minerua, Pagano- rum Dea, tripudiare, & lautissimè conuiuiri; & plu- ra huiusmodi facere, quæ ab illis, & de illis narran- tur. Et quantum fortasse aliquando etiam realiter, & corporaliter transferantur à Dæmone ad huiusmo- di loca, vt ex earum confessionibus, & processibus putant Inquisitores, se habere pro compertissi- mo, & videre est in Lucerna Inquisitorum tract. de Strigis, num. 3. sæpius tamen non transferuntur, nisi phantasticè, & per somnia immissa à Dæmone, vt bene explicat S. Augustinus lib. de spiritu, & anima, cap. 26. & 28. tom. 3. Et præterea ex historiis idem constat de iis, qui adibant templa Æsculapij, aut Serapidis, & per somnia mouebantur de remediis suorum morborum, vt ex Pausania, Strabone, & aliis refert Cælius Rhodiginus lib. 27. cap. 15.

21. Et à Dæmo- ni.

DISPUTATIO VIII.

Quomodo ex somniis possit contingere di- uinatio futurorum euentuum.

- 1. Ex somniis non possunt diuinari omnia futura.
2. Somnia non possunt dici præsignificare futura, tan- quam signa ad placitum, & ex Dei institutione.
3. Effectus contingentes, & liberi non possunt diui- nari ex somniis, nisi quando immittuntur spe- cialiter à Deo.
4. Quibus indiciis possit cognosci, quod somnia sint à Deo, vel à Dæmone.
5. Qui effectus futuri possint diuinari ex somniis.
6. Ex somniis immisissis à Dæmone nihil potest licitè diuinari.
7. Coniectores somniorum non nisi casu possunt diui- nare res disparatas.
8. Coniectores somniorum sæpius falluntur, & prædicunt contraria.
9. Quomodo Aristoteles admittat coniectores som- niiorum.
10. Somnia diuinatoria quare sæpius, & facillius con- tingant rudibus, quam sapientibus.
11. Quare melancholici facillius diuinant.

12. Quare

- 12. Quare facile somniamus de amicis.
- 13. Quare somnia etiam vera non semper euentiant.
- 14. Proventiore diuinatione ex somniis, quid specialiter sit obseruandum.
- 15. Quid possit diuinari ex somniis melancholicis naturalibus.
- 16. Quid ex sanguineis.
- 17. Vel ex cholericis.
- 18. Vel ex phlegmaticis.
- 19. Et quid ex somniis animalibus.
- 20. Insomnia, & Spectra, siue phantasmata proprie dicta nihil praesignificant.

X causis somniorum iam explicatis vt colligamus, & explicemus, quid sit tenendum circa diuinationem futurorum, ex somniis:

Primo, certum est, quod non possunt omnia futura ex illis diuinari, quicquid dicant Astrologi apud Nisum in comment. ad librum Aristotelis de diuinatione per somnium, in fine, qui contendunt, somnia esse praesagia etiam illorum, quae sunt supra nositam facultatem: quia immittuntur a caelo, & ab aetheris: ex quibus tamen secundum illos omnia diuinantur. Sed contra optime facit argumentatio Aristotelis cap. 1. de diuinat. per somnium, & S. Thomae 2. 2. quae. 95. art. 6. quia somnia neque sunt causa, neque effectus, aut signa naturalia omnium futurorum; sed ad multa se habent, vt merum accidens: & idem quemadmodum ex aemulatione, verbi gratia, Socratis non potest diuinari eclipsis futura, quia ad illam se habet solum vt accidens, & potest ab illa simpliciter adesse, & abesse sine illius corruptione: ita neque ex somnio huius, aut illius possunt diuinari illa futura, ad quae somnium comparatur solum vt accidens: & quod ego somnium, verbi gratia, hac nocte: quod erit bellum nauale, & quod amicus redibit in patriam; non possunt rationabiliter hinc diuinari, quod erit bellum, & quod amicus redibit; & si postea bellum sit, & amicus redeat, id non erit nisi casu, & non per accidens ad meum somnium. Et sicut si eadem cogitatio de bello futuro, & de amici reditu incidat mihi in vigilia, non possent ex illa quicquam diuinari circa veram futuritionem, vel non futuritionem; & futuritio solum casu, & merè per accidens consequeretur post meam cogitationem: ita nec possunt diuinari ex eo, quod eadem imaginatio mihi contigerit tempore somni, vt bene argumentatur Aristoteles cap. 1. cit. in fine.

Neque potest rationabiliter dici, quod somnia sint signa ad placitum; & ex Dei institutione omnium futurorum, cum talis institutio neque habeatur in Scripturis; neque proponatur, aut approbetur ab Ecclesia; sed expressè negetur, dum grauitè prohibetur obseruatio somniorum; Deuter. 18. Non obseruatur in te, qui obseruet somnia. & Levit. 19. & 24. Paralip. 33. & Ecclesiast. cap. 5. & Ierem. 29. & sapè alibi. Et praeterea optime facit ratio illa: Ciceronis lib. 2. de diuinat. quod plerique mortaliū somnia vix intelligant, & eorum vix recordentur, sique non pareant, quod certè omnino deberet aether esse, si Deus ipse somnia elegisset; vt signa ad placitum euentuum futurorum, eaque nobis immitteret, vt nos praediceret futura, nobisque consuleret: & ne huiusmodi signa plerisque hominum acciderent frustra, omnino debuisset efficere, vt non contemnerentur, & vt illorum significatio sciretur ab omnibus: & praeterea si voluisset nos esse praemonitos de rebus futuris, multò apertius dedisset signa aliqua vigilantibus, quam dormientibus,

cum notitiae, & sensationes in vigilia sint certiores, & sine obscuritate, & imaginibus somniorum multò meliùs potuissent eos docere per visum, & clarissimè vnquenque potuissent monere, quod hoc, vel illud deberet accidere, vel illi, vel alii; neque apparet vlla ratio, siue necessitatis, siue congruitatis, propter quam debuere vnique pro rebus futuris immittere somnia, eaque inobluere, & occultare inuolucris, & obscuritatibus somniorum, dum simul interdebat, vt illæ innotescerent vnique.

Atque ex his clarè intelligitur, quod saltem effectus contingentes, & qui pendunt à libertate, non possunt sine superstitione certò diuinari ex somniis, nisi quando peculiariter immittuntur à Deo, sanctisque Angelis, ad eos praenunciandos: siue enim proueniant ex prioribus cogitationibus, & passionibus animi; siue ex humoribus, & temperamento corporis; siue à caelo, vel etiam à Dæmone; nullo modo sunt causa, aut effectus huiusmodi euentuum futurorum; & idem neque sunt illorum signa naturalia, & multò minus sunt signa ad placitum ex Dei institutione, vt diximus; id proinde si aliquando significant tale aliquid, id solum erit ex institutione Dæmonis, & solum ab illo expectandus erit euentus, quae est superstitio. Si verò peculiariter somnium aliquod immittatur à Deo, nulla est superstitio, si illi fides adhibeatur: siquidem ipsemet ita declarat Numer. 22. Si fuerit Propheta inter vos, per somnium loquar ad eum. Et de facto ita locutus est pluribus, vt supra diximus disp. praecedente, n. 19.

Quibus autem indicis possit dignosci, quod haec, vel illa somnia sint à Deo, bonisque Angelis; non autem à Dæmone; pluribus explicat Mart. Delr. lib. 4. disquisit. 1. q. 6. & c. 3. q. 6. Perer. lib. 1. in Damalem. quae. 3. & lib. 2. de Magia, quae. 3. Suar. lib. 2. de superstit. cap. 13. à num. 21. Valen. 2. 2. disp. 6. quae. 12. puncto 3. in fine; Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 3. num. 52. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 3. num. 7. Bonac. disp. 3. in primis principi. Decal. quae. 5. puncto 3. num. 7. & alij: si enim somnium impellat, aut moueat ad aliquod malum, vel ad bonum aliquod indifferetum; vel relinquat animum confusum, & tardiores ad bona; rationabiliter credi potest esse à Dæmone. Et contra, si impellat ad bonum, & animum faciat promptiorem, & alacriorem; credi potest esse à Deo, quamquam non nisi humiliter, & cum magno timore id est credendum; cum sapè Dæmon se transfiguret in Angelum lucis, & aliquid boni suadeat, vt postea persuadeat per eadem somnia plura mala, & inutilia. Quod si ex his indicis non possit satis cognosci, quod somnium sit à Deo; tutissimum est, vt contemnatur, tanquam à Dæmone, vt notant Delrius lib. 4. cap. 3. quae. 6. post 5. conclusionem, & Sanchez num. 52. citato: quia Deus immittens somnium, simul facit hominem certum, quod ipse immittat.

Dixi autem, effectus futuros contingentes, & liberos, non posse certò diuinari ex somniis: quia, si quis ex aliquo somnio solum faciat coniecturam de aliquo euentu futuro contingente, & libero, sibi que noxio, vt, verbi gratia, quod aliquis contra ipsum insidias parat; & ex tali somnio prudenter sibi caueat; non facit superstitiosè, vt notat Bonacina puncto 3. citato; num. 8. & Layman cap. 3. citato, num. 6. ex Calderano in summa, verb. Somniorum obseruatio, & ver. Obseruatio superstitiosum, & Nauarus in Manuali, cap. 11. num. 33.

Secundò, certum est, quod aliqua futura possunt diuinari ex somniis; neque omnis illorum obseruatio est damnanda, & vana; quicquid dicat M. Tul. lib. 2. de

3. Effectus contingentes, qui liberi non possunt diuinari ex somniis, nisi quando immittuntur specialiter à Deo.

4. Quibus indicis possit cognosci, quod somnia sint à Deo, vel à Dæmone.

5. Qui effectus futuri possunt diuinari ex somniis.

de diuinat. & aliqui alij ex veteribus, qui absolute, & vniuersaliter sustulerunt omnem diuinationem per somnia. Contra enim est quia effectus necessarij, qui in nobis contingunt ex complexione, & temperamento humorum, licetè possunt diuinari per somnia, quando causantur ex eadem complexione, & ex eodem temperamento: & idem Medici valde rationabiliter ex somniis faciunt coniecturam de morbis, vt supra diximus, in quantum, scilicet eadem causa, quae facit somnia, facit etiam morbos; & idem cum vtrique habeant eandem causam communem, rectè possunt assumi, vt signa ad inuicem, & ex morbis rectè possunt diuinari somnia, & ex somniis morbi: & eadem ratione effectus necessarij, qui sunt extra nos, verbi gratia, pluuiz, serenitates, &c. licetè possunt diuinari per somnia, quae de illis causantur à caelo, vt inter Philosophos bene explicat Albertus Magnus in lib. 2. Physicor. 2. cap. 21. in solutionibus argumentorum Mathematicorum: sic enim etiam bruta praesentunt huiusmodi effectus ex influxu caeli, cum eadem causa, quae disponit, verbi gratia, ad pluuiam, possit mouere etiam phantasmata pluuiz, tam in brutis, quam in hominibus; & tam in somno, quam in vigilia: quamuis homines communiter magis aduertant huiusmodi motiones in somno, quam in vigilia, vt supra declarauimus disp. praeced. n. 5. Et quoad eos effectus, qui sunt in nobis, vel à nobis dependent, optima est etiam ratio, quam affert Aristoteles cap. 1. de diuinat. per somnium: quia, sicut aliqua somnia, sunt signum, verbi gratia, priorum cogitationum, aut affectionum, ex quibus fuerunt causata, eaque significant, vt iam praeteritas; & sicut effectus significant causas: ita & aliqua possunt esse principium operationum posteriorum, eaque possunt significare, sicut cause significant effectus: vt, si quis, verbi gratia, ex eo, quod somniauit, rem aliquam fore sibi vtilem ad morbum leuandum, eandem benè consideret expectatus, & re ipsa morbo adhibeat, & à morbo leuetur, vt de facto contigit Alexandro apud Marcum Tullium lib. 2. de diuinat. qui somniauit radiculam quandam fore salubrem Ptolomeo familiari, & militibus, qui ex vulneribus per venenata tela acceptis in praelio, grauisimè laborabant, eamque conquisitam, & repertam malo applicuit, & omnes sanauit: & illi alteri apud Nisum in Comment. ad cap. 1. Aristotelis de diuinat. per somnium, qui contra splenis molestiam, qua laborabat, somniauit, fore sibi vtilem emissionem sanguinis ex manu sinistra, & ex illa de facto conualuit. Et siue dicamus, contingere huiusmodi somnia ex natura ipsius, vt sic dicam, solertia, & prouidentia, quae ad lenandos suos morbos, & alios quoscumque fines sibi conuenientes, & bonos, benè nouit excitare phantasmata illis apta, & bona, vt supra explicauimus disp. praeced. n. 14. siue ex speciali Dei prouidentia intra ordinem naturalem; satis declarant id, quod intendimus ex ratione Aristotelis, quod somnia possint aliquando praesignificare futura, etiam vt causa.

Et similiter quoad eos effectus, qui in nobis causantur ex temperamento humorum, non solum possunt ex somniis indicari, & indicari effectus praesentes, vt communiter faciunt Medici circa morbos, quos actu curant; sed etiam possunt diuinari euentus futuri: sic enim quando somnia iis contingunt, qui tota vita non fuerunt soliti somnari, possumus dicere, quod grauis mutatio illis impendet, id est, vel grauis morbus, vel etiam mors, vt ex Aristotele paulò ante retulimus num. 11. & de illis, qui apud Nisum lib. de somniorum interpret.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

preerat. cap. 14. & apud Themistium in libro de diuinatione per somnium, cap. 6. sa pius somniant, quod mordeantur à nigro cato in pede dextero, & deinde in eodem pede nigram puellulam habuerunt; & ex illa interierunt: vel somniant, quod per totam cutem acubus pungentur; & deinde post paucos dies lepra canina laborarunt: vel, quod ambularent per lutum, aut super prunas; & deinde febris putrida correpti sunt: & de aliis huiusmodi facile potuissent periti Medici, & coniectores diuinare ipsos morbos, qui postea sunt consecuti ad huiusmodi somnia: siquidem per illa satis indicabantur certi humores corrupti, & viciati, ex quibus illi sunt causati: & per phantasma, verbi gratia, nigri cati dexterum pedem mordentis, satis significabatur concursus humoris melancholici benè perusti ad illam partem: & per phantasma acutum cutem pungentium, significabatur concursus eiusdem humoris ad summam cutem: & per lutum, aut loca lutosa, humores iam putridi moti per venas: & denique per prunas significabatur excessus flauae bilis, ex qua causatur ardor febris.

Ex his verò somniis, quae proueniunt à Dæmone, certum est, quod nihil potest certò diuinari, cum ipsi, tanquam mendacissimò, & Patri mendacij, nulla fides possit haberi. Et certè notant Doctores, quod tunc maximè est cauendum ab huiusmodi somniis, quando videntur comprobari euentu: siquidem id, vel casu accidit, vel ex opera Dæmonis, vt faciliùs persuadeat fidem illi haberi, vt videre est apud Valentian. 2. 2. disparat. 6. quae. 12. citata, puncto 3. in fine, & apud Sanchez cap. 38. citato, num. 54. Et quia vix potest certò cognosci, vtrum somnia verè proueniant à causis naturalibus, an verò à Dæmone; idem grauitè peccat, qui temerè illis credit, cum se exponat manifesto periculo deceptionis à Dæmone: & si propter fidem, quam habet ad somnia, faciat aliquid, aut omittat contra legem Dei, certissimum est, quod peccet mortaliter; vt notant Caetanus in Summa, verbo, Somniorum obseruatio, & Nauar. in Manuali, cap. 11. num. 33. Et si certo modo, aut situ corporis se componat, ex intentione, vt somniet, & aliquid occultum sibi reueletur per somnium; pessimam superstitionem committit, cum hoc nihil sit aliud, quam instructionem, & reuelationem expectare à Dæmone, vt notant Suar. lib. de superstit. c. 13. n. 20. Layman lib. 4. tract. 10. c. 3. n. 6. Bonac. disp. 3. q. 5. puncto 3. num. 8. Less. lib. 2. c. 43. n. 54. Sanchez lib. 2. in Decal. c. 38. n. 53.

Neque contra id, quod diximus n. 1. non posse omnia diuinari ex somniis, multum vrget experientia, quod coniectores, & iudices, siue interpretes somniorum, sapè diuinent ex somniis res maximè disparatas, & minimè connexas cum nostris humoribus, aut cum nostris passionibus, vt patet ex Marco Tullio lib. 2. de diuinat. exemplo illius, qui somniauit ouum pendere ex fascia sui lecti cubicularis, & à coniectore audiuit, somnio illo significari thesaurum sub lecto latentem ex argento, & auro, sicut & ouum est ex vitello, & albo: & verè sub lecto defodit aurum argento circumdatum. Imò & Aristoteles in libello de diuinat. per somnium, cap. 2. in fine, ex professo tradit, quis sit optimus somniorum coniector: quod tamen non esset, nisi coniectatio posset fieri absolute de omnibus somniis, & omnia aliquid significarent. Hoc, inquam, non multum vrget: quia, vt diximus eod. n. 1. ex Arist. c. 1. si contingat post meum somnium euenire aliquid disparatum, & cum illo, eiusque causis mini-

K K k me

6. Ex somniis immixtis à Dæmone nihil potest lucè diuinari.

7. Coniectores somniorum non nisi casu possunt diuinare res disparatas.

1. Ex somniis non possunt diuinari omnia futura.

2. Somnia non possunt dici praesignificare futura, quia signa ad placitum, & ex Dei institutione.

mè connexum, non potest euenire, nisi casu, & ex mero accidente: & sicut ambulatio Socratis, verbi gratia, merè per accidens se habet ad fulgurationem, si postea, ambulante Socrate, est consecuta: ita & meum somnium ad rem disparatam, & cum ipso, cuiusque causis non connexam. Et tale reuerà fuisse allatum somnium de ouo pendente cum inuentione thesauri latentis sub lecto, rectè ostendit ratio allata à Marco Tullio ibidem: quia plures alij somniant de ouo; nec tamen inuenerunt thesaurum. Et qua ratione casu contingit inuentione thesauri post huiusmodi somnium de ouo pendente: ita & casu contingit diuinatione coniectoris ex proportione, & similitudine, quam fortè apprehendit inter ouum ex vitello, & albo compositum, & inter thesaurum constat ex auro, & ex argento. Et, vt subdit ibid. Tullius, quòd tales diuinationes ex huiusmodi proportionibus, & similitudinibus verè sint casuales, clarè patet: quia sèpissimè ipsimet coniectores in somniis interpretandis sunt inter se contrarij: quod signum est, eos non agere ex arte, & ex certa ratione, quæ sine dubio non esset nisi vna; sed pronuntiare solum casu, & ex ingenio. Et hoc modo res accidit duobus illis cursoribus ex eodem M. Tullio, quorum vnus, cum cogitaret proficisci ad Olympia, somnauit, quadriga se vehi: & somnio relato sequenti die ad coniectores, audiuit ab vno, quòd certè esset victurus; quia cursus ipse, & celeritas equorum id ita prænotabat: & ab altero contrà audiuit, quòd certè esset vincendus; quia alios debebat habere ante se præcurrentes: & cursus ipse, & velocitas præcurrentium equorum, quos ipse subsequebatur, sic præmonstrabat. Et alter, relato similiter somnio ad coniectores, quòd visus sibi esset euasisse in aquilam, audiuit ab vno, quòd esset victurus; quia nulla est volucrum, quam aquila non vincat volatu: & ab altero contrà audiuit, quòd esset vincendus: quia aquila, quandiu aues, & prædam insequitur, semper ipsa postrema est.

8. Coniectores somniorum sèpissimè falluntur, & prædicunt contraria.

9. Quomodo Aristoteles aduenit coniectores somniorum.

10. Somnia diuinatoria quare sapientibus & facilius contingant rudiibus, quam sapientibus.

pore: sicut ex eadem ratione etiam bruta melius sentiunt mutationes temporum, & calis influxus, quam nos; quia paucioribus distenta, melius capiunt mutationes aeris, quæcunque sint.

Quod verò additur de melancholicis, ex eo est, vt notat ex Aristoteles de diuinat. per somnium, p. 2. quia eorum natura est loquacior, & Dæmonia, vt ipse loquitur: quia enim multa continuò concipiunt, & mente agitant, & à multis mouentur, & motus imaginationis tenaciores in illis sunt, & firmiores propter organi particularem dispositionem, ex ficiore temperamento, neque facile dispelluntur ab aliis motibus, mirum non est, si aliquando diuinent: nam, sicut qui tota die ad certum scopum arcu contendit, mirum non est, si aliquando collimet; & qui est multus, in talis sapiendis sèpè iacet hoc, vel illud, quod fortè intendit: ita & qui cogitat, & somniat multa, mirum non est, si aliquando diuinet.

Ad illud de familiaribus, & amicis respondet Aristoteles ibidem, ex eo accidere, vt etiam pro illis somniemus, & diuinemus: quia etiam pro illis multa continuò cogitamus, & etiam de illis solliciti sumus, eorumque motus in nobis sunt firmiores.

Denique ad illud, quòd sèpè res non ita eueniant, sicut prænotantur per somnia: Respondet, id non esse inconueniens: quia etiam illa, quæ in nostris corporibus significantur esse futura: per signa naturalia, & illa, quæ ab ipso cælo significantur, vt futura in elemētis, verbi gratia, quoad pluias, ventos, serenitates, non semper infallibiliter eueniunt: & non est idem dicere, quòd aliquid sit futurum; & dicere, quòd erit: sed per illud significatur determinatio aliqua, aut inclinatio in causam, & principio ad illud ponendum, nisi impediatur, aut, nisi accidat aliquid aliud, propter quod de facto non ponatur: per hoc verò significatur omnimoda, & certa illius infallibilitas, & quòd infallibiliter, & certè ponetur, vt etiam clariùs docuerat idem Aristoteles lib. 2. de gener. & corrupt. sect. 64. Et qua ratione sèpè contingit, vt multa bene consulta, quæ expedit fieri, & quantum est ex priorè consultatione, possunt dici esse futura; de facto tamen non sint: quia propter aliqua præstantiora initia, est dissoluta, & reuocata prior deliberatio: ita & potest contingere, vt quæ ex somnio prænuntiantur futura, impediatur per aliquem alium motum præstantiorem, & de facto non sint, & non eueniant, vt, si ex somnio prænuntietur, verbi gratia, morbus propter humorum intemperiem, & corruptionem, sique humores postea meliori cura regantur, & corrigantur; & sic morbus se ipsa non accidat.

Quòd si quæras, quid specialiter sit obseruandum, vt diuinatione per somnia naturalia, aut animalia, quæ eueniunt ex humoribus nostri corporis, vel ex affectionibus, & passionibus animi, sit certior. Respondeo ex Aristotele in fine capituli 2. de diuinat. per somnium, si somnia sint ex re recta; & simulacra, quæ in illis apparent, sint ex se clara, diuinationem ex illis esse facillimam; & vnunquenque facile posse de illis iudicare; si verò somnia, & simulacra sint deprauata, atque obscura, eum esse optimum, & artificiosissimum illorum iudicem, qui potest cognoscere similitudines, sub quibus contingunt: & si illa propter nimium motum vaporum sint dissipata, atque distorta, quales sunt, quæ solent apparere intra aquam vehementius agitatam; ille est optimus, qui potest eas reducere ad rectitudinem, & cognoscere, quòd sint hominis, verbi gratia, aut equi, vel alterius, cuius sunt. Et per hoc totam rationem interpretandi somnia

11. Quare melancholicis facilius diuinent.

12. Quare facilius somniemus de amicis.

13. Quare somnia etiam res vna non sèpè eueniant.

14. Pro certiore diuinatione ex somniis, quid specialiter sit aduertendum.

somnia reducit Aristoteles ad cognitionem imaginum, & similitudinum, sub quibus contingunt; & ex illo huiusmodi iudex, & interpres debet probe nosse, quorum rerum sint simulacra, & imagines, quæ apparent; & quid natura sub illis inuoluat. Verum ad hoc ipsum cognoscendum non est attendenda quæcunque similitudo, & analogia, quæ fortè appareat prima facie ad rem aliquam: siquidem hæc potest esse ad res diuersissimas, & contrarias, vt patet exemplis paulò ante allatis de cursoribus Olympicis ex Marco Tullio lib. 2. de diuinat. Sed optimum, & tutissimum est, vt quantum potest, inuestigetur causa, à qua excitantur similitudines, & simulacra cuiusque somni; quia, vbi constiterit de huiusmodi causa, necessarè etiam constabit, quòd res significata sit aliquid ex eis, quæ possunt ab illa effici; & maior, & certior patebit via, vt per analogiam, & similitudinem magis determinetur significatio cuiusque imaginis, & simulacri: ac proinde pro diuinatione ex somniis naturalibus optimum est, in promptu habere eas imagines, & simulacra, quæ respōdent peculiariter vnicuique humori, & communiter ab illo excitantur: nam secundum vnunquodque prædicamentum sunt aliqua, quæ specialiter referuntur ad vnunquenque humorem, vt notat Rhodigin. lib. 2. 7. c. 15. & Nifus lib. de somniis. interpret. c. 13. & seqq. Et ad melancholiam, v. g. secundum genus, & prædicamentum substantiæ pertinet terra, & quæ sunt terræ, lapides nigri, aquæ putridæ, & paludes, Contentus Religiosorum, mortui, & similia: secundum quantitatem permanentem pertinet res crassæ; & secundum successiuam res antiquæ, & diuturnæ: secundum relationem, similitudo cum Dæmonibus, & Dæmoniis, ratione nigredinis, vmbra, & tenebratum: secundum qualitatem colores nigri, ac tetti, sapores acres, species, & aspectus senilis, grauitas, seu ponderositas, frigiditas, siccitas: secundum actionem, & passionem, ferri dorsum, inaccessus piger, ac tardus, longa itinera, carceres, seruitutes, calamitates: secundum habitum, vestes nigrae, aspectus senilis, Conuentus Religiosorum, edificia antiqua, & ruinosæ, & his similia, quæ ab Astrologis, & in cælo tribuuntur Saturno. Et vbi constiterit ex huiusmodi phantasmatis, quòd somnium sit melancholicum, videndum vltèrius est, vtrum phantasma representetur, quasi tangat immediatè ipsum somniantem, siue secundum totum, siue secundum partem; an verò aliquid diuersum, v. g. filium, amicum, patriam: si enim non representetur tangere ipsum somniantem, signum est, quòd excessus melancholice potius sit in vaporibus, & spiritibus, quam in substantia humorum, vel in ipsi membris; atque ita potest timeri sola ephemera melancholia, vel aliquis alius ex iis morbis, qui causantur per spiritus melancholicos, nisi corpus bene regatur, & ipsi spiritus, & vapores melius corrigantur: si verò dictum phantasma representetur tangere somniantem secundum totum, timeri potest morbus aliquis vniuersalis toti corpori, v. g. febris, mania, apoplexia, epilepsia: & si appareat solum tangere secundum partem, timeri potest morbus particularis in illa parte, vt de facto illi contingit, qui somnauit se morderi in dextero pede à nigro cato, & deinde in eodem pede pululam habuit; ex qua est mortuus. Atque hæc præiudicia de morbis futuris, tunc fiunt ex phantasmatis, & somniis melancholicis, cum maiori certitudine, quando somnia non contingunt tantum semel, atque iterum; sed sèpius, quia tunc est signum, quòd excessus melancholice est multus, & permanens.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Similiter ad sanguinem hæc phantasmata pertinent: secundum prædicamentum substantiæ, aer, & res acreæ: secundum quantitatem permanentem medium quid inter crassum, & tenue; secundum successiuam medium inter antiquum, & recens: secundum relationem similitudo cum liquoribus rubris, rebullisque aliis iucundis, & lætis: secundum qualitatem, color rubeus, sapor dulcis, aspectus iuuenilis, grauitas, & ponderositas aliqua; sed minor grauitate terræ, & aquæ, caliditas, & humiditas: secundum actionem, & passionem motus aliquantulum celer, ascensus ad mediam regionem, supetuolatus, & c. secundum habitum, velles alba, & rubra, homines pulchri, & bonæ stature, & alia, quæ ab Astrologis tribuuntur Ioui.

Ad coleram pertinent, quæ in cælo tribuuntur Marti, ignis, res igneæ, arum, ac tenue, iuuenile, & virile, color citrinus, sapor amarus, leuitas, caliditas, siccitas, motus celerissimus, ascensus sursum, volatus, artes, quæ exercentur per ignem, ferrum, rixæ, iurgia, bella, vulnera, violentiæ, prædones, effusiones sanguinis, morbi, qui sunt cum rubedine, & similia.

Denique ad phlegma pertinent ea, quæ in cælo tribuuntur Veneri, aqua, & res aqueæ, crassum, & corpulentum, senile, antiquum, colores albi, sapores dulces, & aliquando insipidi, & aliquando salsi, aspectus muliebris, vel senilis, grauitas, frigus, humiditas, motus piger, serus, ac segnis, & tendens dorfum, & alia huiusmodi.

Et in his omnibus idem est obseruandum, quod diximus paulò ante de somniis melancholicis, vt, scilicet, postquam constiterit, quòd somnium sit sanguineum, vel cholericum, vel phlegmaticum, expendatur, quomodo afficiat somniantem; & ea conijciantur posse euenire, quæ possunt causari ex illo humore.

De aliis verò somniis, quæ dicuntur animalia, quæ proueniunt ex affectionibus, & passionibus animi, vel ex occupationibus, & exercitationibus corporis, facile potest colligi, ad quam affectionem, aut passionem pertineant, si aduertatur materia, circa quam versantur: qui enim sèpius somniat aggressiones ab hostibus, aut vulnera, verbi gratia, facile potest conijci, quòd sit timidus: & qui somniat pugnas, & pericula, in quæ ipse vltro se coniecit, potest colligi, quòd sit fortis: & qui somniat piscationes, aut venationes, quòd sit piscator, aut venator: & qui somniat disputationes, quòd sit Philosophus: & sic de aliis: quanquam si huiusmodi phantasmata sint propriè insomnia, aut spectra, vel phantasmata, provt illa descripsimus ex Sancto Augustino, & ex Macrobio disp. præced. num. 3. & provt ea distinximus ab oraculo, viso, & somnio propriè dicto, non est magnoperè laborandum de quouis diuinatione rei futuræ, quæ possit ex illis fieri, cum etiam Gentiles, qui plurimum dabant diuinationi per somnia, dixerint illa nihil significare, aut præmonere, vt notat Delcius lib. 4. disquisit. cap. 3. quæst. 6. sub ini. Vnde & apud Virgilium 6. Aeneidos, in fine, dicuntur ad nos mitti ab Inferis per portam eburneam, id est, per illam, per quam mittuntur somnia falsa; non autem per portam corneam, per quam mittuntur somnia vera.

Sunt gemina somni porta, quarum altera fertur Cornea, qua veris facilis da'ur exitu vmbra. Altera candenti perfecta nitens elephanto: Sed falsa ad caelum mittunt insomnia Mænes.

16. Quid ex sanguine.

17. Vel ex cholericis.

18. Vel ex phlegmaticis.

19. Et quid ex somniis animalibus.

20. Insomnia, & spectra, siue phantasmata propriè dicta, nihil præsignificant.

DISPUTATIO IX.

Quæ diuinitio possit esse licita ex colore, proportione, & figura partium humani corporis.

- 1. Humorum temperies, & qualitas valetudinis potest licite diuinari ex Physonomia.
2. Ingenij bonitas licite potest diuinari.
3. Ad bonitatem ingenij quæ sit optima dispositio capitis.
4. Ad bonitatem ingenij requiritur in cerebro certa temperies caloris, & siccitatis.
5. Ex partibus, & qualitatibus corporis licite diuinantur inclinationes, & passiones animi.
6. Non tamen est licitum diuinare actum ipsos, & mores actuales.
7. Et multo minus effectum contingentes, & merè fortuitos.
8. Quomodo sit licita diuinitio ex partibus corporis, prout comparantur cum particularibus Planetis.

Rem hanc paucis expediamus, primò, licitum est ex colore, proportione, & figura partium humani corporis coniectare temperiem, valetudinem, ingenium, inclinationes, & affectiones cuiusque. Ita Arist. 1. de moribus populi. Franc. Valles. in sua sacra Philosophia, c. 32. Azor. part. 1. lib. 9. c. 16. in fin. Less. lib. 2. cap. 43. num. 45. Delrium lib. 4. disquisit. cap. 3. quest. 4. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 44. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 3. n. 5. & alij. De temperie, & valetudine nulla est difficultas: quia solum consistit in certa proportione humorum: & hæc ex nullo alio potest certius, & melius colligi, quam ex colore, & habitudine corporis, tanquam ex proprio effectu, & ex signo naturali.

De ingenio probatur: quia intelligentia in hac vita maximè dependet à phantasmatis: & à sensibus interioribus; qui tamen sunt potentie organice; & sequuntur dispositionem proprii organii. Et hoc modo Aristoteles 2. de anima, text. 94. ex sensu tactus, qui in homine est præstantissimus, colligit, quòd homo sit animal prudentissimum, & quòd inter homines, ij sunt magis ingeniosi, & apti mente, qui carne sunt molliores: quia, scilicet, hæc ipsa mollities clarè indicat tenuitatem humorum, ex qua multum iuuatur claritas, & celeritas imaginationis, & intellectiois, si præterea ex parte cerebri, & organorum interiorum concurrant reliqua. Et eadem ratione idem Arist. in Physonomia. c. 6. inter signa ingeniosi ponit, quòd caro sit humidior, & mollior, & cutis tenuis, & pili non admodum duri, & color albus, mixtus rubore, & purus: & Galenus in Arte medica, cap. 5. ad bonitatem ingenij hanc ait esse optimam dispositionem capitis, vt sit ad instar sphaeræ exquiritè rotundæ; sed parum depressæ ad latera: & idè ex parte anteriore, quæ est frons, & ex parte posteriore, quæ est occiput, sit eleuatiore, & non multum plana, ne multum comprimantur ventriculi cerebri, ex qua compressione communiter prouenit, vt qui sunt frontis, & occipitis valdè plani, sint parum capaces, & parum dociles, & parum memores: & præterea requirit, vt quoad magnitudinem sit mediocriter; & in iis, qui sunt parua statura, potius sit maiusculum; & in iis, qui sunt magna, sit potius

minusculum, quia spiritus animales facilius suppeditantur in corpore paruo, quam in magno, in quo debent diffundi per plures partes. Et quanuis idem Galenus etiam requirat debitam magnitudinem quoad substantiam cerebri, siquidem animalia, quæ sunt prudentiora, plus etiam habent cerebri, vt canes, & simia, & homo, qui est animal magni cerebri, id est, duplo maioris, quam boues etiam maximi, est etiam animal prudentissimum; non tamen propterea magnitudo cerebri semper infertur ex magnitudine capitis, cum hæc aliquando proueniat ex multitudine materię ossis, & carnes, quæ cerebrum vestit, & in tali casu potius impediatur operationes animæ quæ in corpore valdè onusto ossibus, & carne, & adipe, minus potest operari. Et denique requirit Galenus in eadem substantia cerebri debitam subtilitatem, & tenuitatem, & debitam temperiem quoad primas qualitates: siquidem, si cerebrum sit calidius, causatur instabilitas, & leuitas in operationibus, dum spiritus animales, in quibus resident species, & phantasmata, facilius mouentur, & apparentiæ facilius enascuntur; & si sit frigidius, causatur torpor, & immobilitas; & si sit benè temperatum quoad hanc vtranque qualitatem, potest causari sufficiens firmitas, & stabilitas. Vnde Aristoteles in problem. sect. 14. quest. 15. in hanc temperiem caloris, & frigoris refert, quare illi, qui nascuntur in locis calidioribus communiter sint melioris ingenij, quam qui nascuntur in locis frigidioribus: quia calor ambiens extrahit calorem nimium cerebri, eumque relinquit benè temperatum; cum tamen è contra frigus ambiens illum auget, & intendat per antiperistasis, & sic impediatur temperiem debitam, & idem est de temperie quoad humiditatem, & siccitatem: siquidem si cerebrum sit humidius, est minus aptum ad benè apprehendendum, & iudicandum, vt patet in pueris, & in foeminis; & inter bruta, in iis, quæ sunt humidiora, vt sunt, verbi gratia, porcus, & oues, quæ simul etiam sunt stolidiora: & ex hoc capite Aristoteles lib. 2. de partibus, cap. 2. & 4. ex eo ait, quòd apes, & formice, quæ sanguine carent sunt prudentiores, quia sunt sicciores; & fortasse etiam in Scriptura Iud. 18. idè dicitur ad litteram, quòd vexatio dat intellectum: quia per tristitiam, quam generat, constringit cor, & sic excludit humiditatem superfluum, quæ est inimica sapientiæ, & exsiccat in aliquo gradu non modò cerebrum, à quo maximè dependent operationes mentis; sed etiam ossa, vt dicitur Proverb. 17. Et contra ex eo fortasse prouenit, vt honores mutent mores: quia per lætitiã dilatant cor; & diffundunt quandam humiditatem per totum corpus, & vsque ad cerebrum, & in illo corrumpunt debitam temperiem siccitatis, & destrunt optimam dispositionem ad benè operandum. Vnde, quod diximus paulò ante ex Aristotele, quòd mollities carnis sit signum ingenij, solum debet intelligi quoad contactum carnis in reliquo corpore; non autem quoad ipsam substantiam cerebri: siquidem alioqui pueri, & foemina, quæ sunt molliores, essent etiam melioris ingenij: & sensus Aristotelis solum est, quòd mollities indicet tenuitatem, & subtilitatem spirituum, & humorum, qui ex se sunt magis apti ad operationes mentis, si alioqui non desint reliqua, & organa sensuum interiorum sint benè disposita quoad debitam siccitatem, & quoad reliqua requisita; non autem quòd sola carnis mollities sine aliis omnibus sufficienter indicet, aut significet bonitatem ingenij.

Quòd

Quòd verò ex partibus, & temperie humani corporis possint licite diuinari etiam affectiones animi, & inclinationes cuiusque, patet ex eo: quia etiam hæc sequuntur corpora, & ex illorum mutationibus variantur, vt est manifestum in ebrietatibus, ex quarum comparatione ad humorem melancholicum, id fuscè explicat Arist. in problem. sect. 30. quest. 1. Et affectiones ipsæ idè dicuntur passiones, quia non contingunt, nisi ex veris, & physicis passionibus corporis; vt, verbi gratia, affectio iræ, ex effluencia sanguinis circa cor; affectio mansuetudinis, ex eiusdem refrigerentia; audacia, ex illius diffusionem ad partes remotas; timor, ex illius retractione ad cor; & sic de aliis: quæ etiam de causa huiusmodi passiones corporales communiter ponuntur in illarum definitionibus, vt quoad ira definitur appetitus vindictæ cum effluencia sanguinis circa cot. Et eadem ratione Aristoteles lib. 2. de part. cap. 2. ex differentia sanguinis quoad crassitiem, & tenuitatem, caliditatem, & frigiditatem, ait contingere in animalibus differentias quoad robur, & imbecillitatem virium, quoad animositatem, & timiditatem, & quoad ingenium, & capacitatem: & contra ex affectionibus, & passionibus animi etiam contingunt mutationes, & passiones in corporibus, vt experimur in dies circa amores, timores, tristitias, & circa alias huiusmodi passiones. Et ratio est ex Aristotele in Physonomia, cap. 7. quia corpus, & anima secundum naturam sibi maximè proportionantur; & idè plurimarum mutationum, & passioum sunt sibi inuicem causæ. Et sicut in vnoquoque animalis secundum speciem talia sunt organa, & partes corporis, quæ requiruntur cuiusque anima, & natura; & talis est anima, qualem indicant partes corporis: ita in vnoquoque, secundum indiuiduum, tales sunt inclinationes, & affectiones animi, quales indicantur per corpora. Et sicut periti equorum, aut canum, ex forma huius, aut illius in indiuiduo colligunt de illius velocitate ad cursum, & de sagacitate ad venationem: ita potest idem colligi etiam de homine, vt probat Aristoteles in Physonomia, cap. 1. Et sicut qui ex aliquo accidente verecundatur, statim rubescit; & qui timet, statim pallescit; & quoad actualiter manent huiusmodi colores in facie, tandiu intelligitur actualiter manere ipsa passio, seu affectio verecundiæ, aut timoris: ita, qui ex ipsa natura, & quasi habitualiter verecundatur, aut timet, eosdem colores faciliè habet ex ipsa natura, & ex illis habitualiter, & naturaliter permanentibus potest colligi naturalis propensio ad verecundiam, aut timorem, vt habet idem Aristoteles in Predicam. cap. de qualib. & Polemon Atheniensis Philosophus, in libello de interpretatione signorum natura, sub initium. Atque his fundamentis ex vera, & naturali Philosophia desumptis, vt ex se patet, nituntur modi omnes coniectandi, aut diuinandi inclinationes, & propensiones cuiusque ex partibus corporis, de quibus Aristoteles in Physonomia, cap. 2. & sequentibus: siue enim attendatur similitudo, atque habitudo ad externas figuras, & formas brutorum, in quibus inclinationes, & organa illis inferuentia sunt magis manifesta; & qui magnis est oculis, verbi gratia, colligatur esse stupidus, vel non magnæ subtilitatis, & perpicacitatis; quia refertur ad bonum; & qui paruis, esse inuidus, quia refertur ad simiam: siue inter ipsos homines attendantur mores gentium, qui proueniunt ex propriis temperamentis, & indicantur ex certis coloribus, & proportionibus partium, & communiter sunt notiffi

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

simi; & sic, aut ille, verbi gratia, colligatur habere inclinationes Scytharum, aut Thracum, quia ad illos refertur quoad proportionem; & habitum corporis: siue inter homines eiusdem regionis attendantur mores notiffimi; & hic, aut ille colligatur, verbi gratia, esse leuis, aut pauidus, quia colore est candido, & cute molli, & quoad hoc refertur ad foeminas, quarum leuitas, & pauor est ex se manifestus: siue attendatur habitudo eorum, qui sunt in actu alicuius passionis, & ex eo, verbi gratia, colligatur aliquis esse iracundus, quia fixis, & immotis oculis solet intueri; quod communiter faciunt, qui sunt irati: siue, inquam, attendatur hic, aut ille modus, & ratio diuinandi; tandem in idem principium omnia recidunt; quòd animi affectiones corporis temperamenta sequantur. Et hoc notiffimum omnibus ex eo potest esse, quia infantes recens nati, qui affectiones nò ex arte simulant, sed maximè produnt ex natura, ex sola diuersitate temperamenti diuersissimas habent affectiones; & eorum aliqui sunt iracundi, & audaces; alij mites, & timidi; verecundi, inuerecundi, auidi, appetentes, tolerantes, &c. Et præterea quia tota vita, prout humores, vel arte medica, vel per ætates variantur, continuè experimur etiam variatas inclinationes, & propensiones, & aliis naturaliter delectamur in puèritia, & aliis in iuuentute, in vitilitate, in senectute, &c.

Atque hanc diuinationem, & coniectationem ex signis, & partibus corporis; sepius approbant, & confirmant etiam sacra Litteræ, vt 1. Paralip. 12. quando dicitur de viris robustissimis, & de optimis pugnatoribus: Facies eorum, quasi facies leonum; & Proverb. 6. de homine desertore; & apostata: Homo apostata graditur ore peruerso, atque oculos, teris pede, digito loquitur. & cap. 17. In facie prudentis lucet sapientia. & Ecclesiastici 13. Cor hominis immutat faciem illius: & vestigium cordis boni, & faciem bonam diffundit inuenies. & Isai. 3. de peccatoribus: Agnitio vultus eorum respondit eis. & sapè alibi. Et eadem ratione Sanctus Gregorius Nazianzenus cap. 4. in Iulianum, ex eius vultu, & habitu corporis rectè coniecit, quis esset futurus. Et etiam Iurista, si plures acculentur de aliquo crimine, illum primò quæstioni subiciunt, qui malam habuerit physionomiam: quia ex illa præsumitur magis procliuus ad delicta, vt notant Bald. in L. 2. num. 5. C. Quorum appellationes non recipiuntur. Carrerius in sua practica criminali, indicio 29. & alij apud Delrium lib. 4. disquisit. cap. 3. quest. 3. citata.

Secundò, non est licitum ex physionomia certè iudicare de actibus, siue de moribus actualibus alicuius; sed solum de propensionibus, & inclinationibus quasi habitualibus. Ita Azor. lib. 9. cap. 16. ad fin. Delr. qu. 4. cit. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 41. quia, quanuis inclinationes sint à natura, & à causis naturalibus; actus tamen non sunt à natura; sed solum à voluntate: & ita possunt illas moderari virtute, & studio, vt omninò videamur eas extirpasse, & radicibus sustulisse, vt de Socrate, qui ex habitu corporis fuit iudicatus ferè stupidus, tardòque ingenio, & mulierosus, rebusque veneris maximè deditus: & tamen virtute, & studio oppositos mores in se expressit; vt videre est apud M. Tullium in lib. de fato.

Tertio, multò minus est licitum, ex habitu corporis certè iudicare de extrinsecis, & merè contingentibus, v. g. de honoribus, opibus, nuptiis, statu vitæ, modo mortis, & similibus: quia hæc non dependent à naturali constitutione, & habitu corporis. Et si ad hæc certè, & infallibiliter diuinanda, præter

KKk 3 præter

Humorum temperies, & qualitas valetudinis potest licite diuinari ex Physonomia.

Ingenij bonitas licite potest diuinari.

Ad bonitatem ingenij quæ sit optima dispositio capitis.

Ad bonitatem ingenij requiritur in cerebro certa temperies caloris, & siccitatis.

Non tamen est licitum diuinare actum ipsos, & mores actuales.

Et multò minus effectum contingentes, & merè fortuitos.

præter naturalem physionomiam adhibeatur etiam diuinatio astrologica, ex qua singulis partibus humani corporis dicuntur correspondere, & præesse certi Planetæ; adhuc non vitabitur superstitio: si quidem neque ex ipsis astris, aut Planetis possunt certò diuinari huiusmodi effectus, vt supra ostendimus; & idèd multò minùs possunt diuinari ex partibus corporis, per hoc, quòd sint peculiariter illis subiectæ.

Vnde vno verbo ea tantùm possunt diuinari ex facultate, aut arte physionomica, quæ possunt provenire ex temperamento, & complexionè, quæ sola potest certò colligi ex colore, & figura partium corporis, si benè aduertantur, & expendantur simul omnia, quæ possunt facere ad eundem effectum; non autem solum iudicetur ex vno, aut altero: sic enim, quòd supra diximus, mollitiem carnis indicat bonitatem ingenij, & aptitudinem mentis; non est accipiendum de quacunque mollitie; sed solum de illa, quæ proveniat ex sanguinis, & humorum subtilitate, & tenuitate; & quæ in ipso sanguine simul habeat satis caliditatis, & siccitatis; non autem de illa, quæ solum proveniat ex abundantia humoris phlegmatici, & ex sanguine aquosiore, & frigidiore, vt contingit in pueris, & mulieribus: & idèd ad ferendum iudicium de ingenio, non est attendenda sola mollities; sed etiam caliditas, & siccitas in debita proportione.

Atque ad hunc modum diuinandi temperiem, & complexionem cuiusque ex partibus corporis, & vterius diuinandi inclinationes, & reliqua, quæ possunt provenire ex temperie, reducitur etiam ille, quem tradunt recentiores Physionomici apud Ioannem Baptistam Portam lib. 1. Physionomia, cap. 19. ex proportione, & comparatione earundem partium humani corporis cù ipsis Planetis, habita ratione magnitudinis, lucis, & qualitarum, quæ illis attribuuntur: nam, quia Saturnus, verbi gratia, apparet mediocri magnitudinis, & multi splendoris, & coloris quasi liuidi, & nigrioris, & inter Planetas est deformissimus, & motus tardissimi, quem non absoluit nisi spatio triginta annorum, & virtualiter est frigidus, & siccus, quæ est temperies senum; hinc est, quòd homines faciat non valde magnos quoad staturam; & oculos tribuat valde lucidos; sed nigros; & colorem vultus quasi pallidum, & totum vultum quasi deformem, & incessum grauem, & tardum; & totum temperamentum ex prædominio frigidum, & siccum: & idèd qui cernuntur cum hac proportione, & qualitatibus partium, rectè colliguntur esse Saturnij, & rectè possunt de illis colligi, & diuinari proprietates, & effectus Saturni, id est, morositas, tristitia, tarditas: sed in consilijs, & rebus gerendis prudentia; & quòd suis commodis maximè seruiant, vt faciunt senes; & quòd propter frigiditatem parum comedant, & concoquant cibi; & per siccitatem multùm appetant potus, & multùm bibant, & reliqua habeant vitia senum, quæ possunt provenire ex temperamento iam dicto. Et similiter quia Iupiter est mediocri magnitudinis, & satis lucidus, & coloris quasi rosei, & motus satis tardi, quem non absoluit nisi spatio duodecim annorum; & inter Planetas est satis pulcher, & virtualiter est calidus, & humidus; hinc est, quòd homines faciat staturæ mediocri, & coloris rosei, & benè formosos, & grauis incessus, & temperamenti calidi, & humidij: & qui cernuntur cum his qualitatibus, rectè colligantur esse Iouiales, & rectè diuinentur habere illas inclinationes, quæ possunt causari ex temperamento calido, & humido; & sic de alijs: quæ tamen tota diuinatio solum nititur naturali temperamen-

to, & complexionè; quauis tandem hæc ipsa referatur in astra, & in Planetas. Sed, qua ratione ex ipsis astris, & Planetis non possunt diuinari effectus merè contingentes, & merè fortuiti: ita nec possunt diuinari ex partibus corporis, quomodocunque comparentur ad astra, & ad Planetas.

DISPUTATIO X.

Quæ diuinatio specialiter sit licita ex lineis manuum, & ex unguibus, & ex pedibus, & ex fronte, & ex næuis.

- 1. Longitudo, & breuitas vite quomodo colligatur, & diuinetur ex lineis manus.
2. Ingenium, & inclinationes cuiusque licitè colliguntur ex lineis manus.
3. Actus liberi, & euentus merè contingentes non possunt diuinari ex lineis, aut signis manuum.
4. Chiromantia astrologica quomodo ab aliquibus asseratur.
5. Sed omninò est superstitiosa, si per illas diuinentur actus liberi, aut euentus fortuiti.
6. Quale peccatum sit consulere Zingaræ per inspectionem manuum.
7. Chiromantia non benè ab aliquibus probatur ex locis Scripturæ.
8. Diuinatio ex unguibus, seu Onychomania, quomodo sit, & quomodo sit licita.
9. Colores unguum sunt ex coloribus cæcis.
10. Diuinatio ex pedibus, seu Pedomania, quomodo sit licita.
11. Diuinatio ex fronte, seu Metopsocopia, quomodo sit licita.
12. Quomodo sit licita diuinatio ex næuis.

Naturalis physionomia etiam pertinet diuinatio ex lineis manus, ex quibus similiter potest colligi naturalis complexio, & constitutio nostri corporis; & consequenter etiam possunt illa conici, & diuinari, quæ possunt provenire ex tali constitutione, vt est præcipue longitudo, & breuitas vitæ, vt videre cit apud Mart. Delrium lib. 4. disquisit. cap. 3. quæst. 5. concl. 1. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 47. & Franc. Vallesium in sua sacra Philosophia, cap. 32. nam hoc modo Aristoteles lib. 1. de histor. animal. c. 15. aperte asserit, quòd lineæ, & scissuræ manus sunt indices vitæ longioris, si singulæ, aut binæ sint ductæ per totam manum; & breuioris, si non designent totam longitudinem; & in problem. sect. 10. quæst. 48. & sect. 34. quæst. 10. eam reddit rationem huius rei, vt exponit Petrus Apponen. sect. 10. quæst. 48. cit. quia melior, & perfectior articulatio partium apertè indicat, quòd materia, ex qua sunt formata, sit meliùs digesta; & virtus formatiua meliùs potuerit illi dominari, & si potuit ita distinguere, & articulare eas partes, quæ sunt remotiores à corde, & quæ alioqui minùs postulant articulatam, signum est, quòd multò perfectiùs potuit formare, & articulare, & distinguere ipsum cor, & alias partes propinquiores, quæ magis influunt in ipsam vitam. Et sicut perfectior articulatio cordis per futuras, ac rimas, quæ cernuntur in parte illius exteriori, omninò similes lineis manus, indicant in illo perfectiorem temperiè; & idèd in animalibus, quæ sensu magis valent, cernuntur corda magis articulata, quam in alijs, quæ sunt sensu obtusiora, vt notat idem Aristoteles lib. 2. de partibus,

cap. 4. ita & similis articulatio manus, quæ quoad hoc maximè cordi proportionatur, indicat meliorem temperiem in materia manus, & per consequens etiam in materia aliarum partium, & ipsius totius; & contrà, si lineæ manus, eiusque articulationes, vel omninò non sint, vel non appareant, vel non benè iungantur inter se, signum est, quòd materia sit indigesta, & fortius resisterit virtuti formatiua, & non poterit ab illa benè terminari, & conformari cum corde; & per consequens quòd talis homo sit futurus breuioris vitæ: siquidem humor minùs digestus, & temperatus faciliùs putrescit, & dissoluitur. Et per hoc facile respondetur ad id, quòd obiicit Petrus Nauar. lib. 2. de restit. cap. 2. part. 1. num. 110. non posse ex lineis manus colligi temperamentum, & complexionem: quia neque sunt causa, neque effectus complexionis; neque sunt effectus causæ tertie, quæ sit communis complexionis, & lineis; & idèd nullam habent cum illa connexionem, secundùm quam possint illam significare. Contrà enim est: quia virtus formatiua, quæ materiam benè terminat, & articulatur, simul cauatur complexionem, & simul lineas benè format; & idèd tam lineæ, quam complexio sunt ab illa, vt à causâ communi.

Et quoniam ex temperie corporis maximè pendet etiam ingenium, & inclinationes, licitè possunt etiam hæc coniectari ex lineis, & ex signis manuum, vt notant Authores citati: hoc enim modo Aristoteles in Physionomicis, cap. 6. extrema corporis, quales sunt manus, & pedes, ait esse signum hominis fortis, & generosi, quando sunt magna, & fortia; & hominis timidi, & imbecilli, quando sunt parua, & imbecilla: & ex manibus Elai pilosis, & hispids, vt dicitur Genesis 25. potuisset rectè colligi agrestè illius ingenium, & mores ferini; & contrà ex leuibus, & mollibus manibus Iacob, ingenium, & mores verè humani, vt notat Ioan. Pineda in Job, tom. 2. cap. 36. vers. 26. num. 3. & cap. 37. vers. 7. num. 10.

Quæ tamen ratione ex naturali physionomia, & ex quocunque temperamento partium corporis, non possunt certò diuinari operationes liberæ, & effectus, siue euentus merè fortuiti & contingentes, vt supra diximus: ita nec possunt diuinari ex signis, aut lineis manuum, cum absolute non pendant, nisi à voluntate, & libertate, vel à causis merè per accidens: quauis non sit negandum, quòd dum ex temperamento colliguntur inclinationes, possint etiam ex inclinationibus probabiliter coniectari operationes, cum homines in operando communiter sequantur inclinationes naturæ, vt supra diximus.

Sed præter hanc chiromantiam, aut diuinationem ex manibus, quæ est pars Physicæ, quædam alia ab aliquibus ponitur, quam subalternant astrologiæ: siquidem asserunt, signa manus pendere à certis astris, & indicare vniciue, quid astra specialiter illi portendant, quæ Deus posuit in signa temporum, vt habetur Gen. 1. neque possunt pro futuris temporibus significare idem pro omnibus, neque aliquid peculiare pro singulis, nisi imprimant vniciue signa alia magis propria, & magis nota, & per hæc quodammodo enuncient, atque declarent significationem suam magis obcuram. Atque hæc de causâ distinguunt in vola, seu palma manus, quasi plures areolas, aut monticulis, eoque suis limitibus circumscriptos assignant singulos Planetis singulis, id est, Marti partem illam, quæ est sub pollice; Ioui alteram, quæ est sub indice; Saturno tertiam, quæ est sub medio;

quartam Soli, quæ est sub annulari; quintam Venneri, quæ est sub auriculari; sextam Lunæ, quæ est in fine manus, eaque parte, qua solemus percutere; & denique triangulum, quod relinquitur in media manu Mercurio; & vnquenque ex his Planetis contendunt in huiusmodi areolis, aut monticulis præsignificare vniciue suos effectus; id est, Martem, audaciam, robur, ignes, & cruces; Iouem, sacerdotia, honores, & magistratus; Saturnum, carceres, cruciatus, quartanas, venenæ, metus, luctus, profundas cogitationes paupertatem, & tristitia; Solem, honores maiores, potentiam, amicitias virorum Principum; Venere, vxorem, filios, voluptates, felicitates; Lunam, defluuia pituitæ, suffocationes in aquis, naufragia; Mercurium, ingenium, eloquentiam, eruditionem, aut læsionem linguæ, vt videre est apud Cardanum lib. 15. de variet. cap. 79.

Verùm hæc facultas, si extendatur ad certò diuinandos actus liberos, & euentus fortuitos, est omninò superstitiosa, & expressè damnata in Bulla Sixti V. & in Indice librorum prohibitorum, regula 9. eamque damnant omnes communiter, Nau. in Man. cap. 11. num. 31. in fine. Petr. Nau. lib. 2. de rebus. cap. 2. num. 109. Simanchas de cathol. instit. cap. 11. num. 18. Franc. Vallesius in sua sacra Philosophia, cap. 32. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 47. Fagundez lib. 1. in 1. præceptum Decal. cap. 39. num. 3. Imò Albertus ipse Magnus in Speculo astronomico, cap. 16. in fine, (si tamen is liber Alberti est,) eam non admittit, nisi in quantum est pars naturalis physionomiæ, collecta, vt ipse loquitur, ex significationibus magisterij astrorum super corpus, & super animam, & ex figura exteriori corporis colligit mores animi, non quia sit vnunq; causa alterius, & figura sit causa morum, vel mores sint causa figuræ; sed, quia tam figura, quam mores causantur ab aliquo tertio, id est, immediatè, & proximè à complexionè, & temperamento, & mediatè, & remotè à prima virtute formatiua, & ab astris. Et contra illam, quatenus asseritur, posse diuinare actus liberos, & euentus fortuitos, faciunt ea, quæ diximus n. 3. & disputationibus præcedentibus, contra diuinationem eorumdem actuum, & euentuum per astra. Quare, si admittantur singuli Planetæ specialiter dominari areolis, aut monticulis manus iam explicatis, non debent admitti, quòd in illis, aut per illos ea significant, aut causent, quæ non possunt in toto homine causare, aut significare per se, vt certè sunt actus liberi, & euentus fortuiti.

Atque hæc de causa illicitum est consulere Zingaræ, aut fidem illis habere ex manuum inspectione de huiusmodi futuris euentibus; & mortaliter peccat, qui serid consulit, & certam fidem iis adhibet, & solum venialiter, qui eas consulit ex sola curiositate, & iocis causa, vel animo ridendi, nisi fortè ratione scandali etiam in hoc casu peccet mortaliter propter qualitatem, & circumstantiam personæ consulentis, vt notat Nau. in Man. cap. 11. num. 31. cit. Sanchez lib. 2. cap. 38. cit. num. 48. Fagundez cap. 39. cit. num. 4. Delrium lib. 4. cap. 3. quæst. 5. cit. vbi etiam multa differit de origine, & motibus Zingararum.

Neque fauent huic diuinationi superstitiosa per lineas, & areolas manus, loca Scripturæ, quæ illius assertores, & defensores afferunt: nam, quòd habetur Exodus 13. ad populum Hebræum: Et erit ab aliquibus quasi signum in manu tua. ad litteram intelligitur de solennitate, & celebratione azymorum, quam Deus sibi præcipit in signum rememoratium liberationis ex Aegypto, illque vult esse ad instar eorum signorum, quæ homines solent ponere, & habere in manibus,

8. Quomodo sit licita diuinatio ex partibus corporis, prout comparatur cù particularijs Planetis.

5. Sed omninò est superstitiosa, si per illas diuinentur actus liberi, aut euentus fortuiti.

6. Quale peccatum sit consulere Zingaræ per inspectionem manuum.

7. Chiromantia non benè ab aliquibus probatur ex locis Scripturæ.

bus, quando volunt certius, & firmitus recordari alicuius respondendo, v.g. annulum in certo digito, vel filum alligando, vt exponit Delius *quæst. 5. cit.* Et ideo nihil facit pro lineis manus similiter id, quod habetur in libro Job, c. 37. de Deo: *Qui in manu omnium signat, vt nouerint singula opera sua.* nam ad litteram significat, quod Deus tempore hyemis, nives, frigora, & tempestates, de quibus ibi est sermo, obignet quodammodo, & claudat in manibus hominum; tãque faciat ita torpere, vt vnusquisque per se aduertat, quid possit tunc facere, & quo tempore sit operandum, vel cessandum ab opere. Eaque expositio clarior redditur versione alia Septuaginta Interpretum, quam sequitur Concilium Mileuitanum c. 8. & apud Azor. *part. 1. lib. 9. c. 16. q. 8.* & sic habet: *Qui in manu omnium hominum obignet, vt scias vnusquisque infirmitatem suam.* nam sensus est, quod Deus claudat, & quasi obignet in manu cuiusque frigus niuis, & tempestatis; & ea ratione vnusquisque moneatur suæ infirmitatis, & imbecillitatis, & quod nihil possit facere, nisi Deo iuante. Et si verba illa Iob accipiuntur quasi per se, non autem vt coherentia cum præcedentibus, de niuib; & de frigidibus, aptissima, & ingeniosissima sunt alie expositiones Francisci Vallesij *de sacra Philosophia, c. 32. cit.* quod, scilicet, signatit Deus in manibus cuiusque opera sua: quia vnusquisque suas manus incuendo agnoscit se esse natum ad omnes artes exercendas: siquidem manus soli homini sunt tributa, non autem aliis animalibus; & ideo sunt tributa, quia est prudentissimum omnium: & rectè potest vti omnibus instrumentis, dum potest vti manibus, quæ sunt instrumentum ante instrumenta, vt ex sententia Anaxagoræ habet Aristoteles *lib. 4. de partibus, cap. 10.* Et præterea quod ex manibus per Physicam, & naturalem Chiromantiam possit vnusquisque conicere propriam constitutionem, & complexionem, & ex illa inclinationes, & propensiones; & inde aduertere, quomodo debeat se gerere in suis operationibus. Sed plura circa hunc locum Sancti Iob possunt videri apud Expositores, & præcipuè apud Pinedam *in cap. 37. vers. 7.*

8. Diuinitio ex vnguibus, seu Onychomantia, quomodo sit licita.

Ad Chiromantiam, seu diuinationem ex signis manuum etiam pertinet diuinitio ex signis, aut maculis vnguium, quæ dicitur Onychomantia: quod enim etiam hæc numeretur inter artes, seu facultates diuinatrices, patet ex Cardano *lib. 5. de vāriet. cap. 79.* qui etiam *lib. 8. cap. 43.* de se ipso affirmat, quod eorum, quæ sibi essent euentura, semper in vnguibus apparerent aliqua signa, id est, nigra, & liuida euentuum malorum in medio digito: alba verò felicitium, & honorum; & quod specialiter circa honores huiusmodi signa apparerent in pollice; & circa diuitias in indice; & circa studia, & res maioris momenti in annulari; & circa exiguas inuentiones in auriculari. Et quod si huiusmodi signa essent bene coacta, addit, quod significarent res bene firmas; & si essent veluti stellæ, significarent res minus constantes; sed magis publicas, & verbis plenas. Quod idem per multos annos sibi contigisse quoad euentus tam bonos, quam malos, per signa vnguium alba, aut nigra, narravit mihi etiam alius in primis nobilis, & in Romana Curia bene notus. Et totam rationem sic diuinandi ex vnguibus, qui illam asserant, maximè referunt in Planetas, quos singulos volunt specialiter dominari singulis digitis, suosque effectus præsignificare in vnguibus. Sed siue illam referat in Planetas, siue in aliud quippiam, supersticiosa est, & illicita, vt notat Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 16.* & Delius *lib. 4. d. 1. quæst. 3. q. 1. sine,*

si diuinationem extendat non modò ad res naturales, & necessarias, qualis est, verbi gratia, valetudo prospera, aut adueria; vel etiam aptitudines, & propensiones ad hoc, aut illud, quæ fortè possunt colligi ex vnguibus rotundis, vel acutis, aut aduncis, in quantum referuntur ad hæc, vel illa animalia bruta, & arguunt hanc, vel illam imperium naturalis caloris, ex quo formantur, vt tradunt Physionomici, sed etiam ad res contingentes, & liberas, vel etiam ad merè fortuitas, & casuales, quæ vel simpliciter non habent causas certas, vel certè non possunt in illis præcognosci, vt *scipius* diximus.

9. Colores vnguium sunt ex coloribus cutis.

Et reuera si bene expendatur natura vnguium, & finis, propter quem sunt tributi; clarè conitat, quod nihil contingens, aut merè fortuitum potest ex illis diuinari: nam, vt patet ex Arist. *lib. 4. de part. cap. 10.* solùm sunt gratia operimenti, vt tegant, & tucantur extremos digitos, & vt subdit *ibidem*, materia, quæ inseruit, & secedit ad vngues formandos, est eiusdem rationis cum illa, quæ in habentibus cornua inseruit ad cornua, & in habentibus dentes inseruit ad dentes, id est, portio terrestris, & crassior; & in iis animalibus, quæ non habent digitos, nec plures vngues, quia est multa, coalescit in vnum tantum vnguem maiorem, & crassiorem, qui dicitur vngula, vt patet communiter in quadrupedibus; & quia vngues non aliunde habent originem, nisi ex cute extremorum digitorum, quos contegunt, & tucantur, inde est, quod etiam sequantur colorem cutis, & vngues sint albi, quando cutis est alba; & nigri, quando est nigra, vt etiam contingit in pilis propter eandem rationem; & expressè habetur ex Aristotele *lib. 3. de hist. anim. cap. 9. & lib. 2. de gener. animal. cap. 4. & in problem. sect. 11. qu. 65.* Et patet ad sensum in Ethiopibus, qui & pilos, & vngues habent nigros iuxta colorem cutis; & in nobis ipsis, qui pro diversâ dispositione, quam patimur, caloris, & frigoris, habemus vngues modò liuidos, & nigriores, & quasi plumbeos; & modò rosæos, & claros, & bene viuidos. Vnde, quemadmodum ex huiusmodi coloribus vnguium, siue permanentibus, siue transeuntibus, nihil aliud possumus diuinare, nisi colorem ipsius cutis, & hanc, vel illam dispositionem humoris tenuioris, aut crassioris, calidioris, aut frigidioris, ex qua in illa provenit color, qui & refunditur in ipsos vngues, ita est contingant in partibus vnguium colores alij, siue albi, siue nigri, non possumus aliud diuinare, nisi quod in paribus cutis talis, aliqua sic dispositio, quæ reddat talem colorem, album, aut nigrum, id est, humor aliquis tenuior, & frigidior, & dilutior pro colore albo; & humor crassior, & calidior, & opacior pro colore nigro. Et si dicantur hi ipsi humores provenire ab astris, & à Planetis, adhuc non poterit per illos aliud diuinari, nisi illud, quod astræ, & Planetæ possunt causare, & significare per tales humores; quod tamen non sunt actus liberi, & euentus merè fortuiti, & casuales. Vnde, si Cardanus, aut alius quicumque aliquid huiusmodi diuinavit ex signis vnguium, vel est dicendus diuinasse ex opera Dæmonis, vel id euenisse omnino casu.

10. Diuinitio ex pedibus, seu Pedomantia, quomodo sit licita.

Et idem est dicendum de alia diuinatione ex signis pedum, & præcipuè ex articulis digitorum, quæ appellatur Pedomantia, vt videre est apud Azor. *c. 16. cit.* quicquid enim sit, vtrum possit etiam ex pedum dispositione, & qualitate aliquid conici, & diuinari ex iis, quæ pertinent ad operationes nature, vt iam diximus posse licitè fieri per naturalem physionomiam ex aliis partibus humani corporis, nihil potest certè colligi, aut diuinari

diuinari circa actus liberos, siue proprios, siue alienos, & circa euentus merè fortuitos: idque est verum, si se attendatur magnitudo, aut paruitas ipsorum pedum; siue rectitudo, aut curuitas, contumctio, aut separatio in ipsorum digitis, siue aliud quodcumque signum; nam ex Aristotele in *Physionomia, cap. 9.* qui habent pedes bene formatos, & magnos, & bene articulatos, & nervosos, signum est, quod sint fortes, non solum quoad vires, & robur corporis; sed etiam quoad animum: quia referuntur in vnuerfum ad genus masculinum; & virtus formatiua fuit potens ad bene illos formandos, & distinguendos per calorem; vnde & arguunt bonam temperiem, & mores optimos, vt notant alij Physionomici: & contrà, qui habent pedes paruos, strictos inarticulatos, & delectabiliores visu, quam fortiores, signum est, quod sint molles, & effeminati secundum ea, quæ sunt in animo: quia contraria ratione referuntur ad genus femininum; & qui digitos pedum, aut vngues habent curuos; signum est, quod sint inuerecundi; quia referuntur ad aues curuorum vnguium, quales sunt corui, in quantum, scilicet, multum habent siccitatis, ex qua provenit curuitas: sicut & rectitudo maximè provenit ex humiditate. Et denique, qui pedum digitos habent coniunctos, signum est, quod sunt timidi, quia referuntur ad coturnices, & ad aues strictorum pedum, degentes in lacubus. Et si admittamus, præter has diuinationes, etiam alias ex aliis Physionomicis apud Ioannem Baptistam Portam *lib. 2. Physionomia, cap. 48. & 49.* quoad alias bonas, aut prauas inclinationes, & propensiones nature; non tamen possumus, aut debemus admittere diuinationes certas, & firmas quoad actus liberos ex huiusmodi propensionibus bonis, aut prauis.

11. Diuinitio ex fronte, seu Metoposcopia, quomodo sit licita.

Et idem est de diuinatione ex fronte, vel ex lineis, & signis frontis, quæ appellatur Metoposcopia: licita enim est, in quantum est pars naturalis Physionomiae, & solùm versatur circa temperamentum humorum, & qualitatum, & circa naturales inclinationes, quæ ex illis proveniunt: illicita autem, in quantum ab aliquibus dicitur subalternari Astrologiæ, & extenditur etiam ad effectus contingentes, & liberos: similit enim ratione etiam Metoposcopi singulas lineas frontis assignant Planetis singulis, id est, supremam, & proximam commissuræ coronali, Saturno; alteram Ioui, tertiam Marti, similitudine quadam mundi minoris, qui est homo, cum mundo maiore, & celo. Verùm hæc omnia si admittantur, solùm sunt admittenda in ordine ad cognoscendos, & diuinandos effectus purè naturales, ad quos solùm licitè extenditur etiam diuinitio astrologica, non autem ad cognoscendos actus liberos, aut euentus fortuitos, vt *suprà* diximus: & hoc modo Arist. in *Physionom. cap. 9. & lib. 1. de hist. animal. cap. 8.* de fronte solùm considerat paruitatem, magnitudinem, rotunditatem, planitiem, contractionem, seu rugositatem, tranquillitatem, seu serenitatem, turbationem, & quasi nubilositatem, & his similia; & solùm colligit indocilitatem, tarditatem, insipientiam, siccitatem, magnanimitatem, adulationem, inconstantiam, iracundiam, audaciam, & similia, in quantum huiusmodi externæ dispositiones frontis referuntur ad hæc, vel illa animalia bruta, in quibus hæ affectiones, & qualitates magis apparent, & in quantum arguunt internas dispositiones ventriculorum cerebri, ex quibus maximè pendet recta, aut praua operatio imaginationis, & phantasæ, & per consequens hæc, vel illa ingenij qualitas, & hæc, vel illa

inclinatio ad hos, vel illos mores, vt etiam *suprà* diximus *disp. 9.* dum ageremus de diuinanda bonitate ingenij ex apparente, & externa figura capitis: & de colligendis, aut diuinandis actibus liberis, & euentibus merè fortuitis Aristoteles ne verbum quidem facit vnquam.

12. Quomodo sit licita diuinitio ex vno.

Denique etiam diuinitio ex navi, de qua multa scripsit Melampus, Græcus Author, censenda est supersticiosa, & illicita, si se extendat ad actus liberos, & ad effectus, & euentus contingentes, qui naturaliter diuinari non possunt: quauis enim ex vno, qui fortè apparet in hac parte humani corporis, possit diuinari etiam alius, qui illi respondet in alia parte, quæ non apparet, vt videre est apud Ioannem Baptistam Portam *lib. 5. sua Physionom. cap. 44. in fine,* & apud Melampum *in lib. cit. de nauis,* vbi specialiter allèrit, quod qui habet nauium in naso, similem habet etiam in partibus abditis, & secretis; & qui habet in gula, etiam habet in ea parte, ad quam venter desinit; & qui habet in mento, etiam habet in femore. Et quauis fortasse ex vtroque navi possit diuinari hæc, vel illa temperies, quoad humorem melancholicum, quæ est illius materia proxima; & per consequens hæc, vel illa inclinatio, vel propensio in habente huiusmodi nauis; non tamen potest certè diuinari hic, vel ille actus liber, aut hic, vel ille euentus fortuitus.

DISPUTATIO XI.

Quæ diuinitio possit esse licita ex cantibus, vocibus, & motibus animalium.

- 1. Aruspicium quid proprie sit.
2. Auspicium
3. Augurium.
4. Pluuia, & tempestates possunt licitè diuinari ex cantibus, & motibus animalium.
5. Et præcipuè ex auibus.
6. Et ex piscibus.
7. Et ex animalibus terrestribus.
8. Ex cantibus, & motibus animalium possunt licitè coniectari etiam aliqua circa affectiones, & passionis ipsorum hominum.
9. Non auctem est licitum diuinare aliquid aliud ex euenibus suuuis, aut oculis.
10. Quomodo Ioseph Patriarcha dicitur fuisse peritus scientia augurandi.

DIUINITIO ex animalibus tres habet præcipuos modos, aut species, vt notat Azor. *part. 1. lib. 9. cap. 15.* id est, Aruspicium, Auspicium, Augurium. Aruspicium est, quando in sacrificiis obseruantur motus, intestina, fibræ, aut viscera victimarum; & ex illis diuinantur, & prædicuntur euentus futuri, vt videre est apud Marcum Tullium *lib. 2. de diuinat. Plin. lib. 11. cap. 12. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 4. & seqq.* Et rectè sumitur etymologia vocabuli, si scribatur sine aspiratione, vt multi volunt, ab aris inspiciendis, ad quas sistuntur, & caduntur victimæ, & circa quas Aruspices continuò versantur: vnde & iidem sunt, atque Arioli; & aruspicium idem est, atque a iolatio, vt notat Delius *lib. 4. disqu. cap. 2. qu. 7. sect. 1. in fine.* Vel certè si scribatur cum aspiratione, *Haruspices*, vt volunt alij, rectè sumitur à verere vocabulo, *Haruga*, quod, teste Donato, significat victimam, in qua similiter inspicienda, & contemplan-

13. Aruspicium quid proprie sit.

da Haruspices continuè sunt, vt idem subdit. Vel denique Haruspices dicuntur, quasi horarum inspectores, vt dicitur cap. Igitur. 26. qu. 3. in quantum obseruant dies, & horas in agendis negotiis. Neque solas victimas iam cæfas, & immolatas antiqui Haruspices obseruabant; sed etiam motus, & voces, dum adhuc viuerent, & ad aras producerentur, & sifterentur; & partes, & viscera, & membra singula, quando essent iam cæse; & figuras, & motus, & colores ipsius flammæ, si fortè in ignem conicerentur, vt, v. g. si coiret in modum pyramidis; an verò hac illac diuideretur; si esset benè clara, & lucida; si strepitus ederet; si fumus rectè ascenderet; & plura huiusmodi, quæ latè prosequitur Delt. sect. 1. cit. Sed de Aruspicio nò est, quòd amplius laboremus, cum hoc tempore non sit in vsu, & manifesta sit superstitio, utpote pertinent ad idololatriam; neque aliud habeat fundamentum, nisi ex opera Demonis, à quo solo poterat esse diuinationi futurorum ex victimis, & ex sacrificiis falorum Deorum.

2. **Auspicium.** Auspicium dicitur ab auibus inspiciendis, quasi auium aspicium, vt habetur cap. Igitur. 26. quæst. 3. quando, nimirum, diuinantur futura ex obseruato à nium habitu, passu, volatu, & moru: vt, verbi gratia, si pulli, aut passerès cibum respuant; si columbæ deferant domum, in qua esse conseruerunt; si grues, aut vultures celeri volatu ad nos veniant; si aquila capiti alicuius insideat, &c.

3. **Augurium.** Et denique Augurium dicitur quasi auigerium, seu auigarrum, vt ibidem dicitur, à gestibus, & ab garritu, seu cantu auium, quando, nimirum, ex illo diuinantur futura: vt, verbi gratia, si cornix à læua canat, aut coruus à dextera; de quibus diuinationibus fasè Deltius lib. 4. cap. 3. qu. 7. cit. sect. 2.

Vt verò constet, quæ diuinatio ex auibus, & absolute ex brutis sit licita, & quæ illicita, hæc possunt notari.

4. **Pluuiæ, & tempestates possunt licitè diuinari ex cantibus, & motibus animalium.** Primò, ex cantibus, vocibus, & motibus animalium ea tantum possunt licitè diuinari, quæ sunt effectus eiusdem causæ extrinsecæ, vt, v. g. pluuiæ, serenitates, aut tempestates, ex insolitis auium cantibus, aut ex motibus piscium, quia sunt effectus eiusdem causæ, quæ disponit ad pluuiam. Ita S. Thomas 2. 2. quæst. 95. art. 7. Less. lib. 2. cap. 43. num. 45. Azot. part. 1. lib. 9. cap. 15. in fin. Sanchez lib. 2. cap. 38. num. 38. quia enim eadem dispositio cæli, verbi gratia, quæ disponit ad pluuiam, etiam disponit corniculam ad crocitantum, & pisces ad gressitandum insolitis motibus, excitando, nimirum, in illis phantasmata pluuiæ; & eorum commodorum, quæ ex pluuiâ illis proueniunt, rectè possunt tales motus, & cantus assumi, vt signa ad pluuiam præcognoscendam. Atque hoc modo apud Virgilium lib. 1. Georgic. & à Philosophis, dum tractant de signis futuræ pluuiæ, aut tempestatis, multa desumuntur, & explicantur ex animalibus, tam aëreis, quàm aquaticis, & terrestribus: nam, si hirundines, verbi gratia, ita volitent super aquas, vt ipsi alas eas ferè attingant, idèd præsignificant pluuiam; quia, cum sint naturæ valdè sicca, & calidæ, vt patet ex earum stercore, quod excæcauit Tobias, vt habetur Tobias 2. maximè amant moderatas pluuias, atque humiditates, quæ temperent nimum illum calorem, & siccitatem: vnde & numerantur inter aues lotrices, & balneis vruntur, vt se pediculis liberent, vt patet ex Arist. lib. 5. de hist. animal. cap. 31. & lib. 9. cap. 49. Et hinc fit, vt facile sentiant etiam aëris humiditatem, & per hanc facile concipiant maiorem illius appetitum, & idèd ad aquas propius accedant. Similiter, si mergi, & aues aquatiles aquas deferant, vel insolitos edant cla-

5. **Et præcipuè ex auibus.**

mores, signum est, quòd satis habeant humiditatis in aëre, neque amplius curent lacus, aut flumina, vel quòd maiorem adhuc appetant, & idèd gaudeant, quia illam adesse præsentunt. Et idem est, si ardea voliter supra nubes, vel in arenis consistat tristis; vel si cornix in medio scopulo multum crocitet; vel si corui à pabulis citò redeant, & crocitent etiam ipsi; quia, cum cælum siccum, & serenum sit huiusmodi auibus maximè comòdum, eamque natura talis sit, vt ne bibere quidem largiùs possint; & quæ sunt aduicæ, viuunt propemodum sine poru, vt habet Aristoteles lib. 8. de hist. animal. cap. 18. non possunt non exhibere aliqua signa tristitiæ, si humiditatem præsentiant; & quia tempore pluuiæ impediuntur à pascuis; idèd ante pluuiam plancuntur auidius. Et denique idem est, si gallus canter prope Solis occasum, vel circa primam noctis partem: quia, cum sit animal valdè calidum, & solare, facillè sentit aëris mutationes, quæ contingunt ex motibus Solis, vt notat Albert. lib. 23. de animal. c. 24. & oprinè nouit sydera, vt notat Plin. lib. 10. c. 21. Vnde & dicitur Iob 38. Deus dedisse illi intelligentiam: Quis dedit gallo intelligentiam? Et eius cantus idèd maximè præsignificat pluuiam, quando fit prope occasum Solis, vel circa primam noctis partem: quia tunc maximè est illi importunus, cum eat cubitum, & somnum inchoet, eoque tempore minimè caneret, nisi præsentiret in aëre nouam aliquam mutationem.

6. **Et ex piscibus.** Et similiter ex piscibus, & animalibus aquaticis possunt pluuiæ diuinari, si piscis aquis supernatent, & super illas saltitent: quia aquæ pluuiæ multum illis conducunt, vt habet Aristoteles lib. 8. de hist. animal. c. 18. & idèd facillè edunt signa lætitiæ, si illas instare sentiant; non solum quia occasio pluuiæ plus habent cibi, quòd deinde aduehitur per torrentes; sed etiam quia humore ipso pluuiæ multum iuantur, utpote crassiore, & multum habente exhalationis; sicut & olera, & quæ terra giuuntur, plus crescant, & proficiunt imbribus, quam irrigationibus, vt notat Aristoteles lib. 8. cit. cap. 19.

7. **Et ex animalibus terrestribus.** Et denique possunt diuinari ex animalibus terrestribus, etiam minimis, si pisces, verbi gratia, aut muscæ auidius mordeant: quia ex assensu vaporum, & ex dispositione ad pluuiam, facillè in aëre augentur calor, & in huiusmodi animalculis facillè excutitur humiditas; & idèd auidius aliam quærunt, vt restarent deperditam, sicut in mensè Augusto, & in diebus canicularibus hac eadem de causa illos experimur magis molestos: quia similiter propter calorem minuitur in illis innata humiditas, vt notat Albert. lib. 26. de animalibus.

Et idem est, si boues cælum, & aërem quasi olfaciant, & caput, & nares sursum tollant; vel si vngulas, aut se totos lambant contra pilum: quia, cum maximè gaudeant humiditate, & idèd iuxta paludes, ac fluuios libenter degant, quando ipsam aërem sentiunt humescentem, patulis naribus eum captant, & quodammodo bibunt, ac sorbent: & cum non rarè laborent dolore pedum, & vngulas habeant valdè debiles ex ipso Arist. lib. 6. de hist. animal. c. 21. & lib. 8. c. 7. ex noua humiditate aëris facillè excitatur in pedibus, & in partibus aliis debilibus, aliquis dolor; eumque vt leniant, facillè lambunt huiusmodi partes.

Similiter, si iidem boues, aut oues, vel sues pascantur auidius, potest pluuiæ prænotari: quia si frigore externo, ad quod aër disponitur, facillè in illis augetur calor ventricoli, maiorque fames excitatur; & sic se preparant ex prouidentia ipsius naturæ ad tempestatem, quæ imminet, vt notat Theophrastus in libello, quem scripsit, de signis tempestatum.

Et

Et si formicæ præter morem, & quasi segniter abscondantur, & ex foueis subterraneis oua egerant in locum alium magis siccum, signum est, quòd præsentunt aërem humescentem.

Et in corpore humano, si vulnera, & partes aliæ malè affectæ sensum doloris patiantur maiorem, & acriorem; signum similiter est impendentis pluuiæ, & nouæ humiditatis, quæ partibus malè affectis maximè nocet, vt est apud Aristotelem in problem. sect. 1. quæst. 24.

8. **Ex cantibus, & motibus animalium possunt licitè coniectari etiam aliqua circa affectiones, & passiones ipsorum hominum.** Et ex iisdem cantibus, & motibus, aut sensibus, & operationibus animalium, non est illicitum, si fiat aliqua coniectatio, etiam de illis, quæ pertinent ad homines, vt, verbi gratia, si ex iis vocibus, ac motibus, qui sunt signa affectus iræ in brutis, similitis aliquis affectus iræ coniectetur in homine, & ex tali affectu fiat vterius coniectura de, gæis, ac bellis; & hæc quoque rationabiliter prænoscantur, & timeantur. Ita Caiet. 2. 2. quæst. 95. art. 7. Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 12. pñcto 3. vgrs. Similiter possunt, Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. cit. num. 39. quia ille idem influxus cæli, qui causat in brutis affectum iræ, eundem causat etiam in homine; & idèd rectè potest etiam hic ex illo colligi, tanquam ex signo, cum vterque sit effectus eiusdem textæ causæ communis. Atque hoc modo augurium, & diuinationem futurorum ex auibus, & ex brutis, admittit etiam Aristoteles lib. 9. de hist. animal. cap. 1. vbi ait, quòd Augures diuinationem discordiarum, & pacis inter homines maximè statuunt ex dissidiis, & pugnis, quas vident in brutis; & clarius illud admittit etiam Plato in Phædro, vbi ait, inuestigationes futurorum ex auibus, & ex aliis ostentis, esse sanorum hominum, & procedere à coniectura humanæ intelligentiæ. Quia tamen huiusmodi affectus non eadem necessitate causantur in homine, atque in brutis; neque eodem modo exeunt in actus externos; idèd ex motibus, & affectibus animalium non potest fieri coniectura de homine, nisi valdè debilis, & incerta, vt notat Valen. & Sanchez locis citatis.

9. **Non autem est licitum diuinare ali-quid aliud ex eorum futuris, aut occultis.** Præter hæc verò, quæ possunt causari ab eadem causa communi, si quis contendat, ex huiusmodi cantibus, aut motibus, vel operationibus brutorum diuinare aliquid aliud, ex euentibus futuris, aut occultis, superstitio est, & omninò illicita ex eodem S. Thoma 2. 2. quæst. 95. art. 7. cit. & omnibus communiter; vt, si quis, verbi gratia, ex casuali occursum certorum animalium, quando egreditur domo, vel ex occursum elati funeris, vel ex volatu auium ad partem sinistram, vel ex verbis ab aliquo alio prolatis ad alium finem, & casu à se auditis, mali aliquid sibi præfagiat: cuius rei plura exempla habentur cap. Illud. 26. quæst. 2. ex S. Augustino lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 20. tom. 3. Atque hoc modo augurium in sacris Litteris sæpè prohibetur, vt Leuit. 19. Non augurabimini. Numer. 23. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israël. Deuter. 18. Non inueniatur in te, qui obseruet auguria Ecclesiastici 34. Diuinationis erroris, & auguria mendacia, vanitas est, & Ierem. 27. Nolite audire diuinos, & somniantes, & augures. Et idem habetur etiam in sacris Canonibus, c. Illud. & cap. Sed & illud. 26. quæst. 2. & cap. Si quis Ariolos. cap. Si quis Episcopum. cap. Aliquam. cap. Si quis Clericus. cap. Augurium. 26. quæst. 5. quibus locis etiam inferuntur pœnæ grauissimæ, vt etiam fit in Bullis pontificiis contra diuinationes; & præsertim in Bulla Sixti V. & Urbani VIII. Neque pro hac diuinatione aliquid facit id, quod habetur Gen. 44. de Iosepho, quòd augurari soleret, & non esset illi similis in scientia augurandi: quia, vt notat S. Thomas 2. 2. quæst. 95. art. 7. ad 1. ex S. August. in quæstionibus su-

10. **Quomodo Ioseph patriarcha diuinatur fuisse**

per Genesim, cap. 45. tom. 4. id solum dicitur, quia vulgi opinione talis habebatur; non autem, quia reuera talis esset, & tali diuinationi operam daret.

per Genesim, cap. 45. tom. 4. id solum dicitur, quia vulgi opinione talis habebatur; non autem, quia reuera talis esset, & tali diuinationi operam daret.

DISPUTATIO XII.

Quæ diuinatio possit esse licita per elementa.

- 1. Diuinatio per Geomantiam quænam sit.
2. Per Hydromantiam.
3. Per Aeromantiam.
4. Per Pyromantiam.
5. Plures alie diuinandi artes ad has reducuntur.
6. Ex aere licitè possunt diuinari pluuiæ.
7. Et similiter possunt diuinari ex aquis.
8. Et ex igne.
9. Quænam possint diuinari ex cometis, & ex flammis, quæ apparent in aere.
10. Ex elementis nihil potest certè diuinari quoad euentus fortuitos & actus liberos.

DIUINATIONE per elementa est quadruplex pro ipso numero elementorum, vt patet ex cap. Igitur. 26. quæst. 3. & à Græcis vocabulis cuiusque elementi habet propria nomina: & diuinatio per terram discollatur Geomantia; & per aquam, Hydromantia; & per aërem, Aeromantia; & per ignem, Pyromantia: nam, si quis in terra, aut in cineribus, vel in puluere describat certos circulos, aut figuras, vel etiam certa puncta, eaque disponat certo ordine, & per illa intendat diuinare euentus futuros, dicitur Geomantia; & ad illam reducitur etiam diuinatio per corpora solida, & magis terrestria, vt notat Azor. par. 1. lib. 9. cap. 14. Et fortasse tales fuerunt, quæ referuntur in Scriptura fuisse factæ Ezec. 21. à Rege Babylonis per commixtionem sagittarum: & Osee 4. à Iudæis per lignum, & baculum: vnde & dicitur: Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annuncians ei, quæ loca possunt videri apud Delrium lib. 4. disquisit. cap. 2. quæst. 7. sect. 3. Et tota vis, & fundamentum diuinandi per huiusmodi circulos, aut puncta descripta in puluere, vel in terra, refertur in ipsos Planetas, quibus huiusmodi diuinantes illa attribuant, & putant respondere; & præcipuè in Saturnum, & dominum horæ, vt notat Albertus in Speculo astronomico, cap. 16. & Delrium sect. 3. cit. §. Quinta species. Et si quis intra aquas, vel intra vas plenum aqua intendat videre hanc, vel illam figuram, & diuinare, verbi gratia, res furto ablatas, & fures prodere, quanuis occultos; est Hydromantia; eaque fuisse usum Numam Pompilium in Romanorum sacris instituendis refert S. Augustinus lib. 7. de ciuit. c. 35. tom. 5. vt, nimirum, intra aquas videret Deorum imagines, & audiret, quid in sacris constitueret, atque obseruare deberet. Ad hanc reducitur etiam Delrium lib. 4. cit. cap. 2. quæst. 6. sect. 3. si quis per anulum de filo suspensum, & intra aquam immisissum, intendat cognoscere, quora sit hora, ipso annulo certis ictibus ex se pulsante latera vasis: vel, si quis in aquam coniciat tres lapillos, & gyros aquæ obseruet, qui inter se implicantur: vel, si ad cyathum aqua plenum certa verba immurmuret, & obseruet, vtrum aqua ex se efferueat, & effundatur; & alia huiusmodi, quæ ipsæ ibi enumerat. Imò ex Azor. cap. 14. cit. etiam reducitur; si quis hæc eadem obseruet ex vino, vel ex vaseculo pleno vino, quæ proprio vocabulo appellatur Oenomantia. Et ex Alber-

1. Diuinatione per Geomantiam quænam sit.
2. Per Hydromantiam.
3. Per Aeromantiam.
4. Per Pyromantiam.
5. Plures alie diuinandi artes ad has reducuntur.
6. Ex aere licitè possunt diuinari pluuiæ.
7. Et similiter possunt diuinari ex aquis.
8. Et ex igne.
9. Quænam possint diuinari ex cometis, & ex flammis, quæ apparent in aere.
10. Ex elementis nihil potest certè diuinari quoad euentus fortuitos & actus liberos.

to in Speculo astronomico, cap. 16. cit. etiam reducitur, si quis abluat, & inspiciat intra aquam exta, & fibras animalium, & victimarum, quæ proculdubio, vt ipse loquitur, non excludit speciem idololatriæ.

3. Per Aeromantiam.

Si quis vero ex accidentibus aeris, verbi gratia, ex tonitru, fulmine, spectris, quæ aliquando apparent in aere, & ex aliis huiusmodi intendat diuinare, dicitur Aeromantia: & ad illam reducitur, si quis ex aere conlurato querat oracula, vt notat Delrius lib. 4. cap. 2. quæst. 6. sect. 4. & si quis iumentis imprimat certa signa, ne lædantur à lupis, aut aliis bestiis.

4. Per Pyromantiam.

Denique Pyromantia tunc est, quando quis apponit igni, verbi gratia, lignum viride, & aduertit, ad quam partem scintillas emittat, vtrum ad dexteram, vel ad sinistram; ad Orientem, vel Occidentem, &c. vel, si proiecit tritamicem, aut tædas accendit pice illitas, & aduertit, vtrum flamma in vnum coeat; an vero diuisa, & dispersa ascendat; vtrum strideat, & crepitet; vtrum referat hunc, vel illum colorem, &c. vt videre est apud Delrium cap. 2. cit. qu. 7. sect. 1. & apud Azor. lib. 9. cap. 14. cit. qui etiam plures alias enumerat diuinandi artes, quæ possunt ad has reduci, vt, verbi gratia, ex pelui, & aqua immissa, ex speculis, & crystallo, ex annulis ad certum astrorum aspectum fabricatis, ex cribro, ex securibus, ex herbis, ex vmbri, ex æneis phialis, & ex aliis huiusmodi: plures alias etiam refert Ioannes Baptista à Porta in sua Physionomia, imitia.

5. Plures alia diuinandi artes ad has reducuntur.

Sed de his omnibus illud est pro certo habendum, quòd neque ex elementis, neque ex mistis possunt licite diuinari, quæ ad illa disparatè se habent, neque sunt illorum effectus, neque habent simul cum illis aliquam aliam causam communem, vt supra diximus de diuinatione ex cantibus, vel ex motibus animalium.

6. Ex aere licitè possunt diuinari pluuia.

Hac ratione, si in aere obseruentur tonitrua, coruscationes, virgæ, parelia, irides, coronæ, nubes, venti, licite possunt diuinari futuræ pluuia: nam in æstate tonitrua vespertina, vel meridiana, & in hyeme etiam matutina, ex eo habent naturaliter, vt significent pluuiam: quia, cum tonitru solum fiat, quando exhalatio calida exernitur, & incidit in spissitudinem nubium, vt patet ex Aristotele 2. Meteor. summa 3. cap. 1. semper significat abundantiam vaporis frigidi; qui tamen in æstate post meridiem non facile resoluitur, sicut ante meridiem: siquidem caliditas, & actio Solis per illius recessum debilitatur, & idèdè facile significat condensationem in pluuiam. Et idem est, si in æstate aduertuntur vespertinae coruscationes: quia illarum materia est eadem cum materia tonitrua; vnde & sunt communiter post tonitruum, 2. Meteor. summa 4. cap. 1. ac perinde facile indicant etiam ipsæ adesse vapores, qui frigore noctis densentur in pluuiam. Similiter, si aduertantur virgæ, pareliæ, coronæ, & irides, rectè potest diuinari pluuia: quia solum generantur ex lumine Solis refracto ad vapores humidos, 3. Meteor. summa 2. cap. 2. Si obseruetur in nubibus color caruleus, qui est signum multæ humiditatis; si obseruetur consuetudine partium, quæ non permittit eas facile resolui in aërem, & euanescere; si obseruetur locus, in quo consistunt, verbi gratia, supra montium summitates, vnde postea non possunt à ventis transferri, dorso ipso montis id prohibente, vt dicitur in problem. sect. 26. quæst. 5. & 58. & hinc colligatur, quòd ibi debeant condensari in pluias.

7. Et similitèr possunt diuinari ex aquis.

Ex aquis possunt similitèr diuinari eadem pluuia, si aduertantur bullæ, quæ supra illas apparent: quia non easantur nisi per egressum aeris. & vaporum, vt habetur in problem. sect. 23. quæst. 4. & idèdè

significant, quòd eleuentur vapores, qui sunt materia pluuia.

8. Et ex igne.

Et eadem diuinatio potest desumi ex igne, si aduertatur illius color, & quali pallor; si flamma strideat; si iris appareat circa lucernas, præsertim in hyeme, vt habetur 3. Meteor. summa 2. cap. 3. si ad lucernam appareat fungus; & si contingant alia huiusmodi, quæ sunt signa aeris humiditatis, & vaporosi, qui disponatur ad pluuiam, de quibus legi potest etiam Virgilius lib. 1. Georgic.

9. Et huc pertinet etiam diuinatio, quæ potest fieri ex cometis, & flammis, quæ accenduntur in aere, de qua diuersimodè loquuntur Astrologi, & diuersimodè loquuntur Philolophi: nam Astrologi ex Ptolemaeo 2. parte quadriparsiti; cap. 3. & 13. rem totam referunt in astra; & idèdè considerant signum Zodiaci, in quo flamma apparet, & Planetam illius signi dominatorem, & correspondentiam ad stellas fixas, & figuram flammæ, & locum, seu regionem, in quam radios iaculatur, & similia, vt videre est etiam apud Plinium lib. 2. cap. 25. & Albertum in lib. 1. Meteor. tract. 4. cap. 9. & Cardanum lib. 14. de variis. cap. 70. Philolophi vero rem totam referunt in primas qualitates, & præcipue in calorem, & siccitatem, quas flammæ maxime præferunt, & eos tantum effectus putant portendi per flammæ, qui possunt aliquo modo causari per huiusmodi exhalationes, & qualitates. Nam, si flammæ crebrè appareant, & magnæ sint, & multum durent, possunt secundum Philolophos coniectari terræ motus; & quæ ex illis consequi possunt, abyssationes regionum, ruinæ urbium, nouæ insulæ, & noui montes: sic enim constat ex Historiis, quòd quando hæc contigerunt, semper cometa aliquis, aut flamma præcessit in aere: & sine dubio, quando in aere est magna copia exhalationum; vt certè est, quando sunt flammæ, & magnæ, & diu durant; probabilissimum est, quòd multum illarum etiam detineatur intra cauernas terræ, ex quæ se reserant, & querant exitum, terram ipsam concutient, qui est terræ motus: & quia per huiusmodi concussionem facile accidit, vt terra dehiscat, & secundum aliquas partes fiat depressior, & secundum alias eleuatur; & ad partes depressiores, si sint prope loca maritima facile desluit aqua; hinc est, vt possint etiam sequi abyssationes regionum, & fieri nouæ insulæ, vt de facto dicitur contingisse Siciliæ, quæ per terræ motum diuisa est ab Italia: & eadem ratione possunt ex terræ motu etiam fieri noui fontes, nouaque flumina: & etiam hæc possunt præsignificari per flammæ, si nimirum, dehiscat terra, & ad partes depressiores confluant aquæ, vt diximus, easque contegant, & noui meatus in terra fiant, per quos aquæ de nouo scaturiant, & veteres obturentur, per quos prius scaturiebant, quòd est fieri nouos fontes, nouaque flumina. Et similitèr possunt ex flammis præsignificari etiam venti, & quæ ex ventis consequi possunt, vt, verbi gratia, ruinæ edificiorum, casus lapidum de cælo, tempestates, naufragia, &c. nam de cometis expressè id asserit Aristoteles lib. 1. Meteor. summa 2. cap. 4. & de stellis cadentibus, quòd sint signa ventorum, etiam habet Virgil. 1. Georgic.

Et huc pertinet etiam diuinatio, quæ potest fieri ex cometis, & flammis, quæ accenduntur in aere, de qua diuersimodè loquuntur Astrologi, & diuersimodè loquuntur Philolophi: nam Astrologi ex Ptolemaeo 2. parte quadriparsiti; cap. 3. & 13. rem totam referunt in astra; & idèdè considerant signum Zodiaci, in quo flamma apparet, & Planetam illius signi dominatorem, & correspondentiam ad stellas fixas, & figuram flammæ, & locum, seu regionem, in quam radios iaculatur, & similia, vt videre est etiam apud Plinium lib. 2. cap. 25. & Albertum in lib. 1. Meteor. tract. 4. cap. 9. & Cardanum lib. 14. de variis. cap. 70. Philolophi vero rem totam referunt in primas qualitates, & præcipue in calorem, & siccitatem, quas flammæ maxime præferunt, & eos tantum effectus putant portendi per flammæ, qui possunt aliquo modo causari per huiusmodi exhalationes, & qualitates. Nam, si flammæ crebrè appareant, & magnæ sint, & multum durent, possunt secundum Philolophos coniectari terræ motus; & quæ ex illis consequi possunt, abyssationes regionum, ruinæ urbium, nouæ insulæ, & noui montes: sic enim constat ex Historiis, quòd quando hæc contigerunt, semper cometa aliquis, aut flamma præcessit in aere: & sine dubio, quando in aere est magna copia exhalationum; vt certè est, quando sunt flammæ, & magnæ, & diu durant; probabilissimum est, quòd multum illarum etiam detineatur intra cauernas terræ, ex quæ se reserant, & querant exitum, terram ipsam concutient, qui est terræ motus: & quia per huiusmodi concussionem facile accidit, vt terra dehiscat, & secundum aliquas partes fiat depressior, & secundum alias eleuatur; & ad partes depressiores, si sint prope loca maritima facile desluit aqua; hinc est, vt possint etiam sequi abyssationes regionum, & fieri nouæ insulæ, vt de facto dicitur contingisse Siciliæ, quæ per terræ motum diuisa est ab Italia: & eadem ratione possunt ex terræ motu etiam fieri noui fontes, nouaque flumina: & etiam hæc possunt præsignificari per flammæ, si nimirum, dehiscat terra, & ad partes depressiores confluant aquæ, vt diximus, easque contegant, & noui meatus in terra fiant, per quos aquæ de nouo scaturiant, & veteres obturentur, per quos prius scaturiebant, quòd est fieri nouos fontes, nouaque flumina. Et similitèr possunt ex flammis præsignificari etiam venti, & quæ ex ventis consequi possunt, vt, verbi gratia, ruinæ edificiorum, casus lapidum de cælo, tempestates, naufragia, &c. nam de cometis expressè id asserit Aristoteles lib. 1. Meteor. summa 2. cap. 4. & de stellis cadentibus, quòd sint signa ventorum, etiam habet Virgil. 1. Georgic.

Sæpè etiam stellas, vento impendente, videbis præcipites calo laps, noctisque per vmbas flammarum longos à tergo albescere tractum.

Et ratio est: quia venti nihil sunt aliud, nisi exhalatio; & idèdè illa ipsa materia, quæ alit flammæ, facile potest conueri in ventos. Et quamuis flammæ illæ, quæ dicuntur Castor, & Pollux, ex Alberto in 1. Meteor. tract. 4. c. 9. cit. & ex communi experientia nautarum, sint signum serenitatis, id tamen est solum

lùm per accidens: quia, dum flammæ apparent duplices, & diuisæ, vt contingit in casu posito, signum est, quòd exhalatio dissipetur, & resoluetur; & idèdè quòd etiam venti cessare debeant; cum tamen, per se loquendo, si exhalatio sit benè compacta, eiusque partes benè consistant, sit potius signum ventorum, & tempestatum, vt etiam probat experimentum aliud eorundem nautarum, quando flamma non apparet nisi vna, quam ipsi appellant Helenam, & est signum ventorum.

Circa plantas vero, & circa animalia, & circa homines possunt ex flammis, si sint magnæ, & diuturnæ, licite coniectari, & diuinari illa omnia, quæ possunt provenire ex nimia caliditate, & siccitate, id est, sterilitates agrorum, & inopia fructuum, ilque morbi in animalibus, qui generantur ex humore cholericò, & melancholico, id est, calidiorè, & sicciorè, vt est, verbi gratia, rabies luporum, & canum, mania, & similes.

Et quoniam viri principes sunt complexionis magis delicatæ, facilius alterantur à causis extrinsecis; & quia ex nutritione abundantiore plures habent humiditatis, faciliè in illis accenditur calor, & multum cholera generatur: & sic facilius concipiunt morbos, & sæpè etiam moriuntur: vnde & flammæ communiter existimantur præsignificare mortes Principum; non, quia, per se loquendo, plures aliquid in illis operentur, aut de illis significent, quam de aliis; sed, quia eorum morbi, & mortes magis notantur, cum sint maioris nominis, & magis versentur in ore, & in oculis omnium, vt ex Alberto Magno notat Caiet. 3. part. quæst. 36. art. 7. vers. 1. in responsione ad 3.

Et eadem ratione possunt per accidens huiusmodi flammæ circa homines portendere discordias, rixas, rapinas, proditones, cædes, bella, mutationes regnorum, legum, & similia: si enim sanguis multum calefiat, & excitetur, & multum cholera, & spirituum calidiorum, & adustorum generetur, faciliè homines rapiuntur ad impetum violentos, ex quibus deinde illa omnia consequuntur, vt, si quis, verbi gratia, ex potentioribus, vt vlciscatur acceptam iniuriam, arma capiat contra Regem, & regnum occupet, & nouas leges, & sectas inducat. Dicitur vero hæc omnia solum per accidens portendi, & significari per huiusmodi flammæ, quia, cum dependant à libertate, non possunt per illas causari, & significari per se; sed solum per accidens, in quantum flammæ ad illa disponunt per calorem, & siccitatem, vt diximus.

Et illa ipsa, quæ flammæ significant magis certò, & magis per se, vt ventos, sterilitates, &c. non possunt diuinari, vt omninò certò, & infallibiliter enentur: siquidem illorum causæ possunt impediri ex aliquo vehementiori impetu: & satis est, si diuinentur, quantum est ex dispositione causarum; & cum hoc addito, nisi causæ, quæ ad illa disponunt, aliunde impediuntur, vt etiam supra diximus, dum agoremus de somniis, disput. 8. ex Aristotele lib. 2. de Gen. simul. 64. & lib. de diuinat. per somnium, cap. 2. vbi asserit, non idem significari quando dicitur de aliquo, quòd sit futurum: & quando dicitur absolute, quòd erit; sed per illud solum importari dispositionem, & inclinationem causarum ad illud ponendum; & per hoc importari infallibilitatem euentus. Et quòd cometæ, & flammæ præsignificent bella, & mortes Principum, & mutationes regnorum, & similia, videri potest non solum apud Philolophos in lib. 1. Meteor. sed etiam apud Sanctum Damascenum lib. 2. de fide, cap. 7. Sanctum Thomam 3. part. quæst. 36. art. 7. ad 3. Sanctum Bonauenturam Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

in 2. dist. 14. quæst. 3. in sine, Sanctum Antoninum part. 2. tit. 12. cap. 10. §. 1. Petrum Nau. lib. 2. de rejir. cap. 2. n. 109. & apud alios.

Quod verò diximus supra de aliis omnibus diuinationibus per astra, per somnia, per partes humani corporis, per voces, & motus brutorum, & per alia huiusmodi, quòd non possunt licite adhiberi ad certò diuinandos euentus liberos, aut merè fortuitos, & contingentes; hoc idem est asserendum postremo loco de diuinatione per elementa, siue referatur vis hæc, & ratio diuinandi in ipsos Planetas, siue in quodcunque aliud: sicut enim effectus liberi, & fortuiti non possunt certò diuinari ex astris immediate, & per se consideratis, & operantibus in hæc inferiora; ita neque possunt certò diuinari ex aliis, in quibus astra represententur. Atque hac de causa in sacris Canonibus cap. Igitur. 26. quæst. 3. & in Bullis pontificiis Sixti V. & Urbani VIII. & in Indice librorum prohibitorum regula 7. grauissimè damnantur Geomantia, Hydromantia, Aeromantia, Pyromantia, & similes artes vanissimæ; & grauissimè prohibentur omnes libri, & scripta, & tractatus, & indices, qui per illas certò aliquid euenturum affirmant de futuris successibus contingentibus, vel de fortuitis casibus, vel de iis actionibus, quæ pendent ab humana voluntate, & libertate, & solum permittuntur iudicia, & obseruationes naturales, & libri, aut scripta, quæ ex principiis naturalis Philosophiæ iuuant artem nauticam, agriculturam, & artem medicam, diuinando, & prædicendo pluias, ventos, serenitates, frigora, & alias huiusmodi mutationes, vt etiam notat Azor. part. 1. lib. 9. c. 14. cit.

10. Ex elementis nihil potest certò diuinari quòd ouerit fortuitos, & euentus liberos.

DISPUTATIO XIII.

Vtrum aliqua facultas diuinandi futura possit esse naturalis.

- 1. Facultas diuinandi omnia futura, etiam libera, & merè fortuita, & qua solum à Deo sunt futura, non est naturalis.
2. Lumen propheticum communiter requirit mentem solutam à curis, & perturbacionibus.
3. Facultas diuinandi ea futura, qua habent determinationem in causis naturalibus, potest esse naturalis.
4. Quare dormientes fatui, furiosi, & morti proximi facilius diuinent.
5. Diuinatio naturalis maxime est ex melancholia.
6. Ex melancholia coningunt in phreneticis multa admirabilia.
7. Quomodo, secundum aliquos, possit contingere naturaliter, vt quis loquatnr ignotis linguis.
8. Facultas diuinandi coniecturaliter futura coningentia, etiam libera, potest esse naturalis.
9. Prophetia supernaturalis, & naturalis quomodo differant.

¶ Oc etiam postremo loco addimus ad tractationem de superstitione, quæ potest continere circa diuinationem, vt vniuersalius, & certius de illa constet, si fortè constet de aliquo, quòd diuinet futura, & simul constet, quòd non diuinet ex illorum causis, & signis naturalibus, neque ex instinctu, & inspiratione Dei. Atque vt rem totam paucis expediamus.

1. Primum certum est, facultatem diuinandi, & prædicendi omnia futura, etiam libera, & merè fortuita, & quæ à solo Deo debent poni in esse, non posse esse naturalem; sed verè, & proprie esse supernaturalem, & solum haberi ex reuelatione, & ex lumine Dei, supra totum ordinem, & exigentiam nature. Ita S. Thomas 2. 2. quæst. 172. art. 1. & quæst. 12. de veritate. art. 3. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 2. 4. quæst. 2. Delrius lib. 4. disquisit. cap. 1. quæst. 1. nam, vt dicitur 2. Petri 1. Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. Et hæc de causa ad Rom. 12. & 1. Cor. 12. prophetia numeratur inter dona Spiritus Sancti. Et ratio est: quia cognitio eorum futurorum, quæ, antequam actu sint, nullam habent determinationem, sed æqualitèr possunt esse, & non esse, & vt loquitur Aristoteles lib. 1. pariberm. cap. 6. sunt ad vtunlibet; & non magis se habent sic, quam non sic; solum pertinet ad eam intellectum, qui potest illa cognoscere in se ipsis, & vt præsentia, id est, solum ad intellectum diuinum, cuius æternitati, & durationi omnia coexistunt, & sunt præsentia; secundum proprias existentias, & durationes, etiam si ad inuicem sint distantia per distantias temporum: & cum intellectus humanus nihil intelligat, nisi per species, & simulacra, & dependenter à sensibus, & à phantasmatis; non apparet, quomodo possit naturaliter habere huiusmodi species de omnibus futuris, etiam liberis, & quæ à solo Deo sint ponenda in esse.

2. Atque hinc fit, vt ad prophetiam supernaturalem, ex qua sola diuinantur, & prædicantur huiusmodi futura, non requiratur ex parte corporis vlla certa dispositio, vt bene docet Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 172. citat. art. 3. & quæst. 12. de veritate. art. 4. sed, vt dicitur 1. Corinth. 12. de aliis donis, illam operetur vnus, atque idem Spiritus, diuidens singulis, prout vult. Quia tamen Deus suauiter omnia dirigit; idèò communiter in Prophetis requirit mentem solutam à sensibilibus perturbacionibus, & curis; & aliquando nihil illi reuelat, quousque mentis quietem modo aliquo naturali non reciperent: sic enim expressè habetur ex Sancto Hieronymo cap. Connubia. 32. quæst. 2. quòd pro tempore actus coniugalis non datur Prophetæ præsentia Spiritus Sancti: quia, nimirum, pro illo tempore actus mentis non est expeditus: & ad hoc, vt mentem colligeret sono musico, & sic prophetaret, iussit Eliseus 4. Reg. cap. 3. psalter sibi adduci; & cum caneret psalter, facta est super eum maris Domini, & prophetauit, vt ibi dicitur, & notat Delrius cap. 1. citat. quæst. 1. quanquam fortasse non tam debet id referri in mentis recollectionem, & vacuitatem à curis, quam in illius eleuationem in Deum per sacras cantiones, diuinatque laudes; quæ canebantur ad impetrandum per orationem Spiritum prophetiæ, vt notat S. Gregorius homil. 1. in Ez. ob. post medium, & apud S. Thomam 2. 2. quæst. 171. art. 2. in argumento, Sed contra. & Azor. lib. 9. c. 2. 4. cit. quæst. 9.

3. Secundò certum videtur, quòd facultas diuinandi, & præcognoscendi ea futura, quæ habent determinationem in causis naturalibus, potest esse naturalis. Ita S. Thomas, Delrius, Azor. loc. cit. & patet ex dictis supra, de diuinatione per astra, per somnia, per physionomiam, & partes humani corporis. Atque hoc modo debent intelligi illi Philosophi, qui asserunt, prophetiam posse esse naturalem, & præcipuè haberi ex influxu astrorum, & requirere certam dispositionem, & temperiem, vel complexionem humorum, ad faciliùs recipiendas, & percipiend-

das impressiones caelestium corporum, vt explicat Albertus Magnus 3. de anima, tract. 1. c. 1. sic enim Aristoteles in problem. sect. 30. q. 1. ex certa temperie atræ bilis, quæ circa imaginationem, & sedem mentis feruere solet, explicat, quomodo aliqui agantur instinctu lymphatico; & inde ait effici Sibyllas, & Bacchas, & eos omnes, qui diuino spiraculo intelligantur: quia, scilicet, illa est dispositio atræ, & proxima, vt quis recipiat fortiter, & firmiter impressiones astrorum, & per illas auocet mentem ab aliis omnibus sensibilibus. Et in libello de diuinatione per somnia, c. 2. asserit, quòd sæpè homines valde degeneres sunt prævidentes, & diuinantes; quòd ij, quorum natura est quasi loquax, & melancholica, vident multimodas visiones: quia, cum moueantur, conuolunt multis, ac variis imaginationibus, factis aliquando secundum aliquas consequuntur verum, & diuinant, sicut & aliquando collimant illi, qui tota die ad scopum iaciunt. Et in hanc eandem temperiem, tanquam in causam physicam, & naturalem, referunt aliqui, quòd in certis specubus, & antris fierent homines quasi phantasci, & responsa dantis de rebus futuris, & occultis; vt videre est apud Iamblicum lib. de myster. Plutarc. Opusculo de defect. oracul. Petrum Apponensem in problem. Arist. sect. 30. qu. 1. & alios, quos refert Delrius lib. 4. cap. 2. quæst. 6. in quantum, scilicet, ex illis antris poterat emitti exhalatio aliqua, quæ phantascos, & fatidicos faceret, excitando, aut temperando. melancholiam, & atram bilem, in quam etiam Aristoteles in problem. 1. 3. de variet. c. 68. distinctiùs explicans, quomodo prophetia possit contingere naturaliter, ait, Intellectum supremum, vel astra Rectorem esse veluti lumen; & animam vatis, aut Prophetæ esse veluti speculum; & idèò si fuerit pura ab aliis motionibus, relucere in illa imagines futurorum: & Marti. Ficinus lib. 13. Theolog. Platonicæ, cap. 2. 8. De fatidico, & Prophetæ ait, caelestes animas semper emittere quasi radios rerum futurarum; sed non percipi, nisi quando animus est vacuus aliis curis, & quasi aër serenus; & sicut quando aliis intensè vacamus; neque etiam percipimus motiones sensuum externorum; & quando aliquis, verbi gratia, fit nobis obuius, non aduertimus, quis ille sit, dum aliquid aliud attentius cogitamus; ita & contingere quoad præsentiones futurorum, si animus sit plenus aliis curis.

Et hoc idem de impressionibus superioribus, quæ recipiuntur in iis, qui diuinant, habetur apud Aristotelem lib. 2. moral. Endem. cap. 9. vbi asserit, quòd phantasci, & qui futura prædicunt, non habent in sua potestate, vt faciant, quæ fecerunt; vel vt dicant, quæ dixerunt; sed sunt rationes quædam nobis potèntiores, quæ, scilicet, in illis recipiuntur, & imprimuntur, & per quas præsentunt, & prædicunt futura: Et hoc totum de huiusmodi impressionibus, & motionibus per causas superiores, si admittatur, facile potest intelligi, quòd diuinitio naturalis, tanquam à causa efficiente est à celo, & ab intellectu supremo, astra Rectore, & à caelesti anima; & tanquam à causa materiali dispositiua est à temperie humoris melancholici; & idèò ij tantum effectus futuri possunt diuinari, quorum radij possunt immitti à celo, id est, ij tantum, qui habent determinationem in causis naturalibus, & à celo pendentibus.

Et eandem ob causas huiusmodi diuinitio sapius, & faciliùs contingit in dormientibus, quam in vigiliis, & sapius in fatuis, stupidis, ac rudibus, & in iis, qui sunt furiosi, aut morti proximi: quia dum animus quiescit à sensibilibus, vt contingit tempore somni,

4. Quare dormientes, fatui, furiosi, & morti proximi faciliùs diuinant.

somni, & dum habentur pauciora simulacra, & phantasmata aliarum rerum, quæ animum occupant, & impediunt perceptionem caelestis motionis, vt contingit in fatuis, & stupidis, & valde rudibus, qui proximè accedunt ad bruta, faciliùs percipiunt impressiones superiores, & dum dispositio humorum trahit secum plures, & varios motus imaginationis, vt contingit in furiosis, & melancholicis, facillè contingit, vt inter multa, quæ pronunciant, dicant aliqua vera, vt iam retulimus ex Aristotele de diuinat. per somnia, c. 2. & notat Delrius lib. 4. disquisit. c. 1. q. 1. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 2. 4. cit. qui etiam vniuersaliter de his omnibus diuinantibus rectè monet, quòd si quid prædicant, ad cuius præsentionem, neque status, neque cause naturales possunt determinare, non debet referri, nisi in reuelationem diuinam, & in prophetiam supernaturalem, vt de Sibyllis, quæ multa prædixerunt de Christo, quantum essent alienæ à fide, asserit Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 172. art. 6. ad 1. Sed inter causas naturales inferiores, in quas potest referri aliqua diuinitio, multam est tribuendum melancholiz excedenti, aut non excedenti in quantitate, & sic, vel sic temperatæ quoad caliditatem, aut frigiditatem: sicut enim ex illa maximè pendet morum varietas, & si sit multa, & multum frigida, facit hominem attonitum, obtorpentem, anxium, formidolosum, ignauum, & si sit multa, & multum calida, facit fluidentem, loquacem, ingeniosum, amasum, procliuem ad omnem excaulescentiam, & cupiditatem, vt fusè explicat Aristoteles in problem. sect. 30. quæst. 1. exemplo vini, quod haustum poculo largiore, hæc eadem fit: ita si incalescat circa sedera mentis, alios implicat morbis vesaniæ, & alios agitât instinctu lymphatico, & instigat diuino spiraculo, vt idem subdit, ac proinde disponit etiam proximè ad naturaliter diuinandum.

5. Diuinitio naturalis maximè est ex melancholia.

6. Ex melancholia contingunt in phreneticis multa admirabilia.

Et in hanc eandem melancholiam sic, vel sic temperatam, referunt Medici apud Petrum Apponensem in problem. Arist. sect. 30. qu. 1. & apud Delrium lib. 4. disquisit. cap. 2. quæst. 6. multa ex iis, quæ contingunt aliquando phreneticis, maximè digna admiratione, vt, verbi gratia, quòd quidam rusticus, cum incidisset in phrenesim, orationem habuerit benè ornatam, & copiosam ad Medicum, & ad alios de sua salute, de vxore, de liberis: & quidam alius, qui nunquam versus didicerat, per octo integros dies versus fuderit elegantes, & bonos: & Maracus quidam, cuius Syraculanus, & Poëta apud Aristotelem sect. 30. quæst. 1. cit. nunquam meliùs poemata faceret, quam quando esset alienus à mente: & quædam mulier, cum aliquando phrenesi laboraret, virtutes, & vicia etiam occulta iis detegeret, qui eam inuiserent; & quidam prædixerit etiam mortem breui secuturam, vt de facto secuta est; & quòd eius vxor cuidam alteri, quem nominabat, esset nuptura, vt verè nupsit: & quòd aliqui etiam Latine, & aliis linguis ignotis loquantur, vt de quadam muliere refert Apponensis in problem. Aristotelis, sect. 30. q. 1. cit. Hæc enim, & similia, ex eo possunt contingere naturaliter secundum Medicos; quia tempore phrenesis variatur temperies atræ bilis, & melancholiz circa sedem mentis, siue hæc sit in membranis cerebri, vt vult Galenus lib. 4. de causis pulsuum, c. 14. siue in septo transuerso, & in præcordiis, quæ propter vicinitatem ad ventrem inferiorem facillè attrahunt humorem calidum, & excrementitium, & continuè mentem, & sensum perturbant; & idèò appellantur phrenes, quasi participes sint prudentiæ, vt est apud Arist. lib. 3. de paribus, c. 10. cum tamen reuerà non sint participes, sed solum sint cor-

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

di propinqua, in quo maximè refidet illa vis, vt idem tubdit; & sicut naturaliter est quædam temperies huiusmodi humoris, quæ facit homines loquaciores, vel eloquentes, & Poëtas, & diuinos, vt de Maraco Syraculano, & de Sibyllis concedit Arist. loco cit. ita etiam potest talis aliqua temperies contingere tempore phrenesis, & similiter facere eloquentes, & Poëtas, & diuinos, si præsertim tales non erant tempore valetudinis: siquidem per phrenesim corrumpitur prior temperies, & si fortè erat proportionata eloquentiæ, aut poësi, vel diuinationi, facillè euadit non proportionata; quantum aliquando possit euadere etiam magis proportionata, & magis perficere eloquentia, & poësis, & diuinitio. Et quòd dicunt, posse etiam contingere ex phrenesi, vt quis loquatur ignotis linguis, sic explicant. Certum est, inquit, quòd primi inuentores linguarum habuerunt certam temperiem, cui maximè consonauerunt verba illa, quæ rebus imposuerunt: & idèò si ex phrenesi, vel ex quauis alia causa contingat alicui eadem temperies, consonauerunt illi, similiter eadem vocabula, & eadem facilitatè per illa loquetur, quæ sunt locuti primi inuentores linguarum: & si Deus initio mundi creasset duos Adamos, omninò similes quoad temperiem, & ab utroque voluisset imponi nomina rebus, certum videtur, quòd uterque eadem imposuisset; quia utriusque eadem, & equaliter consonassent: & si huiusmodi temperies non sit permanens, sed mutationem, & variationem accipiat, facillè etiam eueniet, vt non semper eadem ignota lingua possint loqui, vt de muliere melancholica, Latine loquente solum quandiu laboraret melancholia, non autem postea, quando iam esset sanata ab illo morbo, testis est Apponensis in problem. sect. 30. q. 1. cit. sed de hac locutione per linguas ignotas non est temerè aliquid asserendum, vt bene notat Del. lib. 4. disquisit. c. 2. q. 6. ne illa, quæ contigerunt Apostolis in die Pentecostes quoad locutionem variarum linguarum, & quæ contingunt, communiter energumenis ex opera Dæmonum, quoad locutionem alicuius ignotæ lingue, tribuamus nature.

Tertiò, certum videtur, quòd potest dari aliqua facultas naturalis ad præcognoscenda coniecturaliter, & diuinanda futura, etiam libera, & contingentia; & quòd ea facultas potest multum iuari per eam dispositionem humorum, per quam perficitur virtus imaginatiua, & claritas intelligentiæ. Ita S. Th. 2. 2. q. 172. art. 1. quia etiam Arist. in libello de memor. & reminisc. c. 1. admittit, posse dari scientiam quandam speratiuam, & diuinatiuam futurorum, sicut vt datur facultas memoratiua præteritorum, & sentitiua præsentium: & sicut quidam sunt, qui maximè pollent memoria præteritorum; & quidam qui præsentia benè assequuntur: ita & possunt aliqui esse, qui naturaliter futura præuideant, non quidem illa, quæ ex indiciis haberi non possunt; sed illa, quorum habentur aliqua indicia, & coniecturæ: & qua ratione huiusmodi futura, etiam libera, possunt coniecturari, & diuinari à Dæmone: ita & possunt aliqua modo coniectari, & diuinari ab homine per aliquam naturalem solertiam, & sagacitatem, quæ ex S. Th. ibid. potest etià acquiri per viam experimentalè.

Atque ex his colligitur, quid sit discriminis inter prophetiam simpliciter, quæ est supernaturalis, & prophetiam secundum quid, quæ est naturalis: vt enim docet S. Th. 2. 2. q. 172. art. 1. & q. 12. de veritate. art. 3. illa, quæ est supernaturalis indifferenter se habet ad omnes effectus futuros, siue sint necessarii, siue liberi, & siue debeant poni in esse per causas naturales, siue solum per ipsum Deum; & idèò appellatur prophetia simpliciter; eum tamen illa, quæ est naturalis,

7. Quomodo, secundum aliquos, possit naturaliter, vt quis loquatur ignotis linguis.

8. Facultas diuinandi coniecturaliter futura contingentia, etiam libera, potest esse naturalis.

9. Prophetia supernaturalis, & naturalis, quomodo differant.

naturalis non se extendat nisi ad illa futura, quae habent causas determinatas in natura: & ideo appelleretur prophetia secundum quid: & inde etiam fit, ut prophetia supernaturalis semper sit vera, & infallibilis; naturalis vero solum ut plurimum. Quo autem modo possit dignosci, quod aliqua reuelatio sit diuina, videri potest apud Delrium lib. 4. disquisit. cap. 1. quest. 3. ubi fusi, & ex multis capitibus id explicat.

DISPUTATIO XIII.

De superstitione artis notoriae, qua quaeritur a Daemone infusio scientiae; & de obseruantia sanitarum, qua quaeritur immutatio corporum.

- 1. Quotplex sit superstitione vana obseruantie.
2. Quare dicatur vana obseruantie.
3. Et quomodo sit superstitione.
4. Superstitione artis notoriae ad acquirendam scientiam, est illicita.
5. Quomodo differat a superstitione diuinationis.
6. Ad artem notoriam potest pertinere etiam acquisitio scientiae per studium, & laborem.
7. Communiter semper est peccatum mortale.
8. Non tamen est illicitum, uti scientia superstitione acquisita per artem notoriam.
9. Obseruantia sanitarum est superstitione, & illicita.
10. Sicut adhibeantur res artificiales, siue res naturales ex se insufficientes.
11. Conciliatio amoris, & benevolentiae per herbas, aut lapides, quomodo sit superstitione.
12. In casu ambiguo non est aliquis damnandus superstitione.
13. Anuli astronomici possunt non esse superstitione.
14. Quid possit dici de annulo Gygis.
15. Imagines astronomicae quomodo ab aliquibus dicantur non esse superstitione.
16. Sed oppositum est multo verum.
17. Etiam characteres astronomici sunt superstitione, quando adhibentur ad corporum transmutationes.
18. Imagines exorcizatae per nomina spirituum, & per fumigationes, continent idololatriam.
19. Imagines cum certis nominibus intra terram de fossa, non sunt licitae.
20. Imagines, aut characteres stellarum, & Planetarum, non possunt valere ad actum liberum, & ad inueniendum fortuitos.
21. Imagines astronomicae sunt prohibita sub excommunicatione lata sententiae, & aliis poenis grauissimis, & ex suo genere sunt peccatum mortale.
22. Sacerdotes, qui dicuntur fieri a saluatoribus, multum vitium sunt superstitione.
23. Virtus aliqua sanatarum potest aliquibus esse naturalis.
24. Non est superstitione, quod qui nascuntur in die Parasceues, & qui sunt septimi mensis, & Reges Francorum, habeant virtutes curatiuum certorum morborum.

DE tertia specie superstitionis, qua exhibetur Daemone cultus indebitus, ut inuenit, ac dirigat in iis operationibus, quae sunt homini supra vires, agit S. Thom. 2.2. quest. 99. cuiusque assignat quatuor species, id est, artem notoriam, art.

1. qua quaeritur a Daemone infusio scientiae; obseruantiam sanitarum, art. 2. qua quaeritur immutatio corporum; obseruantiam fortunatorum euentuum, art. 3. qua quaeritur fortuna, aut infortunia; & obseruantiam scripturarum, breuium, orationum, reliquiarum, & aliorum, quae propter certos aliquos fines appenduntur, & gestantur ad collum, art. 4. Et haec omnes in eo conueniunt, quod sint superstitione vana: obseruantiae, ut colligitur ex S. Thoma art. 1. & 2. cit. id est, illius obseruantiae, quae assumuntur, seruantur, vel obseruantur certa media ad certos fines, ad quos reuera neque ex se, neque ex Dei institutione sunt vtilia; & ideo manifeste indicant, quod si quando fortiantur effectum, non fortiantur nisi ope Daemonis. Et quidem, si operationes, & effectus, qui per huiusmodi superstitionem quaeruntur a Daemone sint proprii solius Dei, ut, verbi gratia, infusio scientiae, & habituum coniunctio, & conciliatio voluntatum, & similia, certissimum est, quod haec obseruantia maxime proprie sit superstitione, cum per illam tribuantur Daemone, quae sunt propriae Dei; & quoad haec agnoscitur in illo Diuinitas, quae est idololatria, saltem implicita: si vero solum excedunt vires humanas, ut est, verbi gratia, coactio nubium ad pluuiam repentinam, vel earundem dissipatio, & fugatio ad serenitatem, inuentio, vel transportatio thesauri, & alia huiusmodi, quae possunt fieri virtute Daemonis; proprie loquendo, non est superstitione: quia nihil diuinum tribuitur Daemone; sed solum in illo agnoscitur virtus maior virtutem humanam, ut notat Valen. 2.2. disp. 6. quest. 13. puncto 1. Sayrus lib. 4. clau. reg. cap. 6. num. 1. & alij apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 40. num. 8. ut etiam supra diximus disp. 3. num. 12. & 13. nisi forte exteriùs signa aliqua adorationis exhibeantur: semper tamen est peccatum mortale propter commercium, & societatem cum Daemone, quae in illis quaeritur; & est saltem contra naturalem charitatem erga se ipsam, ut supra diximus disp. 3. num. 14. & semper eum illo continet pactum, siue expressum, siue tacitum, ut notant Sanctus Augustinus lib. 2. de ciuit. cap. 6. tom. 5. & Sanctus Thomas 2.2. quest. 96. art. 2. & alij apud Sanchez cap. 40. cit. num. 3.

Ut autem paucis explicemus has omnes superstitiones: Quoad artem notoriam, qua per certa ieiunia, & orationes, adhibitis inspectionibus certarum figurarum, & prolationibus ignotorum vocabulorum, expectatur infusio scientiae, certum est, quod sit illicita: ita enim expressè habet S. Thomas 2.2. quest. 96. cit. art. 1. Delius lib. 3. disquisit. parti 2. quest. 4. sect. 2. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 40. num. 30. Bonac. in primum praeceptum Decal. disp. 3. quest. 5. puncto 4. num. 5. tom. 2. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 4. num. 6. Valen. 2.2. disp. 6. quest. 13. puncto 1. & omnes communitate: quia, quauis ieiunia, & orationes, & obseruatio; praeceptorum multum valeant ad obtinendam a Deo scientiam; quomodo Danielis cap. 1. tres illi pueri per ieiunia, & abstinentias a cibis prohibitis obtinuerunt scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia; idque ex S. Th. art. 1. cit. ad 2. specia-liter sunt consecuti propter meritum obedientiae ad legem Dei, ex qua noluerunt inquinari cibis gentilium; illudque est impletum, quod habetur Psal. 118. Super senes intellexi: quia mandata tua quae sunt, si tamen praeterea adhibeantur inspectiones figurarum, & prolationes ignotorum vocabulorum, quae ad impetrandum aliquid a Deo sunt profus inutilia, & ex iis omnibus simul iunctis certò expectetur infusio scientiae, non potest expectari, nisi a Daemone, cui figure, & verba

Quare dicitur vana obseruantia.

Et quomodo sit superstitione.

Superstitione artis notoriae ad acquirendam scientiam, est illicita.

& verba non possunt esse illius causa, neque sint signa, ex Dei institutione, quasi promiserit infusio scientiae, quando illa inspicerentur post ieiunia, & orationes, & haec proferrentur; & per consequens solum sunt signa ex institutione Daemonis, & contingant cum illo pacto saltem tacito, & implicitum.

Quomodo differat a superstitione diuinationis.

Ad artem notoriam potest pertinere etiam acquisitio scientiae per studium, & laborem.

Communiter semper est peccatum mortale.

Non tamen est illicitum, uti scientia superstitione acquisita per artem notoriam.

Obseruantia sanitarum est superstitione, & illicita.

Sicut adhibeantur res artificiales, siue res naturales ex se insufficientes.

Differat autem superstitione artis notoriae a superstitione diuinationis, de qua egimus in superioribus: quia diuinitas maxime est ad habendam notitiam singularium, quae naturaliter sunt occulta, & cognosci non possunt: ars vero notoria maxime est ad habendam notitiam vniuersalium, quae proprie est scientia, & potest naturaliter acquiri per studium, & laborem, ut notat Suarez lib. 2. de superst. cap. 15. num. 3.

Et ad illam pertinet non modò subita, ac repentina acquisitio scientiae, quasi per infusionem; sed etiam quelibet illius acquisitio, si quaeratur ex vana obseruationibus, ut, verbi gratia, si quis simul cum studio, & labore, quem impendit pro addiscendis, & comparandis scientiis, adhibeat aliquid etiam vanae, ut inuenit, v.g. memoriã, & ingenium perficiat, & organa interiora euadat melius disposita, vel ut Daemon phantasmata moueat, & coordinet, vel etiam ad aures corporis sensibilibiter loquatur, & scientiam doceat, tanquam magister, ut subdit Suarez cap. 15. cit. n. 7.

Et certum est, quod semper est peccatum mortale, ut patet ex dictis de superstitione in vniuersum, & docet Tolet. lib. 4. c. 6. n. 1. & Regim. in praxi, lib. 17. n. 188. & Bon. in 1. praecept. disp. 3. qu. 5. punct. 4. n. 5. & Laym. lib. 4. tract. 10. c. 4. n. 6. & Valen. 2.2. disp. 6. qu. 13. puncto 1. ad finem, & Less. lib. 2. c. 44. n. 16. & Sanchez lib. 2. in Decal. c. 4. n. 1. & 3. qui etiam addit, posse aliquando esse peccatum veniale, si tale aliquid fiat solum ex leuitate & curiositate, vel ex quadam ignorantia, etiam culpabilij; non tamen crassa, & affectata.

Si quis tamen per talem superstitionem de facto acquirat ex opera Daemonis veram scientiam, non propter ea non poterit postea illa uti absque peccato, dummodo non dependeat in esse, & conseruari ab ipso Daemone, & hic non habeat amplius, quid circa illam actualiter operetur: peccatum enim superstitionis solum fuit in prima acquisitione scientiae; non autem durat in illius conseruatione: & cum ipsa scientia sit ex se bona, non potest illius vsus esse malus, per se loquendo, vnde cum tandem illa si habita, ut notat Suarez lib. 2. de superst. c. 17. n. 1. & Sanchez lib. 2. in Decal. c. 4. n. 1. & 2. & c. 42. n. 20. Valen. 2.2. disp. 6. qu. 13. puncto 2. Bon. in primum praeceptum Decal. disp. 3. qu. 5. puncto 4. n. 6.

Secundò, obseruantia sanitarum ex S. Th. 2.2. q. 96. art. 1. similiter est superstitione, quia quis, tanquam causis efficacibus sanitarum, & immutationis corporum, vane utitur iis rebus, quae reuera tales non sunt, & ideo certum esse debet, quod sit illicita: siquidem si ea, quae adhibentur ad certos effectus, non sunt ex se ad illos insufficientia, clarè ostendunt, quod effectus, qui ex illis sequuntur, non sequuntur ex virtute illorum, sed ex opera Daemonis, ut supra diximus.

Atque ad hanc pertinent non solum res artificiales, ut figure, imagines, characteres, verba, sed etiam res naturales, ut herbae, & lapides, si aliunde certò constat, quod non sunt ex se sufficientes, & quod effectus secundum substantiam excedunt vires naturae, ut, v.g. quod quis non possit subiacere illis casibus fortuitis, vel quod nullis ictibus possit feriri, &c. vel saltem si constat, quod excedat quoad modum actionis, ut, v.g. quod a morbo aliquis grauis

Baldelli Theol. Moral. Tom. I.

curetur in instanti, quod vires gratis fractae, & debilitate statim resciantur, quod pondus totis herbis, aut verbis leuetur sine alio instrumento, aut artificio, &c.

Et hoc modo superstitionis damnantur verba inania, signa, caeremoniae, aut actiones, verè inutiles ad morbos curandos, ad sustinendum sanguinem, ad mitigandos dolores, ad vitam tuendam contra hostium laesiones, vel contra casus fortuitos, ad conciliandum amorem, aut benevolentiam alicuius, vel ne segetes, aut plantae, vel greges animalium, aut animal aliquod particulare mali aliquid patiantur, &c. quia haec omnia non possunt esse ex verbis, signis, aut caeremoniis, tanquam ex causis naturalibus; sed solum sunt ab ipso Daemone ex pacto, saltem tacito, sub huiusmodi signis. Et quoad verba nullo modo est audiendus Vicleffus apud Valdesem in libro de Sacramentalibus, & apud Franciscum Victoriam relect. de magia, n. 7. qui asseruit, habuisse Adamum notitiam compellendi omnes naturas sibi subditas secundum proprietates naturales cuiusque; & quado illis nominibus eas compellasset, omnes debuissent illi parere; & huius potestatis compellendi, & imperandi, quasi reliquias ex statu illo innocentiae, modò esse incantationes, & specialiter nomina Hebraica, & ignota, quibus Adamus locutus est. Contra enim est: quia per peccatum sicut amisit Adamus ius imperandi, quasi despotice animalibus, & creaturis inferioribus: ita & illa amiserunt subiectionem, & obligationem parendi, & quantum est ex se, non parent ad nutum; siue compelluntur per nomina Hebraica, & ignota; siue per quaecunque, ut experientia constat: & sicut peccatum Adamo abstulit totam superioritatem, & potestatem despotice; ita nec modò possunt de illa manere vlla reliquiae.

Quoad herbas vero, & lapides, quauis fortasse amor, & concupiscentia, in quantum est passio appetitus sensitiui, possit excitari, & inflammari in vnoquoque per comotionem spirituum, & humorum; & contra etiam remitti, & extingui, idque possit praestari virtute aliqua naturali alicuius herbae, aut lapidis, qui spiritus, & humores excitet, & comoueat, ut ex sententia Aristot. Theoph. Diosc. Galeni, & aliorum notat Azor. p. 1. lib. 9. c. 26. q. 1. & Less. lib. 2. c. 44. n. 23. quomodo in monte quodam Egero dicitur reperiri herba Charifia, quae si mulier portauerit, omnes alluciat ad sui amorem, ut refert Victoria in relect. de magia, n. 8. nulla tamen potest esse vis naturalis in herbis, aut lapidibus, quae excitet, aut inflamet ad amandum determinatè hunc, aut illum: & si forte dum quis excitatur indeterminate ad amandum, & concupiscendum, determinetur huiusmodi amor, & concupiscentia ad hunc, aut illum, quia forte hic, aut ille actu cognoscitur, & mouet sensum exteriorem, adhuc non potest esse vis naturalis, quae dum excitat hunc ad amandum, simul excitet etiam alium ad redamandum priorem amantem, nisi herba, aut lapis applicetur vicissim etiam illi: & si contingat applicari simul vtrique, & dum hic excitatur, & inflammatur, excitari, & inflammari etiam illum; adhuc non erit ex naturali virtute, quod simul inflammetur vterque erga vtrumque; sed solum illi erit merè per accidens; quia vterque occurrit vtrique, & sensus mouerunt ad inuicem; vel, quod est certius, & communius, id erit ex Daemone, qui appetitu ad amandum commoto per vim naturalem herbae, aut lapidis, mouet etiam ipse phantasmata, & imagines vtriusque, & ad inuicem eos representat, ut amabiles, & concupiscentes; & sic alluciat, & inducit ad inuicem se amandos, & concupiscendos, ut subdit ibidem Azor.

Dixi autem, contingere hanc superstitionem L L I 3 vana

Conciliatio amoris, & benevolentiae, per herbas, aut lapides, quomodo sit superstitione.

In casu dubio non est aliquis damnandus superstitiosus.

vanæ obseruantie, transmutationis corporum, quando adhibentur ad certos effectus res illæ, de quibus certè constat, quòd naturaliter non sunt sufficientes ad illos producendos: quia, si huiusmodi insufficiencia non certè constat; sed sit res dubia, non est præsumenda, aut damnanda, vt superstitionis; sed dubium est semper interpretandum in mitiorem partem, vt notat S. Thomas 2. 2. q. 60. art. 4. & in re præsentis de superstitione Suar. lib. 2. de superst. cap. 15. n. 24. Lessius lib. 2. cap. 43. n. 62. Sayrus lib. 4. clau. reg. c. 6. n. 4. Bonac. in primum præceptum Decalogi, disp. 3. qu. 5. puncto 4. num. 9. 5. Verum, quando dubitatur. & alij apud ipsos: quia reuera plurima sunt, quæ contingunt ex virtute naturali; & tamen à virtis, etiam doctis, non satis intelliguntur, quomodo contingant, vt videre est apud S. Augustinum lib. 14. de ciuit. cap. 24. & lib. 21. cap. 5. & 7. som. 5. & apud Aristotelem lib. de admirandis auditionibus, & apud Plinium lib. 7. ferè per totum, & apud Franciscum Victoriam de magia, quæst. 3. num. 8. qui multa huiusmodi recensent, ac proinde neque ex eo, quòd non satis constat, quomodo hoc, aut illud possit contingere naturaliter, est absolutè iudicandum, non posse contingere: & contra si absolutè, & certè constat, quòd effectus secundum substantiam, vel secundum modum actionis excedat vires naturæ, rationabiliter potest, ac debet referri in Dæmonem, & damnari, vt superstitionis. Neque est, quòd, tanquam miraculum, referatur in Deum, vel in bonum Angelum, vt operantem virtute Dei, nisi maxima, & extraordinaria sanctitas ipsius operantis, vel alia vrgentissima indicia aliter persuadeant, vt subdit Sanch. n. 44. cit. neque enim Deus virtutem operandi miracula sub his signis, aut ceremoniis vanis, & inutilibus credendus est omnibus tribuisse, cum neque ex Scriptura, neque ex traditione; aut propositione Ecclesiæ id habeatur.

13. Annulli astronomici possunt non esse superstitiosi.

Atque ex his possunt explicari aliqua particularia, quæ possunt habere difficultatem: nam Coelius Rhodig. lib. 6. de lectionum antiquarum, c. 12. refert de Iarcha, Indorum Principe, quòd septem annulos mira arte composuit, & septem Planetarum nominibus insignes dono dedit Apollonio Thyanco, quos ille singulis diebus singulis gestauit iuxta nomina, & appellationes dierum, & Planetarum; & eorum beneficio inuentutis nitorem seruauit vltra annum suæ ætatis centesimum, sicut antea ipsius Iarchæ auus similium annulorum beneficio vitam produxerat vsque ad annum centesimum, & trigesimum.

Hoc enim si admittatur sic contigisse, quoad veritatem historiarum, ex eo videtur potuisse contingere naturaliter, quia inquit apud Indos, & apud Æthiopes ea cognitio herbarum, lapidum, & rerum naturalium, quæ appellatur magia naturalis, vt habet Rhodig. ibidem, & alij apud Mirandulanum in apologia, q. 5. cuius magiæ proprium est, plurima facere verè admirabilia ex rebus ipsis naturalibus aptè, & congruè inter se applicatis, atque compositis: atque ita cum apud Indos maxima esset copia herbarum, cæterarumque rerum ad id spectantium, bene potuerunt ex huiusmodi rebus compingi, atque componi huiusmodi annuli, sicut & illi alij ex eodem Rhodigino ibidem, quos Eudanus quidam, professione Philoſophus, dicitur composuisse contra morſus serpentum, & contra fascinoſes; & qui ea de causa à Græcis appellabantur annuli phisici, & ab aliquibus annuli pharſacitæ. Neque ex eo, quòd Thyanicus eos gestarit diebus singulis pro nominibus Planetarum, damnandus est superstitionis: si quidem res illæ naturales, ex quibus annuli erant

compacti, poterunt requirere etiam influxum astrorum, & Planetarum, ad hoc, vt simpliciter agerent; vel saltem vt agerent melius & efficacius. Neque hoc debet mirum videri, quòd aliquis effectus fiat ex concursu plurium caularum simul, qui ex positione tantum vnius, vel simpliciter non fit, vel non fit æquè bene.

Et idem fortasse potest dici de annulo Gygis apud Platonem dialogo 2. de republica, cap. 1. & 2. & apud Marcum Tullium lib. 3. de Offic. & apud Herodotum lib. 1. n. 8. & seqq. si hoc tantum dicatur habuisse, vt quando Gyges illius genuum vertisset ad palmam, & ad partem anteriorem manus, ipse omnes videret, & à nemine videretur, & quando rursus vertisset ad partem posteriorem, simul ipse omnes videret, & simul ab omnibus videretur. Neque enim excedit vires naturæ, vt gemma illa, siue esset mixta aliquod naturale, siue artificiale cõpactum ex pluribus, aliquid transmitteret ad ipsum Gygem, per quod impediret, ne reciperet lumen, & constitueretur in actu, ad mouendam potentiam aliorum visuam per species intentionales; vel certè, vt transmitteret aliquid ad ipsos oculos aliorum, per quod similiter impediret, ne illas reciperent, & ne Gygem viderent. Et hoc modo id potuisse contingere naturaliter, defendunt Peripatetici antiqui communiter, & præcipuè Alexander apud Franciscum Victoriam in relect. de magia, num. 6. Verum, quia ex Platone, qui fusiùs rem narrat, id non contigit quomodocunque; sed ita vt alij bene viderent cætera omnia; & idè nihil haberent impedimenti in oculis, quominus potuissent videre etiam Gygem; & præterea, vt rotus aër esset bene illuminatus, nullæque tenebræ apparerent in loco Gygis; & idè etiam ipse nihil haberet impedimenti, quominus per species posset mouere ad visionem sui; & tamen crederetur omninò abesse, & omnes, qui aderant, de illo loquerentur, vt de absente; non videtur id posse saluari per solas causas naturales extrinsecas, cum naturaliter sit impossibile, vt obiectum visibile illuminatum non transmittat species sui, & vt potentia bene disposita, & debite applicata, & non impedita, illas non recipiat, & non faciat sensationem, & visionem obiecti; ac proinde omninò videtur ad id concurrisse opera Dæmonis, omnes, qui aderant Gygi, decipientis per internam motionem phantasmatum, & facientis, vt non aduertirent illum adesse, imò & putarent eum abesse, sicut contingit phreneticis, & aliis mente captis, qui sæpè putant, se habere illos præſentes, quos verè non habent; & illos non habere, quos verè habent: quod totum facile admittitur, si attendantur ea, quæ communiter tradunt Doctores de efficientia Dæmonis circa operationes magorum, vt Caiet. 2. 2. quæst. 95. artic. 3. Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 1. puncto 2. Peter. de magia, lib. 1. cap. 17. Sanchez lib. 2. cap. 40. num. 4. & fusè Delrius lib. 2. disquisit. quæst. 8. Et quanuis fortasse immutatio phantasmatum in organo interiore possit contingere etiam per virtutem aliquam physicam alicuius herbaræ, aut lapidis alterantis spiritus, & humores internos, vt fit in amantibus, & phreneticis; quia tamen in casu præſenti tota immutatio euaneſcebat ad solam gemmæ, & annuli conuersionem, non videtur rationabiliter posse referri in causam corporealem, & necessariam, cuius actio sine dubio non statim cessasset, sed omninò videtur debere referri in causam spiritualem, quæ operetur per voluntatem, id est, in Dæmonem. Atque ita annulus Gygis absolutè videtur damnandus, vt incantatus, & verè superstitionis, vt notat Delrius lib. 4. disquisit. cap. 2. quæst. 6. num. 5. si tamen non

14. Quid possit dici de annulo Gygis.

non exeretur ex alio capite: quia id totum non fuit verum; sed fabulosum, vt clare indicant Plato, & Marcus Tullius locis citatis.

Faciliùs, secundum aliquos, possunt saluari à superstitione imagines astronomicae, id est, illæ, quæ obseruata certa constellatione, & sub certo aspectu alicuius Planetæ, aut aſtri, ſculpuntur, verbi gratia, in auro, aut gemmis, & obſignantur figura illius aſtri; & pro iis, qui peculiariter ſubduntur eidem aſtro, præſtant effectus mirabiles, iuxta virtutem ipsius aſtri, & valent, verbi gratia, contra phantasmata melancholica, contra pestem, contra febrem, & contra alios morbos: quod enim huiusmodi imagines sic fabricatæ non ſunt damnandæ ſuperſtitionis; ſed poſſint eos omnes effectus naturaliter præſtare per virtutem ab ipsis aſtris deriuatam, & acceptam in prima formatione imaginis, & in prima ſignificatione materiz, ex Theologis defendit ex profecto Caiet. 2. 2. quæſt. 96. art. 2. & tanquam verum id admittit, & non reicit Franc. Victoria in relect. de magia, n. 6. & 7. & ex antiquis Philoſophis id docuit Hermes Trimegiſtus, & Porphyrius apud S. Augustinum lib. 10. de ciuit. cap. 11. & Plotinus Enneade 4. lib. 4. cap. 40. & alij Platonici apud Delrium lib. 1. cap. 4. quæſt. 1. initio, & Peripatetici communiter, & præcipuè Alexander apud Victoriam n. 6. cit. & ex noſtris Albert. lib. 2. de mineralibus, tract. 3. cap. 3. & in Speculo astronomico, cap. 10. & 15. & Pompenatius lib. 4. de incantationibus, & Ludou. Dulcius lib. 3. de gemmis, cap. 6. & seqq. & apud Delrium quæſt. 1. cit. & Picus Mirandulanus in ſua apologia, quæſt. 5. & apud Val. 2. 2. disp. 6. quæſt. 13. puncto 2. §. Ad 4. nam, quemadmodum non est improbabile, quòd cælum, & aſtra, tanquam ſuprema, & prima corpora contineant virtualiter, aut eminenter omnes virtutes aliorum corporum inferiorum, imò quòd omnis virtus inferior, & circa terram, maxime gubernatur à virtute ſuperiore aſtrorum, & cæli, vt dicitur 1. Meteor. ſumma 1. c. 2. ita nec est improbabile, quòd ſpecialiter contineant virtutem, verbi gratia, contra phantasmata melancholica, & contra pestem, & contra febrem; ſicut & continent plures herbaræ, & plures lapides, & quemadmodum cælum in prima generatione cuiusque corporis tribuit illi ſpeciales virtutes, prout vnunquodque ſpecialiter est ſubiectum huic aſtro, aut illi; ita & potest illas tribuere, verbi gratia, auro, aut lapidi, quando primò formatur, & figuratur ſub hac, vel illa conſtellatione in hanc, vel illam imaginem aſtronomica: nam, vt bene ratiocinatur Albert. lib. 2. de mineralibus, tract. 3. cap. 3. cit. & expreſſè concedit S. Thomas 3. contra Gen. cap. 104. & 105. in fine, non videtur negandum, quòd ſydera aliquid influant etiam in opera artiſcioſa: ſiquidem influunt in ipsos artiſcios inclinationes, & aptitudines ad bene exercendas ſuas artes, ſine qua inclinatione, & aptitudine, vel ſimpliciter illas non exercerent, vel in illis non multum proficerent, neque facerent quid eximium. Cum ergo ſit certum, quòd cauſa cauſæ ſemper eſt aliquo modo cauſa cauſati; etiam ſydera aliquo modo poſſunt dici cauſa operis artiſcioſi, cum ſint cauſa ipsius artiſcis, in quantum eſt artiſex, id eſt, inclinationis, & aptitudinis ad illam artem; ac proinde bene poſſunt aliquid influere etiam in ipſum, ſi præſertim illius materia ſpecialiter ſit ſubiecta alicui aſtro, & eodem habeat terminos ſuæ quantitatis, quos habet aſtrum; quod eſt eſſe illi conſignatum, vel eſſe illius imaginem: quanuis enim figura mathematica accepta, & prout abſtrahit à quacunque materia, & corpore phyſico, non ſit principium vllius operationis; ſed ſit planè iners,

& ad omnia inefficax, ſicut & ipſa quantitas; accepta tamen phyſicè, & prout eſt in hoc, vel illo corpore, multum iuuat ad illius actiones, & paſſiones; vt, verbi gratia, figura orbicularis, aut pyramidalis ad velocitatem motus localis, ſiue deorſum, ſiue ſuſum: figura concaua in pariete ad ſonum reddendum, & echo formandam: figura hyperbolica in ſpeculo ad radios luminis multiplicandos, & colligendos ad idem punctum, & in illo ad comburendum lignum, vel plumbum liquandum: in animalibus figura cuiusque ad operationes cuiusque: & in instrumentis artium ad opera artium, verbi gratia, figura mallei ad percutiendum; & figura ſecuris, aut dolabræ ad ſcindendum, & poliendum; & ſic de cæteris: ac proinde etiam in aſtro hæc, vel illa figura potest iuuare ad operationem aſtri; & hæc ipſa operatio potest requirere aliquam figuram in ſubiecto, in quo recipitur, & ſine tali figura, vel ſimpliciter in illo non recipi, vel non ita bene.

Sej, quanuis hæc, & ſimilia non poſſint manifeſtè oſtendi eſſe impoſſibilia ex principiis naturalibus: quia tamen ſimiliter neque etiam poſſet probari; quòd de facto ita ſe habeant, & quòd aſtra verè communicent huiusmodi virtutes iis metallis, quæ ſpecialiter ſub illis figurantur, & cum illis conſignantur, imò hæc figuratio ad huiusmodi communicationem virtutis videtur ſe habere omninò impertinenter; idèd communiter à Doctores reiciuntur huiusmodi imagines aſtronomicae, & damnantur ſuperſtitionis: & expreſſè illas damnat S. Augustinus lib. 10. de ciuit. cap. 9. & 11. vbi aſſerit, eas pertinere ad Dæmonis ludificationem: & S. Chryſoſt. homil. 8. in Epistol. ad Colofen. & S. Thomas 2. 2. quæſt. 96. art. 2. & lib. 3. contra Gen. c. 105. Ferrar. ibidem, Simanchas de catholic. inſtit. tit. 65. n. 22. Sylueſter verb. Superſtitio, quæſt. 10. Valen. 2. 2. disp. 6. quæſt. 13. puncto 2. §. 2. Acque ex hoc capite, Sayrus lib. 4. Clau. reg. cap. 6. n. 4. Less. lib. 2. cap. 43. n. 63. & cap. 44. num. 11. Delrius lib. 1. disquisit. cap. 3. quæſt. 1. & cap. 4. quæſt. 1. Suarius lib. 2. de ſuperſtit. cap. 15. num. 18. & ſeqq. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 40. num. 5. & omnes communiter. Et ratio, quæ vrget maxime omnium, videtur eſſe: quia, quanuis non ſit negandum, quòd ex virtute caeleſtium corporum poſſit communicari aliquid virtutis etiam entibus artiſcioſis, ad eos effectus, quos poſſunt producere corpora inferiora ex virtute ſuperiorum, vt diximus paulò ante ex Alberto, & expreſſè concedit Sanctus Thomas 3. contra Gen. cap. 104. in fine, & quòd figuræ in artificialibus ſint quaſi formæ ſpecificæ, & etiam ad illas poſſit conſequi aliqua virtus ex influentia cæli, non ſecundum quod eſt figura, ſed ſecundum quod cauſat ſpeciem artiſcioſi, vt idem ſubdit cap. 105. ſimiliter in fine, figuræ tamen, quæ dicuntur aſtrorum, ſiue ſint ſculptæ, ſiue incisæ, aut delineatæ, vel etiam pictæ in quacunque materia, non videntur poſſe aliquid facere, etiam vt diſpoſitio ad recipiendam huiusmodi virtutem: nam reuera ſtellæ ſingulæ, verbi gratia, Planetæ, ſolum ſunt pars denſior ſui orbis, & in illo ſe habent, vt nodus in tabula, & ſunt figuræ ſphæricæ, vt communiter dicitur in Phyſicis, & patet ex omnibus Aſtronomis, & Philoſophis apud Clauium in cap. 1. ſphere, §. Reſtat quadam quaſiſinuſcula. & præcipuè ex Ariſtotele 2. Cæli, text. 4. & ſeqq. & aſtra, vel conſtellationes ſolum ſunt collectio, & multitudo plurium ſtellarum iuxta ſe, & certo ordine diſpoſitarum, quæ Aſtronomi ſingillatim delineant, & figurant in animalia, v. g. in Urſum, in Leonem, in Taurum; cù tamen reuera huiusmodi figuræ non habeant; & illa, quæ certarum

16. Sed oppoſitè eſt multo verius.

linearum ductu figurantur, v. g. in leonem, non modo habeant suas virtutes independentes a tali figura, eaque haberent, si tali modo, vel etiam si nullo alio ab Astronomis figurarentur; sed etiam possunt aequè figurari in aliud animal, v. g. pardum, aut molossium, si ductus linearum tantisper varietur, & etiam sic figuratæ eadem maneat quoad suas virtutes. Si ergo figura militis, verbi gratia, non est reuera imago Itelæ, seu Planetæ, qui dicitur Mars; neque figura lenis est imago illius, qui dicitur Saturnus; quid potest facere imago militis, aut lenis, ad recipiendam peculiariter in materia virtutem Martis, aut Saturni? Certè in inferioribus figura ignis, verbi gratia, aut alterius cuiuscunque agentis, etiam vera, & realis, nihil facit ad recipiendam in passio illius virtutem, & actionem, & multo minus figura alia, quæ tribuatur agenti ex hominum institutione, eique verè, & realiter non conveniat, quales sunt figuræ astrorum, & Planetarum, vt diximus: nam ex eodem Clauio in cap. 1. spheræ, paulò ante citatum, §. Nunc autem numerum antiquissimi, & diligentissimi stellarum obseruatores non aliam ob causam stellas formarunt, & figurarunt huiusmodi imaginibus, nisi vt certius, & commodius possent omnes discernere, & ordine aliquo designare; ac proinde eas ipsas, quas figurarunt, verbi gratia, & appellarunt Leonem, poterunt aequè benè figurare, & appellare aliquod aliud animal, verbi gratia, pardum, aut molossium. Et qua ratione non dicitur probabiliter, & rationabiliter, quòd modò requiratur figura pardi, aut molossi ex parte corporis, aut materiæ, quæ debet recipere virtutem ab illis stellis: ita nec dicitur probabiliter, & rationabiliter, quòd requiratur figura leonis, cum ad illas, & ad illarum actiones, tam per accidens se habeat figura leonis, quàm se habeat figura pardi, aut molossi, & verè vtraque potuerit tribui æqualiter ad eundem finem, id est, ad certiores, & commodiores discretionem, & distinctionem, & numerationem stellarum, qui verè, & propriè est finis ipsorum Astronomorum figurantium, & numerantium stellas; non autem ipsarum stellarum ab illis figuratarum, & numeratarum, quæ ex se, siquæ natura, siue ad suum esse, siue ad suum operari, tam non postulant vllam figuratorem, quàm non postulant vllam numerationem. Quòd si dicantur Astronomi potius figurasse huiusmodi stellas, v. g. per figuram leonis, quàm alterius animalis, quia illarum effectus maiorem habent conuenientiam, & quasi analogiam cum effectibus, & proprietatibus ipsius leonis, vt notat Valen. 2. 2. dist. 6. q. 1. 3. punct. 2. §. Ad 2. respond. contra est: quia, neque etiam ex hoc capite potest probari necessitas figuræ leonis ad recipiendam virtutem illarum stellarum: siquidem hoc etiam modo figuratio in stellis conceditur solum esse ab Astronomis, & solum ex illorum voluntate, & placito, sumpto consilio sic figurandi ex conuenientia, & analogia effectuum. Sicut autem stella ad producendos suos effectus sic conuenientes cum effectibus, & proprietatibus leonis, non postulant, quantum est ex se, figuram leonis extrinsecus illis tributam per Astronomos, & eodem modo illos producerent, si Astronomi non cogitassent de huiusmodi figura: ita neque postulant, quantum est ex se, huiusmodi figuram in ipsa materia, & subiecto, in quo debent illos producere; sed fatè habent, si in illo non sit aliquod contrarium suæ virtutis, quod repugnet, & resistat actioni, eamque impediatur, quicquid sit alioqui de figura leonis. Et quòd dicimus de figuris, & imaginibus, intel-

ligi debet eadem ratione etiam de signis, & characteribus, quos Astronomi formant ad exprimendos, & significandos Planetas singulos, cum etiam illi sint instituti solum ad placitum ipsorum Astronomorum; & ad virtutes, & actiones stellarum non se habeant, nisi merè per accidens, vt notat S. Thomas loc. cit. & omnes communiter: & idè non possunt sine superstitione in illos referri quicunque effectus, & quæcunque corporum transmutatio. Atque ex his colligitur, quid sit manifestè dicendum specialiter de illis imaginibus, quas refert Albertus in Speculo astronomico, cap. 10. debere exorcizari per quinquagintaquatuor nomina Angelorum, qui dicuntur seruire imagini Lunæ in eius circulo, quorum septem debent insculpi recto ordine, si ex illa intendatur alicui effectus bonus; vel contra, ordine inuerso, si intendatur effectus malus: & præterea debent suffumigari cum ligno aloè, croco, & balsamo, si expectetur res bona; vel cum galbano, sandalo rubro, & resina, si expectetur res mala: hæc enim ex Alberto ibidem est manifesta, & pessima idololatria, qua ipse Dæmon per huiusmodi fumigationes, quasi per sacrificia, honoratur, vt etiam notat Delrius lib. 1. cap. 4. quæst. 1. & habetur expressè in Articulis Parisiensium, num. 10. & 11. qui referuntur in Directorio Inquisitorum part. 2. quæst. 4. vers. finem. Et eodem modo sunt manifestè illicitæ ex eodem Alberto cap. 10. cit. illæ aliæ, quæ exorcizantur per inscriptionem quorundam nominum, & per figurarum quatuor Spirituum, qui sunt Principes quatuor partium mundi; id est, Orientis, Occidentis, Meridiei, & Septentrionis; & per terram, mare, ærem, ignem, & ventos; & per cardines mundi; & per signa Planetarum; & per alia huiusmodi: si enim tota illarum virtus habetur ex aduratione, aut exorcismo per huiusmodi nomina, & figurarum, clarè constat, quòd habetur à Dæmone, cum ipsa nomina, & figuræ non possint illam ex se tribuere; & certum sit, quòd non habetur à Deo, qui Lenis. 19. expressè prohibet, ne fiant figuræ, aut stigmata; & nusquam alibi tradit modum illas exorcizandi, aut fabricandi. Et quòd additur de Spiritibus, qui sunt Principes mundi, est manifestus error in fide, vt notant Parisienses cit. n. 25. & ex illis Del. lib. 1. c. 4. q. 1. cit. §. Alterum genus. si huiusmodi principatus intelligatur illis conuenire ex iporum natura, vel ex proprio merito, non autem solum ex libera Dei dispositione, aut permissione, ex qua sepius habetur in Apoc. quòd boni Angeli præsentant rebus mortalium, & vniuerso Orbi, vt patet c. 1. 8. 15. 16. & 17. & quòd Angeli mali stant super angulos terræ, vt illi nocent, vt patet c. 7.

Etiam characteres astronomici sunt superstitiosi, quando adhibentur ad corpora transmutationes.

18. Imagines exorcizantur per nomina spirituum, & per fumigationes, contra idololatriam.

19. Imagines cum certis nominibus in terra desinse, non sunt licite.

expellendum, verbi gratia, aliquam speciem animalium ab aliquo loco, verbi gratia, ad expellendos mures ab agro, vel scorpiones à domo, debet fundi, aut fieri sub ascendente illius speciei, & sub Planeta, qui sit dominus illius ascendentis, & sic infortunatus, & in domo mortis per oppositorem, aut aspectum quadratum ad primum ascendentem: & debet dici: *Hæc est imago destructionis murium ab agro, vel scorpionum in tali domo, quando fuerit seruata in tali agro, vel in tali domo.* & in dorso debet sculpi: *Deservamur.* & in fronte debet scribi nomen speciei fugandæ, verbi gratia, *Mus*, aut *Scorpio*; & in pectore nomen ascendentis, & nomen Planetæ, qui sit illius dominus, & nomen Lunæ; & est sepeliendum capite deorsum, & pedibus sursum in medio loci, à quo species est expellenda, posita prius in ventre illius terra de quatuor quantitatibus illius loci. Et contra, si sit faciendum imago ad aliquod bonum, verbi gratia, ad conciliandum amorem aliquis, est faciendum sub illius ascendente, & sub Planeta illius domino, sed fortunato; & est dicendum: *Hæc est imago ad amorem.* & in ventre, & in ano est in illa scribendum hoc nomen, *Amor*; & in fronte nomen ascendentis, & Planetæ, qui est dominus; & est sepeliendum. Et has imagines concludit Albertus cap. 15. in fine, non esse damnandas simul cum aliis, ne portent illarum iniquitatem sine ratione. Sed reuera non portant sine ratione, si damnentur, cum tota ratio damnandi imagines, non sit exorcizatio, & fumigatio; sed plures aliæ; & in casu præsentis, tam substantia illarum tota, quàm modi, vel circumstantiæ de insculpendis certis nominibus, & de pronuncjanda intentione artificis, & de illis sepeliendis certo ordine partium, sint planè inutiles, vel ad scorpiones, vel mures fugandos, vel ad præstandum quencunque alium effectum verum, & physicum: & idè si quem præstent, solum præstent ex opera Dæmonum, & per superstitionem illicitam. Et idem est dicendum de iis imaginibus, quas valere ad animi affectiones, & ad effectus etiam liberos, & fortuitos, scripsit Ludonicus Dulcius apud Del. lib. 1. dist. cap. 4. quæst. 1. §. Porro, vt, v. g. quòd si quis gemmæ insculpat Arietem, Leonem, vel Sagittarium, futurus sit omnibus gratus, & gratiosus sit Virginem, Taurum, Capricornum, futurus sit maxime audis Religionis amplectendæ: si Geminos, Libram, Aquarium, futurus sit omnibus fidus, & amicitia, & concordia obseruantissimus: si Cancrum, Scorpionum, Pisces, sit fururus infidus, iniquus, mendax: si insculpat characterem Saturni, sit futurus vitibus corporis valdè firmis: si characterem Iouis, sit promouendus ad summos honores, & futurus sit fortunatus: si Martis, inuictus: si Solis, opulentus: si Veneris, aut Lunæ, futurus sit compos omnium votorum. Sed contra huiusmodi imagines non solum faciunt ea, quæ diximus contra imagines astronomicas in vniuersum; sed etiam ea, quæ diximus contra actus liberos, aut euentus fortuitos, prout diuinandos ex astris: & si admittatur ex virtute celestium corporum posse derivari aliquid virtutis etiam in opera artificialia, ad illos tantum effectus debet admitti, quos virtute celestium corporum possunt producere aliqua corpora inferiora, vt loquitur S. Thomas 3. contra Gen. c. 104. in fine; quales tamen non sunt actus liberi, aut euentus fortuiti, vt sepe diximus. Et contra has omnes superstitiones imagines videri potest Constitutio Ioannis XX. Super illius specula, quæ refertur in Directorio Inquisitorum,

20. Imagines, aut characteres stellarum, & Planetarum, non possunt valere ad actus liberos, & ad euentus fortuitos.

21. Imagines astronomicæ

part. 2. quæst. 43. vbi qui illas fabricant, aut fabricari procurant, dicuntur inire scelus cum morte, & pactum facere cum Inferno, & inter cæteros maleficos, qui ibi enumerantur, excommunicantur ipso facto; & nisi admoniti se correxerint infra octo dies, computandos ab admonitione, dicuntur esse puniendi omnibus penis Hæreticorum, præter bonorum confiscationem. Et ex his penis clarè conuincitur, quòd sint ex suo genere peccatum mortale, nisi quis per accidens excusetur ex ignorantia, & ex bona fide, vt notant Less. lib. 2. cap. 44. & Toletus lib. 4. cap. 16. num. 1. & ex Articulis Parisiensibus num. 121. & apud Directorium Inquisitorum part. 2. quæst. 43. cit. non modò est error in vera Philosophia, & Astrologia naturali; sed etiam in fide, si quis asserat, quòd imagines ex quauis materia baptizata, exorcizata, & consecrata secundum artes astronomicas, habeant virtutes mirabiles: quod similiter declarat ex sententia saltem Facultatis Theologicæ Parisiensis, huiusmodi imagines non solum esse vanas, & inutiles; sed etiam esse illicitas, & contra fidem, cum aliquo modo contineant idololatriam, & cultum Dæmonis, vt supra diximus. Quòd si quæras magis in specie, vtrum sint damnanda superstitionis, & vanæ obseruantia sanitatum, illæ curationes, quæ ab aliquibus sunt per sola verba, vel adiuncta solum vnctione olei, & panniculo lineo benedicto ab illo ipso, qui efficit curationes, quales in Hispania dicuntur fieri ab iis, qui appellantur salutatores, solo tactu, aut benedictione, aut aliquo huiusmodi ex se non malo, & præcipue contra rabiem, & morsum capum, vt refert Nauar. in Man. cap. 11. num. 36. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 25. quæst. 2. Franc. Victoria in relect. de Magia, num. 12. & 16. Suarez de superst. cap. 15. num. 23. Delrius lib. 1. dist. cap. 3. quæst. 4. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 40. num. 45. & seqq. & alij communiter. Respondeo ex iam dictis de hoc genere superstitionis in vniuersum, & ex Doctoribus iam citatis, hæc posse notari. Primò, fieri potest, vt huiusmodi sanationes verè fiant per causas naturales, verbi gratia, per herbas, aut lapides, quorum virtus communiter sit ignota; sed his innotuerit mero aliquo casu, vel per traditionem, & doctrinam à peritissimis Medicis, & Philosophis; vel etiam tandem ab ipso Dæmone. Et huiusmodi homines; tam occulte, & artificiosè possunt vti huiusmodi remediis veris, & physicis, vt appareant illis non vti; si præsertim simul cum illis etiam adhibeant aliqua verè impertinentia; non quidem ad sanationem efficiendam; sed ad captandam maiorem admirationem. In qua re non aliud est peccatum, nisi inanis gloria, vel etiam auaritia, si id faciant propter lucrum; vel etiam scandali, si forte credantur operari ex pacto cum Dæmone. Secundò, fieri potest, vt huiusmodi saluatoribus insit virtus aliqua naturalis contra certum aliquem morbum, verbi gratia, contra morsum, aut rabiem canum; sicut inerat Pnyllis, Libyæ populis, & Maris in Italia contra morsus serpentum ex Plinio lib. 7. cap. 2. & lib. 28. cap. 3. & ex Plutarcho in Vita Catonis; eaque virtus potest operari per verba; non quatenus sunt verba, & signa ad placitum; sed quatenus deferunt spiritum, & halitum, qui ex proprio temperamento operatur: nam, quemadmodum in aliquibus ex humorum malignitate datur virtus ad nocendum, morbosque inducendos, vt de fascino docet S. Thomas 1. p. 7. art. 3. ad 2. & 3. contra Gen. cap. 103. & quæst. 6. de potentia, art. 9. ad 7. & quæst. 16. de malo, art. 9. ad 13. & ex illo Azor.

sunt prohibita sub excommunicatione lata sententia, & alius poenæ gratissimæ, & ex suo genere sunt peccati mortale.

22. Sanationes, quæ dicuntur fieri à saluatoribus, vtrum sint superstitiosæ.

23. Virtus aliqua sanationis potest esse naturalis.

Azor. part. 1. lib. 9. cap. 2. 5. quæst. 1. ita etiam ex illorum benignitate potest dari virtus ad medendum, vt subdit ibidem Azor. quæst. 2. qua enim ratione huiusmodi virtutes frequentissimæ sunt in herbis, lapidibus, & animalibus: ita & possunt naturaliter reperiri etiam in aliquo ex hominibus, vt notat Pomponat. lib. de incarnat. cap. 3. & qua ratione corpora etiam inanimata consequuntur aliquas virtutes, & efficacias à corporibus cælestibus, etiam præter eas, quæ proueniunt à primis qualitatibus, vt, verbi gratia, quod magnes trahat ferrum; & aliqui lapides, & herbarum habeant alias virtutes: eadem ratione nihil prohibet, quod etiam aliquis homo ex impressione corporum cælestium habeat aliquam efficaciam pro aliquibus operibus faciendis, quam alij communiter non habent, vt, verbi gratia, Medicus in sanando, & agricola in plantando, & miles in expugnando, vt loquitur S. Thomas 3. contra Geni. cap. 92. Et talis videtur fuisse in Pyrho Rege virtus pollicis dexteri pedis, qui solo contactu lenosis medebatur, vt refert Plinius lib. 7. cap. 2. & aliorum, quorum sudor pluribus morbis erat salubris ex eodem Plinio lib. 28. cap. 3.

Tertio, fieri potest, vt per gratiam gratis datam, quæ appellatur gratia curationum, huiusmodi saluatores solis verbis deprecatoris, & signo crucis sine omni alio naturali remedio sanitates efficiant: quia, quanuis aliquando sint homines vitiosissimi, huiusmodi tamen gratia adhuc possunt illis communicari, cum sint in bonum aliorum, & non requirant necessarium statum gratia, vt notat Suarez cap. 15. cit. n. 25, & Franc. Victoria relect. cit. de Magia, n. 16. & pater ex illo Matth. 7. Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo Demonia eiicimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?

Denique, si nihil tale in iis contingat; & quæ adhibent ad curationes, clarè constet, quod ad illas non sint sufficientia; sed impertinenter se habeant, possunt, ac debent in foro conscientia damnari superstitionis; quanuis in foro exteriori non habeantur sufficientia indicia, vt damnentur: nam reuera huiusmodi effectus non possunt referri nisi in Dæmonem; cum Deus per gratias gratis datas operetur sine huiusmodi adiacentibus impertinentibus, neque illas soleat concedere per modum habitus, & permanentis, vt possit quis pro libito illis vri, & etiam aliis communicare. Et vera, & communis regula ad dignoscendas superstitiones huiusmodi obseruationis illa sit, vt benè considerentur, & expendantur ea, quæ adhibentur ad effectus intentos, verum ex se sint sufficientia; & præterea considerentur, & expendantur circumstantia, & modi, verum ex se sint inutiles, & planè vani, vt ex mente S. Thomæ 2. 2. quæst. 96. art. 2. 3. & 4. notat Nauar. in Man. cap. 11. num. 25, & Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 40. num. 9. qui etiam num. 47. singillatim declarat, quomodo non arguant sufficienter superstitionem, quod huiusmodi saluatores non faciant curationes, nisi benè poti, & postquam benè comederint, & similia.

De aliis huiusmodi curationibus plura possunt videri apud Deltium lib. 1. disquisit. cap. 3. quæst. 4. §. Septimo obicitur, & ex illo non est superstitio, sed d. num. supernaturalis, & gratia gratis data, quæ à S. Paulo appellatur gratia curationum illa, quam putantur habere in Flandria, quotquot sunt nati in die Parasceues, vt suo contactu sanent à febrilibus; & quotquot sunt nati septimo masculi ex legitimo matrimonio, nullo fecimine fetu intercedente; & Reges Francorum, vt sanent strumosos: nam illis ait concedi virtutem in honorem Dei, & propter

24. Non est superstitio, quod qui nascuntur in die Parasceues, & qui sibi septimo masculi, & Reges Francorum, habeant virtutes curati.

sanctitatem mysterij, quod tunc recolitur; & aliis in honorem matrimonij; & Regibus Francis omnino competere ex virtute diuina. Ac proinde non est superstitiosum, sed maximè pium, & religiosum, adhibere tales contactus ad huiusmodi sanationes, dummodo alioqui remoueantur illa omnia, quæ non faciunt ad pietatem, & ad finem sanationis intentum, & sapienter superstitionem; & contrà adhibeantur, & adiungantur ea, quæ possunt pietatem iuuare, tam ex parte curantis, quam illius, qui est curandus, vt sunt ieiunia, elemosinæ, orationes, sacramentalis Confessio, & Communio, corporales penitentia, & afflictiones, & similia.

DISPVATIO XV.

De superstitione vanæ obseruantia fortiorum euentuum, & vanæ obseruantia scripturarum, & breuium.

- 1. Vana obseruantia fortiorum euentuum quanam sit.
2. Quo differat ab omni.
3. Est peccatum mortale ex suo genere, nisi excuset ignorantia, & bona fides.
4. Obseruantia scripturarum, & breuium, quid requirat ad hoc, vt non sit superstitiosa.
5. Etiam gestatio Reliquiarum, & breuium potest esse superstitiosa.
6. Appenso annuli intra vas, vt certis diebus det horas diei, est superstitiosa.
7. Aperire venam iumentis certo die alicuius Sancti, vel ea circūducere circa templum: Seruare omnia Ascensoria: Colligere herbas in die S. Iohannis, quomodo sit superstitio.
8. Annulus ex primo nummo, qui offeritur crucifixio in die Parasceues, non est superstitiosus.
9. Triginta Milla S. Gregorij quomodo non sint superstitio.
10. Proicere in flumen, vel sub dia relinquere imaginem, vel statuam alicuius Sancti, ad impetrandam pluiam, est superstitio.

DE superstitione vanæ obseruantia fortiorum euentuum agit S. Thomas 2. 2. quæst. 96. art. 3. eamque ait tunc esse, quando quis ex iis, quæ casu, & fortuito accidant sibi, vel alij, timer, aut sperat infortunia, aut fortuna, cuius generis multa enumerat S. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 20. tom. 3. vt, verbi gratia, timere, & expectare infortunium, si membrum aliquod salierit; & timere diremptionem amicitia, si amicis iunctim ambulantis lapis; aut canis, vel puer medius interuenerit; & ex hoc timore calcare lapidem, tanquam diremptorem, & canem, vel puerum percutere; & calcare limen, quando quis transit ante suam domum; & redire ad lectum, si sternutauerit, quando se calcet; & redire domum, si pedem offenderit, quando ex illa egreditur; & idèd timeat iter infaustum; & diem totam timere sterilem, si manè egredienti occurrerit virgo, vel contrà sperare, & expectare fecundam, si occurrerit meretrix: & similia, quæ S. Augustinus ibidem, & S. Thomas art. 3. citant esse inanillimas obseruationes, & pertinere ad pacta cum Dæmonibus inita; & idèd non est dubitandum, quod sint illicita: nam reuera hæc superstitio eo tantum videretur differre ab omni, quod illud non attendatur ex signis fortuito occurrentibus; sed studij.

1. Vana obseruantia fortiorum euentuum quanam sit.

2. Quo differat ab omni.

dios, & de industria quaesitis, & per illud principaliter queratur notitia; hæc verò attendatur ex fortuitis, & per illam principaliter queratur directio in operationibus; & idèd ab illis cessetur, vel non celsetur propter huiusmodi euentus fortuitos, vt notat Sanchez lib. 2. cap. 40. n. 1. & 14 Sayrus lib. 4. Clau. reg. c. 6. n. 1. Bonac. disp. 3. in 1. precept. q. 5. punct. 4. n. 22. Et quia certissimum est, quod huiusmodi euentus non possunt esse causæ fortunij, aut infortunj securitij; neque sunt illius effectus, aut signa naturalia; conuincuntur solum esse signa ad placitum, & ex institutione Dæmonis; & idèd non possunt licite obseruari; & si obseruentur, est peccatum mortale ex suo genere, nisi forte excuset ignorantia, & bona fides, quæ quis in huiusmodi signis nihil mali apprehendit; sed illis solummodo vitur, tanquam regulis acceptis à maioribus, & firmatis experientia, quæcumque tandem sit vera causa effectuum consequentium, vt notat Caiet. verb. Superstitio obseruationum, Less. lib. 2. cap. 43. num. 66. Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 13. punct. 3. Nauar. in Man. cap. 11. n. 24. Bonac. in primum preceptum, disp. 3. quæst. 5. puncto 4. num. 23. & alij.

3. Est peccatum mortale ex suo genere, nisi excuset ignorantia, & bona fides.

Verum autem possit aliquando etiam esse peccatum tantummodo veniale, patet ex dictis supra, disp. 3. num. 22. de superstitione in uniuersum, ubi etiam addidimus ex Caiet. 2. 2. quæst. 96. art. 3. & in Summa, verb. Superstitio, verum finem, posse aliquem abique omni peccato præflagrare sibi, & timere ex aliquo euentu, euentum alium posteriorem, & prudenter sibi cauere: quia fieri potest, vt eadem causa, quæ causauit primum, sit causatura etiam secundum, siue illa sint ipsi ipsi, à quibus maximè pendent inferiora; siue Deus ipse, & diuina prouidentia.

4. Obseruantia scripturarum, & breuium, quid requirat ad hoc, vt non sit superstitiosa.

DE superstitione verò vanæ obseruantia, scripturarum, & breuium, quæ portantur ad collum, agit S. Thomas 2. 2. quæst. 96. cit. art. 4. & ex illo hæc debent obseruari, vt talis obseruantia non sit superstitiosa, & illicita. Primo, vt id, quod scribitur, non contineat vilo modo inuocationem Dæmonum. Secundò, vt non contineat ignota nomina: quia tunc facile potest timeri, ne sub illis lateat aliquid illicitum; & eo ipso videntur referri ad Dæmonem, qui solus illa intelligit, & instituit. Tertio, vt non contineat aliquid falsi: quia tunc effectus, qui speratur, non potest expectari à Deo, qui non potest esse testis falsitatis; & idèd est ex Caietano verbo, Incantatio, si contineat aliquid apocryphum, vt, verbi gratia, quod Christus habuit febres. Quarto, vt simul cum verbis sacris non contineat aliquid vanum, vt, verbi gratia, chara teres, & figuras inutiles. Quintò, vt spes futuri effectus non habeatur in modo scribendi, & alligandi, aut gestandi scripturam ad collum, vel in aliqua alia vanitate, quæ non faciat ad cultum, & ad reuerentiam Dei: vt, verbi gratia, quod sit scripta in charta virginè, huius, aut illius coloris, hoc, vel illo atramento, &c. & vt non certò credatur, quod Deus infallibiliter sit adfuturus iis, qui portant talem scripturam, cum nusquam appareat in sacris Litteris id promississe. Et ex hoc capite rectè damnantur superstitionis scripturae illæ, aut orationes, in quibus prenotatur, quod qui illas portauerit, aut recitauerit, hoc, vel illud malum vitabit, verbi gratia, non morietur in bello, aut in peccato, non lædetur ab hostibus, &c. vt notat Nauar. cap. 11. cit. num. 54. Suarez lib. 2. de superstit. cap. 15. num. 9. & 10. Sayr. lib. 4. Clau. reg. c. 6. num. 8. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 40. n. 20. Bonac. disp. 2. in primum preceptum, quæst. 5. punct. 4. num. 11. & alij apud illos, qui etiam rectè addunt, quod si

hæc omnia benè se habeant in huiusmodi scripturis, licitum est, illas portare: quia portantur in Dei honorem, & tanquam res sacrae, & excitant deuotionem, & iungunt ad Dei beneficia promerenda; & sunt quasi tacita quædam, & virtualis precatio, & quasi protestatio, quod ipem omnem habeamus in Domino. Et hoc modo de S. Cecilia dicitur, quod Euangelium Christi semper gestaret in pectore; & de Sanctis Bartholomæo, Barnaba, & aliis, quod curarent infirmos, Euangelium illis superponendo; & de breui S. Vinecentij experientia in dies constat, quod multa mirabilia operetur.

Et quod dicimus de scripturis, idèd est etiam de Reliquiis Sanctorum, & de aliis huiusmodi, quæ ad collum gestantur: si enim constet, quod in seipsis non sunt superstitiosæ, videndum vtrius est, vtrum superstitio sit in aliquo adiuncto, vt, verbi gratia, si gestentur in vase triangulari, idque patetur esse necessarium ad efficacitatem virtutis; si existimetur hic, vel ille effectus infallibiliter secutus propter virtutem, & efficaciam gestationis, & similia, vt notat S. Thomas quæst. 96. art. 4. cit. ad 3. Contrà verò nulla est superstitio, si certæ orationes, aut verba facta ex pietate, bonaque affectu in Deum proferantur, & ex illis speretur certus effectus: sic enim Cassiod. in Psal. 115. refert trinam recitationem huius versiculi: Dirupisti, Domine, vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, multis fuisse remedium efficacem multorum morborum; idque Deltius lib. 3. disquisit. part. 2. quæst. 4. sect. 3. in fine, & Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 40. num. 36. referunt ad deuotionem Sanctissimæ Trinitatis, quæ specialiter colitur per illam trinam repetitionem.

5. Etiam gestatio Reliquiarum, & breuium potest esse superstitiosa.

Ex his potest explicari, quare facta aliqua peculiaria communiter à Doctores damnentur superstitionis. Primo enim, si quis annulum filo appensus digitis teneat intra aliquod vas, & pronunciet certum, aliquem versiculum Psalmi, ad hoc, vt annulus ex se moueatur ad latera yasis, & certo certum numero det horam diei, idèd est superstitio, quia verba sacra adhibentur ad effectum vanum, qualis est motus annuli, & horæ pulsatio; & quemadmodum committitur superstitio, si res sacra coniungantur cum aliquibus circumstantiis vanis; ita & committitur, si coniungantur cum circumstantia vani effectus, vt notat Sanchez lib. 2. cap. 40. num. 24. & 25. & Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 13. puncto 2. & Sayrus lib. 4. Clau. reg. c. 6. num. 6. & Caiet. in Summa, verb. Incantatio, vt etiam supra diximus disp. 3. num. 5. ex reata protestatione, & experientia ipsius Caietani.

6. Appenso annuli intra vas, vt certis diebus det horas diei, est superstitiosa.

Secundò, si quis aperiat venam iumentis certo die alicuius Sancti; vel circa templum S. Antonij nonnes illa circūducatur, vel seruetur, quæ nascuntur in die Parasceues, quia putat ea valere ad extingueda incendia; vel colligat herbas medicinales in die S. Iohannis Baptista, eisque circumstantias temporis, aut loci putet ex se valere ad causandam, vel ad impetrandam infallibiliter à Deo sanitatem; est superstitio, & peccatum mortale ex suo genere, vt notat Nauar. in Man. cap. 11. num. 36. Valen. puncto 2. citato, Sayr. cap. 6. cit. num. 7. Deltius lib. 3. disquisit. part. 2. quæst. 4. sect. 1. in fine. Sanchez cap. 40. num. 16. & 33. quia talis efficacitas, & infallibilitas sanationis reuera non conuenit ex natura talium circumstantiarum, neque ex Dei institutione; & idèd solum potest prouenire à Dæmonem. Si verò huiusmodi circumstantia solum adhibeantur quia tali die magis viget, verbi gratia, certus aliquis influxus astrorum; vel, vt quis magis se excitet ad deuotionem erga illum Sanctum, dum iumenta, & res suas ad illum adducit; nulla est superstitio, vt patet ex eo, quod refert

7. Aperire venam iumentis certo die alicuius Sancti, vel ea circūducere circa templum: Seruare omnia Ascensoria: Colligere herbas in die S. Iohannis, quomodo sit superstitio.

fert S. Paulinus de S. Felice Nolano, in cuius die festo hæc omnia fiebant:

Non solum exorno sua pignora ferre paterno, Sed pecora ægra manu sapè intrudere secum, Et Sancto quasi conspicuo mandare licenter, Moxq; datam sua confisos ad vora medelam, Experio gaudere Deo, & iam credere sanæ, Et verè plerunq; breui sanata sub ipso Limine lata suis iumenta reducere scellis.

8. Et eodem modo potest excusari à superstitione id, quod refert Caiet. 2. 2. quest. 96. art. 4. de iis, qui ex primo nummo oblato Imagini Crucifixi in Paracete- ue, faciunt anulum ad depellendam contractionem neruorum: si enim id fiat ex peculiari deuotione erga Crucifixum, quæ excitatur, & significatur diligencia illa accipiendi primum nummum; non est superstitio: sicut neque est in hoc, quod pro defunctis dicantur triginta Missæ, ad imitationem S. Gregorij, qui triginta diebus orari iussit pro vno defuncto: quanuis enim hæc circumstantia numeri Missarum determinati videatur ex se vana, & si in illa ponatur efficacia suffragij, & liberationis à poenis Purgatorij, verè sit superstitio, vt notat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 40. num. 40. & colligitur ex Tridentino sess. 22. in decretis de obseruandis, & vitandis in sacrificio Missæ, vbi reprehenditur certus numerus Missarum, & candelarum; & dicitur potius esse inuentus ad cultu superstitioso, quam religioso: si tamen id fiat ex deuotione erga Sanctum Gregorium, & propter illam piè credatur virtus diuina peculiariter operari, non est superstitio, vt notat Caiet. art. 4. cit. Et idem est de aliis huiusmodi, quæ in multis regionibus communiter fiunt, & tanquam accepta à maioribus bona fide retinentur: piè enim, & prudenter sunt explicanda: & satis est, si fideles moneantur periculi superstitiosis, quod in illis potest esse; non autem est necessarium, vt omnino tollantur, vt notat Sayrus lib. 4. cap. 6. num. 7. quàmquam optimum sit, vt quæ fiunt in cultu Dei, & Sanctorum, solum fiant iuxta communem modum, & ritum Ecclesiæ, vt notat Sanchez cap. 40. cit. num. 3. qui etiam num. 34. ex hoc capite damnat superstitiosis publicas supplicationes, quæ fiunt in aliquibus locis, & in quibus ad impetrandam pluiam Imaginè, vel statuam alicuius Sancti in flumen proicitur, vel in litore ponitur, & sub dio relinquitur, donec pluat: quantis enim ex vsu Ecclesiæ ad sedandas tempestates, & ad extinguenda incendia, proiciantur in medios fluctus, & in medias flammæ imagines coræ Agni celestis, & Sanctorum Reliquiæ; & S. Franciscus Xauertius etiam proiecit Imaginem æream Crucifixi, quam postea ad illum retulit cancer marinus, vt legitur in eius Vita; & hæc omnia sunt quædam representationes exercitiæ precum Ecclesiæ, & intercessionis Sanctorum, & meritorum Christi Domini ad Deum placandum; & ideo à nullo damnentur, vt superstitio: si tamen Imago alicuius Sancti proiciatur in flumen, vel ponatur sub dio, quasi ad imponendam illi necessitatem, & ad vim inferendam pro pluuia impetranda; superstitio omnino est, & Deo, & Sanctis valde iniuriosa, & ab vsu Ecclesiæ, & à pietate fidelium valde aliena, vt notat ibi Sanchez; & apud illum Nau. in cap. Quando, de consecr. dist. 1. cap. 6. num. 46.

9. Triginta Missæ S. Gregorij quomodo non sint superstitiosæ.

10. Proicere in flumen, vel sub dio relin- quere Imaginem, vel statuam alicuius Sancti, ad impetrandam pluiam, est superstitio.

DISPUTATIO XVI. De magia, maleficio, & veneficio.

- 1. Magia quid propriè sit, & quo differat à superstitione.
2. Maleficium, & veneficium quo differant à magia.
3. Magia naturalis est periculosa, quanuis non sit illicita.
4. Operationes magorum quomodo sint à Dæmone, & ab ipsi magis, tanquam à causis.
5. Ars Cabalistica est superstitiosa, & illicita.
6. Quæ operationes possint fieri a magis, & à maleficiis per Dæmones.
7. Operationes magica semper sunt peccatum mortale.
8. Ad tollendum vnum maleficium nunquam est licitum querere aliud.
9. Etiam à mago ex se parato.
10. Si tamen maleficium possit solui sine alio maleficio, licitum est petere à mago, cumque cogere, vt soluat.
11. Maleficium ad bonum finem exercitum permittitur in Iure civili.
12. Non autem in Iure canonico.
13. Non potest Iudex ad verificandum delictum querere à mago maleficium fieri coram ipso Iudice.
14. Non potest dissolutio maleficii peti à mago, qui ignorat illius modum.
15. Maleficius non potest sumere à mago potionem maleficam, ad hoc; vt sit liber à maleficio.
16. Cum peccato maleficii plura alia peccata solent esse coniuncta.
17. Si per maleficium inferatur proximo damnum, omnino est restituendum.
18. Quæ superstitiones sint denunciandæ Inquisitoribus.
19. Pecunia, & bona habita à Dæmone per maleficium, quomodo non possint licite retineri, & expendi.
20. Morbi, & mala inducuntur per maleficium, licite possunt curari per remedia etiam naturalia.
21. Ligatura, & signa, sibi quibus est maleficium, licite possunt tolli, & destrui.
22. Et licite possunt ea omnia fieri, quæ ex se non sunt mala, & possunt conducere ad maleficium impediendum.
23. Quæque potest licite facere etiam ipse magus.
24. Etiam si aliquid aliud mali debeat obuenire alicui alteri.
25. Pactum firmatum cum Dæmone per scripturam, quomodo sit rescindendum.

D vanam obseruantiam etiam pertinet magia, provt dicit certam rationem operandi mirabilia ope Dæmonis, & ab illa non distinguitur, nisi vt perfectum in suo genere ab imperfecto, cum sit etiam ipsa vana quædam obseruantia aliquorum signorum aliis omnibus obseruantis longè deterior: qua solum de causa ab aliquibus numeratur, vt species superstitionis distincta, vt notat Less. lib. 2. cap. 43. num. 6. quam fortasse potest reduci ad obseruantiam sanitatum, ad quam communiter dicuntur pertinere omnes mutationes, quæ sunt opera Dæmonis in corporibus, cum certum sit, quod in huiusmodi mutationibus magna ex parte consistit magia. Quare non sumitur hoc loco nomen magi pro vt aliquando significat naturalem scientiam, aut cognitionem

1. Magia quid propriè sit, & quo differat à superstitione.

cognitionem astrorum: quomodo tres illi, qui primi ex Gentibus Christum natum adorauerunt, dicti sunt magi Matth. 2. vt notat Sanctus Leo serm. 3. & 4. de Epiphania. Neque provt significat certam rationem operandi mirabilia per causas naturales communiter occultas, & paucissimis cognitatas, quæ appellatur magia naturalis; & de qua multa habet Cardanus in lib. de variis. & Ioannes Baptista à Porta, Vel etiam provt significat rationem, aut artem præstandi admirabilia sine vlla applicatione caulorum naturalium per solam peritiam numerorum, & rerum mathematicarum, quæ ab Azor. part. 1. lib. 9. cap. 23. appellatur magia mathematica: vt, quando aliquis sæpius additis, detrahitque numeris secum ratiocinatur, & colligit aliquid occultum, & à vulgo, & imperitis creditur diuinare: sed accipitur magia, provt est ratio faciendi admirabilia per operam Dæmonis, vlturpatis tantummodo signis quibusdam, sub quibus ipse Dæmon operatur: & ideo appellatur magia superstitiosa, & dæmoniaca. Et quanuis hæc etiam magia superstitiosa sumatur aliquando latius, provt comprehendit etiam artes diuinandi, & ordinatur ad noticiam rerum futurarum, aut occultarum, quomodo Plinius lib. 30. cap. 2. inter eius species numerat diuinationem ex aqua, ex astris, & ex aliis huiusmodi; & sæpè in sacris Literis aritoli, augures, & incantatores quicumque communi nomine appellantur magi, vt Levitici 19. & 20. Danielis 1. & 2. & alibi; si tamen sumatur magis strictè, & propriè, solum ordinatur ad operationem admirabilem; non autem ad cognitionem, & ad noticiam: & si referatur ad ostentationem, aliudve commodum ipsius magi, vel alicuius alterius, communi nomine dicitur magia, & à Græcis Θυργία, quasi diuina operatio; vel Τελετυρία, quasi operatio portentorum, vt notat Lessius lib. 2. cap. 44. num. 3. Si verò referatur ad aliquam noxam alicui inferendam, propriè dicitur maleficium, aut veneficium, & à Græcis φαρμακία, quasi venenaria, & est illa ipsa, quæ in Iure canonico dicitur sortiaria, & confunditur cum maleficio, cap. Si per sortiariorum. 33. qu. 2. Ad quam diuisionem reducitur etiam illa, quam tradit Toletus lib. 4. cap. 16. num. 3. & secundum quam maleficium aliud ait esse amatorium, quod specialiter adhibetur ad animos inclinandos, & flectendos ad amorem carnalem, vel ad odium alicuius alterius; & aliud communi nomine appellari veneficium, quod adhibetur ad inferendum aliquod nocumentum corpori alicuius, vel aliis bonis.

2. Maleficium, & veneficium, quo differant à magia.

3. Magia naturalis est periculosa, quanuis non sit illicita.

4. Operationes

tis tantummodo certis signis ex pacto prius inito; neque possunt referri in magos, vel in signa, quæ ab ipsis vlturpantur, nisi tanquam in causas morales, ex quarum presentia Dæmon mouetur ad operandum. Atque ita ad dignoscendum, vtrum aliqua operatio pertineat ad magiam superstitiosam, an verò ad naturalem, bene est expeditenda cõditio, & natura causæ, quæ ad illam adhibetur, & modus, quo sequitur operatio, vt supra diximus de superstitione in vniuersum.

Atque ex conditione, & natura causæ omnino insufficientis, merito damnatur superstitionis ars Cabalistica, quæ in nominibus, præsertim Hebræicis, punctis, lineis, accentibus, & spiritibus putat contineri facultates mirabiles, easque solum per traditionem, & quasi per manus esse habitas, & receptas à maioribus; & hac de causa huiusmodi ars appellatur Cabala, quod Hebræicè idem est, ac traditio, vt notat Azor. lib. 9. cap. 23. vel idem ac receptio, vt notat Rhodiginus lib. 10. cap. 1. cùm enim sit certissima, quod nomina Hebræica, & characteres non sunt signa conceptuum, & rerum nisi ad placitum; & ex institutione hominum, sicut alia omnia vocabula aliarum linguarum; non autem sunt causæ, aut signa naturalia effectuum admirabilium, si propter huiusmodi effectus adhibeantur, solum possunt adhiberi, vt causæ morales, & vt signa ad placitum, & ex institutione Dæmonis, sicut alia omnia superstitiosa. Neque est admittendum id, quod refert Rhodig. loco citato ex constante Hebræorum opinione, quod Deus ipse in monte Sinai hanc artem simul cum lege scripta tradiderit Moyse; & hic deinde eam communicauerit, & tradiderit aliis magis idoneis, & capacibus; & quod huiusmodi ars maximè comprehenderet duas facultates, id est, artem reuoluenti litteras cuiusque nominis, quam dixerunt reuolutionem alphabetariam; & facultatem operandi mirabilia per causas superiores, quam putarunt esse partem superemam magiæ naturalis. Sed vt verius, & rationabilius potest admitti id, quod subdit Rhodiginus, emeruisse postea ex iisdem Hebræis quosdam maleficos, qui vocarent se Cabalistas, & iactarent se habere virtutem etiam contra Dæmones, & posse se mirabilia facere, & Christum ipsum non aliter fecisse miracula, quàm per artem Cabalisticam, quæ ipsi pollerent.

Neque est, quod pro Cabala Moyse tradita ab ipso Deo, simul cum tabulis legis afferatur ex lib. 4. Esdræ, c. 14. vbi Deus ipse loquens de Moyse: Enarraui, inquit, ei mirabilia multa, & ostendi temporum secreta, & finem, & præcepta alia palam facere, & alia apud se habere in arcanis, vt enim omittam lib. 3. & 4. Esdræ esse apocryphos, vt patet ex S. Hieron. in prefat. ad 1. & 2. ad Dominion. & Rogatian. & non numerari inter Scripturas, & libros canonicos, vt patet ex Trident. sess. 4. in decreto de canon. Scriptur. si admittatur, quod Deus enarrauerit Moyse multa mirabilia; & alia præceperit palam facere etiam aliis, & alia apud se habere in arcanis; non tamen propterea est admittendum, quod inter hæc mirabilia enarrauerit Cabalam, & artem reuoluenti litteras nominum, seu reuolutionem alphabetariam, cùm sit ars leuissima, & nullum habeat, nec possit habere fundamentum veritatis in ipsa natura nominum, & characterum, quæ solum est ex hominum placito, & institutione, vt diximus.

Tertid, operationes, quæ à magis fiunt per Dæmones, possunt esse omnes illæ, quæ non excedunt virtutem Dæmonis, & cõmodo possunt reduci ad tria capitula est, ad illas, quæ fiunt circa elementa; & ad

magorū quomodo sint à Dæmone, & ab ipsi magis, tanquam à causis.

5. Ars Cabalistica est superstitiosa, & illicita.

6. Quæ operatio, possit fieri à magis, & à maleficiis per Dæmones.

Verum, vt de his omnibus agamus cum aliquo ordine, hæc possunt breuiter notari. Primo, magia naturalis, quanuis ex se non sit mala; est tamen valde periculosa. Ita Less. lib. 2. c. 44. num. 1. quia, dum quis est curiosior in inuestigandis causis naturalibus, & ex operibus admirabilibus capere intendit inanem gloriam, & populi admirationem, facillè delabitur ad magiam superstitiosam, Dæmone ipso sese ingerente, atque immiscente, vt supra diximus circa diuinationem, ex S. Augustino libr. 2. de doctrina Christiana, cap. 22. & 23. tom. 3. & ex Sancto Thoma 2. 2. quest. 92. artic. 2. & 3. & inde fit, vt ex magis superstitiosis, & dæmoniis nullus sit, qui nolit haberi tanquam professor magiæ naturalis, suæque artes non tegat specie quadam virtutis naturalis occultæ. Secundò, operationes admirabiles magiæ superstitiosæ, & dæmoniæ, fiunt ab ipso Dæmone, possunt

illas, quæ sunt circa corpora animalium, & hominum, & illas, quæ sunt circa animas. Ad primum genus pertinent tempestates, tonitrua, grandines, venti, inundaciones aquarum, terræ motus, ruinæ ædificiorum, incendia, & similia. Ad secundum, motus locales, quibus sagæ aliquando re ipsa transferuntur ex uno loco ad alium; non autem solum imaginariæ: productiones animalium, imperfectorum, verbi gratia, ranarum, muscarum, &c. quæ breui possunt generari per applicationem naturalium actionum, ad passiva: transformationes hominum in brutà, verbi gratia, in lupos, aut asinos, saltem per circumpositionem alterius figuræ formatæ ex vaporibus; effusiones thesauri: ægritudines incurabiles, quæ inducuntur per ignota venena: earundem curationes per ignota remedia, &c. Ad tertium genus pertinent illæ omnes operationes, aut affectiones animæ, quæ pendunt ex organo, & dispositione corporea, ut amentia, odium, amor, libido, &c. quæ tametsi non possit Dæmon cogere voluntatem alicuius, verbi gratia, ad actum amoris, aut odij: & idem qui ex beneficio amatorio amâ inordinatè, non excusentur à peccato, possunt tamen eam allicere proponendo imaginariæ per media phantasmata hunc, vel illum, ut magis amabilem, aut odibilem; & immutando organum appetituum, prout specialiter requirit passio amoris, aut odij.

Quarò, quocunque ex his modis committatur magia superstitiosa, & dæmonica, certissimum est, quòd semper sit peccatum mortale, nisi forte aliquando excuset ignorantia, aut inconsideratio: nam expressa, aut tacita invocatio Dæmonis, quæ semper in illis reperitur, nunquam potest esse licita. Et quævis fortasse materia, ad quam invocatur, & plenè aduertitur, quòd invocetur, sit levis; non tamen propterea à invocatio est venialis, si sit ex plena advertentiâ, & deliberatione, ut notat Lessius lib. 2. cap. 44. citat. num. 26. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 40. num. 13. cum neque in rebus grauibus, neque in leuibus Dæmon sit invocandus. Et quòd diximus supra, disp. 3. num. 2. de superstitione in vniuersum, & disp. 15. num. 3. de vana obseruancia fortuitorum euentuum, quòd possit aliquando etiam esse peccatum veniale, solum intelligitur ex imperfectione actus, & quando invocatio Dæmonis non bene aduertitur; neque plena fides adhibetur, quòd ipse debeat sese immiscere ad operationem, vel ad euentum, ut ibi explicauimus.

7. Operationes magiæ semper sunt peccatum mortale.

8. Ad tollendū vnum maleficium, nunquam est licitum querere aliud.

9. Etiam à mago à se parato.

iuret per falsum Deum: at verò, qui querit maleficium à malefico, querit aliquid per se malum, non autem solum ex malitia ipsius malefici. Quaratio à fortiori habet vim etiam contra aliquos apud Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 95. cit. & apud Suar. de superstit. c. 18. n. 7. qui dixerunt, quantum non liceat petere maleficium à mago, etiam ex se parato; licere tamen illum cogere minis, ac pœnis, ut maleficium maleficium destruat: quia hoc non est habere societatem cum Dæmone; sed se defendere, & uti iure suo. Contra quod tamen est: quia, si non licet maleficium accipere à mago vltro illud offerente; quia est intrinsecè malum; multò minus potest licitè extorqueri ab inuito. Si tamen maleficium tale esset, vt posset destrui per maleficium, & sine maleficio, & magus vtroque modo posset illud destrucere, probabilissimum est, quòd liceret illum rogare, & cogere, ut destrueret, etiam si sciretur ex sua malitia non esse destructurum, nisi per aliud maleficium: quia tam esset eadem ratio, atque de iuramento, quod petitur ab infideli; & destructio maleficij, quantum ex se, esset licita, & solum ex malitia magi fieret illicita, vt notat Suarez cap. 18. cit. n. 13. Bonac. puncto 5. num. 7. citat. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 4. num. 10. Ledesma, Henricus, & alij contra Caietanum, qui tom. 2. Opusculorum, tract. 12. etiam in tali casu negat esse licitum petere à mago destructionem maleficij, nisi expresse determinetur modus destructionis; non autem relinquitur in illius arbitrio. Verum tamen est, quòd si quis dubitaret, vtrum magus sciret soluere maleficium aliter, quam per aliud maleficium, non liceat ab illo id petere; quia in dubio non est præsumendus scire, nisi modum superstitiosum; & qui peteret, exhiberet se periculo petendi nouum maleficium, vt notat Suarez num. 9. citat. Lessius cap. 43. num. 46. Sanchez cap. 41. num. 6. & 7. Delrius lib. 6. disquisit. cap. 2. sect. 4. quæst. 2.

10. Si tam maleficium possit solui, etià sine maleficio, licitè est petere à mago, cum mago cogere, vt soluat.

Atque ex his colligitur, quomodo possit admitti id, quod habetur L. Eorum. C. de malef. quòd qui id bonum finem vntur incantationibus, & maleficiis, vt verbi gratia, ne maritus viderentur imbres nocent; aut ne ventorum tempestatibus, vel grandine quantantur; nullis criminationibus, aut accusationibus sint implicandi: neque enim id intelligitur, quia maleficia ad bonum finem querita, aut facta sunt licita; sed, quia in iure ciuili non puniuntur, vt notat Suarez lib. 2. de superstit. cap. 14. num. 14. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 95. num. 1. & lib. 2. in Decal. cap. 41. num. 3. & alij apud ipsum: quod idem tamen aliter se habet secundum Ius canonicum, quod absolute illa prohibet, & puniunt; siue fiant ad bonum finem, siue ad malum, cap. 1. llos. 26. qu. 3. cap. Ex tuarum. C. de cap. fin. de seruil. & notat Azor. p. 1. lib. 9. c. 26. q. 3. & idem rectè colligit idem Sanchez c. 41. cit. n. 4. peccare mortaliter eos Indices, qui ex curiositate, vel ad verificandum delictum, vel ad alium finem faciunt, ut malefici coram ipsis faciant apparere ranas, vel vt sagæ suis vncionibus perunctæ ferantur per aëra, &c. quia id totum est maleficium, & intrinsecè malum; & n. 8. & 20. peccare mortaliter etiam illos, qui petunt à mago destructionem maleficij, quod ipse non fecit, & cuius modum, aut locum ipse magus ignorat: quantum enim fortasse maleficium illud posset destrui naturaliter; quia tamen talis magus id ignorat, dum ab illo petitur, vt naturaliter destruat tale maleficium, implicite petitur, vt prius cognoscat à Dæmone modum illius; quod tamen est illicitum, vt etiam docuerunt Suarez de superstit. c. 18. n. 8. & idem Sanchez lib. 7.

11. Maleficium ad bonum sine exercitū permittitur in iure ciuili.

12. Non autem in iure canonico.

13. Non potest Index ad verificandum delictū, querere à mago maleficium ferri coram ipso Indice.

14. Non potest dissolui maleficio petiti à mago, qui ignorat illius modum.

15. Maleficius non potest sumere à mago potionem maleficam ad hoc, ut sit liber à maleficio.

16. Cum peccato maleficij plura alia peccata solent esse coniuncta.

17. Si per maleficium inferatur damnum, omnino est restituendum.

18. Quæ superstitiosus sine denunciantibus Inquisitoribus.

19. Pecunia, & bona habita à Dæmone per maleficium, quomodo possint licitè retineri, & expendi.

lib. 7. de matr. disp. 95. n. 14. & Delrius lib. 6. disquisit. c. 2. sect. 1. q. 2. dicto 4. Et similiter si magus maleficium, quod potest destrucere naturaliter, velit destrucere per aliud maleficium, non licet illi cooperari; verbi gratia, accipiendo ab illo potionem maleficam, qua sit curandus maleficiatus, ex eodem Suar. cap. 18. in fine, & Sanchez cap. 41. n. 15. Quintò, certum est, quòd peccatum maleficij sepe habet adiuncta plura alia peccata, de quibus Confessarius debet rationè querere à malefico, vt v. g. crimè hæresis, si maleficus in aliquo non sentit cum Ecclesiâ apostolicâ à fide, si Christum, eiusque fidem toram abnegauit; idololatriæ, si Dæmonem coluit, vt Deum; blasphemiarum, si quid protulit contra Deum, Beatissimam Virginem, aut Sanctos; sacrilegij, si in maleficiis adhibuit res sacras, & præcipuè Sacramenta, & sacramentalia; luxuriæ, si commixtionem nefariam habuit cum Dæmone succubo; iniustitiæ, si damnum aliquod intulit proximo, vel in corpore, vel in bonis, illudque sine dubio est restituendum, etiam si maleficus sit ponius; Iudice in corpore; quia, vt notat Nau. in Man. c. 15. n. 25. & Suar. de superstit. c. 14. n. 12. per illam pœnam satisfecit solum Reipublicæ secundum iustitiam legalem; non autem patri læsæ secundum iustitiam communitatiuam. Et quantum huiusmodi damna sint illata immediate à Dæmone, non autem à malefico; ad huc tamè tenetur maleficus, qui illum inuocandò dedidit causam damni, vt notat Sanchez cap. 41. cit. n. 13. Et ex his potest etiam intelligi, quæ superstitiosus deferendæ ad Inquisitores, aut Iudices fidei, & quæ denunciandæ: quia enim ex cap. Accusatus. §. Sanc. de Hæret. in 6. non debent Inquisitores se intromittere in diuinationibus, aut fortilegiis non sapientibus hæresim manifestam; illæ tantum superstitiosus sunt illis denunciandæ, quæ continent manifestam hæresim, aut infidelitatem, vel quæ illam manifestè sapiunt. Et tales sunt ex Gloss. ibidem, ver. Sapienter. si quis idolo, aut Dæmoni sacrificium offerat, vt det responsum, vel si in socium suarum superstitiosum adhibeat Hæreticum, vel si abutatur Corpore & Sanguine Christi, vel si puerum rebaptizet, &c. Et ex eadem Gloss. ver. Manifestam. si casus sit dubius, vtrum superstitio sapiat hæresim, non debent Inquisitores in illam se intromittere; quia non habet iurisdictionem. De qua re plura possunt videri apud Directorium Inquisitorum part. 2. quæst. 42. & 43. & apud Pegnam ibidem, con. 67. Sextò, si magus per magiam, & maleficium sibi, vel alteri bona aliqua acquisiuit à Dæmone, vt, verbi gratia, pecuniam, sanitatem, scientiam, licitè potest, qui illa habet, iis vti, dummodo, vt conseruentur, & retineantur, non sit opus continuo aliquo maleficio, & ex alio capite non sit obligatio non vtendi. Ita Suar. de superstit. cap. 17. n. 1. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 41. n. 1. nam, sicut pecunia turpiter acquisita à meretrice, licitè potest retineri, & expendi; quia nullam aliam habet turpitudinem, nisi per ordinem ad fornicationem, per quam fuit acquisita; qui tamen ordo desinit esse turpis, si turpitudine fornicationis tollatur per penitentiam: ita & pecunia habita à Dæmone, &c. Dixi autem, nisi vt conseruentur, sit opus continuo aliquo maleficio: quia, si quis non aliter posset conseruare, v. g. sanitatem recuperatam opera Dæmonis, nisi exercendo quotidie aliquem actum superstitiosum, vel gestando ad collum aliquid superstitiosum, & maleficium, potius debet sanitate negligere, quam tale aliquid facere, in quo seruaret pactum cum Dæmone, vt idem notat n. 2. Et similiter addidi, Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

nisi ex alio capite sit obligatio non vtendi: quia, si quis certò sciret, v. g. pecuniam acceptâ à Dæmone non esse veram; sed solum apparentem, ex præstigio Dæmonis, non posset illam expendere in damnum aliorum; & si sciret eam fuisse furto sublata alicui ab ipso Dæmone, deberet eam restituere vero domino, vt subdit Suar. n. 3. & Sanchez n. 2. quantum hoc in casu dubio non est præsumendum, cum bene possit Diabolus pecuniam accipere ex fundo maris, vel aliunde, quæ sub nullius dominio sit, vt notat Bonac. disp. 3. quæst. 5. punct. 5. cit. n. 11. Septimò, si quæ mala sint accepta per maleficium, vt, v. g. vulnus, tabes, &c. non solum potest licitè curari per remedia ecclesiastica, & supernaturalia; sed etiam per naturalia, & humana, siue ipsa mala dependant à maleficio, siue non: si quis enim dum torquetur, aut tabescit ex maleficio, v. g. quousque figuræ, aut annulus, vel ligatura, quæ magus esse voluit signum maleficij, permanserit in tali loco, adhibeat, tanquam mali remedium, ex firma in Deum fide, ac spe vsum Sacramentorum, preces, ieiunia, exorcismos, & similia, optime facit. Et si ex præscripto Medicorum sumat potiones, quæ iudicantur posse prodellè, & ipse per se, vel per alium tollat signum maleficij ex illo loco, nihil mali facit: quia, quantum de hoc postremo dubitauerint aliqui viri docti, & p. apud Less. lib. 2. c. 44. n. 35. imò & absolute id negauerint apud Sanc. lib. 7. de matr. disp. 96. n. 2. & lib. 2. in Decal. c. 41. n. 19. quia sublatio signorum videtur esse admonitio Dæmonis, vt cesseret maleficiatus torqueri, & maleficere, ac proinde videtur esse confirmatio, & impletio pacti, quod magus cum illo interat de maleficio non torquendo, quando illa signa essent sublata ex eo loco: communis tamen sententia est, quòd liceat huiusmodi signa auferre, vt videre est apud Lessium loc. cit. n. 36. & seqq. Sayr. lib. 4. clau. reg. 6. n. 27. Sanc. loc. cit. Suar. c. 17. cit. n. 9. & seqq. vbi etiam citat plurimos alios, tam Theologos, quam Summistas; quia reuera hoc solum est destrucere maleficium, & opus Diaboli; & sicut licitum est confringere, & comburere imagines astronomicas, & alia, quæ continent superstitionem; ita & remouere localiter, & destrucere ligaturas, & signa maleficij. Imò, sicut Scriptura nõ raro præcipit, aras idolorum destrucere, ita uas confringere, lucòsque succendere, vt patet Exodus 34. & Dent. 7. ita & est in præcepto naturali, vt destruat malum, vt notat Spar. n. 13. & Less. n. 43. Neque in hoc vllus honor exhibetur Diabolo, cum non fiat animo implèdi secundam partem pacti à Mago iniiti; sed animo impediendi impletionem primæ, & fiat independenter à voluntate Dæmonis, imò & ipso inuito. Et reuera, qui tollit hæc signa, nõ perinde facit, ac si Dæmoni dicat: Præsta, quod promisisti. sed potius perinde facit, ac si dicat: Rescinde tuum pactum cum mago inuito; & signa à te instituta tollo, & destruo; & idem non est, quòd amplius noceas, Et quantum effectus ille negatiuus nõ nocendi amplius debeat prouenire à Dæmone, sicut ab illo proueniebat effectus positius nocendi; rectè tamen notat Less. n. 40. quòd potest aliquid licitè fieri pro huiusmodi effectibus negatiuis; non quidem inuocando pactum, ex quo Dæmon quasi directè, & per directum voluntarium illos efficiat; sed eum irritando, vt à nobis, quasi offensus, vel coactus per potentiam Dei, desistat ab opposito: hoc enim modo gestamus sacras Reliquias, & Agnos Dei; & Jomos, ac templa benedicimus; & nosmetipsos aspergimus aqua benedicta, ne Dæmon aliquid mali nobis inferat. Et ex hoc principio vterius potest colligi cum eodem Lessio n. 45. Sanchez cap. 41. n. 25. Suar. n. 16.

20. Morbi, & malainducta per maleficiū, licitè possunt curari per remedia, etiam naturalia.

21. Ligatura, & signa, sub quibus est maleficium, licitè possunt tolli, & destrui.

possunt hac omnia fieri, quae ex se non sunt mala, & possunt conducere ad maleficium impendendum.

quod non solum est licitum huiusmodi signa removere, & tollere; sed etiam potius aliquid facere, quod alioqui ex se non sit malum, ad eum tantummodo finem, ut Diabolus desinat nobis nocere: si enim magus tale pactum iniit cum Dæmone, ut Petrum, verbi gratia, tandiu torqueat, quandiu anululum non gestauerit in tali digito, vel quandiu ex tali loco non fuerit eruta, verbi gratia, olla, quæ est ibi defossa, & aliqua alia eius loco non fuerit ibi reposita; vel quandiu Petrus ipse magum, aut sagam non manu tetigerit: licite potest aliquis hæc omnia facere, non quidem animo implendi pactum, sed rescindendi, & maleficium tollendi, & Dæmonem cogendi etiam iniutum, ut non amplius noceat, dum ea tolluntur, sub quibus tantummodo erat determinatus ad nocendum: quia, sicut, si magus pactum iniisset cum Dæmone, ut tandiu torqueat Petrum, quandiu non se signaret signo Crucis, vel non gestaret tales Reliquias, vel Confessione sacramentali peccata non expiaret; non propterea teneatur hæc omnia omittere, ne videretur pactum implere cum Dæmone; quia posset illa facere animo rescindendi pactum quoad priorem partem; non autem implendi quoad posteriorem: ita etiam, si pactum iniit de aliis huiusmodi, quæ sunt ex se indifferentia, & possunt similiter impleri animo destruendi maleficium contra voluntatem Dæmonis, & pactum cum illo iniutum rescindendi; non autem animo implendi, & consummandi.

23. Eaque potest licite facere etiam ipse magus.

Idque est verum, non solum de illo, in cuius damnationem est maleficium, aut de aliis, qui possunt eum iniurare ad illud destruendum; sed etiam de ipso mago, ut notat Less. n. 45. cit. quia tenetur omnibus modis destruere suum maleficium, præterquam per novum maleficium: & sicut potest suum pactum verbis rescindere, & dicere Dæmoni, ut non amplius noceat ex vi pacti: ita & potest illud factis rescindere, ponendo id totum, ex quo scit posse illud rescindi.

24. Etiam si aliquid aliud mali debeat obtinere alicui alteri.

Quod si contingit ex ablatione ligaturæ, aut signi, sub quo est maleficium, mali aliquid resultat ipsi maleficiato, vel alicui alteri; quia ita fuit primò conventum cum Dæmone, si ligaturæ, aut signum amoveretur, non propterea est illicita talis amotio: quia id est solum permittitur tale damnū ex iusta causa; non autē potest illud causare, ut notat Sanch. lib. 7. de mar. disp. 96. n. 5. & lib. 2. in Decal. c. 41. n. 21.

25. Pactum firmatum cum Dæmone per scripturam, quomodo sit rescindendum.

Octavo, si magus pactum, quod iniit cum Diabolo, firmavit scriptura, & per illam renuntiavit Baptismo, & fidei, sequæ totum Dæmoni tradidit, omnino tenetur per penitentiam pactum rescindere; non tamen est necessarium, ut Dæmon cogatur restituere chirographū, vel, ut ipse comburat illius exemplar, quod forte habet. Ita Suar. de superst. c. 17. n. 4. & Sanch. lib. 2. in Dec. c. 40. n. 55. Bonac. in 1. præc. Decal. disp. 3. q. 5. punct. 5. n. 1. quia per penitentiam sufficienter dissolvitur prior contractus, neque pendet à scriptura materiali; & illius exemplar licite potest retineri ad maiorem sui confusionem, & memoriam enormitatis delicti, quanquam optimum sit, si comburatur, ne forte veniat in manus aliorum, & aliis præbeat materiam scandali, & ut fiat hoc etiam in signum detestationis prioris delicti.

DISPUTATIO XVII.

De tentatione Dei, quæ est prima species irreligiositatis.

2. Tentatio Dei opponitur per defectum virtuti religionis.

- 2. In quo consistat tentatio Dei.
3. Tentatio Dei formalis, & tentatio interpretativa, quanam sit.
4. Quomodo sit irreligiositas per defectum.
5. Tentatio Dei quomodo non sit contra fidem.
6. Potest esse contra spem.
7. Purgationes vulgares per aquam ferventem, per ignem, &c. sunt tentatio Dei, & illicitæ.
8. Non est tentatio Dei, si quis ex iusta causa committat se illius auxilio.
9. Quæ causa censenda sit iusta.
10. Explicantur plures casus particulares, in quibus licite, aut illicitè à Deo petitur aliquod miraculū.
11. Agrotus non licet respicere medicinas, ad hoc, ut Deus miraculosè illum sanet.
12. Non licet temerè exponere se martyrio.
13. Non licet velle concionari imparatum.
14. Tentatio Dei, per se loquendo, semper est peccatum mortale.
15. Et specialiter est exprimenda in Confessione.

SUPERSTITIO, de qua egimus dispensationibus præcedentibus, continet ea vitia, quæ opponuntur primo præcepto & virtuti religionis per excessum, & exhibent cultum divinum, in quibus nõ debent, vel cui non debent. Sed, ut agamus etiam de illis, quæ opponuntur per defectum, & Deo non exhibent eos cultus, quos debent, & in iis, in quibus debent, & tanquam sub genere continentur sub irreligiositate; agendum est primo loco de tentatione Dei, qua exhibetur immediatè ipsi Deo irreverentia; & deinde de sacrilegio, quo exhibetur irreverentia rebus divinis. Et quanvis, præter hæc duo, sint etiam plura alia, quæ aliis modis deficiunt in cultu Dei, ut, verbi gratia, perjurium, blasphemia, infidelitas in votis, simonia, & similia; hæc tamen aliis locis commodiores explicatus; & idèd hoc loco illa omittimus.

1. Tentatio Dei opponitur per defectum virtuti religionis.

De tentatione Dei legi potest S. Thomas 2. 2. quæst. 65. Nau. in Man. cap. 11. num. 41. Suar. de irreligiositate, cap. 2. & 3. Less. lib. 2. cap. 45. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 34. Sayr. lib. 4. Clan. reg. cap. 7. n. 12. & seqq. Reginald. lib. 17. n. 225. Paul. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 5. Bonac. in primum præceptum Decal. disp. 3. quæst. 9. Fagundes in præcepta Decal. lib. 1. cap. 31. n. 30. & seqq. Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 14. & Summistæ communiter verb. Tentatio. Et ex illis hæc possunt notari.

2. In quo consistat tentatio Dei.

Primò, tentatio Dei tunc est, quando quis absque iusta causa aliquid dicit, aut facit ad capiendum de Deo experimentum; quoad potentiam, sapientiam, bonitatem, voluntatem, &c. cum enim ex sacris Litteris duplex sit genus tentationis, ut notat S. August. epistola 146. & quæst. 58. in Exodum, & Suar. cap. 2. cit. n. 1. id est, tentatio experimenti, aut probationis, quomodo dicitur Deur. 13. Tentat vos Deus, ut palam fiat, utrum diligatis eum. & tentatio seductionis, aut inductionis ad malū, quomodo dicitur Isai. 1. Deus intemptator malorum est, & neminem tentat. certissimum est, quod non potest homo velle Deum tentare secundo modo inducendo illum ad malum, & idèd tentatio Dei solum potest esse primo modo, id est, experimenti, & probationis.

3. Tentatio Dei formalis, & tentatio interpretativa, quanam sit.

Et quidem si quis ex formali, & explicita intentione sumendi experimentum de Deo, aliquid dicat, aut faciat, & in puteum, verbi gratia, se deiciat, vel ex turri præcipitem det, ut experiatur, utrum Deus possit, aut velit supponere manum, & non sinere eum lædi; dicitur tentatio Dei formalis, & explicita: si verò sine tali intentione formalis faciat aliquid, quod reverè ex se per-

tineat ad tale experimentum sumendum, dicitur tentatio Dei interpretativa, & implicita: ut, si quis, verbi gratia, à cibo abstineat per totos dies quadraginta, ut imitetur ieiunium Christi, suæque vitæ conservationem factò ipso committat Deo, & à Deo expectet: quod addo, quia, si à cibo abstineat, ut se interimat, neque expectet conservationem vitæ à Deo, non est dicendus tentare Deum, ut notat Suarez cap. 3. num. 4. Less. cap. 45. num. 2. & alij apud Bonac. num. 3. Et ad hoc reducitur etiam illud, quod habetur Ecclesiastici 18. quod qui ante orationem non se præparat, est quasi tentans Deum: ut enim notat Valent. 2. 2. disput. 6. quæst. 14. puncto 1. coroll. 2. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 34. num. 6. id solum est: quia, cum Deus promiserit illum audire, qui, dum orat, facit, quod in se est, ut exaudiat; ipso, quod quis orat imparatus, videtur velle experi, utrum Deus subvenire valeat, aut velit etiam minis bene oranti: quod est Deum tentare: quanvis, in rigore loquendo, hæc tentatio sit minis propria; & idèd dicatur quasi tentatio, ut notat Caictanus 2. 2. quæst. 97. art. 3.

4. Quomodo sit irreligiositas per defectum.

Secundò, tentatio Dei idèd pertinet ad irreligiositatem, & opponitur per defectum virtuti religionis ex Sancto Thoma 2. 2. quæst. 97. art. 3. Suarez de irreligiositate, cap. 2. num. 4. Sanchez lib. 2. cap. 34. num. 4. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 5. num. 7. Bonac. disput. 3. quæst. 9. num. 2. quia non exhibet Deo reverentiam, dum querit de illo experimentum, quod non debet: qui enim in puteum, verbi gratia, sese deicit, quia ignorat, quod Deus possit illum servare; querit experimentum potentie Dei, & factò ipso profiteretur, quod aliter eam non agnoscat: & qui abstinet à cibo per totos dies quadraginta, petit à Deo peculiarem modum conservationis vitæ, & nihil facit providentiam ordinariam, & implicitè eam arguit insufficientiam, eumque defectum, & insufficientiam providentiam experimento ipso comprobare nititur, dum vitæ conservationem querit per aliud medium, quam per cibum; quod similiter est irreverentia. Et quanvis huiusmodi actus semper supponant aliquam ignorantiam actualem, aut dubitationem, quæ possit reduci ad fidem; non tamen propterea habent malitiam contra fidem, sicut neque actus religionis, aut aliarum virtutum, quæ regulantur ex dictamine fidei, habent formaliter bonitatem fidei, ut notat Suar. cap. 2. cit. num. 5. Imò, quemadmodum communiter non habent malitiam contra fidem, alij actus peccaminosi, quanvis procedant ex aliqua mentis perveritate, & eversione, quæ potest reduci ad fidem, ut explicavimus, dum ageremus de vitis, & peccatis in universum, lib. 2. disp. 37. n. 12. ita neque illam habet tentatio Dei: nam, quanvis qui fornicatur, v.g. habeat dictamen actuale, quod hic, & nunc ad finem explendæ concupiscentiæ bonum sit fornicari, & qui furatur, habeat dictamen, quod ad supplendam indigentiam rei familiaris, sit bonum furari; & hæc dictamina possint reduci aliquo modo ad dictamina fidei, quod nunquam sit bonum fornicari, aut furari: re tamen vera, qui fornicatur, aut furatur, idèd non peccat contra fidem, neque habet dictamen verè contrarium dictamini fidei; quia hoc non est, quod fornicatio, & furtum non sint bona ad finem particularem explendæ concupiscentiæ, & supplendæ indigentie, quæ est bonitas diminuta, & secundum quid; sicut iudicat, qui actus furatur, aut fornicatur: sed, quod non sit bona simpliciter, & absolute, & pensatis omnibus, quæ est bonitas perfecta, & simplicitet, & de qua est dictamen, & articulus fidei; eadem verò ratione in casu presentis, qui se proicit, v.g. in

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

puteum, ut experiatur, & probet, utrum Deus supponatur sit manum, eumque liberaturus, idèd non peccat contra fidem, quia, quanvis credat ex fide, quod Deus possit omnes liberare ab omnibus periculis, & quod de factò eos liberet, quos in decreto suæ æternitatis decrevit liberare; adhuc tamen ignorat, aut dubitat, utrum de factò sit ipsum liberaturus, & utrum decreverit ipsum liberare, de quo sine dubio non est dictamen, & articulus fidei; & idèd non peccat contra fidem, qui de hoc dubitat, & querit experimentum. Potest tamen rationabiliter admitti, quod potius peccet peccato præsumptionis contra virtutem theologicam spei, ut vult Azor. 1. part. lib. 9. c. 2. qu. 7. in fine. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 34. n. 4. Reginald. lib. 17. n. 225. Bonac. q. 9. cit. n. 2. in fine, in quantum, scilicet, contra ordinem iam præscriptum divinæ providentiæ sperat, & expectat à Deo exhiberi sibi aliquid extraordinarium, quæ est quædam præsumptio opposita spei, ut etiam supra explicavimus, dum ageremus de spe, lib. 2. disp. 6. n. 9. Et non est dubium, quod hanc etiam malitiam potest quis contrahere, si operetur ex motivo præsumptionis: quanvis communiter per tentationem Dei non importetur, nisi irreverentia, & malitia irreligiositatis contra virtutem religionis, qua Deum debito modo in omnibus colimus, ac reveremur: & idèd communiter tentatio Dei solum dicatur esse contra religionem; non autem contra spem, ut notat Suar. de irreligiositate, c. 3. n. 7.

6. Potest tamen esse contra spem.

7. Purgationes vulgares per aquam ferventem, aut per ignem, sunt tentatio Dei, & illicitæ.

Tertio, ad tentationem Dei interpretativam pertinent probationes, aut experimenta, quæ in sacris Canonibus, appellantur purgationes vulgares: ut, si quis ad se purgandum à suspitione alicuius criminis sibi obiecti, velit sumere aquam ferventem, vel manu contrectare ferrum candens, aut carbones accensos, aut ingredi in fornacem, vel duello experimentum facere suæ innocentie, &c. hæc enim omnia, & similia, tanquam illicita, recedè prohibentur in Iure canonico, cap. Memnam. cap. Confusisti. cap. Monachiam. 2. quæst. 5. cap. 1. & 3. de purgat. vulg. & cap. Ex turrim. de purgat. canon. quia verè continent tentationem Dei interpretativam, cum ad commune bonum, & regimen fati sit, si possit constare de crimine, aut de innocentia per depositiones testium, per iuramenta, & per similia; neque sit opus miracula querere, & ordinariam Dei providentiam negligere. Imò ex Bonac. quæst. 9. cit. num. 5. & aliis apud ipsum, mortaliter peccat Index, si querat, vel admittat huiusmodi probationes, & ex illis damnet reum, quasi convictum criminis, cum in humanis iudiciis non sint adhibendæ probationes, nisi humanæ. Et quanvis aliquando huiusmodi purgationes sint confirmatæ miraculis, ut videre est apud Delrium lib. 4. disquis. c. 4. q. 4. sect. 3. id tamen vel fuit; quia talis purgatio est facta ex peculiari instinctu, & inspiratione Dei; vel, quia Deus specialiter voluit favere innocentie aliquorum, non obstante, quod ipsi ex se temerè essent aggressi illam probare. Et eodem modo potest responderi ad illud, quod habetur ex lib. Numerorum, c. 5. quod mulier suspecta de adulterio, debeat bibere aquam maledictionis, eaque futurum sit, ut eius venter infletur, & femur computrescat, si verè sit in crimine, & in culpa; & contra nihil mali passura sit, si verè sit innocens: id enim dici potest tunc licuisse ex peculiari institutione, & dispensatione Dei: sicut & tale aliquid posset licere etiam hoc tempore, si Deus peculiariter id inspiraret; cum tamen de factò iam cessarint ceremonie, & iudicia veteris legis. Vel certè dici potest cum Alen. 3. part. qu. 45. membro 3. id non fuisse sub

MM 3 præcepto

praecepto etiam pro illo tempore; sed solum fuisse permissum: quod tamen similiter hoc tempore non permittitur. Et denique ad illud, quod potest afferri ex Concilio Vormatiensi cap. 25. & refertur cap. Sa- pe. 2. quae. 5. quod si in Monasteriis perpetrentur furta, & ignorentur, qui illa committant, debet om- nes ad Missam Abbatis sacramentaliter communi- care in hac verba: Corpus Domini sit mihi ad pro- bationem hodie. dici potest cum Glossa in cap. Sa- pe. cii. Suar. de irreligiositate, cap. 3. cit. num. 16. Valen. 2. 2. disp. 6. & aliis communiter, quod talis Constitutio fuit reuocata per alios Canones, in quibus absolute prohibetur omnis purgatio vulgaris, & canonica; & praecipue per cap. Ex tuarum. & cap. Cum dilectis. de purgatione canon. cum enim Concilium Vormatiense fuerit tantum provinciale, mirum non est, si potue- rit aliquid statueri, quod postea debuit corrigi per alios Canones pontificios. Plura de huiusmodi pur- gationibus possunt videri apud Delrium lib. 4. cit. c. 4. q. 3. & seqq. & magis in specie de purgatione per duellum apud Sanchez lib. 2. in Decal. c. 39.

8. Non est ratio Dei, si quis ex iusta causa committit se...

9. Quae causa censenda sit iusta.

10. Explicatur plures casus particulares, in quibus licet, aut illicitum a Deo petitur aliquod miraculum.

11. Aegroti non licet respue- re medicinas, ad hoc, ut Deus mirandis illum sanet.

tationem Christi: citra tamen periculum mortis. Et n. 15. ex eodem Nau. n. 40. & Sylu. verb. Martyrium, non licere offerre se temere, & sine rationabili causa, ad martyrium; quia id esset, prouocare infideles ad peccandum mortaliter, iisque dare occasionem iniuste agendi, non autem esset, patienter ferre id, quod ipsi iniuste agerent, ut loquitur S. Th. 2. 2. q. 124. a. 1. ad 3. vel certe esset Deum testare, ut impediret mor- tem, cui praebent occasionem. Et denique n. 16. ex eodem Nau. ibid. mortale esse, si quis imperitus, & rudi- sine rationabili causa imparatus concionetur, speras temere, quod a Deo sint inspirata, quae dicat.

Quintò, si tentatio Dei sit formalis, semper est peccatum mortale: quia continet grauem irreuerentiam, & iniuriam Dei, quod quis sine nouo experi- mento nolit in iplo agnoscere excellentiam, & ac- quiescere. Potest tamè excusari, si procedat ex igno- rantia inuincibili, vel non crassa; vel si sit actus in- deliberatus, ut notat Suar. & Less. n. 4. Et idem est, si tentatio sit interpretatiua, quae similiter semper est peccatum mortale, nisi excusetur ex paruitate ma- teriae, & periculo, in quo aliquis Deum tentat: ut, si quis, v. g. in leui morbo nolit consultare Medicos, & adhibere medicinas; sed vanè expectet sanitatem à Deo, ut notat Sanch. lib. 2. in Decal. c. 34. n. 5. Sayr. Valen. Suar. Less. Laym. & alij apud Bon. disp. 3. q. 9. cit. n. 6. qui etiam rectè subdit n. 8. peccatum hoc specialiter esse exprimendum in Confessione, cum verè habeat specialem malitiam; & n. 9. esse etiam specialiter exprimendum, vtrum tentatio fuerit ex- plicita, & formalis; an verò solum interpretatiua, cū etiam hæc ab illa differat; & illa sit ad aliquid ex- plorandum, & experiendum de Deo; hæc verò potius ad implorandum in re indubitata illius opem, ut notat Suar. de irreligiositate, c. 3. n. 6. Sanch. Less. Re- ginal. apud Bon. n. 19. cit. & vtraque verè continet ir- reuerentiam Dei, cum sit quasi quidam contemptus ordinariae prouidentiae, & sapientiae, quae de causa vtraque est contra virtutem religionis, & quædam species irreligiositatis, ut iam diximus.

12. Non licet temere expo- nere se mar- tyrio.

13. Non licet vol- untate concionari imparatum.

14. Tentatio Dei, per se loque- di, semper est peccatum mortale.

15. Et specialiter est exprimenda in Confessione.

DISPUTATIO XVIII.

De altera specie irreligiositatis, quæ est sacrilegium.

- 1. Quid sit sacrilegium.
2. Quomodo sit cognoscendum, quod aliqua actio sit sacrilegium.
3. Actio, quæ est sacrilegium, secundum Caietanum debet esse per modum commutationis inuoluntaria. Sed hoc est falsum.
4. Etiam simonia est sacrilegium.
5. Sacrilegium est triplex.
6. Diuisio allata est in species subalternas.
7. Quæ sint sacrilegia contra personas sacras.
8. An, & quomodo violatio cuiusque voti sit sacrilegium contra sanctitatem personæ.
9. Indigna tractatio hominis Christiani, etiam iniusta, non est sacrilegium.
10. Furari Clerico, aut personam sacra bona tempora- lia, non est sacrilegium.
11. Exigere tributum, aut veltigal à persona sacra pro Principe legitimo, est sacrilegium.
12. Inuadere per vim bona patrimonialia Clerico- rum, est sacrilegium.
13. Furtum in locis sacris, vel in locis sacris, non est sacrilegium.
14. Furtum in locis sacris, vel in locis sacris, non est sacrilegium.
15. Fornicatio Clerici in minoribus, quare non sit sacrilegium.

16. Quæ

- 16. Quæ sint sacrilegia contra locum sacrum.
17. Effusio seminis in Ecclesia quomodo sit sacrilegium.
18. Comedere, & dormire in Ecclesia quomodo sit sacrilegium, & illicitum.
19. Dormire supra Ecclesiam non est illicitum.
20. Facere aliquod artificium intra Ecclesiam ex gravi necessitate, non est illicitum.
21. Furtum commissum in loco sacro, quibus modis sit sacrilegium.
22. Extractio de loco sacro non est prohibita solum pro illis, qui quaruntur ad carceres; sed etiam pro omnibus, qui quaruntur habititer.
23. Iudex indubite extrahens reum de loco sacro, tenetur illi ad omnia damna.
24. Neque potest intra Ecclesiam illum examinare, etiam de licentia Prælatorum.
25. Iudicia, præsertim criminalia, non possunt exerceri in Ecclesia.
26. Qui confugiunt ad Ecclesiam, solum sunt retinendi ad breue tempus, & postea sunt dimittendi.
27. Malitia sacrilegij quomodo sit in actu interno, & in actu externo.
28. Sacrilegia circa res alias sacras, quænam sint.
29. Violatio diei festi per opus seruile, vtrum sit sacrilegium.
30. Malitia sacrilegij in quibus casibus sit mortalis.
31. Contra sacrilegos, quæ sint pœna statuta in iure.

1. Quid sit sacrilegium.

2. Quomodo sit cognoscendum, quod aliqua actio sit sacrilegium.

sanguis, aut semen; non autem si proximo detra- hatur, etiam in re grauissima, & per culpam mor- talem; quia per illa violatur locus sacer, in quan- tum est sacer; & in eo negatur illi reuerentia, in quo specialiter est illi debita, ut per locum Deo di- catum colatur Deus.

Sed descriptionem sacrilegij iam allatam non ad- mittit Caiet. 2. 2. quæst. 99. art. 1. nisi cum eo ad- dito, ut violatio rei sacrae, quæ est sacrilegium, sit per modum commutationis inuoluntaria: quia alio- qui conueniret etiam simoniae; quæ tamen, proprie loquendo, non est sacrilegium; sed ponitur sub ir- religiositate tanquam vitium per se distinctum à sa- crilegio: cum enim religio reducatur aliquo modo ad iustitiam commutatiuam, & per illam reddamus Deo cultum debitum, sicut per iustitiam reddimus homini, verbi gratia, donum, aut pecuniam debi- tam; eodem modo proportionaliter debemus loqui de vitii oppositis religioni, quo loquimur de vitiiis oppositis iustitiæ; & idèd sicut in his commutatio- nes iniuste inuoluntariae distinguuntur à volunta- riis, & furtum, verbi gratia, & rapina, quibus aliquid iniuste accipimus contra voluntatem alterius, distinguitur ab emptione, & venditione rei alioqui inuendibilis, quantum est ex iustitia, ut, ver- bi gratia, quia est aliena, & accepta per furtum ab alio vero domino: ita & in vitiiis oppositis religio- ni, violationes rerum sacrarum, quæ se habent per modum commutationis inuoluntariae, verbi gra- tia, percussio Clerici, & pollutio Ecclesiae, distin- guuntur ab illis, quæ se habent per modum com- mutationis voluntariae, ut est, v. g. emptio, & venditio rei sacrae, & illæ, proprie loquendo, ap- pellantur sacrilegia; & hæc appellantur simonia.

Verùm hanc additionem Caietani ad cõmunem descriptionem sacrilegij, communiter alij non ad- mittunt, ut videre est apud Suar. lib. 3. cit. cap. 1. num. 3. & 4. Less. cap. 45. num. 7. Azor. cap. 27. cit. quæst. 8. quia nullum est absurdum, si conce- datur etiam simonia esse quædam species sacrilegij, etiam si propter specialem eius rationem, & am- plissimam materiam, ad quam se extendit, explicetur à Sancto Thoma, & Doctoribus communiter separatim à sacrilegio; nam verè etiam per illam violatur res sacra, cum æquetur per contractum emptionis, & venditionis rei alteri valoris, & ordi- nis longè inferioris, verbi gratia, pecunia, aut rei, vel commodo temporali; & qui Ecclesias, ver- bi gratia, vel beneficia ecclesiastica acquirunt, vel conferunt per pecuniam, sacrilegium simul, & simoniam committunt; ut habet Gloss. in cap. Audiuimus. 1. quæst. 3. Neque ex eo, quod fiat con- sentientibus partibus, & se habeat, ut permutatio iniusta voluntaria, potest non esse sacrilegium, cum etiam matrimonium Presbyteri, verbi gratia, cum Moniali, fiat consentientibus partibus; & tamèn sit sacrilegium, non autem simonia.

Secundò, species sacrilegij commode reducuntur ad tria capita, id est, ad illa, quæ fiunt contra perso- nam sacram; ad illa, quæ fiunt contra locum sa- crum; & ad illa, quæ fiunt contra res alias sacras. Ita S. Thom. 2. 2. q. 99. art. 3. Less. c. 45. n. 9. Suar. de sacri- legio, c. 1. n. 5. & seqq. Valen. q. 15. cit. puncto 1. Azor. lib. 9. c. 27. q. 2. Summissæ communiter verbo, Sacri- legium: cum enim nihil sit aliud, nisi violatio rei sa- crae, rectè diuiditur iuxta diuersitatem rerum sacra- rum, & sanctitatis, quæ sacrae, & sanctæ sunt; quæ tamen est potissimum triplex, id est, personæ, loci, & aliarum rerum.

Quod si quæras, vtrum hæc diuisio sit in species vltimas, ita ut omne sacrilegium contra personam factam

Actio, quæ est sacrilegium, seu- culum Caiet. debet esse per modum commutationis inuoluntariae.

Sed hoc est falsum.

Etiam simonia est sacrilegium.

Sacrilegium est triplex.

Diuisio altera factam

ex est solum in species subalternas.

facram sit vnus speciei, & omne, quod sit contra locum, aut contra rem facram, similiter non differat specie: Respondeo cum Caietano in Summa, verb. Immunitas, & Suar. c. 5. & Lesson. 19. solum esse in species subalternas: quia certum videtur, quod percussio, v. g. personae sacrae sit sacrilegium specie diuersum ab actu copulae carnalis, quae cum eadem, vel ab eadem persona habeatur; & furtum commissum in Ecclesia sit diuersum à pollutione illius per sanguinis, aut seminis effusionem. Et certum est, quod in Confessione sacramentali non est satis, si solum dicas: Violauit sanctitatem personae, aut loci sacri. sed debes distinctè violatam materiam actionis, per quam violasti. Et ratio potest desumi ex dictis alibi circa distinctionem specificam peccatorum: si enim peccata distinguuntur specie ex obiectis, nõ tam consideratis in genere entis, quàm in genere moris, id est, quatenus fundant talem, vel talem deordinationem, & turpitudinem; certum videtur, quod Deum dehonore percutiendo personam facram, & illum dehonore habendo cum illa carnalem copulam, sit peccatum diuersum: sicut & contra est diuersus actus virtutis honorare Deum seruando immunitatem personae sacrae, & castitatem vouendo, vel seruando votum iam factum.

8. Quae sint sacrilegia contra personas sacras.

Tertio, ad sacrilegia contra personam facram, hæc reducuntur ex Lessio c. 45. n. 10. & segg. Valen. q. 15. cit. puncto 1. Suar. lib. 3. c. 2. percussio Clerici; pertractio personarum ecclesiasticarum ad tribunalia laicæ; exactio vectigalium ab Ecclesiasticis per Principes sæculares, & contra Canones; fornicatio habentis Ordines sacros, aut votum castitatis; & similia: quia in his omnibus fit iniuria personae sacrae in eo, in quo est sacra, & in quo debetur illi reuerentia propter sanctitatem, quam habet.

9. An, & quomodo violatio cuiusque voti sit sacrilegium contra sanctitatem personae.

Addit Caiet. 2. 2. q. 99. art. 1. §. Ad primum. inter hæc sacrilegia esse ponendam etiam violationem cuiuscunque voti: quod idem ex illo docent etiam Val. & Azor. loc. cit. & Bonac. disp. 3. q. 6. n. 3. quia eo ipso, quod quis in Dei honorè vouet, v. g. ieiunium, destinatur ad Deum colendum actu illo ieiunij: & si deinde non seruet votum, seipsum retrahit ab illo cultu, ad quem erat iam destinatus: quod esse non potest sine iniuria personae sacrae, & sine sacrilegio; cum nulla maior iniuria possit fieri rei sacrae, quam vt retrahatur ab illo cultu, propter quem erat sacra. Idque confirmat Caiet. ex S. Thoma eadem quest. 99. art. 3. ad 3. vbi expressè ait, quod si virgo per votum castitatis Deo dicata fornicetur, committit sacrilegium contra sanctitatem personae; & addit etiam auctoritatem sacrorum Canonum, qui generaliter decernunt esse sacrilegium, si quis tenter suis visibus retinere, quod Ecclesiæ fuit legatum, cap. Sacrillegium. 17. quest. 3. Verum id minus probat Suar. lib. de sacrilegio, cap. 3. num. 3. vbi concedit, malitiam contra votum solum consistere in perfidia, qua non seruantur promissa facta Deo, & fit irrita prima fides illi data, vt loquitur Sanctus Paulus 1. ad Timoth. cap. 5. vbi de viduis, quæ votum castitatis fregerunt, ait, quod habeant damnationem: quia primam fidem irriter fecerunt: in qua tamen perfidia nulla fit iniuria personae sacrae: sicut neque è contra in actu opposito fidelitatis, verbi gratia, in obseruatione ieiunij per votum promissi, nulla fit irreuerentia. Imò falsum videtur, quod per huiusmodi vota communicetur personae sacrae aliqua sanctitas, cum tota illorum materia solum sit operatio, vel res illa, de qua est votum; non autem persona, quæ vouet; idque ait, esse verum, etiam in voto castitatis, nisi fortè tale sit, vt ex peculiari ordinatione, aut acceptatione Ecclesiæ, habeat peculiari-

riter consecrare, & destinare personam vouentem, ad cultum Dei, vt est votum Religiosorum.

Sed non est, quod propter hæc recedamus à sententia Caietani, quæ non solum est conformior S. Thomæ; sed etiam communi vsui, qui est in Ecclesia, secundum quem, qui violant votum, communiter putant se violare rem facram, & tanquam sacrilegij reos se ipsos damnant. Et fortasse in hac re id potest admitti, quod habet Lessius cap. 45. n. 11. & videtur quid medium inter hæc duo extrema, quod, scilicet, præcipua malitia, quæ attenditur in violatione voti, sit perfidia, qua fides Deo data redditur irrita; non autem sit violatio, aut indigna tractatio personae sacrae: vnde & ipsum votum principaliter definitur, quod sit promissio facta Deo; non autem, quod sit destinatio personae vouentis ad cultum Dei in tali materia. Verè tamen in violatione voti, præter hanc malitiam perfidia, reperitur etiam malitia indignæ tractationis personae, quæ per illam formaliter remouetur, & subtrahitur à cultu Dei in illa materia: & hæc vtraque malitia simul complet, & quasi integrat totam malitiam transgressionis voti. Et quauis per nostros inadæquatos conceptus possint ab iniuicem separari, & vna concipi sine alia; si tamen tota malitia adæquate concipiatur, debet concipi simul vtraque. Et hoc modo optimè saluatur ratio sacrilegij in qualibet transgressionem voti, cum verè sit indigna tractatio personae sacrae, id est, retractio ab eo cultu, ad quem erat destinata per voluntariam promissionem Deo factam. Et sicut ab emissionem voti, si est formaliter actus religionis, non potest præscindi, quod sit ad exhibendum Deo cultum, & honorem per rem illam, aut actionem, quæ est materia voti, ita nec potest præscindi, quod is, qui vouer, se ipsum destinet ad talem cultum Deo exhibendum, & per consequens neque potest à transgressionem voti præscindi, quod is, qui transgreditur, se ipsum retrahat à tali cultu Deo exhibendo, quæ sine dubio est indigna tractatio personae sacrae, id est, destinata ad cultum Dei per talem, aut talem materiam voti. Atque hoc totum expressè habet Caiet. loco cit. vbi explicans, quomodo transgressio cuiuslibet voti sit sacrilegium, ait, votum proculdubio esse actum religionis, eiusque oppositum, propriè loquendo, esse perfidiam contrariam fidelitati, quam Deo debemus; sed huiusmodi perfidiam comprehendit sub sacrilegio: quia eo ipso, quod res, vel actio, vel persona est Deo promissa, est ordinata ad cultum Dei, & per hoc eius subtrahit, quæ sit per transgressionem voti, est sacrilegium. Quibus verbis non videtur clariùs potuisse id explicare. Illud tamen præterea potest admitti, quod si quis, dum violat votum, solum aduerteret ad malitiam perfidia, & non ad malitiam retrahendi personam à cultu Dei, solum contraheret malitiam perfidia; non autem sacrilegij propriè dicti: siquidem illa solum esset cognita; non autem hæc, idque fortasse dici potest voluisse Suar. Verum id solum esset per accidens ex defectu illius aduertentiæ; non autem per se, & habita ratione eorum, quæ sunt in re, & potuissent, ac debuissent aduerti.

Ex his colligitur, quare indigna tractatio hominis Christiani, etiam iusti, & existentis in statu gratiæ, non sit sacrilegium: nam, quauis per Baptismum sit specialiter Deo dicatus, & per gratiam iustificantem sit verè sanctus; non tamen propterea est constitutus in materia religionis, ita vt debeatur illi aliqua reuerentia ex virtute religionis; & idè iniuria, quæ illi fit, non fit, in quantum est sacer, & Deo dicatus; & idè neque est sacrilegium, nisi fortè fiat ex peculiari intentione, malè tractandi in illo

10. Indigna tractatio hominis Christiani, etiam iusti, non est sacrilegium.

illo Baptismum, aut Christianam religionem, aut Christum ipsum, vt notat Suar. de sacril. cap. 2. n. 3.

11. Furari Clerico, aut personae sacrae bona temporalia, non est sacrilegium.

Et idem est de eo, qui furatur Clerico, aut personae sacrae bona temporalia: neque enim iniuria, quam illi facit, est sacrilegium: quia nulla est maior immunitas personae sacrae, vt ipsa iniuria non capiatur illius bona, quàm sit cuiuscunque alterius; & ius, quod habet habendi sua, non competit illi, in quantum est sacra, vt supra diximus. Et contra, qui huiusmodi bona temporalia exigit à persona sacra, tanquam tributum, aut vectigal pro Principe laico, sacrilegium facit: quia violat eius immunitatem, quàm formaliter habet, in quantum est sacra, vt notat Suar. cap. 2. cit. num. 8.

12. Exigere tributum, aut vectigal à personae sacrae pro Principe laico est sacrilegium.

Et idem est, si quis inuadat per vim bona, etiam patrimonialia Clericorum, vt notat Panormitanus in cap. Caeterum. n. 17. de iudic. vbi sic inquit: Agitur enim in tali casu de iniuria illata personae: & sic loquitur ipsa persona, quæ est sacra. Et quauis Sylu. verb. Sacrillegium, citet Panormitanum loco citato, ad probandum, quod simpliciter, & in omni casu sit sacrilegium, si quis surripiat bona mobilia, aut immobilia quocunque Ministerium Ecclesiæ: verè tamen Panormitanus non loquitur nisi in casu, in quo dicta bona inuaduntur per vim, vt diximus.

13. Inuadere per vim bona patrimonialia Clericorum, est sacrilegium.

De bonis verò ipsarum Ecclesiarum, vel etiam de iis, quæ possident personae ecclesiasticæ titulo ecclesiastico, quod sit sacrilegium, si quis illa surripiat, non modò afferit Syluester loco cit. sed etiam S. Thomas 2. 2. quest. 99. art. 3. vbi inter res sacras, quæ sanctitatem, & religionem participant in ordine ad personas sacras, postremo loco enumerat bona, siue mobilia, siue immobilia, quæ sunt deputata ad sustentationem Ministeriorum Ecclesiæ, & etiam de his concludit, quod crimen sacrilegij incurrat, qui contra illa peccat: & de bonis Ecclesiarum, aut locorum venerabilium clarè habetur cap. Sacrillegium, & cap. Qui rapit. 17. quest. 4. vbi dicitur, quod sacrilegium sit, si quis reiueat suis commodis, quod relinquatur locis venerabilibus, & sacrilegium faciat, qui auferat pecunias, aut res Ecclesie. Et ad minimum certum videtur, quod per hos Canones tribuitur aliqua sanctitas huiusmodi bonis, tanquam deputatis ad cultum diuinum in suis Ministeriis; & quod propter reuerentiam Deo debitam velit illa esse immunita ab occupatione iniusta, vt notat Valent. 2. 2. disp. 6. quest. 15. puncto 1. vers. Ad eandem speciem. & Lessio lib. 2. cap. 45. num. 18. vers. Septimò. Quoad alia verò bona, quæ possidentur à Clericis, non titulo ecclesiastico, & non quatenus sunt personae sacrae, verissimum videtur, quod non sit sacrilegium, si quis illa furetur, non per vim, & sine iniuria erga personam, vt diximus.

15. Fornicatio Clerici in minoribus quare non sit sacrilegium.

Et denique ex eodem principio, quod sacrilegium sit violatio rei sacrae, in quantum est sacra, colligitur, quare fornicatio Clerici non habentis votum castitatis, non sit sacrilegium, quauis sit personae Deo dicata: id enim est, quia talis persona non est dicata ad cultum Deo exhibendum in tali materia; neque fornicatio specialiter repugnat iis actibus cultus diuini, ad quos specialiter est deputata per Ordines minores. Et vniuersaliter ad malitiam sacrilegij bene inferendam, bene est attendenda regula allata num. 2. ex Sancto Thoma, & aliis, quod ea tantum peccata personae sacrae, vel in personam facram, sunt formaliter sacrilegia, quæ sunt directè contra illius sanctitatem: neque est satis, quod absolutè, & quomodo-cunque sint contra personam, quæ est sacra: quia hoc solum potest facere, vt sint sacrilegia materialiter, & per accidens, quomodo à S. Hieronymo

in Epistaphio ad Eustochium, nugæ in ore Sacerdotis dicuntur esse sacrilegia, & blasphemias.

Quartò, ad sacrilegia in locum sacrum hæc reducuntur ex Lessio cap. 45. num. 15. & Valent. 2. 2. disp. 6. quest. 15. puncto 1. cit. & Bonac. disp. 3. q. 6. num. 9. & segg. effractio, vel incendium loci sacri, euectio altaris, effusio sanguinis, aut seminis, furtum, sepultura infidelis, aut excommunicati, metacatus, deambulationes, clamores, comædiæ, spectacula turpia, conuiuia, accubitus ex proposito, & absque necessitate, & alia huiusmodi profana, quæ locum sacrum non decent, & impediunt cultum diuinum; extractio violenta personae, quæ ad locum sacrum se contulit, tanquam ad asylum, nisi fortè sit publicus latro, vel nocturnus populator agrorum, vel commiserit enorme delictum in loco sacro ex fiducia asyli, vt notat Sylu. verb. Immunitas, 3. q. 2.

16. Quae sint sacrilegia contra locum sacrum.

Et quod dicitur de effusione sanguinis, aut seminis, debet intelligi saltem, quado est notoria: quia, si sit occulta, quemadmodum non violat sanctitatem loci, neque Ecclesiam polluit, vt videre est apud Sanch. lib. 9. de matrim. disp. 15. & apud Suar. tom. 3. de Sacramentis, disp. 81. sect. 4. ita nec videtur habere specialem malitiam sacrilegij contra eandem loci sanctitatem, vt esse probabile putat Vasq. 1. 2. disp. 98. c. 3. n. 6. in quantum, scilicet, neque ex rei natura loci ipsius sanctitas ita postulat; neque est ita statutum, & definitum per sacros Canones, sicut est definitum de effusione notoria.

17. Effusio seminis in Ecclesia quomodo sit sacrilegium.

Similiter quod dicitur de conuiuio, & de accubitu intra Ecclesiam, debet intelligi, quando fit ex proposito, & sine necessitate: quia cap. Nulli. dist. 43. ex Concilio Carthaginensi II. cap. 30. quando dicitur, quod nulli Episcopi, vel Clerici in Ecclesia debent conuiuari, statim subditur: Nisi fortè transeuntes, hospitiorum necessitate, illic reficiantur. Et dum dicitur etiam populi esse prohibendi cum hoc addito: Quantum potest fieri, quia, scilicet, facile possunt aliquando excusari ex necessitate. Et qua ratione hoc explicatur de comestione, debet intelligi etiam de accubitu, qui simul cum agape, vel comestione prohibetur, cap. Non oportet. eadem dist. 45. quando dicitur: Non oportet in Basilicis, vel in Ecclesiis agapes facere, & intus manducare, & accubitus sternere. Et per hanc particulam, intus, satis indicatur, quod non est eodem modo illicitum, si accubitus sternantur supra Ecclesiam, atque si sternantur intra. Vnde si Moniales, verbi gratia, aut Religiosi quicunque angustè habitent, neque commode possunt, propter paupertatem, laxiorem situm sibi comparare; non sunt damnandi, si attolant altiùs muros Ecclesiæ, & supra fornices cellas extruant: quia reuerà non intus habitant, & sternunt accubitus; sed supra: & nomine Ecclesiæ, aut Oratorij, in quo prohibentur sterni accubitus, solum videntur intelligi partes interiores, quæ consecrantur, & diuino cultui dedicantur, id est, parauimentum, & parietes vsque ad fornices. Et quauis, tempore Pij V. pro Vrbe Roma & suburbis, de anno 1566. emanarit edictum à Iacobo Cardinali Sabello, tunc Urbis Vicario, ne supra Ecclesias, porticus, aut cœmeteria, extruerentur habitationes, vel ad vsum priuatum concederentur, vt refert Quaranta verb. Reuerentia diuinorum Officiorum, & Ecclesiarum; illud tamen maximè fuit propter maiorem decentiam, & extra necessitatem, & solum pro Vrbe Roma, & suburbis; & expirauit morte edictis, vt contingit communiter in edictis.

18. Comedere, & dormire in Ecclesia quomodo sit sacrilegium, & illicitum.

19. Dormire supra Ecclesiam non est illicitum.

Eadem ratione per illum, quod dicitur de actionibus profanis, non faciendis intra Ecclesiam, non videtur damnandum, quod aliquando ex graui necessitate,

20. Facere aliquid quod arctius

intra Ecclesiam ex gravi necessitate non est illicitum.

cessitate, & ad certum aliquod tempus exerceantur intra Ecclesiam aliqua artificia, vt, verbi gratia, ars lignari pro necessitatibus ipsius Ecclesie, aut Monasterij, dummodo non impediatur, aut turbentur diuina Officia: nam, quauis cap. Oratorium. & cap. In Oratorio, dist. 40. generaliter dicatur, quod in Oratorio nihil est gerendum, nisi quod conueniat diuinis ministris: rursus tamen ex Suar. lib. 3. de reuer. debita lo. is sacris, c. 6. n. 7. in fin. solum est de consilio; non autem de precepto: & alioqui ex eodemuario ibidem, cap. 3. n. 1. non est contra reuerentiam l. rei sacri, si ob bonum finem, & cum circumstantiis debitis fiat in illo aliqui actus, qui ex se sunt indifferentes; & vt subdit num. 1. licitum est illo vti, non solum, vt sanctus est; sed etiam vt locus est, & prout habet commoditates generales loci, verbi gratia, prout regit, defendit, recreat, &c. & ex Sancto Thoma lect. 4. in cap. 11. prima ad Cor. licitum est vti Ecclesia ad comedendum, & bibendum, & ad alios vsus licitos, quando quis non habet aliam domum: & quod ait S. Paulus: Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? solum intelligitur extra casum necessitatis: & cap. Decet. de immunit. Eccles. in 6. inter ea, quae specialiter prohibentur fieri in Ecclesiis, nihil tale habetur quoad huiusmodi artificia, & generaliter solum dicitur, id non esse faciendum, quod possit diuinum Officium turbare, aut oculos Dei offendere; quod tamen non est huiusmodi artificium pro casu necessitatis, vt supponimus. Item Nauar. de oratione, cap. 5. num. 30. & 41. expresse docet, quod etiam illa, quae specialiter prohibentur eo cap. fieri in Ecclesia, possunt fieri sine peccato, si fiant ex necessitate. Et quod dicimus de Ecclesia, a fortiori debet intelligi etiam de Sacrificiis, & de omnibus aliis locis adiunctis Ecclesie.

27. Furtum commissum in loco sacro quibus modis sit sacrilegium.

Sed circa furtum in loco sacro, illud notat Valentia punct. 1. citato, quod non solum est sacrilegium, quando id, quod accipitur, est res sacra, vel specialiter commissa custodiam loci sacri; sed etiam quando non est tali modo commissa; idque est multo conformius communi sententia Canonistarum, vt notat Syluester verb. Sacrilegium. Nauarrus cap. 6. num. 4. Suarius de sacrileg. cap. 5. num. 7. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 7. num. 16. Valquez Opusculo de restim. cap. 5. s. 1. num. 3. Bonac. quast. 6. cit. num. 23. & videtur expresse haberi cap. Quauis. 17. quast. 4. vbi dicitur, sacrilegium committi, auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, in quem locum Glossa aduertit, per id derogari L. Diui. ff. ad leg. Jul. pecul. vbi statuitur, quod si res priuatorum in aedem sacram deposita, subrepta fuerint, furtum est, & non sacrilegium. Et ratio videtur esse: quia vnusquisque, dum est in loco sacro, putat, se esse magis tutum, quoad res suas, quam dum est extra: & idem, qui in tali loco furatur, indignè illum tractat, cum factio ipso ostendat, non esse aliquem magis tutum in illo, quam extra illum. Sed oppositum docet Lessius cap. 45. num. 14. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 27. quast. 6. Henriquez lib. 5. cap. 6. num. 5. Coninch de penit. disp. 7. dub. 4. num. 24. & alij apud Valen. loco citato: & putat probabile etiam ipse Valen. quia, si res non sit quasi commissa, & concredita custodiam loci sacri, hoc est, Dei ipsius, qui praesidet tali loco, & rem eo modo depositam (vt sic dicam) apud se, accipit quodammodo in suam fidem, sed merè per accidens ad illam se habeat locus sacer; non videtur hæc circumstantia posse tri-

bucere subreptioni talis rei malitiam sacrilegij; sicut neque tribuit consubulationi, ambulationi, & aliis huiusmodi operationibus, quae ex se non sunt male, & in loco sacro non fiunt, nisi merè per accidens.

Similiter circa extractionem violentam personae ex loco sacro, illud potest notari, quod non solum est prohibita sub excommunicatione extractio reorum, quando à Iudice, & à ministris iustitiae quaeruntur ad carceres; sed etiam omnium aliorum, qui ab inimicis quaeruntur hostiliter, & confugiunt ad Ecclesiam, vt patet ex cap. Desinit. 17. quast. 5. quod vniuersalissimè loquitur de quibuscunque confugientibus ad Ecclesiam non extrahendis: & ex Concilio Toletano XII. cap. 10. ex quo est desumptum cap. Desinit. & in quo disertè asseritur, quod violenta extractio prohibetur ibi pro omnibus, qui quolibet metu, vel terrore percussu Ecclesiam appetunt, vt videre est tom. 3. consil. part. 1. pag. mibi 106. col. 2. Neque solum prohibetur extractio sub poena excommunicationis latae sententiae, sed etiam quodlibet aliud genus nocibilitatis, aut damni, vt ibi dicitur. Et hoc modo etiam cap. Cum pro causa. de sent. excomm. quidam Archidiaconus, qui succentore verberauerat in communi dormitorio, dicitur fuisse excommunicatus ex duplici causa; id est, quia manus violentas iniecerat in Clericum; & quia violauerat immunitatem Ecclesiae, vt notat ibi Gloss. ver. Ob duplicem causam. Et Romae hoc ipso anno 1642. Dux quidam iudicatus est incurrisse excommunicationem ob violatam immunitatem Ecclesiae: quia intra illam, nudaus ense, verberauit militem sibi subditum, qui ad vitandam Ducis indignationem intra illam se se receperat, quamquam fortasse potuit excusari, si id fecit ex ignorantia iuris, quae in milite facile admittitur, etiam pro foro externo. L. de iniur. & facti ignor.

Circa extractionem vero reorum, quando quaeruntur ad carceres, illud notat Valen. disp. 6. qu. 15. punct. 1. cit. ex Turrecrem. in cap. Sacrilegium. 17. qu. 4. quod Iudex non modo peccat peccato sacrilegij, si reum taliter extrahat, vel extrahi faciat; sed etiam tenetur ad omnia damna, quae postea consequuntur eidem reo, si postea contra illum procedat ad sententiam condemnatoriam: quia, cum reus habeat ius, vt restituatur Ecclesiae, cap. Sicut antiquitus. 17. quast. 4. non potest Iudex habere ius, vt procedat contra illum extra Ecclesiam; & idem si procedat, non procedit iudicè, & tanquam Iudex, sed tanquam priuata persona, & ex priuata auctoritate; ac proinde tenetur illi ad omnia damna.

Et quandiu huiusmodi reus permittitur esse intra Ecclesiam, aut locum sacrum, neque etiam potest Iudex illum examinare, vt notat Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 16. num. 68. & ex illo Bonacina disp. 3. quast. 6. num. 19. & tract. de clausura, quast. 4. puncto 4. num. 14. quia ex cap. Desinit. 17. quast. 4. confugientibus ad Ecclesiam nihil nocibilitatis inferri potest: & ex cap. Cum Ecclesia. de immunitate Eccles. absurdum est, & crudele, vt ibi exerceatur iudicium sanguinis, vbi est constituta tutela refugij, & alioqui huiusmodi rei non essent sufficienter tuti intra Ecclesiam, & Iudex posset exercere iurisdictionem etiam in loco exempto, hoc est, extra territorium, cum loca exempta, vt habet Gloss. in Clemen. 1. de foro competen. ver. Aut eorum. Sylu. Excommunicatio, 2. num. 12. & alij, quae sunt absurda. Neque

22. Extractio ex loco sacro non est prohibita solum pro iis, qui quaeruntur ad carceres; sed etiam pro omnibus, qui quaeruntur hostiliter.

23. Iudex indubie extrahit reum de loco sacro, tenetur illi ad omnia damna.

24. Neque potest intra Ecclesiam illum examinare, etiam de licentia Praetatorum.

possunt Praetari Ecclesiae dare facultatem huiusmodi Iudici, vt reum examinet, quandiu manet in loco immuni, vt subdunt Sanchez, & Bonacina locis citatis ex communi sententia: quia non possunt derogare. privilegio immunitatis, quod competit loco, neque tollere ius quatuor ipsi reo, quandiu in illo existit. Neque facit in contrarium id, quod habetur cap. Inter alia. de immun. Eccl. quod confugientes ad Ecclesiam non sint violentè extrahendi, quantumcumque grauius maleficia perpetrarint; neque sunt inde damnandi ad mortem, vel ad poenam corporalem; sed quod aliàs sint legitime puniendi super eo, quod inique fecerunt. Neque enim est sensus, quod quandiu manent intra Ecclesiam, possit Iudex illos examinare, & formare contra illos processum, eoque damnare per sententiam quacunque alia poena; sed quod possit illos punire, si exierint extra Ecclesiam, vel quod possit illos citare ad comparandum per se, vel per procuratorem. Et si lis, antequam se recipere intra Ecclesiam, iam erat contra illos contestata, quod possit ulterius procedere ad sententiam, vel ad decreta secundum qualitatem causae, si lis non erat contestata, vt notat ibi Panorm. num. 9. & 10. ex l. Praesenti. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. Et qua ratione non possit Iudex huiusmodi reos intra Ecclesiam existentes damnare poena mortis, aut alia, quae sit corporis afflictiva, prout dicitur cap. Inter alia. cit. videri potest apud Suar. lib. 3. de reuerentia debita locis sacris, cap. 12. num. 5. qui etiam cap. 4. num. 5. & seqq. pag. 254. pluribus explicat, quomodo in Ecclesia sint prohibita exerceri iudicia, praesertim criminalia, in quibus agitur de effusione sanguinis, & de poena corporali; & quomodo committatur sacrilegium contra reuerentiam loci sacri, si forte exerceantur, & quomodo sint plane irrita: de quibus omnibus legi potest etiam Bonac. disp. 3. quast. 6. num. 15. §. Decimo sequitur. & seqq. Verum, ne hæc immunitas sacrorum locorum, & reuerentia, quae illis debetur quoad personas non extrahendas cedat in prauiudicium boni communis, & impediatur publicam iustitiam, sepius declarauit Clemens VIII. in suis litteris ad plures Nuntios, & Praelatos, quae ad verbum possunt videri apud Farinacium in appendice de immunitate Ecclesiae, cap. 22. num. 348. & seqq. quod mens, & intentio sacrorum Canonum non est, vt rei diu detineantur in Ecclesiis, & in locis immunitibus, & iustitia simpliciter impediatur, & idem mandauit ulterius, vt intra aliquem breuem terminum, qui fuerit bene visus Superioribus, & administratoribus locorum immunitium, debeant huiusmodi rei licentiarum, & dimitti, vel expelli: quod idem ad Nuncium Neapolitanum postea scripsit etiam Paulus V. apud eundem Farinacium ibidem, num. 351.

25. Iudicia praesertim criminalia non possunt exerceri in Ecclesia.

26. Qui confugiunt ad Ecclesiam, solum sunt reuocandi ad breue tempus, & postea sunt dimittendi.

eadem litterae dictorum Pontificum non fuerint nisi locales; non autem emanarint, vt essent quasi leges vniuersales, & obligarent vbique, vt bene notat Farinac. num. 351. cit. satis tamen declarant, quid possit vbique licite fieri circa eos non diu retinendos, sed dimittendos, cum saltem possint vbique esse tanquam directio prudentialis, ne alioqui impediat iustitia publica.

Et denique circa hæc omnia potest addi ex Azor. lib. 9. cap. 27. cit. quast. 7. quod malitia sacrilegij non solum contrahitur, quando huiusmodi actiones indebitae sunt re ipsa in loco sacro; sed etiam quando habetur voluntas eas faciendi in Ecclesia, etiamsi postea re ipsa non fiant: quia malitia, proprie loquendo, solum est in actu interno, & solum ab illo denominatur malus actus externus, vt communiter dicitur in materia de peccatis.

Quintò, ad sacrilegia circa res alias sacras reducuntur peccata omnia, quibus indignè tractantur Sacramenta, vasa, aut vestes sacrae, Imagines Christi Domini, & Sanctorum sacrae Reliquiae, sacra Scriptura, & similia, vt, verbi gratia, si quis abutatur Sacramentis, aut Sacramentalibus ad superstitiones; si illa recipiat, aut administret in peccato mortali; si diuinis Officiis misceat cantus, aut sonos lasciuos, & turpes; si adhibeat vasa sacra ad vsus profanos, verbi gratia, calices consecratos ad potandum; si ex vestibus sacris faciat sibi caligas; si sententiis sacrae Scripturae abutatur ad haereses confirmandas, & docendas, vel ad superstitiones, aut ad facetias; si sacras Imagines indignè pingat, verbi gratia, Beatissimam Virginem ad modum lasciuiae, aut vanae forminae; vel si illas frangat, ne Sancti per illas colantur; si Reliquias dissipet, vel male tractet, &c.

Ad idem genus reducit Lessius lib. 2. cap. 45. cit. num. 18. violationem dierum festorum per opus seruile: quia etiam dies peculiariter Sancti sunt, vt in illis abstinetur ab huiusmodi operibus, & sic commodiùs Deo vacetur. Idque putat probabile etiam Suar. lib. de sacrilegio, cap. 4. num. 2. etiamsi num. 3. probabilius putet oppositum: quia abstinentia ab operibus seruilibus proprie non praecipitur, vt exhibetur aliqui honor, & reuerentia diei, & temporis, prout est ens successuum; siquidem hoc modo non est capax honoris; sed vt honor, & cultus exhibeatur Deo: atque ita opus seruile in die festo, proprie loquendo, non est iniuria, quae fiat diei; sed commissio illius, quod erat prohibitum in Dei honorem: sicut & ommissio sacri in die festo non est iniuria facta diei, etiam secundum Lessium ibidem; sed solum ommissio sacrificij tunc praecipiti, & debiti.

Quocunque autem modo ex iam explicatis contingat sacrilegium, semper est peccatum mortale, si fiat formaliter, ex intentione male tractandi rem sacram. Ita Caiet. in Summa, verb. Immunitas ecclesiastica, Less. lib. 2. cap. 45. num. 20. Valen. 2. 2. disp. 6. quast. 15. puncto 2. Bonac. disp. 3. quast. 6. cit. num. 25. & alij: quia hoc ipsum est grauiter malum, vt quis directè intendat violare rem sacram: & tales sunt actus Haereticorum, dum profanant Sacramenta, altaria, vasa sacra, Imagines, Reliquias, & dum Religiosos, & Sacerdotes, & personas Deo sacras contumeliis afficiunt: si verò fiat solum materialiter, & non ex intentione male tractandi rem sacram; tunc solum est peccatum mortale, quando operatio, quae re ipsa cedit in iniuriam rei sacrae, est circa materiam grauem, & continet grauem iniuriam contra sanctitatem rei: vt, si quis, verbi gratia, habens votum castitatis fornicetur; si percutiat Clericum; si Ecclesiam destruat, vel incendat, &c. Et contra, si

27. Malitia sacrilegij quomodo sit in actu interno, & in actu externo.

28. Sacrilegia circa res alias sacras, quanam sint.


29. Violatio dierum festi per opus seruile, vbi sit sacrilegium.

30. materia sit leuis, neque contineat grauem iniuriam contra rem sacram, solùm est peccatum veniale, vt si quis, verbi gratia, in loco sacro confabuletur, vel per illum obambulet, &c.


31. Penæ verò sacrilegis impositæ, diuersæ sunt pro diuersitate sacrilegiorum: nam contra percussores Clericorum, verbi gratia, est excommunicatio latae sententiæ, cap. *Si quis suadente*. 17. *quest.* 4. sicut & contra incendiarios, & vastatores Ecclesiarum, & locorum sacrorum, cap. *Tua nos, de sententia excommunicationis*, vt est communis sententia Canonistarum, & fusè explicat Bonacina *disp.* 3. *qu.* 6. *cit. num.* 11. & *seqq.* & contra illos, qui effringunt simul, & spoliant loca pia, cap. *Conquesti, eodem titulo*: & contra inuales hono- rum, & iurium ecclesiasticorum, & locorum pio- rum Trident. *sess.* 22. *cap.* 11. & contra impo-

nentes, aut exigentes à Clericis nouas gabellas ex Bulla Cœnæ *num.* 5. contra eos verò, qui personis, aut locis sacris iniuriam faciunt, aut aliquid inde accipiunt, est excommunicatio ferendæ sententiæ post trinam admonitionem Episcopi, cap. *Quis- quâ*. 17. *quest.* 4. sicut & contra eos, qui confinia Ecclesiarum confregerint, personas, aut bona illarum per vim inde extrahendo, nisi fuerint publici latrones, cap. *Sicut antiquitus*. 17. *quest.* 4. & contra eos, qui per vim extrahunt de atrio, vel de porticibus Ecclesiæ aliquem fugientem, quem ipsi persequuntur, est poena pecuniaria quingentorum solidorum, cap. *Si quis consumax*. 17. *quest.* 4. & denique contra eos, qui grauitè lædunt personam, aut locum sacrum, est poena capitis, si culpæ grauitas ita postulet, l. *Si quis in hoc. C. de Episcopis, & Clericis*.

FINIS



INDEX



INDEX RERVM
PRÆCIPVARVM,
QVÆ CONTINENTVR HIS
QVATVOR LIBRIS DISPVT.
MORALIVM.

Prior numerus paginam, posterior columnam, tertius denotat
marginalem numerum paginae.

A

Abbas.



ABATES, & qui habent iurisdictionem quasi episcopalem, vtrùm gaudeant facultate absoluendi, & dispensandi, quam ex Concilio Tridentino habent Episcopi, pag. 215. col. 2. num. 25.

Abiuratio, Abiurare.

Qui abiurat vt Hæreticus, manet irregularis post abiurationem; non autem, qui abiurat vt suspectus de hæresi. 242. 2. 8.

Absolutio.

De fide est, quodd in Ecclesia sit facultas absoluendi ab hæresi. 211. 2. 1.

Sed hæc est reseruatæ soli Papæ. 212. 1. 2.

Excommunicatus per excommunicationem non reseruatam, potest validè absolui à culpa, antequam absoluat ab excommunicatione; non autem si sit excommunicatus per excommunicationem reseruatam. *ibid.* 2. 5.

Qui sint subditi Episcoporum, vt possint ab illis absolui iuxta facultatem Concilij Tridentini. 217. 2. 1.

Absolutio ex facultate Concilij quomodo requiratur, vt Episcopus, vel subditus sit intra diocesim. 222. 2. 1.

Quomodo delicta, à quibus Episcopi possunt absoluere ex facultate Concilij, debeant esse occulta. 223. 1. 6.

Si crimen in vno loco sit delatum ad forum contentiosum, non potest in vno alio loco absolui ab Episcopo, ex facultate Concilij. 226. 1. 14.

Si crimen sit iam completè iudicatum, & punitum à Iudice, vtrùm possit bene absolui ab Episcopo ex facultate Concilij. *ibid.* 15.

Facultates absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ, vtrùm quotannis reuocentur per dictam Bullam. 228. 2.

Acedia.

Quomodo acedia sit causa desperationis. 338. 1. 7.

Accessorium.

Quomodo cognoscatur, quodd aliquid sit accessorium alteri. 253. 2. 3.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Accusatio.

Accusatio quo differat à denunciatione. 276. 2. 3.

In crimine hæresis non proceditur per viam accusationis. 277. 2. 6.

Accusatio propriè dicta in aliquo casu est specialiter in præcepto. 278. 1. 10.

Actus.

Actus merè interni non sunt intelligendi esse reseruatæ. 169. 1. 12.

Ad actus merè internos non est à Christo data potestas, & iurisdiction, nisi pro foro interno, & voluntaria. 168. 1. 8.

Potuit tamen, absolutè loquendo, etiam dari pro foro externo, & inuoluntaria. 169. 2. 16.

Actus virtutum supernaturalium, & per se infusarum, secundum aliquos, non sunt supernaturales, nisi secundum modum. 317. 1. 4.

Actus supernaturales, secundum aliquos, possunt producere habitus acquisitos, & naturales. 317. 2. 5.

Intentio actus absolutè, & simpliciter summa non est in præcepto charitatis. 368. 2. 9.

Neque intentio summa in comparatione ad alios actus, qui fortè sunt, aut fuerunt circa alia obiecta. 369. 1. 10.

Nulla est culpa, si creaturè intentius diligantur, quam Deus. *ibid.* 2. 12.

Licitum est ordinare actus virtutum ad beatitudinem; non autem est licitum eas ordinare ad res temporales. 371. 1. 17.

Omnes actus boni possunt assumi per virtutem religionis in Dei honorem. 445. 1. 2. 13.

Actus externi, qui fiunt in Dei cultum, quomodo sint actus latriæ. 454. 1. 10.

Actus mali posteriores in aliqua specie, sæpè crescunt in malitia ex prioribus, si eorum obiecta aliquo modo inter se vniantur. 572. 1. 7.

Actus liberi non possunt diuinari per physionomiam. 665. 2. 6.

Adoratio, v. Latria.

Adoratio quid propriè sit. 446. 1. 1.

Minus latè patet, quam honor. *ibid.* 2.

Est actus virtutis. *ibid.* 7.

Potest etiam esse per actus aliarum virtutum à virtute religionis. 447. 2. 11.

NNn

Adoratio

Adoratio interna, & adoratio externa quanam sit. 448.2.12.
 Est maxime conueniens, vt Deus ab homine adoretur per adorationem externam. 448.2.13.
 Adoratio latræ, dulciæ, hypodulciæ, quanam sit. 448.2.14.
 Differunt specie inter se. 449.1.16.
 Adoratio absoluta, & adoratio respectiua, quanam sit. 449.1.15.
 Deus, & homo, quare non possint adorari eadem specie adorationis, sicut amantur eadem specie dilectionis. 449.1.17.
 Adoratio absoluta, & respectiua quomodo inter se differant. 450.1.21.
 De fide est, quod sacræ imagines sunt adorandæ. 467.2.10.
 Res sordidæ, & vilissimæ communiter non adhibentur, vt materia adorationis Dei. 474.1.6.
 Vtrum species adorationis conueniant vniuocè. 450.1.22.
 De fide est, quod Sancti sunt adorandi. 490.1.1.
Administratio.
 Si alicui reo sit propter delictum ipso iure interdicta bonorum administratio, rescinduntur illius dispositiones, secuta sententia. 272.2.3.
Aduena.
 Aduenæ in vnoquoque Episcopatu sunt subditi quoad absolutionem. 217.2.1.
Adulter.
 Pro adultis est necessaria fides actualis, si debeant iustificari de nouo. 20.2.12.
 Secus verò si solum debeant ad aliquod tempus conferuare institutam, quam sunt adepti per Baptismum ante vsum rationis. 20.2.13.
 Neque potest illis sufficere fides, quæ sit solum in voto. 22.1.15.
 Qualis instructio sit necessaria pro baptizando adulto. V. *Baptismus.*
Advocatus.
 Advocatus quomodo possit licitè patrocinari in causa hæresis. 194.1.21.
Aër, Aeromantia.
 Ex aère licitè possunt diuinari pluuiæ. 672.1.6.
 Diuiniatio per aeromantiam quanam sit. 672.1.3.
Aegrotus.
 Aegroti non licet respicere medicinas, ad hoc, vt Deus miraculosè illum sanet. 690.1.11.
Affectio animi, v. Passio.
Agnus cereus benedictus.
 Agni cerei benedicti quomodo sint adorandi. 479.2.18.
 Non possunt tangi à laicis. 479.2.19.
 Non tamen peccatur mortaliter, si tangantur sine contemptu. 479.2.20.
 Non possunt pingi, miniari sub poena excommunicationis lata sententiæ. 479.2.21.
 Id tamen non intelligitur de illis, qui habent admixtas Reliquias. 480.1.22.
 Si iam sint miniati, possunt licitè retineri. 480.1.3.
 Quomodo possint vendi. 480.2.24.
 Illorum materia non potest adhiberi ad vsus profanos. 480.2.25.
Aggressor.
 Licitum est non se defendere ab iniusto aggressore. 417.2.11.
 Dummodo ipse aggressus non sit valdè vilis, aut

necessarius bono communi, aut familiar. 418.1.12.
 Si aggressor sit necessarius bono communi, non potest licitè occidi. 418.1.13.
 Vtrum sit licitum non defendere innocentem, & finire eum occidi ab iniusto aggressore. 418.1.14.
Æquiuocatio.
 Æquiuocatio non est licita, quando quis interrogatur de fide à potestate publica. 54.1.4.
 Potest tamen esse licita, si quis interrogetur à persona solum priuata. 54.2.9.
 Qui profert hæresim per verba æquiuoca, non euadit censuram. 171.2.5.
Æstimatio, Æstimatiua, v. Appretiatio.
 Per potentiam æstimatiuam operatur appetitus irascibilis. 311.2.9.
 Quomodo bruta per potentiam æstimatiuam cognoscant futurum, & possibile. 313.2.18.
Alienatio, v. Dispositio.
 Res litigiosa non potest alienari. 270.1.10.
Alimentum.
 Nomine alimentorum quid intelligatur. 434.2.13.
 Alimenta simpliciter necessaria filiis spuris, non possunt prohiberi per vllum ius positiuum. 435.1.17.
 Filius primo triennio est alendus à matre. 435.1.18.
 Filiis illegitimis, & spuris debentur alimenta, etiam de bonis ecclesiasticis ipsius patris. 434.2.15.
Altare.
 Altaria non possunt dicari, aut consecrari Sancto non approbato. 499.1.22.
Amicus, v. Amicitia.
 Si amicus receperit amicum hæreticum, est mitius puniendus. 189.2.11.
 Hæreticus est denunciandus, etiam si sit amicissimus denunciandi, & de illo optimè meritis. 290.1.22.
 Si desint alij, qui possint, & velint denunciare. 290.2.23.
 In amandis amicis potest contingere excessus, & defectus. 351.2.3.
 Quomodo amicitia semper fundetur in aliqua communicatione. 361.2.5.
 Actus externus, qui est debitus ex virtute religionis, potest etiam esse debitus ex amicitia erga Deum. 375.1.6.
 Quomodo debitum amicitie ex Arist. & S Thoma dicatur morale, & gratuitum. 376.1.9.
 Qui patitur pro amico, quomodo non magis amet amicum, quam se. 404.1.6.
 Licitum est exponere vitam pro amico, dare illi tabulam tempore naufragij, panem tempore famis, &c. 417.1.9.
 Amicus licitè potest inuisere amicum tempore pestis. 419.1.17.
 Amicitia, etiam naturalis, & strictissima, soluitur per excessum notabilem alicuius vicij in altero amico. 425.2.21.
 Amicitia coniugalis est secundum naturam. 436.2.1.
 Quare de amicis facilè somniamus. 662.2.12.
 In quo consistat amicitia propriè dicta. 347.2.6.
 Quomodo æqualitas sit necessaria in omni amicitia. 482.8.
 Quomodo amicitia cum Deo fuerit cognita ab Arist. 349.1.10.
 Etiam charitas naturalis erga Deum potest appellari amicitia. 350.1.14.

Quomodo

Quomodo amicitia in humanis sit verè, & propriè virtus. 351.1.2.
 Quomodo Arist. dicat, quod vel sit virtus, vel cum virtute coniuncta. 351.2.4.
 Quomodo virtus amicitie reducatur ad virtutem iustitiæ. 352.2.5.
 Comites amicitie sunt beneficentia, & confidentia. 352.2.6.
 Violatio diuinæ amicitie in quolibet peccato non est speciale peccatum. 376.2.10.
 Quomodo amicitia semper fundetur in aliqua communicatione. 347.2.7. 361.2.5.
Amor, v. Charitas, Dilectio.
 Amore concupiscentiæ quomodo Deus honestè ametur. 318.2.9.
 Ex amore sui quomodo causetur. 326.1.26.
 Amor beatitudinis quo differat à desiderio, spe, & intentione illius. 326.2.27.
 Quomodo Deus nos amet propter seipsum. 349.1.11.
 Amor erga seipsum est quid maius, quam amicitia; & est mensura, & forma omnis amicitie. 364.1.15.
 Amor sui ex charitate, & amor sui, qui est vitiosus, est longè alius. 364.2.17.
 Quibus modis possit vnum magis amari, quam aliud. 367.2.5.
 Quare in Scriptura non sit speciale præceptum de se, sed de corpore amando. 404.1.7.
 Amor Dei mercenarius est intrinsecè malus, sicut & timor seruilis cum seruitute. 370.2.15.
 Conciliatio amoris per herbas, aut lapides, quomodo sit superstitio. 677.2.11.
Angelus, Angelicus.
 Quomodo de Angelis vsurpentur vocabula, quæ important passionem. 310.2.5.
 Etiam Angeli sunt diligendi ex charitate, vt proximi. 361.2.4.
 Angeli ab ipso initio suæ creationis cognouerunt mysterium Incarnationis, & B. Virginem, vt Dei Matrem futuram. 485.2.3.
 Salutatio angelica est tenenda memoriter sub culpa veniali. 455.2.7.
 Horæ canonicæ fuerunt aliquando persolutæ ministerio Angelorum. 541.2.5.
Animal, v. Brutum.
Annulus.
 Annulli astronomici quomodo possint non esse superstitiosi. 678.1.13.
 Quid possit probabiliter dici de annulo Gygis. 678.2.14.
 Appensio annuli intra vas, vt certis ictibus det horas diei, est superstitiosa. 683.2.6.
 Annulus ex primo nummo, qui offertur Crucifixo in die Parasceues, non est superstitiosus. 684.1.8.
Antichristus.
 Reuelatio de damnatione Antichristi non habetur sufficienter ex eo, quod dicatur filius perditionis. 341.2.20.
Apostasia, Apostata.
 Circumstantia apostasie à fide est necessariò exprimenda in Confessione. 92.1.16.
 Apostasia à fide quid propriè sit. 92.2.17.
 Vtrum aggrauet peccatum infidelitatis in eadem specie, an in diuersa. 93.1.20.
 Liber Apostatæ, si contineat hæresim, est damnatus in Bulla Cœnæ. 98.2.16.
 Apostata à fide purè externus, quomodo sit irregularis. 238.1.9.
Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Apostolus.
 Apostoli non simularunt obseruantiam veteris legis. 67.1.22.
Appretio.
 Pactum de apparendo post mortem, est periculosum. 636.1.10.
Appretiatio, Appretiativum.
 Amare vnum plus, quam aliud appretiativè, obiectiue, intensiue, quid sit. 367.2.6.
 Ordo charitatis est secundum maiorem appretiationem. 368.1.8.
 Vocabulum appretiativum quomodo reperitur apud veteres Scholasticos. 372.1.26.
 Ordo charitatis, secundum appretiationem, non inducit tepiditatem, & negligentiam in procuranda salute. 373.1.27.
Aqua, v. Hydromantia.
 Ex iis, quæ contingunt in aquis, licitè possunt diuinari pluuiæ. 672.1.6.
Archiepiscopus.
 Archiepiscopus quando possit visitare dioceses Suffraganeorum. 214.1.17.
 Dum illos visitat, potest absolvere, & dispensare iuxta facultatem Concilij Tridentini. 214.1.16.
 Idem potest in causis appellationis. 214.2.19.
 Potest absolvere etiam ipsos Episcopos Suffraganeos. 214.2.20.
 Quid possit cum subditis Suffraganeorum, dum illos visitat. 214.1.18.
Arduum.
 Quando est aggrediendum aliquid valdè arduum, vtrum necessariò sit eliciendus actus charitatis in Deum. 390.1.11. 391.2.14.
Aristoteles.
 Quomodo Aristoteles admittat coniectores somniorum. 662.1.9.
Arithmetica.
 Magistri, & publici Professores Arithmeticæ tenentur facere professionem fidei. 84.1.4.
Aruspicium.
 Aruspicium quid propriè sit. 669.2.1.
Astrum, Astrologi, v. Cæli.
 Possunt per astra diuinari, non solum eclipses; sed etiam pluuiæ, & alij effectus, qui ex necessitate ab illis proueniunt in his inferioribus. 639.1.1.
 Ex cognitione astrorum potest multum iuari ars medica. 640.1.3.
 Ex astris possunt cognosci complexionem, & inclinationem cuiusque. 640.2.4.
 Astra possunt licitè obseruari, etiam diebus, & horis singulis pro cognoscendis inclinationibus. 642.1.8.
 Ex astris, tanquam ex causis, non possunt præcognosci actus liberi, & effectus merè fortuiti. 642.2.9.
 Et illorum diuiniatio est peccatum mortale, & maxime illicita. 643.1.10.
 Etiam si dicantur diuinari solum probabiliter. 644.1.11.
 Quomodo astra agant indirectè in intellectum, & voluntatem. 644.2.13.
 Quomodo faciant aliquem fortunatum. 646.1.15.
 Secundum aliquos, astra sunt tantum signa, non autem causæ futurorum euentuum. 647.1.1.
 Neque hæc significatio officit libertati. 648.1.4.
 Astra non possunt esse signa naturalia omnium euentuum futurorum. 648.2.6.
 N N n 2 Neque

Index Rerum

Neque possunt esse signa ad placitum euentuum futurorum supernaturalium. 648.2.7.
Neque euentuum liberorum. 649.2.9.
Neque illorum omnium, quæ eueniunt circa plantas, & circa animalia. 649.2.10.
Vel circa homines. 650.1.11.
Qua ratione Astrologi aliquando prædicant vera. 652.1.14.
Euentus fortium non est expectandus ex astris. 654.2.11.

Attentio.

Attentio in recitandis Horis canonicis potest esse ad multa. 602.1.8.
Attentio ad verba quomodo possit haberi ab iis, qui sunt rudes Latine lingue. 602.1.9.
Aliqua attentio semper est necessaria in oratione vocali. 602.2.10.
Etiam quando oratio non est in præcepto. 605.2.22.
Qui attendit solum leuiter ad Horas canonicas, & postea non recordatur, quod recitauit, ad quid teneatur. 606.2.14.
Qui exterius recitat Horas canonicas, & interius non attendit, tenetur restituere fructus suorum beneficiorum. 621.1.28.

Auditum.

Qui audit legentem librum damnatum in Bulla Cœnæ, & nullo modo est illi causa, ut legat, vtrum incurrat censuram Bullæ. 204.2.15.
Aues.
Ex cantibus, & motibus auium possunt licite diuinari pluuiæ, & tempestates. 670.1.5.

Augurium.

Augurium quid proprie sit. 670.1.3.
Quomodo Ioseph Patriarcha dicatur fuisse peritus scientiæ augurandi. 671.1.10.

Auspicium.

Auspicium quid proprie sit. 670.1.2.

Auxilium.

Auxilium sufficiens ad non peccandum sæpe habetur sine oratione. 537.2.8.

Azuma.

Azuma Iudæorum sunt grauiter prohibita. 117.2.15.

B

Balneum.

Lotio in balneis, simul cum Iudæis, est grauiter prohibita. 116.2.9.

Baptismus, v. Patrinus.

Qualis instructio sit necessaria pro baptizando adulto. 43.2.21
In Baptismo nullum sit votum, aut promissio proprie dicta, sicut olim fiebat in primitiua Ecclesia. 93.2.11.
Qui nulliter est baptizatus, potest esse Hæreticus. 148.2.4.
Non tamen incurrit excommunicationem, aut penas Hæreticorum. 149.1.6.
Sed potest cogi, ut valide rebaptizetur. 149.2.7.
Qui sic est baptizatus, potest puniri de fictione. 149.2.9.
Non tamen est verè Hæreticus in foro Dei, si fidem sic admittit, & non ex animo. 149.2.10.
Catholicus potest in Baptismo esse patrinus Hæretici. 184.1.11.
Non autem è contrà Hæreticus potest esse patrinus Catholicus. 184.1.12.
Quomodo in susceptione Baptismi sit necessarius in adulto actus charitatis. 389.2.10.

Qui dolose baptizat nulliter, tenetur ex iustitia, reparare damnum spirituale, in quantum potest. 413.2.22.

Beatitudo, Beatus, Beatificatio.

Beatitudo, & vita æterna quomodo sunt credenda de necessitate præcepti. 35.2.12.
Amor beatitudinis, desiderium, spes, & intentio quod differant. 326.2.27.
Quomodo in Beatis non sit spes. 324.2.23.
Beati non sunt à nobis amandi ex charitate magis, quam nos ipsi. 407.2.10.
Licitum est ordinare ad beatitudinem actus virtutum, tanquam ad finem minus principalem. 371.1.17.
Beatificatio quo differat à canonizatione. 498.2.18.
Beatificatis possunt exhiberi omnes honores, & cultus publici. 498.2.19.

Bellum, v. Militia.

Quomodo Principes laici possint bellum mouere contra infideles pro inducendis, & defendendis Prædicatoribus fidei. 96.1.7.
Per se loquendo, non est illicitum aduocare infideles in auxilium iusti belli. 124.1.6.
In bello licitum est adhibere leones, & feras quascunque. 124.1.6.

Fideles licite possunt bellare pro infidelibus in bello iusto. 124.1.7.

Vocare infideles in auxilium belli, potest ex accidente non esse licitum, si ab illis timeantur scandala, & præcipue contra fidem. 124.1.8.

Si infideles vocentur indebitè in auxilium belli, omnia damna, quæ inferunt contra ius belli, sunt compensanda ab iis, qui aduocant. 124.2.9.

Tempore belli licitum est fortiri de milicibus, qui primi debeant inuadere castrum. 654.1.6.

Beneficentia, Beneficium.

Beneficentia est comes amicitia. 352.2.6.
Insignes benefactores possunt aliquando magis amari, quam carnaliter nobis coniuncti. 425.1.19.
Et magis quam ipsi parentes, si in filios sint impij, & crudeles. 425.2.20.

Benefici plus amant eos, in quos sunt benefici, quam amantur ab illis. 427.2.6.

Beneficiati non nisi ex accidente amant plus, quam benefici. 438.1.6.

Beneficium ecclesiasticum, Beneficiarius, v. Curatus.

Defectus scientiæ non vitiat collationem beneficij. 40.2.8.

Beneficiati, qui debent interesse in Synodo diocessana, tenentur facere professionem fidei. 74.2.3.

Beneficiati in Ecclesiis cathedralibus non tenentur facere professionem fidei, nisi sint Canonici, aut dignitates. 79.1.1.

Quomodo Hæretici, & eorum credentes, receptatores, defensores, fautores, ipsorumque filij, sint incapaces beneficiorum, & ipso facto sint illis priuati, si prius habebant. 254.1.5.6.

Qui sunt priuati beneficiis ipso iure, non possunt summittere de illis disponere; sed omnis dispositio inualidatur, secuta sententia declaratoria criminis, & inualidatio retrahitur ad diem ipsius criminis. 256.1.10.

Et similiter amittunt fructus, si quos perceperunt, post diem criminis. 256.2.11.

Qui bona fide permutat beneficium cum Hæretico, potest ad illud redire priuata autoritate, quando postea per sententiam declaratoriam criminis

criminis

criminis

criminis

criminis

criminis

criminis

criminis

criminis

criminis

præcipuarum.

criminis rescinditur permutatio. 256.2.12.

Qui imperat à Sede apostolica beneficium alterius vacans ipso iure, non tenetur citare priorem beneficium, nisi dum capit illius possessionem. 256.2.13.

Qui scienter conferunt beneficia Hæreticis, possunt puniri ut fautores Hæreticorum. 258.1.20.

Beneficia ecclesiastica, proprie loquendo, non conferuntur. 263.2.22.

Inhabilitas ad beneficium, super quo est commissæ simonia, vtrum possit tolli ab Episcopo per facultatem Concilij. 228.1.18.

Filiis illegitimis, & spuris debentur alimenta à patre, etiam de bonis ecclesiasticis. 434.2.15.

Appellatione beneficij venit aliquando in iure etiam Monachus. 549.2.11.

Beneficiati tenentur ad Horas canonicas de iure ecclesiastico. 552.1.1.

Quomodo hæc obligatio possit dici de iure nature. 552.1.3.

Qui percipit fructus ecclesiasticos non ut Clericus, neque propter diuinum Officium, non est beneficiarius, neque tenetur ad Horas canonicas. 552.1.4.

Beneficium non habetur perfecte, nisi habita possessione. 552.1.5.

Qui licite, aut illicite habet plura beneficia, vtrum teneatur recitare pluries Horas canonicas. 553.2.1.3.

Vtrum peccet vno tantum peccato, an pluribus, si illas omittat. 554.1.4.

Obligatio ad Horas canonicas ex beneficio, est obligatio ex iustitia. 554.2.7.

In quibus casibus teneatur ad Horas canonicas is, qui ex beneficio nullos percipit fructus. 555.2.

Beneficium vacat per obitum illius, qui habet titulum, etiam si non habeat administrationem, aut fructus. 557.1.12.

Obligatio ad Horas canonicas non inducitur ex beneficio sine aliquo ordine ad fructus. 557.2.20.

Ex beneficio tenui quomodo oriatur obligatio ad Horas canonicas. 558.1.

Quodnam sit beneficium tenue in ordine ad hanc obligationem. 558.2.5.

Beneficium manuale, & reuocabile ad nuntium obligat ad Horas canonicas. 562.1.13.

Beneficium manuale quomodo sit perpetuum, quantum requiritur ad naturam beneficij. 562.1.14.

Beneficium manuale non est sufficiens titulus pro sacris Ordinibus. 562.1.15.

Qui acceptat beneficium coactus ex metu, quomodo teneatur ad Horas canonicas. 562.2.18.

Qui acceptat beneficium non requirens Ordinem sacrum, animo transiendi ad matrimonium, non peccat nisi venialiter. 565.2.18.

Beneficiati tenentur ad Breuiarium diocesis, in qua est beneficium. 568.1.11.

Qui habet plura beneficia in diuersis diocesis, ad quod Breuiarium teneatur. 568.2.12.

Beneficiati, qui tenentur ad Chorum, peccant mortaliter contra iustitiam, si non recitent in Choro. 594.1.2.

Facilius excusantur Religiosi, quam beneficiati, si absint à Choro. 594.2.5.

Beneficiati, qui Horas omittunt, tenentur restituere fructus suorum beneficiorum. 615.2.1.

Qui possidet beneficium à se fundatum, secundum aliquos non tenetur restituere fructus, si Horas non recitet. 616.1.5.

Professio religiosa est beneficium regulare. 615.2.4.

Etiam illi, qui habent beneficium simplex, possunt, secundum aliquos, sibi retinere aliquam

partem fructuum, si Horas omittant. 617.2.11.

Qui recitat Horas canonicas, & omittit alia officia, ad quæ tenetur ratione sui beneficij, tenetur pro rata aliquid restituere. 621.2.9.

Beneficiati, qui sunt deputati alicui certæ Ecclesiæ, tenentur ad Chorum. 624.2.2.

Beneficia à Deo accepta quomodo possint esse ratio Deum amandi ex charitate. 357.2.4.

Qui recipit à Deo nouum aliquod beneficium, non tenetur specialiter ad actum charitatis. 389.1.8.

Blasphemia.

Blasphemia propositio quænam sit. 144.1.1.

Blasphemia est aliquo modo contra confessionem fidei. 144.1.2.

In blasphemia semper est aliqua falsitas. 144.1.3.

Blasphemia hæreticalis quænam sit. 145.1.7.

Quo modo blasphemia possit esse in Sanctis. 145.2.8.

Et in res sacras. 146.1.9.

Vtrum possit consistere in factis. 146.1.10.

Cognitio, & puniatio blasphemæ ad quos pertineat. 146.2.11.

Qui ex interna heresi profert blasphemiam hæreticalem, quomodo incurrat excommunicationem. 172.1.9.

Blasphemi hæreticales sunt denunciandi Inquisitoribus, & Indicibus fidei. 293.2.1.

Etiam si certè credantur proferte blasphemiam ex iracondia, non autem ex infidelitate. 294.1.2.

Et hæc obligatio est sub mortali. 294.1.3.

Etiam blasphemæ non hæreticales sunt denunciandæ. 294.1.4.

Sed hæc possunt denunciari, etiam apud Iudicem seculari. 294.2.5.

Et idè sunt mixti fori, & datur in illis locus præuentioni. 294.2.6.

Vtrum blasphemæ non hæreticales possint denunciari cumulatim, etiam apud Inquisitores. 294.2.7.

Hæc etiam obligatio est sub mortali; sed fortasse hoc tempore est vsu abrogata. 295.1.8.

Qui ex coniunctione, aut ex alio priuilegio non tenentur testificari contra aliquos, neque etiam tenentur illos denunciare, si sint blasphemæ. 295.2.9.

Si certæ poenæ ferantur contra blasphemos prima, secunda, aut tertia vice, quomodo sint intelligendæ. 296.1.10.

Blasphemia publica quænam sit. 296.1.11.

Blasphemia ex consuetudine. 296.1.12.

Consuetudo blasphemandi vtrum possit excusare à culpa, si forte in aliqua prouincia multum inualluit. 296.1.13.

Bonum, Bonitas, Bonum.

Bonum per se est attractiuum; sed per accidens potest etiam esse repulsiuum, si, scilicet, sit valde difficile, aut impossibile. 316.1.23.

Bonitas diuina quomodo sit ratio formalis in obiecto charitatis. 356.2.2.

Non est licitum ordinare actus virtutum ad bona temporalia. 371.1.8.

Non est necessarium explicitè ordinare bona temporalia ad spiritualia. 371.1.9.

Et non est peccatum mortale, si nullo modo ordinentur. 371.1.20.

Bona temporalia, & corporalia, quomodo licite possint magis aptari proximo, quam sibi. 409.2.3.

Possunt, ac debent exponi pro necessitatibus spiritualibus proximi. 410.1.7.

Qui tenentur ex iustitia ad procurandum bonum proximi, vtrum peccent dupliciter, si illud negligant.

N N n 3

negligant, id est, semel extra iustitiam, & iterum contra charitatem. 414.1.23.
 Qui notabiliter sunt meliores, sunt magis amandi ex charitate, quam qui nobis sunt parum coniuncti. 425.1.17.
Bona fides.
 In rescindendis dispositionibus eorum, quorum bona sunt confiscata ipso iure, non habetur ratio bona fidei, in qua fortè est tertius possessor, nisi fundetur in lege, aut factò Principis. 273.1.5.
 Quæ bona fides requiratur in tertio possessore, ad hoc, vt licitè possit consumere fructus, aut bona hæretici, quæ possidet. 275.2.14.
Breue.
 Vana obseruantia scripturarum, & Breuium, quid requirit ad hoc, vt non sit superstitiosa. 683.1.4.
Breuiarium.
 Quomodo omnes teneantur ad Breuiarium Pij V. 566.1.2.
 Si Bulla Pij V. alicubi non sit recepta, licitè possunt retineri Breuiaria priora. 566.1.3.
 Neque potest ab vnoquoque pro arbitratu assumi Breuiarium Romanum. 566.2.4.
 Breuiaria non abrogata per Bullam Pij V. solum possunt dimitti de consensu Episcopi, & Capituli, tam in Choro, quam extra Chorum. 566.2.5.
 Etiam Clerici; qui sunt ordinati ad titulum patrimonij, tenentur ad Breuiarium suæ Ecclesiæ. 567.1.6.
 Familiæ Episcoporum, aut Cardinalium, possunt quoad Breuiarium se conformare ipsis Episcopis, aut Cardinalibus. 567.2.7.
 Monachus factus Episcopus, aut Præfectus alicui Ecclesiæ secularis, ad quod Breuiarium teneatur. 569.1.13.
 Mutatio Breuiarij, ad quod aliquis tenetur, est graue peccatum. 569.1.14.
 Et si mutatio fiat à Breuiario Romano, est peccatum mortale. 569.1.15.
 Episcopi, & Prælati religiosi possunt ex aliqua causa dispensare cum suis subditis, vt aliquando vtantur Breuiario Romano, omittis propriis. 569.2.27.
 Additio, aut detractio ad Breuiarium, & ad ritum, seu formam Officij, in quo casu sit peccatum mortale. 574.1.21.
 Qui non habet Breuiarium, excusatur ab Horis canonicis. 611.2.23.
Bruta.
 In brutis quomodo sit spes, & desperatio. 313.2.17.
 Quomodo possint cognoscere futurum, & possibile. 313.2.18.
 Etiam brutis contingunt somnia. 658.1.9.
 Ex cantibus, & motibus brutorum possunt licitè diuinari pluuia, & tempestates. 670.1.4.
 Et coniectari aliqua circa passiones, & affectiones hominum. 671.1.8.
 Non autem diuinari effectus alij disparati. 671.1.9.
Bulla, Bulla Cæna.
 Qui libri, & quomodo sunt prohibiti in Bulla Cæna. 194.1.
 Vtrum facultas absoluendi ab hæresi, & à casibus occultis, quæ conceditur in Tridentino Episcopis, reuocetur quotannis in Bulla Cæna. 228.2.

C
Cabala.
ARs Cabalistica est superstitiosa, & illicita 685.2.5.
Cæcus, Cæcutiens.
 Cæcus, aut cæcutiens non tenetur ad Horas canonicas, nisi teneat illas memoriter. 608.1.8.
Camera, Incameratio, v. Conscriptio.
Canones, Ius canonicum.
 Rigor Canonum antiquorum non est hoc tempore seruandus in omnibus. 237.1.7.
Canonicum.
 Canonicus Ecclesiæ cathedralis tenetur facere professionem fidei. 74.1.1.79.1.1.
 Etiam si sit Regularis. 79.1.2.
 Non autem tenetur illam facere Canonicus Ecclesiæ Collegiata. 79.1.3.
 Si Canonicus Ecclesiæ cathedralis illam non faciat intra duos menses, non facit fructus suos. 79.2.6.
 Et tenetur illos restituere, etiam non expectata alia sententia. 79.2.7.
 Non tamen tenetur restituere fructus primorum duorum mensium. 80.2.8.
 Si professionem omittat per ignorantiam, excusatur à restitutione fructuum. 80.2.9.
 Et idem est, si per ipsum non stet, quominus illam faciat. 80.2.10.
 Vel si per ipsum stet, quominus capiat possessionem canonicatus. 80.2.11.
 Non tamen amittit distributiones, si Choro interstet. 82.2.21.
 Fructus, quos amittit, quomodo sint erogandi. 81.1.15.
 Canonici ex propria institutione non solum tenentur interesse Choro, sed etiam per se ipsos cantare. 591.2.9.
 Et alioqui non lucrantur distributiones pro ea parte, quæ responderet cantui. 629.2.12.
 Tenentur interesse Choro, & publicè recitare Officium in Ecclesiâ; & alioqui peccant mortaliter, neque excusantur ex eo, quod amittant distributiones. 594.1.3.4.
 Tenentur interesse Capitulis, & Congregationibus capitularibus suæ Ecclesiæ. 627.1.10.
 Quomodo vnus possit inferuire pro alio. 591.2.8.
Canonizatio.
 Canonizatio Sanctorum quid propriè sit. 493.2.2.
 Solius Papæ est, Sanctos canonizare. 494.1.3.
 Eius iudicium in Sanctis canonizandis est infallibile. 494.1.4.
 Et est valdè probabile, quod hoc sit de fide. 494.2.5.
 Iudicium Ecclesiæ, aut Papæ, quod aliquis sit Sanctus, non solum obligat, vt practicè adoretur; sed etiam, vt absolutè, & quasi speculatiuè credatur Sanctus. 495.2.6.
 Quomodo dicantur multorum corpora honorari in terris, quorum animæ torquentur in Inferno. 496.1.7.
 Si testes in canonizatione sint falsi, & deponant id, quod ignorant, non propterea sententia; & iudicium Papæ est falsum. 496.2.8.
 Iudicium Ecclesiæ in canonizatione alicuius non est credendum solum propter reuerentiam, quæ est illi debita; & donec constet, quod sit delusa. 496.2.9.
 Neque ex eo, quia procedit secundum presentem iustitiam;

iustitiam, & secundum allegata, & probata. 497.1.10.
 Sententia aliquorum; quod Papa possit errare in canonizatione Sanctorum, omni modo est improbanda. 497.1.11.
 Si ad aliquem canonizandum habeantur vera miracula, faciunt canonizationem maximè certam, & infallibilem. 497.1.12.
 De potentia absoluta potest quis canonizari ex sola sanctitate, sine miraculis. 497.2.13.
 Canonizatio, & Beatificatio quo differant. 498.2.18.
 Pro Sanctis canonizandis communiter est inquirendum de vita, & de miraculis. 507.1.1.
 Et potissimum de patris post mortem. 507.2.2.
 Pro canonizandis Martyribus non est opus miraculis. 507.2.4.509.2.14.
 Quare pro canonizandis Confessoribus specialiter requirantur miracula. 510.1.16.
Cantus, v. Musica.
 Qui tenentur ad Chorum, etiam tenentur in illo cantare. 627.2.11.
 Moteta quomodo possint licitè cantari in diuinis Officiis. 628.1.16.
Capella, Capellania.
 Capellania sacra, & collatiua est propriè beneficium non autem capellania non sacra, nisi fortè intra spatium quadraginta annorum bis, aut ter sit collata ab Episcopo. 560.1.1.2.3.4.
 Capellania sacra obligat ad Horas canonicas. 562.2.16.
 Quomodo Capellania aliquando conferatur puero, & incapaci. 562.2.17.
 Electio ad Capellaniam amouibile facta per sortes non est illicita. 654.1.9.
Capitulum, Congregatio capitularis.
 Capitulum, Sede vacante, vtrum possit absoluere, & dispensare iuxta facultatem concessam Episcopis in Concilio Tridentino. 214.2.21.
 Succedit Episcopo etiam in iis, quæ illi conueniunt iure speciali ordinario, & non delegato. 215.1.2.2.
 Canonici tenentur interesse Capitulis suæ Ecclesiæ. 627.1.10.
Cardinalis.
 Cardinales, Sede vacante, non possunt dare licentiam legendi libros prohibitos. 206.1.21.
 Etiam si sint Legati à latere, & durante legatione. 206.2.22.
 Neque gaudent in suis titulis facultate Concilij Tridentini quoad absoluendos, & dispensandos casus occultos. 215.2.24.
 Et idem est de toto Collegio Cardinalium, vacante Sede apostolica. 215.2.23.
 Cardinales, qui sunt generales Inquisitores, possunt punire ex testibus singularibus eos, qui sollicitant in Confessione sacramentali. 302.2.8.
 Qui fuit Hæreticus, non potest validè eligi in Cardinalem. 257.1.13.
 Familiæ Cardinalium possunt quoad Breuiarium se conformare ipsis Cardinalibus. 567.2.7.
Charitas, v. Dilectio, Odium, Proximus, Ordo.
 Quomodo principia, & præcepta charitatis dicantur esse plenitudo totius legis. 46.2.12.
 Ab habitu charitatis non potest esse actus speci. 326.2.28.
 Charitas simul, & fides non sunt ipsa spes. 327.1.29.
 Quomodo charitati opponatur præsumptio. 342.2.3.
 Vocabulum charitatis sumitur multiplieiter. 345.1.1.
 Præceptum charitatis est præambulum ad præcepta Decalogi. 345.1.2.

Charitas est quid creatum; non autem est ipsa persona Spiritus Sancti. 345.1.3.
 Charitas, & dilectio actualis est ex habitu infuso. 346.1.4.
 Charitas est vera amicitia hominis iusti cum Deo. 347.1.5.
 Quomodo amicitia charitatis se extendat ad inimicos, & ad peccatores. 349.2.12.
 Præter charitatem supernaturalem erga Deum etiam datur charitas naturalis. 349.2.13.
 Et etiam hæc potest appellari amicitia cum Deo. 350.1.14.
 Charitas est virtus. 351.1.1.
 Quomodo possit dici esse perfectior, quam anima rationalis. 352.2.7.
 Est virtus specialis, & in specie infima. 353.1.8.9.
 Est excellentissima virtutum etiam theologiarum. 353.2.10.11.
 Etiam charitas remissa est excellentissima virtutum. 355.2.16.
 Sine charitate nulla virtus potest esse simpliciter perfecta. 356.1.18.
 Quomodo charitas sit forma virtutum. 356.1.19.
 Obiectum charitatis, in quantum est amor concupiscentiæ, & in quantum est amor amicitia, est diuersum. 356.2.1.
 Ratio formalis in obiecto charitatis est diuina bonitas. 356.2.2.
 Quomodo charitas naturalis, & supernaturalis habeant diuersam rationem formalem. 358.1.5.
 Charitas erga Deum, & erga proximum quomodo non differant specie. 358.1.6.
 Ex vnitatem rationis formalis non tollitur ordo in actibus charitatis. 360.1.10.
 Secundum aliquos, non sunt eiusdem speciei actus charitatis erga Deum, & erga proximum. 359.2.9.
 Obiectum materiale charitatis, primum, & principale, in quantum charitas est amicitia, est ipse Deus; secundarium verò, & minus principale est proximus. 361.1.1.2.
 Charitas erga proximum est verè amicitia. 363.1.12.
 Charitas erga seipsum non est amicitia. 364.1.14.
 Ex charitate, quæ est amicitia ad Deum, amamus nos ipsos, vt Dei amicos, & tanquam aliquid Dei. 364.1.16.
 Ex vnitatem amamus nos ipsos, etiam secundum corpus. 365.1.19.
 Obiectum materiale charitatis, in quantum est amor concupiscentiæ, quodnam sit. 365.2.21.
 Etiam ipsa charitas est amanda ex charitate. 365.2.22.
 In charitate est ordo. 366.1.1.
 Neque solum in ipsis actibus charitatis; sed aliquo modo etiam in ipso habitu. 367.1.2.
 Ordo charitatis non est secundum maiorem intentionem actus, sed secundum appropriationem obiecti. 368.1.8.
 Nulla est culpa, si creatura intensus diligatur, quam Deus, etiam per actum charitatis supernaturalis, & theologice. 369.2.12.13.
 Ordo charitatis secundum appropriationem non inducit tepiditatem, & negligentiam in procuranda salute. 373.1.27.
 Quomodo ex charitate vnusquisque plus amet Deum, quam se. 376.1.28.
 Quid cadat sub primo præcepto charitatis, quod est de Deo diligendo super omnia. 374.1.1.2.
 Ad actum externum charitatis, si fortè occurrat faciendus, potest sufficere charitas naturalis. 376.1.8.

Index Rerum

Modus amandi Deum super omnia, & omnia referendi in Deum, est inuicem præcepto charitatis. 174. 1. 1.

Præceptum negatiuum charitatis de Deo non odien- do obligat semper, & ad semper. 384. 2. 1.

Præceptum affirmatiuum charitatis potest obligare per se, & per accidens. 384. 2. 2.

Secundum aliquos, semper obligat, quando obli- gat quodcumque aliud præceptum. 384. 2. 3.

Quomodo ex sententia S. Thomæ sit adhibendus modus charitatis in obseruatione aliorum præcep- torum. 385. 1. 4.

Modus charitatis cadit sub obligatione cuiusque præcepti, si illius obseruatio debet esse meritoria. 387. 1. 9.

Quibus temporibus, & in quibus casibus obliget præceptum diligendi Deum. 387. 2. 1.

Quis ordo charitatis exprimitur in sacra Scriptura. 403. 1. 1.

Ex charitate magis debet vnusquisque diligere se, quam proximum. 403. 2. 3.

Etiamsi proximus sit in se melior, & Deo charior. 403. 2. 4.

Quomodo charitas erga se ipsum dicatur, non quæ- rere, quæ sua sunt. 404. 1. 5.

Quare in Scriptura non sit speciale præceptum de se, suoque corpore diligendo. 404. 1. 7.

Quomodo ex charitate vnusquisque debeat magis diligere se, quam proximum, quoad bona tempo- ralia, aut corporalia. 408. 1.

Quomodo liceat extra calum necessitatis, & obliga- tionis magis diligere proximum, quam se, quoad bona corporalia. 414. 2. 1.

Ordo charitatis aliquando est in præcepto, & ali- quando est solum in consilio. 419. 2. 19.

Charitas viæ non in omnibus est conformanda cum charitate patriæ. 424. 1. 11.

Dilectiones proximi ex variis coniunctionibus quomodo sunt ex charitate supernaturali. 424. 2. 12.

Quo ordine à filiis sint diligendi parentes. 426. 2. 3.

Quo ordine sint diligendi coniuges. 436. 2. 1.

Quare Humanitas in Christo non ametur simplici- ter super omnia, sicut amatur Deus. 459. 1. 7.

Caro.

Comestio carniū, aut ciborum quoruncunque, per se loquendo, nullam habet attinentiam ad fidem. 72. 2. 3.

Ex accidente tamen potest aliquando talis comestio esse negatio fidei. 73. 1. 4.

Quid debeat facere vir catholicus, si inuitetur sub fidei declaratione ad carnes, aut cibos prohibi- tos comedendos. 73. 1. 5.

Casus reseruat, v. Reseruatio Casu.

Catechumenus.

Si Catechumenus erret in aliquo contra fidem, po- test esse Hæreticus. 92. 2. 18. 149. 2. 12.

Non tamen in foro Ecclesiæ. 149. 2. 13.

Non est appellandus absolute fidelis. 150. 1. 14.

Nec ab Ecclesia est puniendus, si recedat à volunta- te Baptismi. 150. 2. 15.

Quando petit Baptismum, non facit pactum cum Ecclesia, neque se obligat ad illum suscipiendum. 150. 2. 16.

Potest tamen puniri, si petat fidem, & illudat Eccle- siæ. 151. 1. 17.

Sed non potest cogi, vt baptizetur. 151. 1. 18.

Caui.

Quod datur ob causam, siue perpetuam, siue non perpetuam, debet semper restitui, si causa non sequatur. 623. 1. 7.

Cereus, v. Lampas.

Quomodo aliquando fuerit prohibitum accendi cereos ad sepulcra Martyrum. 512. 2. 4.

Censura.

Censura non potest imponi pro actu externo, qui sit malus solum accidentaliter per actum inter- num, à quo procedit solum accidentaliter, omni- no occulte. 175. 2. 28.

Potest imponi pro actu externo, qui sit ex se malus; facta tamen restitutione, quod procedat à certo actu interno. 175. 2. 29.

Censura, quæ fertur contra facientem aliquid, non comprehendit mandantem, aut consulentem, nisi specialiter exprimat. 204. 1. 14.

Ceremonia, Ceremoniale.

Præcepta ceremonialia veteris legis, v. Lex vetus.

Certitudo.

Quomodo spei theologicæ tribuatur certitudo. 322. 1. 17.

Possumus moraliter esse certi, quod saluabimur. 323. 2. 20.

Character.

Characteres astronomici quomodo sint superstitiosi. 680. 1. 17.

Christus, v. Iesum, Incarnatio.

Etiamsi Christus est amandus, vt proximus. 363. 1. 11.

Christus, vt homo, est magis amandus ex charitate, quam nos ipsi. 407. 1. 19.

Et multo magis quam ipsi parentes.

Christi Humanitas quomodo per vnionem hyposta- ticam dicatur habere affinitatem ad Deum. 450. 1. 20.

Quomodo adoretur adoratione latræ. 455. 1. 1.

Recte dicitur, quod Humanitas in Christo coadore- tur Diuinitati. 457. 2. 4.

An, & quomodo recte dicatur, quod adoretur per accidens ratione Diuinitatis. 458. 1. 5.

Etiamsi Anima Christi, & Corpus, est adorandum latræ. 458. 2. 6.

Quare Humanitas in Christo non ametur simplici- ter super omnia, sicut Deus. 459. 1. 7.

Vtrum Christo, eiusque Humanitati possit tribui alius cultus, præter cultum latræ. 459. 2. 2.

An, & quomodo Christi Humanitas possit orari, vt oret pro nobis. 461. 2. 8.

Quomodo omnes excellentiæ Humanitatis simul adorentur eadem adoratione, qua adoratur excel- lentia Verbi. 463. 1. 13.

Imagines Christi quomodo illum referant secun- dum Diuinitatem. 464. 2. 2.

Quare non omnia, quæ Christum quomodocunque tetigerunt, adorentur latræ. 483. 2. 7.

Secundum aliquos, Christi conceptio, & natiuitas ex Virgine potuit præcognosci ex astris. 648. 1. 3.

Sed hoc est falsum. 649. 1. 8.

Christianus.

Quomodo à quolibet Christiano sit credenda de necessitate præcepti passio, crucifixio, mors, & sepultura Christi Domini. 36. 1. 5.

Quomodo sit credendus deus ad Inferos. 36. 2. 16.

Resurrectio à mortuis. 37. 1. 17.

Ascensio in cælum, aduentus ad Iudicium. 37. 1. 18.

19.

Non licet negare se esse Christianum, vel affirmare se esse Turcam, vel alterius sectæ, nisi hæc vocabula accipiantur solum pro gente, & natio- ne; non autem pro vt important religionem. 55. 1. 12.

Indigna creatio hominis Christiani non est sacrile- gium. 692. 2. 10.

Chirromantia,

præcipuarum.

Chirromantia, v. Manus.

Chirromantia astrologica quomodo ab aliquibus as- seratur. 667. 1. 4.

Est superstitiosa, & illicita. 667. 2. 5.

Non bene ab aliquibus probatur ex locis Scripturæ. 667. 2. 7.

Chirurgus.

Chirurgus, aut barbitonfor Hebræus non est vocan- dus ad agrotum fidelem. 120. 1. 5.

Cifra.

Qui cifris exprimit suam hæresim, quomodo incur- rat in excommunicationem. 171. 2. 4.

Clausula.

Quomodo clausula posita in principio, medio, aut sine alicuius dispositionis, intelligatur quasi repe- tita in singulis. 231. 2. 6.

Clericus, Clericus coniugatus.

Clerici aliquando in iure veniunt appellatione lit- teratorum. 85. 2. 4.

Non sunt exempti à potestate Inquisitorum, si sint suspecti de fide. 293. 1. 36.

Laici communiter sunt infesti Clericis. 293. 1. 37.

Si Clericus in minoribus fingat se Confessarium, & sollicitet poenitentem ad turpia, vtrum sit denun- ciandus. 304. 1. 14.

Filiis illegitimis, & spuris debentur alimenta à pa- tre Clerico, etiam de bonis ecclesiasticis. 434. 2. 15.

Clerici in minoribus non tenentur ad Horas cano- nicas. 546. 1. 8.

Neque ad alias preces loco Horarum. 546. 1. 9. 10.

Neque Episcopus tale aliquid potest illis præcipe- re, saltem pro semper. 546. 1. 12.

Clericus coniugatus non gaudet priuilegiis, nisi fori, & canonis. 565. 1. 12.

Inuadere per vim bona patrimonialia Clericorum, est sacrilegium. 693. 1. 13.

Non autem est sacrilegium, si quis simpliciter illis furetur bona temporalia. 693. 1. 12.

Furari bona Clericorum, quæ possident titulo eccle- siastico, est sacrilegium. 693. 1. 14.

Fornicatio Clerici in minoribus, quare non sit sacri- legium. 693. 1. 15.

Coactio.

Coactio Hæreticorum ad fidem resumendam, ac re- tinendam, est licita. 160. 1. 6.

Coadiutor in beneficio.

Coadiutor in beneficio vtrum teneatur ad Horas cano- nicas. 557. 1. 10.

Dupliciter potest quis esse coadiutor in beneficio. 560. 1. 1.

Si solum sit coadiutor ad externam administratio- nem, non tenetur ad Horas canonicas. 560. 2. 5.

Etiamsi sit cum futura successione. 560. 2. 6.

Secus verò si illi sit commissâ totalis administratio beneficii. 560. 2. 7.

Colonus.

Fideles possunt esse coloni agrorum pro infidelibus. 113. 2. 5.

Cometa.

Ex cometis quid possit licite diuinari. 672. 2. 9.

Comœdia.

In comœdiis, & ioci causa vestes, & actus infidelium non sunt illiciti homini fideli. 68. 2. 1.

Commenda, Commenda militaris.

Qui habet beneficium in commendam, tenetur ad Horas canonicas. 561. 1. 8.

Etiamsi commenda sit solum ad tempus. 561. 1. 9.

Commendæ militares quomodo sint beneficia, & obligent ad Horas canonicas. 561. 2. 1. 1.

Commendatarij milites non tenentur sub mortali

ad eas preces, quæ ipsis præscribuntur per regu- lam. 561. 2. 12.

Complex, socius criminis.

Vtrum Hæreticus teneatur denunciare occultos complices suæ hæresis. 286. 1. 6.

Tenetur reus, etiam non interrogatus à Iudice, de- clarare socios criminis grauitè vergentis in dam- num commune. 286. 1. 8.

Et peccat Confessarius, si illum non moneat de tali obligatione, vel si absoluat nolentem illam im- plere. 286. 2. 10.

Qui denunciat Hæreticos complices, non est pu- niendus, si ipse postea ab illis denunciatur. 287. 2. 14.

Communio, Communicatio.

Sanctorum communio quomodo sit credenda ex necessitate præcepti. 37. 2. 21.

Communicatio ciuili cum infidelibus, non est per se mala. 114. 2. 2.

Sed licite potest prohiberi ab Ecclesia. 115. 1. 1.

Communicatio cum infidelibus quoad contractus ciuiles, non est illicita. 121. 2. 1.

Communitas.

Si aliqua Communitas nominatim denunciatur sus- pensa, quomodo sint vitandi singuli de Commu- nitate. 180. 2. 14.

Pro necessitatibus Communitatis sunt exponenda bona temporalia, & corporalia. 409. 2. 4.

Si tota Communitas sit in graui necessitate spiritua- li, succurrendum est illi, etiam cum periculo vi- tæ. 412. 1. 15.

Concio, v. Predicator.

Qui audit concionem simul cum Hæretico excom- municato non vitando, non peccat. 181. 1. 2.

Fingere falsas Scripturas, aut falsas auctoritates San- ctorum Patrum inter concionandum, est supersti- tio perniciosa. 631. 1. 8.

Non licet velle concionari imparatum. 690. 2. 13.

Concilium, v. Tridentinum.

Concilium Elibertinum apud aliquos est dubiæ au- thoritatis. 107. 1. 14.

Concilium Biterronse non est vilius auctoritatis, cum fuerit Conciliabulum. 285. 2. 4.

Quæstiones grauius Episcoporum debent dirimi in Concilio prouinciali. 519. 2. 8.

Id dicitur fieri à toto Concilio, quod fit à maiori parte. 519. 2. 9.

Concupiscibilis, Concupiscencia.

Passiones concupiscibilis quomodo sint diuersæ à passionibus irascibilis. 310. 2. 6.

Concupiscibilis, & irascibilis sunt potentia inter se diuersæ. 311. 1. 7.

Quare in appetitu intellectiuo, qui est voluntas, non assignentur potentia irascibilis, & concupi- scibilis, sicut assignantur in appetitu sensitiuo. 311. 1. 8.

Aliquæ passiones concupiscibilis sunt priores pas- sionibus irascibilis, & aliquæ sunt posteriores. 311. 2. 10.

In passionibus concupiscibilis non reperitur con- trarietas, nisi secundum obiecta. 314. 1. 20.

Quomodo Deus honestè ametur amore concupi- scentiæ. 318. 2. 9.

Confidentia.

Confidentia est comes amicitia. 312. 2. 6.

Confiscatio.

Pœna confiscationis contra Hæreticos est lata, tam iure ciuili, quam canonico. 259. 1. 1.

Confiscatio, incarcerationio, incorporatio, quid pro- prie sit. 259. 1. 2.

Confiscatio bonorum incurritur ipso iure à prima die

Index Rerum

die incurfa hærefis. 259.2.5.
Et ex tunc omnes alienationes, & dispositiones veniunt rescindendæ 259.2.6.
Et bona occupantur à fisco, etiam post mortem Hæretici, si post mortem accusetur, & damnetur. 260.1.7.
Quod tamen communiter non accidit ex alijs delictis. 260.1.8.
Confiscatio non incurritur per hæresim purè internam; sed solum per externam, etiam si sit occulta per accidens. 260.1.9.10.
Alienationes, & dispositiones factæ ante hæresim manifestatam exterius, non sunt rescindendæ ex præsumptione, quod sint factæ in fraudem fisci. 260.2.11.
Bona, quæ possidentur, quando incurritur hæresis, omnino sunt confiscanda. 261.2.13.
Et quæ possidentur toto tempore, quo perseveratur in hæresi. 261.2.14.
Et vsque ad sententiam declaratoriam criminis. 262.1.15.
Vel saltem vsque ad tempus veræ resipiscentiæ. 262.2.16.
Non autem, quæ acquiruntur de nouo post sententiam, & post factam confiscationem priorum bonorum. 262.2.17.
Et de his bonis posterius acquisitis licetè potest quis disponere, & testari. 263.1.18.
Cui fisco sint applicanda bona, quæ confiscantur. 263.2.26.
Si confiscatio non sit lata à iure, sed solum ab homine, & per sententiã, non rescinduntur alienationes factæ post delictum, & ante sententiam. 266.1.34.
Quomodo sint rescindendæ dispositiones factæ ab Hæretico. 272.2.
Quæ regulæ sint seruandæ pro dignoscendis iis bonis, quæ confiscantur. 263.1.19.
Coniunctio, v. Coniunctio, v. Coniunctio.
Coniuncti non possunt communiter testimonium ferre contra se inuicem. 284.2.2.
Hæreticus est denunciandus, etiam coniunctissimus ipsi denunciandi. 288.1.15.
Blasphemi coniuncti vtrum sint denunciandi. 295.2.9.
Naturaliter nobis coniuncti sunt magis amandi, quàm meliores. 423.1.10.
Ex coniunctione ad Deum, & ad ipsum hominem diligentem, rectè attenditur ordo charitatis. 422.1.8.
Coniunctio tam ad Deum, quàm ad hominem diligentem, est multiplex. 422.2.9.
Magis coniuncti sunt magis amandi. 424.2.13.
Et est peccatum mortale, si non magis amentur. 425.1.14.
Si tamen coniunctio non sit magna, poterit esse peccatum, tantummodo veniale. 425.1.15.
Qui notabiliter sunt meliores, sunt magis amandi ex charitate, quàm qui nobis sunt parum coniuncti. 425.1.17.
Coniuncti carnaliter possunt aliquando minùs amari, quàm insignes benefactores. 425.1.19.
Coniuncti spiritualiter sunt amandi eodem ordine, quo amantur coniuncti carnaliter. 440.2.11.
Non tamen sunt præferendi coniunctis carnaliter, si forte vtrique sint in eadem necessitate. 440.2.13.
Coniuncti naturaliter, seu carnaliter, debent præferri, per se loquendo, coniunctis solum moraliter, ex virtute amicitia, aut beneficentiæ. 441.2.13.
Coniux, Coniugium, v. Vxor.
Quis sit ordo charitatis in amandis coniugibus. 435.2.

Calum,

Amicitia coniugalis inter virum, & vxorem, est à natura. 436.2.1.
Et sepiùs præcipitur in sacris Litteris. 436.2.2.
Amor coniugum ex obiecti nobilitate est minor, quàm amor parentum, & ex coniunctione ad nos ipsos est maior. 437.1.3.
Vtrum coniux sit magis amandus, quàm filius. 338.2.8.
Confessor, Confessio sacramentalis, Confessarius.
Confessarius quomodo debeat se gerere cum iis poenitentibus, qui ignorant res fidei. 43.1.20.
Obligatio confitendi peccata, non infertur ex potestate ea remittendi; sed ex potestate ea retinendi. 100.1.16.
Qui in Confessione sacramentali manifestat internam hæresim, non incurrit excommunicationem Hæreticorum. 173.2.14.
Hæreticus cognitus in Confessione sacramentali, non potest denunciari. 282.2.27.
Peccat Confessarius, si non moncat reum de obligatione declarandi socios criminis grauitè vergentis in damnum commune; vel, si absolut nolentem implere talem obligationem. 286.2.10.
Qui sollicitantur ad turpia in Confessione sacramentali, tenentur denunciare sollicitantes: & Confessarij tenentur illos monere de tali obligatione. 286.2.11.
Qui sollicitantur ad turpia in Confessione, tenentur denunciare sollicitantes, etiam si ipsi confesserint sollicitationi. 287.2.13.303.1.9.
Plures Confessiones distributæ in plures dies, quomodo sufficiant ad vnitatem Sacramenti. 581.2.9.
Pro canonizandis Confessoribus quare specialiter sit opus miraculis. 510.1.16.
Confessio fidei, v. Persecutio.
Confessio fidei quomodo sit actus externus habitus fidei. 48.2.2.
Quomodo possit esse actus externus plurium aliarum virtutum. 48.2.3.
Non est de necessitate medijs. 50.1.1.
Sed præcepti, tam diuini, quàm humani, 50.1.2.
Idque est de fide. 50.2.3.
Qui fidem non confitetur in certis casibus, facit contra charitatem Dei, & proximi. 51.2.4.
Qua regula possit cognosci, quod obliget confessio fidei. 52.1.5.
Confessio fidei non est faciendæ, quando timetur perturbatio, & scandalum infidelium; & non speratur utilitas. 52.1.6.
Obligat, quando subtrahitur Deo debitus honor, & proximo debita utilitas. 52.2.7.
Et præcipue si honor sit debitus Deo, tanquàm authori fidei. 52.2.8.
Confessio fidei per actus aliarum virtutum regulatos à fide, proprie non spectat ad fidem. 53.1.9.
Benè sunt expendendæ circumstantia ex parte interrogantis de fide, & modi interrogandi. 53.2.1.
Qui nominatim interrogatur de fide à potestate publica, omnino tenetur illam confiteri. 53.2.2.
Neque potest æquiocare, aut tacere. 54.1.4.
Quomodo ex illicita interrogatione tyranni oriatur obligatio confitendi fidem. 54.1.5.
Confessio fidei aliquando est debita, etiam quando quis interrogatur à persona priuata. 54.2.8.
Quid, si tyrannus solum generaliter querat de fide, vel solum ex odio persona. 55.1.11.
Si quis neget, se esse Clericum, Sacerdotem, Religiosum, vel audiuisse Sacrum, non peccat contra fidem. 55.2.12.

præcipuarum.

Calum, v. Astra.
Cælum, secundum aliquos, est quasi liber Vniuersitatis, quoad omnes effectus futuros. 647.2.2.
651.1.12.
A cælo possunt immitti somnia. 659.1.19.
Quomodo sit causa vniuersalis inferiorum. 641.1.6.
Cana.
Nunquam est licitum comedere cœnam Hæreticorum. 72.2.2.
Conscientia.
Ex conscientia erronea potest dari perplexitas, & necessitas peccandi per vtranque partem. 404.2.10.
Forum conscientia, & forum poenitentia non est idem. Et quid sit aliquem absolui solum in foro conscientia. 214.1.15.221.2.16.
Consecratio, v. Missa.
Consilium.
Quomodo Ecclesia cogat fideles ad audienda consilia euangelica; non autem ad illa sequenda. 99.2.15.
Qui ad petendum consilium manifestat exterius internam hæresim, non incurrit excommunicationem Hæreticorum. 173.2.13.
Licitum est dare consilium de malo minore, ad effectum vitandi malum maius. 193.1.7.
Censura, quæ fertur contra facientem aliquid, non incurritur ab eo, qui dat consilium, nisi specialiter exprimat. 204.1.14.
Qui tenetur in re aliqua petere consilium alicuius, non propterea tenetur illud sequi. 519.2.7.
Consobrinus, v. Fratru.
Consanguineus, v. Coniunctio.
Vtrum consanguineus possit recipere consanguineum hæreticum. 188.2.9.189.1.10.
Ex consanguineis illi sunt magis amandi, secundum ordinem charitatis, qui sunt propinquiores parenti ipsius amantissimus...
Consuetudo.
Consuetudo blasphemandi in aliqua prouincia, vtrum possit excusare à culpa. 296.1.13.
Consuetudo, ex qua Religiosi tenentur ad Horas canonicas, est ad mortale...
Conuersus, v. Religiosus.
Conuersi in Religione deputata ad chorum, non tenentur ad Horas canonicas. 548.2.5.
Tenentur tamen ad aliquid loco Horarum. 548.2.6.
Quomodo aliqui affirmet de Conuersis, quod tenentur ad Horas canonicas. 549.2.12.
Translatio Conuersi ad statum Clerici non potest dari. 550.1.20.
Conuictus.
Filij illius, qui damnatur, vt conuictus de hæresi, sunt irregulares. 247.2.22.
Contentio.
Quomodo ex contentione peccetur contra charitatem proximi. 402.1.21.
Contractus.
Communicatio cum Infidelibus, quoad contractus, non est illicita. 122.2.1.
Contumacia, Contumax.
Filij illius, qui damnatur de hæresi in contumaciam, sunt irregulares. 247.1.23.
Si Hæreticus sit iam delatus, & sit contumax, non valent illius dispositiones. 270.2.11.
Dispositiones illius, qui damnatur de hæresi in contumaciam, non rescinduntur à die criminis; sed à die sententiæ. 272.2.4.
Corpus.
Castigatio proprii corporis in hac vita est maximè secundum charitatem. 365.1.20.

Correctio, Correctio, fraterna.
Qui crimina aliorum non corrigit, cum possit, & debeat, petinde est, ac si ipse illa committat. 106.1.9.
Correctio fraterna non est necessariò præmittenda, ante denunciationem Hæretici. 280.2.20.
Præceptum de correctione fraterna quando obliget. 281.2.23.
Chorum.
Horæ canonicæ in choro sunt persoluendæ alta voce. 590.2.11.
Qui interit choro, & non canit alta voce, non satisfacit obligationi chori. Ibid. 2.
Neque lucratur distributiones pro ea parte, quæ respondet cantui. Ibid. 3.
Et ex suo genere peccat mortaliter contra iustitiam. 591.1.7.
Absentia à choro potest esse venialis, si sit modica; & quoniam illa sit. 594.2.6.
Punctaturæ in choro ad quas partes Horarum sint faciendæ. 594.2.7.
Episcopi, & Prælati non tenentur interesse choro. 591.1.9.
Locus chori potest determinari à Prælate, & ex causa mutari. 596.1.13.
Cæcus, mutus, & surdus non excusantur ab assistentia chori, si fortè ad illum tenentur. 608.1.7.2.10.609.1.14.
Non omnis morbus, qui excusat à choro, excusat à recitatione priuata. Ibid. 2.18.
Vltus chori est antiquissimus & honestissimus. 624.2.1.
Mortaliter peccat, qui abest à choro ex contemptu, vel cum scandalo aliorum, aut graui damno diuini cultus. Ibid. 3.
Ad chorum non tenentur nisi Professi, & Beneficiati alicui certæ Ecclesiæ deputati. Ibid. 2.
Grauitas culpæ in absentia à choro vnde sit attendenda. 625.1.4.
Quomodo vnus possit inferuire pro alio. 591.2.8.
Quæ absentia possit censeri leuis. 625.2.6.
Absentia à choro potest ex pluribus causis excusari à culpa. 626.1.7.
Qui non est locutus adesse choro, non excusatur ratione infirmitatis, aut senectutis. 626.1.8.
Qui tenentur ad chorum, etiam tenentur in illo cantare. 627.2.11.
Qui excusantur à cantu, & choro intersunt, debent saltem attendere animo, & alioqui non lucrantur distributiones. Ibid. 13.
Officium in choro est integrè persoluendum. Ibid. 14.
Neque aliquid est illi addendum. 628.1.15.
Quoad tempus Horarum in choro seruanda est consuetudo cuiusque Ecclesiæ. Ibid. 2.19.
Creatio, Creatura.
Creatio mundi quomodo sit credenda de necessitate præcepti. 35.2.9.
Nulla est culpa, si creatura intensius diligatur, quàm Deus, etiam per actum charitatis supernaturalis, & theologica. 369.2.12.13.
Non sunt faciendæ comparationes actuales, & explicitæ, vtrum Deus magis ametur, quàm res creatæ. 70.2.16.
Omnis creatura, etiam irrationalis, in quantum est vestigium Dei, potest esse materia adorationis laetricæ. 472.1.3.4.
Creaturæ insensibiles possunt laudari, & honorari aliqua laude, & honore ipsarum proprio. 483.1.5.
Credere, v. Fides.
Credentes

Credentes Hæreticorum, v. Hæresis.
 Credentes Hæreticorum qui dicantur, & quo modo
 sint excommunicati. 10. 8. 2. 10. 190. 2. 1.
 Sunt verè Hæretici. 191. 1. 2.
 Credentes personis, non autem erroribus Hæretico-
 rum, possunt esse excommunicati, tanquam fau-
 res. ibid. 1.
 Et possunt esse suspecti de hæresi. ibid. 2. 6.
 Eorum filij sunt irregulares. 240. 2. 1.
 Credentes Hæreticorum sunt infames, si intra an-
 num non satisfaciunt. 251. 2. 9.
 Et tam ipsi, quam eorum filij non possunt admitti ad
 vllum beneficium, aut officium publicum. ibid. 10.
 Sunt incapaces beneficiorum. 254. 1. 5.
 Quomodo sint privati ipso facto beneficiis, quæ
 prius habebant. ibid. 2. 6.
Creditor, Creditum.
 Quomodo fideus debeat se gerere cum creditoribus
 illius, cuius bona consistat. 276. 1. 1. 5.
Crimen.
 Quæ crimina propriè vèrgant in detrimentum Rei-
 publicæ. 2. 8. 1. 10.
Crux, signum Crucis.
 Qui nescit se signare signo Crucis, solùm peccat
 venialiter. 32. 2. 12.
 Signum Crucis est dignum adoratione. 480. 2. 26.
 Pellit Dæmones, quasi ex opere operato. 480. 2. 27.
 Est oratio maximè efficax. 481. 1. 28.
 Est professio fidei. 481. 1. 29.
 Omnes Cruces sunt adorandæ, non autem omnes
 lanceæ, aut omnes clavi. 481. 1. 30.
 Quomodo omnes Cruces adorentur latræ. 482. 1.
 Crux vera est adoranda tanquam imago Christi in
 ea pendens. 482. 1. 1.
 Particulæ veræ Crucis solùm adorantur, vt Reli-
 quia. 482. 1. 2.
 Aliæ Cruces solum adorantur vt imagines. 482. 1. 3.
 An, & quomodo Crux vera adoretur hyperdulia.
 482. 1. 4.
 Crux, vt patibulum Christi, quomodo non sit dete-
 standæ. 483. 2. 6.
Culpa, v. Peccatum.
 Quomodo culpa futura possit esse obiectum timo-
 ris. 332. 1. 7.
Cultus.
 Cultus, qui Deo est debitus per virtutem religio-
 nis, in quo consistat. 444. 1. 11.
 Quomodo possit Deus actualiter coli per ipsam
 formalem voluntatem colendi. 447. 1. 9.
 Dulcis cultus non est ex eadem virtute, ex qua est
 cultus latræ, aut cultus ciuilibus, & politicus. 492.
 1. 8.
 Quid intelligatur per cultum publicum. 493. 2. 1.
 Cultus publicus non est exhibendus, nisi Sanctis
 canonizatis, aut beatificatis. 498. 1. 16.
 Qui cultus sint publici. ibid. 17.
 Omnes cultus publici possunt exhiberi beatificatis,
 & nondum canonizatis. ibid. 1. 19.
 Cultus priuatus potest licitè exhiberi Sanctis non-
 dum approbatis. 499. 1. 20.
Curatus, v. Parochus.
 Curatus tenetur facere professionem fidei. 74. 1. 1.
 Qui habent curam animarum, non autem titu-
 lum beneficij curati, non tenentur facere profes-
 sionem fidei. 76. 1. 5.
 Iuramentum obedientiæ est præstandum à Curatis
 per corporalem contactum Euangeliorum. ibid. 6.
 Professio fidei à Curatis potest fieri coram Vicario,
 etiam si Episcopus non sit impeditus. 78. 1. 11.
 Vacante Sede, est faciendæ coram Vicario capitu-
 lari. ibid. 12.

Si post adpetum beneficii curatum, & profesio-
 nem fidei ex illo non emissam, omittatur postea
 ex alio titulo, non est amplius iteranda. ibid. 15.
 Qui ab vno beneficio curato transfertur ad aliud,
 vtrum debeat denud facere professionem fidei.
 ibid. 16.
 Si Curatus non faciat professionem fidei intra duos
 menses, non facit fructus suos, & tenetur illos
 restituere, etiam non expectata alia sententia. 79.
 2. 6. 7.
 Non tamen tenetur restituere fructus primorum
 duorum mensium. 80. 2. 8.
 Et si professionem omittat ex ignorantia, excusatur,
 sicut & si per ipsum non stet, quominus illam fa-
 ciat, vel quominus capiat possessionem beneficij
 curati. ibid. 9. 10.
 Qui gerunt curam animarum ex charitate, vel ex
 obedientia, tenentur illis succurrere in necessita-
 tibus spiritualibus, etiam cum periculo vitæ. 413.
 1. 19.
 Qui gerunt curam animarum ex officio, tenentur
 etiam inquirere necessitates subditorum. ibid. 20.
Custodia.
 Custodiæ noctis quamam fuerint. 542. 1. 7.

D

Dæmon, Diabolus, v. Maleficium.
 Mago Crucifixi, in qua apparet, & loquitur Dia-
 bolus, quomodo possit adorari latræ...
 Per signum Crucis pelluntur Dæmones quasi ex
 opere operato.
 Vtrum Dæmones possint orare.
 Qui petit à Dæmone notitiam futurorum, aut oc-
 cultorum, quomodo peccet.
 Quomodo aliquando sit licitum petere aliquid à
 Dæmone in obsessis corporibus existente.
 Societas cum Dæmone est quædam inchoatio æter-
 næ damnationis.
 A Dæmone possunt immitti somnia.
 Quibus iudiciis possit cognosci, quod somnia sint à
 Dæmone.
 Ex somniis immisis à Dæmone nihil potest licitè
 diuinari.
 Pactum cum Dæmone firmatum à malefico per scri-
 pturam, quomodo sit retractandum.
 Qui habent pactum cum Diabolo, eumque colunt,
 quomodo sint irregulares. 242. 1. 7.
 Quibus modis Dæmoni tribuatur cultus latræ.
 298. 1. 6.
 Quare Dæmones aliquando suadeant bona. 299.
 1. 8.
 Velle diuinare arte Dæmonis futura contingentia,
 est illi tribuere cultum latræ. ibid. 9.
 Inuocare Dæmonem, & preces ad illum fundere, est
 dare illi cultum latræ. ibid. 2. 10.
 Quibus modis Dæmoni tribuatur cultus dulciæ, aut
 hyperdulciæ. 300. 1. 11.
 Dæmoni neque etiam is cultus est tribuendus, qui
 tribuitur Regibus, & Principibus. ibid. 12.
 Dæmon non est vlllo modo diligendus ex charitate.
 362. 1. 6.
 Odium Dæmonis erga homines non differt ab odio
 erga Deum. 400. 1. 10.
Dammum, Damnable, Damnatu, Damnatio.
 Dammum, quod proximo infertur per maleficium,
 omnind est restituendum. 687. 1. 17.
 Propositio damnabilis est quasi genus, & habet sub
 se plures modos, & quasi species. 136. 2. 1.
 Damnatu Authore, quomodo etiam libri, & scripta
 illius sint damnata. 101. 2. 1.

Filij

Filij eorum, qui damnantur, vt conuicti de hæresi,
 vel in cõmuniã, sunt irregulares. 247. 2. 2. 2. 3.
 Timor de damnatione æterna quomodo stet cum
 certitudine spei. 222. 2. 18.
 Huiusmodi timor de lege ordinaria non potest tota-
 liter separari à spe. 323. 1. 19.
 Potest tamen multum minui. ibid. 2. 20.
 Reuelatio facta alicui, quod damnabitur, tollit in il-
 lo spem; non autem tollit reuelatio, quod saluabi-
 tur. ibid. 21. 324. 1. 22.
 Quomodo in damnatis non sit spes. 342. 2. 3.
 Reuelatio facta alicui de sua damnatione secundum
 aliquos nõ est possibilis de lege ordinaria. 338. 2. 9.
 Dammati non sunt diligendi ex charitate. 362. 1. 7.
 Quomodo reprobis, & certè damnandi possint amari
 ex charitate. 363. 2. 1. 5.
 Dammum spirituale illatum alicui per delictum, est
 reparandum, in quantum potest, etiam cum peri-
 culo vitæ. 413. 1. 1.
Debitum, Obligatio.
 Delictum virtutis minoris continetur in debito vir-
 tutis maioris. 375. 2. 7.
Decalogus.
 Ex præceptis Decalogi quænam sint primæ tabulæ,
 & quæ secundæ. 311. 10.
 Præcepta Decalogi continent directionem maximè
 sufficientem. ibid. 11.
 Ad illa reducuntur alia omnia. 322. 1. 2.
 Præcepta Decalogi ab omnibus sunt scienda sub
 mortali. 46. 1. 8.
 Sufficit tamen, si sciantur secundum substantiam.
 ibid. 10.
Deceptio.
 Deceptio, vt quis ex habitu infidelium reputetur infi-
 delis, nõ est illicita, neque cõtinet mēdaciũ. 69. 1. 3.
Decretum.
 Decreta Urbani VIII. circa cultum eorum Sancto-
 rum, qui nondum sunt approbati ab Ecclesia. 502. 1.
 Declaratio eiusdem Urbani circa decretum non scri-
 bendi, aut imprimendi miracula, & reuelationes
 de Sanctis non approbatis. 505. 2. 20.
Defensio, Defensor.
 Defensores Hæreticorum in causa hæresis sunt ex-
 communicati. 185. 2. 1.
 Defensores eorum, qui sunt suspecti de hæresi, non
 sunt excommunicati. 187. 2. 4.
 Defensores Hæreticorum non sunt excommunicati,
 si defensio non habuit effectum. 188. 2. 8.
 Defensores Hæreticorum quo differant à fautoribus.
 193. 2. 19.
 Non sunt excommunicati qui defendunt Hæreticos
 contra personas priuatas, non autè contra Inquisi-
 tores, aut contra personas publicas. 194. 1. 2. 2. 3.
 Defensores Hæreticorum sunt infames, si intra an-
 num non satisfaciunt Ecclesiæ. 251. 2. 9.
 Et tam ipsi, quam eorum filij, non possunt admitti ad
 beneficia, vel ad officia publica. ibid. 10.
 Quomodo sint incapaces beneficiorum, & ipso fa-
 cto sint illis priuati, quæ prius habebant. 254.
 1. 5. 2. 6.
Defunctus, v. Mors.
 Bona delinquentis defuncti communiter non con-
 fiscantur, nisi fuerit accusatus, dũ viueret. 260. 1. 8.
 Officium defunctorum pro die 2. Nou. pertinet ad
 integritatem diuini Officij. 589. 1. 2. 7.
Delectatio.
 Abdicatio terrenarum delectationum multum iu-
 uat efficaciam orationis ad impetrandũ. 530. 2. 16.
Deliberatio.
 Deliberatio potest esse etiam ex consilio, & directio-
 ne alterius. 378. 2. 6.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Prima deliberatio in eo, qui venit ad vsum rationis,
 non potest esse libera, sed necessariò est à princi-
 pio extrinseco, id est, à Deo, vel à fortuna. ibid. 7.
 Prima deliberatio, secundum Thomistas, in eo, qui
 venit ad vsum rationis, est de se ipso ordinando
 ad bonum. 178. 2. 7.
 Facultas deliberandi, secundum Thomistas, non po-
 test prius haberi, prout sufficit ad peccandum ve-
 nialiter, & postea paulatim perfici, prout requiri-
 tur ad peccandum mortaliter. 379. 2. 10.
 Prima deliberatio quomodo sit à Deo, vel à fortuna.
 380. 2. 15.
 Prima deliberatio in vnoquoque non est de Deo su-
 per omnia diligendo, vel de vltimo fine, aut de se-
 quendo bono rationis. 381. 1. 16. 17.
 Quomodo sit verum, quod facultas deliberandi suf-
 ficiens ad veniale, sit etiam sufficiens ad mortale.
 383. 2. 25.
Delictum, v. Occultum, Absolutio, Dispensatio.
 Quomodo delicta, à quibus Episcopi possunt absol-
 uere ex facultate Concilij, debeant esse occulta.
 223. 1. 6.
 Quomodo delictum dicatur deductum ad forum
 contentiosum. 225. 1. 10.
 Ex aliis delictis, præter hæresim, & crimen læsæ ma-
 iestatis, non confiscantur bona defuncti, nisi fuerit
 accusatus, dum viueret. 260. 1. 8.
 Quot modis procedat Iudex contra delicta. 277. 1. 4.
 Quæ crimina propriè vèrgant in detrimentum Rei-
 publicæ. 278. 1. 10.
 Qui per delictum est alteri causa damni spiritualis,
 tenetur illud reparare, etiam cum periculo vitæ.
 413. 1. 21.
Denunciatio.
 Denunciatio pro excommunicatis vitandis non sup-
 pletur per euidentiã facti. 178. 1. 7.
 Vtrum denunciatio solius criminis sufficiat ad vi-
 tandum excommunicatum, an verò requiratur
 specialiter denunciatio excommunicationis. ib. 8.
 Si quis denunciatur incurrisse in censuras, & penas
 Hæreticorum, vtrum sit vitandus. 179. 2. 9.
 Si Lutherani, aut Calvinistæ denuncientur excom-
 municati, non propterea est vitandus hic, aut ille
 Lutheranus, aut Calvinista. 180. 1. 10.
 Denunciatio euangelica, iudicialis, canonica, & re-
 gularis quæ sit. 276. 2. 1.
 Denunciatio quo differat ab accusatione. ibid. 1.
 Denunciatio iudicialis in crimine hæresis est licita,
 & honesta. 277. 1. 5.
 Et est in præcepto. ibid. 2. 7.
 Et maximè diuino, & naturali. 278. 2. 11.
 Et ex iure ecclesiastico. ibid. 12.
 Sunt denunciandi, etiam diffamati, & suspecti de
 hæresi. 279. 1. 13.
 Ex omissione denunciandi potest quis haberi, vt
 fautor Hæreticorum. ibid. 14.
 Et vt suspectus de hæresi. ibid. 2. 15.
 Hæreticus etiam occultus, & vni tantum cognitus,
 est denunciandus. ibid. 16.
 Qui profert hæresim, & in illa non est pertinax, non
 est necessariò denunciandus. 280. 2. 9.
 Hæreticus etiam emendatus est denunciandus. ib. 2. 2.
 Obligatio denunciandi est implenda, non obstante
 quocunque secreto, etiam iurato, aut confirmato
 per votum. 282. 2. 24. 25.
 Hæreticus, aut quicumque alius criminofus non te-
 netur denunciare seipsum. 284. 2. 3.
 Vtrum Hæreticus teneatur denunciare occultos
 complices suæ hæresis. 286. 1. 6. 287. 1. 12.
 Hæretici, etiam non denunciati, non sunt receptan-
 di. 188. 1. 6.

OOO

Potest

Index Rerum

Potest tamen denunciatio Hæretici esse necessaria ad hoc, ut receptatores non se excusent. 188. 1. 7.
Que superstitiones sint denunciandæ Inquisitoribus. 297. 1. 2.
Solicitati ad turpia in Confessione sacramentali, tenentur denunciare sollicitantes, & Confessarij tenentur illos manere de tali obligatione. 286. 2. 1. 1. V. *Solicitatio*.
Hæreticus est denunciandus, etiam coniunctissimus ipsi denuncianti. 288. 1. 1. 5.
Et eidem amicissimus, & de illo optimè meritus. 290. 1. 27.
Etiam Episcopi, & Prælati, & ipse Papa esset denunciandus, si esset Hæreticus. 291. 2. 29. 30.
Magi, & malefici hæreticales sunt denunciandi Inquisitoribus. 296. 2. 1.
Si de aliquo sit dubium, quod sapiat hæresim, vtrum sit denunciandus. 300. 1. 1. 5.
Obligatio denunciandi iudicialiter, quomodo dicitur solum esse de iis delictis, quæ possunt probari. 305. 1. 2. 1.
Desiderium.
Desiderium beatitudinis quo differat ab amore, spe, & intentione illius. 316. 2. 27.
Desperatio.
Desperatio est minus graue peccatum, quam infidelitas. 91. 1. 10.
Et magis graue, quam præsumptio. 343. 2. 8.
Quomodo desperatio sit in brutis. 343. 2. 17.
Quomodo contrarietur spei. 344. 1. 19.
Per se loquendo, solum est circa bonum, non autem circa malum. *ibid.* 22.
Experientia aliquando est causa desperationis, & aliquando est causa spei. 345. 1. 24.
Desperatio negatiua, aut priuatiua, & desperatio positiua quænam sint. 346. 1. 1.
Pertinet ad appetitum, & ad voluntatem, non autem ad intellectum. *ibid.* 2. 2.
Desperatio positiua contraria spei, est semper mala, & peccatum mortale. *ibid.* 3.
Neque potest in illa dari paruitas materiæ. 347. 1. 4.
Quomodo in desperatione reperitur auertio à Deo, & conuersio ad creaturas. *ibid.* 5.
Non est necessariò coniuncta cum infidelitate. *ibid.* 2. 6.
Causæ desperationis rectè assignantur, luxuria, & acedia. 348. 1. 7.
Verum reuelatio facta alicui de sua damnatione, faciat illi impossibilem actum spei, & actum desperationis excuset à culpa. *ibid.* 8.
Deuotior.
Ad fame restitutionem tenetur aliquando occultus deceptor manifestare, & prodere se. 286. 1. 5.
Deus, v. Latvia.
Quomodo existentia Dei possit credi per fidem diuinam. 35. 1. 8.
Dei omnipotentia, & rerum creatio quomodo sit credenda ex præcepto. *ibid.* 2. 9.
Quomodo de Deo vsurpentur vocabula, quæ significant passionem. 350. 2. 5.
Quomodo Deus honestè ametur amore concupiscentiæ. 358. 2. 9.
Deus, qui est beatitudo obiectiua, concupiscitur primariò, & principaliter per virtutem spei. 320. 2. 1. 3.
Deus potest dici obiectum totale spei. 321. 2. 1. 4.
Charitas est amicitia cum Deo. 347. 1. 5.
Quomodo ab Aristotele fuerit cognita amicitia cum Deo. 349. 1. 10.
Quomodo Deus nos amet propter seipsum. *ibid.* 11.
Etiam charitas naturalis erga Deum potest appellari amicitia. 350. 1. 14.

Naturaliter cognoscitur, quod Deus sit primum principium, & vltimus finis rerum omnium. *ibid.* 2. 16.
Nulla est culpa, si Deus minus intensè diligatur, quam creatura. 369. 2. 1. 2.
Quomodo Deus licite ametur propter beatitudinem, vel propter aliquid creatum. 370. 1. 14.
Quomodo in Scripturis dicatur Deus esse amandus super omnia, & per comparisonem ad alios amores. 370. 2. 24.
Quomodo ex charitate vnusquisque plus amet Deum, quam se. 373. 2. 8.
Modus amandi Deum super omnia, & omnia referendi ad Deum, non est intrinsecus, nisi præcepto charitatis. 374. 1. 3.
Dilectio Dei super omnia debet esse supernaturalis. *ibid.* 2. 4.
Quomodo sit præceptum de omnibus faciendis in Dei gloriam. 386. 2. 8.
Quomodo Deus possit odio haberi. 392. 2. 2. 1.
Maior Dei gloria non per quæcunque media est querenda. 405. 1. 12.
Licet bonum gratiæ, & gloriæ magis aptare Communitati, quam sibi, in quantum id cedit in maiorem gloriam Dei. 406. 2. 17.
Licet velle carere beatitudine, etiam perpetuò, quatenus id cedit in maiorem gloriam Dei. 407. 2. 21.
Amor Dei mercenarius est intrinsecè malus, sicut & timor seruilis cum seruitute. 370. 2. 15.
Sub qua ratione Deus colatur per virtutem religionis. 444. 1. 5.
Multa sunt, quæ impellunt ad Deum colendum. 450. 2. 2.
Essentia diuina essentialiter includit attributa, & essentialiter in illis includitur. 452. 1. 5.
Quomodo possint fieri imagines Dei. 465. 1. 3.
Imagines Dei, & Sanctorum rectè collocantur in templis. 467. 1. 8.
Sanctissima Nomina Iesu, & Dei, quomodo possint adorari latræ. 475. 2. 5.
Quomodo Beatissima Virgo aliquando appelletur Diua, aut Dea. 487. 1. 10.
A Deo possunt immitti somnia. 659. 1. 20.
Quibus iudiciis possit cognosci, quod somnia sint à Deo. 660. 2. 4.
Diabolus, v. Daemon.
Diaconus.
Diaconus non potest prædicare sine licentia. 87. 2. 1. 5.
Diffamatus.
Diffamatus de hæresi non amittit beneficia ipso iure. 257. 2. 19.
Dignitas.
Qui habent Dignitates, Personatus, & Officia in Ecclesiis cathedralibus, tenentur facere professionem fidei. 79. 1. 1.
Quid propriè sit dignitas, & officium publicum, à quibus Hæretici, & infames arceri debent. 252. 2. 1.
Infamis non est incapax earum dignitatum, quæ sunt accessoriæ ad aliquid aliud, cuius ipse est capax. 253. 1. 2.
Dilectio, v. Caritas, Proximus, Inimicus.
Dilectio maior appetitiuè, & maior intensiue non est eadem. 367. 2. 7.
Dilectio Dei super omnia debet esse supernaturalis. 374. 2. 4.
Præceptum dilectionis Dei super omnia vtrum obliget ad aliquem actum externum. 375. 1. 5.
Vtrum obliget in primo inflati vltus rationis. 377. 2. Obligat,

præcipuarum.

Obligat, quando primùm habetur illius notitia. 383. 1. 2. 3.
Quibus aliis temporibus, & in quibus casibus obliget. 387. 2.
Dilectio Dei est sæpius repetenda. 392. 1. 19.
Quomodo contra præceptum dilectionis Dei peccetur omitendo. 393. 1. 2. 3.
Discordia.
Discordia ex proprio genere est peccatum mortale. 401. 2. 19.
Quomodo ex discordia peccetur contra charitatem proximi. *ibid.* 18.
Discurfus, Discursus.
Actus fidei non est discursus. 13. 1. 11.
Dispensatio.
Qui sint subditi Episcoporum, ut possint ab illis dispensari iuxta facultatem Concilij. 217. 2. 1.
Facultas dispensandi, quam habent Episcopi ex Concilio, est etiã quoad forum externum. 221. 2. 1. 3.
Dispensatio ex facultate Concilij potest fieri ab Episcopis, etiam extra diocesim. 222. 2. 1.
Si crimen in vno loco sit deductum ad forum contentiosum, non potest in vilo alio loco dispensari ab Episcopo ex facultate Concilij. 226. 1. 14.
Vtrum crimen iam punitum à Iudice possit dispensari ab Episcopo, ex facultate Concilij. *ibid.* 15.
Facultas dispensandi concessa in aliquo Canone indefinitè, & impersonaliter, intelligitur concessa Episcopo. 229. 1. 11.
Solutus Papa potest dispensare in Horis canonicis. 612. 1. 26.
Dispositio.
Dispositiones Hæretici factæ ante sententiam quomodo sint validæ, & licitæ. 270. 1. 8. 9.
Factæ post sententiam non sunt validæ, nisi fortè sententia sit suspensa per appellationem. 272. 1. 20.
Factæ ante hæresim exterius proditam, non rescinduntur, secuta sententia. *ibid.* 2. 1.
Factæ verò post hæresim exterius proditam, omninò rescinduntur secuta sententia. *ibid.* 2.
Factæ à reo, cui est interdicta bonorum administratio, rescinduntur secuta sententia. *ibid.* 1.
In rescindendis dispositionibus eorum, quorum bona sunt confiscata ipso iure, non habetur ratio bonæ fidei, in qua fortè est tertius possessor. 273. 1. 5.
Nisi talis bona fides fundetur in lege, aut facto Principis. *ibid.* 6.
Quomodo sit in potestate fisci rescindere, aut non rescindere dispositiones Hæretici. 275. 1. 10.
In iis rescindendis vtrum aliquid sit dandum tertio possessori. 274. 1. 9.
Disputatio.
Disputatio formalis, & materialis quænam sit. 85. 1. 1.
Disputatio de rebus fidei quomodo, & quibus sit licita. *ibid.* 2. 3. & seq.
Si fiat ex dubitate illius, qui disputat, vel sine spe fructus, vel modo indebito, vel coram simplicioribus, & rudioribus, est mala. 88. 1. 16. 17. 18. 19.
Qui disputando profert exterius suam hæresim, quæ verè habet in mente, vtrum incurrat excommunicationem Hæreticorum. 174. 2. 11.
Distributio.
Distributiones quotidianæ non amittuntur ob non factam professionem fidei. 82. 2. 21.
Qui interest choro, & non canit alta voce, non lucratur distributiones pro ea parte, quæ respondet cantui. 590. 2. 2. 3.
Potest tamen accipere illarum medietatem pro ipsa præsentia, quam habet ad chorum. 591. 1. 5.
Etiã ex fundatione, statuto, aut consuetudine suæ Ecclesiæ non tenentur ad cantum, potest etiam accipere magna. *ibid.* 6.
Qui tenetur ad chorum, non excusatur à culpa mortali, si choro non interit, ex eo quod amittat distributiones. 594. 1. 2. 4.
Qui interest choro, & mente non attendit, secundum aliquos non lucratur distributiones. 604. 2. 17.
Qui ex beneficio non percipit alios fructus, nisi quotidianas distributiones; adhuc tenetur ad Horas canonicas. 556. 1. 5.
Etiam distributiones veniunt nomine fructuum, quando sunt restituenti ab eo, qui omittit Horas canonicas. 619. 1. 20.
Grauitas culpæ in absentia à choro non est attendenda ex auersione distributionum. 625. 1. 4.
Distributiones maximè regulantur secundum ordinationes cuiusque Ecclesiæ. 626. 2. 9.
Qui non cantant in choro, cum possint, & debeant, non lucrantur distributiones. 627. 2. 12.
Qui excusantur à cantu, non lucrantur distributiones, si saltem animo non attendant ad ea, quæ alij cantant. *ibid.* 13.
Qui cantant, & animo non attendunt, probabile est, quod non lucrantur distributiones. 628. 2. 17. 18.
Diuinitas, v. Superstitio.
Non videtur diuertisse, qui breui rediit. 257. 1. 16.
Qui arte Demoniis volunt diuinare futura contingentia, exhibent illi cultum latræ. 299. 1. 9.
Diuinitio futurorum ex altris quomodo possit esse licita. 639. 1. 647. 1.
Diuinitio per sortes quomodo sit licita. 653. 1.
Quomodo ex somniis possit contingere diuinitio futurorum. 659. 2.
Quid sit obseruandum pro certiore diuinatione ex somniis. 662. 2. 1. 4.
Quæ diuinitio possit esse licita ex colore, proportionem, & figura partium humani corporis. 664. 1.
Ex lineis manuum, ex vnguibus, ex fronte, ex pedibus, ex næuis quid possit licitè diuinari. 666. 2.
Quid ex cantibus, vocibus, & motibus animalium. 669. 2.
Quid ex elementis. 671. 2.
Quæ sint aliæ artes diuinandi. 672. 1. 5.
Facultas diuinandi omnia futura non potest esse naturalis. 674. 1. 1.
Facultas diuinandi ea futura, quæ habent determinationem in causis naturalibus, potest esse naturalis. *ibid.* 1.
Diuinitio naturalis maximè est ex melancholia. 475. 1. 5.
Dormientes, fatui, furiosi, & morti proximi, quare facilius diuinent. 674. 2. 4.
Facultas diuinandi coniecturaliter futura contingentia, etiam libera, potest esse naturalis. 675. 2. 8.
Diuinitio communiter accipitur in malam partem. 633. 2. 1.
Et semper est peccatum ex modo ipso indebitè cognoscendi futura. 634. 1. 2.
Aliquando solum contingit per inuocationem, & pactum tacitum cum Damone. *ibid.* 3.
Pactum tacitum cum Damone est eo ipso, quod assumuntur media vana, & inutilia ad cognoscenda occulta. *ibid.* 2. 4.
Neque excusat protestatio in contrarium, cum sit contraria factò. *ibid.* 5.
Qui modi diuinandi contingant ex inuocatione Damonis expressa. 635. 1. 6.
Et qui contingant ex inuocatione tacita. 635. 2. 9.
Qui petit à Damone notitiam futurorum, aut occultorum, quomodo committat superstitionem. 636. 1. 11.

Obligat, quando primùm habetur illius notitia. 383. 1. 2. 3.
Quibus aliis temporibus, & in quibus casibus obliget. 387. 2.
Dilectio Dei est sæpius repetenda. 392. 1. 19.
Quomodo contra præceptum dilectionis Dei peccetur omitendo. 393. 1. 2. 3.
Discordia.
Discordia ex proprio genere est peccatum mortale. 401. 2. 19.
Quomodo ex discordia peccetur contra charitatem proximi. *ibid.* 18.
Discurfus, Discursus.
Actus fidei non est discursus. 13. 1. 11.
Dispensatio.
Qui sint subditi Episcoporum, ut possint ab illis dispensari iuxta facultatem Concilij. 217. 2. 1.
Facultas dispensandi, quam habent Episcopi ex Concilio, est etiã quoad forum externum. 221. 2. 1. 3.
Dispensatio ex facultate Concilij potest fieri ab Episcopis, etiam extra diocesim. 222. 2. 1.
Si crimen in vno loco sit deductum ad forum contentiosum, non potest in vilo alio loco dispensari ab Episcopo ex facultate Concilij. 226. 1. 14.
Vtrum crimen iam punitum à Iudice possit dispensari ab Episcopo, ex facultate Concilij. *ibid.* 15.
Facultas dispensandi concessa in aliquo Canone indefinitè, & impersonaliter, intelligitur concessa Episcopo. 229. 1. 11.
Solutus Papa potest dispensare in Horis canonicis. 612. 1. 26.
Dispositio.
Dispositiones Hæretici factæ ante sententiam quomodo sint validæ, & licitæ. 270. 1. 8. 9.
Factæ post sententiam non sunt validæ, nisi fortè sententia sit suspensa per appellationem. 272. 1. 20.
Factæ ante hæresim exterius proditam, non rescinduntur, secuta sententia. *ibid.* 2. 1.
Factæ verò post hæresim exterius proditam, omninò rescinduntur secuta sententia. *ibid.* 2.
Factæ à reo, cui est interdicta bonorum administratio, rescinduntur secuta sententia. *ibid.* 1.
In rescindendis dispositionibus eorum, quorum bona sunt confiscata ipso iure, non habetur ratio bonæ fidei, in qua fortè est tertius possessor. 273. 1. 5.
Nisi talis bona fides fundetur in lege, aut facto Principis. *ibid.* 6.
Quomodo sit in potestate fisci rescindere, aut non rescindere dispositiones Hæretici. 275. 1. 10.
In iis rescindendis vtrum aliquid sit dandum tertio possessori. 274. 1. 9.
Disputatio.
Disputatio formalis, & materialis quænam sit. 85. 1. 1.
Disputatio de rebus fidei quomodo, & quibus sit licita. *ibid.* 2. 3. & seq.
Si fiat ex dubitate illius, qui disputat, vel sine spe fructus, vel modo indebito, vel coram simplicioribus, & rudioribus, est mala. 88. 1. 16. 17. 18. 19.
Qui disputando profert exterius suam hæresim, quæ verè habet in mente, vtrum incurrat excommunicationem Hæreticorum. 174. 2. 11.
Distributio.
Distributiones quotidianæ non amittuntur ob non factam professionem fidei. 82. 2. 21.
Qui interest choro, & non canit alta voce, non lucratur distributiones pro ea parte, quæ respondet cantui. 590. 2. 2. 3.
Potest tamen accipere illarum medietatem pro ipsa præsentia, quam habet ad chorum. 591. 1. 5.
Etiã ex fundatione, statuto, aut consuetudine suæ Ecclesiæ non tenentur ad cantum, potest etiam accipere magna. *ibid.* 6.
Qui tenetur ad chorum, non excusatur à culpa mortali, si choro non interit, ex eo quod amittat distributiones. 594. 1. 2. 4.
Qui interest choro, & mente non attendit, secundum aliquos non lucratur distributiones. 604. 2. 17.
Qui ex beneficio non percipit alios fructus, nisi quotidianas distributiones; adhuc tenetur ad Horas canonicas. 556. 1. 5.
Etiam distributiones veniunt nomine fructuum, quando sunt restituenti ab eo, qui omittit Horas canonicas. 619. 1. 20.
Grauitas culpæ in absentia à choro non est attendenda ex auersione distributionum. 625. 1. 4.
Distributiones maximè regulantur secundum ordinationes cuiusque Ecclesiæ. 626. 2. 9.
Qui non cantant in choro, cum possint, & debeant, non lucrantur distributiones. 627. 2. 12.
Qui excusantur à cantu, non lucrantur distributiones, si saltem animo non attendant ad ea, quæ alij cantant. *ibid.* 13.
Qui cantant, & animo non attendunt, probabile est, quod non lucrantur distributiones. 628. 2. 17. 18.
Diuinitas, v. Superstitio.
Non videtur diuertisse, qui breui rediit. 257. 1. 16.
Qui arte Demoniis volunt diuinare futura contingentia, exhibent illi cultum latræ. 299. 1. 9.
Diuinitio futurorum ex altris quomodo possit esse licita. 639. 1. 647. 1.
Diuinitio per sortes quomodo sit licita. 653. 1.
Quomodo ex somniis possit contingere diuinitio futurorum. 659. 2.
Quid sit obseruandum pro certiore diuinatione ex somniis. 662. 2. 1. 4.
Quæ diuinitio possit esse licita ex colore, proportionem, & figura partium humani corporis. 664. 1.
Ex lineis manuum, ex vnguibus, ex fronte, ex pedibus, ex næuis quid possit licitè diuinari. 666. 2.
Quid ex cantibus, vocibus, & motibus animalium. 669. 2.
Quid ex elementis. 671. 2.
Quæ sint aliæ artes diuinandi. 672. 1. 5.
Facultas diuinandi omnia futura non potest esse naturalis. 674. 1. 1.
Facultas diuinandi ea futura, quæ habent determinationem in causis naturalibus, potest esse naturalis. *ibid.* 1.
Diuinitio naturalis maximè est ex melancholia. 475. 1. 5.
Dormientes, fatui, furiosi, & morti proximi, quare facilius diuinent. 674. 2. 4.
Facultas diuinandi coniecturaliter futura contingentia, etiam libera, potest esse naturalis. 675. 2. 8.
Diuinitio communiter accipitur in malam partem. 633. 2. 1.
Et semper est peccatum ex modo ipso indebitè cognoscendi futura. 634. 1. 2.
Aliquando solum contingit per inuocationem, & pactum tacitum cum Damone. *ibid.* 3.
Pactum tacitum cum Damone est eo ipso, quod assumuntur media vana, & inutilia ad cognoscenda occulta. *ibid.* 2. 4.
Neque excusat protestatio in contrarium, cum sit contraria factò. *ibid.* 5.
Qui modi diuinandi contingant ex inuocatione Damonis expressa. 635. 1. 6.
Et qui contingant ex inuocatione tacita. 635. 2. 9.
Qui petit à Damone notitiam futurorum, aut occultorum, quomodo committat superstitionem. 636. 1. 11.

Index Rerum

Diuinitio, in qua non apparet pactum cum Dæmone, quomodo possit cognosci, quod sit superstitio-
sa. 637.1.16.
Omnis diuinitio est eiusdem speciei in genere mor-
tis. *ibid.* 2.18.
Si tamen sit cum expressa inuocatione Dæmonis, est
specialiter exprimenda in Confessione. *ibid.* 19.
Et semper est peccatum mortale neque potest in illa
dari paruitas materiæ. *ibid.* 21.
Potest tamen esse peccatum veniale, si sit sine ex-
pressa inuocatione Dæmonis. 638.1.22.
Quæ pœnæ sint in iure statutæ contra diuinantes.
ibid. 24.
Doctor, Doctrina, v. Scientia.
Qui fingit se Doctorem, cum non sit, punitur pœna
falsi 41.2.12.
Si Episcopus sit verè doctus, sed falsè Doctor, tene-
tur renunciare episcopatum. *ibid.* 1.11.
Doctores Vniuersitatum debent facere professionem
fidei. 74.2.3.6.
Scholares doctorandi, vel promouendi ad gradus,
debent facere professionem fidei. 75.1.9.
Excommunicatio, & censuræ contra Superiores Vni-
uersitatum, & contra promouentes ad gradus, non
facta professione fidei. 84.1.5.
Hæretici non possunt doctorari in Vniuersitatibus
Catholicorum. *ibid.* 2.8.
Excommunicati non Hæretici possunt validè do-
ctorari. *ibid.* 7.
Dolor, v. Morbus.
Qui laborat graui dolore corporali, excusatur ab
Horis canonicis. 609.1.15.
Si dolor solum impediatur partem Horarum, quomodo
sit obligatio ad aliam partem. 610.1.20.
Dominium.
An, & quomodo Hæreticus ipso facto, & ante sen-
tentiam amittat dominium suorum bonorum. 266.2.1.
Donatio.
Res donatæ sub conditione in futurum pendente,
vel inter coniuges, vel causa mortis, cadunt sub
confiscationem bonorum ipsius donantis. 263.1.20.
Dormire, v. Somnus.
Dubietas, Dubius.
Dubietas in rebus fidei quomodo reducatur ad erro-
rem intellectus. 128.2.8.
Dubietas de obiecto fidei tollit fidem. 129.1.9.
Qui exteriùs dicit, se dubitare de aliquo articulo fi-
dei, vtrum incurrat in excommunicationem Hæ-
reticorum. 177.1.8.
Dulia.
Adoratio duliæ quænam sit. 448.2.14.
Differt specie ab adoratione latræ. 449.1.16.
Et ab adoratione hyperduliæ. *ibid.* 2.18.
Cultus duliæ si exhibeatur Christi Humanitati pro-
pter excellentias creatas, secundum aliquos est cul-
tus superfluus, scandalosus, & illicitus. 461.1.7.
Vtrum duliæ diuersificentur in Sanctis pro diuersi-
tate munerum, quæ habuerunt propria, & pecu-
liaria. 488.2.17.
Propria adoratio Sanctorum est dulia. 491.2.5.
Cultus duliæ non est ex eadem virtute, ex qua est
cultus latræ. 492.1.8.
Neque ex eadem, ex qua est cultus ciuilibus, & politi-
cus. *ibid.* 9.

E

Ebrietas, Ebrius.

Qui tempore ebrietatis profert internam hæ-
resim, vtrum incurrat excommunicatio-

nem Hæreticorum. 174.2.23.
Quare ebrij communiter sint bonæ spei. 315.2.
26.
Ebrietas voluntaria non excusat ab Horis canoni-
cis. 607.2.4.
Ecclesia, v. Templum.
Non potest sufficere ad salutem credere generaliter
id, quod credit Ecclesia. 8.2.21.
Sancta Ecclesia catholica quomodo sit credenda de
necessitate præcepti. 37.2.20.
Præcepta Ecclesiæ sciri debent ab omnibus sub
mortali. 46.11.8.
Accessus ad Ecclesias Hæreticorum ex se non est illi-
citus. 73.2.7.
Potest tamen ex accidente esse illicitus, si contineat
significationem falsæ sectæ. *ibid.* 8.
Quomodo Ecclesia ex Sancto Thoma per senten-
tiam, vel per ordinationem possit priuare infide-
les non subditos prælatione, & dominio super fi-
deles. 110.1.9.
Ecclesia non iudicat de occultis. 167.2.7.
Quare possit punire Hæreticos, aut delinquentes
occultos per accidens; non autem occultos per se.
169.2.15.
Per sepulturam Hæretici excommunicati non vi-
tandi non execratur, aut profanatur Ecclesia. 181.
2.4.
Veritas Ecclesiæ demonstratur perennitate miracu-
lorum. 504.2.15.
Effusio seminis in Ecclesia quomodo sit sacrilegium.
691.2.17.
Comedere, & dormire in Ecclesia, quando sit lici-
tum. *ibid.* 18.
Dormire supra Ecclesiam non est illicitum. *ibid.*
19.
Facere aliquid artificium intra Ecclesiam, ex aliqua
necessitate, non est illicitum. *ibid.* 20.
Qui confugiunt ad Ecclesiam, solum sunt retinendi
ad breue tempus. 695.1.26.
Edictum.
Edicta Inquisitorum de Hæreticis denunciandis du-
rant perpetuè ad modum legis. 280.2.21.
Edicta Pontificum de Reliquiis non extrahendis à
Catacumbis, & Cœmeteriis, quæ sunt in Vibe,
aut eius districtu. 517.2.29.
Eductio.
Eductio multum iuuat ad vsum rationis citò, & be-
nè habendum. 378.2.5.
Electio.
Religiosi professi, si sint eiectione per sententiam à Mo-
nasteriis, quomodo excusentur ab Horis cano-
nicis. 550.2.23.
Electio.
Quomodo ex duobus malis semper minus sit eli-
gendum. 404.2.9.
In electionibus ecclesiasticis sortes diuisionis non
sunt licitæ. 654.1.7.
Electio Summi Pontificis quomodo per sortes pos-
sit esse licita. *ibid.* 8.
Electio ad capellaniam amouibilem potest esse per
sortes. *ibid.* 9.
Electioes merè ciuiles possunt fieri per sortes. *ibid.*
2.10.
Electio ecclesiastica facta per sortes, est irrita. *ibid.*
12.
Eleemosyna.
Qui omittit Horas canonicas, quomodo possit ero-
gare fructus beneficij in eleemosynas pauperum.
618.2.16.
Elementum.
Quid possit licitè diuinari ex elementis. 671.2.
Elisem.

præcipuarum.

Elisem.
Quomodo Elisem permiserit, vt Naaman adoraret
in templo idoli. 67.2.24.
Episcopus.
Qualem notitiam de rebus fidei teneatur habere
Episcopus. 39.1.1.
Scientia in Episcopo non potest suppleri per alios.
39.2.4.
Mortaliter peccat, qui acceptat episcopatum, &
mentitur scientiam. 40.1.6.
Vtrum præterea teneatur illum renunciare. *ibid.* 7.
Si Episcopus sit Doctor solo titulo, & reuera in-
doctus, non tenetur renunciare episcopatum.
ibid. 10.
Si verè sit doctus, sed falsè, & si falsè sit Doctor, tene-
tur renunciare. *ibid.* 11.
Obligatio plenius sciendi res fidei, ex qua virtute
nascitur in Episcopo. 41.2.14.
Episcopus etiam peccat contra iustitiam, si careat
sufficiente notitia. *ibid.* 15.
Licet abest à sua Ecclesia ex causa morbi, aut gra-
uis inimicitia. 60.2.21.
Teneretur facere professionem fidei. 74.1.2.
Non potest dispensare, vt Medicus fidelis medea-
tur Iudæo ægroto, extra casum necessitatis. 120.
2.9.
Neque vt nutrix fidelis nutriat infantem Iudæum
extra casum necessitatis. 121.2.14.
Si fauat Hæreticis, est excommunicatus. 192.
1.13.
Non potest dare licentiam legendi librum damna-
tum in Bulla Cœnæ. 205.1.16.
Nisi forte aliquando vergeat grauis necessitas, & non
possit adiri Papa. *ibid.* 17.
Quomodo in Tridentino committatur Episcopis
facultas absoluendi ab hæresi. 211.1.
Qui veniant appellatione Episcopi quoad talem
facultatem. 213.1.8.
Si Tridentinum alicubi non sit receptum, Episco-
pus non gaudet illius priuilegiis. *ibid.* 11.
Quomodo ipsi Episcopi possint absolui, aut dis-
pensari ex facultate Concilij, si forte indigeant.
220.1.12.
Si Episcopus in foro conscientia inualidè tenet
episcopatum, non potest in sui fauorem vti facul-
tate Concilij. 221.1.13.
Quomodo Episcopus non possit absolui à crimi-
ne hæresis per Vicarium, sed solum per se ipsum.
227.1.16.
Quomodo Episcopus possit dispensare in irregula-
ritate contracta ex hæresi, vel ex apostasia à fide.
238.1.10.
Facultas dispensandi concessa in Canone imperso-
naliter, & indefinitè, intelligitur concessa Episco-
po. 239.1.13.
Cum Episcopo hæretico solus Papa dispensat quoad
vsum pontificalium. *ibid.* 2.16.
Non potest Episcopus remittere Hæreticis pœnam
infamiae. 252.1.13.
Quomodo Inquisitores debeant se gerere cum
Episcopis, & Prælatibus superioribus, si sint suspecti
de fide. 291.1.26.
Et quid si hæresim spargant, & sint suspecti de fuga.
ibid. 2.28.
Etiam Episcopi, & Prælati hæretici, aut suspecti,
sunt denunciandi. *ibid.* 29.
Soli Ordinarij locorum, & Inquisitores delegantur
Iudices contra sollicitantes in Confessione sacra-
mentali. 302.2.6.
Etiam Episcopus est denunciandus, si sollicitet in
Confessione. 304.1.16.
Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Vtrum Episcopus per facultatem Concilij possit
tollere inhabilitatem ad beneficium, super quo
est commissæ simonia. 228.1.18.
Episcopus tenetur subuenire necessitatibus spiri-
tualibus subditorum, etiam cum periculo vitæ.
412.2.16.
Sed communiter minus tenetur, quàm Parochus.
ibid. 17.
Episcopus non potest non procedere contra sollici-
tantes denunciatos. 308.1.40.
Non potest statuere festa, aut indicere ieiunia pro
Sancto non approbato. 500.1.24.26.
Neque approbare, aut publicè exponere illius Reli-
quias. *ibid.* 2.28.
Etiam quando sunt permixtæ cum Reliquiis alie-
rius approbati. 501.1.30.
De licentia Episcopi licitè potest accipi aliquid
Reliquiarum ab Ecclesiis. 517.1.27.
Et transferri Reliquiæ de loco ad locum. 515.1.14.
Episcopus etiam existens extra dioccesim potest ap-
probare Reliquias. 519.1.6.
Non potest Episcopus ex sedirerere grauiores quæ-
stiones, sed debet illas deferre ad Concilium pro-
uinciale. *ibid.* 2.8.
Non potest aliquid pro semper præcipere Clericis
in minoribus. 546.1.12.
Familiares Episcoporum possunt quoad Breuiarium
se conformare ipsis Episcopis. 567.2.7.
Episcopus non tenetur interesse choro. 596.1.9.
Nisi forte ex accidente, quando occurrat Festum
solenne, vel quando ita est consuetudo Ecclesiæ.
595.2.16.
Non potest dispensare in Horis canonicis. 612.
1.27.
Error, Erroneum.
Propositio erronea quæ proprie sit. 137.2.5.
Vocabulum erroris sumitur multipliciter. 138.1.6.
Varia exempla propositionis erroneæ in materia fi-
dei. 138.1.7.
Propositio opposita assensui theologico potest dam-
nari, vt erronea. 139.1.8.
Euangelium, v. Liber.
Liber Euangeliorum est quasi imago gestorum
Christi, & adoratur, vt imago. 476.1.8.477.
1.10.
Eucharistia.
Sumptio Eucharistia in Paschate non requirit spe-
cialiter actum charitatis in Deum. 389.1.7.
Species sacramentales in Eucharistia quomodo
adorantur latræ. 439.2.17.
Excommunicatio, Excommunicatus.
Excommunicati non hæretici possunt validè docto-
rari. 84.2.7.
Excommunicatio contra Hæreticos quomodo pos-
sit dici de iure diuino, aut de iure ecclesiastico.
166.2.3.
Quibus modis interna hæresis prodatur exteriùs,
sicut requiritur ad incurrendam excommunica-
tionem. 170.2.1.
Ex sententia Soti omnes Hæretici excommunicati
sunt habendi vt denunciati, & vitandi. 177.1.2.
Sed est falsum. *ibid.* 3.
A notoriis percussoribus Clericorum non est fa-
cienda extensio ad alios excommunicatos noto-
rios. *ibid.* 2.4.
Ex Concilio Basileensi omnes excommunicati no-
torij sunt vitandi. *ibid.* 5.
Pro vitandis excommunicatis non suppletur de-
nunciatio per euidenciam facti. 178.1.7.
Pro vitandis excommunicatis vtrum sufficiat de-
nunciatio criminis, an verò requiratur specia-
lis, O O O 3 lis,

Index Rerum

lis, & expressa denunciatio excommunicationis. ibid. 8.
Si quis denunciatur incurrisse in censuras, & poenas Hæreticorum, vtrum sit vitandus. 179. 2. 9.
Nominatim excommunicatus, & non denunciatus, non est vitandus. 180. 1. 11.
Quid requiratur ad hoc, vt aliquis sit excommunicatus nominatim. ibid. 12.
Si vnus aliquis nominatim denunciatur excommunicatus, & simul cum illo generaliter denunciatur etiam alij, ille solum est vitandus, non autem alij. ibid. 13.
Hæretici excommunicati non denunciati in multis casibus non sunt vitandi, neque in diuinis, neque in humanis. 181. 1. 1.
Per sepulturam excommunicati non vitandi non profanatur Ecclesia. ibid. 2. 4.
Reseruatio excommunicationis trahit secum reservationem, etiam culpæ. 112. 1. 4.
Excommunicatus per excommunicationem non reseruatam, potest validè absolui à culpa, antequàm absoluitur ab excommunicatione; non autem si sit excommunicatus per excommunicationem reseruatam. ibid. 2. 5.
An, & quomodo fures Reliquiarum sint excommunicati. 517. 2. 28.
Qui tenentur ad Horas canonicas, adhuc tenentur, quando sunt excommunicati. 546. 2. 13.
Excommunicatus, si dicat, *Dominus vobiscum*; vtrum fiat irregularis. ibid. 14.
Expectatio.
Quomodo expectatio tribuatur spei, & quid propriè sit. 313. 1. 16.
Expense.
Expensæ pro mittendis Prædicatoribus ad infideles, usque alendis, à quibus sint faciendæ. 96. 2. 9.
In rigore loquendo, possunt repeti ab ipsis infidelibus. 97. 1. 10.
Obligatio infidelium ad alendos Prædicatores, est de iure naturæ. ibid. 2. 11.
Experientia, Inexperientia.
Experientia aliquando est causa spei, & aliquando est causa desperationis. 315. 1. 24.
Etiam inexperientia potest esse causa spei. ibid. 2. 25.
Explicium.
Notitia fidei multis modis potest esse explicita. 33. 1. 2.
Extractio.
Extractio personæ de loco sacro, non est prohibita solum pro Reis, qui quaruntur ad carceres, sed pro omnibus, qui quaruntur hostiliter. 694. 2. 22.
Index indebitè extrahens reum de loco sacro, tenentur illi ad omnia damna. ibid. 2. 3.
F
Fabrica.
Qui omittit Horas canonicas, quomodo possit erogare fructus in fabricam beneficij. 618. 2. 16.
Falsum, v. Opus.
Falsum, Falsificatio.
Falsificare miracula semper est peccatum mortale. 505. 1. 18.
Famina.
Famina non potest dari licentia prædicandi. 87. 1. 12.
Famina communiter non admittitur ad ferendum testimonium, nisi in enormibus, & quæ aliter probari non possunt. 308. 1. 38.

Per datas feminas non probatur sufficienter sollicitatio facta à Confessario. ibid. 39.
Filiæ feminæ, secundum ordinem charitatis, sunt minus amandæ, quàm mares. 436. 1. 22.
Fama.
Ad famæ restitutionem, tenetur aliquando occultus detractor manifestare, & prodere se. 281. 1. 5.
Bonum famæ non semper est exponendum pro necessitatibus alicuius priuati. 410. 1. 6.
Fames.
Licitum est tempore famis potius pascere Principem, patrem, aut amicum, quàm se. 416. 2. 8.
Familiaritas, Familiaris.
Familiaritas cum Iudæis est prohibita sub mortali. 115. 1. 4. 5.
Neque excusantur, qui sunt firmi in fide, nisi ex officio iis incumbat munus prædicandi. ibid. 6. 7.
Familiars Episcoporum, aut Cardinalium; quoad Breuiarium licitè possunt se illis confortare. 567. 2. 7.
Famulus.
Famulus fidelis licitè potest genuflectere in templo Idoli in obsequium domini infidelis. 68. 1. 25.
Fatum, v. Phreneticus.
Quare fatui facile diuinent. 674. 2. 4.
Fauor, Fautor.
Qui est relapsus in fauoriam Hæreticorum; vtrum sit puniendus, tanquàm relapsus simpliciter. 162. 2. 18.
Fautores Hæreticorum sunt excommunicati. 185. 2. 1.
Fautores eorum, qui sunt suspecti de hæresi, non sunt excommunicati. 187. 2. 4.
Fautores Hæreticorum non sunt excommunicati, si fauor non habuit effectum. 188. 2. 8.
Sunt excommunicati, siue faueant per actionem positiuam, siue per omissionem actionis. 192. 1. 12.
Quæ actiones positivæ sint prohibitæ in fauorem Hæreticorum. ibid. 2. 15.
Hæreticis, etiam mortuis, aut emendatis non est fauendum in causa hæresis. 192. 2. 18.
Fautores quomodo differant à defensoribus. ibid. 2. 19.
Patrocinari in causa hæresis quomodo possit esse licitum. 194. 1. 21.
Fautores Hæreticorum sunt infames, si intra annum non satisfaciunt Ecclesiæ. 251. 2. 9.
Et tam ipsi, quàm eorum filij, non possunt admitti ad beneficia, aut officia publica. ibid. 10.
Quomodo sint incapaces beneficiorum, & ipso facto sint priuati illis, quæ prius habebant. 254. 1. 6.
Febris.
Febris tertiana leuis, aut quartana, communiter non excusat ab Horis canonicis. 609. 2. 19.
Feræ.
Feræ quæcunque possunt licitè adhiberi in bello iusto. 124. 1. 6.
Festum.
Vtrum singulis diebus festis sit necessariè eliciendus actus charitatis in Deum. 388. 1. 2.
Sanctificatio Sabbathi in lege veteri quænam fuerit. ibid. 2. 4.
Festa publica non possunt statui pro Sancto non approbato. 500. 1. 24.
Violatio diei festi per opus seruale, quare non sit sacrilegium. 695. 2. 29.

Fides,

præcipuarum.

Fides, v. Confessio fidei, Infidelitas.
Aliqua propositio rerum fidei est referenda immediate in Deum. 6. 1. 1.
Qui habet immediatè à Deo propositionem fidei, adhuc potest credere per actum fidei. ibid. 2.
Ad fidem non est necessarium, vt vnusquisque habeat reuelationem à Deo. ibid. 3.
Hæreticum est, si quis dicat, in rebus fidei esse credendum interno spiritui. ibid. 2. 4.
Propositio rerum fidei debet saltem illas facere prudenter credibiles. 7. 2. 6.
Et omne oppositum non prudenter credibile. ibid. 7.
Indicium credibilitatis quomodo possit esse euidentis. ibid. 9.
Quibus rationibus ostendatur, res fidei esse prudenter credibiles. 9. 1. 11.
Quomodo res fidei sint prudenter credibiles, etiam rudibus. ibid. 2. 12.
Actus fidei spectat ad intellectum. 10. 1. 1.
Credere est cum assensu cogitare. ibid. 2.
Fides quomodo dicatur substantia rerum sperandarum. ibid. 2. 3.
Quare fides dicatur substantia, & fundamentum potius spei, quàm aliarum virtutum. 11. 2. 4.
Fides etiam informis est fundamentum virtutum. ibid. 5.
Quomodo sit argumentum non apparentium. 12. 1. 6.
Ad quem actum sit obligatio post factam sufficientem propositionem rerum fidei. ibid. 8.
In actu fidei quomodo distinguantur credere Deum, credere Deo, & credere in Deum. ibid. 2. 9.
Credere in Deum quid propriè sit. ibid. 10.
Actus fidei non est discursiuus. 13. 1. 11.
Est supernaturalis, infallibilis, obscurus, & certissimus. 14. 2. 12.
Non est virtus solum intellectualis; sed etiam moralis. 15. 1. 1.
Pender à voluntate non solum quoad exercitium, sed etiam quoad specificationem. ibid. 2.
Voluntas credendi est ex gratia. 16. 1. 3.
Est supernaturalis secundum substantiam. ibid. 4.
Essentialiter est honesta. ibid. 5.
Actus fidei non potest esse malus, & peccaminosus. ibid. 6.
In vnoquoque credente vltra fidem supernaturalem, & infusam, est etiam fides naturalis, & acquisita. 17. 1. 7.
Fides est necessaria necessitate medij. 19. 1. 8.
Etiam paruulis. 20. 2. 11.
Pro adultis, si debeant iustificari de nouo, est necessaria fides actualis. ibid. 12.
Et omni tempore fuit necessaria. 21. 1. 14.
Neque potest sufficere solum in voto. 22. 1. 15.
Fides explicita, & implicita quænam sit. ibid. 2. 2.
Fides supernaturalis ex parte alicuius obiecti materialis semper fuit de necessitate medij. 23. 2. 4.
Non possunt mandata diu seruari sine fide. 24. 1. 5.
De necessitate medij est etiam fides de aliquibus cognoscibilibus naturaliter. ibid. 2. 6.
Etiam illi, qui de aliquibus obiectis habent scientiam, possunt de illis habere fidem. ibid. 7.
Semper fuit de necessitate medij credere Deum remuneratorem. 25. 1. 8.
Mysterium Trinitatis, & Incarnationis, non semper fuit de necessitate medij. ibid. 1. 9. 10.
Nisi vt erederetur implicitè. ibid. 2. 11.
Post Euangelium verò promulgatum debet credi etiam explicitè. 26. 2. 14.
Sed hæc fides explicita potest sufficere, vel in re, vel in voto. 27. 1. 15.

In rebus fidei non est temerè recurrendum ad miraculosam Dei illuminationem. ibid. 2. 16.
Non potest aliqua fides esse necessaria ad gloriam, si non est necessaria ad gratiam. 28. 1. 19.
Non potest sufficere ad salutem credere solum generaliter id, quod credit Ecclesia. ibid. 2. 21.
Fides est etiam necessaria necessitate præcepti. 29. 2. 1.
Præceptum fidei multa complectitur. 30. 1. 2.
Est iuris diuini supernaturalis. ibid. 3.
Eius obligatio quando incipiat in homine infideli. ibid. 30. 2. 4.
Et quando in homine infideli. ibid. 5.
Ad actum fidei, quoad specificationem, obligat semper, & ad semper. 31. 1. 6.
Quando obliget ad exercitium actus. ibid. 7.
Per se loquendo, obligat sub peccato mortali. 32. 1. 8.
Sed potest quis excusari per ignorantiam inuincibilem, & ex imperfectione actus. ibid. 9. 10.
Vtrum possit quis excusari ex leuitate materia. ibid. 11.
Notitia fidei multis modis potest esse explicita. 33. 1. 2.
Quid sit scire articulos fidei secundum substantiam. ibid. 2. 3.
De necessitate præcepti sunt credenda, quæ continentur in Symbolo. 34. 1. 5.
Articuli credendi ex præcepto quomodo numerentur duodecim, aut quatuordecim. ibid. 2. 7.
Omnes fideles æqualiter tenentur credere. 38. 2. 1.
Superiores tenentur habere notitiam magis explicitam de rebus fidei. 39. 1. 2.
Quomodo articuli fidei sint retinendi memoriter. 42. 1. 16.
Quomodo Confessarius debeat se gerere cum iis penitentibus, qui ignorant res fidei. 43. 1. 20.
Vtrum fideles teneantur scire aliquid aliud præter articulos fidei. 44. 1.
Fuga in persecutione non est contra fidem. 57. 2. 9.
Qui in fide non est bene firmus, debet fugere. 59. 1. 15.
Quomodo liceat occultare fidem per vsum earum vestium, quæ sunt propria infidelium. 68. 2.
Vel per esum carniæ, & ciborum prohibitorum. 72. 2.
Et per accessum ad Ecclesias, & templa infidelium. 73. 2. 7.
Disputatio de rebus fidei quomodo, & quibus sit licita. 84. 2.
An, & quomodo infideles temporaliter subditi, aut non subditi Principibus Christianis, possint cogi ad fidem audiendam, aut recipiendam. 94. 2. 10. 1.
Qui patitur tentationes contra fidem, quibus indicis possit cognoscere, quod non consentiat. 131. 1. 14.
Quomodo aliquid possit esse indirectè de fide. 139. 1. 9.
Multipliciter potest aliquis recepisse fidem Christi. 148. 1. 1.
Fides simul, & charitas non sunt ipsa spes. 327. 1. 29.
Quomodo actus fidei dicantur esse præambuli ad præcepta Decalogi. 328. 1. 2.
Actus fidei, & spei, quauis non sint præcepti in Decalogo, semper fuerunt præcepti per internam inspirationem. ibid. 2. 3.
Fides non est excellentior, quàm charitas. 354. 1. 12.
Quomodo in Scriptura aliquando dicatur iustificari per fidem. ibid. 13.

Quomodo

Index Rerum

Quomodo fides operetur per dilectionem, & charitatem. *ibid.* 1. 14.
 Fides miraculorum quæ sit. 530. 1. 23.
Fides bona, v. Bona fides.
 Qui omittit bona fide Horas canonicas, non tenetur restituere fructus beneficij. 619. 2. 11.
Fidelis.
 In homine fidei potest esse ignorantia, & error culpabilis circa res fidei, & non excludere fidem. 90. 1. 6.
 Fideles non possunt esse famuli domestici infidelium. 111. 2. 14.
 Neque serui. 113. 2. 4.
 Possunt tamen esse coloni agrorum, & serui adscripti, vel originarij. 113. 2. 5.
 Possunt licite bellare pro infidelibus in bello iusto. 124. 2. 7.
 Eosque etiam aduocare in auxilium iusti belli. *ibid.* 1. 5.
 Sed ex accidente potest hoc non esse licitum, si timeantur scandala. & præcipue contra fidem. *ibid.* 2. 8.
Fidei professio.
 Quid præcipiatur in Tridentino, & in Constitutionibus apostolicis circa fidei professionem faciendam à certis personis. 74. 1. 1.
 Obligatio ad faciendam professionem fidei est sub mortali. 75. 2. 1.
 Qui ad illam tenentur, debent se sponte offerre. 76. 1. 1.
 Ad quos pertineat probatio, quod professio fidei sit facta. *ibid.* 4.
 Non est facienda per procuratorem. *ibid.* 8.
 Si non fiat præscripto tempore, est postea facienda quamprimum. 77. 2. 9.
 Fructus deperditi ob non factam fidei professionem non recuperantur postea, quando illa fit. 81. 1. 14.
 Quomodo, & in quos usus erogandi. *ibid.* 15.
 Vtrum Capitulum possit illos remittere, & condonare. 82. 1. 16.
 Ordinarius non potest illos condonare. *ibid.* 2. 17.
 Sed solus Papa, vel sacra Pœnitentiaria. *ibid.* 18.
 Qui non fecerunt professionem fidei, non possunt haberi vt presentes, quoad lucrandos fructus beneficij. *ibid.* 19.
 Nec possunt sibi retinere vllam partem pro seruitiis, quæ tamen præstant. *ibid.* 20.
 Non tamen amittunt quotidianas distributiones. *ibid.* 21.
 Qui fuerunt prouisi de beneficiis ante Concilium Tridentinum, vtrum debuerint facere professionem fidei. *ibid.* 22.
 Excommunicatio, & censure contra Superiores Vniuersitatum, & contra promouentes ad gradus, non facta fidei professione. 84. 1. 5.
Fiducia.
 Quomodo fiducia tribuatur spei. 322. 1. 17.
 Certitudo fiducia in oratione est optima dispositio ad impetrandum. 530. 1. 12.
Flamma, v. Ignis.
 Ex flammis, quæ contingunt in aere, quid possit licite diuinari. 672. 2. 9.
Filius, v. Pater.
 Vtrum filius possit receptare patrem hæreticum. 188. 2. 9.
 Filij Hæreticorum, credentium, receptatorum, defensorum, sunt irregulares, ex linea quidem paterna vsque ad secundam generationem; ex materna verò non vltra primam. 242. 2. 9. 10.
 Sed si pater reconcilietur Ecclesie, cessat eorum irre-

gularitas. 243. 1. 11.
 Et idem est, siue sint procreati ante delictum parentum, siue post; & siue sint legitimi, siue illegitimi, dummodo sint ex certo parente. *ibid.* 12. 15.
 Si ante delictum parentum erant iam ordinati, vel habebant ecclesiastica beneficia, vtrum priuentur exercitio Ordinum, aut beneficiis, vel pensionibus iam obtentis. 245. 1. 16.
 Et idem est, si Ordines, aut beneficia sint obtenta ante sententiam declaratoriam patris criminis. 247. 1. 19.
 Si hæresis parentum sit occulta per accidens, filij non sunt irregulares. *ibid.* 13.
 Filij eorum, qui puniuntur vt relapsi, sunt irregulares, etiam si eorum parentes moriantur pœnitentes. 247. 1. 20.
 Et idem est de filiis eorum, qui damnantur, vt conuicti de hæresi, vel in contumaciam. *ibid.* 2. 22.
 Vtrum sit idem etiam de filiis eorum, qui sunt suspecti de hæresi. *ibid.* 24.
 Filij neophytorum non sunt irregulares. 248. 1. 25.
 In his regionibus, in quibus hæresis impune grassatur, & non inducit infamiam, filij Hæreticorum non sunt irregulares. 245. 2. 14.
 Ex benignitate Ecclesie, & ex pia consuetudine iam inducta, possunt filij Hæreticorum non priuari beneficiis, & pensionibus prius habitis ante delictum patris. 247. 1. 18.
 Filij iuste puniuntur temporaliter pro delictis parentum. 259. 1. 4.
 Bona filiorum non confiscantur propter hæresim patris. 263. 2. 23.
 Filius tenetur denunciare patrem hæreticum. 288. 2. 17.
 Si desint alij, qui possint, aut velint denunciare. 289. 2. 18.
 Filij communiter, etiam illegitimi, non possunt cogi, vel admitti, vt in alijs causis testificentur contra parentes, aut ascendentes. 290. 1. 20.
 Id tamen non ita est de filiis spiritalibus. *ibid.* 21.
 Filius tenetur denunciare patrem, si sollicitet ad turpia in Confessione sacramentali. 305. 1. 22.
 Vocabulum *filium*, quando iungitur in sacris Litteris cum genituo vitij aut virtutis, pœnæ, aut premiij, quid significet. 341. 2. 21.
 Filij quoad bona externa sunt magis diligendi, quam parentes. 426. 1. 2.
 Quomodo filius sit magis coniunctus patri, quam pater filio. *ibid.* 2. 4.
 Filij minus amant parentes, quam amentur à parentibus. 427. 1. 5.
 Similitudo filiorum ad parentes maxime prouenit ex temperamento seminis; non autem ex actiuitate. 432. 1. 5.
 Et maxime iuuatur cogitationibus, & affectionibus parentum, quos habent tempore generationis. 433. 1. 6.
 Filij à parentibus sunt amandi cum certo ordine. 434. 1. 11.
 Priuilegia concessa à summis Principibus pro filiis Clericorum, non reuocantur per Bullas pontificias. 435. 1. 16.
 Alimenta simpliciter necessaria ad vitam non possunt per ius positium prohiberi filiis spurcijs. *ibid.* 17.
 Filius primo triennio est alendus à matre, & postea à patre. *ibid.* 18.
 Filij illegitimi secundum ordinem charitatis, sunt minus amandi, quam legitimi. *ibid.* 2. 21.
 Mares sunt magis amandi, quam femina. 436. 1. 22.
 Primogeniti

præcipuarum.

Primogeniti, & maiores sunt magis amandi, quam posterius geniti, & minores. *ibid.* 2. 3.
 Vtrum filij sint magis amandi, quam coniux. 438. 2. 8.
 Filius est magis amandus, quam patruus, non obstante, quod hic sit propinquior patri. 440. 2. 10.
Fiscus.
 Quomodo finis primarius virtute maneat in alijs finibus secundarijs. 385. 2. 5.
Fiscus, v. Confiscatio.
 Fiscus quid proprie sit. 259. 1. 3.
 Cui fisco sint applicanda bona, quæ confiscantur ex crimine hæresis. 263. 2. 26.
 Non potest fisco occupare bona Hæretici, nisi post sententiam declaratoriam criminis. 264. 1. 27.
 Etiam si hæresis sit aliqui ex se notoria. *ibid.* 2. 28.
 Vel reus sit confessus in iudicio suum crimen. *ibid.* 29.
 Qui dolis, & mendacijs impedit sententiam, & confiscationem, non tenetur aliquid restituere fisco. *ibid.* 29.
 Non tenetur quis bona sua offerre, & tradere fisco, etiam post sententiam; sed satis est, si patiat, ea sibi auferri à Iudice, & que non resistat. 265. 1. 30.
 Si ex negligentia fisci bona aliqua ex confiscatis remaneant apud reum, non tenetur hic ea manifestare, & restituere in conscientia. *ibid.* 2. 31.
 Et idem est, si remaneant apud alios successores reorum. *ibid.* 32.
 Quomodo sit in potestate fisci rescindere, aut non rescindere contractus Hæretici. 275. 1. 75.
 Si bona Hæretici meliorentur, aut deteriorentur penes tertium possessorem, quomodo id cedat fisco, aut tertio possessori. *ibid.* 11.
 In rescindendis dispositionibus Hæretici, vtrum aliquid sit relinquendum, aut dandum tertio possessori. 274. 1. 9.
 Quomodo fiscus debeat se gerere cum creditoribus illius, cuius bona confiscat. 276. 1. 15.
Femina, v. Femina.
Fornicatio.
 Qui interius credit per hæresim, quod fornicatio sit licita, & exterius fornicatur vtrum incurrat excommunicationem Hæreticorum. 172. 2. 11.
 Fornicatio Clerici in minoribus, quare non sit sacrilegium. 693. 1. 15.
Fortuna, Effectus fortunæ.
 Ex astris, tanquam ex causis, non possunt præcognosci effectus fortunæ. 642. 2. 9.
 Neque etiam indirectè, & coniecturaliter. 645. 1. 14.
 Quomodo alia faciant aliquem fortunatum. 646. 1. 15.
 Euentus, fortunæ non est expectandus à fortuna, pro vt excludit prouidentiam Dei. 654. 2. 11.
 Effectus merè fortunæ non possunt diuinari per physiognomiam. 665. 2. 7.
 Vana obseruantia fortunatorum quænam sit. 682. 2. 1.
Forum.
 Forum conscientie, & forum pœnitentie non est idem; & quid sit, aliquem absolui in foro conscientie. 214. 1. 15.
 Quomodo delictum dicatur esse deductum ad forum contentiosum. 225. 1. 11.
 Si crimen in vno loco sit delatum ad forum contentiosum non potest in vilo alio loco absolui ex facultate Concilij Tridentini. 226. 1. 14.
 Secundum aliquos, non est idem, quod quis absoluetur in foro conscientie, & quod absoluetur quoad forum conscientie. 221. 2. 16.
 Forum est omninò triplex; contentiosus; pœnitentialis; & quasi pœnitentialis, seu medius inter

vtunque, qui dicitur forum conscientie. *ibid.* 17.
Francus, v. Illus.
 Non est superstitio, quod Rex Francorum habeat virtutem sanandi strumosos. 682. 1. 24.
Frater, Amicitia fraterna.
 Propria amabilitas fratrum in quo consistat. 439. 2. 1.
 Amicitia fraterna est maxime in æqualitate. *ibid.* 2.
 Etiam patruales, & consobrini amantur, vt fratres. 440. 1. 3.
 Fratres germani sunt magis amandi, quam consobrini. *ibid.* 4.
 Fratres sunt magis amandi, quam sorores. *ibid.* 5.
 Et qui sunt ex vtroque parente, quam qui solum ex altero. *ibid.* 6.
 Et qui solum ex patre, quam qui solum ex matre. *ibid.* 7.
 Et qui simul sunt educati, vel sunt coætanci, vel habent ad inuicem maiorem similitudinem morum, aut affectionum, & qui sunt meliores. *ibid.* 8.
Frontis.
 Diuinatio ex figura, & lineis frontis, quæ dicitur Metoposcopia, quomodo sit licita. 669. 1. 11.
Fructus.
 Fructus deperditi ob non factam professionem fidei non recuperantur postea, quando illa fit. 81. 1. 14.
 Quomodo, & in quos usus sint erogandi. *ibid.* 15.
 Vtrum possint condonari à Capitulo. 82. 1. 16.
 Non possunt condonari ab Ordinario. *ibid.* 2. 17.
 Sed solum à Papa, vel à sacra Pœnitentiaria. *ibid.* 18.
 Fructus bonorum Hæretici vtrum sint debiti fisco, an tertio possessori, penes quem existunt bona. 275. 2. 13.
 Qui ex beneficio nullos percipit fructus, in quibus casibus teneatur ad Horas canonicas. 555. 2.
 Obligatio ad Horas canonicas non inducitur ex beneficio, sine aliquo ordine ad fructus. 557. 2. 20.
 Quomodo sint restituendi fructus beneficiorum, si omittantur Horæ canonicæ. 615. 2.
 Si beneficium habeat alia onera, præter Horas canonicas, quanta pars fructuum possit retineri, secundum aliquos, pro huiusmodi oneribus. 617. 1. 10.
 Etiam illi qui habent beneficium simplex, possunt, secundum aliquos, sibi retinere aliquam partem fructuum, si omittant Horas canonicas. *ibid.* 2. 11.
 Quomodo fructus beneficiorum sint erogandi in fabricam, vel in eleemosynas pauperum, ab eo, qui omittit Horas canonicas. 618. 2. 16.
 Partes fructuum pro singulis Horis omittis restituendæ, quomodo debeant accipi. 620. 2. 26.
 Pars fructuum valde tenuis non est restituenda sub mortali, nisi vniatur simul cum alijs in vnam materiam grauem. *ibid.* 27.
Fuga, v. Persecutio.
 Si fideles sint serui infidelium, & non sinantur ab illis Christianè viuere, licite possunt per fugam sibi consulere. 111. 2. 12.
 Professus fugitiui non excusantur ab Horis canonicis. 551. 1. 24.
Funus, v. Sepultura.
 Qui comitatur funus Hæretici excommunicati non denunciati, non peccat. 181. 1. 2.
 Duomodo funus non sit ad Ecclesiam, aut locum sacrum, in quo cadauer sit sepeliendum. *ibid.* 2. 3.
Furius.
 Quare furiosi facile diuinent. 674. 2. 4.
Furtum, Fures.
 Furtum Reliquiarum non excusatur à culpa mortali ex

Index Rerum

ex levitate materia: 517.1.25.
Iures Reliquiarum non sunt excommunicati, quantum est ex iure communi. ibid. 2.28.
Deprehensio furti ex inspectione astrorum est superstitiosa. 63.1.17.
Furari Clerico, aut personae sacrae bona temporalia non est sacrilegium. 69.1.11.
Inuadere per vim bona temporalia Clericorum est sacrilegium. ibid. 13.
Furari bona Ecclesiarum, aut Clericorum, quae possidentur titulo ecclesiastico, est sacrilegium. ibid. 14.
Furtum commissum in loco sacro quomodo sit sacrilegium. 694.1.21.
Futurum.
Diuinare arte Daemonis futura contingentia, est illi tribuere cultum laetiae. 299.1.9.
Futurum subiunctiuum usurpatum in legibus, solum accipitur pro simplici futuro. 307.1.33.
Futurum, & possibile quomodo possit cognosci a brutis. 313.2.18.
An, & quomodo euentus futuri possint diuinari ex astris, tanquam ex causis. 639.1.
Vel tanquam ex signis naturalibus, aut ad placitum. 647.1.
Quomodo possint diuinari ex somniis. 660.1.

G

Gallia, Gallus, v. Francus.
Gentilis, v. Paganus.
Geomantia.

Diuinatio per Geomantiam quanam sit. 671.2.1.
Gloria, Glorificare, v. Vana Gloria.
Bonum aeternae gloriae secundum Durandum, est optandum aequaliter omnibus proximis. 421.1.6.
Glorificare, & laudare quo differant. 446.2.6.
Glossa.
Dictum Glossae, quod Clericus amplexans fecinam credi debeat id facere animo eam benedicendi, non est admittendum. 306.1.30.
Glossae, & lustrae in iis, quae pertinent ad ius diuinum, non debent magni fieri ab homine Theologo. 498.1.14.
In iis, quae sunt fidei saepius errant. 498.1.15.
Grammatica.
Magistri Grammaticae tenentur facere professionem fidei. 84.1.4.
Gratia.
Non possunt mandata diu seruari sine gratia. 24.1.5.
Bona gratiae, & gloriae vtrum aequaliter sint optanda omnibus proximis. 421.1.6.
Nominis salutis appellatur etiam gratia. 17.2.2.
Ad impetrandum infallibiliter per orationem, non requiritur necessarius status gratiae. 531.1.17.
Gratitudo.
Debitum gratitudinis continetur in debito pietatis erga parentes, & religionis erga Deum. 375.2.7.
Gratitudo in Deum est ipsa religio: & in parentes est ipsa pietas: & in Principes est ipsa obseruantia. 389.2.9.
Qui recipit de nouo magnum aliquod beneficium a Deo, non tenetur specialiter ad actum charitatis. ibid. 1.8.
S. Gregorius.
Numerus Missarum S. Gregorij quomodo non sit superstitiosus. 684.1.9.
Gyges.
Annulus Gygis quomodo fuerit superstitiosus. 678.2.14.

H

Habitus.

Habitus acquisiti, & naturales, secundum aliquos, possunt produci etiam per actus supernaturales. 317.2.5.
Haereticus, Haereticus.
Sumere cenam Haereticorum nunquam est licitum. 72.2.2.
Accessus ad Ecclesias Haereticorum quomodo sit licitus. 73.2.7.
Haereticus non possunt valide doctorari, aut promoueri ad gradus, in Vniuersitatibus Catholicorum. 84.2.8.
Ad haeresim reducitur, si quis admittat nouum Testamentum, & non vetus. 91.2.12.
Et si quis ante aduentum Christi non crederet omnia, quae erant credenda, siue in lege naturae, siue in lege scripta. ibid. 13.
Peccatum haereticus quomodo sit grauissimum inter peccata infidelitatis. 92.2.19.
Etiam Catechumenus potest esse Haereticus. ibid. 18.149.2.12.
Vocabulum haereticus importat electionem. 127.1.1.
Non tamen competit doctrinae catholicae. ibid. 2.2.
Quomodo haereticus in materia fidei sit electio. ibid. 4.
Subiectatur in intellectu. 128.1.5.
Quomodo possit describi. ibid. 6.
Est assensus erroneus. ibid. 2.7.
Potest aliquis in se habere malitiam haereticus, & non esse haereticus. 130.2.11.
Quomodo sit Haereticus, qui ex conscientia erronea putat, se in aliquo sentire contra Ecclesiam. ibid. 12.
Assensus erroneus, qui est haereticus, necessarius debet esse voluntarius. 131.1.11.
Ad haeresim requiritur pertinacia, & in quo haec consistat. ibid. 2.1.
Recessus a regula fidei, & a definitione Ecclesiae debet in haeresi esse voluntarius directus. 134.2.16.
Propositio haeretica, quae proprie sit. 137.1.3.
An, & quomodo inter propositiones haereticas dentur varij gradus. ibid. 2.4.
Propositio opposita assensui theologico potest damnari vt haeretica. 139.1.8.
Propositio sapiens haeresim quam sit. 149.1.1.
Haereticus est solum in eo, qui recepit fidem Christi. 148.1.2.
Non est tamen necessarium, vt eam receperit per aliquem actum supernaturalem. ibid. 2.3.
Neque per receptionem habitus fidei. ibid. 5.
Neque per susceptionem Baptismi. 149.2.11.
Sed satis est, si receperit saltem animo, & voluntate. ibid. 11.
Qui est baptizatus nulliter, quomodo possit esse Haereticus. 148.2.4.
Qui est baptizatus fidei, & sine intentione suscipiendi Baptismum, quomodo possit esse Haereticus. 149.2.9.
Reuelationes priuatae quomodo possint esse materia haereticus. 152.1.1.
Vtrum sit aliquis in Ecclesia, in quo haereticus esse non possit. 153.1.5.
Vtrum Papa possit esse Haereticus, saltem in quantum est priuata persona. 154.2.6. 154.1.7. 8.9.
Qui fuit Haereticus, non potest valide eligi in Papam. 157.1.13.
Dummodo illius haereticus sit manifesta. 158.1.15.
Haereticus possunt licite puniri etiam poena mortis. 158.2.11.

praecipuarum.

Crimen haereticus est maxime noxium bono communi. 159.2.3.
Punitio Haereticorum est utilis alijs, & ipsis etiam Haereticis, qui puniuntur. 159.2.4.5.
Haereticus potest licite cogi ad fidem relinendam, & retinendam. 160.1.6.
Quomodo recipiantur ab Ecclesia, qui reuertuntur ab haeresi. 260.2.12.
Haereticus obstinati, & impenitentes traduntur brachio saeculari, & quinam illi sint. 161.1.13.
Certiora signa verae conuersionis Haereticorum sunt illa, quae sunt signa verae humilitatis. 165.2.28.
Haereticus sunt excommunicati. 166.1.1.
Non tamen illi, qui sunt pure externi. 167.1.4.
Neque alij, qui sunt pure interni. 167.2.6.
Peccatum haereticus pure externum non est reuertendum. 167.1.5.
Sicut neque pure internum. 168.2.11.
Quibus modis haereticus prodatur exterius. 170.2.
Tam verba, quam facta, quae produnt exterius internam haeresim, debent complete, & determinate ducere in illius notitiam, & esse ex se peccatum graue contra fidem. 171.1.2.
Qui cogitans haeresim annuit capite, vel plaudit manibus, vtrum incurrat excommunicationem Haereticorum. 172.2.9.
Qui credens haeresim operatur exterius, quod per illam putat licere, vtrum incurrat. 172.2.10.
Qui solum in genere dicit se esse Haereticum, vtrum incurrat poenas Haereticorum. 172.2.8.
Credentes Haereticorum per quas actiones, aut facta externa probentur. 173.1.12.
Interna haeresis proditur exterius etiam per omissiones. 173.2.13.
Vtrum Haereticus excommunicati sint eo ipso vitandi. 176.2.
Non peccat, qui cum illis liberè tractat, quantum est ex ratione excommunicationis, quando non sunt denunciati. 181.1.1.
Neque qui oritur simul cum illis, vel Concionem, aut Missam audit, vel comitatur illorum funus. 181.1.2.
Matrimonium Catholici cum Haereticis quomodo sit illicitum. 182.1.6.
Pacta, vt filij ex tali matrimonio nascantur, vel omnes, vel aliqui educantur in haeresi, sunt semper illicita, & irrita. 182.2.8.
Vtrum sit licitum petere, & accipere Sacramenta ab Haereticis. 183.1.9.
Haereticus non potest in Baptismo esse pater Catholici. 184.1.12.
Bene tamen Catholicus potest esse pater Haereticus. 184.1.11.
Filij Haereticorum possunt admitti ad scholas Catholicorum. 185.1.13.
Non autem filij Catholicorum ad scholas Haereticorum. 185.1.14.
Receptatores, defensores, fautores Haereticorum, in quantum Haereticus sunt, & propter haeresim, sunt excommunicati. 185.2.1.2.
Quomodo intelligatur, quod receptatio, defensio, & fauor debeat esse propter haeresim. 186.1.3.
Receptatores, defensores, fautores eorum, qui sunt suspecti de haeresi, non sunt excommunicati. 187.2.4.
Haereticus etiam non denunciatus non sunt receptandi. 188.1.6.
Haereticus etiam mortuus, aut emendatus non est faciendum in causa haereticus. 193.2.18.
Quomodo in odium haereticus prohibeantur libri Haereticorum. 194.2.11.

Imagines Haereticorum, siue pictae, siue sculptae, non sunt habendae. 210.1.16.
Quomodo in Tridentino committatur Episcopis facultas absoluedi ab haeresi. 211.1.2.
Quomodo a crimine haereticus non possint Episcopi absolueri per Vicarium, sed solum per seipios. 227.1.16.
Vtrum facultas absoluedi ab haeresi reuocetur quotannis per Bullam Cœnae. 228.2.
Vtrum Inquisitores possint absolueri ab haeresi in foro conscientiae tantum. 232.2.9.
Pro foro poenitentiae possunt Inquisitores remittere Haereticos ad alios Confessarios. 234.1.14.
Si Haereticus fidei deponat haeresim apud Inquisitores, & non ex animo, inualida est absolutio. ibid. 15.
Et debet iterum absolui, quando ex animo resipiscit, sed non est amplius necessaria praesentia Notarij. ibid. 2.16.
Si Haereticus exponat Inquisitori solum aliquas haereses, non aures omnes, vtrum valida sit absolutio. ibid. 17.
Facultates Regularium pro absolutione ab haeresi, vtrum reuocentur quotannis per Bullam Cœnae. ibid. 18.
Haereticus sunt irregulares. 236.1.2.
Nō ex infamia, sed ex proprio delicto haereticus ib. 2.3.
Etiam si haereticus sit occulta. ibid. 4.
Haereticus pure externus quomodo sit irregularis. 237.1.6.
Etiam quando exterius negat fidem ex metu graui, & cadente in virum constantem. ibid. 2.8.
Irregularitas contracta ex haeresi, vel ex apostasia a fide, a quo dispensetur. 238.2.12.
Etiam credentes, receptatores, defensores, fautores Haereticorum sunt irregulares. 240.2.1.
Suspecti de haeresi non sunt irregulares. 241.1.4.
Qui abiurat, vt Haereticus, manet irregularis post abiurationem. 242.2.8.
Filij Haereticorum, credentium, receptatorum, defensorum, fautorum, sunt irregulares. ibid. 9.
Etiam si sint procreati ante delictum parentum. 243.1.12.
Et siue sint legitimi, siue illegitimi. 245.1.15.
Vtrum filij tam dicti amittant beneficia, aut exercitium Ordinum, si forte habebant ante delictum parentum. ibid. 2.16.
Quomodo Haereticus sint infames. 249.1.
Ipso iure sunt priuati nobilitate. 252.1.11.
Solum Papa potest illis remittere poenam infamiae. ibid. 12.
Sunt incapaces beneficiorum. 254.1.5.
Quomodo amittant beneficia, quae prius habebant. ibid. 6.
Secura sententia declaratoria criminis, non possunt percipere, aut retinere fructus, etiam vt stipendium, aut mercedem seruitij praestiti. 256.2.11.
Quomodo sit agendum cum Haereticis, quoad priuationem beneficiorum, si ab haeresi resipiscat. 257.1.15.
Quomodo Haereticus puniantur per confiscationem bonorum. 258.2.
Bona Haereticus occupantur a fisco, etiam post mortem, si post mortem accusentur, & damnetur de haeresi. 260.1.7.
Non tenetur Haereticus, etiam post sententiam, bona sua afferre, & tradere fisco. 265.1.30.
An, & quomodo amittat ipso facto, & ante sententiam, dominium suorum bonorum. 266.2.
Ante sententiam valide disponit in vltis necessarios. 269.1.5.6.
Et in quoscunque. ibid. 2.7.

Quomodo

Index Rerum

Quomodo in iure aliquando dicantur dispositiones Hæretici non valere. 270. 1. 8.
 Dispositio valde, etiam si iam sit accusatus de hæresi. ibid. 9.
 Non tamen si sit contumax. ibid. 2. 11.
 Ante sententiam disponit etiam licite. ibid. 2. 13.
 Sed debet bene cauere periculum, & damnum alterius. 271. 1. 14.
 Id tamen communiter non habet locum in contractu permutacionis. ibid. 2. 15.
 Neque in contractibus gratuitis, & lucrativis. ibid. 2. 16.
 Dispositiones Hæretici factæ ante sententiam, licite possunt acceptari à quocunque. 272. 1. 19.
 Factæ vero post sententiam, non valent, nisi forte sententia sit suspensa per appellacionem. ibid. 20.
 Factæ ante hæresim exterius proditam, non sunt rescindendæ. ibid. 2. 1.
 Factæ post hæresim exterius proditam omnino sunt rescindendæ. secuta sententia. ibid. 2.
 Factæ ab illo, qui est damnatus de hæresi in contumaciam, vel quia defecit in purgandis iudiciis, non rescinduntur à die criminis. ibid. 4.
 In iis rescindendis non est habenda ratio bonæ fidei, in qua forte est tertius possessor. 273. 1. 5.
 Nisi bona fides habeat ortum ex lege, aut factio Principis. ibid. 6.
 Non sunt rescindendæ post præscriptionem quadraginta annorum; & qualis debeat esse huiusmodi præscriptio. ibid. 7.
 Præscriptio, quæ conceditur in iure pro bonis Hæretici, non conceditur pro ipso crimine hæresis, & pro aliis pœnis. 274. 1. 8.
 Quando à fisco rescinduntur dispositiones Hæretici, vtrum aliquod sit relinquendum tertio possessori. ibid. 9.
 Quomodo Hæretici sint denunciandi. 276. 2.
 In crimine hæresis communiter non proceditur per viam accusationis. 277. 2. 6.
 Hæreticus, etiam occultus, & vni tantum cognitus, est denunciandus. 279. 2. 16.
 Non est tamen damnandus à Iudice ex testibus. ibid. 17.
 Non tenetur denunciare se ipsum. 284. 2. 5.
 Est denunciandus, etiam si sit emendatus. 280. 2. 22.
 Vtrum tenetur denunciare occultos complices sue hæresis. 286. 1. 6.
 Si illos denunciaret, non est postea puniendus, si etiam ipse ab illis denunciatur. 287. 2. 14.
 Est denunciandus etiam coniunctissimus ipsi denuncianti. 288. 1. 15.
 Etiam amicissimus, & optimè meritis de ipso denunciante, dummodo alij desint, qui possint, aut velint denunciare. 290. 1. 22.
 A denunciando Hæretico non excusat vlla dignitas, aut indignitas personæ denunciantis, quando alij desunt. ibid. 24.
Heresiarcha.
 Hæresiarchæ, & dogmatizantes, quinam sint, & vtrum sint reputandi, tanquam relapsi. 164. 1. 24.
 Non sunt de facili recipiendi. ibid. 2. 25.
 Eorum filij sunt irregulares. 247. 2. 21.
Hesitatio.
 Hesitatio, quæ debet abesse à fiducia in oratione, ad hoc vt imperet, in quo consistat. 529. 2. 11.
Hebes, v. Rudis.
Hebræi v. Iudæi.
He. b. s.
 Colligere herbas medicinales in die S. Ioannis Baptistæ, quomodo sit superstitio.

Heremita.
 Heremita, qui non viuunt sub certa Regula, non tenentur ad Horas canonicas. 550. 1. 16.
Homo.
 Homo, in quantum est imago Dei, potest esse materia adorationis latræ. 472. 1. 3.
 Quid possit licite diuinari ex colore, proportione, & partibus humani corporis. 664. 1.
Honor.
 Bonum honoris, & famæ non potest semper exponi pro necessitatibus alicuius prinati. 410. 1. 16.
 Honor Deo exhibitus per virtutem religionis, in quo consistat. 444. 2. 11.
Hora.
 Horæ inæquales, & planetariæ quænam sint. 542. 1. 6.
 Horæ præscriptæ ad recitandum Officium, non debent accipi, vt iam completæ. 597. 2. 2.
 Horæ Italicæ quomodo sint reducendæ ad horas inæquales, sub quibus propriè sunt institutæ Horæ canonicæ. 597. 2. 3.
Hora canonica.
 Hora canonica quid sint. 541. 1. 1.
 Quare dicantur diuinum Officium. ibid. 2.
 Sunt antiquissimæ in Ecclesia. ibid. 2. 3.
 Quando inceperint esse in præcepto. ibid. 4.
 Fuerunt aliquando perfoluta etiam ministerio Angelorum. ibid. 5.
 Quare sint diuisæ in horas diurnas, & in horas nocturnas. ibid. 9.
 Non sunt plures quàm octo, nec pauciores, quàm septem. ibid. 10.
 Quare sit institutus numerus septenarius horarum canonicarum. 543. 2. 16.
 Obligatio ad horas canonicas, ratione Ordinis sacri, potius est ex consuetudine, & vsu Ecclesiæ, quàm ex iure scripto. 544. 2. 3.
 Solum incipit ab hora suscepti Subdiaconatus. 545. 1. 4.
 Si quis ante susceptum Subdiaconatum recitet omnes horas, non satisfacit obligationi, quæ postea oritur. ibid. 2. 7.
 Qui præuidet, se fore impeditum hora debita Vesperarum, vtrum tenetur anticipare. ibid. 1. 6.
 Clerici in minoribus non tenentur ad horas canonicas. 546. 1. 8.
 Qui tenentur ad horas canonicas ratione Ordinis sacri, adhuc tenentur, quando sunt excommunicati, aut degradati. ibid. 2. 13.
 Qui sunt damnati ad triremes, quomodo possint excusari. ibid. 15.
 Qui sunt in sacris, si ex dispensatione Papæ ducant uxorem, adhuc tenentur. 547. 1. 16.
 Qui suscipit sacros Ordines post matrimonium ratum, omnino tenetur. ibid. 17.
 Qui est ordinatus per vim, & metum, non tenetur. ibid. 18.
 Qui est ordinatus ex præcepto Episcopi, tenetur. ibid. 20.
 Qui est ordinatus ante vsum rationis, non tenetur. ibid. 21.
 Qui est ordinatus ante pubertatem, vel ante annum decimum sextum completum, secundum aliquos non tenetur, & secundum alios tenetur. ib. 21. 22.
 Quomodo aliquis teneatur ad horas canonicas ex professione religiosa. 548. 1.
 Obligatio ad horas canonicas, quomodo sit inducta in Religionibus. 549. 1. 9.
 Si in aliqua Religione deputata ad chorum non sit consuetudo sub peccato recitandi horas, possunt omitti sine peccato. ibid. 10.
 Consuetudo,

præcipuarum.

Consuetudo, ex qua Religiones communiter tenentur ad horas canonicas, est ad mortale. ibid. 2. 13.
 Quomodo aliquis teneatur ad horas ex beneficio ecclesiastico. 522. 1.
 Obligatio ex beneficio solum incipit à die apprehensæ possessionis. ibid. 2. 6.
 Obligatio ex beneficio quomodo possit dici de iure natura. ibid. 1. 3.
 Qui percipit fructus, non vt Clericus, neque propter diuinum Officium, non tenetur ad horas canonicas. 552. 1.
 Qui culpa sua omittit capere possessionem, tenetur. 553. 1. 8.
 Qui impeditur per litem, ne capiat possessionem, non tenetur. ibid. 1. 9.
 Qui habet illicitè plura beneficia, quomodo teneatur pluries recitare. ibid. 2. 2.
 Qui habet licitè plura beneficia, non tenetur pluries recitare. ibid. 3.
 Et vnum tantum peccatum peccat, si horas omittat. 554. 1. 4.
 Secus vero si habeat plura illicitè. ibid. 2. 5.
 Qui tenetur ex Ordine sacro, & ex beneficio, peccat in duplici specie, si omittat. ibid. 6.
 Qui habet plura beneficia, tenetur facere commemorationes pro singulis. 555. 1. 8.
 Obligatio ratione beneficij est ex iustitia, non autem solum ex virtute religionis. 554. 2. 7.
 Qui solum est presentatus ad beneficium, vel solum est institutus, & nondum est in possessione, non tenetur. 555. 2. 1.
 Qui nullos percipit fructus, in quibus casibus tenetur. 555. 2.
 Obligatio ad horas canonicas non inducitur ex beneficio sine aliquo ordine ad fructus. 557. 2. 20.
 Quomodo inducatur ex beneficio tenui. 558. 1.
 Coadiutor in beneficio quomodo teneatur. 560. 1. 1.
 Quomodo is, qui habet beneficium in commendam. 561. 1. 8.
 Vicarius in beneficio. ibid. 2. 10.
 Qua formula, & quo Breuiario sint perfoluendæ horæ canonicæ. 566. 1.
 An, & quomodo vnusquisque teneatur quotidie horas perfoluere ex præscriptio sui Breuiarij. 570. 1.
 Qui sæpius, & sine causa mutat Officium, peccat grauiter. ibid. 1.
 Et si id faciat ex contemptu formali, vel frequenter, & ex plena aduertentia, peccat mortaliter. ibid. 2. 2. 3.
 Et secundum aliquos idem est, si id faciat etiam semel. 571. 1. 4.
 Aliud est mutare Officium, & aliud mutare Breuiarium. ibid. 2. 5.
 Posteriores mutationes Officij quomodo contrahant malitiam mortalem ex prioribus. 572. 1. 6.
 Mutatio Officij est semper mortalis, si non sit in Officium æquiualens, aut ferè æquiualens. ibid. 8.
 Præceptum de horis canonicis est substantialiter pro singulis diebus, & quasi plura præcepta. ibid. 2. 9.
 Mutatio Officij in choro est magis illicita. 573. 1. 10.
 Si fiat vna, aut altera vice ex rationabili causa, neque etiam est peccatum veniale. ibid. 11.
 Prælatus ordinarius quomodo possit dispensare in mutatione Officij. ibid. 12.
 Qui mutat Officium ex culpa tantummodo veniali, Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

non tenetur illud repetere. ibid. 13.
 Sed solum debet facere aliquam compensationem, si mutatio sit facta in Officium notabiliter breuius. ibid. 14.
 Officium pro Officio ex priuata deuotione quomodo sit licitum. ibid. 15.
 Officia non approbata à Sede apostolica non possunt dici. ibid. 2. 17. 18.
 De Sancto, qui non est in Calendario, quomodo sit celebrandum Officium. ibid. 1. 16.
 Mutatio idiomatis in horis canonicis, qualis sit culpa. 574. 2. 2. 23. 24.
 Quo ordine sine recitandæ horæ canonicæ. 576. 1.
 Horæ canonicæ vnus diei non incipiunt à primis vespers, sed à Matutino. ibid. 1. 3.
 Qualis sit culpa, si horæ diei sequentis non dicantur post horas diei præcedentis. 576. 2. 4. 5. 6. 7.
 Vel si horæ posteriores non dicantur post horas prioris eiusdem diei. 577. 1. 8.
 Vel si inuertatur ordo partium vnus horæ. 578. 2. 15. 16.
 Quomodo horæ sint recitandæ sine interruptione. 579. 1.
 Etiam nocturni in Matutino non possunt discontinuari sine causa. ibid. 2. 2.
 Et si discontinuatio sit nimia, & vltra duas, vel tres horas, potest esse peccatum mortale. 580. 1. 4.
 Non tamen desunt, qui putent, omnem interruptionem ad quodcunque tempus longum, esse solum peccatum mortale. ibid. 2.
 Sola intentio continuandi partes interruptas alicuius horæ non est sufficiens ad illas cõtinuandas. 581. 7.
 Qui recitat interruptè omnes partes alicuius horæ, non seruat præceptum de substantia illius. 582. 1. 10.
 Quæ sit notabilis interruptio in partibus horæ minoris. ibid. 1. 1.
 Quæ causæ sint rationabiles pro interruptione. ibid. 2. 12.
 Vtrum is, qui interruptit animo omnia repetendi, verè postea teneatur omnia repetere. ibid. 13.
 Qui interruptit miscendo vana, aut turpia, dupliciter peccat. 583. 2. 19.
 Quo modo Officium sit integrè perfoluendum. 585. 1.
 Mortaliter peccat, qui omittit partem notabilem vnus horæ. ibid. 2.
 Quæ pars sit notabilis in horis minoribus. ibid. 3.
 In horis maioribus etiam pars minor, quàm tertia, est notabilis. ibid. 4.
 In recitatione publica est peccatum mortale, si omittatur vnus integer Psalmus. ibid. 2. 5.
 Qui omittit eodem die plures horas, solum peccat vnum peccatum omissionis externæ. 586. 1. 7. 8. 9.
 Sed circumstantia pluralitatis horarum est manifestanda in Confessione. ibid. 10.
 Si pluries omittatur pars modica, quomodo peccatur mortaliter. ibid. 2. 11.
 Si versus, aut verba singula mutentur, quomodo possit peccari mortaliter. ibid. 12.
 Non est contra integritatem, si horæ recitentur alternis versibus, & cum socio. ibid. 14.
 Qui fuerint primi Authores recitandi cum socio. 587. 1. 15.
 In recitatione cum socio debet socius audire socium. ibid. 16.
 Et finire, vt ille benè absoluat suos versus. ibid. 2. 17.
 In socium potest assumi etiam is, qui alioqui non tenetur. ibid. 18. 19.

Si socij sint plures non debent simul facere, nisi duos choros. *ibid.* 20.
 Lectiones, Capitula, & orationes non est necessarium, ut dicantur alternis. 58. 1. 21.
 Antiphonæ, Responsoria, & Versiculi possunt dici alternis *ibid.* 12.
 Si Organum in choro adhibeatur, debent ab aliquo illa suppleri, quæ dicuntur ab organo. 58. 1. 23.
 Verum illi, qui pulsant organa, vel faciunt aliquid pro seruitio chori, satisfaciunt obligationi horarum canonicarum. 58. 1. 24.
 Officium defunctorum, & Litanie, pro certis diebus pertinent ad integritatem diuini Officij. 59. 1. 27.
 In recitatione priuata, & extra chorum non est omitienda saluatio ad populum per, *Dominus uobiscum.* 58. 2. 29.
 Qui uoce sint persoluentæ horæ canonicæ, tam in choro, quam extra chorum. 59. 1. 28.
 Si horæ canonicæ recitentur extra chorum, & sine socio, secundum aliquos sunt recitandæ alta uoce. 59. 1. 12.
 Qui recitat sine socio, non est necesse, ut ipse se audiat *ibid.* 1. 3. 14. 59. 1. 15.
 Verum liceat recitare solum mentaliter, sine ulla formatione uocis. 59. 1. 16.
 Quo loco sint recitandæ horæ canonicæ, tam in recitatione publica, quam in priuata. 59. 1. 1.
 Prælati, & Rectores peculiariter tenentur curare, ut horæ canonicæ in Ecclesiis debito modo recitentur. 59. 1. 18.
 In aula Principum, & in domibus priuatis non possunt solenniter dici horæ canonicæ sine priuilegio. 59. 2. 14.
 Qui recitat priuatum diuinum Officium, potest illud ubique recitare. *ibid.* 1. 5.
 Et in qualibet positione, aut situ corporis. *ibid.* 16.
 Quibus horis de iure, vel de consuetudine, sunt dicendæ singulæ horæ canonicæ. 59. 1. 1.
 In unaquaque Ecclesia est seruanda propria consuetudo quoad tempus recitandi publicè diuinum Officium, & alioquin est peccatum mortale. *ib.* 2. 4. 5.
 In recitatione priuata non est peccatum mortale, si totum Officiū dicatur intra latitudinē diei naturalis, à media nocte, usque ad mediam noctem. 59. 1. 6.
 Est tamen peccatum ueniale, si tempus cuiusque horæ notabiliter uarietur sine causa. *ibid.* 7.
 Quæ sint iustæ causæ uariandi tempus Officij. 59. 1. 10.
 Melius est præuenire tempus, quam postponere. *ibid.* 11.
 Quo mo to Matutinum, & Laudes dicantur ad uesperam diei præcedentis. *ibid.* 12.
 Horæ sunt persoluentæ ex intentione orandi. 60. 1. 1.
 Si is, qui recitat, sit maximè, & notoriè uiciosus, adhuc implet præceptum. *ibid.* 3.
 Qui recitat cum proposito actuali peccandi mortaliter, non peccat specialiter contra præceptum de horis canonicis. *ibid.* 2. 5.
 Et secundum aliquos idem est, si recitet publicè, & solenniter. 60. 1. 6.
 Verum horæ sint recitandæ ex intentione satisfaciendi obligationi. *ibid.* 7.
 Quæ attentione sint recitandæ. *ibid.* 8. 9.
 Quomodo possit sufficere sola attentio superficialis ad uerba. 60. 2. 1. 1.
 Sine aliqua attentione ad uerba non possunt sufficere aliæ attentiones. 60. 3. 1. 1. 2.
 Non requiritur attentio actualis, sed sufficit uirtua-

lis. *ibid.* 1. 13.
 Qui uoluntariè distrabitur in bona parte Officij, peccat mortaliter. 60. 4. 1. 14.
 Et tenetur pro rata restituere fructus suorum beneficiorum. *ibid.* 2. 16.
 Satisfacere obligationi horarum, quoad attentionem, est quid facillimum. 60. 1. 18.
 Qui attendit sufficienter ad horas canonicas, non peccat, si fortè simul attendat ad aliquid aliud. *ibid.* 19.
 Quæ actiones externæ possint licitè exerceri, dum recitatur Officium. *ibid.* 21. 22.
 Qui mente uagatur ex negligentia crassa, perinde est, ac si uoluntariè uagatur. 60. 6. 1. 23.
 Qui attendit ad horas canonicas solum leniter, & postea non recordatur, quod recitauerit, ad quid tenetur. *ibid.* 2. 24.
 Quibus de causis possit excusari ab horis canonicis. 60. 7. 1.
 Qui excusantur ab horis canonicis, non tenentur ad aliquid aliud loco horarum. 61. 2. 2. 8.
 Obligatio ad horas canonicas quotidie recitandas est sub mortali. *ibid.* 1.
 Omissio horarum non est mala in eadem specie, quando obligatio est ex beneficio, & quando est ex Ordine sacro, & idè qui simul tenetur ex utroque titulo, simul peccat in utraque specie. 61. 3. 1. 2. 3.
 Omissio horarum non est speciale peccatum contra obedientiam, ex eo, quod sit præcepta in uirtute obedientiæ. *ibid.* 2. 5.
 Quomodo omissio horarum sit unum, aut plura peccata numero. 61. 4. 1. 7.
 Qui horas omittit, ad nihil tenetur loco horarum. *ibid.* 2. 8.
 Tenetur tamen restituere fructus suorum beneficiorum. 61. 5. 2. 1.
 Qui omittit partem minorem una integra hora, nihil tenetur restituere. 62. 0. 1. 2. 3.
 Non excusatur à restitutione, qui alia die repetit totum Officium, quod omisit. 61. 9. 2. 2. 2.
 Qui omittit unum Nocturnum tenetur restituere pro rata. 62. 0. 2. 2. 4.
 Qui omittit eadem die plures partes modicas diuersarum horarum, tenetur restituere. *ibid.* 2. 5.
 Partes fructuum, quæ respondent singulis horis, quomodo sint accipiendæ. *ibid.* 2. 6.
 Ad quid teneatur, qui omittunt Officium primis sex mensibus ab obtento beneficio. 62. 2. 1.
 De iis, quæ pertinent ad recitationem publicam, & in choro. 62. 4. 2.

Humilitas.

Subiectio ad Deum, quæ sit in adoratione, non spectat ad uirtutem humilitatis. 43. 7. 2. 1. 1.
 Humilitas in oratione multum iuuat ad impetrandum. 53. 0. 2. 14.

Hydromantia.

Diuination per hydromantiam quænam sit. 67. 1. 2. 2.

Hyperdulia.

Adoratio hyperdulie quænam sit. 44. 8. 2. 1. 4.
 Differt specie ab adoratione dulie. 44. 9. 2. 1. 8.
 Cultus hyperdulie si tribuatur Christi humanitati propter excellentiam uisionis, aut aliam quamcunque, secundum aliquos est cultus superfluus, scandalosus, & illicitus. 46. 1. 1. 7.
 An, & quomodo uera Crux possit adorari hyperdulia. 48. 1. 1. 4.
 Cultus hyperdulie rectè tribuitur Beatissimæ Virgini. 48. 1. 1. 2.
 Nomen hyperdulie non est uisatum à Sanctis Patribus,

tribus, sed excogitatum à Scholasticis. *ibid.* 1. 3.
 Hyperdulia, quæ exhibetur ratione solius sanctitatis, non differt specie à dulia. *ibid.* 14.
 Hyperdulia secundum quid potest tribui etiam uni Sancto respectu alterius. *ibid.* 2. 1. 5.
 Hyperdulia ratione maternitatis Dei in Beatissima Virgine differt specie à dulia, & hyperdulia ratione sanctitatis. *ibid.* 16.
 Hyperdulia ratione excellentiæ sanctitatis est excellentior, quam ratione maternitatis. 48. 9. 1. 18.

I

Idioma, v. Lingua.

Mutatio idiomatici Latini in Horis canonicis, qualis sit culpa. 57. 4. 2. 2. 2.
 Licentia mutandi Officium diuinum in aliam linguam, non spectat nisi ad Papam. 57. 5. 1. 2. 5.

Idololatria, Idolum.

Idololatria, & idolum quid proprie sit. 63. 2. 1. 1.
 Idolum non potest licitè vendi homini infideli, querenti illud ad cultum. 126. 1. 1. 3. 1. 4.
 Quomodo idololatria diuidatur in physicam, ciuilem, & fabulosam. 63. 2. 1. 2.
 Quomodo diuidatur in ueram, & fictam. *ibid.* 2. 3.
 Semper est peccatum mortale. *ibid.* 4.
 Quomodo dicatur grauissimum peccatum. *ib.* 5.
 Quas penas incurrat. 63. 3. 1. 6.

Idolothytum.

Idolothyta comedere quomodo possit esse licitum. 73. 1. 6.

Ieiunium.

Ieiunia publica non possunt indici in honorem Sancti nondum approbati. 50. 0. 1. 2. 5.

Iesus, v. Christus.

Sanctissimum Nomen, Iesus, quomodo possit adorari latria. 47. 5. 2. 5.
 Quare sit sanctius, & uenerabilius, quam nomen Dei. 47. 7. 1. 9.

Ignis, Flamma.

Diuination per ignem, seu Pyromantia, quænam sit. 67. 2. 1. 4.
 Quænam possint diuinari ex flammis, quæ apparent in aëre. *ibid.* 2. 8. 9.

Ignorantia.

Ignorantia excusat in foro conscientie eos, qui non faciunt professionem fidei, ad quam tenentur. 75. 2. 2.
 Dummodo sit inuincibilis, & inculpabilis. 78. 1. 14.
 Et in tali casu etiam excusat à pena non faciendi fructus suos. 80. 2. 9.
 Ignorantia culpabilis rerum fidei, quæ potest esse in homine fidei, quomodo differt ab infidelitate priuata, & quare non excludat ab illo fidem. 89. 2. 5.
 Qualis ignorantia excuset à censura Bullæ Ccenæ contra legentes, aut habentes libros in illa prohibitos; & utrùm excuset, quando est crassa, & affectata. 206. 2. 2. 5.
 Cum ignorantia inuincibili obligationis, & debiti non potest stare peccatum. 82. 2. 2. 0.
 Potest quis ignorare inuincibiliter omnem potestatem superiorem, à qua possit induci obligatio. 38. 2. 1. 19.
 Ignorantia inuincibilis circa obligationem Horarum canonicarum, ab illis excusat. 60. 7. 1. 1.
 Idem est de ignorantia inuincibili circa modum recitandi. 60. 7. 2. 5.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Illegitimus, v. Filius.

Etiā filij illegitimi non possunt admitti, ut testificentur contra parentes, & ascendentes. 290. 1. 20.
 Filij illegitimi, etiam spurij, sunt necessarii amandi à parentibus quoad alimenta, & necessaria uitæ. 43. 4. 1. 12.
 Filie illegitimæ, & spuria, sunt dotandæ à parentibus. 43. 4. 2. 1. 4.
 Illegitimis, & spuris debentur alimenta à patre Clerico, etiam de bonis ecclesiasticis. 43. 4. 2. 1. 5.
 Alimenta simpliciter necessaria ad uitam, non possunt per ius posituum prohiberi filiis spuris. 43. 5. 1. 17.
 Filij illegitimi sunt necessarii amandi à parentibus, quoad bona spiritualia. 43. 5. 2. 1. 9.
 Quomodo sint alendi à patre religioso, & professo. 43. 5. 2. 20.

Imago, v. Pictura.

Imagines Hæreticorum non sunt habendæ. 210. 1. 16.
 Vltus imaginum est ex se licitus. 46. 4. 1. 1. 1.
 Imagines Christi quomodo illum representent secundum Diuinitatem. 46. 4. 2. 2.
 Quomodo possint fieri imagines Dei, & rerum spiritualium. 46. 5. 1. 3.
 Non sunt fingendæ pro arbitratu cuiusque, sed solum secundum uisum, & modum Ecclesiæ. 46. 6. 2. 7.
 Imagines Dei, & Sanctorum rectè collocantur in templis. 46. 7. 1. 8.
 De fide est, quod Sacræ imagines sunt adorandæ. 46. 7. 2. 10.
 Illarum adoratio est solum respectiua, non absoluta. 46. 7. 2. 11.
 Non adorantur acceptæ materialiter, prout sunt res quædam; sed solum acceptæ formaliter, prout exercent munus imaginis. 46. 7. 2. 12. 46. 8. 1. 13.
 Et adorantur eadem adoratione, qua ipsum prototypum. 46. 8. 1. 13.
 Quomodo imago Christi, aut Dei, adoretur latria per analogiam attributionis. 46. 9. 1. 1. 5.
 Non omnis actus, qui prouenit ex latria, est tribuendus imagini. 46. 9. 1. 1. 6.
 Utrùm imagini sit exhibendus aliquis alius cultus, præter cultum prototypi. 46. 9. 2. 1. 7.
 Quomodo una imago eisdem prototypi magis honoretur, quam alia. 47. 0. 1. 1. 8.
 Omnis imago Christi, vel Dei, & quicquid illa representat, & continet, potest adorari latria. 47. 1. 2. 2.
 Imago Crucifixi, in qua apparet, & loquitur Diabolus, quomodo possit adorari latria. 47. 4. 2. 1.
 Imagines Sanctorum non canonizatorum, aut beatificatorum, non possunt pingi cum radiis, & cum insignibus sanctitatis. 50. 2. 1. 1.
 Imagines antiquitatis fuerunt appense, etiam Sanctis uiuentibus. 50. 4. 1. 1. 2.
 Imagines astronomicæ quomodo ab aliquibus defendantur non esse superstitiosæ. 67. 9. 1. 1. 5. 16.
 Imagines canonizatae per nomina spirituum, & per fumigationes, continent idololatriam. 68. 0. 2. 1. 8.
 Imagines intra terram, & certo modo defossæ non sunt licitæ. 68. 0. 2. 1. 9.
 Imagines, aut characteres stellarum, non possunt ualere ad actus liberos, & ad euentus fortuitos. 68. 1. 2. 0.
 Imagines astronomicæ sunt peccatum mortale ex suo genere, & habent adiunctam excommunicationem, & alias penas grauissimas. 68. 1. 1. 2. 1.
Impetratio, v. Oratio.
Impossibile, v. Possibile, Potentia.
Imprecatio.
 Imprecationes, quæ in Scriptura habentur contra peccatores, quomodo intelligantur. 39. 5. 1. 8.

Inadvertentia.
 Inadvertentia naturalis excusat ab Horis canonicis. 607.1.2.
Incaratio, v. Christus.
 Mysterium Incarnationis quomodo fuerit de necessitate mediante, & post promulgationem Evangelij. 25.2.10.11.12.
 Omnibus temporibus semper fuit habita aliqua notitia, & fides de Incarnatione. 25.2.1.2.
 Fides Incarnationis multis modis potuit esse implenda. 26.1.1.3.
 Potest sufficere etiam in voto. 27.1.1.5.
 Non potest dici, quoddam sit necessaria ad gloriam, si non est necessaria ad gratiam. 28.1.1.9.
 Quomodo sit credenda de necessitate precepti. 36.1.1.3.
Impressor, Imprimere.
 Imprimentes libros Hæreticorum, quinam esse intelligantur. 110.2.1.8.
Inexperientia, v. Experientia.
Infamia, Infamis, v. Diffamatus.
 Infamia solius facti, seu vulgaris, quænam sit. 249.1.1.
 Infamia iuris, & legalis. 249.1.2.
 Infamia in se, & infamia in aliis. 249.2.3.
 Quomodo infamia iuris possit incurri ante sententiam Iudicis. 249.2.4.
 Qui est infamis in se, non potest ante sententiam infamari quoad alios. 5.1.1.5.
 Neque tenetur abstinere ab iis actibus, ad quos est inhabilitatio infamæ, si ex illis sequitur manifestatio infamæ quoad alios. 251.2.6.
 Solus Papa potest remittere Hæreticis pœnam infamæ. 252.1.12.
 Non autem Episcopus, aut Inquisitor. 252.1.13.
 Infamis non est incapax eorum dignitatum, quæ sunt accessoria ad aliquid aliud, cuius ipse est capax. 253.1.2.
Infans, v. Parvulus, Natrix.
Infidelis, Infidelitas, v. Apostasia.
 Infidelitas est peccatum, quando opponitur fidei secundum contrarietatem, non autem secundum puram negationem. 89.1.1.2.
 Infidelitas privativa, & positiva, vel contraria, quomodo inter se differant, & sint omisso, & commisso. 89.2.3.
 Infidelitas privativa quomodo differat ab ignorantia culpabili rerum fidei, quæ potest esse in homine fideli. 89.2.4.
 Est peccatum gravissimum. 90.1.7.
 Non tamen inter illa, quæ sunt contra virtutes theologicas. 90.2.8.
 Est minus gravis, quam odium Dei; & gravius, quam desperatio. 90.2.9.9.1.10.
 Res & dividitur in Paganismum, Iudaismum, & hæresim. 91.2.1.1.
 Quævis hæc species non differant essentialiter, sunt tamen necessarii exprimendæ in Confessione. 92.1.14.15.
 Infideles non possunt redigi in servitutem à fidelibus ex eo, quia sint finis moribus, vel quia sint quasi amentes, & parum valeant mente. 98.2.1.2.99.1.13.
 Infideles non subditi non possunt cogi ad audientes Prædicatores fidei. 99.2.1.4.
 Si nolint audire prædicationem, non propterea illi resistunt, aut illam impediunt. 100.2.1.8.
 Infideles temporaliter subditi quomodo possint cogi ad audientes Prædicatores. 100.2.1.9.
 Non possunt cogi directè, ut fidem recipiant. 101.1.1.
 Possunt tamen cogi indirectè. 102.2.3.
 Infideles non subditi non possunt directè cogi ad

fidem. 103.1.5.
 Possunt tamen aliquo modo cogi indirectè. 103.2.8.
 Ritus infidelium quomodo sint tolerandi. 104.1.
 Principes, etiam infideles, tenentur non tolerare eos ritus, qui sunt contra lumen naturæ. 106.1.1.0.
 Infideles non sunt permittendi acquirere de novo prælationem, aut dominium supra fideles. 108.1.1.2.
 Si tamen acquirant iusto aliquo titulo, & independenter à consensu, & voluntate fidelium, non sunt per se, & directè impediendi, sed solum possunt impediri indirectè. 108.2.4.5.
 Si habeant ab antiquo prælationem, aut dominium supra fideles, sunt tolerandi. 109.1.6.
 Nec possunt directè illo privari, sed solum indirectè. 109.2.7.8.
 Quomodo asserat S. Th. quoddam in Ecclesia sit potestas privandi infideles per sententiã, vel per ordinationem suã prælationem, & dominium super fideles. 110.1.9.
 Non possunt ab Ecclesia privari, si sinant fideles Christianè vivere, neque fidelibus timeantur pericula in futurum. 110.2.10.
 Ecclesia non semper vitur facultate eximendi fideles ab infidelibus. 111.1.1.1.
 Penes quem resideat hæc potestas eximendi fideles. ibid. 2.1.3.
 Ipsi fideles licitè possunt per fugam sibi consulere, etiam quando ab Ecclesia non eximuntur. ib. 12.
 Infideles temporaliter subditi possunt privari, etiam directè, prælationem, & dominium super fideles. 113.1.3.
 Civilis communicatio cum infidelibus quomodo sit illicita. 114.2.2.
 Communicatio cum infidelibus quoad exercitium artis medicæ, est graviter prohibita. 118.2.
V. Medicus.
 Infideles non possunt habere nutrices Christianas. 120.2.10. *V. Nutrix.*
 Infideles non possunt à fidelibus habere aliquid ex testamento. 121.2.15.
 Et quoad hoc non dispensat Episcopus. 122.2.17.
 Communicatio cum infidelibus, quoad contractus, non est illicita. ibid. 1.
 Infideles, per se loquendo, possunt licitè vocari ad bellum iustum. 124.1.5.
 Sed ex accidente potest hoc non esse licitum. ib. 8.
 Possunt etiam licitè iuari à fidelibus in bello iusto. ibid. 1.7.
 Si ad bellum vocentur indebitè, omnia damna, quæ inferunt contra ius belli, sunt cõpensanda. ib. 9.
 Quomodo liceat vendere infidelibus, quæ apud illos sunt habitura malum vsum. 125.1.10.
 Infideles, si receperint Hæreticos, aut Apostatas à fide, sunt puniendi ab Ecclesia. 192.1.10.
 Et sunt de foro illius. ibid. 11.
 Et idem est, si illas defendant. 194.1.2.2.
 Etiam infideles sunt diligendi ex charitate, ut proximi. 36.2.2.8.
Infirmus.
 Cum infirmis non est scrupulosè agendum, quo ad excusationem ab Horis canonicis. 611.1.2.2.
 Qui non est solitus adesse choro, cum bene valet, non excusatur, quando est infirmus. 626.1.8.
Ingenium, v. Intellectus.
 Bonitas ingenij potest diuinari per physionomiam ex colore, & proportionem partium humani corporis. 664.1.2.
 Ad bonitatem ingenij quæ sit optima dispositio capitis. ibid. 3.
 Ad bonitatem ingenij requiritur præcipue in cerebro certa dispositio caloris, & siccitatis. ibid. 2.4.
 Ex lineis manus quomodo colligatur ingenium. 667.1.2.

Inimicus.

Inimicus.
 Inimicus est diligendus ex charitate. 36.1.1.10.
 Licitum est optare, & precari inimico aliquid malum temporale, aut corporale, propter aliquod malum bonum. 395.1.9.
 Sed propter periculum odij tutissimum est, ut non optetur, nisi sub conditione. 396.1.10.
 Odium erga inimicos omninò est deponendum, neque sunt excludendi à generalitate nostræ dilectionis. ibid. 11.
 Salutationes, & resalutationes quomodo sint debite inimicis. ibid. 12.
 Inimicus non est necessariò recipiendus in familiaritatem priorem. ibid. 2.13.
 Non est cogendus salutem inimicum is, qui ante inimicitiam cum non salutabat. 397.1.14.
 Qui inimico non remittit iniurias, non exauditur in orationibus. 532.1.20.
Inquisitor.
 Inquisitor, si fauceat Hæreticis, est excommunicatus. 192.1.13.
 Non potest dare licentiam legendi, aut habendi libros damnatos in Bulla Cœnæ. 105.2.1.8.
 Potest tamen ipse per se illos legere, & habere. ibid. 19.
 An, & quomodo Inquisitores possint absolere ab hæresi in foro conscientie tantum. 231.2.9.
 Inquisitores possunt remittere pro foro penitentia ad alios Confessarios. 234.1.14.
 Verum possunt dispensare in irregularitate contracta ex hæresi. 239.2.1.8.
 Non possunt remittere Hæreticis pœnam infamæ. 252.1.13.
 Edicta Inquisitorum de Hæreticis denunciandis, durant perpetuò per modum legis. 280.2.2.1.
 Quomodo Inquisitores debeant se gerere cum viris Principibus, & primariis. 291.1.2.5.
 Et cum Episcopis, & Prælati superioribus. ibid. 26.
 Et cum Nunciis, & Officialibus Papæ. 292.1.1.11.
 Si præferim hæresim spargant, & sint suspecti de fuga. ibid. 33.
 Et cum aliis Inquisitoribus, si fortè etiam ipsi sint suspecti de fide. 292.2.34.
 Inquisitoribus sunt denuntiandi malefici, & magi, si sint hæreticales. 297.1.2.
 Solum Inquisitores, & locorum Ordinarij delegantur Iudices contra sollicitantes in Confessione sacramentali. 302.2.6.
 Etiam Inquisitor est denunciandus, si sollicitet in Confessione. 304.1.16.
 Inquisitores, & Ordinarij locorum non possunt non procedere contra sollicitantes denunciatos. 308.1.40.
Insomnium.
 Insomnium quo differat à somnio. 657.1.3.
 Insomnium proprie dictum, etiam secundum antiquos, nihil præsignificat. 663.2.20.
Intellectus, Intellectualis, v. Ingenium.
 Spes, virtus theologica, non est in intellectu, ut in subiecto. 322.1.16.
 Virtutes intellectus, vel intellectuales, quomodo sint nobiliores, quam virtutes voluntatis. 355.1.15.
 Quomodo astra agant indirectè in intellectu. 644.2.1.3.
Intensio, Intensus, v. Albus, Qualitas.
Intentio.
 Sola intentio continuandi partes interruptas alicuius Horæ canonicæ, non est sufficiens ad illas continuandas. 581.1.7.
 Quæ intentione sint persoluenda Horæ canonicæ. 601.1.
B. Adelli Theol. Moral. Tom. II.

Si hæc intentio vitietur ex circumstantia mali finis, nõ propterea impeditur impletio precepti. ib. 1.2.
Invidia.
 Quomodo ex invidia oriatur odium proximi. 401.1.16.
 Quomodo ex invidia contingat peccari contra charitatem proximi. ibid. 2.17.
Locus.
 Qui inter iocandum fateatur se consensisse in hæresim, & de hoc sibi complacet, ut de præterito, verum incurrat excommunicationem Hæreticorum. 174.1.20.
Ira, Irascibilis.
 Passiones irascibilis sunt diuerse à passionibus concupiscibilis. 310.2.6.
 Irascibilis est potentia distincta à concupiscibili. 311.1.7.
 Irascibilis operatur ex potentia æstimatiua. ib. 2.9.
 Quæ appetitus intellectivus, qui est voluntas, non dividatur in concupiscibilem, & irascibilem. ibid. 1.8.
 Passiones irascibilis sunt posteriores aliquibus passionibus concupiscibilis, & aliquibus sunt priores. ibid. 2.10.
 Inter passiones irascibilis prima omnium est spes. 312.1.11.
 Quare potentia irascibilis sumat denominationem ab ira, & non ab aliis passionibus. ibid. 2.13.
 In passionibus irascibilis reperitur contrarietas secundum obiecta, & secundum accessum, & recessum ab eodem obiecto. 314.1.2.1.
Irregularitas, Irregularis.
 Hæretici quomodo sint irregulares. 235.2.
 Irregularitas ex ficta apostasia à fide, quomodo possit dispensari ab Episcopo. 238.1.10.
 Facilius dispensatur quoad exercitium Ordinum, qui iam habentur, quam quoad susceptionem novorum Ordinum. ibid. 2.11.
 Irregularitas contracta ex vera hæresi, aut ex vera apostasia à fide, à quo dispensetur. ibid. 12.
 Credentes, receptatores, defensores, fautores Hæreticorum, sunt irregulares. 240.2.1.
 Schismatici quomodo sint irregulares. 241.1.3.
 Qui habent pactum cum Dæmone, eumque colunt, quomodo sint irregulares. 242.1.7.
 Qui abiurat, ut Hæreticus, manet irregularis. ibid. 2.8.
 Vtrum excommunicatus fiat irregularis, si dicat, *Domine vobiscum*. 546.2.14.
Iter agentes.
 Iter agentes in vnoquoque episcopatu sunt subditi quoad absolutionem. 217.2.1.
Iudas.
 Labia Iudæ, quæ Christum osculo tetigerunt, quare non adorentur latria. 484.1.8.
Iudæus, v. Rabbinus.
 Iudæi, & Mauri quomodo fuerint expulsi ex regnis Hispaniarum. 102.2.4.
 Ritus Iudæorum non prohibentur. 105.1.5.
 Sed permittuntur cum multis limitationibus. ibid. 6.
 Iudæis interdicitur de iure omnes publici honores, & officia. 108.1.3.
 An, & quomodo sint proprie serui, & mancipia Christianorum. 112.2.2.
 Familiaritas cum Iudæis est prohibita sub mortali. 115.1.4.5. 118.1.16.
 Cohabitatio cum Iudæis, aut Saracenis. 116.1.8. 118.1.16.
 Balneatio. 116.2.9.

Commissa. *ibid.* 10.
 Azyma Iudaeorum. 117. 2. 15.
 Accensus ad eorum nuptias, ludos, & festa. *ibid.* 12.
 Communicatio quoad exercitium artis medicæ.
 118. 2. 1.
 Iudæi non possunt habere nutrices Christianas. 120.
 2. 10.
 Non possunt à fidelibus habere aliquid ex testamen-
 to. 121. 2. 15.
 Chirurgus, aut barbitonsor Iudæus non est vocan-
 dus ad ægrotum Christianum. 120. 1. 5.
 Per Bullas pontificias multa sunt constituta quoad
 modum ab Hebræis seruandum in suis contra-cti-
 bus. 123. 1. 7.
 Iudæi in die Passionis Dominicæ non possunt pro-
 dire in publicum. *ibid.* 2. 3.
 Non possunt militare. 124. 1. 4.
 Si receperint Hæreticos, aut Apostatas à fide, sunt
 puniendi ab Ecclesia. 192. 1. 10.
 Et fiunt de foro illius ratione delicti. *ibid.* 11.
 Et idem est, si illos defendant. 194. 1. 22.
 Quomodo Iudæi arguantur in Euangelio, quòd æ-
 dificarent, & ornarent sepulcra Prophetarum.
 497. 1. 3.
Index, Iudicium.
 Qui Iudici constretur, se aliquando consensisse in
 hæresim, vtrum incurrat excommunicationem
 Hæreticorum. 174. 1. 19.
 Quot modis procedat Iudex contra delicta. 277.
 1. 4.
 Iudex ordinarius cognoscit de sua iurisdictione in
 casu dubio. 101. 1. 16.
 Pro restituendis fructibus beneficij ab eo, qui omisit
 Horas canonicas, non est expectanda sententia
 Iudicis. 617. 2. 13.
 Non potest Iudex ad verificandum delictum malefi-
 cij, quærere à Mago, vt illud iterum operetur cor-
 ram ipso Iudice. 686. 2. 13.
 Iudex indebitè extrahens reum de loco sacro, tene-
 tur illi ad omnia damna. 694. 2. 23.
 Non potest reum examinare intra Ecclesiam, etiam
 de licentia Prælatorum. *ibid.* 24.
 Iudicia, præsertim criminalia, non possunt exerceri
 intra Ecclesiam. 695. 1. 25.
Judicium exirenum.
 Aduentus Christi ad Iudicium quomodo sit creden-
 dus de necessitate præcepti. 37. 1. 19.
Iuramentum.
 Iuramentum quando defertur à iure, requirit neces-
 sariè corporalem contactum. 76. 1. 7.
 Iuramentum obedientiæ non est faciendum per
 Procuratorem. *ibid.* 8.
Iurisdiclio.
 Iurisdiclio Ecclesiæ in actus merè internos, est solùm
 voluntaria, & pro foro interno. 168. 1. 8.
 Quomodo ad iurisdictionem, aut eius vsum requi-
 ratur cognitio delicti, aut causæ. 169. 1. 14.
 In actus merè internos potuit à Christo dari iurif-
 dictio etiam inuoluntaria, & pro foro externo;
 sed non est data. *ibid.* 16.
Ius patronatus, v. Patronatus.
Iustitia, Iustia.
 Impetratio orationis ex Dei promissione non est ex
 iustitia. 528. 2. 5.
 Indigna tractatio hominis iusti non est sacrilegium.
 692. 2. 10.
Inueni.
 Quare iuvenes communiter sint bonæ spei. 315. 2.
 16.
 Iuvenes communiter parum somniant. 658. 1. 11.

L

Laiicus.

Laiicus sub pœna excommunicationis non po-
 test disputare de rebus fidei. 85. 2. 3.
 Laiici aliquando in iure veniunt appellatione illit-
 teratorum. *ibid.* 4.
 Laiicus, si sit doctus, secundùm aliquos non prohibe-
 tur disputare de fide: sed oppositum est proba-
 bilius. *ibid.* 5. 6.
 Laiici non possunt prædicare, nisi de licentia. 86. 2.
 8. 87. 1. 9.
 Laiici communiter sunt infesti Clericis. 293. 1. 37.
 Si laicus fingat se Confessarium, & sollicitet ad tur-
 pia, vtrum sit denunciandus. 304. 1. 14.
 Laiici non debent tangere res sacras. 478. 1. 13.
 Quomodo peccent, si illas tangant. *ibid.* 2. 14.
Lampas, v. Cereus.
 Lampades, & luminaria non possunt accendi ad
 Sanctos nondum approbatos. 502. 2. 3.
Lapis.
 Certi lapides possunt inducere certa sœnia. 658. 2. 14.
Latria.
 Adoratio latriæ quænam sit. 448. 2. 14.
 Differt specie ab adoratione dulciæ. 449. 1. 16.
 De fide est, quòd Deo debeatur. 450. 2. 1.
 Tam debetur singulis personis diuinis, quàm omni-
 bus. 451. 1. 1.
 Adoratio Dei, in quantum Deus excellit in hoc, vel
 illo attributo, non differt specie. *ibid.* 2. 4.
 Distinctio rationis in attributis diuinis, quare non
 diuersificet specie adorationes, quæ possunt esse
 circa illa. 452. 1. 6.
 Latria rectè potest dici perfectissima species dulciæ.
 453. 1. 7.
 Deus, vt benefactor, & vt Saluator adoratur eadem
 adoratione latriæ, qua adoratur, vt Deus. *ibid.*
 2. 9.
 Actus externi, qui fiunt in Dei cultum, quomodo
 sint actus latriæ. 454. 1. 10.
 De fide est, quòd Christo debeatur cultus latriæ. 455.
 1. 1.
 Non solùm secundùm Diuinitatem; sed etiam secund-
 ùm Humanitatem. *ibid.* 2. 2.
 Latria, qua in Christo adoratur Humanitas, est illa
 ipsa, qua adoratur Diuinitas. 456. 2. 3.
 Adoratio latriæ quomodo simul sit ad imaginem, &
 ad prototypum. 468. 2. 14.
 Quomodo imago adoretur latria per analogiam at-
 tributionis. 469. 1. 15.
 Non omnis actus, qui ex latria exhibetur prototy-
 po, est exhibendus imagini. *ibid.* 16.
 Omnis imago Christi, vel Dei, & quicquid illum re-
 præsentat, & continet, potest adorari latria. 470. 2.
 Quomodo cultus latriæ exhibeatur Cruci. 482. 1.
 Quare non omnia, quæ Christum quomodocunque
 tetigerunt, adorentur latria. 483. 2. 7.
 Labia Iudæ; manus, quæ dedit alapam Christo; asina,
 quæ Christum portauit; terra Chanaan, quam
 Christus calcavit; non adorantur latria. 484. 1. 8.
 9. 10.
 Possunt tamen, secundùm aliquos, licitè adorari.
 484. 1. 14.
 Mulier hæmorrhœissa, quæ tetigit sabbatam; turbæ,
 quæ Christum sapius compresserunt; & ipsa Bea-
 tissima Virgo, quæ Christum portauit; non ado-
 rantur latria. *ibid.* 11. 12.
 Potest tamen B. Virgo adorari latria, propter con-
 tactum, quem habuit ad Christum: quanquam
 hic

Libri, Volumina.

hic cultus practicè & communiter illi non tri-
 buit. 488. 1. 6. 7.
 Beatissima Virgo per se, & communiter non adora-
 tur latria. 487. 1. 9.
 Quomodo Sancti possint adorari latria. 491. 2. 7.
 Cultus latriæ, & dulciæ non sunt ex eodem habitu.
 492. 1. 8.
Laudare.
 Laudare, & glorificare quòd differant. 446. 2. 6.
 Humanitas Clerici, prout distincta à Verbo, illudque
 non includens, potest laudari laudatione ipsi pro-
 pria. 463. 1. 12.
Legatum.
 Cardinalis Legatus à latere non potest dare licen-
 tiam pro libris prohibitis. 206. 2. 22.
 Etiam si veniat appellatione Sedis apostolicæ. *ibid.*
 26.
Legere, v. Liber.
 Qui legit solis oculis librum damnatum in Bulla
 Cœnæ, nec profert verba, adhuc est excommu-
 nicatus. 203. 1. 10.
 Qui legit, sed non intelligit librum damnatum,
 vtrum sit excommunicatus. *ibid.* 12.
 Qui mandat sibi legi librum damnatum, & audit
 legentem, vtrum incurrat censuram Bullæ. 204.
 1. 13.
 Qui solum audit legentem librum damnatum, &
 nullo modo est illi causa, vt legat, vtrum incurrat
 censuram. *ibid.* 2. 15.
 Quis possit dare licentiam legendi libros prohibi-
 tos in Bulla Cœnæ. 205. 1. 16. 17. &c.
Leuitas.
 Leuitas materiæ quomodo excuset in legendis li-
 bris damnatis in Bulla Cœnæ. 198. 1. 14.
 Leuitas materiæ vnde sumatur quoad transgressio-
 nem ordinis charitatis erga proximum. 425. 1. 16.
 Leuitas materiæ non excusat furtum sacrarum Reli-
 quiarum à culpa mortali. 517. 1. 15.
Lex, Lex veteris.
 Quomodo dicatur, quòd lex quotidie loquitur, &
 semper disponit. 232. 1. 8.
 In lege veteri fuerunt præcepta moralia, cæremoni-
 alia, & iudicialia. 1. 2. 1.
 Præcepta veteris legis quare aliquando appellentur
 testimonia, iustificaciones, & mandata. 2. 1. 2.
 Præcepta cæremonialia post Euangelium iam sunt
 mortifera. *ibid.* 3.
 Iudicialia verò sunt solùm mortua. *ibid.* 4.
 Præcepta veteris legis quomodo dicantur non bona,
 & occidere. 2. 2. 6. 7.
 Et fuisse iugum importabile. 3. 1. 8.
 Fuerunt penè infinita. *ibid.* 9.
 Leges humanæ, quæ feruntur in declarationem, aut
 determinationem iuris diuini, aut naturalis, ex-
 tenduntur, sicut & ipsum ius diuinum, & natura-
 le. 303. 2. 12.
 Extensio legis ad actus non expressos, potest fieri ex
 omnimoda identitate rationis. *ibid.* 13.
Libertas, Liberum.
 Donatio libertatis facta ab Hæretico, aut reo cri-
 minis capitalis ante sententiam, non valet. 270.
 2. 12.
 Actus liberi non possunt præcognosci ex astris. 642.
 2. 9. 10.
 Possunt tamen coniectari ex inclinationibus cuius-
 que, quæ deprehenduntur ex astris. 644. 2. 12.
 Libertati non officit significatio futurorum per
 astris. 648. 1. 4.
 Futuri euentus liberi non possunt præcognosci ex
 astris. 649. 2. 9.
 Effectus liberi non possunt diuinari ex somniis, nisi
 quando immittuntur à Deo. 660. 2. 3.

Libri Rabbinorum recentiorum non sunt permit-
 tendi. 105. 2. 7.
 Qui legendo, aut transcribendo alienum librum
 profert suam hæresim, quam habet inueni-
 vtrum incurrat excommunicationem Hæretico-
 rum. 174. 2. 22.
 Libri Hæreticorum sunt prohibiti in Bulla Cœnæ.
 194. 2. 1.
 Et in iure communi canonico, & ciuili. *ibid.* 2. 195.
 1. 3.
 Et prohibitio sumpsit initium ex Actis Apostolo-
 rum. *ibid.* 4.
 De fide est, libros Hæreticorum posse prohiberi.
ibid. 5.
 Libri Hæreticorum etiam manuscripti sunt prohi-
 biti. 196. 1. 7.
 Neque solùm libri toti, sed etiam partes illorum.
 196. 2. 8.
 Etiam quando sunt consuta per se, & seorsim ab aliis
 partibus. *ibid.* 9.
 Non tamen sunt prohibita in Bulla Cœnæ omnia
 volumina Hæreticorum, si non contineant hære-
 sim. 196. 2. 10.
 Etiam si, commoditatis gratia, sint simul consuta
 cum iis, quæ continent hæresim. *ibid.* 11.
 Inter partes prohibitas est etiam epistola dedicati-
 o, præfatio, & Index. 197. 1. 12.
 Vna epistola, aut vna concio Authoris hæretici,
 vtrum sit prohibita in Bulla Cœnæ. *ibid.* 13.
 Leuitas materiæ quomodo excuset in his libris le-
 gendis. 198. 1. 14.
 Non est liber damnatus in Bulla Cœnæ, nisi sit Au-
 thoris hæretici. *ibid.* 2. 15.
 Intelligendo hoc nomine etiam Apostatus à tota fi-
 de. *ibid.* 16.
 Et Schismaticos, si in aliquo sint Hæretici. *ibid.* 17.
 199. 1. 18.
 Libri Hæreticorum sunt prohibiti, etiam si Autho-
 res non sint damnati, aut denunciati. 199. 1. 19.
 Si liber sit æqualiter Authoris hæretici, & Autho-
 ris catholici, est censendus prohibitus. *ibid.* 2. 20.
 Liber Hæretici cum fragmentis, aut scholiis Autho-
 ris catholici est prohibitus. *ibid.* 2. 1.
 Nisi fortè Cõmentaria Authoris catholici sint tam
 copiosa, vt tribuant libro denominationem,
 eumque faciant Authoris catholici. 200. 1. 22.
 Liber Catholici cum annotationibus, aut fragmen-
 tis Authoris hæretici non est prohibitus in Bulla
 Cœnæ. *ibid.* 2. 23.
 Qui ex intentione addiscendi hæreses, legit librum
 Catholici, cum fragmentis Hæreticorum, non
 est excommunicatus. *ibid.* 25.
 Liber Catholici ex sola inaduertentia, aut ignoran-
 tia Authoris continens hæresim, non est pro-
 hibitus in Bulla Cœnæ. 201. 1. 26.
 Omnes libri Hæreticorum sunt prohibiti sub ex-
 communicatione lata in Indice, non autem om-
 nes in Bulla Cœnæ. *ibid.* 2. 1.
 Quomodo, damnato Authore, libri quoque, & scri-
 pta illius sint damnata. *ibid.* 2.
 Liber Hæretici, si solùm obiter contineat hæresim,
 est prohibitus in Bulla Cœnæ, non autem si so-
 lùm obiter tractet de religione. 202. 1. 3. 4.
 Qui sint libri tractantes de religione. *ibid.* 5.
 Etiam Hæreticus, qui est Author alicuius libri dam-
 nari in Bulla Cœnæ, est excommunicatus, si il-
 lum legat, aut retineat. *ibid.* 7.
 Qui legit ad bonum finem librum damnatum in
 Bulla Cœnæ, adhuc est excommunicatus. *ibid.* 8.
 Etiam si legat in locis Hæreticorum, dummodo in
 illis

Index Rerum

illis Bullæ Cœnæ sit promulgata, & vsu recepta. ibid. 9.

Licentia legendi libros prohibitos in Bulla Cœnæ, aut Indice, per quos possit concedi. 205. 1. 1. &c.

Qualis ignorantia excuset a censuris contra legentes, aut habentes libros prohibitos in Bulla Cœnæ. 206. 2. 25.

Qui retinent libros Hæreticorum, in quibus casibus sint excommunicati in Bulla Cœnæ. 208. 1. &c.

Libri Hæreticorum non possunt comburi propria autoritate; sed debent realiter tradi Inquisitoribus, aut Episcopis. 209. 1. 11.

Si tamen non comburatur, non incurritur excommunicatio Bullæ Cœnæ. ibid. 2. 12.

Qui retinet huiusmodi libros, potest esse suspectus de hæresi. ibid. 13.

Et haberi tanquam fautores Hæreticorum. 210. 1. 15.

In aliis libris Hæreticorum, qui permittuntur, delenda sunt nomina, & expurgandi errores per ipsos Inquisitores, aut Episcopos. ibid. 17.

Imprimentes libros hæreticos sunt excommunicati in Bulla Cœnæ: & quinam illi esse intelligantur. 210. 2. 18.

Qui defendunt libros hæreticos sunt excommunicati, & quinam illi sint. ibid. 19.

Liber Euangeliorum est quasi imago gestorum Christi, & est adorandus, tanquam imago. 476. 1. 8.

Alii libri de rebus diuinis non sunt adorandi, sicut liber Euangeliorum. 477. 2. 11.

Libri continentes miracula, & reuelationes Sancto- rum, nondum approbatorum, non possunt imprimi sine licentia Papæ. 502. 1. 2.

Possunt tamen permitti, si præmittatur certa protestatio ex declaratione Urbani VIII. 505. 2. 21.

Licentia.

Licentia legendi libros prohibitos in Bulla Cœnæ, vel in Indice, per quos possit concedi. 205. 1. 16. &c.

Lingua, v. Idioma.

Quomodo, secundum aliquos, possit contingere naturaliter, vt quis loquatur ignotis linguis. 475. 2. 7.

Lis, Litigare.

Qui litigat de fructibus beneficij, vel de possessione iam apprehensa, non excusatur ab horis canonicis. 557. 2. 17.

Secus verò si litigat de possessione apprehendenda. 557. 2. 18.

Lites super beneficiis, vel dignitatibus, aut Officiis ecclesiasticis, licite possunt componi per sortes. 655. 1. 13.

Litania.

Litaniæ cum precibus pertinent pro certis diebus ad integritatem diuini Officij. 589. 1. 27.

Et si omittantur, peccatur mortaliter, & pro rata sunt restituendi fructus beneficiorum. ibid. 28.

Litteratus, Illiteratus, Littere, v. Panisotiaria.

Appellatione litteratorum aliquando in iure veniunt Clerici, & appellatione illitteratorum veniunt laici. 85. 2. 4.

Locus, Locus sacer.

In quolibet loco, etiam sordido, potest Deus orari. 59. 2. 21.

Aliquando orare in loco sordido potest esse laudabile. 540. 1. 24.

Quæ sint sacrilegia contra locum sacrum. 693. 2. 16.

Locutio, v. Verbum.

Lottus.

Contractus, aut ludus, qui dicitur lottus, quomodo sit licitus. 655. 1. 14.

Luxuria.

Quomodo luxuria sit aliquando causa desperationis. 338. 1. 7.

M

Magia, Maleficium, Magus.

Magi, si non sint hæretici, non sunt excommunicati in Bulla Cœnæ. 387. 2. 5.

Quomodo libri de magia sint prohibiti in Bulla Cœnæ, cum sint tractantes de religione, si præterea sint scripti ab Authore hæretico. 202. 1. 6.

Magi, & qui habent pactum cum Dæmone, eumque colunt, quomodo sint irregulares. 242. 1. 7.

Magi, & malefici alij sunt hæreticales, alij non hæreticales. 296. 2. 1.

Magi hæreticales sunt denunciandi Inquisitoribus. 297. 1. 2.

Quibus modis magi tribuant Dæmoni cultum latræ. 298. 2. 6.

Quare magi aliquando suadeant bona. 299. 1. 8.

Articuli Parisienses contra magiam. 300. 1. 3.

Si maleficia ex circumstantiis credantur non sapere hæresim, possunt non denunciari. ibid. 2. 14.

Magia quid proprie sit, & quod differat à superstitione. 684. 2. 1.

Quo differat à maleficio. 685. 1. 2.

Magia naturalis est periculosa, quanuis non sit illicita. ibid. 3.

Operationes magorum quomodo sint à Dæmone, & ab ipsiis magis, tanquam à causis. ibid. 4.

Quæ operationes possunt per Dæmonem fieri à magis. ibid. 2. 6.

Operationes magicæ semper sunt peccatum mortale. 686. 1. 7.

Maleficium, & veneficium quo differant à magia. 685. 1. 2.

Ad tollendum vnum maleficium, nunquam est licitum querere aliud. 686. 1. 8.

Etiam à mago ex se parato. ibid. 9.

Si maleficium potest solui sine maleficio, licitum est petere à mago, eumque cogere, vt soluat. ib. 1. 10.

Maleficium ad bonum finem exercitum, permittitur in iure ciuili. ibid. 11.

Non tamen in iure canonico. ibid. 12.

Dissolutio maleficij non potest periri à mago, si ignorat modum dissoluendi sine alio maleficio. ibid. 14.

Maleficiatus non potest sumere à mago potionem maleficam, ad hoc, vt sit liber à maleficio. 687. 1. 15.

Cum peccato maleficij plura alia solent esse coniuncta. ibid. 16.

Damnum, quod proximo infertur per maleficium, omnino est restituendum. ibid. 17.

Pecunia, & bona à Dæmone habita per maleficium, quomodo possint licite retineri, & expendi. ibid. 19.

Morbi, & mala inducta per maleficium, licite possunt curari per remedia naturalia. ibid. 2. 20.

Ligaturæ, & signa, sub quibus est maleficium, licite possunt tolli, & destrui. ibid. 21.

Ad tollendum maleficium licite possunt omnia fieri, quæ ex se non sunt mala, & possunt conducere ad illum finem. ibid. 22.

Eaque potest licite facere etiam ipse magus. 688. 1. 23.

Etiam si aliquid aliud mali debeat obuenire alicui alteri. ibid. 24.

Pactum per scripturam firmatum cum Dæmone, quomodo sit retractandum. ibid. 25.

Magnanimitas.

præcipuarum.

Magnanimitas.

Quomodo magnanimitati opponatur præsumptio. 342. 2. 3.

Malum.

Quomodo ex duobus malis semper minus sit eligendum. 804. 2. 9.

Mandare, Mandans.

Censura, quæ fertur contra facientem aliquid, non comprehendit mandantem, nisi specialiter exprimat. 204. 1. 14.

Manus, v. Chiromantia.

Longitudo, & breuitas vitæ quomodo colligatur ex lineis manus. 666. 2. 1.

Quomodo ex iisdem colligatur ingenium, & inclinationes cuiusque. 667. 1. 2.

Non possunt ex illis diuinari actus liberi, aut euentus merè fortuiti. ibid. 3.

Quale peccatum sit consulere Zingaras per inspectionem manus. ibid. 2. 6.

Maria Deipara.

Perpetua virginitas Mariæ Deiparæ quomodo sit credenda de necessitate præcepti. 36. 1. 14.

Salutatio angelica est tenenda ab omnibus memoriter, sub culpa veniali. 45. 2. 7.

Maria Deipara ex charitate est magis amanda, quam ipsi parentes, qui nos genuerunt. 425. 1. 18.

Non tamen magis, quam nos ipsi. 407. 1. 20.

Ad Christi generationem non concurrat actiue. 431. 2. 4.

Quomodo dicatur habere affinitatem, & consanguinitatem ad Deum. 449. 2. 19.

Quare non adoretur latræ ex coniunctione ad Christum. 484. 2. 13.

De fide est, quod sit adoranda. 485. 2. 1.

Probabile est, quod fuerit adorata ab Angelis, statim atque fuerunt creati. ibid. 2.

Semper fuit adorata ab hominibus, qui habuerunt notitiam Incarnationis. 486. 1. 4.

Excellentia, per quam est digna adoratione, est multiplex. ibid. 2. 5.

Propter contactum, quem habuit ad Christum, potest adorari latræ. ibid. 6.

Prædicæ tamen, & communiter hic cultus illi non tribuitur. ibid. 7.

Quomodo aliqui ex Patribus negent eam esse adorandam. ibid. 8.

Per se, & proprie non est adoranda adoratione latræ. 487. 1. 9.

Quomodo aliquando appelletur Diua, & Dea. ibid. 10.

Quomodo illi tribuantur aliquæ appellationes, quæ videntur propriæ ipsius Christi. ibid. 2. 11.

Rectè illi tribuitur hyperdulia. 488. 1. 12.

Adoratur hyperdulia ratione sanctitatis, & maternitatis simul. 489. 2. 19.

Hyperdulia, qua adoratur Maria Deipara, à quo habitu sit. ibid. 10.

Martirium, v. Vxor.

Martirium, Martyr.

Martirium potest esse actus externus plurium virtutum. 49. 1. 4.

Non est Martyr, qui priuata autoritate frangit idola, aut destruit templa infidelium. 106. 1. 12.

Sed debet id facere ex legitima potestate per mandatum Principis, vel per Dei instinctum. 106. 2. 13.

An, & quomodo in actu martyrij sit necessariò eliciendus actus charitatis. 390. 1. 11.

Martirium potest esse ex alio motiuo proximo, & formali, quam charitatis. ibid. 2. 12.

Neque requirit actum charitatis, vt necessariam dis-

positionem ex parte subiecti, nisi quis sit in peccato mortali, & non habeat copiam Confessionis. ibid. 13.

Pro canonizandis Martyribus non est opus miraculis. 507. 2. 4.

Quis esset mos colendi nouos Martyres in prima Ecclesia. ibid. 5.

Pro Martyre non est orandum. 508. 1. 7.

Martirium se solo est certissima causa beatitudinis. ibid. 2. 9.

Quomodo possit pro aliquo certò constare de veritate martyrij. ibid. 10.

Gratia martyrij quomodo detur in ultimo instanti vitæ. 509. 2. 11.

Si non coniter sufficienter de veritate martyrij, tunc est opus miraculis, ad hoc vt Martyr canonizetur. 510. 1. 15.

Pro canonizandis Martyribus non modò non est opus veris miraculis, sed neque etiam prodigijs, aut euentibus admirandis. ibid. 17.

Et idem est, siue Martyr, dum viueret, fuerit insignis dignitate aliqua, vel sanctitate, siue non. ibid. 2. 18.

Quomodo aliquando fuerit prohibitum accendi cercos ad sepulcra Martyrum. 494. 2. 4.

Non licet temerè se exponere martyrio. 690. 1. 12.

Matrimonium.

Matrimonium Catholici cum Hæretico quomodo sit illicitum. 182. 1. 6.

Pacta, vt filij ex matrimonio cum Hæretico, vel omnes, vel aliqui, educentur in hæresi, sunt semper illicita, & irrita. ibid. 2. 8.

Cessat pensio, & beneficium ecclesiasticum ipso facto, si Clericus contrahat matrimonium. 565. 1. 13.

Etiam si matrimonium sit tantummodo ratum, non autem consummatum. ibid. 15.

Imò etiam si sit irritum ex alio capite, quam ex defectu consensus ipsius Clerici contrahentis. 565. 1. 16.

Mas, Masculus.

Filij mares secundum ordinem charitatis sunt magis amandi. 436. 1. 22.

Mater.

Mater est magis amanda, quam proprii filij, & minus, quam pater. 429. 2. 1.

Non concurrat actiue ad generationem, neque præbet semen proprie dictum. ibid. 2.

Ex accidente potest mater plus amari, quam pater. 433. 2. 7.

Matres sunt amantiore filiorum, quam patres. 434. 1. 8.

Non est peccatum mortale, si mater plus ametur, quam pater. ibid. 10.

Filius primo triennio est alendus à matre. 435. 1. 18.

Medicus.

Medicus Iudæus, aut infidelis non est vocandus ad ægrosum fidelem. 118. 2. 1.

Licentia medendi non est danda Medico infideli. 119. 2. 3.

Neque medicina ab illo est accipienda. ibid. 4.

Excipiuntur tamen casus necessitatis. 120. 1. 6.

Medicus fidelis quomodo possit mederi ægroto infideli. ibid. 7.

Communicatio cum infideli, quæ ad exercitium artis medicæ, est prohibita sub mortali. ibid. 2. 8.

Nec potest communiter dispensari ab Episcopo. ibid. 9.

In casu dubio, vtùm morbus sit grauis, & excuset ab Horis canonicis, standum est iudicio Medici. 609. 1. 6.

Ex

Index Rerum

Ex cognitione astrorum potest multum iuvari ars medica. 640.1.1.
 Tempore petis licitum est fortiri de Medicis, qui debeant manere cum ægrotis. 653.2.3.
 Colligere herbas medicinales in die S. Ioannis Baptistæ, quomodo sit superstitio. 683.2.7.
Medium.
 Necessitas medij quanam sit. 18.1.4.
 Quid sit habere salutem per aliquod medium in voro. 19.1.7.
Melancholicus, Melancholia.
 Quare melancholici facile diuinent. 662.2.11.
 Quid possit diuinari ex somniis melancholicis. 663.1.15.
 Diuinatio naturalis maxime est ex melancholia. 475.1.5.
 Ex melancholia contingunt in phreneticis multa admirabilia. ibid. 6.
Memoria.
 Qui recitat memoriter, quæ prius legit in libro damnato in Bulla Cœnæ, non est excommunicatus. 203.1.11.
 Qui non recordatur, quod recitarit Officium, ad quid teneatur. 606.2.24.
Mendacium.
 Quid requiratur ad mendacium propriè dictum. 64.2.11.
 Qui gestat habitum infidelium, & ex illo reputatur infidelis, non est arguendus mendacij. 69.2.4.
Mensis.
 Qui per vnum mensem omittit orare, peccat mortaliter. 539.1.17.
Meritorium.
 Modus charitatis cadit sub obligatione cuiusque præcepti, si illius observatio debet esse meritoria. 387.1.9.
Metoposcopia, v. Frons.
Meru.
 Qui ex metu graui recepat Hæreticum, non est excommunicatus. 190.1.12.
 Qui ex metu graui negat fidem solum exterius, non autem animo, est irregularis. 237.2.8.
 Qui solum ex metu acceptat beneficium ecclesiasticum, quomodo teneatur ad Horas canonicas. 562.2.18.
Miles, v. Bellum.
 Iudæi, & Pagani temporaliter subditi Christianis Principibus, non possunt militare. 124.1.4.
 Tempore belli licitum est fortiri de militibus, qui primi debeant inuadere castrum. 654.1.6.
Miraculum.
 Omnia instrumenta, per quæ à Sanctis fiunt miracula, possunt adorari. 479.1.16.
 Si ad aliquem canonizandum habeantur vera miracula, faciunt canonizationem maxime certam, & infallibilem. 497.1.12.
 De potentia absoluta potest quis canonizari ex sola sanctitate, sine miraculis. ibid. 2.13.
 Libri continent miracula eorum Sanctorum, qui nondum sunt approbati ab Ecclesia, non possunt imprimi sine licentia Papæ. 592.1.2.
 Scribere noua miracula, non est absolute abusus. 503.1.10.
 Ex antiquissimo vsu Ecclesiæ noua miracula semper fuerunt scripta. 504.1.3.
 Et sapiens fuerunt admilla, & approbata in canonizationibus. ibid. 2.14.
 Miraculorum perennitas demonstrat veritatem Ecclesiæ. ibid. 15.
 Promulgatio nouorum miraculorum est necessaria pro canonizatione. 505.1.16.

Circa noua miracula debent Prælati maxime cauere periculum falsitatis. ibid. 17.
 Falsificare miracula semper est peccatum mortale. ibid. 18.
 Circa noua miracula debent Prælati maxime attendere veritatem facti. ibid. 19.
 Quomodo noua miracula possint typis mandari iuxta declarationem Urbani VIII. ibid. 2.21.
 Pro Sanctis canonizandis est inquirendum de miraculis. 507.1.1.
 Et præsertim patris post mortem. ibid. 2.2.
 Miracula patra in vita non probant sufficienter sanctitatem, & beatitudinem. ibid. 3.
 Miracula, si quæ sunt tempore martyrij, communiter non probant sanctitatem Martyris, vel veritatem fidei. 509.2.13.
 Pro canonizandis Confessoribus quare communiter sit opus miraculis. 510.1.6.
 Fingere falsa miracula est superstitio perniciofa. 631.1.8.
 Egroti non licet respuere medicinas, ad hoc, vt Deus miraculose illum sanet. 690.1.11.
 Explicantur plures casus, in quibus à Deo licitè, aut illicitè quærentur miracula. ibid. 10.
Misericordia.
 Opera misericordiæ quomodo sint tenenda, & scienda ab vnoquoque fidelium. 47.2.13.
 Deo magis per se conuenit misericordia, quam iustitia. 343.2.9.
Missæ.
 Missa, aut Officium non potest dici de Sancto non canonizato, aut beatificato. 499.2.23.
 Vtrum Missa possit dici ante Matutinum. 577.1.9.
 Non est interruptenda sine causa. 584.1.21.
 Debet dici alta voce. 592.1.10.
 Verba consecrationis non sunt proferenda cum magno conatu, neque cum magna mora. 592.1.11.
 Licitum est tempore Missæ recitare Officium. 605.2.20.
 Quod Sacerdos excommunicatus, depositus, aut degradatus celebret, est superstitio perniciofa. 631.1.6.
 Numerus Missarum Sancti Gregorij quomodo non sit superstitiosus. 684.1.9.
Modus.
 Dispositio sub modo non solum obligat ad modum implendum, sed aliquando etiam ad restituendum, si modus non impleatur. 622.2.4.
Monachatus, v. Religio.
 Monachatus aliquando in iure venit appellatione beneficij. 59.2.11.
Monialis.
 Moniales, quæ sunt sub Episcopo, possunt ab illo absolui secundum facultatem Concilij Tridentini. 220.1.11.
 Moniales professæ ad chorum tenentur sub mortali ad Horas canonicas. 550.1.14.
 Non autem tenentur Sorores tertiariæ, quæ non viuunt in Monasterijs. ibid. 15.
Morbus.
 Qui laborat graui morbo corporali, excusatur ab Horis canonicis. 609.1.15.
 In casu dubio de grauitate morbi, pro excusatione ab Horis canonicis, standum est iudicio Medici, vel est recurrendum ad Superiorem. ibid. 16.
 Quis morbus censendus sit grauis quoad excusandum ab Horis canonicis. ibid. 17.
 Non omnis morbus, qui excusat à choro, excusat à recitatione priuata. ibid. 2.18.
 Si morbus solum excuset à parte Horarum, quomodo sit obligatio ad aliam partem. 610.1.20.
 Cum

præcipuarum.

Cum infirmis non est scrupulose agendum, quoad exultationem ab Horis canonicis. 611.1.22.
 Morbus inductus per maleficium, licitè potest curari per remedia naturalia. 687.2.20.
Mors.
 Quando instat articulus mortis, non est necessariò elicienda dilectio Dei. 391.2.16.
 Quare illi, qui sunt morti proximi, facile diuinent. 874.2.4.
Mortificatio.
 Castigatio, & mortificatio proprii corporis in hac vita est maxime secundum charitatem. 365.1.29.
Motuum, v. Cantus.
Multiloquium.
 Multiloquium, quod reprehenditur in oratione, in quo consistat. 532.2.22.
Musica, v. Cantus.
 Magistri Musicæ tenentur facere professionem fidei. 84.1.4.
Mutatio.
 Mutatio diuini Officij, seu Horarum canonicarum, quale peccatum sit. 570.1.
 Prælati ordinarij quomodo possit dispensare in mutatione Officij. 573.1.12.
Mutus.
 Mutus non tenetur ad Horas canonicas, nisi teneat illas memoriter. 607.2.6.
N
Naaman.
 Quomodo Naaman ex permissione Elisei adorari in templo idoli. 64.2.24.
Nauis.
 Diuinatio ex nauis quomodo sit licita. 669.2.12.
Narratio.
 Qui inter narrandum res diuersas, profert exterius suam hæresim, quam habet in mente, vtrum incurrat excommunicatione Hæreticorū. 174.2.21.
Naufragium.
 Licitum est tempore naufragij dare tabulam Principi, aut parenti, siue amico. 417.1.8.
Necessitas, Necessarium.
 Necessitas solius medij, solius præcepti, & medij simul, & præcepti, quanam sit. 17.1.1.
 Quomodo aliqua sint necessaria in re, vel in voto. 18.2.6.
 Vtus necessarij, in quos Hæreticus ante sententiam potest disponere de suis bonis, quinam sint. 269.1.5.
 Pro necessitatibus proximi, siue spiritualibus, siue temporalibus, quomodo sint exponenda ab vnoquoque bona corporalia & temporalia. 409.2.3. 4. &c.
 Necessitas ordinaria grauis, & extrema quanam sit. 411.1.9.
 Necessitas spiritualis, si patienti sit voluntaria, non est necessitas. ibid. 2.12.
 Si necessitas spiritualis non sit extrema, communiter non est obligatio illi subueniendi cum periculo vitæ. ibid. 13.
Neophytus.
 Neophyti qui propriè dicantur. 248.1.25.
 Eorum filij non sunt irregulares. ibid. 25.
Nobilitas.
 Hæretici ipso iure priuantur nobilitate. 252.1.11.
Nomen.
 Sanctissima Nomina Iesu, & Dei, quomodo adorentur latra. 475.2.5.
 Nomen Iesu quare sit sanctius, & venerabilius, quam nomen Dei. 476.1.7.

Quomodo Reliquiis incertis possint imponi certa nomina. 521.2.16.
Notarius.
 Notarius necessariò est adhibendus in qualibet inquisitione iudiciali. 308.2.41.
 Pro approbandis Reliquiis ad cultum publicum non est necessaria fides Notarij. 519.2.10.
Notitius.
 Notitij non tenentur ad Horas canonicas. 548.1.2.
 Neque ad alias preces loco Horarum. ibid. 2.3.
Nox, Nocturnus.
 Vigiliæ, & custodiæ noctis quanam fuerint. 542.1.7.
 Singuli Nocturni non sunt Horæ canonicæ. ibid. 2.11.
Nuncius.
 Qui sint intelligendi per Nuncios Sedis apostolicæ, & quomodo Inquisitores debeant cum illis legere, si sint suspecti de fide. 292.1.31. 32.
 Et quid si præterea sint suspecti de fuga. 292.1.33.
Nutrix.
 Iudæi, & Saraceni non possunt habere Christianas nutrices suorum infantum. 120.2.10.
 Etiam extra proprias domos. 121.1.11. 12.
 Nutrire infantes Iudæorum, est prohibitum sub mortali, nec potest communiter dispensari ab Episcopo. 121.2.13.

O

Obedientia.
Modus præcipiendi in virtute obedientiæ, quid importet. 613.2.6.
 Omissio Horarum canonicarum non est speciale peccatum contra obedientiam ex eo, quod illarum recitatio sit præcepta in virtute obedientiæ. 613.2.5.
Obligatio.
 Obligatio temporalis, quæ transit simul cum tempore, quomodo cognoscatur. 77.2.10.
 Obligationes humanæ quomodo possunt esse de actibus supernaturalibus, quomodo maxime dependent à libera, & gratuita voluntate Dei. 160.1.8.
Oblitio.
 Oblitio naturalis excusat ab Horis canonicis. 607.1.2.
 Qui tamen sæpius esset expertus, quod ex obliuione illas omitteret, teneretur adhibere diligentiam. ibid. 2.3.
Occasio.
 Occasiones, & pericula peccandi possunt aliquando contemni, quando virget necessitas maioris boni. 182.2.7.
Occultum.
 Quomodo debita, à quibus Episcopi possunt absolueri ex facultate Concilij, debeant esse occulta. 223.1.6.
 Occultum in iure illud propriè dicitur, quod non potest probari in iudicio. 223.1.7.
 Occultum in Breuibus, aut Litteris sacra Pœnitentiariæ, sumitur pro non publico. 224.1.8.
 Si casus, aut delictum occultum in vno loco, non sit occultum in alio, vtrum possit ab Episcopo absolui in eo loco, in quo est occultum. ibid. 2.9.
 Si quis teneatur aliquibus casibus occultis, & aliquibus non occultis, quomodo possit absolui ab Episcopo ex facultate Concilij. 225.1.10.
 Si reus absoluat quomodocumque in iudicio à crimine, potest crimen adhuc esse, & reputari occultum. ibid. 2.12.
 Si crimen vnus socij deferatur ad iudicem, & fiat publicum,

Index Rerum

publicum, adhuc potest manere occultum crimen confocij. 226. 1. 13.
 Quæ sunt occulta per accidens, quomodo puniantur per leges absque eo, quod actualiter cognoscantur. 169. 1. 14.
 Hæreticus occultus, & vni tantum cognitus est denunciandus. 279. 1. 16.
Occupatio.
 Grauis occupatio quomodo possit excusari ab Horis canonicis. 611. 2. 25.
Odiu.
 Odium Dei est grauius peccatum, quam infidelitas, siue sit odium inimicitia, siue abominationis. 90. 2. 9.
 Si virgeat grauis tentatio odij Dei, potest esse necessaria actualis dilectio, quæ sit illi contraria. 392. 1. 17.
 Per odium Dei primò, & maximè peccatur contra præceptum dilectionis diuinæ. ibid. 2. 20.
 Quomodo Deus possit odio haberi. ibid. 21.
 Odium Dei est maximum peccatum. 393. 1. 22.
 Odium proximi est intrinsecè malum 397. 2. 3.
 Et ex suo genere est peccatum mortale. 398. 1. 4.
 Et grauisimum inter peccata, quæ committuntur in proximum. ibid. 5.
 Quo differat peccatum odij ab alijs peccatis, quibus operatur, & infertur malum proximo. ibid. 27.
 Actus odij non differunt specie pro diuersitate malorum, quæ alteri operantur. 399. 1. 8.
 Odium Dei, & odium proximi quomodo differant specie. ibid. 9.
 Odium Dæmonum erga homines, non differt ab odio erga Deum. 400. 1. 10.
 Odium proximi absolute, & in se considerati, non opponitur charitati supernaturali. ibid. 11.
 Odium proximi, quod non opponitur charitati supernaturali, quodnam sit. ibid. 12.
 Peccata odij quomodo sint explicanda in confessione. 401. 1. 14.
 Odium non est vitium capitale. ibid. 15.
 Quomodo odium oriatur ex inuidia. ibid. 2. 17.
Officium, Officialis.
 Officium quid propriè sit. 252. 2. 1.
 Officia publica, quorum sunt incapaces, qui sunt infames, quænam sint. 254. 1. 4.
 Officialis Sedis apostolicæ qui propriè sint, & quomodo Inquisitores debeant cum illis se gerere, si fortè sint suspecti de fide. 292. 1. 32.
 Et quid sit præterea sint suspecti de fide. ibid. 33.
Officium, v. Hora canonica.
 Quare Horæ canonicæ dicantur Officium diuinum. 541. 1. 2.
 Officium B. Virginis, Defunctorum, &c. non sunt Horæ canonicæ. 542. 2. 12.
 Officium Defunctorum pertinet ad integritatem diuini Officij pro die secunda Nou. 589. 1. 27.
 Pensionarius, si omittat Officium B. Virginis, tenetur pro rata restituere fructus pensionis. 624. 1. 12.
Omnis.
 Omen quid propriè sit. 635. 2. 9.
 Quo differat à vana obseruantia fortuitorum. 682. 2. 2.
Omissio.
 Etiam per omissiones proditur exteriùs interna hæresis. 173. 2. 13.
 Omissio actus timoris Dei non est speciale peccatum. 335. 1. 15.
 Qui per longum tempus omittit orare, peccat mortaliter. 528. 2. 16.
Oxybomantia, v. Vnguis.

Opinia.
 Actus opinatiuus de rebus fidei, non potest stare simul cum fide. 129. 2. 10.
 Ex diuersitate opinionum quomodo possit peccari contra charitatem proximi. 402. 1. 20.
Opus.
 Opus aliquod, & factum externum non potest sapere hæresim. 141. 1. 5.
Oraculum.
 Oraculum quo differat à visione, somnio, insomnio, & phantasmate. 657. 1. 3.
Oratio, Oratio dominica.
 Qui non tenet memoriter Orationem dominicam, peccat venialiter. 32. 2. 13.
 Quomodo Oratio dominica sit tenenda memoriter. 44. 2. 1.
 Non est certa obligatio recitandi Orationem dominicam certis diebus. 45. 2. 6.
 Etiam Saluatio angelica est tenenda memoriter sub culpa veniali. ibid. 7.
 Qui orat simul cum Hæretico excommunicato, non denunciato, non peccat. 181. 1. 2.
 Licetum est orare in Ecclesijs Hæreticorum. 182. 1. 5.
 An, & quomodo possit orari Christi Humanitas, vt orer pro nobis. 461. 2. 8.
 Tractatio de oratione pertinet ad primum præceptum Decalogi. 522. 1. 1.
 Quomodo omnis bona operatio, & omnis motus in Deum dicatur esse oratio. ibid. 2. 2.
 Sola petitio à Deo est oratio propriè dicta. 523. 1. 3.
 Non datur oratio purè vocalis, sicut datur oratio purè mentalis. ibid. 4.
 Oratio est actus intellectus practici. ibid. 5.
 Quomodo diuidatur in bonam, & malam. 523. 2. 6.
 Oratio propriè accepta non est nisi bona. 524. 1. 7.
 Rectè describitur, quod sit petitio decentium à Deo. 524. 2. 10.
 Oratio non est superuacua, & inutilis ex eo, quod Deus iam decreuerit facere, aut non facere id, quod petimus. 525. 1. 12.
 Neque ex eo, quod iam scit nostras indigentias. 525. 2. 13.
 Quare Deus ex parte nostræ requirat orationes, & petitiones, neque sit contentus internis desiderijs. 525. 2. 14.
 Oratio est actus religionis. 526. 1. 15.
 Est traditio, & vniò sui cum Deo. 526. 2. 16.
 Non est actus fidei, spei, & charitatis, quantum non sit sine illis. 526. 2. 16.
 Potest esse actus imperatus per alias virtutes. 527. 1. 18.
 Oratio, & petitio rei malæ, etiam leuissimæ, semper est peccatum mortale. 524. 1. 8.
 Oratio, & petitio rei indifferentis sine debita appositione alicuius boni finis semper est mala. 524. 1. 9.
 Oratio ex sua natura est impetratoria. 527. 2. 1.
 Sed impassibilitas impetrationis est solum ex promissione Dei. 528. 1. 2.
 Promissio Dei de orationibus exaudiendis est solum conditionata. 528. 1. 3.
 Ad hoc vt oratio exaudiatur, debet esse de re necessaria, aut vtili ad salutem, & quæ de facto futura sit vtilis, & non impeditura maius bonum. 528. 1. 4. 2. 6.
 Impetratio orationis, etiam stante Dei promissione, non est ex iustitia. 528. 2. 5.
 Oratio mala ex circumstantiis non exauditur. 529. 1. 7. 8.
 Quæ petuntur in oratione debent piè peti, ad hoc, vt oratio exaudiatur. 529. 1. 9.

Oratio

præcipuarum.

Oratio debet esse ex fiducia, quod sit impetratura. 529. 2. 10.
 Hæsitatio, quæ debet abesse ab oratione, in quo consistat. ibid. 11.
 Per quas virtutes iuuetur oratio ad impetrandum. 530. 2. 14. 1. 5. 16.
 Ad impetrandum infallibiliter non requiritur status gratiæ. 531. 1. 17.
 Oratio debet esse persequens. 532. 1. 21. 533. 1. 23. 24.
 Multiloquium in oratione in quo consistat. 532. 2. 22.
 Quomodo oratio, vt sit impetratoria, debeat esse pro ipso orante, & non pro alio. 533. 2. 25.
 Non est æqualiter impetratoria, quando est facta pro vno, & quando pro multis. 534. 1. 26.
 Secundum aliquos est necessaria necessitate medij. 535. 2. 2.
 Solum est necessaria ad non ponenda impedimenta salutis, quæ sunt peccata. 536. 2. 4.
 Quomodo dicatur esse præcepta, quia est necessaria; non autem è contra esse necessaria, quia est præcepta. 537. 1. 7.
 Est de necessitate præcepti diuini naturalis. ibid. 2. 9. 10.
 Et fuit etiam in lege naturæ, & in lege scripta. ibid. 11.
 Non tamen obligat determinatè ad orandum vocaliter. 538. 1. 12.
 Quomodo spectet ad virtutem religionis. ibid. 14.
 Omissio orationis in quo casu sit peccatum speciale. ibid. 2. 15.
 Qui per longum tempus omittit orare, peccat mortaliter. ibid. 16.
 Et longum tempus quoad hoc est etiam vnius mensis. 539. 1. 17.
 Obligatio orandi quomodo incipiat, quando quis venit ad vsum rationis. ibid. 18.
 Et in alijs casibus particularibus. ibid. 19.
 Obligatio orandi pro alijs quando sit. ibid. 2. 20.
 Oratio priuata potest fieri, etiam in loco sordido. ibid. 22. 1.
 Et aliquando orare in loco sordido potest esse laudabile. 540. 1. 24.
 Melius tamen oratio fit in Ecclesijs. ibid. 22.
 Orationes publicæ, & communes ex præcepto solum ecclesiasticis sunt in Ecclesijs. ibid. 25.
 Quo situ, & gestu corporis sit orandum. ibid. 2. 26.
 Orationes, quæ sunt sine obligatione, non sunt interruptendæ sine causa. 583. 2. 20.
 Et à fortiori neque illæ, quæ sunt ex voto, vel ex penitentia Confessarij. 584. 1. 21.
 Non solum horæ canonicæ, sed etiam aliæ precatioes possunt dici alternis. 588. 2. 25.
 Orationes, quæ dicuntur ex voto, vel ex penitentia sacramentali, non debent dici solum mentaliter. 593. 2. 17.
 Oratio vocalis, etiam extra casum præcepti, debet esse attentata. 605. 2. 22.
Ordo, series.
 Quo ordine sint recitandæ Horæ canonicæ. 576. 1.
Ordo, Sacramentum.
 Qui ex aliquo accidente est inualidè ordinatus Sacerdos, sequè gessit vt Sacerdotem, cogendus est, vt reordinetur. 149. 1. 8.
 Quomodo aliquis teneatur ad Horas canonicas ratione Ordinis sacri. 544. 2.
 Quomodo teneatur, si postea sit excommunicatus, degradatus, damnatus ad trirèmes. 546. 2. 13. 15.
Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

Quid, si fiat vxoratus, etiam ex dispensatione Papæ. 547. 1. 16.
 Quid, si sit ordinatus per vim, & metum, vel ante vsum rationis, vel ante pubertatem, aut annum decimum sextum completum. ibid. 18. 2. 1. 2. 2.
 Qui sunt ordinati ad titulum patrimonij, tenentur ad Breuiarium suæ Ecclesiæ. 567. 1. 6.
 Nisi fortè resideant extra illam. 568. 1. 10.
 Non tamen tenentur aliquid restituere, si Horas omittant. 614. 2. 8.
 Patrimonium, ad quod aliquis est ordinatus, habet priuilegia bonorum ecclesiasticorum. 615. 2. 3.
Ordo, Ordinatio, Ordinare.
 Quomodo in charitate, cuiusque actibus sit ordo. 366. 1.
 Quare in alijs virtutibus non sit ordo, sicut in charitate. 367. 1. 3.
 Ordinare non eodem modo competit rationi, & voluntati. ibid. 2. 4.
 Licetum est dilectionem Dei, & actus virtutum ordinare ad spiritualia. ibid. 19.
 Quis ordo amandi ex charitate exprimat in Scriptura. 403. 1. 2.
 Ordo charitatis aliquando est in præcepto, & aliquando est solum in consilio. 419. 2. 19.
 Ordo charitatis erga proximum rectè attenditur ex coniunctione ad ipsum diligentem, & ex coniunctione ad Deum. 422. 1. 8.
Ordinarius, v. Episcopus, Prælati.
Organum, Instrumentum musicum.
 Si organum in choro adhibeatur, debent ab aliquo suppleri illa, quæ dicuntur ab organo. 588. 1. 23.
 Vtrum is, qui pulsat organum, satisfaciatur suæ obligationi Horarum canonicarum. ibid. 24.
Quum.
 Seruare oua ascensionis pro curandis certis morbis, quomodo sit superstitio. 683. 2. 7.

P

Pactum.

Pactum de apparendo post mortem, est periculosum. 636. 1. 10.
 Pactum cum Dæmone firmatum à malefico per Scripturam, quomodo sit retractandum. 688. 1. 25.

Paganus.

Paganis interdicitur de iure omnes publici honores, & officia. 108. 1. 3.
 Paganus temporaliter subditus Christianis, non potest militare. 124. 1. 4.

Papa, Papiſta.

Si quis neget coram Tyranno se esse Papiſtam, peccat contra fidem. 55. 2. 16.
 Papa in iis, quæ pertinent ad fidem, & ad mores totius Ecclesiæ, non potest errare. 153. 2. 6.
 Siue aliquid definiat in Concilio, siue extra Concilium. 154. 1. 7.
 Neque est timendum ex parte illius de aliqua inconsiderantia, aut temeritate. ibid. 8.
 Papa, in quantum est priuata persona, ex aliquorum sententia potest esse Hæreticus. 154. 1. 9.
 Sed oppositum est valdè pium, & valdè probabile. 155. 1. 10.
 Qui fuit Hæreticus, non potest validè eligi in Papam. 157. 1. 13.
 Soli Papæ est reservata facultas absoluendi ab hæresi. 212. 1. 2.

QQQ

Et

Index Rerum

Et dispensandi cum Hæretico quoad ministerium altaris, & quoad audiendas Confessiones personarum secularium. 239. 1. 14. 15.
Et cum Episcopo hæretico quoad usum pontificalium. ibid. 2. 16.
Et remittendi Hæreticis pœnam infamiae. 252. 1. 12.
Electio Papæ facta per simoniam, est nulla. 157. 1. 14.
Etiam Papa esset denunciandus, si esset Hæreticus. 291. 2. 30.
Soliis Papæ est Sanctos canonizare. 494. 1. 5.
Eius iudicium in Sanctis canonizandis est infallibile. ibid. 4.
Sententia aliquorum, quod in causa canonizationis possit errare, nullo modo est probanda. 497. 1. 11.
Licentia mutandi in aliam linguam diuinum Officium, spectat ad Papam. 575. 1. 25.
Soliis Papa potest dispensare in Floris canonicis. 612. 1. 26.
Parisiensis.
Articuli Parisienses contra Magiam. 300. 1. 13.
Passio, affectio animi.
Passiones sunt in anima. 110. 1. 2.
Et magis in parte appetitiua, quàm in apprehensiuâ. ibid. 3.
Et magis in appetitu sensitivo, quàm in voluntate. ibid. 2. 4.
Vocabula passionum, quomodo usurpentur de Deo, & de Angelis. ibid. 5.
Passiones concupiscibilis, & irascibilis quomodo sint diuersæ. ibid. 6. 311. 1. 7.
Quo ordine se habeant ad inuicem omnes passiones appetitus sensitivi. 312. 2. 12.
Passiones principales sunt tantum quatuor. ibid. 14.
Ex passionibus animi facillè causantur somnia. 659. 1. 17.
Animi affectiones, & passiones licitè diuinantur per physiognomiam. 665. 1. 5.
Quomodo possint coniectari etiam ex cantibus, & motibus animalium. 671. 1. 8.
Parochus, v. Curatus.
Qualis noticia rerum fidei requiratur in Parochis. 412. 1. 1.
Peccant contra iustitiam, si illa careant. ibid. 14. 15.
Parochus potest laico dare licentiam prædicandi, non autem sceminae. 87. 1. 10. 11. 12.
Tenetur succurrere necessitatibus spiritualibus subditorum, etiam cum periculo vitæ. 412. 2. 16.
Et communiter magis tenetur, quàm Episcopus. ibid. 17.
Potest tamen aliquando etiam ipse supplere per alium. ibid. 18.
Quomodo teneatur ad Horas canonicas publicè persoluedas in sua Ecclesia parochiali. 595. 2. 11.
Paruulus, v. Puer.
Quomodo fides sit necessaria, etiam paruulis, necessitate medijs. 20. 2. 11.
Pater, Parentes, v. Filius, Pietas.
Vtrum Pater possit receptare filium hæreticum. 188. 2. 9.
Ex delictis parentum iuste puniuntur filij pœna temporalis. 259. 1. 4.
Propter hæresim patris non confiscantur bona filiorum. 263. 2. 23.
Pater tenetur denunciare filium hæreticū. 288. 2. 17.
Si alij desint, qui possint, aut velint denunciare. 289. 2. 18.
Licitum est exponere vitam pro parentibus, & tabulam illis dare tempore naufragij, & panem tempore famis, & à seruitute illos potius redimere, quàm seipsum. 416. 1. 8.
Si parentes sint impij, & crudeles in filios, licitè

possunt ab illis minus amari, quàm insignes benefactores. 425. 2. 20.
Parentes, quoad bona honoris, & subiectionis, sunt magis amandi, quàm proprii filij. 426. 1. 1.
Quomodo pater sit minus coniunctus filio, quàm filius patris. ibid. 2. 4.
Patres plūs amant filios, quàm amentur à filiis. 427. 1. 5.
In casu necessitatis sunt plūs amandi parentes, quàm proprii filij. 428. 2. 7.
Pater est magis amandus, quàm mater. 429. 2. 1.
Si tamen pater valdè parum amet filios, potest ab illis minus amari, quàm mater. 434. 1. 9.
Amor coniugum vtrum sit maior, quàm amor parentum. 427. 1. 3.
In casu necessitatis plūs debent amari, & iuari parentes, quàm vxor. ibid. 2. 4.
Sancti Patres.
Communia placita Sanctorum Patrum magni sunt faciènda. 343. 1. 15.
Patrimium.
Quomodo Catholicus in Baptismo possit esse patrinus Hæretici. 184. 1. 11.
Hæreticus non potest esse patrinus Catholici. ibid. 12.
Patrimonium.
Patrimonium ad quod aliquis est ordinatus, habet priuilegia bonorum ecclesiasticorum. 615. 2. 3.
Patronatus, Patronus.
Vtrum Patronus catholicus in locis Hæreticorum possit licitè præsentare Hæreticum ad beneficium ecclesiasticum. 191. 2. 16.
Si beneficium vacet ipso iure, potest Patronus præsentare alium, non vocato præsentato priore. 257. 1. 14.
Qui scienter præsentat Hæreticum ad beneficium, potest puniri, vt fautor Hæreticorum. 258. 1. 20.
Ius patronatus propriè non confiscatur propter delictum Patroni. 263. 2. 25.
Patruelis, v. Fratres.
Patrum.
Filij, & vxor sunt magis amandi, quàm patruus, non obstante, quòd hic sit propinquior patri. 440. 2. 10.
S. Paulus.
Vtrum S. Paulus habuerit reuelationem de sua prædestinatione. 339. 2. 12.
Quomodo S. Paulus non fuerit coactus ad fidem. 101. 2. 2.
Paupertas, Pauper.
Voluntaria paupertas multum iuuat orationem ad impetrandum. 530. 2. 15.
Si quis sit pauper, licitè potest sibi retinere id, quod debet erogare in alios pauperes. 618. 2. 17.
Peccatum, Peccator, v. Culpa.
Remissio peccatorum quomodo sit credenda de necessitate præcepti. 35. 2. 11.
Non omnia peccata habent vltiores in hac vita ipsos homines, sed aliqua habent vltorem ipsum Deum. 103. 2. 7.
Pericula peccandi possunt aliquando contemni, si vrgeat necessitas maioris boni. 182. 2. 7.
Peccatum, & culpa futura quomodo possit esse obiectum timoris. 332. 1. 7.
Peccatum commissum sub spe veniæ, quomodo sit grauius. 344. 1. 10.
Peccatores quomodo possint, ac debeant odio haberi, vt peccatores, & amari, vt proximi. 362. 2. 9.
Peccatores non amant seipsum. 364. 2. 18.
Secundum Thomistas, non potest quis simul esse in peccato originali, & veniali. 379. 1. 9.
Peccatum

præcipuarum.

Peccatum veniale ex indeliberatione secundum Thomistas, non potest esse in primo instanti vsus rationis. ibid. 2. 11.
Cum ignorantia inuincibili obligationis, & debiti non potest stare peccatum. 382. 2. 20.
Potest aliquis simul esse in peccato originali, & veniali. 383. 2. 24.
Quomodo sit puniendus in altera vita, si quis decedat cum peccato originali, & simul cum veniali. 384. 1. 27.
Violatio diuinæ amicitiae in vnoquoque peccato non est speciale peccatum. 376. 2. 10.
In nullo casu est licitum peccare, etiam venialiter, pro quocunque bono spiritali proximi. 404. 1. 8.
Nec etiam pro bono Principis, aut Communitatis. 405. 1. 11.
Peccatores ex Dei misericordia sæpè exaudiuntur. 531. 1. 18.
Si tamen non respiciant, sæpius non exaudiuntur. ibid. 2. 19.
Et specialiter si inimicis non remittunt iniurias. 532. 1. 20.
Si is, qui recitat Horas canonicas, sit magnus peccator, & maxime vitiosus, adhuc satisfacit suæ obligationi. 601. 1. 3.
Qui recitat cum actuali proposito peccandi mortaliter, non peccat specialiter contra præceptum de Floris canonicis. ibid. 2. 5.
Et secundum aliquos idem est, si recitet publicè, & solenniter cum vestibus sacris. 602. 1. 6.
Pecunia.
Pecunia à Dæmone habita per maleficium quomodo possit licitè retineri, & expendi. 687. 1. 19.
Pensio.
Filij Hæreticorum vtrum priuentur ipso iure pensionibus prius habitis ante delictum parentum. 246. 2. 17.
Pensionis ecclesiasticæ, propriè loquendo, non confiscantur. 263. 2. 23.
Pensionarius quis propriè sit. ibid. 1. 1.
Pensio assignatur ex multis causis. ibid. 2. 2.
Non obligat ad Horas canonicas. ibid. 3.
Sola pensio, que datur alicui, vt Clerico, obligat ad Officium B. Virginis. ibid. 4.
Pensionarij quomodo teneantur incedere in habitu, & tonsura. ibid. 5.
Quandonam Pensionarius intelligatur habere pensionem, vt Clericus. ibid. 6.
Si Clericus pensionarius fiat Ordinis militaris, cum facultate retinendi pensionem, vtrum teneatur ad Officium B. Virginis. 564. 1. 7.
Quomodo pensio aliquando tribuatur in capite vnus, & ad commodum alterius. ibid. 2. 8.
Et in tali casu quis eorum teneatur ad Officium Beatissimæ Virginis. ibid. 9.
Obligatio ad Officium Beatissimæ Virginis ex pensione, quando incipiat. ibid. 11.
Fructus pensionis possunt licitè percipi à die signatæ supplicationis 565. 1. 12.
Sed non ultra primos sex menses, si litteræ non sint expeditæ. ibid.
Cessat pensio ipso facto, si Clericus pensionarius transeat ad matrimonium. ibid. 13.
Neque est opus, vt matrimonium sit consummatum. ibid. 15.
Imò est satis, si etiam sit irritum, non ex consensu ipsius Clerici contrahentis. ibid. 16.
Si Clericus acceptet pensionem animo trāscedendi ad matrimonium, non peccat, nisi venialiter. ibid. 2. 18.
Clericus pensionarius quomodo teneatur restituere, si omittat Officium Beatissimæ Virginis. 624. 1. 12.
Baldelli Theol. Moral. Tom. 11.

Periculum.
Pericula, & occasiones peccandi possunt aliquando contemni, si occurrat necessitas maioris boni. 182. 2. 7.
Probabile periculum peccandi non est subendum ex charitate erga proximum pro bono illius spiritali. 405. 1. 13.
Qui ex recitatione Horarum canonicarum timet sibi periculum vitæ, exculatur. 611. 2. 24.
Permissio.
Permissio mali quomodo sit licita. 104. 2. 3.
Permutatio.
Qui bona fide permutat beneficium cum Hæretico, potest priuata autoritate ad illud redire, quando postea per sententiam rescinditur permutatio. 256. 2. 12.
Perplexitas.
Ex conscientia erronea potest dari perplexitas, & necessitas peccandi per vtranque partem. 404. 2. 10.
Persecutio.
Tertullianus putauit, fugam in persecutione semper esse illicitam 56. 2. 2.
Sed oppositum est de fide. 57. 1. 6.
Fuga in persecutione est quadam confessio fidei, & quoddam martyrium. ibid. 7.
Præceptum fugæ fuit datum Apostolis, & alijs pro certis casibus. ibid. 2. 8.
Fuga in persecutione nullam habet contrarietatem ad fidem. ibid. 9.
Multipliciter est ex prudentia. 58. 1. 10.
Potest esse omnibus licita. ibid. 11.
Etiam illis, qui iam sunt capti à Tyranno, & detinentur in carcere. 58. 2. 12.
Et aliquando est etiam debita ex præcepto. ibid. 13.
Qua regula possit cognosci, quòd fuga sit in præcepto. ibid. 14.
Qui in fide non est benè firmus, tenetur fugere. 59. 1. 15.
Et dandum est illi consilium, vt fugiat. ibid. 16.
Si non possit aliter definiri, quis debeat, & quis non debeat fugere, mittendæ sunt sortes. 60. 1. 19.
Si persecutio sit specialiter contra Prælatum, quomodo possit licitè fugere. ibid. 20.
Si persecutio sit contra omnes ecclesiasticos, non possunt omnes licitè fugere, & relinquere laicos sine Ministris. 61. 2. 26.
Perseuerantia.
Perseuerantia in oratione quanta debeat esse. 513. 1. 23.
Quomodo hæc ipsa perseuerantia possit peti per orationem perseuerantem. ibid. 24.
Pertinacia.
Ad hæresim omnino requiritur pertinacia. 131. 2. 1.
Vocabulum pertinaciæ vnde deriuetur, & quid significet. 132. 1. 2.
Pertinacia in hæresi in quo consistat. ibid. 3.
Quare solum assignetur in ordine ad definitionem Ecclesiæ. ibid. 2. 4.
Ad pertinaciam requiritur aliqua noticia definitionis, & propositionis Ecclesiæ. 133. 1. 5.
Non tamen requiritur noticia specialis, explicita, & absoluta; sed potest sufficere etiam generalis, implicita, & conditionata, dummodo non sit solum habitualis. ibid. 6.
Qui authoritati Ecclesiæ non vult acquiescere, nisi conuincatur rationibus ab aliquo viro docto, est verè pertinax. ibid. 2. 8.
Pertinacia potest esse ex quocunque motiuo. ibid. 9.
QQQ 2 Non

Non est necessarium, ut sit ex duritia, & obstinatione. *ibid.* 10.
 Neque requirit diurnitatem temporis. *ibid.* 11.
 Neque externam admonitionem per verba, aut per scripta. 134. 1. 12.
 Non potest esse ex ignorantia antecedente definitionis Ecclesiae; sed bene ex ignorantia concomitante. *ibid.* 13. 14.
 Et ex ignorantia antecedente diuinæ, reuelationis, aut scripturæ. 134. 2. 15.
 Quomodo sit pertinax, qui non acquiescit Episcopo, aut Inquisitori, attestanti de definitione Ecclesiae. 135. 2. 17.
 Protestatio, quod quis sit paratus acquiescere Ecclesiae, quomodo excuset à pertinacia, & ab hæresi. 136. 1. 18.
 Modi probandi, & detegendi pertinaciam, sunt plures. *ibid.* 19.
S. Petrus, Apost.
 S Petrus in quo fuerit reprehensus à S. Paulo. 67. 1. 23.
Pes.
 Diuinitio ex pedibus, seu pedomantia, quomodo sit licita. 668. 2. 10.
Pestis.
 Licetum est tempore pestis inuisere infirmos, isque ministrare. 4. 9. 1. 15.
 Potest id à Confessario imponi pro poenitentia sacramentali. *ibid.* 2. 18.
 Amicus licetè potest inuisere amicum, etque assistere tempore pestis, & vxor viro. *ibid.* 1. 17.
 Tempore pestis licetum est sortiri de Medicis, & de Ministris, qui debeant assistere infirmis. 653. 2. 3.
Pictura.
 Picturæ non inhonestæ possunt licetè vendi, etiam si sciantur quæri ad amorem turpem. 126. 2. 15.
Pietas erga parentes.
 In debito pietatis erga parentes continetur debitum gratitudinis. 375. 2. 7.
Piscis.
 Ex motibus insolitis piscium quomodo possint licetè diuinari tempestates, & pluuia. 670. 2. 6.
Phantasma.
 Phantasma propriè acceptum nihil præsignificat. 653. 2. 20.
 Quo differat à somnio, & ab Oraculo. 657. 1. 3.
Phrenesis, Phreneticus.
 Ex melancholia contingunt phreneticis multa admirabilia. 475. 1. 6.
Physiognomia, v. Diuinitio.
Pluuia.
 Pluuia, & tempestates quomodo diuinentur ex motibus, & cantibus animalium. 670. 1. 4.
Pœna, v. Punitio.
 Quibus poenis sint puniendi sollicitantes in Confessione. 302. 2. 7.
Pœnitentia, v. Resipiscencia.
 Licetum est, non statim poenitere peccati commissi, si id fiat ex bono fine. 344. 1. 10. 407. 2. 22.
 Forum poenitentiae, & forum conscientiae non est idem. 214. 1. 15.
Pœnitentia sacramentalis.
 Præces, quæ dicuntur ex poenitentia sacramentali, non sunt dicendæ solum mentaliter. 593. 2. 17.
Pœnitentiaria.
 In litteris sacrae Poenitentiarie, *occulum* sumitur pro non publico. 224. 1. 8.
 Possunt executioni mandari etiam sine Confessione sacramentali, & extra forum poenitentiae. 222. 1. 8.

Possessio.
 Paria sunt, quod acceperis possessionem, & quod steterit per te, ne illam acceperes. 8. 1. 12.
 Possessio non suffragatur Canonico, aut Curato ad faciendos fructus suos, nisi post factam professionem fidei. *ibid.* 13.
 Beneficium non habetur perfectè, nisi habita possessione. 552. 1. 5.
 Qui litigat de possessione iam apprehensa, non excusatur ab Horis canonicis. 557. 2. 18.
 Secus verò si litiget de possessione apprehendenda. *ibid.* 19.
Possibile.
 Possibile, & impossibile quomodo possit cognosci à brutis. 31. 1. 2. 18.
Præceptum, v. Obligatio.
 Præcepta Decalogi, & Ecclesiae, & quæ pertinent ad statum, & officium cuiusque, debent sciri ab unoquoque sub peccato mortali. 46. 1. 8.
 Neque sufficit, si sciantur solum implicitè, & prout continentur in principiis naturalibus vniuersalissimis, & in præceptis charitatis. *ibid.* 2. 11.
 Vtrum præceptum charitatis specialiter obliget, quando obligant alia præcepta. 384. 1. 2. 3.
 Ad seruanda antiqua præcepta potest requiri specialiter dilectio Dei. 8. 2. 7.
 Quomodo is, qui non potest implere totum aliquod præceptum, veniat implere partem. 610. 2. 1.
Prædicatio, v. Conuictio.
 Prædicatores, & lectores ad populum sacrae Scripturæ tenentur facere professionem fidei, si requirantur ab Episcopo. 84. 1. 6.
 Laici non possunt prædicare. 86. 2. 8.
 Qui prædicat sine licentia, peccat mortaliter, & est excommunicandus. 87. 1. 9.
 Licentia prædicandi potest dari etiam à Parocho pro sua Ecclesia, & Parochia. *ibid.* 10.
 Et potest dari etiam laico, non autem feminae. *ibid.* 11. 12.
 Et potest dari etiam à Superioribus Religiosis pro suis Ecclesiis, & Oratoriis. *ibid.* 13.
 In Ecclesia est potestas prædicandi fidem per totum mundum. 94. 2. 1.
 Et defendendi suos Prædicatores. 95. 1. 2.
 Potestas prædicandi fidem est solum penes Pastores Ecclesiae. *ibid.* 2. 3.
 Non est fidendum internæ inspirationi de prædicanda fide sine licentia Prælatorum. *ibid.* 4.
 Prædicatio, & instructio priuata non est prohibita. *ibid.* 5.
 Principibus laicis non conuenit ius defendendi Prædicatores fidei ab iniuriis infidelium, nisi ex commissione Papæ. 96. 1. 6.
 Quomodo Principes possint mouere bellum contra infideles pro inducendis, aut defendendis Prædicatoribus. *ibid.* 7.
 Infideles non subditi non possunt cogi ad audiendos Prædicatores. 99. 2. 4.
 Potestas prædicandi fidem est solum ad eos, qui volunt audire. 100. 1. 17.
 Prædicatoribus Iudæorum non est prohibita cum illis familiaritas, & conuiuia. 117. 1. 13.
 Expense pro mittendis Prædicatoribus ad infideles, isque alendis, ad quos pertinent. 96. 2. 9.
 Prædicatores sub grauius poenis debent in concionibus Prælatos non carpere. 147. 2. 16.
Prælati, v. Regularis.
 Prælati quomodo possint licetè fugere tempore persecutionis. 60. 1. 20.
 Prælati ecclesiastici, si incidant in hæresim, aut in schisma, statim habentur, vt relapsi. 164. 1. 2.

Qui habent propriam diocesim, & iurisdictionem quasi episcopalem, vtrum gaudeant facultate absoluedi, & dispensandi, quam Tridentinum concedit Episcopis. 215. 2. 25.
 Quomodo Inquisitores debeant se gerere cum Prælati superioribus, si fortè sint suspecti de fide. 291. 1. 26.
 Prælati non sunt carpendi à Prædicatoribus. 147. 2. 16.
 Prælati ordinarij quomodo possint dispensare in mutatione Officij diuini. 573. 1. 12.
 Prælati, & Episcopi non tenentur interesse choro. 595. 1. 9.
 Debent tamen curare, vt officia debito modo celebrentur. *ibid.* 8.
Præscriptio.
 Dispositiones Hæretici non rescinduntur, si iam sint præscriptæ per annos quadraginta, & qualis debeat esse huiusmodi præscriptio. 273. 1. 7.
 Præscriptio, quæ conceditur in bonis Hæretici, non conceditur in ipso crimine hæresis, & in aliis poenis. 274. 1. 8.
Præstigia.
 Quibus modis contingant præstigia ex parte sensuum exteriorum. 635. 1. 7.
 Et ex parte sensuum interiorum. *ibid.* 8.
Præsumptio.
 Est propriè beneficium ecclesiasticum; & quid eo nomine intelligatur. 55. 1. 2.
Præsumptio.
 Præsumptio iuris, & de iure quænam sit. 302. 1. 2.
 Præsumptio quomodo contrarietur spei. 331. 1. 1. 342. 2. 3.
 Vocabulum præsumptionis sumitur multipliciter. 342. 1. 2.
 Præsumptio opponitur præterea magnanimitati, charitati, & dono timoris. *ibid.* 2. 3.
 Est intrinsecè mala. 345. 1. 5.
 Et est peccatum in Spiritum Sanctum. 342. 2. 4.
 Potest contingere multipliciter. 343. 1. 6.
 Est peccatum mortale, nec datur in illo paruitas materiz. *ibid.* 2. 7.
 Non est peccatum grauius, quàm desperatio. *ibid.* 8.
 Non semper est coniuncta cum infidelitate. 344. 1. 11.
 Neque semper destituit habitum spei. *ibid.* 2. 12.
 Quomodo oriatur ex vana gloria, vel ex superbia. *ibid.* 1. 3.
Præces, v. Oratio.
 Frustrà petitur precibus à Principe, quod iure communi concessum est omnibus. 567. 2. 8.
 Præces, quæ dicuntur ex voto, vel ex poenitentia sacramentali, non sunt dicendæ solum mentaliter. 593. 2. 17.
Primogenitus, v. Filius.
Princeps, Principale.
 Principes etiam infideles tenentur non tolerare ritus contra legem naturæ. 106. 1. 10.
 Principes laici, si incidant in hæresim, aut in schisma, statim sunt reputandi tanquam relapsi. 164. 1. 2. 3.
 Qui Principes inducent in hæresim, non sunt recipiendi, neque est illis parcendum. 165. 1. 26.
 Quomodo cognoscatur, quod aliquid sit principale, aut accessorium alteri. 253. 2. 3.
 Quomodo Inquisitores debeant se gerere cum viris principibus, & primariis, si sint suspecti in fide. 291. 1. 25.
 Et qui illi sint. *ibid.* 27.
 Pro bono Principis cuiuscunque non est committendū vllum peccatum, etiam leuissimum. 405. 1. 11.
 Licetum est exponere vitam pro Principe. 416. 2. 8.
 Et tabulam illi dare tempore naufragij; & panem

tempore famis. *ibid.* 8.
 Frustrà petitur precibus à Principe, quod iure communi concessum est omnibus. 567. 2. 8.
 In aulis, & domibus Principū non possunt solentiter dici diuina Officia, nisi ex priuilegio. 596. 2. 4.
Priuilegium.
 Priuilegium, quod quis non possit cogi, vel admitti ad testificandum contra alium, solum intelligitur, quando non desunt alij, qui possunt, aut velint testificari. 289. 2. 19.
 Priuilegia concessa à Summis Pontificibus pro filiis Clericorum extra statum ecclesiasticum, non reuocantur per alias Bullas pontificias. 435. 1. 16.
 Priuilegio vti nemo cogitur. 545. 1. 5.
Processus.
 Processus de sanctitate alicuius non sunt formandi, aut aperiendi, nisi prius doceatur de obseruatione decretorum Urbani VIII. circa non cultum. 502. 2. 6.
Procurator.
 Professio fidei, & iuramentum obedientiae, non est faciendum per Procuratorem. 76. 1. 8.
Professio, Professus, v. Religio, Status.
 Professio religiosa in vniuersam, & per se loquendo, non inducit obligationem ad Horas canonicas. 549. 1. 8.
 Obligatio Professorum ad Horas canonicas solum incipit à die, & hora professionis emissæ. 550. 1. 17.
 Et potest desinere, si quis ex deputato ad chorum fiat Conuersus. *ibid.* 18.
 Et contra potest incipere, si quis ex Conuerso fiat Clericus, & Chorista. *ibid.* 19.
 Qui transit à Religione deputata ad chorum ad non deputatam, non ampliùs tenetur ad Horas canonicas. *ibid.* 20.
 Qui ex dispensatione Papæ transit ad nuptias, non ampliùs tenetur. *ibid.* 2. 21.
 Qui est dispensatus, vt perpetuò viuat extra Monasterium adhuc tenetur. 551. 2. 25.
 Professio religiosa est beneficij regulare. 615. 2. 4. 6.
 Professus in religione deputata ad chorum, tenetur ad chorum. 624. 2. 2.
Professio fidei, v. Fidei professio.
Prophecia.
 Prophecia quo differat à somnio, & à viso. 656. 2. 2.
 Lumen propheticum communiter requirit mentem solutam ab alijs perturbationibus, & curis. 674. 1. 2.
 Prophecia naturalis, & supernaturalis quo differant. 475. 2. 9.
Propositio.
 Propositio damnabilis in materia fidei, quæ, & quod-tuplex sit. 136. 2. 1. 2.
 Propositio hæretica, quæ propriè sit. 137. 1. 3.
 An, & quomodo inter propositiones hæreticas dentur plures gradus. *ibid.* 2. 4.
 Propositio erronea quænam sit. *ibid.* 5.
 Varia exempla propositionis erroneæ in materia fidei. 138. 1. 7.
 Propositio opposita conclusioni, & assensui theologico, potest damnari, vt erronea, & aliquo modo etiam vt hæretica. 139. 1. 8.
 Quæ sit propositio sapiens hæresim. 140. 1. 1.
 Quomodo differat à propositione erronea. *ibid.* 3.
 Potest propositio sapere hæresim, etiam ab extrinsecò, ratione personæ eam proferentis. 141. 1. 4.
 Non solum propositio, sed etiam opus, & factum externum potest sapere hæresim. *ibid.* 5.
 Propositio sapiens fidem. 140. 1. 3.
 Propositio malè sonans. 141. 1. 6.
 Potest aliqua propositio esse malè sonans, etiam si reperiatur

Index Rerum

peritur in terminis apud antiquos Doctores, vel etiam apud Sanctos Patres, aut in Scriptura sacra. *ibid.* 2. 7.

Quid sit attendendum, ut propositio qualificetur, tanquam male sonans. *ibid.* 8.

Que sit propositio piarum aurium offensiva. 142. 1. 9.

Que sit propositio pia, vel de pietate fidei. *ibid.* 10.

Propositio scandalosa. *ibid.* 2. 11.

Propositio temeraria. *ibid.* 12. 14.

Propositiones non sunt de facili, & temerè qualificandæ. 143. 2. 18.

Potest aliquando vna propositio simul qualificari pluribus notis. *ibid.* 19.

Propositio blasphema. 144. 1. 1.

Periculosa, seditiosa, schismatica. 147. 1. 1. 3. 14.

Iniuriosa, præsumptuosa, phantastica, stulta, crudelis. *ibid.* 2. 15. 17. 18. 19. 20.

Qui ex interna hæresi negat exterius propositionem theologiam, vtrum incurrat in excommunicationem. 172. 1. 7.

Propositum.

Qui exterius dicit, se habere propositum consentiendi in hæresim, vel apostatandi à fide, vtrum incurrat excommunicationem Hæreticorum. 174. 2. 2. 1.

Protestatio.

Protestatio, quod quis sit paratus acquiescere Ecclesie, quomodo excuset à pertinacia, & ab hæresi. 136. 1. 18.

Protestatio contraria factis non excusat. *ibid.* 20.

Proximus.

Qui sint intelligendi nomine proximi. 36. 1. 2. 3.

Quomodo proximus sit obiectum materiale charitatis. *ibid.* 1. 2.

Quando vrget obligatio diligendi actualiter proximum, non est necessariò elicienda actualis dilectio Dei. 391. 2. 1. 5.

De fide est, quod proximus sit diligendus ex charitate. 393. 2. 1.

De diligendo proximo non solum est præceptum naturale, sed etiam supernaturale. *ibid.* 2.

Et debuit specialiter exprimi vltra præceptum de diligendo Deo. 394. 1. 3.

In quo consistat modus diligendi proximum, sicut nos ipsos, vel sicut Christus dilexit nos. *ibid.* 4.

Quo tempore obliget hoc præceptum. *ibid.* 2. 6.

Communiter ad illud implendum satis est dilectio naturalis. *ibid.* 7.

Quibus modis contingat specialiter peccari contra charitatem proximi. 397. 1.

Pro bono proximi licitum est pati iacturam proprii boni spiritualis sine propria culpa. 405. 2. 14.

Neque propterea impeditur quis, ne crescat in charitate, & merito. 406. 1. 1. 5.

Quomodo liceat pro bono proximi velle pati iacturam gratiæ, aut beatitudinis, siue ad tempus, siue in perpetuum, sine propria culpa. *ibid.* 16.

Iactura boni spiritualis non est subeunda pro bono proximi, sine magna necessitate. 408. 1. 2. 3.

Quis proximus sit magis amandus secundum ordinem charitatis. 420. 1.

Secundum aliquos, omnes proximi sunt amandi æqualiter secundum affectum, non autem secundum effectum. *ibid.* 2. 3.

Bona gratiæ, & gloriæ, secundum Durandum, sunt optandi æqualiter omnibus proximis. 421. 1. 6.

Publicum, v. Occultum.

Puer.

Puer, qui nondum habet vsum rationis, non tenetur ad Horas canonicas, si ex dispensatione habeat beneficium ecclesiasticum. 557. 1. 8.

Pueri ante vsum rationis quare nõ somniant. 658. 1. 10.

Punctatura.

Punctaturæ in choro ad quas partes horarum sint faciendæ. 594. 2. 7.

Punitio.

De iis, quæ pertinent ad punitionem Hæreticorum in viuicium. 158. 2.

Propter immanitatem facinorum licitum est aliquando in punitione recedere à communibus legibus. 165. 1. 27.

Punitiones in hac vita maximè intenduntur, quatenus sunt medicinales ad bonum commune. 278. 1. 8.

Purgatio.

Dispositiones illius, qui damnatur de hæresi, quia defecit in purgandis iudiciis, non rescinduntur à die criminis, sed à die sententiæ. 272. 2. 4.

Purgationes vulgares per aquam feruentem, per ferrum candens, &c. sunt tentatio Dei, & illicitæ. 689. 2. 7.

Purgatorium.

Quomodo in iis, qui sunt in Purgatorio, sit spes. 326. 1. 2. 5.

Q

Qualificatio, v. Propositio.

Qualitas.

Qualitates non per solam maiorem intensiorem dicuntur aliæ aliis esse perfectiores. 372. 1. 2. 5.

R

Rabinus.

Libri Rabinorum recentiorum non sunt permittendi. 105. 2. 7.

Rapina.

Inuadere per vim bona patrimonialia Clericorum, est sacrilegium. 693. 1. 1. 3.

Ratio, v. v. rationis.

Vtrum in primo instanti vsum rationis sit obligatio diligendi Deum super omnia. 377. 2.

Quid sit peruenire ad vsum rationis, & quid ad hoc requiratur. 378. 1. 4.

Pro primo instanti vsum rationis non potest, secundum Thomistas, esse peccatum veniale ex indeliberatione. 379. 2. 1. 1.

Pro primo instanti vsum rationis, ex communiore sententia, non est obligatio se conuertendi in Deum. 380. 1. 12. 1. 3.

Primum instans vsum rationis non potest ab vnoquoque certo cognosci. 380. 2. 1. 4.

Vsum rationis vtrum possit stare cum ignorantia inuincibili Dei, & omnis potestatis superioris. 382. 2. 2. 1. 2. 2.

Quando quis venit ad vsum rationis, quomodo teneatur præcepto orandi. 399. 1. 18.

Receptor, v. Hæreticus.

Receptores Hæreticorum sunt excommunicati, si illos receptat, in quantum sunt Hæretici. 185. 2. 1. 2.

Receptores eorum, qui sunt suspecti de hæresi, non sunt excommunicati. 187. 2. 4.

Receptores Hæreticorum non sunt excommunicati, si receptatio non habuit effectum, & Hæreticus est captus. 188. 2. 8.

Vtrum pater possit receptare filium hæreticum, & filius patrem, vel affinis, aut consanguineus, consanguineum, aut affinem. *ibid.* 9.

Qui ex metu graui receptat Hæreticum, non est excommunicatus. 190. 1. 12.

Receptatores sunt excommunicati, etiam si receptent tantum semel. 191. 2. 7.

Et siue recipiant domi suæ, siue alienæ, ruri, in agro, in sylua, in ciuitate, in preuincia, in regno. *ibid.* 8.

Receptoribus

præcipuarum.

Receptoribus est indicenda abiuratio, tanquam suspectis de hæresi. *ibid.* 9.

Et sunt puniendi aliis pœnis, etiam si sint Iudæi, aut infideles. 192. 1. 10.

Sunt incapaces, si intra annum non satisfaciunt Ecclesie. 251. 2. 9.

Et tam ipsi, quam eorum filij non possunt admitti ad beneficia, aut officia publica. *ibid.* 10.

Quomodo sint incapaces beneficiorum, & ipso facto sint priuati illis, quæ prius habebant. 254. 1. 5. 6.

Hæretici multum perniciosi non sunt receptandi etiam à consanguineis, & multum coniunctis. 190. 1. 13.

Regularis, Religiosus, v. Religio, Status religiosus.

Praelati Ordinum regularium tenentur facere professionem fidei. 83. 2. 1. 3.

Si tamen Bulla Pij IV. quoad hoc est in usu. *ibid.* 2.

Praelati religiosi possunt dare laicis licentiam prædicandi in suis Ecclesiis, aut Oratoriis, non autem possunt talem licentiam dare feminis. 87. 1. 1. 3.

Praelati regulares non gaudent facultate absoluendi, & dispensandi, quam Tridentinum concedit Episcopis. 216. 1. 26.

Possunt tamen absoluere, etiam ab hæresi, ex aliis priuilegiis, si hæc non reuocantur quotannis in Bulla Cœnæ. 216. 2. 27.

Statutum excludens aliquos ratione originis à professione religiosa, vel à dignitatibus, quomodo sit validum. 248. 2. 26.

Religiosi nõ sunt exempti à potestate Inquisitorum. 292. 2. 35.

Superiores religiosi, qui habent curam animarum, tenentur illis succurrere in necessitatibus spiritualibus, etiam cum periculo vitæ. 413. 1. 19.

Filij spiritus quomodo sint alendi à patre religioso, & professo. 435. 2. 20.

Relapsus, v. Hæreticus.

Hæretici relapsi traduntur brachio seculari, & quinam illi sint. 161. 2. 24.

Non potest quis censeri relapsus, nisi abiuravit iudicialiter. 162. 1. 16.

Saltem vt suspectus de vehementi. *ibid.* 2. 17.

Qui est solum relapsus in fauoriam Hæreticorum, vtrum sit puniendus tanquam relapsus simpliciter. *ibid.* 18.

Si relapsus sponte compareat, & verè pœniteat, vtrum sit audiendus. 163. 1. 21.

Ex Constitutionibus pontificiis sunt aliqui habendi tanquam relapsi, etiam si non sint lapsi in hæresim, nisi semel. *ibid.* 2. 22.

Et præter ceteros tales sunt Praelati ecclesiastici, & Principes laici, si labantur in hæresim, aut in schisma. 164. 1. 23.

Hæresarchæ, & dogmatizantes vtrum sint habendi tanquam relapsi. *ibid.* 24.

Filij eorum, qui puniuntur vt relapsi, sunt irregulares, etiam si eorum parentes moriantur pœnitentes. 247. 1. 20.

Religio, virtus.

Virtus religionis non est virtus theologalis, sed moralis. 320. 1. 11.

In debito religionis erga Deum continetur debitum gratitudinis erga benefactores, & debitum pietatis erga parentes. 375. 2. 7.

Qui sint libri tractantes de religione. 202. 1. 5.

Religio quoad appellationem vocabuli vnde sit dicta. 443. 1. 1.

Est proprie virtus. *ibid.* 2. 2.

Est vna virtus. *ibid.* 4.

Specialis, & distincta ab aliis. 444. 1. 6.

Quomodo sit distincta à dono timoris, quo Deum

reueremur. 443. 2. 3.

Sub qua ratione Deus colatur per virtutem religionis. 444. 1. 5.

Religio non dicitur vera, vel falsa, quia pertinet ad intellectum. *ibid.* 7.

Non vagatur per omnia, nisi imperado actus. *ibid.* 8.

Non differt à sanctitate secundum essentiam. *ibid.* 2. 9.

Honor, & cultus Deo exhibitus per virtutem religionis, in quo consistat. *ibid.* 11.

Omnes actus boni, etiam purè interni, possunt assumi in Dei honorem. 445. 1. 12.

Per omnes actus religionis Deus colitur, vel quia aliquid nostrum ipsi offertur, vel quia aliquid Dei pro nobis assumitur. *ibid.* 14.

Religio est in voluntate, vt in subiecto. 446. 2. 8.

Quomodo oratio sit actus religionis. 526. 1. 15.

Religio, Status religiosus.

Religiosi professi deputati ad chorum tenentur sub mortali ad Horas canonicas. 548. 1. 1.

Professi non deputati ad chorum, non tenentur. *ibid.* 2. 4.

Qui ex Religione deputata ad chorum transit ad aliam non deputatam, non amplius tenetur. 550. 2. 2. 1.

Et idem est, si ex dispensatione Papæ transeat ad matrimonium. *ibid.* 2. 2.

Qui est eiectus per sententiam, quomodo teneatur. *ibid.* 2. 3.

Professus fugitiuus non excusatur ab Horis canonicis. 551. 1. 24.

Qui est dispensatus, vt perpetuò viuat extra Monasterium, adhuc tenetur. *ibid.* 2. 25.

Facilius excusatur Religiosus professus, si absit à choro, quam beneficiatus. 594. 2. 5.

Quomodo teneantur Religiosi dicere Officium in choro. 596. 1. 12.

Reliquia.

Reliquiæ Sancti nondum approbati, non possunt publicè exponi, & adorari. 500. 2. 28.

Neque Episcopus potest illas approbare, quado sunt permixtæ cum Reliquiis alterius Sancti approbati. 501. 1. 30.

Non tamen propterea in tali casu sunt contemnendæ; sed decenter, & dignè sunt custodiendæ. *ibid.* 31.

Decretum Tridentini de veneratione Reliquiarum. 511. 1. 7.

Quomodo aliquando fuerit prohibitum accendi cereos ad sepulcra Martyrum. 512. 2. 4.

Sepulcra Martyrum quomodo adorentur, quando in illis non sunt, nisi cineres, & vermes. 513. 1. 5.

Ratio adorandi Reliquias est habitudo, & pertinètia ad Sanctum. *ibid.* 2. 7.

Quomodo Reliquiæ sint adorandæ in sententia eorum, qui admittunt resolutionem vsque ad materiam primam; & negant formas partiales. *ibid.* 8.

Reliquiæ sunt adorandæ eadè adoratione, qua adoratur Sanctus, cuius sunt Reliquiæ. 514. 1. 9.

Licite diuiduntur in plures partes, vt adorentur in pluribus locis, & à pluribus. *ibid.* 2. 10.

Nomine Reliquiarum, quid proprie intelligatur. *ibid.* 11.

Possunt gestari ad collum. 515. 1. 12. 1. 3.

Quomodo non sint transferendæ de loco ad locum sine licentia Episcopi. *ibid.* 14.

Gestare Reliquias, dum actu peccatur, non est circumstantia necessariò exprimenda in Confessione. *ibid.* 2. 16.

Antiquæ Reliquiæ non sunt ostendendæ extra capsam. *ibid.* 17.

Non possunt vendi. 516. 1. 18.

Pro recuperandis Reliquiis ab infidelibus licite potest offerri pecunia. *ibid.* 20.

Index Rerum

Exponere Reliquias ex intentione lucrandi largiores elemosynas, non est licitum. *ibid.* 2. 1.
 Non est tamen peccatum simoniae, nisi elemosynae dedicantur in pactum. *ibid.* 2. 2. 2.
 Reliquiae non possunt furciue subripi, etiam ex praetextu deuotionis. 517. 1. 24.
 Neque a culpa mortali excusat materia leuitas. *ibid.* 2. 5.
 Si tamen Reliquiae sint apud infideles, licite possunt ab illis subripi. *ibid.* 2. 6.
 De licentia Episcopi licite potest ab Ecclesiis detrahi aliquid Reliquiarum. *ibid.* 2. 7.
 Fures Reliquiarum non sunt excommunicati ipso facto, quantum est ex iure communi; sed solum ex variis edictis Summorum Pontificum pro Vrbe Roma, & pro eius districtu. *ibid.* 2. 18. 29, &c.
 Falsae Reliquiae sapientis sunt adoratae pro veris. 518. 2. 1.
 Ad colendas Reliquias cultu priuato, sufficit certitudo morali priuata de illarum veritate. *ibid.* 2.
 Neque est opus, ut adorentur sub conditione, si sunt vere Reliquiae. 519. 1. 3.
 Si moralis certitudo non habeatur de veritate Reliquiarum, vel est desistendum ab adoratione, vel sunt adoranda sub conditione. *ibid.* 4.
 Ad colendas Reliquias cultu publico requiritur approbatio Papae, aut Episcopi. *ibid.* 5.
 Etque ab Episcopo potest fieri etiam extra diocesim. *ibid.* 6.
 Pro approbandis Reliquiis ad cultum publicum non est necessaria fides Notarij. *ibid.* 2. 10.
 Et ita habet praxis plurium Episcoporum. 520. 2. 1. 2.
 Ex erroribus, & abusibus, qui contigerunt circa Reliquias, non ostenditur, quod earum cultus sit malus. *ibid.* 1. 3.
 Quomodo aliquando dicantur eadem Reliquiae esse in pluribus locis. 521. 1. 14.
 Supponere falsas Reliquias pro veris, est superstitio, & peccatum mortale. *ibid.* 2. 1. 5.
 Quomodo incertis Reliquiis possint imponi certa nomina. *ibid.* 16.
 Quae sit censenda insignis Reliquia, ut possit ratione illius fieri Officium de illo Sancto. 573. 2. 19.
 Et quid sit agendum, si ignoretur proprium festum illius Sancti, cuius habeatur insignis Reliquia. 574. 1. 20.
 Exponere falsas Reliquias est superstitio perniciosa. 631. 1. 9.
 Gestatio Reliquiarum quomodo possit esse superstitiosa. 683. 2. 5.
Reprobatio.
 Quomodo reprobi, & in perpetuum certo damnandi possint amari ex charitate. 363. 2. 13.
Reseruatium.
 Peccatum haereticum pure externum non est reseruatium. 167. 1. 5.
 Sicut nec pure internum. 169. 1. 11.
 Actus mere interni non sunt intelligendi esse reseruatium. *ibid.* 1. 2.
 Quomodo reseruatium haereticum solum sit ratione excommunicationis. 212. 1. 3. 2. 16.
 Reseruatium excommunicationis trahit secum reservationem etiam culpae. 212. 1. 4.
 Facultes absoluedi a casibus occultis reseruatibus Sedis apostolicae, quae in Tridentino conceditur Episcopis, non habet locum in reseruatibus post ipsum Concilium. 231. 2. 7.
 Casus papales reseruatibus, euadunt episcopales, si iure aliquo communi concedantur Episcopis. 227. 2. 17.

Rescripta.
 Quomodo sit agendum cum haeretico quoad priuationem beneficiorum, si rescriptat ab haereticis. 257. 1. 15.
 Et quomodo sit cum illo agendum quoad confiscationem bonorum. 262. 2. 16.
Restitutio.
 Qui dolis, & mendacijs impedit sententiam, & confiscationem bonorum contra aliquem reum, non tenetur aliquid restituere. 264. 2. 29.
 Quomodo sint restituendi fructus beneficiorum, si omittantur Horae canonicae. 615. 2.
 Pro restituendis huiusmodi fructibus non est expectanda sententia Iudicis. 617. 2. 13.
 Qui recitat Horas canonicas, sed omittit alia Officia, & labores, ad quos tenetur ratione sui beneficij, tenetur ex naturali iustitia aliquid restituere pro rata illorum. 621. 2. 29.
 Dispositio sub modo aliquando obligat ad restitutionem, si modus non impletur. 622. 2. 4.
 Quod datur ob causam, siue perpetuam, siue non perpetuam, est semper restituendum, si causa non sequatur....
 Restitutio pro Missis non dictis, aut pro Horis canonicis non perolutis, potest aliquando fieri in alijs bonis spiritualibus. 623. 1. 9.
 Damnum, quod proximo inferitur per maleficium, & opera Daemonis omnino est restituendum. 647. 1. 17.
Resurrectio.
 Resurrectio carnis quomodo sit credenda de necessitate praeccepti. 35. 2. 12.
Reuelatio.
 Reuelationes priuatae possunt esse materia haereticis, si non credantur ab illo, cui fiunt. 152. 1. 1.
 Poenae Haereticorum quomodo possint incurri, si non credantur reuelationes priuatae. *ibid.* 2. 2.
 Reuelationes priuatae non sunt necessario credendae ab omnibus. *ibid.* 1. 3.
 Reuelatio facta alicui, quod saluabitur, non tollit ab illo spem, tollit vero reuelatio, quod damnabitur. 323. 2. 21. 22.
 Reuelatio de propria damnatione vtrum faciat impossibilem actum spei, & actum desperationis excuset culpa. 338. 1. 8.
 Secundum multos talis reuelatio non est possibilis de lege ordinaria. *ibid.* 2. 9.
 Secundum multos si detur talis reuelatio, non facit impossibilem actum spei, & obseruationem mandatorum, & ipsam saluationem. 339. 1. 10.
 Reuelatio facta alicui, quod saluabitur, secundum aliquos non excludit errorem, nisi forte dabitur *ibid.* 2. 11.
 Reuelatio facta alicui, quod damnabitur, non eximit illum a seruandis praecceptis, & a peccatis vitandis. 340. 1. 13.
 Reuelatio, quod saluabitur, quomodo excludat timorem de damnatione. 341. 1. 18.
 Ex reuelatione de damnatione, si alicui fiat, nulla sequantur absurditates. *ibid.* 19.
Reuerentia.
 Reuerentia quid proprie sit. 446. 1. 4.
 Quo differat a veneratione. *ibid.* 2. 5.
Reus.
 Reus etiam non interrogatus a Iudice tenetur declarate complices criminis, graniter vergentis in damnum commune, & peccat Confessarius, si cum non admoneat de tali obligatione, vel si absoluat nolentem eam implere. 286. 1. 8. 10.
 Reo communitate non est credendum de crimine alieno. *ibid.* 2. 9.

Licitum

praecipuarum.

Licitum est fortiri de reo, si vnus tantum ex pluribus est puniendus. 653. 2. 3.
Ritus.
 Ritus infidelium non subditorum sunt tolerandi, etiam si sint contra lumen naturae. *ibid.* 104. 1. 1.
 Quomodo sint tolerandi ritus infidelium subditorum. 106. 1. 8.
 Ritus Iudaeorum non prohibentur. 105. 1. 5.
 Principes etiam infideles tenentur non tolerare in suis subditis ritus contra naturam. *ibid.* 10.
 Ritus quicumque non sunt prohibendi, nisi a potestate publica. *ibid.* 11.
Rudis.
 Quomodo res fidei sint prudenter credibiles rudibus. 9. 2. 12.
 Qui est ita hebes, ut terminos rerum fidei etiam rudes non capiat, quomodo excusetur. 33. 2. 4.
 Rudibus quare saepe contingant somnia diuinatoria. 662. 1. 10.

S

Sabbatum.
 Praeceptum de obseruatione Sabbathi quomodo cessauerit in lege noua. 2. 2. 5.
 Vtrum fuerit praecceptum affirmatiuum, an negatiuum. 388. 2. 5.
 Quenam fuerit in lege vetere sanctificatio Sabbathi. 388. 2. 4.
Sacerdos.
 Sacerdos non potest praedicare sine licentia. 87. 2. 14.
 Qui inualide est ordinatus Sacerdos, & se gessit, ut Sacerdotem, cogendus est, ut reordinetur. 149. 1. 8.
 Sacerdotes non sunt exempti a potestate Inquisitorum, si sint suspecti de fide. 293. 1. 36.
 Quod Sacerdos excommunicatus, depositus, aut degradatus celebret, aut Sacramenta ministret, est superstitio perniciosa. 631. 1. 6.
 Sacerdotes quatenus sunt ministri, & instrumenta gratiae, honorantur dulcia. 492. 1. 11.
Sacramentum.
 De Sacramentis quid sit credendum ex necessitate praeccepti. 38. 1. 2. 2. 3. 2. 4. 2. 5.
 Vtrum sit licitum petere, & accipere Sacramenta ab Haeretico excommunicato, non vitando. 183. 1. 9.
 Et quid ab Haeretico excommunicato vitando, si vergeat necessitas. *ibid.* 2. 20.
 Qui ministrat Sacramenta Haeretico, nondum conuerso, est irregularis, tanquam fautor Haereticorum. 240. 2. 2.
 Materie Sacramentorum possunt adorari, tanquam Dei instrumenta ad productionem gratiae. 479. 1. 15.
 Ministrare Sacramenta in excommunicatione est superstitio perniciosa. 631. 1. 6.
Sacrificium.
 Sacrificium soli Deo potest offerri. 298. 2. 7.
 Quomodo sacrificia veteris legis Deo offerrentur secundum diuersas Dei perfectiones. 453. 1. 8.
Sacrilegium.
 Quid sit sacrilegium. 691. 1. 1.
 Quomodo sit cognoscendum, quod aliqua actio sit sacrilegium. *ibid.* 1. 2.
 Sacrilegium est triplex. *ibid.* 2. 6.
 Diuisio sacrilegij est in species subalternas. *ibid.* 2. 7.
 Quae sint sacrilegia contra personas sacras. 692. 1. 8.
 Indigna tractatio hominis Christiani, etiam iusti, & Sancti, non est sacrilegium. *ibid.* 2. 10.
 Quae sint sacrilegia contra locum sacrum. 693. 2. 16.
 Malitia sacrilegij quomodo sit in actu interno, & in actu externo. 695. 2. 27.
 Sacrilegia in Sanctos differunt a sacrilegijs in Deum. 492. 2. 12.

Baldelli Theol. Moral. Tom. II.

Quae sint sacrilegia contra res alias sacras. 695. 2. 8.
 Malitia sacrilegij in quibus casibus sit mortalis. 696. 1. 30.
 Quae poenae sint statutae in iure contra sacrilegos. *ibid.* 31.
Sacrum, Res sacra.
 Quare non ea omnia, quae inferuntur Dei adorationi, dicantur sacra. 473. 2. 5.
 Res sacrae quomodo sint adorandae. 478. 1. 12.
 Non sunt tangendae a laicis. *ibid.* 13. V. *Sacrilegium.*
Salus.
 Nomine salutis appellatur etiam gratia, quae est prima salus. 17. 2. 2.
Saluatio.
 Salutationes, & resalutationes quomodo sint debitae inimicis. 395. 1. 1. 2.
 Non est cogendus salutare inimicum, qui ante inimicitiam cum non salutabat. 397. 1. 1. 4.
Sanctitas, Sanctus, v. Canonizatio.
 Sanctitas non differt secundum essentiam a religione. 444. 2. 9.
 Sanctorum communio quomodo sit credenda de necessitate praeccepti. 37. 2. 2. 1.
 De fide est, quod Sancti sunt adorandi. 490. 1. 1.
 Possunt adorari, etiam dum viuunt. *ibid.* 2. 2.
 Eorum cultus non est tantum ciuiliis, sed sacer, & religiosus. 491. 1. 3.
 Et potest esse, tam per actum externum, quam per internum. *ibid.* 2. 4.
 Adorantur dulcia. *ibid.* 5.
 Eorum cultus quomodo referatur in Deum. *ibid.* 6.
 Quomodo possint adorari latria. *ibid.* 7.
 Sancti nondum approbati possunt coli cultu priuato. 499. 1. 20.
 Et licite possunt coram alijs vocari Sancti, & inuocari. *ibid.* 21.
 Non tamen possunt illis dicari, aut consecrari altaria, vel templa. *ibid.* 22.
 Nec dici Missae, aut diuina Officia. *ibid.* 23.
 Nec statui Festa publica, aut ieiunia, vel fieri vota publica. 500. 1. 24. 2. 5.
 Nec pingi cum radijs, & diademate, vel publice exponi, ut adorentur. *ibid.* 27.
 Libri continentes miracula, aut reuelationes Sanctorum nondum approbatorum, non possunt imprimi sine licentia Papae. 502. 1. 2.
 Tabellae non debent ad illos appendi, nec lampades, aut lumina accendi. *ibid.* 2. 3.
 Sancti, qui a tempore antiquissimo sunt in honore, & cultu publico, non comprehenduntur huiusmodi decretis Urbani VIII. *ibid.* 4.
 Processus de sanctitate alicuius non sunt formandi, aut aperiendi, nisi prius doceatur de non cultu. *ibid.* 6.
 Officium de Sancto, qui non sit in Calendario, quomodo sit celebrandum. 573. 1. 16.
 Si ignoretur proprium festum alicuius Sancti, cuius habeatur insignis Reliquia, vtrum de illo sit faciendum Officium alia die. 574. 1. 20.
Sanitas, v. Aliterudo.
 Sanitas bona, vel mala, licite potest diuinari per physionomiam. 664. 1. 1.
 Obseruantia sanitatum est superstitio. 677. 1. 9.
 Sanationes, quae fiunt a saluatoribus, an, & quomodo sint superstitiosae. 681. 2. 2. 2.
 Virtus aliqua sanatiua potest esse naturalis. *ibid.* 2. 3.
 Non est superstitio, quod qui nascuntur in die Parasceues, vel qui sunt septimi masculi, vel Reges Francorum, habeant virtutem curatiuum certorum morborum. 682. 1. 2. 4.
 Aegroti non licet medicinas respuere ad hoc, ut

R R r Deus

Index Rerum

Deus illum sanet miraculosè. 690. 1. 1. 1.
Scandalum, Scandalosum.
Propositio scandalosa quænam sit. 142. 2. 1. 1.
Schisma, Schismaticus.
Praelati ecclesiastici, & Principes laici si incidunt in schisma, statim sunt reputandi, tanquam relapsi. 164. 1. 2. 3.
Si schisma sit sine hæresi, liber Authoris schismatici non est dampnatus in Bulla Cœnæ. 199. 1. 18.
Schismatici quomodo sint irregulares. 241. 1. 1. 3.
Sunt suspecti de hæresi. ibid. 2. 6.
Vtrum sint irregulares dupliciter, id est, semel, quia schismatici, & iterum quia suspecti de hæresi. ibid. 6.
Scientia.
Defectus scientiæ non vitiat collationem beneficii. 40. 2. 8.
Qualis scientia requiratur in Episcopo. 39. 1. 3. 2. 4.
Scientia eminens, mediocris, & sufficiens quænam sit. 40. 2. 9.
Ars notoria ad acquirendam scientiam est superstitio, & illicita. 676. 2. 4.
Et est peccatum mortale. 677. 1. 7.
Non est illicitum vti scientia superstitiosè acquisita à Dæmone. 677. 1. 8.
Scholastici.
Communia placita Scholasticorum magni sunt facienda. 143. 1. 15.
Schola, Gymnasium.
Filij Hæreticorum licitè possunt admitti ad scholas Catholicorum. 185. 1. 1. 3.
Non tamen è contra filij Catholicorum licitè possunt mitti ad scholas Hæreticorum. ibid. 1. 4.
Scriptura.
Fingere falsas scripturas inter concionandum est superstitio perniciofa. 631. 1. 8.
Observantia scripturarum quid requirat ad hoc, vt non sit superstitiosa. 683. 1. 4.
Pactum per scripturam firmatum cum Dæmone, quomodo sit retractandum. 688. 1. 25.
Sepultura, funus.
Non licet comitari funus Hæretici excommunicati non vitandi, quando est sepeliendus in loco sacro. 181. 2. 3.
Per sepulturam Hæretici excommunicati non vitandi non execratur, aut profanatur Ecclesia, aut locus sacer. 181. 2. 4.
Secretum.
Denunciatio Hæretici est facienda, non obstante quocunque secreto, præter secretum confessionis sacramentalis. 282. 2. 24.
Seta.
Vocabulum setæ communiter accipitur in malam partem; & ideo non competit doctrinæ catholicæ. 127. 2. 3.
Senex.
Senex decrepitus, qui amisit vsum rationis, non tenetur ad Horas canonicas. 557. 1. 8.
Qui non est solitus adesse choro, non excusatur ratione senectutis. 626. 1. 8.
Sententia iudicialis.
Dispositiones factæ ab Hæretico ante, vel post sententiam, an, & quomodo sint validæ. 269. 1. 5.
Seruus.
Quomodo fideles possint esse serui infidelium. 113. 2. 4.
Fideles possunt esse serui adscriptitij, & originarij; & qui tandem hi sint. 113. 2. 5.
Serui, seu mancipia hominis hæretici, non confiscantur, sed euadunt liberi. 263. 2. 24.

Silentium.
Silentium non est licitum, quando quis interrogatur de fide à potestate publica. 54. 1. 5.
Potest tamen esse licitum, si quis interrogetur de fide ab aliquo privato. 54. 2. 9.
Etiam silentium aliquando est virtualis confessio fidei. 54. 2. 6.
Similitudo.
Similitudo filiorum ad parentes, vnde proueniat. 432. 1. 5.
Et quomodo iuuetur cogitationibus, & affectionibus ipsorum parentum, tempore generationis. 433. 2. 6.
Simonia.
Simonia purè mentalis non inducit excommunicationem, etiam lecuta, & completa exterius datione, & receptione. 175. 2. 27.
Electio Papæ facta per simoniam est nulla. 157. 1. 14.
Dummodo simonia sit manifesta. 158. 1. 15.
Inhabilitas ad beneficium, super quo est commissæ simonia, vtrum possit tolli ab Episcopo, vel per priuilegia Mendicantium. 228. 2. 18.
Etiam simonia est sacrilegium. 691. 2. 5.
Simulatio.
Vtrum simulatio falsæ setæ sit licita. 62. 1.
Simulatio propriè dicta est intrinsecè mala. 66. 1. 19.
Nunquam fuit in Christo. 66. 2. 20.
Simulatio materialis per quas actiones possit esse licita. 66. 2. 21.
Apostoli non simularunt obseruantiam veteris legis. 67. 1. 22.
Situs, Positio.
Socius.
Quo situ, & gestu corporis sit orandum. 540. 2. 26.
Qui non potest recitare Horas canonicas sine socio, quomodo teneatur illum quaerere. 608. 1. 9.
Sollicitatio.
Qui sollicitantur ad turpia in Confessione sacramentali, tenentur sub peccato mortali denunciare sollicitantes, & Confessarij tenentur illos monere de tali obligatione. 286. 2. 11.
Tenentur denunciare, etiam si confenserint sollicitationi. 287. 2. 13.
Sollicitantes sunt habendi, vt suspecti de fide. 301. 2. 1.
Sunt denunciandi, non solum ex iure positio; sed etiam ex diuino, & naturali. 302. 1. 3.
Quid statuatur pro regnis Hispaniarum à Pio IV. contra sollicitantes, & à Gregorio X V. pro toto mundo. 302. 1. 4. 5.
Et specialiter pro Vrbe Roma à Paulo V. 303. 1. 10.
Quibus pœnis, & à quibus Indicibus, & ex quibus testibus sint puniendi sollicitantes. 302. 2. 7.
Sacerdos, si sollicitet ad turpia in aliis Sacramentis, vtrum sit denunciandus. 303. 1. 11.
Sacerdos non approbatus ad Confessiones, est denunciandus, si sollicitet in Confessionario. 304. 1. 15.
Qui sollicitauit in Confessione, est denunciandus, etiam si sit iam emendatus. 304. 2. 17.
Etiam Episcopus, & Inquisitor est denunciandus, si sollicitet in Confessione. 304. 2. 16.
In denunciandis sollicitantibus non est opus præmittere correctionem fraternam. 304. 2. 18.
Sunt denunciandi, etiam si sollicitatio non possit probari. 304. 2. 19.
Etiam filius tenetur denunciare patrem sollicitantem, & coniunctissimus, & amicissimus quisque coniunctissimus, & amicissimus 305. 1. 2. 2.

præcipuarum.
coniuictissimum, & amicissimum 305. 1. 2. 2.
Semel denunciatus, & punitus pro aliquibus sollicitationibus adhuc est denunciandus, & puniendus pro aliis. 305. 2. 2. 3.
Sollicitationes quibus modis contingant. 305. 2. 2. 4.
Sacerdos voluntariè se polluens in audienda Confessione, sed pœnitenti nihil aperiens, non est denunciandus. 305. 2. 2. 5.
Quid, si Confessarius faciat actus turpes cum pœnitente ex morbo, aut ex graui somno existente extra sensus. 305. 2. 2. 6.
Sollicitatio potest fieri nutibus, verbis, & factis. 306. 1. 27.
Si Confessarius laudet sceminam à pulchritudine. 306. 1. 28.
Si intentio sic laudantis sit dubia, in quam partem sit pœsumendum. 306. 1. 29.
Qui sollicitat ad alia peccata, præterquam ad actus venereos, vtrum sit denunciandus. 306. 2. 3. 1.
Quid de illo, qui sollicitauit ante Bullas promulgatas. 306. 2. 3. 2.
Si Confessarius sollicitetur à pœnitente, eique confentiat, vtrum sit denunciandus. 307. 1. 34.
Vel saltem vtrum debeat ipse pœnitens denunciari à Confessario. 307. 2. 35.
Denunciatio, solum est facienda coram Inquisitoribus, & Ordinariis, & ad effectum punitionis. 307. 2. 36. 308. 1. 37.
Non probatur sufficienter sollicitatio per duas tantum sceminas. 308. 1. 39.
Non potest Episcopus, aut Inquisitor, non procedere contra sollicitantes denunciatos. 308. 1. 40.
Somnus, Somnium.
Qui tempore somni profert internam hæresim, vtrum incurrat excommunicationem Hæreticorum. 174. 2. 2. 3.
Quid sit somnium. 656. 2. 1.
Quo differat à viso, & prophetia, & ab Oraculo, insomnio, & phantasmate. 656. 2. 2. 657. 1. 3.
Somnium naturaliter, & communiter quomodo contingat. 657. 1. 4.
Apparentia sensibilibus quare contingant potissimum nocte, & tempore somni. 657. 1. 5.
Quare aliquibus contingant somnia distorta, & monstruosa. 657. 2. 6.
Quare contingant somnia, & apparentiæ potius hæ, quam illæ. 657. 2. 7.
Quare in somniis communiter contingat deceptio. 657. 2. 8.
Etiam brutis contingunt somnia. 658. 1. 9.
Pueri ante vsum rationis quare non somniant. 658. 1. 10.
Quare iuuenes parum somniant, & aliqui tota vita non somniant. 658. 1. 11.
Quare somnia sub lucem, & in fine somni sint clara. 658. 1. 12.
Quare aliqui somniorum non recordentur. 658. 2. 13.
Certa somnia possunt artificiosè induci per certos lapides, & per certas plantas. 658. 2. 14.
Certa somnia quare sequantur ad certos humores nostri corporis. 658. 2. 15.
Causæ somniorum aliquando sunt intrinsecæ ipsi somniantis, & aliquando extrinsecæ. 659. 1. 16.
Somnia facillè causantur ex prioribus cogitationibus, & affectionibus animi. 659. 1. 17.
Et ex temperamentis, & humoribus corporis. 659. 1. 18.
Et à celo, & à Deo, & à Dæmone. 659. 1. 19. 20. 21.
Ex somniis non possunt diuinari omnia futura. 660. 1. 1.
Somnia non possunt dici esse signa ad placitum, & ex Dei institutione. 660. 1. 2.
Coniectores somniorum non nisi casu diuinant res disparatas. 661. 2. 7.
Et sæpius falluntur, & prædicunt contraria. 662. 1. 8.
Somnia diuinatoria quare sæpius, & facilius contingant rudibus. 662. 1. 10.
Quare somnia, etiam vera, non semper cœniant. 662. 2. 13.
Quid sit specialiter obseruandum pro certiore diuinatione ex somniis. 662. 2. 14.
Dormientes quare facillè diuinent. 674. 2. 4.
Sortes, v. Frater.
Sortes.
Si tempore persecutionis non possit aliter definiti, quis debeat fugere, & quis non debeat, sortes sunt adhibendæ. 60. 1. 19.
Diuination per sortes quid, & quotuplex sit. 653. 1. 1.
Sortes diuinatoriæ sunt ex se licitæ. 653. 1. 2.
Non sunt adhibendæ in electionibus ecclesiasticis. 654. 1. 7.
Electio Summi Pontificis quomodo per sortes possit licitè fieri. 654. 1. 8.
Electio ecclesiastica facta per sortes, quomodo sit irrita. 654. 2. 12.
Euentus sortium non est ab astris, neque à fortuna, prout excludit prouidentiam Dei. 654. 2. 11.
Lites super beneficiis, dignitatibus, aut officiis ecclesiasticis, licitè possunt componi per sortes. 655. 1. 3.
Sortes consultiariæ, & diuinatoriæ communiter sunt illicitæ. 655. 2. 15.
Possunt tamen aliquando adhiberi, etiam licitè. 655. 2. 16.
Spectrum, v. Phantasma.
Spes, v. Desperatio.
Vocabulum spei sumitur multipliciter. 309. 2. 1.
Inter passiones irascibilis prima omnium est spes. 312. 1. 11.
Spes est passio potentia appetitiuæ, non autem apprehensiuæ. 313. 1. 15.
Quomodo spes dicatur expectatio, & fiducia, eique tribuatur certitudo. 313. 1. 16.
Quomodo spes sit in brutis. 313. 2. 17.
Quomodo contrarietur timori, & desperationi. 314. 1. 19.
Experientia aliquando est causa spei, & aliquando desperationis. 315. 1. 24.
Etiam inexperientia potest esse causa spei. 315. 2. 25.
Spes theologica quomodo possit describi. 316. 2. 1.
De fide est, quod detur spes supernaturalis. 316. 2. 2.
Datur tamen, præter illam, etiam spes acquisita, & naturalis. 317. 1. 3.
Vtrum spes acquisita, & naturalis possit dici virtus theologalis. 318. 1. 6.
Spes infusa, & supernaturalis est virtus. 318. 1. 7.
Spes infusæ non est perfecta virtus. 318. 2. 8.
Spes infusa est virtus theologalis. 319. 2. 10.
Per virtutem spei primò, & principaliter concupiscitur Deus, qui est beatitudo obiectiua. 320. 2. 13.
Possunt tamen sperari etiam plura alia in ordine ad Deum, & absolute potest dici, quod Deus sit totale obiectum spei. 321. 2. 14.
Spes, in quantum est virtus theologica, est in voluntate, vt in subiecto. 321. 2. 15.

B. Adelli Theol. Moral. Tom. II.
R. R. 1. 2. Non

Index Rerum

Non autem in intellectu. 322.1.16.
Quomodo enim certitudine spei stet timor de damnatione. 322.1.18.
De lege ordinaria non potest hic timor totaliter separari à spe. 322.1.19.
Potest tamen multum minui, & haberi moralis certitudo, quod saluabitur. 322.2.20.
Spes non tollitur per reuelationem particularem factam alicui, quod saluabitur. 323.2.21.
Tollitur verò per reuelationem factam alicui, quod damnabitur. 324.1.22.
Quomodo in Beatis non sit spes. 324.2.23.
Quomodo non sit in damnatis. 326.1.24.
Quomodo sit in iis, qui sunt in Purgatorio. 326.1.25.
Quomodo ex amore sui causetur spes. 326.1.26.
Quo differat spes ab amore beatitudinis, desiderio, & intentione. 326.2.27.
Actus spei non potest esse ab habitu charitatis. 326.2.28.
Virtus spei non est aggregatum ex fide, & charitate. 327.1.29.
De actibus spei datur præceptum. 327.2.1.
Quomodo actus fidei, & spei sint præambuli ad præcepta Decalogi. 328.1.2.
Actus fidei, & spei semper fuerunt præcepti à Deo per internam inspirationem, etiamsi non fuerint præcepti in Decalogo. 328.2.3.
Actus externus virtutis spei nullus est. 328.2.4.
Actus internus virtutis spei sæpe est necessarius necessitate aliena, & per accidens. 328.2.5.
Et aliquando sufficit, si eliciatur solum implicitè, & virtualiter. 329.1.6.
Necessitate propria, & per se est necessarius, quando viget grauis tentatio desperandi. 329.1.7.
Et absolute est necessarius, vt aliquando eliciatur, etiam extra causam tentationis. 329.1.8.10.
Et specialiter est necessarius eliciendus, quando primo alicui proponitur illius necessitas. 329.2.11.
Et quando primo quis tenetur se conuertere in Deum. 330.1.12.
Et absolute sapius in vita. 330.2.13.
Ex præcepto spei non omnia sunt speranda explicitè. 330.2.14.
Reuelatio facta alicui de sua damnatione, vtrum faciat illi impossibilem actum spei. 338.1.8.
Quomodo spei opponatur præsumptio. 342.2.3.
Pro necessitatibus spiritualibus proximi non est obligatio ponendi vitam, aut bona temporalia, si non sit spes, quod possit illis efficaciter prouideri. 411.1.10.
Spiritus, Spirituale.
Quomodo possint fieri imagines rerum spiritualium. 465.1.3.
Spiritus, v. Illegitimus.
Statio.
Stationes dici quanam fuerint. 542.1.8.
Statutum.
Statutum excludens aliquos ratione originis à professione religiosa, vel à dignitatibus, quomodo sit validum. 248.2.6.
Subditus.
Subditi Episcoporum, quos ipsi possint absolueri à peccatis occultis, & cum quibus possint dispensare, quinam sint. 217.2.1.
Substantia.
Quid sit scire secundum substantiam articulos fidei. 332.3.
Superbia.
Quomodo ex superbia oriatur præsumptio. 344.2.3.

Superior.
Superiores tenentur habere notitiam magis explicitam de rebus fidei. 39.1.21.
Potest quis ignorare inuicibiliter omnem potestatem superiorem, à qua sit obligatio aliquid faciendi, aut non faciendi. 382.1.19.
Superiores Religiosi, qui ex obedientia, vel ex charitate habent curam animarum, tenentur illis succurrere in necessitatibus spiritualibus, etiam cum periculo vitæ. 413.1.19.
Supernaturale.
Actus virtutum supernaturalium, & per se infusorum, secundum aliquos, non sunt supernaturales, nisi secundum modum. 117.1.4.
Actus supernaturales, secundum aliquos, possunt producere habitus acquisitos, & naturales. 317.2.15.
Superstitio, v. Magia, Maleficium.
Superstitio quid proprie sit, & vnde sumatur etymologia nominis. 629.2.1.
Quotuplex sit. 630.1.3.
Quando contingat superstitio perniciofa, & quando superflua. 630.1.4.
Superstitio perniciofa ex suo genere est peccatum mortale. ibid. 2.5.
Et, proprie loquendo, solum consistit in cultu publico. 631.1.10.
Qui actus ad illam pertineant. ibid. 6.
Et qui pertineant ad superstitionem superflua. ibid. 11.
Superstitio superflua quale peccatum sit. ibid. 12.
Qui petit à Dæmone notitiam eorum futurorum, aut occultorum, quæ non possunt certo sciri, nisi à Deo, committit superstitionem. 636.1.11.
Qui verò petit notitiam eorum, quæ possunt certo cognosci ab ipso Dæmone, probabile est, quod proprie non committat superstitionem. ibid. 12.13.
Peccat tamen grauissimè contra charitatem erga seipsum, & contra fidelitatem Deo promissam, & debitam. 636.2.14.
Et si credat, Dæmonem esse infallibilem veritatem, etiam peccat peccato hæresis. 637.1.15.
Superstitio vanæ obseruantie quotuplex sit, & in quo consistat. 676.1.1.
Superstitio artis notorie ad acquirendam scientiam est illicita. 676.2.4.
In casu dubio non est aliquis damnandus superstitionis. 678.1.12.
Vana obseruantia fortuitorum quanam sit. 682.2.1.
Et quo differat ab omine. ibid. 2.
Ex suo genere est peccatum mortale. 683.1.3.
Vana obseruantia scripturarum, & breuium, quid requirat ad hoc, vt non sit superstitiosa. ibid. 4.
Aperire venam iumentis certa die alicuius Sancti, vel ea circunducere circa templum, quomodo sit superstitio. 683.2.7.
Proicere in flumen statnam alicuius Sancti ad impetrandam pluiam, vel relinquere illam sub dio, est superstitio. 684.1.10.
Superstitio quo differat à Magia. ibid. 2.1.
Quæ superstitiones sint denunciantia Inquisitoriibus. 687.1.18.
Suspicio, Suspectus.
Defensores, fautores, receptatores eorum, qui sunt suspecti de hæresi, non sunt excommunicati. 187.2.4.
Suspecti de hæresi sunt irregulares. 241.1.4.
Qui abitur, vt suspectus de hæresi, non manet irregularis

præcipuarum.

gularis post abimationem. 242.2.8.
Filij eorum, qui sunt suspecti de hæresi, vtrum sint irregulares. 247.2.24.
Suspecti de hæresi non amittunt beneficia ipso iure. 257.2.19.
Ex edictis Inquisitorum sunt denunciandi etiam suspecti de hæresi. 279.1.13.
Ex omissione denunciandi Hæreticum, potest quis esse suspectus de hæresi. ibid. 14.
Surdaster, Surdus.
Surdus, aut surdaster, non excusatur ab Horis canonicis, nisi sit etiam cæcus. 608.2.13.
Et tunc etiam non excusatur ab assistentia chori, si alioqui ad illam tenetur. 609.1.14.
Sutor.
Sutores librorum sunt excommunicati, si retineant librum Hæretici ad concudendum, vel compingendum. 208.1.4.
Symbolum.
Qui non tenet memoriter Symbolum, solum peccat venialiter. 32.2.13.
De necessitate præcepti sunt credenda, quæ continentur in Symbolo Apostolorum. 34.1.5.
Non autem quæ præterea continentur in alijs Symbolis. 34.2.6.
Symbolum est tenendum memoriter, etiam secundum verba. 42.2.17.
Quo idiomate sit tenendum memoriter. 42.2.19.
Possunt Prælati per censuras compellere Curatos, vt Symbolum doceant, & alios omnes vt discant. 42.2.18.
T
Tabella.
Tabellæ votiuæ quomodo possint appendi ex decreto Urbani VIII. ad Sanctos non beatificatos. 502.2.3.
Securum sunt asseruanda. 502.2.5.
Vfus tabellarum est antiquissimus in Ecclesia. 503.2.11.
Fuerunt olim appendæ etiam Sanctis viuentibus. 504.1.12.
Temerarium.
Propositio temeraria quanam sit. 142.2.12.
Varia exempla propositionis temerarie. 143.1.16.
Quid sit attendendum, vt aliqua propositio damnetur, vt temeraria. 143.1.17.
Tempesta.
Licitum est tempore tempestatis sortiri de eo, qui ad nauim leuandam est proiciendus in mare. 653.2.5.
Templum.
In templis rectè collocantur imagines Dei, & Sanctorum. 467.1.8.
Quomodo in Concilio Elibertino fuerit prohibitum, ne picturæ essent in Ecclesijs. ibid. 9.
Templa non possunt dicari, aut consecrari Sancto non approbato. 499.1.22.
Orationes melius fiunt in templis, quam in locis priuatis. 540.1.22.
Ex præcepto solium ecclesiastico orationes publicæ, & communes fiunt in Ecclesijs. ibid. 25.
Tentatio.
Qui patitur tentationes contra fidem, quomodo possit cognoscere, quod non consentiat. 131.1.14.
Tentatio Dei.
Tentatio Dei in quo consistat. 688.2.2.
Opponitur per defectum virtuti religionis. ibid. 1.
Aliqua Dei tentatio est formalis, & aliqua interpretatiua. ibid. 3.
Quomodo sit irreligiositas per defectum. 689.1.4.

Non est contra virtutem fidei. ibid. 7.
Quomodo possit esse contra virtutem spei. ibid. 6.
Non est tentatio Dei, si quis ex iusta causa committat se illius auxilio. 690.1.8.
Quæ causa quoad hoc censenda sit iusta. ibid. 9.
Explicantur plures casus particulares, in quibus licite, aut illicitè à Deo petitur aliquod miraculum. ibid. 10.
Tentatio Dei, per se loquendo, est peccatum mortale. ibid. 14.
Et specialiter est exprimentum in Confessione. ibid. 15.
Testamentum.
Infideles non possunt ex testamento accipere aliquid à fidelibus. 121.2.15.
Neque in hoc potest communiter dispensare Episcopus. 122.2.17.
Prohibitio non disponendi per testamentum in fauorem infidelium, est sub peccato mortali. ibid. 16.
Testis.
Hæreticus non est damnandus ex testibus singularibus. 279.2.17.
Coniuncti non possunt communiter testimonium ferre contra se inuicem. 284.2.2.
Priuilegium, vt quis non possit cogi, vel admitti ad testificandum contra alium, solum intelligitur, quando non desunt alij, qui possint, aut velint testificari. 289.2.19.
Etiam filij illegitimi sunt priuilegiati, vt non possint cogi, vel admitti ad testificandum contra parentes, & ascendentes. 290.1.20.
Non autem filij spirituales. ibid. 21.
Sollicitantes in Confessione possunt puniri per testes singulares. 302.2.8.
Testes singulares quomodo probent. 305.1.20.
Fœmina communiter non admittitur ad ferendum testimonium, nisi in enormibus, & quæ aliter probari non possunt. 308.1.38.
Si testes in canonizatione alicuius Sancti sint falsi, non propter iudicium, & sententia Papæ est falsa. 496.2.8.
Vnicus testis satis probat, quando non agitur de præiudicio alterius. 520.1.11.
Theologia, Theologus.
Propositio opposita assensui theologico potest damnari, vt erronea, & aliquo modo vt hæretica. 139.1.8.
Qui ex interna hæresi negat exterius propositionem theologiam, vtrum incurrat excommunicationem Hæreticorum. 172.1.7.
In iis, quæ pertinent ad ius diuinum, non debet Theologus magis facere Glossas, aut Iuristas. 198.1.14.
Thesaurus.
Inuentio thesauri per inspectionem astrorum est superstitiosa. 637.1.17.
Timor.
Timor de damnatione quomodo stet cum certitudine spei. 322.2.18.
Non potest de lege ordinaria totaliter separari à spe. 323.1.19.
Potest tamen multum minui, & moraliter possimus esse certi, quod saluabimur. ibid. 2.20.
Quomodo timor contrarietur spei. 331.1.1.
Timor, in quantum est passio irascibilis, quid proprie sit. ibid. 1.2.
Et quid in quantum est actus voluntatis, & appetitus intellectui. ibid. 2.3.
Obiectum timoris non est sola pœna, aut malum, quo timetur, sed etiam Deus, à quo timetur. ibid. 1.
R. R. r. 3 Timor

Index Rerum

Timor mundanus, seruilis, filialis, initialis quis proprie sit. 332.16.
 Timor Dei quare non sit virtus theologica. ibid. 5.
 Quomodo culpa futura possit esse obiectum timoris. ibid. 7.
 Timor seruilis, & filialis est in præcepto. 333.18.
 Non tamen ille, qui est cum seruitute. ibid. 10.
 Timor seruilis, secundum aliquos, est elicitus à virtute spei. ibid. 2.11.
 Timor filialis est elicitus ex dono habituali timoris, & timor seruilis ex speciali impulsu Spiritus Sancti. 334.2.13.
 Actus timoris quomodo dicatur à S. Thoma esse præambulus ad præcepta Decalogi. 335.1.14.
 Omissio actus timoris non est speciale peccatum. ibid. 15.
 Dono timoris quomodo opponatur præsumptio. 342.2.3.
 Timor hominis, & timor Dei quomodo possint esse vniuersæ speciei. 359.2.8.
 Donum timoris, quo Deum reueremur, quomodo sit distinctum à virtute religionis. 443.2.3.
 Timor Dei in oratione multum iuuat ad impetrandum. 530.2.15.
Tributum.
 Exigere tributum, aut vectigal à persona sacra pro Principe laico, est sacrilegium. 693.1.12.
Tridentinum Concilium.
 Si Tridentinum alicubi non sit receptum, Episcopus illius loci non gaudet illius priuilegiis. 213.1.10.
 Gaudet verò si solum non sit receptum quoad vnum, aut alterum decretum. ibid. 11.
 Vel si semel sit receptum quoad omnia, & postea sit abrogatum quoad onera. ibid. 2.12.
 Concilio Tridentino potest derogari per Bullas pontificias, etiam si de illo non fiat expressa mentio. 229.1.3.
 Facultas absoluedi à reſeruatſ Sedi apoſtolice, quæ in Tridentino datur Episcopis, quomodo habeat locum in reſeruatſ poſt ipſum Concilium. 231.2.7.
Trinitas.
 Myſterium Trinitatis quomodo fuerit, & ſit credendum de neceſſitate mediſ ante, & poſt promulgationem Euangelij. 25.1.9.
 Poſteſt ſufficere etiam in voto fides explicita Trinitatis. 27.1.15.
 Non poſteſt dici, quodd ſit neceſſarium ad gloriam, ſi non ſit neceſſarium ad gratiam. 28.1.19.
 Quomodo ſit credendum de neceſſitate præcepti. 35.2.10.
Tritremis.
 Damnati ad tritremes quomodo excuſentur ab Honoris canonicis, ſi ſint in ſacris. 546.2.15.
 Religioſi profeſſi ad tritremes damnati quomodo excuſentur. 550.2.23.
Typographus.
 Quomodo Typographus ſit excommunicatus in Bulla Cænz, ſi imprimat libros Hæreticorum. 210.2.18.
V
Vagus.
 Vagi quoad abſolutionem in vnoquoque episcopatu ſunt ſubditi. 217.2.1.
Valeudo, v. Sanitas.
Vana gloria.
 Quomodo ex vana gloria oriatur præſumptio. 344.2.13.
Venditio.
 Quomodo ſit licitum eâ vendere infidelibus, quæ

ſciuntur apud illos eſſe habitura malum vſum. 125.1.10.
 Idola, & quæ per ſe ſunt inſtituta ad malum vſum, non poſſunt licite vendi. 125.1.10.
 Niſi forte ex accidente. ibid. 2.14.
 Reſ indifferentes, ſi ſciuntur eſſe habitura malum vſum, non poſſunt vendi ſine cauſa. ibid. 16.
Veneratio.
 Veneratio quo differat à reuerentia. 446.2.5.
Venia.
 Peccatum commiſſum ſub ſpe veniæ, quomodo ſit grauius. 344.1.10.
Verbum, locutio.
 Qui profert ſuam hæreſim per verba mutila, & per orationes imperfectedas, vtrum incurrat in excommunicationem Hæreticorum. 171.1.3.
 Vtrum qui profert per verba ambigua, & æquiuoca. 171.2.5.
Vermis.
 Quomodo adorentur ſepulcra Martyrum, in quibus non ſunt niſi pulueres, & vermes. 513.1.5.
 Quomodo poſſint licite adorari vermes, quando ſciuntur eſſe geniti ex corpore alicuius Sancti. ibid. 6.
Veſtis.
 Veſtes, & actus quicunque infidelium in comœdiis, & ioci cauſa, non ſunt liciti. 68.2.1.
 Licitum eſt geſtare veſtes proprias infidelium ex more patriæ. 69.1.2.
 Debent tamen geſtari ex aliqua cauſa rationabili. ibid. 2.6.
 Vtrum liceat eas geſtare, quando ſunt inſtitutæ ad dignoſcendam ſectam. 70.1.7.8.
 Licitum eſt aliquando omittere veſtes ſpecialiter inſtitutas ad dignoſcendos fideles. 71.2.13.
 Non eſt licitum geſtare veſtes infidelium deſtinatas ad vſum falſæ religionis. ibid. 14.
Vexillum.
 In vexillis militaribus licite poſſunt apponi ſigna hoſtium, & infidelium, ad eos fallendos. 69.2.5.
 Et apponi eorum imagines ad ſolum ornatum. 72.1.17.
Vicarius.
 Vicarius non poſteſt ſibi ſubſtituere alium Vicarium. 40.1.5.
 Vacante Sede episcopali, profeſſio fidei eſt faciendâ coram Vicario capitulari. 78.1.11.
 Vicarius capitularis in exercitio iuriſdictionis poſteſt procedere ex ſe, & ſine adiunctis. ibid. 13.
 Quomodo Episcopi, ex facultate Concilij non poſſint à crimine hæreſis abſoluere per Vicarium, ſed ſolum per ſe ipſos. 227.1.16.
 Qui eſt Vicarius in beneficio eccleſiaſtico, tenetur ad Horas canonicas. 561.2.10.
Videre, Viſum.
 Quomodo aliqui intra terras peruideant venas aquarum, aut metallorum. 65.2.1.15.
 Viſum quo differat à ſomnio, & à prophetia. 656.1.2.
Vigilia.
 Vigiliæ noctis quænam ſint. 542.1.7.
Virginitas.
 Deprehenſio virginitatis in ſcæmina ex inſpectione aſtroſum, eſt ſuperſtitioſa. 637.1.17.
Virtus.
 Virtutes tam morales, quàm theologice, poſſunt habere aliquem actum externum. 47.1.1.
 In iis peccatis, quæ ſunt contra virtutes theologicas, quomodo reperiatu auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturas. 337.1.5.
 Virtutes intellectuales quomodo ſint nobiliores, quàm

præcipuarum.

quàm virtutes voluntatis. 355.1.15.
 Sine charitate nulla alia virtus poſteſt eſſe perfectâ. 356.1.8.
 Quomodo charitas ſit forma virtutum. 356.1.19.
 Quare in virtutibus non ſit ordo, licet eſt in charitate. 367.1.3.
 Debitum virtutis minoris continetur in debito virtutis maioris. 375.2.7.
Vita, Vinere.
 Eſt peccatum mortale, ſi quis velit perpetuò viuere, & eſſe in deliciis huius vitæ. 371.1.2.1.
 Eſt verò ſolum veniale, ſi quis velit diu eſſe in deliciis. ibid. 2.2.
 Si proximus ſit in extrema neceſſitate ſpirituali, omnes tenentur illi ſuccurrere cum periculo vitæ. 410.2.8.
 Non eſt tamen obligatio exponendi vitam, aut bona temporalia, ſi non ſit ſpes, quodd poſſit illi efficaciter ſuccurri. 411.1.10.
 Et ſi neceſſitas non ſit extrema. ibid. 2.13.
 Semper tamen neceſſitas proximi eſt ſubleuanda, etiam ſi non ſit extrema, quando poſteſt ſine periculo, & ſine graui incommodo. 412.1.14.
 Exponere vitam pro vita alterius, poſteſt abſolute eſſe licitum. 415.1.4.
 Non tamen quilibet poſteſt mori pro quolibet. 416.2.7.
 Longitudo, & breuitas vitæ quomodo colligatur ex lineis manus. 666.2.1.
Vita æterna, v. Beatiſſimo.
Vitium.
 Per exceſſum notabilem in aliquo vitio ſoluitur, aut minuitur quæcunque amicitia, etiam naturalis, & ſtriſtiſſima. 425.2.21.
Vnguis.
 Diuiniatio ex vnguibus, ſeu Onychomantia, quænam ſit, & quomodo ſit licita. 668.1.8.
 Colores vnguium ſolum ſunt ex coloribus cutis. 668.2.9.
Voluntas.
 Voluntas credendi eſt ex gratia. 16.1.3.
 Et ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, & eſſentialiter honeſta. ibid. 4.2.5.
 Etiam quando ex conſcientia erronea putatur aliquid eſſe reuelatum, quod tale non eſt. ibid. 2.5.
 Quare in appetitu intellectuuo qui eſt voluntas, non ponantur concupiſcibilis, & iraciſcibilis, vt potentia diſtinctæ, ſicut ponantur in appetitu ſenſitiuo. 311.1.8.
 Spes, virtus theologica eſt in voluntate, vt in ſubie-

cto. 321.2.15.
 Abnegatio propriæ voluntatis multum iuuat orationem ad impetrandum. 531.1.16.
 Quomodo alia agant indirectè in voluntate. 634.2.13.
Votum.
 Quomodo aliqua dicantur eſſe media neceſſaria ad ſalutem in re, vel in voto. 18.2.6.
 Quid ſit haberi ſalutem per aliquod medium, ſolum in voto. 19.1.7.
 Fides in homine adulto non poſteſt ſufficere ſolè in voto. 22.1.15.
 Vota publica non poſſunt fieri Sancto non approbato. 500.1.25.
 Preces, quæ dicuntur ex obligatione voti, non debent dici ſolum mentaliter. 593.2.17.
 An, & quomodo violatio cuiuſque voti, ſit ſacrilegium contra perſonam ſacram. 692.1.9.
Vox.
 Præceptum diuinum, & naturalis de oratione, non obligat ad orandum vocaliter. 538.1.12.
 Quomodo voces inter orandum adhibeantur vtiliter. ibid. 1.3.
 Qua voce ſint perſoluendæ Horæ canonicæ, tam in choro, quàm extra chorum. 590.1.
Vſus, v. Fruſtus.
 Vſus neceſſarij in quo Hæreticus poſteſt diſponere de ſuis bonis ante ſententiam, quænam ſint. 269.1.6.
 Vſus fructus hominis hæretici quomodo veniat conſiſcendus. 263.2.21.
Vxor, v. Coniux.
 Vxor vtrum poſſit receptare maritum Hæreticum. 188.2.9.
 Tenetur illum denunciare. 288.2.17.
 Si deſint alij, qui poſſint, aut velint. 289.2.18.
 Licite poſteſt aſſidere marito peſte laboranti. 419.1.6.
 In caſu neceſſitatis plus debent iuuari parentes, quàm vxor. 437.3.4.
 Vxor, per ſe loquendo, magis tenetur diligere virum, quàm vir vxorem. 438.2.7.
 Vxor eſt magis amanda, quàm patruus, non obſtante, quodd hic ſit proximior patri. 440.2.10.
Z
Zingara.
 Vale peccatum ſit conſulere Zingaras per inſpectionem manus. 667.2.6.

F I N I S.

